



11432

549

F 148

K. 15453.

*Das Buch gab Hans Jakob von ...
an ...
...
...
...
...*

17 01
1892
1891

C. PLINII SECUNDI HISTORIÆ MUNDI

LIBRI XXXVII;

A SIGISMUNDO GELENIO, diligenter castigati, maioréque studio
& fide, quàm hæctenus vnquam à vitiis quibus multiplici olim im-
prensione contaminati fuerant, vindicati.

ACCESSERUNT AD MARGINEM VARIÆ
*Lectiones ac Notæ ex FER. PINTIANI, ADR. TURNEBI, IOS.
SCALIGERI, IVSTI-LIPSI, & aliorum doctissimorum virorum scriptis
diligenter excerptæ, quorum nomina sequenti pagina indicantur.*

Vnà cum duplici INDICE totius operis copiosissimo, non pœnitendâ rursus accessione locu-
pletato, locisque propemodum innumeris, quæ cum autoris sensû non satis
congruebant, quàm accuratissimè restituito.



Apud Petrum Santandreamum.

M. D. LXXXII.

Lugdunū

J. S. ^{AC} 88.

V. G. M. A.

Baltzer Von Nositz

INSTYTUT ZOOLOGICZNY
POLSKIEJ AKADEMII NAUK
BIBLIOTEKA
Nr. 45453

| | | | |
|---------------------|-----------|------------------------|-----------|
| ABRAHAMVS ORTELLIVS | Or. | IO. PIERIVS VALERIANVS | Pier. |
| ADRIANVS TVRNEBVS | T. | IOANNES GOROPIVS | Gor. |
| ADRIANVS IVNIVS | Iun. | IOSEPHVS SCALIGER | Iof. Sca. |
| COELIVS RHODIGINVS | Cœ.Rho. | IVSTVS LIPSIVS | Lipf. |
| FERNANDVS PINTIANVS | Pin. | LVDOVICVS CARRIO | Car. |
| GVILELMVS BVDÆVS | Bud. | PAVLVS LEOPARDVS | Leop. |
| HERMOLAVS BARBANVS | Herm. | PETRVS PYTHÆVS | Py. |
| IACOBVS CVIACIVS | Cuj. | POLYDORVS VIRGILIVS | Pol. |
| IANVS PARRHASIVS | Ian.Parr. | | |

*Monendus es, Lector, varias lectiones quibus nulla nominis nota
prefixa est, plarasque omnes Pintiani esse.*



M. D. LXXII



IOANNES NICOLAUS

VICTORIVS LECTORI S.



Ut perpetua, planèque immutabilinatura lege ita comparatum sit, Lector humanissime, ut nihil immortale nasceretur, suoque omnia exitio obnoxia essent, quæ ortum aliquando iniriúmque habuissent: fieri profecto non potuit, ut quatumuis insignia doctissimorum hominum monumeta, non eidem, cui cetera omnia, fati necessitati subiacerent. Nam etiamsi rerum omnium alitrix illa, eademque domitrix natura nihil iis diuturnius, nihil vitacius gigni voluerit, nihil denique temporis iniuriam minus reformidare: suum tamè & ipsis vitæ modum statuit, eaque conditione nasci voluit, ut & æui vitio obsolescerent, & cæcis bellorum incendiorumque casibus in præceps raperentur. Atque ne hic recensendis tot nobilissimorum scriptorum cladibus, quorum hodie ne cadauera quidem supersunt, iustissimam quidem illam, attamè protritam, literatorum omnium querelam nequicquam reficemus, sed ad id ipsum nos protinus conferamus, cuius hæc gratia à nobis sunt commemorata: quis aut silentio dissimulare, aut sine gravissimo animi dolore meminisse queat, ex tot præstantissimis Plinij Secundi lucubrationibus, dignis profus, quibus nulla iacturâ temporum iniquitas, nulla perniciè calamitas, nulla obliuionem eternitas afferret, solam mundi historiâ ad tæpora nostra peruenisse. Graue sanè hoc existimandû est, planeq; perniciosum rei literariæ vulnus, quæ illis interceptis, veluti membris quibusdâ mutilata, & supellectilem angustiore habere cæpit, & pomæria contractiora. In tanto tamèn nobilium scriptorum naufragio nõ omnino pessimè cum fortuna videmur decidisse, quòd instructissimum hunc naturæ thesaurum, in quo vno rei Latine & prora & puppis versatur, non iisdem, quibus cetera omnia, fluctibus obruerit, sed ad nostra hæc patrûmque nostrorum tæpora, si non syncerum incorruptumque, saluum tamen & incolumem voluerit enatare. Atque id quidem eo maiore in lucro ponendum est, quòd ex centum exquisitissimis linguæ utriusque autoribus, quorum è stoiculis fertû ille suum concinnauit portionem longè maximam hodie desideremus, temporum iniuria fortunæq; casibus interceptam: quorum nunc omnium vnâ cum scriptis obruta iaceret memoria, nisi eorû testimoniis sua identidem stabiliens Plinius ab obliuionis caligine eam vindicasset. Verumenimvero quemadmodum plurimum hoc nomine antiquitati debemus, quòd tam uberem nobis agrum diligentia sua conseruarit, ita de proximorum seculorum inertia iure queri possumus, quòd quem non belli furor, non Gothorum rades, non tot Italiae clades eripere nobis potuerunt, sua eum inscitia tam fæde reddiderint conspurcatum, ea ioly, sentium, tribulorum copia tantum non obrutum, ut cum tot insignia & superioris & nostræ tempestatis ingenia in eo repurgando excolendoque certatim desudarint, hæctenus tamen assequi non potuerint, ut non multa etiamnum reliqua essent, quæ & runcationem exactiorem, & cultum accuratiorem desiderarent. Cuius rei causam paulò altius mecû reputanti, protinus sese offert insuperabilis tanta rei difficultas, cui euincenda non mirum si quantumuis sagacia doctissimorum hominum ingenia hæctenus paria esse non potuerunt. Nã cum nullâ hic rerum partem scriptor locupletissimus intactam reliquerit, abditissima quæque natura, & quicquid cæli ambitu contegitur, norit oportet, qui prouincia sese tam arduæ non imparem esse scæatur. Verum quemadmodum in Hercule nemo reprehendit, quòd toto terrarum orbe tot profligatis monstris, Theseo quoque negotij nonnihil reliquerit: ita & summis nostri superiorisque seculi ingenis vitio verti non debet, quòd cum strenuam in Plinio repurgando operam nauarint, aliorum tamèn industriæ loci nonnihil voluerint superesse: neque nobis vicissim temeritatis arrogantia ve nota impingi, si illorum diligentia succedentes, & tanquam messorum vestigia subsequentes, spicas ab iis relictas à tergo colligamus. Atque hanc quidem ad rem cum vel perpetua vitæ meæ consuetudo, vel iuuanda, quantuluncunq; meæ ferrent vires, rei literariæ stu-

dium, mea me sponte satis instammarer: vix tamen dici queat, quantum hic nobis calcar addiderit grauis-
 simorum hominum Antony Vincentij & Ioannis Frellonij autoritas, qui cum nouam operis huius edi-
 tionem adornarent, nihil sumptus, nihil dispendij facere recusarent, modo studiosorum commoda aliqua
 saltem ex parte prouerberent, in re æquissimi opem meam implorantibus neque potui neque debui officium
 pernegare. Quare cum & horum voluntati morem gerere ex animo cuperemus, & conceptam de nobis o-
 pinionem studio, industria, iudicio sustinere, opus denuo uniuersum cum vetustissimis quidem sed (ut fe-
 rere sunt) deprauatissime scriptis codicibus quam accuratissime contulimus, atque ex iis non pauca erui-
 mus, quæ nulla expedire potuisset ingenij quantumuis sagacis coniectura. Erat hæc, fateor, longè tutissima, &
 propemodum sola rectè castigandi ratio, si cunctis hac methodo vulneribus mederi potuissem. Verum quo-
 niam in illis non rarò nihil erat præsidij, quod proximum fuit, ad eorum opem identidem confugimus, quo-
 rum è fontibus sua pleraque ita mutuatus est Plinius, ut tantum non ad verbum videatur descripsisse. Ac
 ne singulis commemorandis diutius, quam necesse sit, immoremur; usque adeo hic nullum adminiculi genus
 contempsimus, usque adeo nihil intentatum, nihil inexcussum reliquimus, ut ex inferioris etiam notæ scri-
 ptoribus, qui aut in eodem argumenti genere sunt versati, aut ex hoc ipso veluti vastissimo rerum omnium
 oceano riuulos suos deduxerunt, non paucas purioris lucis eruerimus scintillas. Porro quemadmodum ve-
 tustioribus illis suam gratiam constare cupimus, quorum hic nobis vigiliae opis nonnihil attulerunt, ita nec
 recentiorum cuiquam meritam laudem præceptam volumus, qui suis hic nobis sudoribus, tanquam in tene-
 bris accensa face, ad sincerioris lectionis indagacionem præluxerunt. Quorum è numero sine grauis-
 sima plagij nota Ferdinandum Pintianum & recondita erudicionis, & exactissimi iudicij hominem, præterire
 non possumus, qui ut omnium postremus aliorum diligentia successit, ita tum optimorum codicum præsi-
 dio, tum ingenij dexteritate non pauca deprehendit, cæteris omnibus aut parum animaduersa, aut silencio
 dissimulata. Porro in omnibus hisce, quæ vel nostro ipsi Marte eruiimus, vel aliorum ingenio, laboribus,
 industria debemus, ea semper moderatione, eo temperamento usi sumus, ut ex vulgata lectione, quæ hodie
 in manibus versatur, nihil temere voluerimus immutatum: consultius nos circumspectiusque facturos rati,
 si quemadmodum pictorum ille clarissimus tabulas suas in pergula, ita & nos hæc lucubratiunculas in
 margine proponeremus, ut doctorum hominum arbitrio aut in suas quæque sedes reponerentur, aut veluti no-
 thæ spuriaeue, à familia Pliniana quam longissime summonerentur. Atque hunc quidem in modum
 priore pensu huius parte non omnino pessimè, ni fallor, defunctus, ad alteram deinde animum adieci, non
 eiusdem fortassis ingenij, negotij tamen molestiaeq; non minoris. Nam cum operis Indicem præter omnem
 expectationem deprauatissimum deprehendissem, locique propemodum innumeris cum autoris sensis non
 satis congruentem, non rarò etiam ex diametro pugnantem: ut tanto quoque incommodo præsidij nonnihil
 afferrem, à capite ad calcem uniuersum retexui, dedique operam, ut ille Pliniana menti, & notæ arithme-
 ticæ paginis suis versibusque ad amussim responderent. Quicquid verò hoc est operæ, quicquid vigiliarum,
 Lector candidissime, quod in scriptore eminentissimo repurgando collocauimus, id omne sub tui potissimum
 nominis auspiciis in lucem editum volumus, in cuius gratiam & hoc laboris non grauatè suscepimus, &
 quicquid est in nobis ingenij industriaeue, posthac semper libentissime effundemus. Vale.

C. PLI-



C. PLINIUS CAECILIUS

MARCO SVO S.

PErgratum est mihi, quòd tam diligenter libros auunculi mei lectitas, vt habere omnes velis, quæratque qui sint. Fungar indicis partibus, atque etiam, quo sint ordine scripti, notum tibi faciam. Est enim hæc quoque studiosis non iniucunda cognitio. De iaculatione equestri vnus. Hunc cum præfectus alæ militaret, pari ingenio curaque composuit. De vita Q. Pomponij Secundi duo, à quo singulariter amatus, hoc memoriæ amici, quasi debitum munus, exoluit. Bellorum Germaniæ viginti, quibus omnia, quæ cum Germanis gessimus bella, collegit. Inchoauit, cum in Germania militaret, somnio monitus. Adstitit enim ei quiescenti Drusi Neronis effigies, qui Germaniæ latissimè victor ibi periit. Commendabat memoriæ suam, orabát que, vt se ab iniuria obliuionis assereret. Studiosi tres, in sex volumina propter amplitudinem diuisi, quibus Oratorem ab incunabulis instituit & perficit. Dubij sermonis octo scripsit sub Nerone nouissimis annis, cum omne studiorum genus paulò liberius & erectius periculosum seruitus fecisset. A fine Aufidij Bassij xxxj. Naturæ historiarum xxxvj. opus diffusum, eruditum, nec minus varium, quam ipsa natura. Miraris, quòd tot volumina, multaque in iis tam scrupulosa, homo occupatus absoluetit? Magis miraberis, si scieris illum aliquandiu causas actitasse, decessisse annò vj. & l. medium tempus distentum impenditumque, quæ officiis maximis, quæ amicitia principum egisse. Sed erat acre ingenium, incredibile studium, summam vigilantiam. Lucubrare à Vulcanalibus incipiebat, non aspiciendi causa, sed studendi statim à nocte multa: hyeme verò ab hora septima, vel cum tardissimè, octaua, sæpe sexta. Erat sanè somni parcissimi, nonnunquam etiam inter ipsa studia instantis, & deserentis. Ante lucem ibat ad Vespasianum Imperatorem: nam ille quoque noctibus utebatur: inde ad delegatum sibi officium. Reuersus domum, quod reliquum temporis, studiis reddebat. Post cibum sæpe, quem interdum leuem & facilem veterum more sumebat, æstate. si quid otij, iacebat in sole, liber legebatur, adnotabat, excerpibatque. Nihil enim vnquam legit, quod non excerpere. Dicere etiam solebat, nullum esse librum tam malum, vt non aliqua ex parte prodesset. Post solem plerunque frigida lauabatur. Deinde gustabat, dormiebatque minimum. Mox, quasi alio die, studebat in cœnæ tempus. Super hanc liber legebatur, adnotabatur, & quidem cursim. Memini quendam ex amicis, cum lector quædam pronuntiasset perperam, reuocasse, & repeti coegisse. Huic auunculum meum dixisse: Intellexeras nempe, quum ille annuisset. Cur ergo reuocabas? decem amplius versus hac tua interpellatione perdidimus. Tanta erat parsimonia temporis. Surgebat æstate à cœna luce, hyeme intra primam noctis, sed tanquam aliqua lege cogente. Hæc inter medios labores, vrbisque fremitum. In secessu solum balinei tempus studiis eximebatur. Cum dico balinei, de interioribus loquor. Nam dum distringitur, tergiturque, audiebat aliquid, aut dictabat. In itinere quasi solutus cæteris curis, huic vni vacabat. Ad latus notarius cum libro & pugillaribus, cuius manus hyeme manicis muniebantur, vt ne cæli quidem asperitas vllum studiis tempus eriperet. Qua ex causa Romæ quoque sella vehebatur. Repeto me correptum ab eo, cum ambulare: Poteras, inquit, has horas non perdere. Perire enim omnè tempus arbitrabatur, quod studiis non impartiretur. Hac intentione tot ista volumina peregit, electorumque commentarios clx. mihi reliquit, opisthographos quidem, & minutissimè scriptos: qua ratione multiplicatur hic numerus. Referebat ipse, potuisse se, cum procuraret in Hispania, vendere hos commentarios Largio Licinio ccc. millibus nummum, & tunc aliquanto pauciores erant. Nonne videtur tibi recordanti quantum legerit, quantum scripserit, nec in officiis vllis, nec in amicitia principum fuisse? Rursus cum audis quid studiis laboris impenderit, nec scripsisse satis, nec legisse? Quid est enim, quod non aut illæ occupationes impedire, aut hæc instantia non possit efficere? Itaque soleo ridere, cum me quidam studiosum vocant, qui si comparer illi, sum desidiosissimus. Ego autem tantum, quem patrum publica, partim amicorum officia distringunt? Quis ex istis, qui tota vita literis assident, collatus illi, non quasi somno & inertie deditus erubescat? Extendi epistolam, quamuis hoc solum, quod requirebas, scribere destinassem, quos scilicet libros reliquisset. Confido tamen hæc quoque tibi non minus grata, quam ipsos libros, futura, quæ te non tantum ad legendos eos, verum etiam ad simile aliquid elaborandum possunt æmulationis stimulis excitare. Vale.



C. PLINIUS TACITO

S V O S.

P

Etis, ut tibi auunculi mei exitum scribam, quò verius tradere posteris possis. Gratias ago. Nam video morti eius, si celebretur à te, immortalem gloriam esse propositam. Quamuis enim pulcherrimarum clade terrarum, ut populi, ut urbes, memorabili casu, quasi semper victurus, occiderit, quamuis ipse plurima scripserit, plura tamen perpetuitati eius scriptorum tuorum aternitas addet. Equidem beatos puto, quibus Deorum munere datum est, aut facere scribenda, aut scribere legenda: beatissimos verò, quibus utrunque. Horum in numero auunculus meus & suis libris, & tuis erit. Quò libentius suscipio, depono etiam, quod iniungis. Erat Miseni, classèque imperio presens regebat. Calend. Nouembris hora fere septima, mater mea indicat ei apparere nubem inusitata & magnitudine, & specie. Surgit ille, ut è sole solebat, frigida gustata: iacens enim studebat. Proposuit soleas, ascendit locum, ex quo maxime miraculum illud conspici poterat. Nubes, incertum procul intuentibus ex quo monte (Vesuuium fuisse postea cognitum est) oriebatur: cuius similitudinem & formam non alia magis arbor, quam pinus expresserit. Nam longissimo velut trunco efflata in altum, quibusdam ramis diffundebatur. Credo, quia recenti spiritu euecta, dein senescente eo destituta, aut etiam pondere suo victa, in latitudinem vanescebat, candida interdum, interdum sordida & maculosa, prout terram cineremve sustulerat. Magnum id propiusque nocendum, ut eruditissimo viro, visum est. Iubet liburnicam aptari, mihi si venire una vellem, facit copiam. Respondi, studere me malle: & forte ipse, quod scriberem, dederat. Egrediebatur domo: accepit codicillos Retina classiarij, imminente periculo exterriti, nam villa ea subiacebat: nec ulla, nisi nauibus, fuga, ut se tanto discrimini eriperet, orabat. Vertit ille consilium, & quod studioso animo inchoauerat, obit maximo. Deduxit quadrirems, ascendit ipse, non Retina modo, sed multis (erat enim frequens amenitas ora) laturus auxilium: properat illuc, unde alij territi fugiunt, rectumque cursum, rectaque gubernacula in periculum tenet, adeò solus metu, ut omnes illius mali motus, omnes figuras ut deprehenderat oculis, dictaret, enotaretque. Iam nauibus cinis inciderat: quò propius accederet, calidior & densior: iam pumices etiam, nigricæ & ambusti & fracti igne lapides: iam vadum subitum, ruinaque montis litora obstantia. Cunctatus paulum, an retro flecteret, mox gubernatori ut ita faceret monenti, Fortes, inquit, fortuna iuuat: Pomponianum pete. Stabis erat, perueneratque sinu medio. Nam sensim circumactis curuatisque litoribus mare infunditur. Ibi quaquam nondum periculo appropinquante, conspicuo tamen, & cum cresceret, proximo, sarcinas contulerat in naues, certus fuga, si contrarius ventus resedisset. Quò tunc auunculus meus secundissimo inuectus, completitur trepidantem, consolatur, hortatur: ut que timorem eius sua securitate leniret, deferri se in balneum iubet: locus accubat, cenat, atque hilaris, aut (quod æque magnum est) similis hilari. Interim è Vesuuio monte pluribus locis latissime flamma atque incendia relucebant, quorum fulgor & claritas tenebras noctis excipiebat. Ille agrestium trepidatione igni relictas desertasque villas per solitudinem ardere, in remedium formidinis dictabat. Tum se quieti dedit, & quieuit verissimo quidè somno. Nam meatus anima, qui illi propter amplitudinem corporis grauior & sonantior erat, ab iis, qui limini obuersabantur, audiebatur. Sed areæ, ex qua diæta adibat, ita iam cinere mistisque pumicibus oppleta surrexerat, ut si longior in cubiculo mora esset, exitus negaretur. Excitatus procedit, seque Pomponiano, cæterisque, qui peruigilant, reddit, in commune consultant, intra tectane subsistant, an in aperto vagentur: nam crebris vastisque tremoribus tecta nutabat, & quasi emota sedibus suis, nunc huc, nunc illuc abire, aut referri videbatur. Sub dio rursus quaquam leuium exesorumque, pumicum casus metuebatur: quod tamen malorum collatio elegit. Et apud illud quidem ratio rationem, apud alios timorem timor vicit. Ceruicalia capitibus imposta lineis constringunt. Ad munimentum aduersus incidentia fuit. Iam dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior densiorque: quam tamen faces multa variaque lumina soluebant. Placuit egredi in litus, & ex proximo aspicere, quid iam mare admitteret, quod adhuc vastum & aduersum permanebat. Ibi super abiectum linteum recubans sedit, atque iterum frigidam poposcit, hausitque. Deinde flamma, flammarumque prænuntius odor sulphuris alios in fugam vertunt: excitant illum, qui innixus seruis duobus assurrexit, & statim concidit (ut ego coniecto) crassiore caligine spiritu obstructo, clauso que stomacho, qui illi natura inualidus, & angustus, & frequenter inuis estuas erat. Vbi dies redditus is, ab eo quem nouissime viderat, tertius, corpus inuentum integrum, illesum, opertumque, ut fuerat indutus. Habitus corporis quiescenti quam defuncto, similior. Interim Miseni, ego & mater. Sed nihil ad historiam. Nec tu aliud, quam de exitu eius, scire voluisti: finem ergo faciam. Vnum adiiciam: omnia me, quibus interfueram, quaque statim, cum maxime vera memorantur, audieram, persecutum. Tu potissima excerptes. Aliud est enim epistolam, aliud historiam, aliud amico, aliud omnibus scribere. Vale.

M. A. CASANOVÆ MANTVAN.

EPIGRAMMA.

Plinius, & Titan illustrant omnia: lucem
 Ille dedit terris, artibus ille dedit.
 Verus vterque pater: te propter, maxime Lari,
 Iure se ait soles orbis habere duos.

Aliud.

Quid iuuat innumeris repleti scrinia libris,
 Vnus pro cunctis PLINIUS esse potest.



C. PLINII SECUNDI NA-
TURALIS HISTORIÆ
LIBER PRIMVS.

P R Æ F A T I O .

C. Plinius Secundus Vespasiano suo S.



LIBROS Naturalis Historiæ nouitium Camœnis Quiritium
tuorum opus natum apud me proxima fœtura, licentiore epi-
stola narrare constitui tibi, iucundissime Imperator (sit enim
hæc tui præfatio verissima, dum maximi consenescit in patre.)
Nanque tu solebas meas esse aliquid putare nugas, vt obiter
emolliam Catulum conterraneum meum. Agnoscis & hoc ca-
strense verbum. Ille enim, vt scis, permutatis prioribus syllabis
duriusculum se fecit, quàm volebat existimari à Veraniolis
suis & Fabulis. Simul vt hac mea petulantia fiat, quod proximè non fieri questus es
10 in alia procaci epistola nostra, vt in quædam acta exeat, sciântque omnes quàm ex
æquo tecum viuat imperium. Triumphalis & Censorius tu, sexiêsq; Consul, ac Tri-
bunitiæ potestatis particeps, & quod his nobilius fecisti, dum illud patri pariter &
equestri ordini præstas, Præfectus prætorio eius, omniâque hæc Reipublicæ, & nobis
quidem qualis in castrensi contubernio? Nec quicquam in te mutauit fortunæ ampli-
tudo, nisi vt prodesse tantundem posses & velles. Itaque cùm cæteris in venerationem
tui pateant omnia illa, nobis ad colendum te familiarius audacia sola superest. Hanc
igitur tibi imputabis, & in nostra culpa tibi ignosces. Perfricui faciem, nec tamen pro-
feci: quando alia via occuris ingens, & longius etiam submoues ingenij fascibus. Ful-
gurat in nullo vnquam verius dicta vis eloquentiæ, Tribunitiæ potestatis facundia.
20 Quanto tu ore patris laudes tonas? quanto fratris amas? quantus in Poëtica es? O ma-
gna fœcunditas animi: quemadmodum fratrem quoque imitareris, excogitasti. Sed
hæc quis possit intrepidus æstimare subiturus ingenij tui iudicium, præsertim lacessitum?
Neque enim similis est conditio publicantium, & nominatim tibi dicâtium. Tum
possem dicere, quid ista legis Imperator? Humili vulgo scripta sunt, agricolarum, opi-
ficum turbæ, denique studiorum otiosis: quid te iudicem facis? Cùm hanc operam
condicerem, non eras in hoc albo. Maiorem te sciebam, quàm vt descensurum huc pu-
tarem. Præterea est quædam publica etiam eruditorum reiectio. Vtitur illa & M. Tul-
lius, extra omnem ingenij aleam positus, & (quod miremur) per aduocatum defendi-
tur. Hæc doctissimum Persium legere nolo, Lælium Decimum volo. Quod si hoc Lu-
30 cilius, qui primus condidit styli nasum, dicendum sibi putauit: si Cicero mutuandum,
præsertim cùm de re publica scriberet: quanto nos causatius ab aliquo iudice diffidi-
mus? Sed hæc ego mihi nunc patrocina ademi nuncupatione, quoniam plurimum
interest, sortiatur aliquis iudicem an eligat: multumque apparatus interest apud inui-
tatum hospitem & oblatum. Cùm apud Catonem illum ambitus hostem, & repulsis
tanquam honoribus indeptis gaudentem, flagrantibus comitiis pecunias deponerent

C. Plinii ad Diuum

candidati, hoc se facere pro innocentia (quod in rebus humanis summum esset) profitebantur: inde illa nobilis M. Ciceronis suspiratio: O te felicem M. Porci, à quo rem improbam petere nemo audet. Cùm Tribunos appellaret L. Scipio Asiaticus, inter quos erat Gracchus: hoc attestabatur, se vel inimico iudici approbari posse. Adeò summum quisque causæ suæ iudicem facit, quemcunque elegit, vnde prouocatio appellatur. Te quidem in excelsissimo humani generis fastigio positum, summa eloquentia, summa eruditione præditum, religiosè adiri etiam à salutantibus scio. Et ideo immensa præter cæteras subit cura, vt quæ tibi dicantur, te digna sint. Verùm & diis lacte rustici multæque gentès supplicant, & mola tantum falsalitant, qui non habent thura: nec vlli fuit vitio deos colere, quoquo modo posset. Meæ quidem temeritati accessit hoc 10 quoque, quòd leuioris operæ hos tibi dedicaui libellos. Nam nec ingenij sunt capaces, quod alioquin nobis perquam mediocre erat: nec admittunt excessus aut orationes, sermonesve, aut casus mirabiles, vel euentus varios, non alia iucunda dictu, aut legentibus blanda. Sterili materia rerum natura, hoc est, vita narratur, & hæc fordidissima sui parte, vt plurimarum rerum aut rusticis vocabulis aut externis, imò barbaris, etiam cum honoris præfatione ponendis. Præterea iter est, non trita autoribus via, nec qua peregrinari animus expetat. Nemo apud nos, qui idem tentauerit, nemo apud Græcos qui vnus omnia ea tractauerit. Magna pars, studiorum amœnitates quærimus. Quæ verò tractata ab aliis dicuntur immensæ subtilitatis, obscuris rerum tenebris premuntur. Iam omnia attingenda, quæ Græci τὰς ἐγκυκλοπαιδείας vocant, & tamen ignota aut 20 incerta ingenijs facta. Alia verò ita multis prodita, vt in fastidium sint adducta. Res ardua, vetustis nouitatem dare, nouis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubijs fidem, omnibus verò naturam, & naturæ suæ omnia. Itaque etiam non affecutis, voluisse, abundè pulchrum atque magnificum est. Equidem ita sentio, peculiarem in studiis causam eorum esse, qui difficultatibus victis, vtilitatem iuuandi prætulerunt gratiæ placendi: idque iam & in aliis operibus ipse feci: & profiteor mirari me T. Liuium, autorem celeberrimum, in historiarum suarum, quas repetit ab origine Vrbs, quodam volumine sic orsum: Satis iam sibi gloriæ quæsitum: & potuisse se desinere, nì animus inquires pasceretur opere. Profectò enim populi gentium victoris, & Romani nominis gloriæ, non suæ composuisse illa decuit. Maius meritum esset, operis amore, non animi causa perseuerasse: & hoc populo Romano præstitisse, non sibi. Viginti millia rerum dignarum cura, (quoniam vt ait Domitius Piso, thesauros oportet esse, non libros) ex lectione voluminum circiter duùm millium, quorum pauca admodum studiosi attingunt propter secretum materiæ, ex exquisitis autoribus centum, inclusimus triginta sex voluminibus, adiectis rebus plurimis, quas aut ignoraerant priores, aut postea inuenerat vita. Nec dubitamus, multa esse, quæ & nos præterierint. Homines enim sumus, & occupati officiis: succisiuísque temporibus ista curamus, id est, nocturnis, ne quid vestris putetis cessatum horis. Dies vobis impendimus: cum somno valetudinem computamus: vel hoc solo præmio contenti, quòd dum ista (vt ait M. Varro) musinamur, pluribus horis viuimus. Profectò enim vita vigi- 40 lia est. Quibus de causis atque difficultatibus nihil auso promittere, hoc ipsum tu præstas quod ad te scribimus. Nec fiducia operis hæc est, sed indicatura. Multa valde pretiosa ideo videntur, quia sunt templis dicata. nos quidem omnes, patrem, te, fratremque diximus opere iusto, temporum nostrorum historiam orsi à fine Aufidij Bassi. Vbi sit ea quæres? iam pridem peracta sancitur: & alioquin statutum erat hæredi mandare, ne quid ambitioni dedisse vita iudicaretur. Proinde occupantibus locum faueo, ego verò & pòsteris, quos scio nobiscum decertaturos, sicut ipsi fecimus cum prioribus. Argumentum huius stomachi mei habebis, quòd in his voluminibus autorum nomina prætexui. Est enim benignum (vt arbitror) & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris, non vt plerique ex iis, quos attigi, fecerunt. Scito enim confe- 50 rentem autores me deprehendisse à iuratissimis & proximis veteres transcriptos ad verbum,

Vespasianum Præfatio.

verbum, neque nominatos, non illa Virgiliana virtute vt certarent, non Ciceroniana simplicitate, qui in libris de Republica, Platonis se comitem profitetur: in consolatione filiæ, Crantorem, inquit, sequor: item Panætium de officiis, Quæ volumina eius ediscenda, non modò in manibus quotidie habenda, nocti. Obnoxij profectò animi, & infelici ingenij est, deprehendi in furto malle, quàm mutuum reddere, cùm præfertim fors fiat ex vsura. Inscriptionis apud Græcos mira felicitas: κρείον inscribere, quod volebant intelligi fauorem: alij κίρας ἀμαλθείας, quod Copiæ cornu, vt vel lactis gallinacei sperare possis in volumine hauitum. Iam Musæ, πάνδεκτα, ἐγχειρίδιον, λειμών, πνακίδιον inscriptiones propter quas vadimonium deferi possit. At cùm intraueris, dij deæque, quàm nihil in
10 medio inuenies! Nostri crassiores, Antiquitatum, Exemplorum, Artiùmque quàm facetissimi. Lucubrationem puto, qui Antias ciuis erat & vocabatur, Valerius primus asserit: Varro in Satyris suis Sesculixem & Flexibulas. Apud Græcos desit nugari Diodorus, & βιβλιοθήκης historiam suam inscripsit. Apion quidem Grammaticus, hic quem Tiberius Cæsar cymbalum mundi vocabat, quum publicæ famæ tympanum potius videri posset, immortalitate donari à se scripsit, ad quos aliqua componebat. Me non pœnitent nullum festiuorem excogitasse titulum. Et ne in totum videar Græcos infectari, ex illis nos velim intelligi pingendi fingendique conditoribus, quos in libellis his inuenies, absoluta opera, & illa quoque quæ mirando non satiamur, pendenti titulo inscripsisse: Vt, Apelles faciebat, aut Polycletus: tanquam inchoata semper arte &
20 imperfecta, vt contra iudiciorum varietates superesset artifici regressus ad veniam, velut emendaturo quicquid desideretur, si non esset interceptus. Quare plenum verecundiæ illud est, quòd omnia opera tanquam nouissima inscribere, & tanquam singulis fato adempti. Tria non amplius, vt opinor, absolute traduntur inscripta, Ille fecit, quæ suis locis reddam: quo apparuit, summam artis securitatem auctori placuisse, & ob id magna inuidia fuere omnia ea. Ego planè meis adiici posse multa confiteor: nec his solis, sed & omnibus quæ edidi: vt obiter caueam istos Homeromastigas. Ita enim verius dixerim, quoniam audio & Stoicos, & Dialecticos, Epicureos quoque (nam de Grammaticis semper expectaui) parturire aduersus libellos, quos de Grammatica edidi, & subinde abortus facere iam decem annis, cùm celerius etiam elephantum pariant: Ceu verò nesciam, aduer-
30 sus Theophrastum, hominem in eloquentia tantum, vt nomen diuinum inde inuenerit, scripsisse etiam fœminam, & prouerbum inde natum, suspendio arborem eligendi. Non queo mihi temperare, quò minus ad hoc pertinentia ipsa Censorij Catonis verba ponam, vt inde appareat, etiam Catoni de militari disciplina commētanti, qui sub Africano, imò verò & sub Annibale didicisset militare, & ne Africanum quidem ferre potuisset, qui Imperator triumphum reportasset, paratos fuisse istos qui obtrectatione alienæ scientiæ famam sibi aucupantur. Quid enim ait in eo volumine? Scio ego, quæ scripta sunt, si palàm proferantur, multos fore qui vitilitigēt, sed ij potissimum, qui veræ laudis expertes sunt. Eorum ego orationes sino præterfluere. Nec Plancus illepidè, cùm diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, quæ ab ipso aut liberis post mortem Planci ederentur, ne
40 respondere posset: Cum mortuis non nisi laruas luctari. Quo dicto sic percussit illas, vt apud eruditos nihil impudentius iudicetur. Ergo securi etiam contra vitilitigatores, quos Cato eleganter ex vitiis & litigatoribus composuit, (quid enim illi aliud quàm litigant, aut litem quærunt?) exequemur reliqua propositi. Quia occupationibus tuis publico bono parcendum erat, quid singulis contineatur libris huic epistolæ subiunxi: summæque cura, ne perlegendos eos haberes, operam dedi. Tu per hoc & aliis præstabis ne perlegant: sed vt quisque desiderauerit aliquid, id tantum quærat, & sciat quo loco inueniat. Hoc ante me fecit in literis nostris Valerius Soranus, in libris quos ἐπιπέδιον inscripsit.

C. PLINII SECUNDI HISTORIARVM MUNDI ELENCHOS,

LIBRORVM OMNIVM TRIGINTASEPTEM

liber vnus qui primus. Summatim hæc
insunt libris singulis.

Primo, *Præfatio operis ad Titum Vespasianum Cæsarem. Item autorum nomina, ex quibus desumpsit ea, quæ persequitur libris sex & triginta, capita rerum singularum attingens.*

Secundo, *de mundo, & elementis, & sideribus.*

Tertio, *primus & secundus Europæ sinus.*

Quarto, *tertius Europæ sinus.*

Quinto, *describitur Africa.*

Sexto, *Asiæ descriptio continetur.*

Septimo, *de homine, & rebus ab homine inuentis.*

Octauo, *terrestrium animalium genera.*

Nono, *aquatilia.*

Decimo, *volucrum genera.*

Vndecimo, *insecta animalia,*

Duodecimo, *plantæ odoratorum.*

Decimotertio, *plantæ arborum peregrinarum.*

Decimoquarto, *plantæ vitium.*

Decimoquinto, *plantæ arborum frugiferarum.*

Decimosexto, *plantæ arborum syluestrium.*

Decimosextimo, *plantæ satiuarum.*

Decimooctauo, *natura frugum & cerealium, ac studia agricolatoris.*

Decimonono, *linum, spartum & hortensia.*

Vigesimo, *quæ cibus & medicinæ in plantis satiuis conueniant.*

Vigesimo primo, *flores & coronamenta.*

Vigesimo secundo, *coronæ & medicinæ ex herbis.*

Vigesimo tertio, *medicinæ ex vino & arboribus urbanis.*

Vigesimo quarto, *medicinæ ex arboribus syluestribus.*

Vigesimo quinto, *medicinæ herbarum sponte nascentium.*

Vigesimo sexto, *noui morbi, & medicinæ quarundam herbarum per morbos.*

Vigesimo septimo, *herbæ aliæ quedam & medicinæ.*

Vigesimo octauo, *medicina ex homine & animalibus magnis.*

Vigesimo nono, *de medicinæ autoribus & medicinæ ex reliquis animalibus.*

Trigesimo, *magia, & medicina quedam per membra.*

Trigesimo primo, *medicinæ ex aquatilibus.*

Trigesimo secundo, *reliqua ex aquatilibus.*

Trigesimo tertio, *metalla auri & argenti.*

Trigesimo quarto, *metalla æris & plumbi, & artifices ærarij.*

Trigesimo quinto, *pictura, colorésque & pictores.*

Trigesimo sexto, *marmoræ, & lapides.*

Trigesimo septimo, *gemma.*

Libros

Mundum

Hactenus

Tertius

Africam

Pontus

Mundus

Ad reliqua

Animalium

Sequitur

Restant

Animalium

Hactenus

Externæ

Oleam

Pomiferas

Natura

Sequitur

Siderum

Maximum

In hortis

Compleffe

Peracta

Ne syluæ

Ipsa quæ

Sensit

Crescit

Dictæ erant

Natura

Magicas

Aquatilium

Ventum

Metalla

Proximæ

Metallorum

Lapidum

Vt nihil

| | | |
|--|----------------------|--------|
| L ibro secundo cōtinetur de mundo, & cælestibus, & terretribus, & æriis | De motu eius | III |
| An finitus sit mundus, & an vnus | Cur mundus dicatur | IIII |
| De forma eius | De quatuor elementis | V |
| | De septem planetis | VI |
| | | De Deo |

Liber Primus.

| | | | |
|---|---------|--|----------|
| De Deo | VII | Quibus in terris fulmina non cadant | L |
| De natura siderum errantiũ, & eorum am- bitu | VIIII | Fulgurum genera & miracula | LI |
| De natura Lunæ | IX | De obseruationibus | LII |
| De defectu Solis & Lunæ, & de nocte | X | De fulminibus euocandis | LIII |
| De siderum magnitudine | XI | Catholica fulgurum | LIIII |
| Quæ quis inuenerit in obseruatione cæle- sti | XII | Quæ non feriantur fulmine | LV |
| De defectibus | XIII | De prodigiosis pluuiis, lacte, sanguine, car- ne, ferro, lana, lateribus coctis | LVI |
| De Lunæ motu | XIIII | De crepitu armorum & tubarum de cælo audito | LVII |
| Errantium motus, & luminũ Canonica | XV | De lapidibus è cælo cadentibus | LVIII |
| Quare eadem aliàs altiora, aliàs inferiora videantur | XVI | De arcu cælesti | LIX |
| Catholica siderum errantium | XVII | De grādine, niue, pruina, nebula, rore | LX |
| Quæ ratio colores eorum mutet | XVIII | De nubium imaginibus | LXI |
| Solis motus, & dierum inæqualitatis ratio | XIX | De proprietatibus cæli in locis | LXII |
| Quare Ioui fulmina assignentur | XX | De natura terræ | LXIII |
| Interualla siderum | XXI | De forma terræ | LXIIII |
| De siderum Musica | XXII | De Antipodib. an sint, & aquæ rotunditate | LXV |
| De mundi Geometria | XXIII | Quomodo sit aqua terræ innexa | LXVI |
| De repentinis sideribus | XXIIII | De nauigatione maris & flum. | LXVII |
| De cometis & cælestibus prodigiis, natura & situ, & generibus eorum | XXV | Quæ portio terræ habitetur | LXVIII |
| Hipparchea de sideribus, per exempla hi- storica, faces, lampades, trabes, bolides, & chasma cæli | XXVI | Mediam esse mundi terram | LXIX |
| De cæli coloribus | XXVII | De siderũ ortus inæqualitate, & de eclipsi, & vbi, & quare | LXX |
| De flamma cæli | XXVIII | Quæ ratio diurnæ lucis in terris | LXXI |
| De coronis cælestibus | XXIX | Gnomonica de eadem re, & horologio pri- mo | LXXII |
| De circulis repentinis | XXX | Vbi & quando nullæ vmbær | LXXIII |
| Plures Soles | XXXI | Vbi bis anno vmbær, & vbi in contrarium | LXXIIII |
| Plures Lunæ | XXXII | Vbi longissimus dies, & vbi breuifs. | LXXV |
| Dierum lux nocte | XXXIII | Item de horologio | LXXVI |
| Clypei ardentes | XXXIIII | Quomodo dies obseruentur | LXXVII |
| Ostentum cæli | XXXV | Differentiæ gentium ratio | LXXVIII |
| De discursu stellarum | XXXVI | De motu terræ | LXXIX |
| De stellis Castoribus | XXXVII | De terræ hiatus | LXXX |
| De aëre | XXXVIII | Signa motus futuri | LXXXI |
| De statis tempestatibus | XXXIX | Auxilia contra motus futuros | LXXXII |
| De vi Caniculæ | XL | Portenta terrarum semel visa | LXXXIII |
| Sidera in aliis signorum partibus & tempo- ribus aliàs influere | XLI | Miracula terræ motus | LXXXIIII |
| Imbrium ventorum & nubium causæ | XLII | Quibus locis maria recesserint | LXXXV |
| De tonitruis & fulguribus | XLIII | Ratio insularum enascentium | LXXXVI |
| Qua ratione echo reddatur | XLIIII | Quæ & quibus temporibus enatæ sunt | LXXXVII |
| De ventis iterum | XLV | Quas terras interruperint maria | LXXXVIII |
| Naturæ & obseruationes ventorum | XLVI | Quæ insulæ continenti adiunctæ | LXXXIX |
| Ventorum genera | XLVII | Quæ terræ in totum mari permutatæ | XC |
| De repentinis flatibus | XLVIII | Quæ terræ ipsæ se sorbuerunt | XCI |
| Alia prodigiosa genera tempestatum | XLIX | Quæ vrbes haustæ sunt à mari | XCII |
| | | De miraculis terrarum | XCIII |

Liber Primus.

| | | | |
|--|--------|--|--------|
| Arcadia | VI | Africa | IIII |
| Græcia & Attica | VII | Cyrene | V |
| Theſſalia | VIII | Libya Mareotis | VI |
| Magneſia | IX | Infulæ circa Africam, & ex aduerſo Afri- | |
| Macedonia | X | cæ | VII |
| Thracia | XI | Æthiopes | VIII |
| Infulæ inter eas terras, inter quas Creta, Eu- | | De Aſia | IX |
| bœa, Cyclades, Sporades, Hellesponti, | | Alexandria | X |
| Ponti, Mæotidis, Daciæ, Sarmatiæ, Scy- | | Arabia | XI |
| thiæ | XII | Syria, Palæſtina, Phœnice | XII |
| Infulæ Ponti | XIII | Idumæa, Syria, Palæſtina, Samaria | XIII |
| Germaniæ | XIII | Iudæa, Galilæa | XIII |
| Infulæ in Gallico Oceano | XV | Iordanis | XV |
| Britannia, & Hybernia | XVI | Aſphaltites | XVI |
| Gallia | XVII | Gens Eſſenorum | XVII |
| Lugdunenſis Gallia | XVIII | Decapolis | XVIII |
| Aquitania | XIX | Tyrus & Sidon | XIX |
| Citerior Hiſpania | XX | Mons Libanus | XX |
| Lufitania | XXI | Syria Antiochena | XXI |
| Infulæ in Oceano | XXII | Cafius mons | XXII |
| Vniuerſæ Europæ meſura | XXIII | Cœle Syria | XXIII |
| Summa oppida & gentes. Summa flumina | | Euphrates | XXIII |
| clara. Summa montium clara. Summa infu- | | Palmyra | XXV |
| læ, quæ intercidere, oppida & gentes. | | Hierapolis | XXVI |
| Summa res hiftoriæ & obſeruaciones. | | Cilicia, & adiunctæ gentes, Pamphylia, Iſau- | |
| <i>Ex autoribus</i> | | ria, Homonadû, Piſidia, Lycaonia. Tau- | |
| M. Varrone, Catone Cæſorio, M. Agrippa, | | rus mons, Lycia | XXVII |
| Diuo Auguſto, Varrone Atacino, Cor. Ne- | | Indus fluuius | XXVIII |
| pote, Hygino, L. Vetere, Pomponio Mela, | | Laodicea, Apamia, Ionia, Ephelus | XXIX |
| Licinio Mutiano, Fabricio Thuſco, Atteio | | Æolis, Troas, Pergamus | XXX |
| Capitone, Atteio Philologo. | | Infulæ ante Aſiam, Pamphyliû mare, Rho- | |
| <i>Externis</i> | | dus, Samûs, Chius | XXXI |
| Polybio, Hecatæo, Hellanico, Damaste, Eu- | | Hellespontus, Myſia, Phrygia, Galatia, Ni- | |
| doxo, Dicæarcho, Timotheus, Ephoro, | | cea, Bithynia, Boſphorus | XXXII |
| Cratete Grammatico, Serapione Antio- | | Summa oppida & gentes, ſumma flumina | |
| cheneſe, Callimacho, Artemidoro, Apol- | | clara, ſumma montium clara, ſumma infu- | |
| lodoro, Agathocle, Eumacho Siculo Mu- | | læ c x v i j. ſumma quæ intercidere oppida, | |
| fico, Alexandro Polyhiſtore, Thucydide, | | ſumma res hiftoriæ & obſeruaciones. | |
| Dofiaſe, Anaximandro, Philiftide Mallo- | | <i>Ex autoribus</i> | |
| te, Dionyſio, Ariſtide, Callidemo, Me- | | Agrippa, Suetonio Paulino, Varrone Ata- | |
| næchmo, Ædoſthene, Anticlida, Hera- | | cino, Corn. Nepote: Hygino, L. Vetere, Me- | |
| clida, Philemone, Menephonte, Pythia, | | la, Domitio Corbulone, Licinio Mutiano, | |
| Iſidoro, Philonide, Xenagora, Aſtynomo, | | Cl. Cæſare, Aruntio, Liuiio filio, Seboſo, | |
| Staphylo, Ariſtrocrito, Metrodoro, Cleo- | | Actis triumphorum. | |
| bulo, Poſidonio. | | <i>Externis</i> | |
| L ibro v. continentur ſitus, gentes, maria, | | Iuba rege, Hecatæo, Hellanico, Damaste, | |
| oppida, portus, montes, flumina meſu- | | Dicæarcho, Bione, Timotheus, Philonide | |
| re, populi, qui ſunt, aut fuerunt. | | Xenagora, Aſtynomo, Staphylo, Ariſto- | |
| De Mauritania | cap. I | tele, Dionyſio, Ariſtrocrito, Ephoro, Erato- | |
| Tingitana prouincia | II | ſthene, Hipparcho, Pânctio, Serapione | |
| Numidia | III | Antiocheno. Callimacho, Agathocle, Po- | |

C. Plinii Naturalis Historia

| | |
|---|--|
| <p>lybio, Timæo Mathematico, Herodoto, Myrsilo, Alexandro Polyhistore, Metrodoro, Posidonio, qui periplum aut perihegesim: Sotade, Periandro, Aristarcho Sicyonio, Eudoxo, Antigene, Callicrate, Xenophonte Lampfaceno, Diodoro Syracusano, Hannone, Himilcone, Nymphodoro, Calliphone, Artemidoro, Megasthene, Isidoro, Cleobulo, Aristocreonte.</p> <p>Libro v i. continentur situs, gentes, maria, oppida, portus, flumina, mensuræ, populi qui sunt aut fuerunt.</p> <p>Pontus Euxinus, antea Axenos cap. I</p> <p>Gens Paphlagonum & Cappadocum II</p> <p>Cappadocia III</p> <p>Themiscyræ regionis gentes IIII</p> <p>Regio Colchica, Achæi, & cæteri eodem tractu V</p> <p>Bosphorus Cimmericus, Mæotis VI</p> <p>Gentes circa Mæotin VII</p> <p>Armeniæ duæ VIII</p> <p>Armenia maior IX</p> <p>Albania, Iberia X</p> <p>Portæ Caucasæ XI</p> <p>Insulæ in Ponto XII</p> <p>Gentes in Scythico Oceano XIII</p> <p>Media, Caspiæ portæ XIIIII</p> <p>Gentes circa Hyrcanum mare XV</p> <p>Item aliæ gentes XVI</p> <p>Scytharum gentes XVII</p> <p>Fluius Ganges XVIII</p> <p>Gentes Indiæ XIX</p> <p>Indus fluius XX</p> <p>Arii, & iunctæ gentes XXI</p> <p>Taprobane insula XXII</p> <p>Capissene, Carmania XXIIII</p> <p>Sinus Persicus & Arabicus XXIIII</p> <p>Cascandrus insula, Parthorum regna XXV</p> <p>Media, Mesopotamia, Babylon, Seleucia, XXVI</p> <p>Flumen Tigris XXVII</p> <p>Arabia, Nomades. Nabathæi, Omani, Tylos & Ogyris insulæ XXVIIII</p> <p>Sinus maris rubri, Troglodytici, & Æthiopici XXIX</p> <p>Multiformes & miræ hominû effigies XXX</p> <p>Insulæ Æthiopici maris XXXI</p> <p>De fortunatis insulis XXXII</p> <p>Terræ per mensuras computatæ digestio XXXIII</p> <p>Digestio terrarum in parallelos & umbras</p> | <p>pares XXXIIII</p> <p>Sûma oppida c x c v. Sûma gentes DLXVI.</p> <p>Summa clara flumina CLXXX. Sûma mōtes clari x x x viii. Summa insulæ cviii.</p> <p>Summa quæ intercidere oppida aut gentes c x c v. Summa res & historiæ & obseruationes duo m. c c. xiiii.</p> <p style="text-align: center;"><i>Ex autoribus</i></p> <p>M. Agrippa, Varrone Atacino: Cor. Nepote, Hygino, L. Vetere, Mela Pōponio, Domitio Corbulone, Licinio Mutiano, Claudio Cæsare, Aruntio, Sebofo, Fabricio Thusco, Tito Liuiio, Seneca, Nigidio.</p> <p style="text-align: center;"><i>Externis</i></p> <p>Polybio, Hecataeo, Hellanico, Damaste, Eudoxo, Dicæarcho, Betone, Timosthene, Patrocle, Demodamante, Clitharcho, Eratothene, Alexadro Magno, Ephoro, Hipparcho, Panætio, Callimacho, Artemidoro, Apollodoro, Agathocle, Polybio, Eumacho Siculo, Alexadro Polyhistore, Isidoro, Amometo, Metrodoro, Posidonio, Onesicrito, Nearcho, Megasthene, Diogneto, Aristocreonte, Bione, Daldone, Simonide minore, Basile, Xenophonte Lampfaceno,</p> <p>Libro vii. continentur gentium mirabiles figuræ</p> <p>Gentium mirabiles figuræ cap. I</p> <p>De Scythis, & aliarum diuersitate gentium II</p> <p>De prodigiosis partibus III</p> <p>De mutatione sexus, & geminis partibus IIII</p> <p>De homine generando & pariendi tempore per illustria exempla a mensibus VII ad XI. V</p> <p>De conceptibus, & signa sexus in grauidis præuenientia partum VI</p> <p>De conceptu hominum & generatione VII</p> <p>De Agrippis VIII</p> <p>Monstruosi partus excisi vtero IX</p> <p>Qui sint Vopisci X</p> <p>Exempla numerosæ sobolis XI</p> <p>Exempla similitudinum XII</p> <p>Quæ sit generandi ratio XIII</p> <p>Item de eodem multiplicius XIIIII</p> <p>De menstruis mulierum XV</p> <p>Item de ratione partuum XVI</p> <p>Insignia corporum XVII</p> <p>Exempla variarum figurarum XVIII</p> <p>Diuer</p> |
|---|--|

Liber Primus.

| | | |
|--|-----------|---|
| Diuerſorum morum exempla | XIX | no, Mutio, Maſſurio, Agrippina Claudij, |
| De fortitudine & velocitate | XX | M. Cicerone, Afinio Pollione, Meſſala, Ru- |
| De viſu | XXI | fo, Corn. Nepote, Virgilio, Liuius, Cordo, |
| De auditu | XXII | Meliſſo, Seboſo, Cor. Celſo, Maximo Vale- |
| Exempla patientiæ | XXIII | rio, Trogo, Nigidio Figulo, Pomponio At- |
| Memoriæ exempla | XXIII | tico, Pediano Afconio, Sabino, Catone Cæ- |
| Laus C. Iulij Cæſaris | XXV | ſorio, Fabio Veſtale. |
| Laus Pompeij Magni | XXVI | <i>Externis</i> |
| Laus Catonis primi | XXVII | Herodoto, Ariſtea, Betone, Iſigono, Crate- |
| Item de fortitudine | XXVIII | te, Agatharchide, Calliphane, Ariſtotele, |
| De ingeniis, ſiue laudibus quorundam ab | XXIX | Nymphodoro, Apollonide, Philarcho, Da- |
| ingeniis | XXIX | mone, Megathene, Cteſia, Taurone, Eudo- |
| De Platone, Ennio, Virgilio, M. Varrone, | XXX | xo, Oneſicrito, Clitarcho, Duride, Artemi- |
| & M. Cicerone | XXX | doro, Hippocrate medico, Aſclepiade me- |
| De morum maieltate | XXXI | dico, Heſiodo, Anacreonte, Theopompo, |
| De autoritate | XXXII | Hellanico, Damaſte Ephoro, Epigene, Bero- |
| De diuinitate | XXXIII | ſo, Petofiri, Neceſſo, Alexandro Polyhiſto- |
| De Naſica | XXXIII | re, Xenophonte, Callimacho, Democrito, |
| De pudicitia | XXXV | Duillio, Polyhiſtorehiftorico, Stratone, qui |
| De pietate | XXXVI | contra Ephori theoremata ſcripſit, Hera- |
| De artium plurimarum excellentia, Astro- | XXXVII | clide Pontico, Aſclepiade qui tragodume- |
| logia, Grammatica, Geometria | XXXVII | na, Philoſtephano, Hegelia, Archimacho, |
| Item mira opera artificis | XXXVIII | Thucydide, Mneſigitone, Xenagora, Me- |
| De ſeruitiis | XXXIX | trodoro Scepfio, Anticlido, Critodemo. |
| De præſtantia gentium | XL | I bro VIII. continentur animalium ter- |
| De felicitate ſumma | XLI | reſtrium naturæ pedatim gradientium. |
| Varia exempla fortunæ | XLII | De animalibus terreſtribus, elephantor- |
| De bis proſcriptis, L. Sylla, Q. Metello | XLIII | rum commendatio, & de ſenſu eorum |
| XLIII | | cap. I |
| De altero Metello | XLIII | Quando primùm iuncti |
| De Diuo Auguſto | XLV | II |
| Quos beatiffimos dii iudicauerunt | XLVI | De docilitate eorum |
| Quem viuentem, vt deum, coli iuſſerunt | XLVII | III |
| XLVII | | De clementia eorum, & quòd pericula |
| De ſpatiis vitæ longiſſimis | XLVIII | ſua intelligant, & de tigridis truculentia |
| De varietate naſcendi | XLIX | IIII |
| In morbis varia exempla | L | De intellectu & memoria eorum |
| De ſignis mortis | LI | V |
| De his qui elati reuixerunt | LII | Quando primùm in Italia |
| De mortibus repentinis | LIII | VI |
| De ſepultura | LIII | Pugnæ eorum |
| De anima, vel de manibus | LV | VII |
| Quæ quis inuenerit in vita | LVI | Quomodo capiantur |
| In quo primus gentium conſenſus | LVII | VIII |
| De literis antiquis | LVIII | Quomodo domentur |
| Quando primùm tonſores Romæ | LIX | IX |
| Quando primùm horologia | LX | De partu eorum & reliqua natura |
| Summa res & hiftoriæ, & obſeruaciones | DCCXLVII. | X |
| DCCXLVII. | | Vbi naſcatur, & de diſcordia eorum & dra- |
| <i>Ex autoribus</i> | | conum |
| Verrius Flacco, Cn. Gellio, Licinio Mutia- | | XI |
| | | De ſolertia animalium |
| | | XII |
| | | De draconibus |
| | | XIII |
| | | De ſerpentibus maximis, & bois |
| | | XIIII |
| | | De Scythicis animalibus, & Septentriona- |
| | | libus |
| | | XV |
| | | De leonibus |
| | | XVI |
| | | De pantheris |
| | | XVII |
| | | De tigridis natura, & camelis, & came- |
| | | lopardali, & quando primùm Romæ |

C. Plinii Naturalis Historia

| | | | |
|---|---------|--|-------|
| visa | XVIII | De femiferis animalibus | LIII |
| De chao, & cepho | XIX | De simiis | LIII |
| De rhinocerote | XX | De leporibus, & cuniculis | LV |
| De lyncibus & sphingib. & crocutis, cerco- pithecis, Indici bubus, leucrocutis, eale, tauris Æthiopiæ, mantichora, monoce- rote, catoblepa, basilisco | XXI | De femiferis | LVI |
| De lupis | XXII | De muribus & gliribus | LVII |
| De serpentibus | XXIII | Quæ animalia quibus locis nō sint | LVIII |
| De ichneumone | XXIII | Quæ aduenis noceant | LIX |
| De crocodilo & hippopotamo | XXV | Summa res & historia, & obseruationes | |
| Quis primus Romæ hippopotamū & cro- codilos ostendit: & medicinæ ab anima- libus repertæ | XXVI | DCCLXXXVIII | |
| Quæ animalia quas herbas ostenderunt, cerui, lacerti, hirundines, testudines, mu- stela, ciconia, aper, anguis, draco, panthe- ra, elephas, vrsi, cerui, palumbes, colum- bæ, grues, coruus | XXVII | <i>Ex autoribus</i> | |
| Prognostica animalium | XXVIII | Mutiano, Procilio, Verrio Flacco, L. Pi- sone, Cor. Valeriano, Catone Censorio, Fenestalla, Trogo, Actio, Columella, Vir- gilio, Varrone, L. Metello Scipione, Corn. Celfo, Nigidio, Trebio Nigro, Pomponio Mela, Manlio Sura. | |
| Ciuitates & gentes à minutis animalibus deletæ | XXIX | <i>Externis</i> | |
| De hiæna, & crocuta, & mantichora, & fi- bris, & lutris | XXX | Iuba, Polybio, Onesicrito, Isidoro, Antipa- tro, Aristotele, Demetrio Physico, Demo- crito, Theophrasto, Euanthe, Agriopa qui Olympionicas, Hierone rege, Attalo rege, Philometore item, Ctesia, Duride, Philisto, Archyta, Philarcho, Amphilocho Athe- næo, Anaxipoli Thasio, Apollodoro Lem- nio, Aristophane Milesio, Antigono Cy- mæo, Agathocle Chio, Apollonio Perga- meno, Aristandro Athenæo, Bacchio Mi- lesio, Bione Solésæ, Chærea Athenæo, Dio- doro Prienæo, Dione Colophonio, Epige- ne Rhodio, Euagone Thasio, Euphronio Athenæo, Hegesia Maroneo, Menandris Prienæo & Heracleote, Menecrate Poëta, Androcione qui de agricultura scripsit, Æ- schrione qui item, Dionysio qui Magoné transtulit, Diophane qui ex Dionysio epi- tomen fecit, Archelao rege, Nicandro. | |
| De ranis, & vitulis marinis, & stellionibus | XXXI | Ibro IX. continentur animalium aqua- ticorum historia & naturæ. | |
| De ceruis | XXXII | De aquatiliū natura | I |
| De tragelapho & chamæleonte, & reliquis colorem mutantibus | XXXIII | Quare maxima in mari animalia | II |
| De tarandø, & lycæone, & thoë | XXXIII | De indici maris belluis | III |
| De hystriæ | XXXV | Quæ in quoque Oceano maxima | IIII |
| De vrsis & fœtibus eorum | XXXVI | De Tritonum, & Nereidum, & elephanto- rum marinorum figuris | V |
| Irrisio magicæ artis, & de lichene, eiusque | | M. Varrone, C. Valgio, Pompeio Lenæo, Sextio Nigro, qui Græcè scripsit, Iulio Basso, qui item, Antonio Castore, Cor. Celso. | |
| | | <i>Externis</i> | |
| | | Theophrasto, Apollodoro, Democrito, Iuba, Orpheo, Pythagora, Magone, Menandro qui Biochresta scripsit, Nicandro, Homero, Hesiodo, Musæo, Sophocle, Xantho, Anaxilao. | |
| | | <i>Medicis</i> | |
| | | Mnestheo, Callimacho, Phania phys. Timaristo, Simo, Hippocrate, Chryssippo, Diocle, | |

Liber Primus.

cle, Ophione, Heraclide, Hicelio, Dionysio Apollodoro Tarentino, Praxagora, Plistonico, Medio, Dieuche, Cleophato, Philistione, Asclepiade, Crateua, Iolla, Erasistrato, Diagora, Andrea, Mnesicle, Epicharmo, Damione, Theopolemo, Metrodoro, Solone, Lyco, Thebana Olympiade, Phyllino, Petreio, Mictione, Glaucia, Xenocrate.

Libro xxvii continentur reliqua herbarum genera. I

De aconito, & panthera quæ extinguitur aconito II

Quòd omnium creaturarum conditor sit Deus III

De Æthiopide, & agerato, & aloë, & alcea, & alypo, & alsina, & androface, & androsamo, & ambrosia, & anoni, & anagyro, & anonymo IIII

De aparine, & arctio, & aspleno, & asclepiade, & astere vel bubonio, & ascyro vel ascyroide, & aphace, & de alcibio, & alectorolopho v

De alo vi

De alga, & actæa, & de ampelo agria, & absinthio vii

De ballote & botrye fruticosa & brabyla & bryo, bupleuro & catanance, calla, & circeia, & cirsio, & crategono, & theligono & crocodilio & cynosorchi, & chrysolachano, & cucubalo & conferua viii

De cocco Gnidio, & dipfaco, & dryopteris, & dryophono, & elatine, & empetro siue calcifraga, & epipacti vel elleborine, & epimedio, & enneaphyllo, & filice, & de femore bubulo, & galeopside siue galeobdolo, & clauce siue eugalacto ix

De glaucio, & glyciside, & gnaphalio siue chamæzelo, & galedrago, & holco, & hyosiri, & holosteio, & hypophæsto x

De hypoglossa & hyperecoo, Idæa, isopyro, lathyri, leontopetalo, lycopside, & aliis quibusdam xi

De medio, & myosota, & myagro, & natrice, & othonne, & onosma, & onopordo & osyri, & oxyc, & batrachio, & polygono & leucathemo, & phyteuma, & phyllo, et phelladrio & phalari, & polyrrhizo & proserpinaca, & de rachoma, & de reseda, & stæchade xii

De solano, & sinyrnio & telephio, & trichomane & thalietro & thlaspe & tragonia

& tragoni, & trago, & tragopogo & spodyli: & quòd quidam morbi in quibusdã non sunt gentibus xiii

Summa medicinæ, & historiæ, & observationes DC CII.

Ex autoribus

Pompeio Lenæo, Sextio Nigro, qui Græcè scripsit, Iulio Basso, qui item, Antonio Castore, Cornelio Celso.

Externis

Theophrasto, Apollodoro Cittienfe, Democrito, Aristogitone, Orpheo, Pythagora, Magone, Menandro qui Biochresta scripsit, Nicandro.

Medicis

Mnestheo, & cæteris iisdem quibus in prioribus libro.

Libro xxviii. continentur medicinæ ex animalibus I

An sit in medendo aliqua vis verborum: ostenta & sanciri & depelli II

Remedia ex homine contra Magos III

De quibusdam fortilegiis, & salua hominis IIII

De obseruatione victus v

De sternutamento & Venere, & cæteris remediis vi

De remediis muliebribus vii

Medicinæ ex animalibus peregrinis, & elephanto, & leone, & de camelo, & hyæna, & crocodilo, & chamæleonte, & scinco, & hippotamo, & lyncibus viii

Medicinæ cões ex feris animalibus aut eiusdem generis placidis, lactis vsus, & obseruationes, & de caseis, butyro, & adipe ix

Medicinæ de apro, & capris, & equis feris, & remedia ex bestiis cõtra oēs morbos x

De remediis ad morborum multa genera ex animalibus xi

Ad faciei vitia, ceruicis & pectoris morbos xii

Ad stomachi, lumború & renú vitia xiii

Ad aluum sistendam, cœliacos, & dysentericos, inflationes alui, rupta, tenesmon & tæniæ, & cõlum xiiii

Ad vesicæ cruciatus, & calculos, de genitaliú & sedis vitiis, & inguinú remediis xv

Ad podagras, morbum comitalem, sideratos, assaque fracta remedia xvi

Ad melancholicos, lethargicos, hydropicos, ignem sacrum, & ad dolores neruo-

C. Plinii Naturalis Historiæ

| | | |
|---|--------|--|
| rum remedia | xvii | Plauto, Celso, Sextio Nigro, qui Græcè scripsit, Cæcilio Medico, Metello Scipione, Ouidio Poëta, Licinio Macro. |
| Ad sanguinem sistendum, & cōtra hulcera & carcinomata, ad scabiē remedia | xviii | |
| Ad muliebria mala medicinæ | xix | <i>Externis</i> |
| Mira de animalibus | xx | Philopatorc, Homero, Aristotèle, Orpheo Democrito, Anaxilao. |
| Summa medicinæ, & historiæ, & obseruationes | clxxxv | <i>Medicis</i> |
| <i>Ex autoribus</i> | | Botryc, Apollodoro, Archidemo, Anaxilao, Aristone, Xenocrate, Diodoro, Chryssippo Philosopho, Horo, Nicandro, Apollonio Pitaneō. |
| M. Varrone, L. Pisone, Fabiano, Verre, Antiate, Verrio Flacco, Catone Censorio, Seruio Sulpitio, Licino Macro, Celso, Massurio, Sextio Nigro, qui Græcè scripsit, Bytho Dyrrhacheno, Ophilio Medico, Granio Medico. | | L ibro xxx. continentur medicinæ ex animalibus reliquæ prioris libri |
| <i>Externis</i> | | De origine Magicæ artis, quando & à quibus cœperit, & à quibus celebrata fuerit, & reliquæ ex animalibus medicinæ |
| Democrito, Apollonio, qui Myrsin, Mileto, Artemone, Sextilio Antæo, Homero, Theophrasto, Lyfimacho, Attalo, Xenocrate, Orpheo qui Diophios, Archelao qui item, Demetrio, Sotira, Laide, Elephantide, Salpe, Olympiade Thebana, Diotimo, Iolla, Mictione Smyrnæo, Æschine Medico, Hippocrate, Aristotele, Metrodoro, Icacida Medico, Hesiodo, Dialcone, Cæcilio Bione qui peridynamæon, Anaxilao, Iuba rege. | | De speciebus Magiæ, Neronisque & Magorum detestatio |
| L ibro xxix. continentur medicinæ ex animalibus | | De talpis, & reliquæ medicinæ per morbos digestæ in animalibus, quorum genera placida sunt aut fera |
| De origine medicinæ & quando primùm clinice, & quando primùm iatroleptice, & de Chryssippo, & Erasistrato, & empirice, & Herophilo, & reliquis illustribus medicis, & quoties ratio medicinæ mutata sit, & qui primus Romæ medicus, & quando & quid de medicis antiqui Romani iudicauerint, & vitia medicinæ | i | Quomodo commendetur os, & contra maculas faciei, & ad faucium vitia |
| De medicinis lanarum | ii | Ad strumas ex hulceratas, ad humerorum & præcordiorum dolores |
| De ouorum natura | iii | De pulmonū vitiis, & iecoris, & sanguinis reiectionibus |
| Remedia de cane, & ex animalibus quæ placida non sunt, sed fera, & ex volucribus, & contra morsus phalangiorum | iiii | Ad dysentericos, & vētris mala remedia |
| De feuo camelino, & cane rabido, & lacerata, & anseribus, & columbis, & mustelis remedia | v | Ad calculos, & vesicæ dolores, testiumque & inguinum tumores, & ad panos |
| Ad alopecias tollendas, & ad pilos reddendos, & ad lendes tollendos, & ad palpebras, & ad glaucomata, & ad oculos & parotidas remedia | vi | Ad podagras, & articulorum dolores |
| Summa medicinæ & obseruationes | dxxi | Remedia aduersus morbos totius corpori |
| <i>Ex autoribus</i> | | Contra morbum regium, & phreneticos, & contra febres & hydropiccs |
| M. Varrone, L. Pisone, Verrio Flacco, Antiate, Nigidio, Cassio Hemina, Cicerone, | | Ad ignē sacrū, ad carbunculos, furunculos, ambusta, neruorumq; cōtractiones |
| | | Ad sanguinem sistendum, & tumores vulnorum, & hulcera, vulnera, & alia mala ex animalibus remedia |
| | | Ad muliebria mala medenda, & conceptus maturandos |
| | | Promiscuæ medicinæ |
| | | De miraculis quarundam bestiarum |
| | | Summa medicinæ, & obseruationes octingentæ |
| | | <i>Ex autoribus</i> |
| | | M. Varrone, Nigidio, M. Cicerone, Sextio Nigro qui Græcè scripsit, Licinio Macro. |
| | | <i>Externis</i> |
| | | Eudoxo, Aristotele, Hermippo, Homero, Apione, Orpheo, Democrito, Anaxilao, |
| | | <i>Medicis</i> |

Liber Primus.

Medicis

Botrye, Horo, Apollodoro, Menandro, Archimede, Aristone, Xenocrate, Diodoro, Chryssippo, Nicandro, Apollonio Pitanæo.

Libro xxxi. continentur medicinæ ex aquatilibus, & aquarum mirabilia.

Aquarum mirabilia I

De differentia aquarum, medicinis & obseruationibus c. CLXVI. II

De qualitate aquarum insalubritate vel cōmoditate earum III

Aquarum subitò nascentium aut desinentium ratio IIII

Obseruatio historica V

Ratio aquæ ducendæ, & quomodo medicatis vtendum, & quid proffit nauigatio, & medicinæ aquæ marinæ. VI

De generibus salis & confecturis & medicinis, & obseruationibus VII

De scombro pisce, & muria, & alece VIII

De natura salis, & eius medicinis IX

De nitri generibus, & confecturis, & medicinis, & obseruationibus X

De spongiarum natura XI

Summa medicinæ historiarum, & obseruationes nongentæ vigintitres

Ex autoribus

M. Varrone, Cassio Parmense, Cicerone, Mutio, Cornelio Celso, Trogo, Ouidio, Polybio, Sornatio

Externis

Callimacho, Ctesia, Eudico, Theophrasto, Eudoxo, Theopompo, Polyclito, Iuba, Lyco, Apione, Epigene, Pelope, Apelle, Democrito, Thrasyllo, Nicandro, Menandro Comico, Attalo, Sallustio Dionysio, Andrea, Nicerato, Hippocrate, Anaxilao.

Libro xxxii. continentur reliqua medicinæ ex aquatilibus.

De echeneide pisce, & mirabili eius proprietate, de torpedine, & marino lepore, & mirabilia rubri maris I

De ingeniis & mansuetudine quorundam piscium, & vbi ex manu edant, & vbi responsa dantur ex piscibus II

De his, quibus in terris & in aquis victus est, & de castoreis medicinæ & obseruationes III

De testudine, & multorum piscium medicinæ, & obseruationes IIII

De aquatilibus, quomodo remedia in mor-

bos digesta sunt, & primùm contra venena, & venenata animalia V

De ostreis & purpuris, alga, & eorum remedia VI

Ad alopecias & capillos, & oculorum & aurium & dentium, & faciei vitia VII

Promiscuæ medicinæ VIII

Ad iocineris vitia, laterumq; , ad stomachi, alui, & aliæ promiscuæ medicinæ IX

Ad febres omnium generum, & contra diuersas infirmitates X

Animalium omnium in mari viuentium CLXVI. genera esse XI

Summa medicinæ & historiarum & obseruationes nongentæ vigintiocto

Ex autoribus

Licino Macro, Trebio Nigro, Sextio Nigro qui Græcè scripsit, Ouidio Poëta, Cassio Hemina, Meccœnate, L. Atteio.

Externis

Iuba, Andrea, Salpe, Apione, Pelope, Apelle Thasio, Thrasyllo, Nicandro.

Libro trigesimalotertio continentur naturæ metallorum

Quæ prima cōmendatio metallorum auri, & de origine anulorum aureorū, & modo auri apud antiquos, & equestri ordine, & de iure anulorum aureorum I

De decuriis iudicū, & quoties nomina equestris ordinis immutata, & donis militariibus, & quando primùm corona aurea II

De reliquo vsu auri in viris & mulieribus, & de nummo auro, & quādo primū signatum est æs, argentum, & aurum, & antequam signaretur qui mos in ære, & quæ maxima pecunia primo censu, & quoties & quibus tēporibus autoritas auri III

Ratio naturalis auri inueniendi, & quando primùm aurea statua, & medicinæ ex auro IIII

De chryfocolla, & medicinæ ex chryfocolla VI. & mirabilis natura eius glutinandis inter se perficiendisque metallis V

De argento, & argento viuo, & stibio siue alabastro, & scoria argenti, & de spuma argenti VI

De minio, quantæ autoritatis fuerit apud Romanos, & inuentione eius, & cinnabaris ratione in picturis, & medicinæ: de generibus minij, & ratione eius in picturis VII

Liber Primus.

| | | | |
|---|----------|--|-------------------------------------|
| De pictoribus Romanis, & quando primū dignitas picturæ, & qui victorias suas pictura proposuerunt, & quando externis picturis dignitas Romæ | IIII | Andrea, Heraclide, Iolla, Apollodoro, Diagona Botryense, Archidemo, Dionysio, Aristogene, Demane, Mnesicle, Xenocrate Zenonis, Theomnesto. | |
| Ratio pingendi, de pigmentis | V | L ibro trigesimo sexto continentur naturæ lapidum & luxuriæ marmorum | I |
| De coloribus natiuis & factitiis | VI | Quis primus marmor in publicis operibus ostenderit | II |
| Qui colores vdo non inducantur, & quibus coloribus antiqui pinxerunt, & quando primū gladiatorum pugnae propositæ sunt | VII | Quis primus peregrino marmore columnas habuerit Romæ | III |
| De ætate picturæ, operum & artificum indicatura, nobilitates | VIII | Qui primū laudati marmore scalpendo, & quibus temporibus | IIII |
| Primum picturæ certamen, & qui primi penicillo pinxerunt | IX | Nobilitates operum & artificum in marmore | CXXVI. de marmore Pario, & Mausoleo |
| De auibus per picturam deceptis, & quid difficillimum in pictura | X | Quando primū marmorum in ædificiis vsus, & quis primus Romæ crustauerit parietes, & quibus ætatibus quæque marmora in vsum venerint, & quis primus marmora secuerit. & ratio secandi: de harena | VI |
| De auium cantu compescendo, & quis incausto & penicillo primus lacunaria & cameras pinxerit, sparsimque pretia mirabilia picturarum | XI | De Naxio, & Armenio, & de generibus marmorum | VII |
| Plastices primi inuectores, de simulacris & vasis fictilibus, & pretio eorum | XII | De alabastrite & Lygdino, & Alabandico | VIII |
| Terræ varietates, & de puluere Puteolano, & aliis terræ generibus, quæ in lapidem vertuntur | XIII | De obelisco Thebaico, Alexandrino, & de illo qui est in Circo magno | IX |
| De parietibus fornaceis & lateritiis, & eorum ratione | XIIII | De illo, qui est in campo Martio pro gnomone | X |
| De sulphure, & alumine, & generibus eorū & medicinæ | XV | De tertio obelisco Romæ in Vaticano | XI |
| De terra Samia, & Eretria, & Chia, & Selenusia, pigniti, & ampeliti medicinæ | XVI | De pyramidibus Ægyptiis & sphinge | XII |
| Cretæ genera ad vestium vsus, Cimolia, Sarda, Umbria, saxum, argentaria | XVII | De labyrinthis, Ægyptio, Lemnio, & Italico | XIII |
| Qui, & quorum liberti præpositi | XVIII | De pensili horto & oppido, & templo Dianæ Ephesiæ | XIIII |
| De terra ex Galatha, & terra Clupea, terra Balearica, terra Ebusitana | XIX | De delubro Cyzici, & lapide fugitiuo, & de echo septies resonante, & ædificio sine clauo, & mirabilia ædificiorū Romæ | XV |
| Summa medicinæ, & historiæ, & obseruationes | DCCCLVI. | De magnetis generibus, & medicinis | XVI |
| <i>Ex autoribus</i> | | De lapidibus, qui citò absumunt corpora in eis condita, & de his qui diu seruant, & de Assio lapide, & medicinis eius | XVII |
| Messala oratore, Messala sene, Fenestella, Attico, Verrio, M. Varrone, Cornelio Nepote, Decio Eculeone, Mutiano, Melisso, Vitruuio, Cassio Seuero, Longulano, Fabio Vestale qui de pictura scripsit. | | De ebore fossili, & lapidibus osseis, & palmatis, & aliorum generibus | XVIII |
| <i>Externis</i> | | De corallio, vel pyrite, & medicinis eius, & ostracite, de amiato lapide, & medicinis eius, de melitite lapide, & viribus eius, de gagate lapide & medicinis eius, de spongiis & Phrygio lapide, & natura eius | XIX |
| Pasitele, Apelle, Melanthio, Asclepiodoro, Euphranore, Parasio, Heliodoro, qui anathemata scripsit Athenis, Metrodoro qui de architectonice scripsit, Democrito, Theophrasto, Apione Grammatico qui de metallica medicina scripsit, Nymphodoro, | | De hæmatite, & quinque generibus eius, & schisto | XX |

C. Plinii Naturalis Historiæ

De quatuor generibus aëtitis, & calamo, & Samio, & Arabo, & pumicibus XXI
 De lapidibus mortariorum medicinalium, & mollibus lapidibus, & speculari lapide, & silicibus, & phengite, & cotibus, & reliquis ad structuram lapidibus, igni & tempestatibus resistantibus XXII
 De cisternis, & calce, & harenæ generibus, & mistura calcis & harenæ, & vitiis structuræ, & tectoriis columnis XXIII
 De medicinis calcis, & maltha, & gypso XXIV
 Depauimentis, & quando primùm Romæ, & subdialibus pauimentis, & Græcanicis, & quando primùm cameræ XXV
 De origine vitri, & ratione faciendi, & de obsidiano vitro, & generibus multiformibus vitri XXVI
 Igniū miracula, medicinæ, prodigia XXVII
 Summa medicinæ, & historiæ, & obseruationes DXXIII.

Ex autoribus

M. Varrone, Cælio, Galba, C. Ictio, Mutiano, Nepote Cornelio, L. Pifone, Tuberone, Seneca, Fabio Vestale, Annio Fœciale, Fabiano, Catone Censorio, Vitruuio.

Externis

Theophrasto, Praxitele, Iuba rege, Nicandro, Sotaco, Sudine, Alexandro Polyhistore, Apione, Pliftonico, Duride, Herodoto, Euhemero, Aristagora, Dionysio, Artemidoro, Bucorida, Antisthene, Democrito, Demotele, Lycea.

Libro xxxvii. continetur origo gemmarum.

De gemma Polycratis tyranni, & Pyrrhi regis, & qui sculptores optimi, & nobiles artificum, & quis primus dactylithecam Romæ habuit I

De gemmis translatis in triumpho Pompeij, & natura crystalli & medicinis, & luxuria circa eam, & quando primùm

inuenta myrrhina, & luxuria circa ea, & natura myrrhinorum, & quæ mentiti sunt autores de succino II

De ortu, & medicinis, & generibus, & luxuria succinorum, & lyncurio, & medicinis III

De adamantis generibus, & medicinis, & margaritis IIII

De smaragdi generibus, & gemmis viridibus translucidis V

De opali generibus, & vitiis, & experimentis, & variis gemmis VI

De generibus carbunculorum, & vitiis, & experimentis, & gemmis ardētibus VII

De generibus topazij, & callaide, & de gemmis viridibus non translucentibus VIII

De iaspidum generibus IX

De quibusdam gemmis per alphabeti ordinem X

De gemmis, quæ à membris hominum cognominantur, & quæ ab animalibus, & de his, quæ à cæteris rebus XI

De gemmis nascentibus, & factitiis, & figuris gemmarum XII

De ratione probādarum gemmarum XIII

Summa res & historiæ, & obseruationes MCCC.

Ex autoribus

M. Varrone, Actis triumphorum, Meccenate, Iaceho, Cornelio Boccho.

Externis

Iuba rege, Xenocrate Zenonis, Sudine, Æschylo, Philoxeno, Euripide, Nicandro, Satyro, Theophrasto, Caretè, Philomene, Democrate, Xenotimo, Metrodoro, Sotaco, Pythea, Timæo Siculo, Nicea, Theochresto, Asaruba, Mnasea, Theomene, Ctesia, Mithridate, Sophocle, Archelao rege, Callistrato, Democrito, Ismenia, Olympico, Alexandro Polyhistore, Apione, Horo, Zoroastre, Zactalia.

Finis libri primi.

C. PLI-

C. P L I N I I

SECUNDI NATURALIS

HISTORIÆ LIBER

SECUNDVS.

10

An finitus sit Mundus, & an vnus.

CAPVT I.



VNDVM, ^a & hoc, quod nomine alio cælum appellare li-
buit, cuius circumflexu teguntur cuncta, numen esse credi par-
est, æternum, immensum, neque genitum, neque interitum
vnquam. Huius extera indagare, nec interest hominum, nec ca-
pit humanæ coniectura mentis. Sacer est, æternus, immensus, to-
tus in toto, imò verò ipse totû: ^b finitus, & infinito similis: omniû
rerum certus, & similis incerto: extrâ, intrâ, cuncta complexus
in se, idémque rerum naturæ opus, & rerum ipsa natura. Furor
est, mensuram eius animo quosdam agitasse, atque prodere ausos: alios rursus occasione
20 hinc sumpta, aut his data, innumerabiles tradidisse mundos, vt totidem rerum naturas
credi oporteret: aut, si vna omnes ^c incubaret, totidem tamen Soles, totidémque Lunas,
& cætera etiam in vno & immensa, & innumerabilia sidera: quasi non eadem quæstione
semper in termino cogitationis occursura, desiderio finis alicuius: aut, si hæc infinitas
naturæ omnium artifici possit assignari, non illud idem in vno facilius sit intelligi, tanto
præsertim opere. Furor est, profectò furor, egredi ex eo: & tanquam interna eius cuncta
planè iam sint nota, ita scrutari extera: quasi verò mensuram vllius rei possit agere, qui sui
nesciat: aut mens hominis videre, quæ mundus ipse non capiat.

^a Et hoc, quodcunque cælum

^b T. infinitus, & finitus simili.

^c T. incubat.

30

De forma eius.

CAP. II.

Formam eius in speciem orbis absoluti globatam esse, nomen in primis & consensus
Fin eo mortalium, orbem appellantium, sed & argumenta rerum docent: non solùm
quia talis figura omnibus sui partibus vergit in sese, ac sibi ipsa toleranda est, seque inclu-
dit & cõtinet, nullarum egês compaginum, nec finem aut initium vllis sui partibus sen-
tens, nec quia ad motum, ^dquo subinde verti debeat (vt mox apparebit) talis aptissima
est: sed oculorum quoque probatione, quòd conuexus mediûsque quacunque cernatur,
quum id accidere in alia non possit figura.

^d quo subinde verti mox apparebit.

De motu eius.

CAP. III.

40 Hanc ergo formam eius, æterno & irrequieto ambitu inenarrabili celeritate, viginti-
quatuor horarum spatio circumagi, Solis exortus & occasus haud dubium reliquẽ-
re. An sit immensus, & ideo sensum aurium facilè excedens, tantæ molis rotatæ verti-
gine assidua sonitus, non equidem facilè dixerim, non hercle magis, quàm circumacto-
rum simul tinnitus siderum, suosque voluentium orbis: an dulci quidem & incredibili
suauitate concentus, nobis qui intus agimus, iuxtà diebus noctibûsque tacitus labitur
mundus. Esse innumeras ei effigies animalium rerûmque cunctarum impressas, nec (vt in
volucrum notamus ouis) læuitate continua lubricum corpus, quod clarissimi autores di-
xere ^etenerum, argumentis indicatur, quoniam inde deciduis rerum omnium semini-
bus, innumeræ, in mari præcipuè, ac plerunque confusis monstrificæ gignantur effigies.
50 Præterea visus probatione, alibi plaustri, alibi vrsi, tauri alibi, alibi literæ figura, candidio-
re medio super verticem circulo.

^e rerum argumentis indicatur.

Equidem & consensu gentium moueor. Nam quem *κόσμος* Græci nomine ornamentum appellauerunt, eum nos à perfecta absolutaque elegantia, mundum. Cælum quidem haud dubiè cælati argumento diximus, vt interpretatur M. Varro. Adiuuat rerum ordo, descripto circulo, qui signifer vocatur, in duodecim animalium effigies: & per illas

^a Solis cursus, congruens tot seculis, ratio.

De quatuor elementis.

CAP. V.

Nec de elementis video dubitari, quatuor ea esse. Ignium summum: inde tot stellarum collucentium illos oculos. Proximum spiritus, quem Græci nostrique eodem vocabulo aëra appellant. Vitalem hunc, & per cuncta rerum meabilem, totoque confertum: huius visus suspensam, cum quarto aquarum elemento, librari medio spatio tellurem. Ita mutuo complexu diuersitatis effici nexum, & leuia ponderibus inhiberi, quò minus euolent: contraque grauia, ne ruant, suspendi leuibus in sublime tendentibus. Sic pari in diuersa nisu, vi sua quæque consistere, irrequieto mundi ipsius constricta circuitu: quo semper in se currète, imam atque mediam in toto esse terram, eandemque vniuersi cardine stare pendentem, librantem per quæ pendeat: ita solam immobilem circa eam volubili vniuersitate, eandem ex omnibus neçti, eidemque omnia inniti.

^b confertum.

^c in suo quoque

^d T. eademque ex omnibus neçti, & eidem omnia inniti.

De septem planetis.

CAP. VI.

Inter hanc cælumque, eodè spiritu pendent, certis discreta spatiis, septem sidera, quæ ab incessu vocamus errantia, quum errent nulla minus illis: eorum medius Sol fertur amplissima magnitudine ac potestate: nec tæporum modò terrarumque, sed siderum etiã ipsorum cælique rector. Hunc mundi esse totius animũ, ac planius mentè, hũc principale naturæ regimen, ac numen credere decet opera eius æstimate. Hic lucem rebus ministrat, aufertque tenebras: hic reliqua sidera occultat, hic vices temporũ, annũque semper renascentem ex vsu naturæ temperat: hic cæli tristitiã discutit, atque etiã humani nubila animi fererat: hic suũ lumẽ cæteris quoque sideribus fœnerat, præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens: vt principi literarũ Homero placuisse in vno eo video.

De Deo.

CAP. VII.

Quapropter effigiem Dei, formamque querere, imbecillitatis humanæ reor. Quisquis est Deus (si modò est alius) & quacunque in parte, totus est sensus, totus visus, totus auditus, totus animæ, totus animi, totus sui. Innumeros quidem credere, atque etiã ex virtutibus vitiisque hominum, vt pudicitiam, concordiam, mentem, spem, honorem, clementiam, fidem, aut (vt Democrito placuit) duos omnino, Pœnam & Beneficium, maiorem ad fœcordiam accedit. Fragilis & laboriosa mortalitas in partes ista digessit, infirmitatis suæ memor, vt portionibus quisque coleret, quo maximè indigeret. Itaque nomina alia aliis gētibus, & numina in iisdem innumerabilia reperimus, inferis quoque in genera descriptis, morbisque & multis etiã pestibus, dum esse placatas trepido metu cupimus. Ideoque etiam publicè Febri fanum in Palatio dicatum est, Orbonæ ad ædem Larium ara, & Malæ Fortunæ Exquiliis. Quamobrem maior cælitum populus etiam quàm hominum intelligi potest, cum singuli quoque ex semet ipsis totidem Deos faciant, Iunones Geniõsque adoptando sibi. Gentes verò quædam animalia etiam, aliqua & obscœna, pro diis habent, ac multa dictu magis pudenda, per fœtidos cibos, & alia similia iurantes. Matrimonia quidem inter Deos credi, tantoque æuo ex his neminem nasci, & alios esse grandæuos sempèrque canos, alios iuuenes atque pueros, atricolores, aligeros, claudos, ouo editos, & alternis diebus viuentes morientèsq; puerilium propè deliramentorum est. Sed super omnem impudentiam, adulteria inter ipsos fingi, mox iurgia & odia, atque etiam furtoꝝ esse & scelerum numina. Deus est mortali iuuare mortalem, & hæc ad æternam gloriam via. Hac proceres iere Romani: hanc nunc cælesti passu cū liberis suis vadit maximus omnis æui rector Vespasianus Augustus, fessis rebus subueniens. Hic est vetustissimus referendi benemerentibus gratiam mos, vt tales numinibus adscribantur. Quippe & omnium aliorum nomina Deorum, & quæ

^e Inn. & ara malæ dicatum est ad ædem Larium. & ara Malæ Fortunæ Exquiliis.

& quæ suprâ retuli, siderum, ex hominum nata sunt meritis. Iouem quidem aut Mercurium, aliterve alios inter se vocari,^a & esse cælestem nomenclaturam, quis non interpretatione naturæ fateatur? Irridendum verò, agere curam rerum humanarum, illud quicquid est summum. Anne tam tristi atque multiplici ministerio nō pollui credamus dubitemusve? Vix propè est iudicare, vtrum magis conducat generi humano, quando aliis nullus est deorum respectus, aliis pudendus. Externis famulantur sacris, ac digitis deos gestant, & monstra quoque colunt: damnant, & excogitant cibos: imperia dira in ipsos, ne summo quidem quieto, irrogant. Non matrimonia, non liberos, non denique quicquam aliud, nisi iubentibus sacris deligunt. Alij in ipso Capitolio fallunt, ac fulminantem peierant Iouem: & hos iuuat scelera, illos sacra sua pœnis agunt. Inuenit tamen inter has vtrasque sententias medium sibi ipsa mortalitas numen, quo minus etiam plana de Deo coniectatio esset. Toto quippe mundo, & locis omnibus, omnibusque horis, omnium vocibus Fortuna sola inuocatur: vna nominatur, vna accusatur, vna agitur rea, vna cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conuiciis colitur, volubilis, à plerisque verò & cæca etiam existimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorum faulrix. Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium, sola vtranque paginam facit. Adeoque obnoxia sumus fortis, vt fors ipsa pro Deo sit, qua Deus probatur incertus. Pars alia & hanc pellit, astròque suo euetus assignat, & nascendi legibus: semelque in omnes futuros vnquam Deo decretum, in reliquum verò otium datum.

20 Sedere cœpit sententia hæc, pariterque & eruditum vulgus, & rude in eam cursu vadit. Ecce fulgurum monitus, oraculorum præscita, aruspicum prædicta, atque etiam parua dictu in auguriis sternutamenta, & offensiones pedum. Diuus Augustus læuū prodidit sibi calceum præposterè inductum, quo die seditione militari propè afflictus est. Quæ singula improvidam mortalitatē inuoluunt, solùm vt inter ista certum sit, nihil esse certi, nec miserius quicquam homine, aut superbius. Cæteris quippe animantiū sola victus cura est, in quo sponte naturæ benignitas sufficit: vno quidē vel præferēdo cunctis bonis, quòd de gloria, de pecunia, ambitione, superque de morte non cogitant. Verùm in his Deos agere curam rerum humanarum credi, ex vsu vitæ est pœnasque maleficiis aliquando seras, occupato Deo in tanta mole, nunquam autem irritas esse. Nec ideo proximum illum genitum hominem, vt vilitate iuxta belluas esset. Imperfectæ verò in homine naturæ præcipua solatia, ne Deum quidem posse omnia. Nāque nec sibi potest mortem consciscere, si velit, quod homini dedit optimū in tantis vitæ pœnis: nec mortales æternitate donare, aut reuocare defunctos: nec facere, vt qui vixit, nō vixerit: qui honores gessit, nō gesserit: nullūque habere in prærerita ius, præterquam obliuionis: atque (vt facitis quoque argumētis societas hæc cum Deo copuletur) vt bis dena, viginti non sint, ac multa similiter efficere non posse: per quæ declaratur haud dubiè naturæ potentia, idque esse quod Deum vocamus. In hæc diuertisse non fuerit alienum, vulgata propter assiduam quæstionem de Deo.

De natura siderum errantium, & eorum ambitu.

CAP. VIII.

40 **H**inc redeamus ad reliqua naturæ. Sidera, quæ affixa diximus mundo, nō illa, vt existimat vulgus, singulis attributa nobis, & clara diuitibus, minora pauperibus, obscura defectis, ac pro sorte cuiusque lucentia, adnumerata mortalibus: nec cum suo quæque homine orta moriuntur, nec, aliquem extingui decidua significant. Nō tāta cælo societas nobiscum est, vt nostro fato mortalis sit ille quoque siderū fulgor. Illa nimio alimento tracti humoris igneam vim abundantia reddunt, cum decidere creduntur, vt apud nos quoque id luminibus accensis liquore olei notamus accidere. Cæterum æterna est cælestibus natura, intextentibus mundum, intextūque concretis: potentia autem ad terram magnopere eorum pertinens, quæ propter effectus claritatēque & magnitudinem, in tanta subtilitate nosci potuerunt, sicut suo demonstrabimus loco. Circulorum quoque cæli ratio in terræ mentione aptius dicitur, quando ad eam tota pertinet, Signiferi modo inuentionibus non dilatis. Obliquitatem eius intellexisse, hoc est, rerum fores ape-

ruisse, Anaximander Milesius traditur primus Olympiade quinquagesima octaua. Signa deinde in eo Cleostratus & prima Arietis ac Sagittarij. Sphæram ipsam antè multò Atlas. Nunc relicto mundi ipsius corpore, reliqua inter cælum terrásque tractentur. Summum esse, quod vocant Saturni sidus, ideóque minimú videri & maximo ambire circulo, ac trigésimo anno ad breuissima sedis suæ principia regredi certú est. omnium autem errantium siderum meatus, intérque ea Solis & Lunæ, contrarium múdo agere cursum, id est, læuum, illo semper in dexterá præcipiti. Et quanuis assidua conuersione immensæ celeritatis attollantur ab eo, rapiáturque in occasum, aduerso tamen ire motu per suos quæque passus: ita fieri, ne conuolutus aër, eandem in partem, æterna mundi vertigine, ignauo globo torpeat, sed ^a fundatur aduerso siderum verbere discretus & di- ¹⁰ gestus. Saturni autem sidus gelidæ ac ridentis esse naturæ, multóque ex eo inferiorem Iouis circulum, & ideo motu celeriori duodenis circumagi annis. Tertium Martis, quod quidá Herculis vocant, ignei, ardentis à Solis vicinitate, binis ferè annis conuerti. Ideóque huius ardore nimio, & rigore Saturni, interiectum ambobus, ex vtroque temperari Iouem, salutarémque fieri. Deinde Solis meatum esse partium quidè trecentarum sexaginta: sed vt obseruatio umbrarum eius redeat ad notas, quinos annis dies adiaci, superque quartam partem diei. Quam ob causam quinto anno vnus intercalaris dies additur, vt temporum ratio Solis itineri congruat. Infra Solem ambit ingens sidus appellatum Veneris, alterno meatu vagum, ipsíque cognominibus æmulum Solis ac Lunæ. Præueniēs quippe & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, vt Sol alter, diem maturás: ²⁰ contrà ab occasu refulgens nuncupatur Vesper, vt prorogans lucem, vicémque Lunæ reddens. Quam naturam eius Pythagoras Samius primus deprehendit, Olympiade circiter quadragesima secunda, qui fuit vrbis Romæ annus cētésimus quadragesimus secundus. Iam magnitudine extra cuncta alia sidera est: claritatis quidè tantæ, vt vnus huius stellæ radiis umbræ reddantur. Itaque & in magno nominú ambitu est. Alij enim Iunonis, alij enim Ifidis, alij Matris Deúm appellauere. Huius natura cuncta generátur in terris. Nanque in alterutro exortu genitili rore conspergens, non terræ modò conceptus implet, verùm animantium quoque omnium stimulat. Signiferi autè ambitú peragit trecentis & duodequingenis diebus, ab Sole nunquam absistens partibus sex atque quadraginta longius, vt Timæo placet. Simili ratione, sed nequaquam magnitudine aut vi, proximum illi Mercurij sidus, à quibusdam appellatum Apollinis: inferiore circulo fertur nouem diebus ocyore ambitu, modò ante Solis exortú, modò post occasum splendēs, nunquam ab eo viginti tribus partibus remotior, vt hic idem & Sosigenes docent. Ideo & peculiaris horum siderum ratio est, neque communis cum supradiçtis. Nanque ea & quarta parte cæli à Sole abesse, & tertia: & aduersa Soli sæpe cernuntur, maiorésque alios habent cuncta plenæ conuersionis ambitus, in magni anni ratione dicendos.

De Lunæ natura.

CAP. IX.

Sed omnium admirationem vincit nouissimum sidus, terrísque familiarissimum, & in tenebrarum remedium ab natura repertum, Lunæ. Multiformi hæc ambage torsit ingenia contemplantium, & proximum ignorari maximè sidus indignantiú, crescēs femper aut senescens. Et modò curuata in cornua, modò æqua portione diuisa, modò sinuata in orbem, maculosa, eademque subitò prænitens, immensa orbe pleno, ac repētè nulla: aliàs pernox, aliàs fera, & parte diei Solis lucem adiuuans: deficiens, & in defectu tamen conspicua: ^c quæ mensis exitu latet, cum laborare non creditur. Iam verò humilis & excelsa, & ne id quidem vno modo, sed aliàs admota cælo, aliàs contigua montibus: nunc in Aquilonem elata, nunc in Austros deiecta: quæ singula in ea deprehendit hominum primus Endymion, & ob id amore eius captus fama traditur. Non sumus profectò grati erga eos, qui labore curaque lucem nobis aperuere in hac luce: miraque humani ingenij peste, sanguinem & cædes condere Annalibus iuuat, vt scelera hominú noscátur mundi ipsius ignaris. Proxima ergo cardini, ideóque minimo ambitu, vicenis diebus septenisque & tertia diei parte peragit spatia eadè, quæ Saturni sidus altissimú triginta (vt dictum

ctum est)annis. Deinde morata in coitu Solis biduo, cùm tardissimè, è tricesima luce rursus ad easdem vices exit:haud scio an omnium,quæ in cælo pernosci potuerunt,magistra. In duodecim mensium spatia oportere diuidi annum: quando ipsa toties Solem redeuntem ad principia, consequitur. Solis fulgore eam, vt reliqua sidera,^a tegi. Siqui-^a *T. Regi.* dem in totum mutuata ab eo luce fulgere,qualem in repercussu aquæ volitare conspici-
 mus.Ideo molliore & imperfecta vi soluere tantû humorem,atque etiam augere, quem Solis radij absument. Ideo & inæquali lumine aspici: quia ex aduerso demum plena, reliquis diebus tantum ex se terris ostendat, quantum ex Sole ipsa concipiat. In coitu quidem non cerni, quoniam haustum omnem lucis auersa illò regerat, vnde acceperit. Si-
 10 dera verò haud dubiè humore terreno pasci, quia orbe dimidio nonnunquam maculosa cernatur, scilicet nondum suppetente ad hauriendum vltra iusta vi. Maculas enim non aliud esse, quàm terræ raptas cum humore fordes.

De defectu Solis & Lunæ, & de nocte.

C A P. X.

DEfectus autem suos & Solis, rem in tota contemplatione naturæ maximè miram, & ostento similem, eorum magnitudinum vmbraque indices existere. Quippe manifestum est, Solem interuentu Lunæ occultari, Lunamque terræ obiectu, ac vices reddi, eosdem Solis radios Luna interpositu suo auferente terræ, terraque Lunæ. Hac fubeunte repentinas obduci tenebras, rursúmque illius vmbra sidus hebetari. Neque aliud esse noctem, quàm terræ vmbra. Figuram autem vmbrae similem metæ ac turbi-
 20 ni inuerso, quando mucrone tantum ingruat, neque Lunæ excedat altitudinē, quoniam nullum aliud sidus eodem modo obscuretur, & talis figura semper in mucronem deficiat. Spatio quidem confumi vmbrae, indicio sunt volucrum præalti volatus. Ergo confinium illis est aëris terminus, initiúmque ætheris. Supra Lunam pura omnia, ac diurnæ lucis plena. A nobis autem per noctem cernuntur sidera, vt reliqua lumina è tenebris. Et propter has causas nocturno tempore deficit Luna. Stati autem atque menstrui non sunt vtrique defectus, propter obliquitatem Signiferi, Lunæque multiuagos (vt dictum est) flexus, non semper in scrupulis partium congruente siderum motu.

De siderum magnitudine.

C A P. XI.

HÆc ratio mortales animos subducit in cælum: ac velut inde contemplantibus, 30 trium maximarum rerum naturæ partium magnitudinem detegit. Non posset quippe totus Sol adimi terris intercedente Luna, si terra maior esset quàm Luna. Certior ex vtraque vastitas Solis aperitur, vt non sit necesse amplitudinem eius oculorum argumentis atque coniectura animi scrutari: immensum esse: qui arborum in limitibus porrectarum in quotlibet passuum millia vmbrae paribus iaciat interuallis, tãquam toto spatio medius. Et quia per æquinoctium omnibus in meridiana plaga habitantibus, si mul fiat à vertice: item quia^b circa solstitialem circulum habitantium Meridie ad Se-^b *citra* p-
 40 p-
 trionem vmbrae cadant, ortu verò ad occasum. Quæ fieri nullo modo possent, nisi multò, quàm terra, maior esset. Et quòd mōtem Idam exoriēs latitudine exuperet, dextra læuaque largè amplectens, præfertim tanto discretus interuallo. Defectus Lunæ magnitudinem eius haud dubia ratione declarat, sicut terræ paruitatē ipse deficiens. Nanq; cùm sint tres vmbrae figuræ, constetque, si par lumini sit materia, quæ iactat vmbrae, columnæ effigie iaci, nec habere finem: si verò maior materia, quàm lumen, turbinis re-
 cti, vt sit inum eius angustissimum, & simili modo infinita longitudo: si minor materia, quàm lux, metæ existere effigiem in cacuminis finem desinētem, talemq; cerni vmbrae deficiente Luna: palàm fit, vt nulla amplius relinquatur dubitatio, superari magnitudine terram: Id quidem & tacitis ipsius naturæ indiciis. Cur enim partitis vicibus anni brumalis abscedit? vt noctium capacitate terras reficiat, exusturus haud dubiè, & sic quoque exurens quadam in parte, tanta magnitudo est.

Quæ quis inuenerit in obseruatione caelesti.

C A P. XII.

50 **E**T rationem quidē defectus vtriusque, primus Romani generis in vulgus extulit Sulpicus Gallus, qui Consul cum M. Marcello fuit: sed tum Tribunus militum felici-

tudine exercitu liberato, pridie quàm Perseus rex superatus à Paulo est, in concionem ab Imperatore productus ad prædicendâ eclipsim, mox & composito volumine. Apud Græcos autem inuestigauit primus omnium Thales Milesius, Olympiadis xlvij. anno quarto, prædicto Solis defectu, qui ^a Alyatte rege factus est, vrbis cõditæ anno clxx. post eos vtriusque sideris cursum in sexcentos annos præcinit Hipparchus, menses gentium diésque & horas, ac situs locorû, & ^b vicos populorum complexus, æuo teste, haud alio modo, quàm consiliorum naturæ particeps. Vii ingentes, supràque mortalium naturam, tantorum numinum lege deprehensa, & misera hominum mente absoluta, in defectibus stellarum scelera aut mortem aliquam siderum pauente: quo in metu fuisse Stefichori & Pindari vatum sublimia ora palàm est deliquio Solis, & in Luna veneficia arguente mortalitate, & ob id crepitu dissono auxiliante. Quo pauore ignarus causæ Nicias Atheniensium Imperator, veritus classem portu educere, opes eorum affixit. Maci ingenio este cæli interpretes, rerûmque naturæ capaces, argumèti repertores, quo Deos hominésque vicistis. Quis enim hæc cernens & statos siderum (quoniam ita placuit appellare) labores, non suæ necessitati mortalis genitus ignoscat? Nunc confessa de iisdem breuiter atque capitulatim attingam, ratione admodum necessariis locis strictimq; redita. Nam neque instituti operis talis argumentatio est: neque omnium rerum afferre posse causas minus mirum est, quàm constare in aliquibus.

De defectibus.

CAP. XIII.

Defectus ducentis vigintiduobus mensibus redire in suos orbis certum est, Solisque ²⁰ defectum non nisi nouissima primæve fieri Luna, quod vocant coitum, Lunæ autem non nisi plena, sempérque citrà quàm proximè fuerit. Omnibus autem annis fieri vtriusque sideris defectus statis diebus, horisq; sub terra. Nec tamen cum fiant supernè, vbique cerni, aliquando propter nubila, sæpius globo terræ obstante conuexitatibus mundi. Intra ducentos annos Hipparchi sagacitate compertum est, & Lunæ defectum aliquando quinto mense à priore fieri, Solis verò septimo. Eandem bis in triginta diebus supra terras occultari, sed ab aliis atque aliis hoc cerni: quæq; sunt in hoc miraculo maximè mira, cum conueniat vmbra terræ Lunam hebetari, nunc ab occasus parte hoc ei accidere, nunc ab exortus. Et quanam ratione cum Solis exortu vmbra illa hebetrix sub terra esse debeat, semel iam acciderit, vt in occasu Luna deficeret, vtroque super ³⁰ terram conspicuo sidere. Nam vt duodecim diebus vtrunque sidus quæreretur, & nostro æuo accidit, Imperatoribus Vespasianis, patre ij. filio iterum consulibus.

De Luna motu.

CAP. XIII.

Lunam semper, auersis à Sole cornibus, si crescat, ortus spectare: si minuatur, occasus, haud dubium est. Lucere dodranteis semuncias horarum ab secunda adiacentem vsque ad plenum orbem, detrahentemque in diminutionem. Intra quatuordecim autem partes Solis, semper occultam esse. Quo argumento amplior errantium stellarum, quàm Lunæ, magnitudo colligitur, quando illæ & à septenis interdum partibus emergant. Sed altitudo cogit minores videri, sicut affixas cælo Solis fulgore interdum non cerni, cum æquè diu ac noctu luceant: idque manifestum fiat defectibus Solis, & præaltis puteis. ⁴⁰

Errantium motus, & luminum canonica.

CAP. XV.

Errantium autem tres, quas supra Solem dicimus sitas, occultantur meantes cum eo. Exoriuntur verò matutino, discedentes partibus nunquam amplius vndenis. Postea ^c radorum eius contactu ^c teguntur, & in triquetro à partibus centum viginti stationes matutinas faciunt, quæ & primæ vocantur: mox in aduerso à partibus centum octoginta, exortus vespertinos. ^d Itemq; in centum viginti ab alio latere appropinquante, stationes vespertinas, quas & secundas vocant: donec affectus in partibus duodenis occultet illas, qui vespertini occasus appellantur. Martis stella, vt propior, etiam ex quadrato sentit radios, ab nonaginta partibus: vnde & nomen accepit is motus, primus & secundus nonagenarius dictus ab vtroq; exortu. Eadem stationalis senis mēsisibus commoratur in ⁵⁰ signis, alioqui bimestris, cum cæteræ vtraq; statione quaternos menses non impleat. Inferiores

feriores autem duæ occultantur in coitu vespertino simili modo, ^{a relictæque} relictoque Sole, totidem in partibus faciunt exortus matutinos, atque à longissimis distantia suæ metis Solem insequuntur, adæptæque occasu matutino, conduntur ac prætereunt. Mox eodem interuallo vesperi exoriuntur vsque ad quos diximus terminos. Ab his retrogradiuntur ad Solem, & occasu vespertino delitescunt. Veneris stella & stationes duas, matutinam vespertinamque, ab utroque exortu facit, à longissimis distantia suæ finibus: Mercurij, stationes breuiore momento, quàm vt deprehendi possit. Hæc est luminum occultationumque ratio, perplexiore motu, multisque inuoluta miraculis. Siquidem magnitudines suas & colores mutant, & eadem ad Septentrionem accedunt, abeuntque ad Austrum, terrisque propiores aut cælo repente cernuntur: in quibus aliter multa, quàm priores, tradituri, fatemur ea quoque illorum esse muneris, qui primi quaerendi vias demonstraerunt: modò ne quis desperet secula proficere semper. Pluribus de causis hæc omnia accidunt: prima circulorum, quos Græci absidas in stellis vocant: etenim Græcis vtendum erit vocabulis. Sunt autem hi sui cuique earum, aliique quàm mundo: quoniam terra à verticibus duobus, quos appellauerunt Polos, centrum cæli est, necnon Signiferi, obliquè inter eos siti. Omnia autem hæc constant ratione circini semper indubitata. Ergo ab alio cuique centro absides suæ exurgunt. Ideoque diuersos habent orbis, motusque, dissimiles, quoniam interiores absidas necesse est breuiiores esse.

Quare eadem alias altiora, alias inferiora videantur.

CAP. XVI.

20 **I**gitur à terræ centro absides altissimæ sunt, Saturno in Scorpione, Ioui in Virgine, Marti in Leone, Soli in Geminis, Veneri in Sagittario, Mercurio in Capricorno, mediis omnium partibus. Et è contrario ad terræ centrum humillimæ atque proximæ. Sic fit, vt tardiùs moueri videantur, cum altissimo ambitu feruntur: non quòd accelerēt tardentve naturales motus, qui certi ac singuli sunt illis: sed quia deductas ab summa abside lineas, coarctari ad centrum necesse est, sicut in rotis radios: idemque motus aliàs maior, aliàs minor, centri propinquitate sentitur. Altera sublimitatū causa, quoniam à suo centro absidas altissimas habet in aliis signis. Saturnus in Libræ parte vicesima, Iupiter Cancrici quintadecima, Mars Capricorni vicesima octaua, Sol Arietis vicesimanona, Venus Piscium decimasexta, Mercurius Virginis decimaquinta, Luna Tauri quarta. Tertia altitudinum ratio, cæli mensura, non circuli, intelligitur, subire eas aut descendere per profundum aëris, oculis existimantibus. Huic connexa latitudinum Signiferi obliquitatissq; causa est. Per hunc stellæ quas diximus errantes, feruntur. Nec aliud habitatur in terris, quàm quod illi subiacet. Reliqua à Polis squalent. Veneris tantum stella excedit eum binis partibus. Quæ causa intelligitur efficere, vt quædam animalia & in desertis mundi nascantur. Luna quoque per totam latitudinem eius vagatur, sed omnino non excedens eum. Ab his Mercurij stella laxissimè, vt tamen è duodenis partibus (tot enim sunt latitudinis) non amplius octonas pererret, neque has æqualiter, sed duas medio eius, & supra quatuor, infra duas. Sol deinde medio fertur inter duas partes flexuoso draconum meatu inæqualis: Martis stella quatuor medias, Iouis mediam & super eam duas: Saturni 40 duas, vt Sol. Hæc erit latitudinum ratio ad Austrum descendentiurn, aut ad Aquilonem subeuntium. Hac constare & tertiam illam à terra subeuntium in cælum, & pariter scandi eam quoque existimauere plerique falsò: qui vt coarguantur, aperienda est subtilitas immensa, & omneis eas complexa causas. Conuenit stellas in occasu vespertino proximas esse terræ & latitudine & altitudine: exortusque matutinos in initio cuiusque fieri: stationes in mediis latitudinum articulis, quæ vocant ecliptica. Perinde confessum est motum augeri, quandiu in vicino sint terræ: cum abscedant in altitudinem, minui. Quæ ratio Lunæ maximè sublimitatibus approbatur. Equè non est dubiù, in exortibus matutinis etiam numerum augeri, atque à stationibus primis tres superiores diminui vsque ad stationes secundas. Quæ cum ita sint, manifestum erit ab exortu matutino latitudines scandi, quoniam in eo primum abitu incipiant parcius adiici motus: in stationibus verò primis & altitudine subire, quoniam tum primum incipiant detrahi numeri, stellæque re-

troire. Cuius rei ratio priuatim reddenda est. Percussæ in qua diximus parte, & triangulo Solis radio inhibentur rectum agere cursum, & ignea vi leuantur in subline. Hoc non protinus intelligi potest visu nostro, ideoque existimantur stare, vnde & nomen accepit statio. Progreditur deinde eiusdem radij violentia, & retroire cogit vapor repercussas, Multo id magis in vespertino earum exortu, toto Sole aduerso, cum in summas absidas expelluntur, minimæque cernuntur, quoniam altissimè absunt, & minimo feruntur motu, tanto minore, cum hoc in altissimis absidum euenit signis. Ab exortu vespertino latitudo descenditur, parcius iam se minuente motu, non tamen ante stationes secundas agente, cum & altitudo descenditur, superueniente ab alio latere radio, eademque vi rursus ad terras deprimente, quæ sustulerit in cælum ex priore triquetro. Tantum interest, si subeant radij, an superueniant. Multoque eadem magis in vespertino occasu accidunt. Hæc est superiorum stellarum ratio: difficilior reliquarum, & à nullo ante nos reddita.

Catholica siderum errantium.

C A P. X V I I.

P Rimum igitur dicatur, cum sint diuersæ stellæ, cur Veneris stella nunquam longius XLVI. partibus, Mercurius vigintitribus à Sole abscedant, sæpe citra eas ad Solē reciprocent. Conuersas habent vtræque absidas, vt infra Solem sitæ: tantumque circulis earum subtèr est, quantum supernè prædictarum: & ideo nō possunt abesse amplius, quoniam curuatur a absidum ibi nō habet longitudinem maiorem. Ergo vtræque simili ratione modum statuunt absidum suarum margines, ac spatia longitudinis latitudinum euagatione pensant. At enim cur nō semper ad quadraginta sex & ad partes vigintitres perueniunt? Imò verò. Sed ratio ^a canonica fallit. Nanque apparet absidas quoque earum moueri, quòd nunquam transeant Solem. Itaque cum in partem ipsam eius incidere margines alterutro latere, tum & stellæ ad longissima sua interualla peruenire intelliguntur: cum citrà fuere margines totidem partibus, & ipsæ ocyus redire ^b creduntur, cum sit illa semper vtrique extremitas summa. Hinc & ratio motuum cōuersa intelligitur. Superiores enim celerrimè feruntur in occasu vespertino, hæ tardissimè: illæ à terra altissimè absunt, cum tardissimè mouentur, hæ cum ocyssimè. Quia sicut in illis propinquitas centri accelerat, ita in iis extremitas circuli. Illæ ab exortu matutino minuere celeritatē incipiunt, hæ verò augere: Illæ retro cursum agunt à statione matutina vsque ad vespertinam, Veneris à vespertina vsque ad matutinā. Incipit autem ab exortu matutino latitudinem scandere, altitudinem verò ad Solem insequi à statione matutina, ocyssima in occasu matutino & altissima. Digredi autē latitudine, motumque minuere ^c ab exortu matutino: retro quidē ire, simulque altitudine digredi, à statione vespertina. Mercurij rursus stella vtroque modo scādere ab exortu matutino, digredi verò latitudine à vespertino: confecutoque Sole ad quindecim partium interuallum, consistit quadriduo propè immobilis. Mox ab altitudine descendit, retròque graditur ab occasu vespertino vsque ad exortum matutinum. Tantumque hæc, & Luna, totidē diebus, quot subiere, descendūt. Veneris quindecim & pluribus subit. Rursus Saturni & Iouis duplicato digrediuntur. Martis etiam quadruplicato. Tanta est naturæ varietas, sed ratio euidens. Nam quæ in vaporem Solis nituntur, etiam descendunt ægrè. Multa promi amplius circa hæc possunt secreta naturæ legesque, quibus ipsa feruiat. Exempli gratia: In Martis sidere, cuius est maximè in obseruabilis cursus, nunquam id stationem facere, Iouis sidere triquetro, raro admodum sexaginta partibus discreto, qui numerus sexangulas mundi efficit formas. Nec exortus, nisi in duobus signis tantum, Cancri & Leonis, simul edere. Mercurij verò sidus in Piscibus exortus vespertinos raros facere, creberrimos in Virgine: in Libra matutinos. Item matutinos in Aquario, rarissimos in Leone. Retrogradum in Tauro & Geminis non fieri: in Cancro verò non citra vigesimam quintam partem. Lunam bis coitum cum Sole in nullo alio signo facere, quàm Geminis: non coire aliquando in Saggiario tantum. Nouissimam verò primamque eadem die vel nocte, nullo alio in signo, quàm Ariete, conspici: id quoque paucis mortalium contigit. Et inde fama cernendi Lynceo. Non comparere in cælo Saturni sidus & Martis cum plurimum diebus centum sep-

^a Canonicos

^b coguntur

^c vespertino.

cum septuaginta: Iouis triginta sex, aut cum minimū, denis detractis diebus: Veneris sexaginta nouem, aut cum minimum, quinquaginta duobus: Mercurij tredecim, aut cum plurimum, septemdecim.

Quæ ratio colores eorum mutet.

CAP. XVIII.

Colores ratio altitudinum temperat: siquidem earum similitudinem trahūt, in quarum aëra venēre subeundo, tingitque appropinquantes vtralibet alieni meatus circulus. Frigidior in pallorem, ardentior in ruborem, vëtosus in horrorem. Sol atq; commissuræ absidum, extremæque orbitæ atram in obscuritatem. Suus quidem cuiq; color est, Saturno candidus, Ioui clarus, Marti igneus, Lucifero candēs, Vesperī refulgēs, Mercurio radians, Lunæ blandus, Soli, cum oritur, ardens, postea radians: his causis connexo visu, & earū quæ cælo continentur. Nanque modò multitudo conferta inest circa dimidios orbes Lunæ, placida nocte leniter illustrante eas: modò raritas, vt fugisse miremur plenilunio abscondente, aut cum Solis, supræ dictarū radij visus perstrinxere nostros. Et ipsa autem Luna ingruentium Solis radiorum haud dubiè differentias sentit, hebetate cetera inflexos mundi conuexitate eos, præterquam vbi recti angulorum competunt ictus. Itaque in quadrato Solis diuidua est, in triquetro seminani ambitur orbe, impletur autem in aduerso: rursusq; minuens easdem effigies, paribus edit interuallis, simili ratione, qua supra Solem tria sidera.

Solis motus, & dierum inæqualitatis ratio.

CAP. XIX.

Sol autem ipse quatuor differētiās habet, bis æquata nocte diei, Vere & Autumnō, & in centrum incidēs terræ octauis in partibus Arietis ac Libræ: bis permutatis spatiis, in auctum diei, bruma octaua in parte Capricorni: noctis verò, solstitio totidē in partibus Cancrī. Inæqualitatis causa obliquitas est Signiferi, cum pars æqua mūdi super subtérque terras omnibus fiat momentis. Sed quæ recta in exortu suo consurgunt signa, longiore tractu tenent lucem: quæ verò obliqua, ocyore transeunt spatio.

Quare Ioui fulmina assignentur.

CAP. XX.

Latet plerisque, magna cæli affectatione compertū à principibus doctrinæ viris, superiorum trium siderum ignes esse, qui decidui ad terras fulminum nomē habeant: sed maximè ex iis medio loco sitis: fortassis quoniam cōtagium nimij humoris ex superiore circulo, atque ardoris ex subiecto per hunc modū egerat. Ideoque dictum Iouem fulmina iaculari. Ergo vt è flagrante ligno carbo cum crepitu, sic à fidere cælestis ignis expuitur, præscita secum afferens, ne abdicata quidem sui parte in diuinis cessante operibus. Idque maximè turbato fit aëre, quia collectus humor abundantiam stimulat, aut quia turbatur quodam ceu grauidi sideris partu.

Interualla siderum.

CAP. XXI.

Interualla quoque siderum à terra, multi indagare tentauerūt: & Solem abesse à Luna vnde viginti partes, quantum Lunā ipsam à terra, prodiderunt. Pythagoras verò vir sagacis animi, à terra ad Lunam centum xxvj. M. stad. esse collegit. Ab ea vsque ad Solem duplum. Inde ad xij. signa triplicatum. In qua sententia & Gallus Sulpitius noster fuit.

De siderum musica.

CAP. XXII.

Sed Pythagoras interdum ex musica ratione appellat tonum, quantum absit à terra Luna. Ab ea ad Mercurium, spatij eius dimidium: & ab eo ad Venerē ferè tantundē. A qua ad Solem sesquiplum. A sole ad Martem tonū, id est, quātum ad Lunam à terra. Ab eo ad Iouem dimidium, & ab eo ad Saturnum dimidiū, & inde sesquiplū ad Signiferum: ita septem tonos effici, quam diapason harmoniam vocant, hoc est, vniuersitatē concentus. In ea Saturnum Dorio moueri, Mercurium phthongo, Iouem Phrygio, & in reliquis similia, iucunda magis, quàm necessaria subtilitate.

De mundi geometria.

CAP. XXIII.

Stadium centum viginti quinque nostros efficit passus, hoc est, pedes sexcētos viginti quinque. Posidonius non minus quadraginta stadiorum à terra altitudinem esse, in qua nubila ac venti nubēsque proueniant. Inde purum liquidūque, & imperturbatæ

à Saturnum
Dorio moueri
phthongo, Iouem
Phrygio.

lucis aërem. Sed à turbido ad Lunam vices centum millia stadiorum. Inde ad Solē quin-
quies millies. Eo spatio fieri, vt tam immensa eius magnitudo non exurat terras. Plures
autem nubes nongentis stadiis in altitudinem subire prodiderunt. Incōperta hæc & in-
extricabilia, sed tam prodenda, quàm sunt prodita: in queis tamē vna ratio Geometricæ
collectionis nunquàm fallacis possit non repudiari, si cui libeat altius ista persequi. Nec
vt mensura (id enim velle penè dementis otij est) sed vt tantū æstimatio cōiectādi, con-
stet animo.

a Nam cum
trecentis se-
xaginta & fe-
rè sex partib.
patere circu-
lun, per que
meat orbis
Solis, ex cir-
citu eius ap-
pareat, sem-
perque, &c.

^a Nam cum trecentis sexaginta & ferè sex partibus orbis Solis ex circuitu
eius patere appareat circulum, per quem meat, semperq; dimetiens tertiam partem am-
bitus, & tertiæ paulò minus septimam colligat, apparet dempta eius dimidia (quoniam
terra centralis interueniat) sextam ferè partem huius immensi spatij, quod circa terram
circuli solaris animo comprehenditur, inesse altitudinis spatio, Lunæ verò duodecimam,
quoniam tanto breuiore, quàm Sol, ambitu currit: ita ferri eam in medio Solis ac terræ.
Mirum quò procedat improbitas cordis humani, paruulo aliquo inuitata successu, sicut
in supradictis occasionem impudentiæ ratio largitur: ausique diuinare Solis ad terram
spatia, eadem ad cælum agunt, quoniam sit medius Sol, vt protinus mundi quoq; ipsius
mensura veniat ad digitos. Quantas enim dimetiens habeat septimas, tantas habere cir-
culum duo & vicesimas, tanquam planè à perpendiculo mensura cæli constet. Ægyptia
ratio, quam Petosiris & Necepsos ostendēre, singulas partes, in lunari circulo (vt dictum
est) minimo, triginta tribus stadiis paulò amplius patere colligit: in Saturni amplissimo
duplum: in Solis, quem medium esse diximus, vtriusque mensuræ dimidiū. Quæ com-
putatio plurimum habet pudoris: quoniam ad Saturni circulum, addito Signiferi ipsius
interuallo, innumerabilis multiplicatio efficitur.

De repentinis sideribus.

CAP. XXIII.

Restant pauca de mundo: nanque & in ipso cælo stellæ repente nascuntur. Plura ea-
rum genera.

De Cometis & caelestibus prodigiis, natura & situ, & generibus

eorum.

CAP. XXV.

Cometas Græci vocant, nostri crinitas, horrentes crine sanguineo, & comarum mo-
do in vertice hispidas. Iidem Pogonias, quibus inferiore ex parte in speciem barbæ
longæ promittitur iuba. Acontia iaculi modo vibrantur ocyllimo significatu. Hæc fuit
de qua quinto Consulatu suo ^b Titus Imperator Cæsar præclaro carminis præscripsit,
ad hunc diem nouissimè visa. Easdem breuiore & in mucronem fastigiatas, Xiphias
vocauere, quæ sunt omnium pallidissimæ, & quodam gladii nitore, ac sine vllis radiis:
quos Disceus suo nomini similis, colore autem electro, raros è margine emittit. ^c Pithe-
tes doliorum cernitur figura, in concauo fumidæ lucis. Ceratias cornus speciem habet,
qualis fuit cum Græcia apud Salamina depugnauit. Lampadias ardentes imitatur faces:
Hippeus equinas iubas celerrimi motus, atque in orbem circa se euntes. Fit & candidus
Cometes, argenteo crine, ita refulgens, vt vix contueri liceat, specièque humana dei effi-
giem in se ostendens. Fiunt & hirti villorum specie, & iuba aliqua circumdati. Semel ad-
huc iubæ effigies mutata in hastam est, Olympiade centesima octaua, vrbis anno tricen-
tesimo nonagesimo octauo. Breuissimum, quo cernerentur, spatium septem dierum an-
notatum est, longissimum octoginta. Mouentur autem alij errantium modo; alij im-
mobiles hærent. Omnes ferè sub ipso Septentrione, aliqua eius parte non certa, sed
maximè in candida, quæ lactei circuli nomen accepit. Aristoteles tradit & simul plures
cerni, nemini compertum alteri, quod equidem sciam. Ventos autem ab iis graues
æstusque significari. Fiunt & hybernis mensibus, & in austrino polo, sed ibi citra vllum
iubar: Diraque comperta Æthiopum & Ægypti populis, cui nomen æui eius rex dedit
Typhon, ignea specie, ac spiræ modo intorta, visu quoque toruo, nec stella verius, quàm
quidam igneus nodus. Sparguntur aliquando & errantibus stellis, cæterisque crines. Sed
Cometes nunquàm in occasura parte cæli est, terrificum magna ex parte sidus, ac nõ le-
uiter piatū, vt ciuili motu Octauio Cōsule, iterumq; Pompeij & Cæsaris bello. In nostro
verò

b Tyberius

c Pitheus.

verò æuo circa veneficium, quo Claudius Cæsar imperium reliquit Domitio Neroni, ac deinde principatu eius, assiduum propè ac sæuurn. Referre arbitrantur, in quas partes sese iaculetur, aut cuius stellæ vires accipiat, quasq; similitudines reddat, & quibus in locis emicet. Tibiarum specie, musicæ arti portendere. Obscænis autem moribus, in verèdis partibus^a signorum. Ingeniis & eruditioni, si triquetram figuram quadratamve paribus^a angulis ad aliquos perénium stellarum situs edant. Venena fundere, in capite septétrionalis austrinæve serpentis. Cometes in vno totius orbis loco colitur in templo Romæ, admodum faustus Diuo Augusto iudicatus ab ipso: qui incipiète eo, apparuit ludis quos faciebat Veneri Genitrici, non multo post obitum patris Cæsaris, in collegio ab eo instituto. Nanque his verbis id gaudium prodidit: Iis ipsis ludorum meorù diebus, sidus crinitum per septem dies in regione cæli, quæ sub septentrionibus est, conspectum. Id oriebatur circa vndecimam horam diei, clarumque & omnibus terris cōspicuum fuit. Eo sidere significari vulgus credidit, Cæsaris animam inter Deorum immortalium numina receptam: quo nomine id insigne simulacro capitis eius, quod mox in foro cōsecrauimus, adiectum est. Hęc ille in publicum, interiore gaudio sibi illum natum, seq; in eo nasci interpretatus est: & si verum fatemur, salutare id terris fuit. Sunt qui & hęc sidera perpetua esse credant, suoq; ambitu ire, sed non nisi relicta à Sole cerni. Alij verò, qui nasci humore fortuito, & ignea vi, ideóque solui.

Hipparchus de sideribus, per exempla historica, faces, lampades, traves, bolides, & chasma cali.

C A P. XXVI.

Idem Hipparchus nunquam satis laudatus, vt quo nemo magis approbauerit cognationem cum homine siderum, animasque nostras partem esse cæli, nouam stellam & aliam in æuo suo genitã deprehendit: eiusque motu, qua die fulsit, ad dubitationem est adductus, an hoc sæpius fieret, mouereturq; & eæ, quas putamus affixas. Idemque ausus, rem etiam Deo improbam, annumerare posteris^b stellas, ac sidera ad normam expãgere, organis excogitatis, per quæ singularum loca atque magnitudines signarent: vt facile discerni posset ex eo, non modò an obirent, nascerenturve, sed an omnino aliqua transirent mouerenturve, item an crescerent minuerenturque, cælo in hæreditate cunctis relicto, si quisquam qui^c rationem eam caperet, inuentus esset. Emicant & faces, nõ,^c nisi cum decidunt, visæ: qualis Germanico Cæsare gladiatorum spectaculum edète, præter ora populi meridiano transcurrit. Duo genera earum: Lampades vocant planè faces: alterum Bolidas, quale Mutinensibus malis visum est. Distant, quòd faces vestigia longa faciunt, priore ardente parte: Bolis verò perpetua ardens, longiorem trahit limitẽ. Emicant & traves simili modo, quas Docos vocant: qualis cum Lacedæmonij classe victi, imperium Græcię amisere. Fit & cæli ipsius hiatus, quod vocant chasma.

De cali coloribus.

C A P. XXVII.

Fit & sanguinea species, & (quo nihil terribilius mortalium timori est) incendium ad terras cadens inde, sicut Olympiadis centesimæ septimę anno tertio, quum rex Philippus Græciam quateret. Atque hęc ego statis temporibus nature, vt cetera, arbitror existere, non vt plerique variis de causis, quas ingeniorum acumen excogitat: quippe ingentium malorum fuere prænuntia. Sed ea accidisse, non quia hęc facta sunt, arbitror: verum hęc ideo facta, quia incasura erant illa. Raritate autem occultam eorum esse rationem, ideóque non, sicut exortus suprã dictos, defectusque, & multa alia, nosci.

De flamma cali.

C A P. XXVIII.

Cernuntur & stellę cum Sole totis diebus, plerunque & circa solis orbem, ceu specie coronę: & versicolores circuli, qualiter Augusto Cæsare in prima iuuenta Urbẽ intrante, post obitum patris, ad nomen ingens capessendum.

De coronis cælestibus.

C A P. XXIX.

Existunt eędem coronę circa Lunam, & circa nobilia astra, cælo quoque inherentia. Circa Solem arcus apparuit L. Opimio Q. Fabio Consulibus, orbis L. Porcio, M. Acilio.

De circulis repentinis.

CAP. XXX.

Circulus rubri coloris L. Iulio, P. Rutilio Coss. Fiunt prodigiosi & longiores Solis defectus, qualis occiso Dictatore Cæsare, & Antoniano bello, totius penè anni pallore continuo.

Plures Soles.

CAP. XXXI.

ET rursus plures Soles simul cernuntur, nec supra ipsum, nec infra, sed ex obliquo, nunquam iuxta, nec contra terram, nec noctu, sed aut oriente aut occidente. Semel & meridie conspecti in Bosphoro produntur, qui à matutino tempore durauerunt in occasum. Trinos Soles antiqui sæpius videre: sicut Sp. Posthumio, Q. Mutio, & Q. Martio, M. Porcio, & M. Antonio, P. Dolobella, & M. Lepido, L. Placo Coss. Et nostra ætas vidit. Diuo Claudio principe, Consulatu eius, Cornelio Orfito collega. Plures simul, quam tres, visi, ad hoc æui nunquam produntur.

Plures Lunæ.

CAP. XXXII.

LVnæ quoque trinæ, vt Cn. Domitio, C. Fannio Consulibus, apparuere: quos plerique appellauerunt Soles nocturnos.

Dierum lux nocte.

CAP. XXXIII.

LVmen de cælo noctu visum est, C. Cæcilio, Cn. Papyrio Consulibus, & sæpe aliàs, vt diei species noctu luceret.

Clypei ardentes.

CAP. XXXIII.

CLypeus ardens ab Occasu ad Ortum scintillans transcurrit, Solis occasu L. Valerio, & C. Mario consulibus.

Ostentum calis.

CAP. XXXV.

Scintillam è stella cadere, & augeri terræ appropinquantem: ac postquam Lunæ magnitudine facta sit, illuxisse ceu nubilo diei: dein cum in cælum se reciperet, lampadè factam, semel vnquam proditur, Cn. Octauius, C. Scribonio Coss. ^a Vidit hoc Licinius Syllanus Proconsul cum comitatu suo.

^a Vidit hoc Syllanus

De discursu stellarum.

CAP. XXXVI.

Feri videntur & discursus stellarum, nunquam temere, vt non ex ea parte truces venti cooriantur. Existunt stellæ & in mari terris que.

De stellis Castoribus.

CAP. XXXVII.

Vidi nocturnis militum vigiliis, inherere pilis pro vallo fulgorem effigie ea: & antennis nauigantium, aliisque nauium partibus, ceu vocali quodam sono insistent, vt volucres sedem ex sede mutantes: graues, cum solitaria venere, mergentesque nauigia: & si in carinæ ima deciderint, exurtes: geminæ autem salutes, & prosperi cursus prænuntia, quarum aduentu fugari diram illam ac minacem, appellatamque Helenam, ferunt. Et ob id Polluci & Castori id numen assignant, eosque in mari deos inuocant. Hominum quoque capita vespertinis horis, magno præfagio circumfulgent. Omnia incerta ratione, & in naturæ maiestate abdita.

30

De aere.

CAP. XXXVIII.

Hactenus de ipso mundo, sideribusque. Nun reliqua cæli memorabilia. Nanque & hoc cælum appellauere maiores quod alio nomine aëra: omne quod inani simile, vitalem hunc spiritum fundit. Infra Lunam hæc sedes, multoque inferior (vt animaduerto propemodum constare) infinitum ex superiore natura aëris, infinitum & terreni habitus miscens, vtraque sorte confunditur. Hinc nubila, tonitrua, & alia fulmina. Hinc grandines, pruinæ, imbres, procellæ, turbines. Hinc plurima mortaliu mala, & rerum naturæ pugna secum. Terrena in cælum tendentia deprimit siderum vis: eademque que sponte non subeunt, ad se trahunt. Decidunt imbres, nebulæ subeunt, siccantur amnes, ruunt grandines, torrent radij, & terram in medium vndique impellunt. Iidem infracti resiliunt: & que potuere, auferunt secum. Vapor ex alto cadit, rursumque in altum redit. Venti ingruunt inanes, iidemque cum rapina remeant. Tot animalium haustus spiritum è sublimi trahit. At ille contra nititur, tellusque, vt inani, cælo spiritum infundit. Sic vltro citroque commean-

^b illa

commeante natura, vt tormento aliquo, mundi celeritate discordia accenditur. Nec stare pugna licet, sed assidue rapta conuoluitur, & circa terram immenso rerum quasi globo tendit, subinde per nubes cælum aliud obtexens. Ventorum hoc regnū. Itaque præcipua eorum natura ibi, & fermè reliquas complexa causas, quoniam & tonitruū & fulminum iactus, horum violentiæ plerique assignant. Quin & ideo lapidibus pluere interrim, quod vento sint rapti, & multa similiter. Quam ob rem plura simul dicenda sunt.

De statis tempestatibus.

C A P. X X X I X.

TEmpestatum rerumq; quasdam stas esse causas, quasdam verò fortuitas, aut adhuc rationis incompertæ, manifestum est. Quis enim æstates & hyemes, quæque in temporibus annua vice intelliguntur, siderum motu fieri dubitet? Ergo vt Solis natura temperando intelligitur anno, sic reliquorum quoque siderum propria est quibusque vis, & ad suam cuique naturam fertilis. Alia sunt in liquorē soluti humoris fœcunda, alia concreti in pruinas, aut coacti in niues, aut glaciati in grandines: alia flatus, alia teporis, alia vaporis, alia roris, alia rigoris. Nec verò hæc tanta debent existimari, quanta cernuntur, cum esse eorum nullum minus Luna tam immensæ altitudinis ratio declaret. Igitur in suo quæque motu naturam suam exercent: quod manifestum Saturni maximè transitus imbribus faciunt. Nec meantium modò siderum hæc vis est, sed multorum etiam adherentium cælo: quoties errantium accessu impulsæ, aut coniectu radiorum extimulata sunt: qualiter in Suculis sentimus accidere, quas Græci ob id pluuii nomine Hyadas appellat. Quin & sua sponte quædam stasque temporibus, vt Hædorum exortus. Arcturi verò fidus non fermè sine procellosa grandine emergit.

De vi Caniculæ.

C A P. X L.

NAm Caniculæ exortu accendi Solis vapores quis ignorat? cuius sideris effectus amplissimi in terra sentiuntur. Feruent maria ex oriente eo, fluctuant in cellis vina, mouentur stagna. Orygem appellat Ægyptus feram, quam in exortu eius contra stare & contueri tradit, ac velut adorare, cum sternuerit. Canes quidem toto eo spatio maximè in rabiem agi, non est dubium.

Sidera in aliis signorum partibus & temporibus aliàs influere.

C A P. X L I.

Quin partibus quoque signorum quorundam sua vis inest, vt autumnali æquinoctio, brumæque, cum tempestatibus confici sidus intelligimus. Nec imbribus tantum tempestatibusque, sed multis & corporum & ruris experimentis. Afflantur alij sidere, alij commouentur stas temporibus aluo, neruis, capite, mente. Olea, & populus alba, & salices, folia solstitio circumagunt. Floret ipso brumali die, suspensa in tectis arentis herba pulegij, rumpuntur intentæ spiritu membrana. Miretur hoc, qui non obseruet quotidiano experimento, herbam vnam, quæ vocatur heliotropium, abeuntem Solem intueri semper, omnibusque horis cum eo verti, vel nubilo obumbratæ. Iam quidè lunari potestate ostrearum, conchyliorumque, & concharum omnium corpora augeri, ac rursus minui. Quin & foricum fibras respondere numero Lunæ, exqui siuere diligentiores: minimumque animal formicam sentire vires sideris, interlunio semper cessantem. Quo turpior homini inscitia est, fatenti præcipuè iumentorum quorundam in oculis morbos cum Luna incrementum ac minui. Patrocinator vastitas cæli immensa, discreta altitudine in duo atque lxx. signa. Hæ sunt rerum aut animantium effigies, in quas digessere cælum periti. In his quidem mille fœcetas annotauere stellas, insignes videlicet effectu, visuue. Exempli gratia, in cauda Tauri septem, quas appellauere Vergilias, in fronte Suculas, Booten, qui sequitur Septentriones.

Imbrium, ventorum, & nubium causa.

C A P. X L I I.

EXtra has causas non negauerim existere imbres ventosque: quoniam humidam à terra, aliàs verò propter vapores fumidam, exhalare caliginem certum est. Nubesque liquore egresso in sublime, aut ex aëre coacto in liquorem, gigni. Densitas earum corpusque haud dubio coniectatur argumento, cum Solem obumbrent, perspicuum aliàs etiam vrinantibus in quamlibet profundam aquarum altitudinem.

Igitur non eam inficias, posse in has & ignes supernè stellarum decidere, quales sereno sæpe cernimus, quorum ictu concuti aera verum est, quando & tela vibrata stridunt. Cùm verò in nubem peruenerint, vaporem dissonum gigni, vt candète ferro in aquam demerso, & fumidũ vorticem volui. Hinc nasci procellas. Et si in nube luctetur flatus, aut vapor, tonitrua edi: si erumpat ar dēs, fulmina: si lōgiore tractu nitatur, fulgetra. His findi nubem, illis perrumpi. Et esse tonitrua impactorum ignium plagas, ideòque protinus coruscare igneas nubium rimas. Posse & repulso siderum depressum, qui à terra meauerit, spiritum nube cohibitum tonare, natura strangulante sonitum, dũ rixetur, edito fragore, cùm erumpat, vt in membrana spiritu intenta. Posse & attritu, dũ in præceps fera-¹⁰ tur, illum, quisquis est, spiritum accendi. Posse & conflictu nubium elidi, vt duorũ lapidum, scintillantibus fulgetris. Sed hæc omnia esse fortuita. Hinc bruta fulmina & vana, vt quæ nulla veniant ratione naturæ. Iis percuti montes, iis maria, omnẽsq; alios irritos iactus. Illa verò fatidica ex alto, statifq; de causis, & ex suis venire sideribus. Simili modo ventos vel potiùs flatus, posse & ex arido siccoq; halitu terræ gigni nõ negauerim: posse & aquis aera expirantibus, qui neque in nebulam dēsetur, nec crassescat in nubes: posse & solis impulsu agi: quoniam ventus non aliud intelligatur, quàm fluctus aeris: pluribusque etiã modis. Namque & è fluminibus ac niuibus, & è mari videmus & quidẽ tranquillo, & alios quos vocant Altanos, è terra cōsurgere. Qui quidem cum è mari redeũt, Tropæi vocantur: si pergunt Apogæi. 20

Qua ratione echo reddatur.

CAP. XLIIII.

Montium verò flexus crebrique vertices, & cōflexa cubito, aut confracta in humeros iuga, concaui vallium sinus, scindunt inæqualiter inde resultantem aera: quæ causa etiam voces multis in locis reciprocas facit.

De ventis iterum.

CAP. XLV.

^a Vasto præceps hiatu.

Sine fine ventos generat iam quidam etiam specus, qualis in Dalmatię ora, ^a vasto in præceps hiatu: in quem deiecto leui pondere, quamuis tranquillo die, turbini similis emicat procella. Nomen loco est Senta. Quin & in Cyrenaica prouincia rupes quædam Austro traditur sacra, quam profanum sit atrectari hominis manu, confestim Austro volente harenas. In domibus etiam multis, manu facta inclusa opacitate conceptacula ³⁰ auras suas habent, adeò causa non deest. Sed plurimum interest, flatus sit, an ventus. Illos statos atque perspirantes, quos non tractus aliquis, verum terrę sentiunt: qui non aura, ^b non procella maris, sed appellatione quoque ipsa venti sunt: qui siue assiduo mudi ^c incitu, & contrario siderum occurso nascuntur, siue hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus, huc illuc tanquam in vtero aliquo vagus, siue disparili errantium siderum ictu, radiorumq; multiformi iactu flagellatus aer, siue à suis sideribus exeunt his propioribus, siue ab illis cælo affixis cadunt, palam est illud quoque legem naturę habere non ignotam, etiam si nondum percognitam.

^b qui non procella, sed mares appellatione ^c incitatu.*Naturæ & observationes ventorum.*

CAP. XLVI.

^d tam discordi.

Viginti amplius autores Græci veteres prodidere de his obseruationes. Quo magis ⁴⁰ miror, orbe ^d discordi, & in regna, hoc est in membra, diuiso, tot viris curę fuisse, tam ardua inuentu, inter bella præsertim & infida hospitia, piratis etiam omnium mortalium hostibus transitus ferimè tenentibus: vt hodie quædam in suo quisque tractu ex eorum commentariis, qui nunquam eò accessere, verius noscat, quàm indigenarum scientia: nunc verò pace tam festa, tam gaudente prouentu rerum artiumque principe, omnino nihil addisci noua inquisitione, imò ne veterum quidem inuenta perdisci. Nõ erant maiora præmia in multos dispersa fortunæ magnitudine: & ista plures sine præmio alio, quàm posteros iuuandi, eruerunt. Namq; mores hominum senuere, nõ fructus. Et immensa multitudo aperto, quodcunque est, mari, hospitaliq; litorum omnium appulso nauigat, sed lucri, non scientię gratia. Nec reputat cæca mens, & tantum auaritiæ ⁵⁰ intenta, id ipsum sciëntiã posse tutius fieri. Quapropter scrupulosius, quàm instituto fortassis

tallis conueniat operi, tractabo ventos, tot milia nauigantium cernens.

Ventorum genera.

CAP. XLVII.

Veteres quatuor omnino seruauere, per totidem mundi partes (ideo nec Homerus plures nominat) hebeti, vt mox iudicatum est, ratione. Secuta ætas octo addidit, nimis subtili & concisa: proximis inter vtranque media placuit, ad breuem ex numerosa additis quatuor. Sunt ergo bini in quatuor cæli partibus: Ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriente brumali Vulturnus: Illum Apelioten, hunc Eurum Græci appellant. A Meridie Auster, & ab Occasu brumali Africus, Noton & Liba nominant. Ab Occasu æquinoctiali Fauonius, ab Occasu solstitiali Corus: Zephyron & Argesten vocant.

10 A Septentrionibus Septentrio, interque eum & Exortum solstiale Aquilo, Aparctias dicti & Boreas. Numerosior ratio quatuor his interiecerat, Thrafcia, media regione inter Septentrionem & Occasum solstiale: itemque Cæcian, media inter Aquilonem & Exortum æquinoctiale. Ab Ortum solstitiali Phœnician, media regione inter ortum brumalem & Meridiem. Item inter Liba & Noton compositum ex vtroque medium, inter Meridiem & hybernum Occidentem, Libonoton. Nec finis: Alij quippe Mefen nomine etiamnum addidere inter Borean & Cæcian: & inter Eurum & Noton, Euronotum. Sunt etiam quidam peculiare quibusque gentibus venti, non vltra tertium procedentes tractum: vt Atheniensibus Sciron, paulum ab Argeste deflexus, reliquæ Græciæ ignotus. Aliubi elatior idem Olympias vocatur. Consuetudo omnibus his nominibus Argesten

20 intelligit: & Cæcian aliqui vocant Hellepontian, & eisdem alibi aliter. Item in Narbonensi prouincia clarissimus ventorum est Circius, nec vlli violentia inferior, Ostiam plerumque recta Ligustico mari perferens: idem non modo in reliquis partibus cæli ignotus, sed ne Viennam quidem eiusdem prouinciæ urbem attingens, paucis antè limitibus iugi modici occursum tantus ille ventorum coercitus. Et Austros in Ægyptum penetrare negat Fabianus. Quo fit manifesta lex naturæ, ventis etiam & tempore & fine dicto. Ver ergo aperit nauigantibus maria: cuius in principio, Fauonij hybernum molliunt cælum, Sole Aquarij xxv. obtinente partem. Is dies sextus est ante Februarias Idus. Competit fermè & hoc omnibus, quos deinde ponam, per singulas intercalationes vno die anticipantibus, rursusque lustro sequenti ordinem seruantibus. Fauonium quidam

30 ad VII. Calendas Martij Chelidonian vocant, ab hirundinis viso: nonnulli verò Ornithian, vno & lx. die post brumam, ab aduentu auium, flantem per dies nouem. Fauonio contrarius est, quem Subsolanum appellauimus. Datus est autem huic exortus Vergiliarum in totidem partibus Tauri, sex diebus ante Maias Idus, quod tempus austrinum est, huic vento Septentrione contrario. Ardentissimo autem æstatis tempore exoritur Caniculæ sidus, Sole primam partem Leonis ingrediente: qui dies xv. ante Augustas Calend. est. Huius exortum diebus octo fermè Aquilones antecedunt, quos Prodromos appellant. Post biduum autem exortus, iidem Aquilones const. antiu perflant diebus quadraginta, quos Etesias vocant. Molliri eis creditur Solis vapor geminatus ardore sideris: nec vlli ventorum magis statim sunt. Post eos rursus Austri frequentes vsque

40 ad sidus Arcturi, quod exoritur vndecim diebus ante æquinoctium autumnum. Cum hoc Corus incipit. Corus autumnat: huic est contrarius Vulturnus. Post id æquinoctium diebus ferè quatuor & quadraginta. Vergiliarum occasus hyemem inchoat: quod tempus in ij. Idus Nouembris incidere consuevit: hoc est Aquilonis hyberni, multumque æstiuo illi dissimilis, cuius ex aduerso est Africus. Ante brumam autem septem diebus, totidemque postea, sternitur mare halcyonum fœturæ: vnde nomen hi dies traxere: reliquum tempus hyemat. Nec tamen sæuitia tempestatum concludit mare. Piratæ primùm coëgere mortis periculo in mortem ruere, & hyberna experiri maria: nunc idem hoc auaritia cogit. Ventorum frigidissimi sunt, quos à Septentrione diximus spirare, & vicinus his Corus. ij. & reliquos compescunt, & nubes abigunt. Humidi, Africus, & præcipuè Auster Italiæ, Narrant & in Ponto Cæcian in se trahere nubes. Sicci Corus, & Vulturnus, præterquam desinentes. Niuales Aquilo, & Septentrio. Grandines

50

a Aquilo
quia siccus
& frigidior:
noxius Au-
ster, fortal-
tis, quia ma-
gis humi-
dus.
b flare.

Septentrio importat, & Corus Aestuosus Auster. Tepidi Vulturnus, & Fauonius. Iidem Subsolano sicciores: & in totum omnes à Septentrione & Occidente sicciores, quam à Meridie & Oriente. Saluberrimus autem omnium^a Aquilo: noxius Auster, & magis siccus, fortassis quia humidus frigidior est. Minus esurire eo spirante creduntur animantes. Etesia noctu desinunt^b ferè, & à tertia diei hora oriuntur. In Hispania & Asia ab Oriente flatus est eorum, in Ponto ab Aquilone, reliquis in partibus à Meridie. Spirant autem & à bruma, cum vocantur Ornithiæ, sed leniores & paucis diebus. Permutant & duo naturam cum situ. Auster Africae serenus, Aquilo nubilus. Omnes venti vicibus suis spirant maiore ex parte, aut ut contrarius desinenti incipiat. Cum proximi cadentibus surgunt, à læo latere in dextrum ut Sol, ambiunt. De ratione eorum mēstrua, quarta maximè Luna de-¹⁰ cernit. Iisdem autem ventis in contrarium nauigatur. prolatis pedibus, ut noctu plerunq. aduersa vela cōcurrant. Austro maiores fluctus eduntur, quam Aquilone: quoniam ille infernus ex imo maris spirat, hic summo. Ideoque post Austros noxij præcipuè terræ motus. Noctū Auster, interdū Aquilo vehementior. Et ab ortu flantes diuturniores sunt ab occasu flantibus. Septentriones impari ferè desinunt numero: quæ obseruatio & in aliis multis rerum naturæ partibus valet. Mares itaque existimantur impari numero. Sol & auget, & comprimit flatus. Auget exoriēs occidēsque, comprimit meridianus æstiuus temporibus. Itaque medio diei aut noctis plerunquè sopiuntur, quia aut nimio frigore aut æstu soluuntur. Ex imbribus venti sopiuntur. Expectantur autem maximè, vnde nubes discussæ adaperuere cælum. Omnium quidem (si libeat obseruare minimos ambitus) redire²⁰ easdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat, non vëtorum modò, verum & reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principium lustri eius semper intercalari anno Canticulæ ortu. De generalibus ventis hæc.

De repentinis flatibus.

C A P. X L V I I I.

Nunc de repentinis flatibus, qui exhalante terra (ut dictum est) coorti, rursusque deiectioni, interim obducta nubium cute multiformes existunt. Vagi quippe & ruentes torrentium modo (ut aliquibus placere ostendimus) tonitrua & fulgura edunt. Maiore vero illati pondere incursumque, si latè siccā ruperint nubem, procellam gignunt, quæ vocatur à Græcis Ecnephas. Sin verò depresso sinu arctius rotati effregerint, sine igne, hoc est sine fulmine, vorticem faciunt, qui Typhon vocatur, id est, vibratus Ecnephas. Defert hic³⁰ secum aliquid, abruptum è nube gelida conuoluens versansque, & ruinam suam illo pondere aggrauans, & locum ex loco mutans rapida vertigine: præcipua nauigantium pestis, non antennas modò, verum ipsa nauigia contorta frangens, tenui remedio aceti in aduenientem effusi, cui frigidissima est natura. Idem illis ipse repercussus, correpta secum in cælum refert, forbetque in excelsum. Quod si maiore depressæ nubis eruperit specu, sed minus lato quam procella, nec sine fragore, Turbinem vocant, proxima quæque prostermentem. Idem ardentior, accensusque dum fuerit, Prester vocatur, amburens contacta pariter & proterens.

Alia prodigiosa genera tempestarum.

C A P. X L I X.

c nec niualis Ecnephas.

Non fit autem aquilonius Typhon, nec niualis aut niue iacente Ecnephas. Quod⁴⁰ si simul rupit nubem, exarsitque, & ignem habuit, non postea concepit, fulmen est. Distat à Prestere, quo flamma ab igne. Hic latè funditur flatu, illud conglobatur impetu. Vortex autem remeando distat à turbine, & quo stridor à fragore. Procella latitudine ab utroque, disiecta nube verius, quam rupta. Fit & caligo belluæ similis, nube dira nauigantibus. Vocatur & columna, cum spissatus humor rigensque ipse se sustinet. Ex eodem genere, & in longam veluti fistulam nubes aquam trahit.

Quibus in terris fulmina non cadant.

C A P. L.

Hyme & æstate rara fulmina, contrariis de causis, quoniam hyeme densatus aer nubium crassiore corio spissatur: omnisque terrarum exhalatio rigens ac gelida, quicquid accipit ignei vaporis, extinguit. Quæ ratio immunem Scythiam & circa rigentia⁵⁰ fulminum casu præstat, & è diuerso nimius ardor Aegyptum. Siquidem calidi sicci que halitus

halitus terræ, raras admodum tenuésque & infirmas densantur in nubes. Vere autem & autumno crebriora fulmina, corruptis in vtroque tēpore æstatis hyemísque causis. Quæ ratione crebra in Italia, quia mobilior aër mitiore hyeme, & ætate nimboſa, semper quodammodo vernat vel autumnat. Italiæ quoque partibus iis, quæ à septentrione discedunt ad teporem, qualis est Urbis & Campaniæ tractus, iuxta hyeme & ætate fulgurat, quod non in alio situ.

Fulgurum genera & miracula.

CAP. LI.

Fulminum ipsorum plura genera traduntur. Quæ sicca veniunt, non adurunt, sed dissipant. Quæ humida, non vrunt, sed infuscant. Tertium est, quod clarum vocant, 10 mirificæ maximè naturæ, quo dolia exhauriuntur intactis operimentis, nullóque alio vestigio relicto. Aurum, & æs, & argentum liquatur intus, sacculis ipsis nullo modo ambustis, ac ne confuso quidem signo ceræ. Marcia princeps Romanarum ic̄ta grauida, partu exanimato, ipsa citra vllum aliud incommodum vixit. In Catilinianis prodigiis, Pompeiano ex municipio M. Herennius Decurio sereno die fulmine ic̄tus est.

De obseruationibus.

CAP. LII.

Thuscorum literæ nouem Deos emittere fulmina existimant, eaque esse vndecim generum. Iouem enim trina iaculari. Romani duo tantum ex iis seruauere: diurna attribuentes Ioui, nocturna Summano, rariora sanè eadem de causa frigidioris cæli. Hetruria erumpere terra quoque arbitratur, quæ infera appellat, brumali tempore facta, 20 sæua maximè & execrabilia, cum sint omnia, quæ terrena existimant, non illa generalia, nec à sideribus venientia, sed ex proxima atque turbidior natura. Argumentum euidentis est, quòd omnia à superiore cælo decidentia obliquos habeant ic̄tus: hæc autem quæ vocantur terrena, rectos. Sed quia ex propiore materia cadunt, ideo creduntur è terra exire, quoniam ex repulſu nulla vestigia edant, cum sit illa ratio non inferni ic̄tus, sed aduersi. A Saturni ea sidere proficisci subtiliùs ista consecrati putant: sicut cremantia, à Martis. Qualiter cum Volſinij oppidum Thuscorum opulentissimum totum concrematum est fulmine. Vocant & familiaria in totam vitam fatidica, quæ prima fiunt familiam suam cuique indepto. Cæterum existimant non vltra decem annos portendere priuata, præterquam aut matrimonio primo facta, aut natali die: publica non vltra 30 tricesimum annum, præterquam in deductione oppidorum.

De fulminibus euocandis.

CAP. LIII.

Extat Annalium memoria, sacris quibusdã & precationibus vel cogi fulmina, vel impetrari. Vetus fama Hetruriæ est, impetratum, Volſinios urbem agris depopulatis subeunte monstro, quod vocauerunt Voltam. Euocatum & à Porsena suo rege. Et ante eum à Numa sapius hoc factitatum, in primo Annalium suorù tradit L. Piso grauis author: quod imitatum parum ritè Tullum Hostilium, ic̄tum fulmine. Lucosque, & aras, & sacra habemus, interque Statores, & Tonâtes, & Feretrios, Elicium quoque accepimus Iouem. Varia in hoc vitæ sententia, & pro cuiusque animo. Imperari naturæ, audacis est credere: nec minus hebetis, beneficiis abrogare vires: quando in fulgurum quoque interpre- 40 tatione eò profecit scientia, vt vêtura alia finito die præcinat: & an preemptione sint factum, aut apertura potiùs alia fata, quæ lateant innumerabilibus in vtróque publicis priuatísque experimentis. Quamobrè sint ista (vt rerù naturæ libuit) aliis certa, aliis dubia, aliis probata, aliis damnâda. Nos cætera, quæ sunt in his memorabilia, non omittemus.

Catholica fulgurum.

CAP. LIIII.

Fulgetrum priùs cerni, quàm tonitrum audiri, (cum simul fiant) certum est. Nec mirum, quoniam lux sonitu velocior. Ictum autem & sonitum congruere, ita modulante natura. Sed sonitum profecti esse fulminis, non illati: etiamnum spiritu ocyorem fulmine, ideo quati prius omne & afflari, quàm percuti: nec quenquam tangi, qui prior viderit fulmen, aut tonitru audierit. Læua prospera existimantur, quoniã læua parte mundi ortus est. Nec tã aduētus spectatur, quàm reditus, siue ab ic̄tu resiliat ignis, siue opere 50 confectò, aut igne consumpto spiritus remeet. In sedecim partes cælum in eo^b respec-

b

Et diuisere Thufci. Prima est à septentrionibus ad æquinoctialem exortum: secunda ad meridiem, tertia ad æquinoctialem occasum: quarta obtinet, quod reliquum est, ab occasu ad septentriones. Has iterum in quaternas diuisere partes, ex quibus octo ab exortu sinistras, totidem è contrario appellauere dextras. Ex his maximè ^a dira, quæ septentrionem ab occasu attingunt. Itaque per plurimum refert, vnde venerint fulmina, & quò concesserint. Optimum est, in exortiuas redire partes. Ideo cum à prima cæli parte venerint, & in eandem concesserint, summa felicitas portenditur, quale Syllæ Dictatori ostentum datum accepimus. Cætera ipsius mundi portione minus prospera, aut dira. Quædam fulgura enuntiare non putant fas, nec audire, præterquam si hospiti indicentur, aut parèti. Magna huius obseruationis vanitas, tacta Iunonis æde, Romæ depræ-
 10 hensa est Scauro Cõsule, qui mox princeps fuit. Noctu magis, quàm interdiu, sine tonitribus fulgurat. Vnum animal hominẽ non semper extinguit, cætera illico: hunc videlicet natura tribuente honorẽ, cum tot bellæ viribus præstent. Omnia contrarias incubant in partes: homo, nisi conuertatur, ^b vi percussus non expirat. Supernè icti confident. Vigilans ictus conuiuentibus oculis, dormiens patentibus reperitur. Hominẽ ita exanimatum cremari fas non est: condi terra religio tradidit. Nullum animal, nisi exanimatum, fulmine accenditur. Vulnere fulminatorum frigidiora reliquo corpore sunt.

Quæ non feriantur fulmine.

C A P. L V.

EX iis, quæ terra gignuntur, lauri fruticem non icit: nec vnquam quinque altius pedibus descendit in terram. Ideo pauidi altiores specus tutissimos putant: aut taberna-
 20 cula è pellibus belluarum, quas vitulos ^c appellant, quoniam hoc solum animal ex marinis non percutiat, sicut nec è volucris aquilam, quæ ob hoc ^d armiger huius teli fingitur. In Italia inter Tarracinam & ædem Feroniæ, turres bellicis temporibus desiere fieri, nulla non earum ^e fulmine diruta.

De prodigijs pluuijs, lacte, sanguine, carne, ferro, lana, lateribus coctis.

C A P. L V I.

PRæter hæc inferiore cælo relatum in monumenta est, lacte & sanguine pluuisse M. Acilio, C. Porcio C O S S. ^f & sæpe aliàs carne, sicut L. Volumnio, Seruio Sulpitio C O S S. exque ea non putuisse, quod non diripuissent aues. Item ferro in Lucanis, anno antequam M. Crassus à Parthis interemptus est, omnèsque cum eo Lucani milites, quorum magnus numerus in exercitu erat. Effigies, quæ pluerat, spongiarum ferè similis
 30 fuit: aruspices cauenda præmonuerunt superna vulnere. L. autem Paulo, C. Marcello C O S S. lana pluit circa castellum Carissanum, iuxta quod post annum T. Annii Milo occisus est. Eodem causam dicente lateribus coctis pluuisse, in eius anni acta relatum est.

De crepitu armorum, & tubarum de cælo audito.

C A P. L V I I.

ARmorum crepitus, & tubæ sonitus, auditos è cælo Cimbricis bellis accepimus, crebrósque & prius, & postea. Tertio verò Consulatu Marij ab Amerinis, & Tudertibus spectata arma cælestia, ab ortu occasuque inter se concurrentia, pulsas quæ ab occasu erant. Ipsum ardere cælum, minimè miram est, & sæpius visum, maiore vi ignis nubibus correptis.

De lapidibus è cælo cadentibus.

C A P. L V I I I.

40

Celebrant Græci Anaxoram Clazomenium, Olympiadis septuagesimæ octauæ secundo anno, prædixisse ^g cælestium literarum scientia, quibus diebus saxum casurum esset è Sole. Idque factum interdiu in Thraciæ parte ad Ægos flumen. Qui lapis etiam nunc ostenditur, magnitudine vehis, colore adusto, comete quoque illis noctibus flagrante. Quod si quis prædictum credat, simul fateatur necesse est, maioris miraculi diuinitatem Anaxoræ fuisse, soluique rerum naturæ intellectum, & confundi omnia, si aut ipse Sollapis esse, aut vnquam lapidem in eo fuisse credatur: decidere tamen crebro, non erit dubium. In Abydi gymnasio ex ea causa colitur hodièque, modicus quidem, sed quem in medio terrarum casurum idem Anaxoras prædixisse narratur. Colitur & Cassandriæ, quæ Potidæa vocitata est, ob id deducta. Ego ipse vidi in Vocontiorum
 50 agro paulò antè delatum.

De arcu

De arcu celesti.

CAP. LIX.

Arcus vocamus extra miraculum frequentes, & extra ostentum. Nam ne pluvios quidem, aut serenos dies, cum fide portendunt. Manifestum est, radium Solis immissum cauae nubi, repulsa acie in Solem refringi, colorumque varietatem mistura nubium, aeris, igniumque fieri. Certè nisi Sole aduerso non fiunt, nec vnquam, nisi dimidia circuli forma: nec noctu, quamuis Aristoteles prodat aliquando visum: quod tamen fatetur idem non nisi quartadecima Luna posse. Fiunt autem hyeme, maximè ab æquinoctio autumnali die decrescente. Quo rursus crescente ab æquinoctio verno, non existit: nec circa solstitium longissimis diebus: bruma verò, hoc est, breuissimis diebus, frequenter. Idem sublimes humili Sole, humilisque sublimi, & minores occidente vel oriente, sed in latitudinem diffusi, meridie exiles, verum ambitus maioris. Æstate verò per meridiem non cernuntur, post autumnæ æquinoctium, quacunque hora: nec vnquam plures simul, quàm duo. Cætera eiusdem naturæ non multis dubia esse video.

De grandine, niue, pruina, nebula, rore.

CAP. LX.

Grandinem congelato imbre gigni, & niuem eodem humore mollius coacto, pruinaem autem ex rore gelido. Per hyemem niues cadere, non grandines: ipsasque grandines interdum sæpius, quàm noctu, & multò celerius resolui, quàm niues. Nebulas nec æstate, nec maximo frigore existere. Rores neque gelu, neque ardoribus, neque ventis, nec nisi serena nocte. Gelando liquorem minui, solutæque glacie non eundem inueniri modum.

De nubium imaginibus.

CAP. LXI.

Varietates colorum figurarumque in nubibus cerni, prout admixtus ignis superet, aut vincatur.

De proprietatibus cæli in locis.

CAP. LXII.

Præterea quasdam proprietates cæli quibusdam locis esse. Roscidas æstate Africæ noctes. In Italia Locris, & in lacu Velino, nullo non die apparere arcus. Rhodi & Syracusis nunquam tanta nubila obduci, vt non aliqua hora Sol cernatur: qualia aptius suis referentur locis. Hæc sint dicta de aère.

De natura terra.

CAP. LXIII.

Sequitur terra, cui vni rerum naturæ partium, eximia propter merita, cognomen indidimus maternæ venerationis. Sic hominum illa, vt cælum Dei: quæ nos nascentes excipit, natos alit, semelq; editos sustinet semper: nouissimæ complexa gremio iam à reliqua natura abdicatos, tum maximè, vt mater, operiens: nullo magis sacramento, quàm quo nos quoque sacros facit, etiam monumenta ac titulos gerens, noménque prorogans nostrum, & memoriam extendens contra breuitatem æui. Cuius numen vltimum iam nullis precamur irati graue: tanquam nesciamus hanc esse solam, quæ nunquam irascatur homini. Aquæ subeunt in imbres, rigescunt in grandines, tumescunt in fluctus, præcipitantur in torrentes: aër densatur nubibus, furit procellis. At hæc benigna, mitis, indulgens, vsusque mortalium semper ancilla, quæ coacta generat! quæ sponte fundit! quos odores saporésque! quos succos! quos tactus! quos colores! quàm bona fide creditum fœnus reddit! quæ nostri causa alit! Pestifera enim animantia, vitali spiritu habente cuiusdam, necesse est illi seminata excipere, & genita sustinere. Sed in malis generantium noxa est. Illa serpentem homine percusso non amplius recipit, pœnasque etiã inertium nomine exigit: illa medicas fundit herbas, & semper homini parturit. Quin & venena, nostri misertã instituisse credi potest, ne in tædio vitæ diræ famis mors, terræ meritis alienissima, lenta nos consumeret tabe, ne lacerum corpus abrupta dispergerent, ne laquei torqueret pœna præpostera, incluso spiritu, cui quæreretur exitus: ne in profundo quæsita morte, sepultura pabulo fieret, ne ferri cruciatus scinderet corpus. Ita est, misertã genuit id, cuius facillimo haustu, illibato corpore, & cum toto sanguine extinguemur, nullo labore, sitientibus similes: qualiter defunctos, non volucris, non fera attingeret: terræque seruetur, qui sibi ipsi perisset. Et, vt verum fateamur, terra nobis malorū

a ne in tæ-
dio vitæ fa-
mes, mors
terræ meri-
tis. &c.

b 2

remedium genuit, nos illud vitæ fecimus venenum. Nos enim & ferro, quo carere non possumus, simili modo vtimur. Nec tamen quereremur meritò, etiam si maleficij causa tulisset. Aduersus vnã quippe naturæ partem ingrati sumus: quasi non ad delicias quâsque non ad contumelias seruiat homini. In maria iacitur, aut, vt freta admittamus, eroditur aquis: ferro, ligno, igne, lapide, fruge, omnibus cruciatur horis: multòque plus, vt deliciis, quàm vt alimentis famuletur nostris. Et tamen, quæ summa patitur atque extrema cute, tolerabilia videantur. Penetramus in viscera, auri argentique venas, & æris ac plumbi metalla fodientes, gemmas etiam & quosdam paruulos quærimus lapides, scrobibus in profundum actis. Viscera eius extrahimus, vt digito gestetur gemma, quam petimus. Quot manus atteruntur, vt vnus niteat articulus! Si vlli essent inferi, iam profectò illos avaritiæ atque luxuriæ cuniculi refodissent. Et miramur, si eadem ad noxam genuit aliqua. Feræ enim credo custodiunt illam, arcéntque sacrilegas manus. Nónne inter serpentes fodimus, & venas auri tractamus cum veneni radicibus? Placatiore tamen Dea ob hoc vtimur, quòd omnes hi opulentiæ exitus ad scelera cædésque & bella tendunt: quàmque sanguine nostro irrigamus, insepultis ossibus tegimus. Quibus tamen, velut exprobrato furore, tandem ipsa se obducit & scelera quoque mortaliù occultat. Inter crimina ingrati animi & hoc duxerim, quòd naturam eius ignoramus.

De forma terræ.

CAP. LXIIII.

EST autem figura prima, de qua consensus iudicat. Orbem certè dicimus terræ, globumque verticibus includi fatemur. Neque enim absoluti orbis est forma, in tantamontium excelsitate, tanta camporum planitie: sed cuius amplexus, si capita linearum comprehendantur ambitu, figurã absoluti orbis efficiat: id quod ipsa rerum naturæ cogit ratio, non eisdè causis, quas attulimus in cælo. Nanque in illo caua in se conuexitas vergit, & cardini suo, hoc est terræ, vndiq; incubit. Hæc, vt solida atq; conferta, assurgit, intumescenti similis, extraq; protenditur. Mundus in centrũ vergit: at terra exit à centro immensum eius globũ in formam orbis assidua circa eam mundi volubilitate cogente.

De Antipodibus, an sint, & aquæ rotunditate.

CAP. LXV.

INGENS hæc pugna literarum, contraque vulgi, circumfundi terræ vndique homines conuersisq; inter se pedibus stare, & cunctis similem esse cæli verticem, ac simili modo ex quacunque parte mediam calcari: illo quærente, cur non decidant contrà siti: tanquam non & ratio præsto sit, vt nos nõ decidere mirètur illi. Interuenit sententia, quãuis indocili probabilis turbæ, inæquali globo, vt si sit figura pineæ nucis, nihilominus terram vndique incoli. Sed quid hoc refert, alio miraculo ex oriente pendere ipsam, ac non cadere nobiscum, ceu spiritus vis mundo præsertim inclusi, dubia sit: aut possit cadere, natura repugnante, & quò cadat, negante. Nam sicut ignium sedes non est nisi in ignibus, aquarum nisi in aquis, spiritus nisi in spiritu: ita terræ, arcentibus cunctis, nisi in se locus non est. Globum tamen effici mirum est, in tanta planitie maris camporumque. Cui sententiæ adest Dicæarchus vir in primis eruditus, regum cura permensus montes, ex quibus altissimum prodidit Pelion, M. ccl. pass. ratione perpendiculari, nullam esse eam portionem vniuersæ rotunditatis colligens. Mihi incerta hæc videtur cõiectatio, haud ignaro quosdam Alpium vertices, longo tractu, nec breuiore L. millibus passuum assurgere. Sed vulgò maxima hæc pugna est, si coactam in verticem aquarum quoque figurã credere cogatur. Atqui non aliud in rerum natura aspectu manifestius. Nanq; & dependentes vbiq; guttæ paruis globantur orbibus: & pulueri illatæ frondiumq; lanugini impositæ, absoluta rotunditate cernuntur: & in poculis repletis media maximè tument. Quæ propter subtilitatem humoris, mollitiamq; in se residentem, ratione facilius, quàm visu, deprehenduntur. Idq; etiam magis mirum, in poculis repletis, addito humore minimo circumfluere quod supersit: contrà euenire ponderibus additis ad vicenos sæpe denarios: scilicet quia intus recepta liquorè in verticem attollant, at cumulo eminente infusa dilabantur. Eadem est causa propter quam è nauibus terra nõ cernatur, è nauium malis 50 conspicua: ac procul recedete nauigio, si quid quod fulgeat religetur in mali cacumine, paulatim

a portione
ut & alibi.

paulatim descendere videatur, & postremò occultetur. Deniq; Oceanus quem fatemur vltimum, quam alicuius figura cohæreret atq; non decideret, nullo vltra margine includente? Ipsum id ad miraculum redit, quoniam modo etiamsi globetur, extremum non decidat mare. Contra quod, vt sint plana maria, & qua videtur figura, non posse id accidere, magno suo gaudio magnaque gloria inuentores Græci subtilitate geometrica docent. Nanq; cum è sublimi in inferiora aquæ ferantur, & sit hæc natura earum confessâ, nec quisquâ dubitet in litore vllò accessisse eas, quò longissimè de uexitas passa sit, procul dubio apparere, quo quid humilior sit, propius cetro esse terræ, omnesq; lineas, quæ emittantur ex eo ad proximas aquas, breuiores fieri, quàm quæ ad extremum mare à primis aquis. Ergo totas, omniq; ex parte aquas vergere in centrū: ideoq; non decidere, quoniam in interiora nitantur. Quod ita formasse artifex Natura credi debet, vt cum terra arida & sicca constare per se ac sine humore non posset, nec rursus stare aqua, nisi sustinente terra, mutuo implexu iungerentur: hac sinus pandente, illa verò permeante totam, intrâ, extrâ, suprâ, venis, vt vinculis, discurrentibus, atque etiam in summis iugis erumpente: quo spiritu acta, & terræ pondere expressa, siphonum modo emicat: tantumque à periculo decidendi abest, vt in summa quæque & altissima exiliat. Quæ ratione manifestum est, quare tot fluminum quotidiano accessu maria non crescant.

Quomodo aqua sit terra innexa.

C A P. L X V I.

E St igitur in toto suo globo tellus medio ambitu præcincta circumfluio mari. Nec argumentis hoc inuestigandum, sed iam experimentis cognitum.

De nauigatione maris, & fluminum.

C A P. L X V I I.

A Gadibus columnisq; Herculis, Hispaniæ & Galliarum circuitu, totus hodie nauigatur occidens. Septentrionalis verò Oceanus, maiore ex parte nauigatus est, auspiciis Diui Augusti Germaniâ classe circumuecta ad Cimbrorum promontorium: & inde immenso mari prospecto, aut fama cognito, ad Scythicam plagam, & humore nimio rigentia. Propter quod minimè verisimile est illic maria deficere, vbi vis humoris superet. Iuxta verò ab ortu ex Indico mari, sub eodem sidere pars tota vergens in Caspiū mare, per nauigata est Macedonū armis, Seleuco atq; Antiocho regnantibus, qui & Seleucida atque Antiochida ab ipsis appellari voluerunt. Circa Caspium quoq; multa Oceani litora explorata, paruoq; breuius, quàm totus, hinc aut illinc Septentrio eremigatus. Vt tamen coniecturæ locum sic quoq; non relinquat, ingens argumentum paludis Mæoticæ, siue ea illius Oceani sinus est, vt multos aduerto credidisse, siue angusto discreti situ restagnatio. Alio latere Gadium, ab eodē occidēte, magna pars meridiani sinus ambitu Mauritaniam nauigatur hodie. Maiorem quidem eius partem, & orientis, victoriæ magni Alexandri lustrauere, vsq; in Arabicū sinum. In quo res gerente C. Cæsare Augusti filio, signa nauium ex Hispaniensibus naufragiis feruntur agnita. Et Hanno, Carthaginis potentia florente, circumuectus à Gadibus ad finē Arabiæ, nauigationē eam prodidit scripto; sicut ad extera Europæ noscenda missus eodem tēpore Himilco. Præterea Nepos Cornelius author est, Eudoxū quendam sua ætate, cum Lathyrū regem fugeret, Arabico sinu egressum, Gades vsq; peruectū: multoq; ante eum Cælius Antipater, vidisse se, qui nauigasset ex Hispania in Æthiopiā cōmerciij gratia. Idē Nepos de septentrionali circuitu tradit, Q. Metello Celeri, C. Afranij in Consulatu collegæ, sed tum Galliæ Proconsuli, Indos à rege Sueuorum dono datos, qui ex India commercij causa nauigantes, tempestatibus essent in Germaniam abrepti. Sic maria circumfusa vndiq; diuiduo globo, partem orbis auferunt nobis: nec inde huc, nec hinc illò peruiō tractu. Quæ contemplatio apta detegendæ mortalium vanitati, poscere videtur, vt totum hoc, quicquid est, in quo singulis nihil satis est, ceu subiectum oculis, quantum sit ostendam.

Quæ portio terræ habitetur.

C A P. L X V I I I.

I Am primū in dimidio cōputari videtur, tanquam nulla portio ipsi decidatur Oceano: qui toto circumdatus medio, & omnes cæteras fundens recipiensq; aquas, & quicquid exit in nubes, ac sidera ipsa tot & tantæ magnitudinis pascens, quo tandem ampli-

b 3

tudinis spatium credetur habitare? Improbata & infinita debet esse tam vastæ molis possessio. Adde quod ex relicto plus abstulit cælum. Nam cum sint eius quinque partes, quas vocant zonas, infesto rigore & æterno gelu premitur omne, quicquid est subiectum duabus extremis vtrinque circa vertices, hunc qui Septentrio vocatur, eumque qui aduersus illi Austrinus appellatur. Perpetua caligo vtrouique, & alieno molliorū siderum aspectu, maligna ac pruina tantum albicans lux. Media verò terrarum, qua Solis orbita est, exusta flammis & cremata, cominus vapore torretur. Circà duæ tantum inter exustam & rigentes, temperantur: æque ipsæ inter se non peruiæ, propter incendiū sideris. Ita terræ tres partes abstulit cælum: Oceani rapina incerto est. Sed & relicta nobis vna portio haud scio an etiam in maiore damno sit. Idem siquidem Oceanus infusus in multos (vt dicemus) sinus, adeò vicino accessu interna maria allatrat, vt centum xv. millibus passuum Arabicus sinus distet ab Ægyptio mari: Caspius verò cccxxv. millibus à Pontico. Idem interfusus intrat per tot maria, quibus Africam, Europã, Asiãque dispescit. Quantum terrarum occupet, computetur etiam nunc mensura tot fluminum, tantarum paludum. Addantur & lacus, & stagna: iam elata in cælum, & ardua aspectu quoque iugiam syluæ vallésque præruptæ, & solitudines, & mille causis deserta detrahantur. Hæc tot portiones terræ, imo verò, vt plures tradidere, mundi punctus (neque enim est aliud terra in vniverso) hæc est materia gloriæ nostræ, hæc sedes: hinc honores gerimus, hinc exercemus imperia, hinc opes cupimus, hinc tumultuatur humanum genus, hinc instauramus bella etiam ciuilia, mutuisque cædibus laxiorem facimus terram. Et vt publicos gētium furiores transeam, hæc in qua conterminos pellimus, furtoque vicini cæspitem nostro solo affodimus, vt qui latissimè rura metatus fuerit, vltraque fines exegerit accolæ, quota terrarum parte gaudeat? vel cum ad mensuram auaritiæ suæ propagauerit, quam tandem portionem eius defunctus obtineat?

a famam

Mediam esse mundi terram.

CAP. LXIX.

Mediam esse mundi totius haud dubiis constat argumentis, sed clarissimè æquinoctij paribus horis. Nam nisi in medio esset, æquales dies noctésque haberi non posse depræhenderunt & dioptræ, quæ vel maximè id confirmant: cum æquinoctiali tempore ex eadem linea ortus occasusque cernatur, & solstitialis exortus per suam lineam, brumalisque occasus. Quæ accidere nullo modo possent, nisi in centro sita esset.

De siderum ortus inæqualitate, & de eclipsi, & ubi, & quare.

CAP. LXX.

Tres autem circuli suprâ dictis zonis implexi, inæqualitates temporum distinguunt: Solstitialis à parte Signiferi excelsissima nobis, ad septentrionalem plagam versus, contraque ad alium polum brumalis, item medio ambitu Signiferi orbis incedens æquinoctialis. Reliquorum, quæ miramur, causa in ipsius terræ figura est, quam globo similem, & cum ea æquas, iisdem intelligitur argumentis. Sic enim fit haud dubiè, vt nobis septentrionalis plagæ sidera nunquam occidant, contrà meridianæ nunquam orientur: rursusque hæc illis non cernantur, attollente se contra medios visus terrarum globo. Septentriones non cernit Troglodytice, & confinis Ægyptus: nec Canopum Italia, & quem vocant Berenices crinem, item quem sub Diuo Augusto cognominauerit Cæsaris thronon, insignes ibi stellas. Adeoque manifestò assurgens fastigium curuatur, vt Canopus quartam ferè partem signi vnus suprâ terram eminere Alexandria intuentibus videatur: eadem à Rhodo terram quodam modo ipsam stringere: in Põto omnino non cernatur, vbi maximè sublimis Septentrio. Idem à Rhodo absconditur, magisque Alexandria: in Arabia Nouembri mense prima vigilia occultus, secunda se ostendit: in Meroc solstitio vesperi paulisper apparet, paucisque ante exortum Arcturi diebus pariter cum die cernitur. Nauigantium hæc maximè cursus depræhendunt, in alia aduerso, in alia prono mari, subitòque conspicuis, atque vt è freto emergentibus, quæ in anfractu pilæ latuere, sideribus. Neque enim (vt dixere aliqui) mundus hoc polo excelsiore se attollit: aut vndique cernerentur hæc sidera. verum hæc eadem quibusque proximis sublimiora creduntur, eademque demersa longinquis: vt que nunc sublimis in deiectu positæ videtur

videtur hîc vertex, sic in illam terræ deuexitatem transgressis, illa se attollunt, residenti-
 bus quæ hîc excelsa fuerant, quod nisi in figura pilæ accidere non posset. Ideoque defe-
 ctus Solis ac Lunæ uespertinos Orientis incolæ non sentiunt, nec matutinos ad Occasum
 habitantes: meridianos uero sæpius. Nobili apud Arbela magni Alexandri uictoria, Lu-
 na defecisse noctis secunda hora prodita est: eadēque in Sicilia exoriens. Solis defectum,
 Vipsano & Fonteio C O S S. qui fuere ante paucos annos, factum a pridie Calēdas Maias,
 Campania hora diei inter septimam & octauam sensit: Corbulo dux in Armenia inter
 horam diei decimam & undecimam prodidit uisum, circuitu globi alia aliis detegente
 & occultante. Quod si plana esset terra, simul omnia apparerent cunctis, noctēque non
 10 fierent inæquales: neque aliās, quàm in medio sitis, paria duodecim horarum interualla
 cernerentur, quæ nunc in omni parte simili modo congruunt.

Quæ ratio diurnæ lucis in terris.

C A P. L X X I.

IDEO necnox diesque; quæuis eadem toto orbe simul est, oppositu globi noctē, aut am-
 bitu diem afferente. Multis hoc cognitum experimentis. In Africa Hispaniæque tur-
 rium Annibalis: in Asia uero propter piraticos terrores, simili specularum præsidio ex-
 citato: in quæis prænuntiatiuos ignes sexta hora diei accensos, sæpe compertum est, ter-
 tia noctis à tergo ultimis uisos. Eiusdem Alexandri cursor Philonides, ex Sicyone Elin
 mille & ducenta stadia nouem diei confecit horis: indeque; quamuis decliui itinere, tertiã
 noctis hora remensus est sæpius. Causa, quod eunti cum Sole iter erat, eundem remeans
 20 obuium contrario præteruertebat occursum. Qua de causâ ad occasum nauigantes, quam-
 uis breuissimo die, uincunt spatia nocturnæ nauigationis, ut solem ipsum comitantes.

Gnomonica de eadem re, & horologio primo.

C A P. L X X I I.

VAſa que horoscopa non ubique eadem sunt uſui, in trecentis stadijs aut ut longissi-
 mē in quingentis, mutantibus semet umbris Solis. Itaque umbilici (quem gnomonem
 appellant) umbra, in Ægypto meridiano tempore, æquinoctij die, paulò plus
 quàm dimidiam gnomonis mensuram efficit. In urbe Roma nona pars gnomonis deest
 umbræ. In oppido Ancone superest quinta trigesima. In parte Italiæ quæ Venetia ap-
 pellatur, eisdem horis umbra gnomoni par fit.

Ubi & quando nulla umbra.

C A P. L X X I I I.

SIMILI modo tradunt in Syene oppido, quod est supra Alexandriam quinque milli-
 bus stadiorum, solstitij die medio nullam umbram iaci: puteumque eius experimenti
 gratia factum, totum illuminari. Ex quo apparet tum Solem illi loco supra uerticē esse:
 quod & in India supra flumen Hypasim fieri tempore eodem Onesicritus scripsit. Con-
 stâtque in Berenice urbe Troglodytarum, & inde stadiis quatuor millibus d c c c. xx. in
 eadem gēte Ptolemaide oppido, quod in margine rubri maris ad primos elephantorum
 uenatus conditum est, hoc idem ante solstitium quadragenis quinis diebus, totidēque
 postea fieri, & per eos x c. dies in meridiem umbras iaci. Rursus in Meroë insula, quæ est
 caput gentis Æthiopum, & quinque millibus stadiorum à Syene in amne Nilo habita-
 tur, bis anno absumi umbras, Sole duodeuicesimam Tauri partem, & quartamdecimam
 40 Leonis obtinere. In Indiæ gente Oretum, mons est Maleus nomine, iuxta quē umbræ
 æstare in Austrum, hyeme in Septentrionem iaciuntur. Quindecim tantum noctibus ibi
 apparet Septentrio. In eadem India Patales celeberrimo portu, Sol dexter oritur, umbræ
 in Meridiem cadunt. Septentrionem ibi Alexandro morante annotatum, prima tantum
 noctis parte aspici, Onesicritus dux eius scripsit: quibus in locis Indiæ umbræ non sint,
 Septentrionem non conspici, & ea loca appellari Ascia, nec horas dinumerari ibi.

Ubi bis anno umbræ, & ubi in contrarium.

C A P. L X X I I I I.

AT in tota Troglodytice, umbras bis quadragintaquinque diebus in anno Erato-
 sthenes in contrarium cadere prodidit.

Ubi longissimus dies, & ubi breuissimus.

C A P. L X X V.

SIC fit, ut vario lucis incremento, in Meroë longissimus dies x ij. horas æquinoctiales,
 & octo partes unius horæ colligat: Alexandriæ uero x i i j. horas: in Italia quindecim;

b 4

in Britānia x v i j. vbi æstate lucidæ noctes haud dubiè re promittunt id, quod cogit ratio credi: solstitij diebus accedente Sole propius verticem mundi, angusto lucis ambitu, subiecta terræ continuos dies habere^a senis mensibus, noctesque è diuerso ad brumam remoto. Quod fieri in insula Thule Pythias Massiliensis scripsit, sex dierum navigatione in Septentrionem à Britannia distante: quidam verò & in Mona, quæ distat à Camaloduno Britannia oppido circiter ducentis millibus, affirmant.

Item de horologio.

CAP. LXXVI.

VMbrarum hanc rationem, & quam vocant gnomonicè, inuenit Anaximenes Milesius, Anaximandri (de quo diximus) discipulus: primusque horologium, quod appellant sciotericon, Lacedæmone ostendit.

Quomodo dies obseruentur.

CAP. LXXVII.

Ipsum diem alij aliter obseruare. Babylonij inter duos Solis exortus: Athenienses inter duos occasus: Umbri à meridie in meridiem: vulgus omne à luce ad tenebras: Sacerdotes Romani, & qui diem diffinire ciuilem, item Ægyptij & Hipparchus, à media nocte in mediam. Minora autem interualla esse lucis inter ortus Solis iuxta solstitia, quàm æquinoctia, apparet, quia positio Signiferi circa media sui obliquior est, iuxta solstitium verò rectior.

Differentia gentium ratio.

CAP. LXXVIII.

Contextenda sunt his cælestibus nexa causis. Nanq; Æthiopas vicini fideris vapore²⁰ torreri, adustisque similes gigni, barba & capillo vibrato, non est dubium. Et aduersa²⁰ plaga mundi atq; glaciali, candida cute esse gètes, flauis promissas crinibus, truces verò ex cæli rigore, has & illas^b mobilitates habètes. Ipsoq;^c crurum argumèto, illis in supera succû reuocari, natura vaporis: his in inferas partes depelli, humore deciduo. Hic graues feras, illic varias effigies animalium prouenire, & maximè alitum, & in multas figuras gigni volucres. Corporum autem proceritatem vtrobiq; , illic igniû nisiu, hic humoris alimèto. Medio verò terræ salubris vtinq; mistura, fertilis ad omnia tractus, modicus corporum habitus. Magna & in colore téperies. Ritus molles, sensus liquidus, ingenia fœcûda, totiusq; naturæ capacia. Iisdem imperia, quæ nûquam extimis gentibus fuerint: sicut ne illæ quidem his paruerint, auulsæ, ac pro immanitate naturæ vrgent is illas solitaria.

De motu terræ.

CAP. LXXIX.

Babyloniorum placita motus terræ, hiatusq; , & cætera omnia, vi siderum existimant fieri, sed illorum trium, quibus fulmina assignant: fieri autem, meâtium cum Sole aut congruentium, & maximè circa quadrata mundi. Præclara quædam esse & immortalis in eo (si credimus) diuinitas perhibetur, Anaximandro Milesio Physico: quem ferunt Lacedæmoniis prædixisse, vt urbem ac teçta custodirèt: instare enim motum terræ: cum & vrbs tota eorum corruit, & Taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta, cladem insuper eam ruina pressit. Perhibetur & Pherecydis Pythagoræ doctoris alia coniectatio, sed & illa diuina: hauistu aquæ è puteo præsensisse, ac prædixisse ibi terræ motum. Quæ si vera sunt quâtum à Deo tandem videri possunt tales distare, dum viuant? Et hæc quidem arbitrio cuiusque existimanda relinquuntur: ventos in causa esse⁴⁰ non dubium reor. Neq; enim vnquam intremiscunt terræ, nisi sopito mari, cæloq; adeò tranquillo, vt volatus auiû non pendeât, subtracto omni spiritu qui vehit: nec vnquam, nisi post ventos^d conditos, scilicet in venas & cauernas eius occulto afflatu. Neque aliud est in terra tremor, quàm in nube tonitruum. Nec hiatus aliud, quàm cum fulmen erumpit, incluso spiritu luctante, & ad libertatem exire nitente.

De terræ hiaribus.

CAP. LXXX.

Variè itaque quatitur, & mira eduntur opera, alibi prostratis mœnibus, alibi hiatu profundo haultis, alibi egestis molibus, alibi emissis amnibus, nonnunquam etiam ignibus calidisve fontibus, alibi^e aduerso fluminum cursu. Præcedit verò comitaturque terribilis sonus, aliàs murmur similius mugitibus, aut clamori humano, armorumve pulsantium fragori, pro qualitate materiæ excipientis, formæque vel cauernarum

vel

^a in vet. cod. senis diebus. Pint.

^b C. Rhod. mobilitate hebetes. ^c crinium

^d condito scilicet in venas, & cauitatibus eius occulto afflatu.

^e auerso

vel cuniculi, per quem meat, exilius grassante in angusto, eodem rauco in recuruis resul-
tante, in duris fremente, in humidis fluctuante & stagnantibus: item fremente contra so-
lida. Itaque & sine motu sæpe editur sonus. Nec simplici modo quatitur vnquam, sed tre-
mit vibratque. Hiatus verò aliàs remanet, ostendens quæ forbuit, aliàs occultat ore cõ-
presso: rur susque ita inducto solo, vt nulla vestigia extent, vrbibus plerunque deuoratis,
agrorumque tractu hausto. Maritima autem maximè quatiuntur. Nec montosa tali ma-
lo carent. Exploratum est mihi, Alpes, Appenninumque sæpius tremuisse. Et autumno
ac vere terræ crebrius mouentur, sicut fiunt fulmina. Ideo Gallia & Ægyptus minimè
quatiuntur, quoniam hinc æstatis causa obstat, illic hyemis. Item noctu sæpius, quàm in-
terdiu. Maximi autem motus existunt matutini vespertinique: sed propinqua luce cre-
bri, interdiu autem circa meridiem. Fiunt & Solis Lunæque defectu, quoniam tempesta-
tes tunc sopiuntur. Præcipuè verò, cum sequitur imbrem æstus, imbrésve æstum.

Signa motus futuri.

C A P. L X X X I.

NAuigantes quoque sentiunt non dubia coniectura, sine flatu intumescente fluctu
subitò, aut quatiente icti. Intremunt verò & in nauibus posita, æquè quàm in ædi-
ficiis, crepitùque prænuntiant. Quin & volucres non impaudæ sedent. ^a Est & in celo a Sed & in
celo signum
præcedit mo-
tu futuro, signum, præceditque motu futuro, aut interdiu, aut paulo post occasum sereno, ceu te-
nuis linea nubis in longum porrecta spatium. Est & in puteis turbidior aqua, nec sine o-
doris tædio.

Auxilia contra motus futuros.

C A P. L X X X I I.

Sicut ^b in iisdem est remedium, quale & crebri specus præbent. Præconceptum enim ^b Sed & in
spiritum exhalant: quod in certis notatur oppidis, quæ minus quatiuntur, crebris
ad eluuiem cuniculis cauata. Multoque sunt tutiora in iisdem illis quæ pendent: sicut
Neapoli in Italia intelligitur, parte eius, quæ solida est, ad tales casus obnoxia. Tutissi-
mi sunt edificiorum fornices, anguli quoque parietum, postésque alterno pulsū reni-
tentes. Et latere terreno facti parietes minore noxa quatiuntur. Magna differentia est
& in ipso genere motus: pluribus siquidem modis quatitur. Tutissimum est, cum vibrat
crispante edificiorum crepitu, & cum intumescit assurgens, alternoque motu residet:
innoxium & cum concurrentia tecta contrario ictu arietant, quoniam alter motus alte-
ri renititur. Vndantis inclinatio, & fluctus more quædam volutatio infesta est: aut cum
in vnam partem totus se motus impellit. Desinunt autem tremores, cum ventus emer-
sit: sin verò durauere, non ante quadraginta dies sistuntur: plerunque & tardius, vtpote
cum quidam annuo & bienni spatio durauerint.

Portenta terrarum semel visa.

C A P. L X X X I I I.

Factum est semel, quod equidem in Hetruscæ disciplinæ voluminibus inueni, ingens
terrarum portentum L. Marcio, Sex. Julio coss. in agro Mutinensi. Nanque mon-
tes duo inter se concurrerunt, crepitu maximo assultantes recedentesque, inter eos flam-
ma fumoque in cælum exeunte interdiu, spectante è via Æmilia magna equitum Ro-
manorum, familiarumque & viatorum multitudine. Eo concursu villæ omnes elisæ, ani-
malia permulta quæ intrà fuerant, exanimata sunt, anno ante sociale bellum: quod haud
scio an funestius ipsi terræ Italiæ fuerit, quàm ciuilia. Non minus mirum ostentum &
nostra cognouit ætas, anno Neronis principis supremo, sicut in rebus eius exposuimus,
pratis oleisque intercedente via publica in contrarias sedes transgressis, in agro Marru-
cino, prædiis Vectij Marcelli equitis Romani, res Neronis procurantis.

Miracula terræmotus.

C A P. L X X X I I I I.

Flunt simul cum terræmotu & inundationes maris, eodem videlicet spiritu infusi, aut
residētis sinu recepti. Maximus terræ memoria mortaliū extitit motus, Tiberij Cæ-
saris principatu, xij. vrbibus Asiæ vna nocte prostratis. Creberrimus Punico bello, intra
eundem annum septies atque quinquagies nuntiatus Romam. Quo quidē anno ad Tra-
fymenum lacum dimicantes, maximum motum neque Pœni sensere, nec Romani. Nec
verò simplex malum, aut in ipso tantum motu periculum est, sed par aut maius osten-

tum. Nunquam vrbs Roma tremuit, vt non futuri euentus alicuius id p̄nūtiū esset.

Quibus locis maria recesserint.

C A P. L X X X V.

EAdem nascentium causa terrarum est, cum idem ille spiritus attollendo potens solo, non valuit erumpere. Nascentur enim nec fluminum tantum inuectu, sicut Echinades insulae ab Acheloo amne congestae, maiorque pars Aegypti a Nylo, in quam a Pharo insula noctis & diei cursum fuisse Homero credimus: sed & recessu maris, sicut eidem de Circeis: quod accidisse & in Ambraciae portu decem millium passuum intervallo, & Atheniensium quinque millium ad Pirgeum memoratur. Et Ephesi, vbi quondam aedem Dianae alluebat. Herodoto quidem si credimus, mare fuit supra Memphim usque ad Aethiopum montes: itemque a planis Arabiae. Mare & circa Iliu, & tota Teuthrania, quaque campos intulerit Maender.

Ratio insularum enascentium.

C A P. L X X X V I.

NAscuntur & alio modo terrae, ac repente in aliquo mari emergunt, velut paria secum faciente natura, quaeque hauserit hiatus, alio loco reddente.

Quae & quibus temporibus enatae sunt.

C A P. L X X X V I I.

CLarae iam pridem insulae, Delos & Rhodos, memoriae produntur enatae. Postea minores, ultra Melon Anaphe, inter Lemnum & Hellespontum, Nea: inter Lebedum & Teon, Alone: inter Cycladas Olympiadis cxxxv. anno quarto, Thera & Therasia. Inter easdem post annos cxxx. Hiera, eademque Automate. Et ab duobus itadiis post annos cx. in nostro aeuo, M. Iunio Syllano, L. Balbo coss. ad viij. Idus Iulias, Thia.

Quas terras interruperint maria.

C A P. L X X X V I I I.

ANtenos & iuxta Italiam inter Aelias insulas, item iuxta Cretam emerfit e mari M. D. passuum, vna cum calidis fontibus, altera Olympiadis cxliij. anno tertio in Thufco sinu, flagrans haec violento cum flatu. Proditurque memoriae, magna circa illam multitudine piscium fluitante, confestim exspirasse quibus ex his cibis fuisset. Sic & Pitheculas in Campano sinu ferunt ortas. Mox in his montem Epopon, cum repente flamma ex eo emicuisset, capeltri aequatum planitie. In eadem & oppidum hautum profundo: alioque motu terrae stagnum emerfisse: & alio, prouolutis montibus insulam extitisse Prochytam. Nanque & hoc modo insulas rerum natura fecit. Auellit Siciliam Italiae, Cyprum Syriae, Euboeam Baeotiae, Euboeae Atalanten & Macrin, Besbycum Bithyniae, Leucosiam Sirenum promontorio.

a Epomeu, ut Strabo lib. 5.

Quae insulae continenti adiunctae.

C A P. L X X X I X.

Rurfus abstulit insulas mari, iunxitque terris: Antissam Lesbo, Zephyrium Halicarnasso, Aethusam Myndo, Dromiscon & Pernen Mileto, Narthecusam Parthenio promontorio. Hybanda quondam insulae Ioniae, cc. nunc a mari abest stadiis Syrien Ephesus in mediterranea habet: Derasidas & Sophoniam vicina ei Magnesia. Epidaurus & Oricum insulae esse desierunt.

Quae terra in totum mari permutata.

C A P. X C.

IN totum abstulit terras, primum omnium vbi Atlanticum mare est, si Platoni credimus, immenso spatio. Mox interno, quae videmus hodie, mesam Acarnaniam Ambracio sinu, Achaiam Corinthio, Europam Asiamque Propontide & Ponto. Ad hoc perripit mare Leucada, Antirrhium, Hellespontum, Bosphoros duos.

Quae terra ipsa se sorbuerunt.

C A P. X C I.

b Ipsa se comest terra. Deuorauit &c.

ATque vt sinus & stagna praeteream, ipsa se condens terra deuorauit Cybotum altissimum montem, cum oppido Curite, Sipylum in Magnesia: & prius in eodem loco clarissimam urbem, quae Tantalus vocabatur. Galanis & Gamales urbium in Phoenice agros cum ipsis, Phegium Aethiopiae iugum excelsissimum, tanquam non infidagrassarentur & litora.

Quae urbes haustae sint a mari.

C A P. X C I I.

PYrrham & Antissam circa Maotim Pontus abstulit, Elicen & Buram in sinu Corinthio, quarum in alto vestigia apparent. Ex insula Cea amplius triginta millia passuum

accedente, inundantes: hinc donec iterum exoritur, se forbentes. Nec vnquam eodem tempore, quo pridie, refluunt, ^a vt ancillante sidere, trahētēque secum auido haulta maria, & assidue aliunde, quā pridie, exoriente: paribus tamen interuallis reciproci sensūque semper horis, nō cuiusque diei aut noctis, aut loci, sed æquinoctialibus: ideōque inæquales vulgariū horarum spatio, vt cunq̄ plures in eas aut diei aut noctis illarum mensuræ cadunt, & æquinoctio tantū pares vbique. Ingens argumentum plenumque lucis ac vocis etiam diurnæ, hebetes esse, qui negent subtermeare sidera, ac rursus eadem resurgere, similesque terris, imò verò vniuersæ naturæ exinde faciem, in iisdē ortus occasusque operibus, non aliter sub terra manifesto sideris cursu aliōve effectu, quā cū præter oculos nostros feratur. Multiplex etiamnum lunaris differentia, primūque septenis diebus. ^b Quippe modici noua ad diuiduam æstus, plenior ab ea exundant, pleniorque maximè feruent. Inde mitescūt. Pares ad septimam primis. Iterūque alio latere diuidua augentur. ^c In coitu Solis pares. Planè eadem Aquilonia, & à terris longius recedente mitiores, quā cū in Austros digressa, propiore nisu vim suam exercet. Per octonos quoque annos ad principia motus & paria incrementa centesimo Lunæ reuocantur ambitu, augente ea cuncta Solis annuis causis, duobus æquinoctiis maximè tumentes, & autumnali amplius, quā verno. Inanes verò bruma & magis solitio. Nec tamen in ipsis, quos dixi, temporum articulis, sed paucis post diebus, sicuti neque in plena aut nouissima, sed postea: nec statim vt Lunam mundus ostendat occultēte, aut media plaga declinet, verū duabus ferè horis æquinoctialibus serius, tardiore semper ad terras omniū, quæ geruntur in cælo, effectu cadēte, quā visu, sicuti fulguris, & tonitrus, & fulminum. Omnes æstus in Oceano maiora integunt spatia inundantq̄; quā in reliquo mari: siue quia totum in vniuersitate animosius est, quā in parte, siue quia magnitudo aperta sideris vim laxè grassantis efficacius sentit, eandem angustis arcenibus. Qua de causa nec lacus, nec amnes similiter mouentur. Octogenis cubitis supra Britanniam intumescere æstus, Pythias Massiliensis author est. Interiora autem maria terris clauduntur, vt portu. Quibusdam tamen in locis spatiosior laxitas ditioni paret vt pote cū plura exempla sint, in tranquillo mari, nulloq̄; velorum impulsu, tertio die ex Italia prouectorum Vticam, æstu feruente. Circa litora autē magis quā in alto deprehenduntur hi motus: quoniam & in corpore extrema pulsus venarum, id est, spiritus magis sentiunt. In plerisque tamen æstuariis, propter dispares siderum in quoque tractu exortus, diuersi existunt æstus, tempore, nō ratione, discordes, sicut in Syrtibus. Et quorundā tamen priuata natura est, velut Taurominitani euripi sæpius, & in Eubœa septies die ac nocte reciprocantis. Æstus idem triduo in mense consistit, septima, octaua, nonaque Luna. Gadibus, qui est delubro Herculis proximus, fons inclusus ad putei modum, aliās simul cū Oceano argetur minuiturque, aliās verò vtrunque contrariis temporibus. Eodem in loco alter, Oceani motibus consentit. In ripa Bætis oppidum est, cuius putei crescente æstu minuuntur, augetur decedente, mediis temporum immobiles. Eadem natura in Hispali oppido vni puteo, ceteris vulgaris. Et Pontus semper extrameat in Propontidem, introrsus in Pontum nunquam refluo mari.

Stracula maris.

CAP. XC VIII.

Omnia plenilunio maria purgantur, quædam & statim tempore. Circa Messanam & Mylas fimo similia expuuntur in litus purgamenta: vnde fabula Solis boues ibi stabulari. His addit (vt nihil quod equidem nouerim præteream) Aristoteles, nullum animal nisi æstu recedente expirare. Obseruatum id multum in Gallico Oceano, & duntaxat in homine compertum.

Quæ potestas Luna, & terrena, & marina.

CAP. XC IX.

Quo vera coniectatio existit, haud frustra spiritum sidus Lunæ existimari. Hoc esse quod terras saturet, accedensque corpora impleat, abscedens inaniat. Ideo cum incremento eius augeri conchylia, & maximè spiritum sentire, quibus sanguis non fit. Sed & sanguine hominem etiam cum lumine eius augeri ac minui: frondes quoque

^d sanguine hominum

quoque ac pabula (vt suo loco dicitur) sentire, in omnia eadem penetrante vi.

Quæ Solis, & quare salsum mare.

CAP. C.

ITaque Solis ardore siccat liquor: & hoc esse masculinum sidus accepimus, torrens cuncta forbensque. Sic mari latè patenti saporem incoqui salis, ^a aut quia exhausto inde dulci tenuique, quod facillimè trahat vis ignea, omne asperius crassiusque linquatur. Ideo summa æquorum aqua dulciorem profundam. Hanc esse veriore causam asperi saporis, quàm quòd mare terræ sudor sit æternus, aut quia plurimum ex arido misceatur illi vapore, aut quia terræ natura medicatas aquas inficiat. Est in exemplis Dionysio Sicilia tyranno, cum pulsus est ea potètia, accidisse prodigium, vt vno die in portu dulcesceret mare.

^a Aut. particula red. dat.

Item de naturalium.

CAP. C I.

EContrario ferunt Lunæ fœmineum ac molle sidus, atque nocturnum, soluere humorem, & trahere, non auferre. Id manifestum esse, quòd ferarum occisa corpora in tabem ^b visu suo resoluat, somnòque sopitis torporem còtractum in caput reuocet: glaciem refundat, cunctaque humifico spiritu laxet. Ita pensari naturæ vices, sempèrque sufficere, aliis siderum elementa cogentibus, aliis verò fundentibus. Sed in dulcibus aquis Lunæ alimentum esse, sicut in marinis Solis.

^b nisi Pint. ex Tolct. co-dice ita legit.

Ubi altissimum mare.

CAP. C II.

Altissimum mare xv. stadiorum Fabianus tradit. Alij in Ponto ex aduerso Còraxorum gentis (vocat Bathæa Ponti). trecentis ferè à continenti stadiis immensam altitudinem maris tradunt, vadis nunquam repertis.

Miracula aquarum, fontium, & fluminum.

CAP. C III.

Mirabilius id faciunt aquæ dulces, iuxta mare vt fistulis emicantes. Nam nec aquarum natura à miraculis cessat. Dulces mari inuehuntur, leuiores haud dubiè. Ideo & marinæ, quarum natura grauior, magis inuecta sustinent. Quædam verò & dulces inter se supermeant alias. Vt in Fucino lacu inuectus amnis, in Lario Addua, in Verbano Ticinus, in Benaco Mincius, in Seuinno Ollius, in Lemano Rhodanus, hic trans Alpes, superiores in Italia, multorum millium transitu hospitales suas tantum, nec largiores, quàm intulere, aquas euehentes. Proditum hoc & in Oronte amne Syriae, multisque aliis. ³⁰ Quidam verò odio maris ipsa subeunt vada, sicut Arethusa fons Syracusanus, in quo redduntur iacta in Alpheum, qui per Olympiam fluens, Peloponnesiaco litori infunditur. Subeunt terras, rursusque redduntur, Lycus in Asia, Erasinus in Argolica, Tigris in Mesopotamia. Et quæ in Æsculapij fonte Athenis immersa sunt, in Phalerico redduntur. Et in Atinate campo fluuius merfus, post xx. M. pass. exit: & in Aquiliciensi Timauus. Nihil in Asphaltite Iudææ lacu, qui bitumè gignit, mergi potest: nec in Armeniæ maioris Arethusa: is quidem nitrosus pisces alit. In Salentino iuxta oppidum Manduriam lacus ad margines plenus, neque exhaustis aquis minuitur, neque infusus augetur. In Ciconum flumine, & in Piceno lacu Velino lignum deiectum, lapideo cortice obducitur: & in Surio Colchidis flumine, adeò vt lapidem plerunque ^c durans adhuc integat cortex. ⁴⁰ Similiter in flumine Silaro, vitra Surrentum, non virgulta modò immersa, verum & folia lapidescunt, aliàs salubri potu eius aquæ. In exitu paludis Reatinæ saxum crescit. Et in Rubro mari oleæ, virentesque frutices enascuntur. Sed & fontium plurimorum natura mira est feruore. Idque etiam in iugis Alpium, ipsoque in mari inter Italiam & Ænariam, vt in Baiano sinu, & in Liri fluuiio, multisque aliis. Nam dulcis haustus in mari plurimis locis, vt ad Chelidonias insulas & Aradum, & in Gaditano Oceano. Patauinorum aquis calidis herbæ virentes innascuntur, Pisanorum ranæ: ad Vetulonios in Hetruria non procul à mari, pisces. In Casinate fluuius appellatur Scatebra, frigidus, abundantior ætate. In eo, vt in Arcadiæ Stymphali, enascuntur aquatiles muscoli. In Dodone Iouis fons cum sit gelidus, & immerfas faces extinguat, si extincte admoueantur accendit. Idem meridie semper deficit, qua de causa Anapauomenon vocant. Mox increscens ad medium noctis exuberat: ab eo rursus sensim deficit. In Illyriis supra fontem frigidum expansa

^c Durus

vestes accenduntur. Iouis Hammonis fons interdiu frigidus, noctibus feruet. In Troglodytis fons Solis appellatur dulcis, & circa meridiē maximè frigidus: mox paulatim tepescēs, ad noctis media feruore & amaritudine infestatur. Padi fons mediis diebus æstiuus velut interquiescens semper aret. In Tenedo insula fons, semper à tertia noctis hora in sextam ab æstiuo solstitio exundat. Et in Delo insula Inopus fons eodem, quo Nilus, modo, ac pariter cum eo decrefcit augeturque. Contra Timauum amnem insula parua in mari est cum fontibus calidis, qui pariter cum æstu maris crescunt, minuunturque. In agro Pitinate trans Apenninum fluuius Nouanus omnibus solstitiis torrens, bruma siccat. In Falisco omnis aqua pota candidos boues facit: in Bœotia amnis Melas oues nigras: Cephissus ex eodem lacu profluens, albas: rursus nigras Penius, rufasque iuxta 10

^a Alfacenos Ilium Xanthus, vnde & nomen anni. In Ponto fluuius ^a Altaces rigat campos, in quibus pastæ nigro lacte equæ gentem alunt. In Reatino fons Neminia appellatus, alio atque alio loco exoritur, annonæ mutationem significans. Brundusij in portu fons, incorruptas præstat aquas nauigantibus. Lyncestis aqua, quæ vocatur acidula, vini modo temulentos facit. Item in Paphlagonia, & in agro Caleno. In Andro insula templo Liberi patris fontem nonis Ianuariis semper vini sapore fluere Mutianus tercos credit: Dios tecnosia vocatur. Iuxta Nonacrim Arcadiæ Styx, nec odore differens, nec colore, epota illico necat. Item in Berofo Taurorum colle tres fontes, sine remedio, sine dolore mortiferi. In Carrinensi Hispaniæ agro duo fontes iuxta fluunt, alter omnia respuens, alter absorbens. In eadem gente alius, aurei coloris omnes ostendit pisces, nihil extra illam 20

quam cæteris differentes. In Comensi iuxta Larium lacum, fons largus, horis singulis semper intumescit ac residet. In Cydonia insula ante Lesbos fons calidus, vere tantum fluit. Lacus Sinnaus in Asia circumnascēte absynthio inficitur. Colophone in Apollinis Clarij specu lacuna est, cuius potu mira redduntur oracula, bibentium breuiore vita. Amnes retro fluere & nostra vidit ætas, Neronis principis annis supremis, sicut in rebus eius retulimus. Iam omnes fontes estate quàm hyeme, gelidiores esse, quem fallit? Sicut illa permira nature opera, æs & plumbum in massa mergi, dilatata fluitare. Eiusdemque ponderis alia sidere, alia inuehi. Onera in aqua facilius moueri. Thyrræum lapidem, quamuis grandem, innatare, eundemque comminutum mergi. Recentia cadauera ad vadum labi, intumescētia attolli. Inania vasa haud facilius, quàm plena, extrahi. Pluuias 30

salinis aquas vtiliores esse, quàm reliquas: nec fieri salem, nisi admittis dulcibus. Marinas tardius gelare, celerius accendi. Hyemè mare calidius esse, autumno falsius. Omne oleo tranquillari. Et ob id vrinantes ore spargere, quoniam mitiget naturam asperam, lucemque deportet. Niues in alto mari non cadere. Cùm omnis aqua deorsum feratur, exilire fontes, atque etiam in Aetnæ radicibus flagrantis in tantum, vt quinquagena & centena millia pass. harenas flammaram globus eructet.

Ignium & aquarum iuncta miracula, & de maltha. CAP. CIIII.

IAmque & ignium, quod est nature quartum elementum, reddamus aliqua miracula. Sed primùm ex aquis. In Commagenes vrbe Samofatis stagnum est, emittens limum (maltham vocant) flagrantem. Cùm quid attigit solidi, adhæret: præterea tactus sequitur fugientes. Sic defendere muros oppugnante Lucullo: flagrabatque miles armis suis: Aquis etiam accenditur. Terra tantum restingui docuere experimenta. 40

De Naphtha.

CAP. CV.

Similis est natura naphthæ: ita appellatur circa Babyloniam, & in Austagenis Parthiæ profluens, bituminis liquidi modo. Huic magna cognatio igniū, transiliuntque protinus in eam vndecunque visam. Ita ferunt à Medea pellicem crematam, postquam sacrificatura ad aras accesserat, corona igne raptam.

De semper ardentibus locis.

CAP. CVI.

Verùm in montium miraculis, ardet Aetna noctibus semper, tantoque æuo ignium materiæ sufficit, niualis hybernis temporibus, egestumque cinerem pruinis operiens. Nec in illo tantum natura sæuit, exustionem terris denuntiās. Flagrat in Phaselide 50

mons

mons Chimæra, & quidem immortalibus diebus ac noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua, extinguere vero terra aut fœno, Gnidius Ctesias tradit. Eadem in Lycia Hephæstij montes, tædæ flammante tacti, flagrant adeo, ut lapides quoque riuorum & harenæ in ipsis aquis ardeant: aliturque ignis ille pluuiis. Baculo si quis ex iis accenso traxerit sulcos, riuos ignium sequi narrant. Flagrat in Bactris Cophanti noctibus vertex. Flagrat in Medis & Cestia gente cōfinio Persidis, Susis quidem ad turrim albam, è xv. caminis, maximo eorum & interdiu. Campus Babylonix flagrat, quadam veluti piscina iugeri magnitudine. Item Æthiopum iuxta Hesperium montem, stellarum modo campi noctu nitent. Similiter in Megalopolitanorum agro, tametsi internus sit ille iucundus, 10^a frondemque densi supra se nemoris non adurens, & iuxta gelidum fontem semper ardens. Nymphæi crater dira Apolloniatis suis portendit, ut Theopompus tradidit. Augetur imbribus, egeritque bitumen, temperandum fonte illo ingustabili, aliàs omnibitumine dilutius. Sed quis hæc miretur? in medio mari Hiera insula Æolia iuxta Italiam cum ipso mari arsit per aliquot dies sociali bello, donec legatio Senatus piauisset. Maximo tamen ardet incendio Theonochema dictum, Æthiopum iugum, torrentisque Solis ardoribus flammam egerit. Tot locis tot incendiis rerum natura terras cremat.

Ignium per se miracula.

C A P. C V I I.

PRætereà cum sit huius vnius elementi ratio fœcunda, seque ipse pariat, & minimis crescat scintillis, quid fore putandum est in tot rogis terræ? Quæ est illa natura, quæ voracitatem in toto mundo auidissimam sine damno sui pascit? Addantur iis sidera innumera, ingensque Sol. Addantur humani ignes, & lapidum quoque insiti naturæ, atrita inter se ligna, iam nubium & origines fulminum. Excedit profectò omnia miracula, vllum diem fuisse, quo non cuncta conflagrarent: cum specula quoque concaua aduersa Solis radiis facilius etiam accendantur, quàm vllus alius ignis. Quid quòd innumera- biles parui, sed naturales scatent? In Nymphæo exit è petra flamma, quæ pluuiis accenditur. Exit & ad aquas Scantias. Hæc quidem inualida cum transit, nec longè in alia materia durans. Viret æternò hunc fontem igneum contegens fraxinus. Exit in Mutinensi agro stans Vulcano diebus. Reperitur apud authores, subiectis Ariciæ aruis, si carbo deciderit, ardere terram. In agro Sabino & Sidicino vnctum flagrare lapidem. In Salenti- 30^o no oppido Egnatia, imposito ligno in saxum quoddam ibi sacrum, protinus flammam existere. In Laciniæ Iunonis ara sub dio sita, cinerem immobilem esse, perflantibus vndique procellis. Quin & repentinos ignes existere, & in aquis, & in corporibus etiã humanis. Trasymenum lacum arfisse totum: Seruio Tullio dormienti in pueritia, ex capite flammam emicuisse: L. Marcio in Hispania interemptis Scipionibus concionanti, & milites ad vltionem exhortanti, arfisse simili modo, Valerius Antias narrat. Plura mox & distinctius. Nunc enim quadam mistura rerum omnium exhibentur miracula. ^b Ve- ^b Interim rùm egressa mens interpretationem naturæ, festinat legentium animos per totum orbem veluti manu ducere.

Terræ vniuersæ mensura, longitudo & latitudo.

C A P. C V I I I.

40^o PARS nostra terrarum, de qua memoro, ambienti (ut dictum est) Oceano velut innatans, longissimè ab ortu ad occasum patet, hoc est, ab India ad Herculis columnas Gadibus sacratas, octuagies quinquies centena septuaginta octo M. pass. ut Artemidoro auctori placet. Ut verò Isidoro, nonagies octies centena & decem & octo M. Artemidorus adiicit amplius, à Gadibus circuitu sacri promontorij ad promontorium Artabrum, quò longissimè frons procurrit Hispaniæ, octingenta M. nonaginta unum. Id mensuræ, duplici currit via. A Gange amne ostiòque eius, quo se in Eoum Oceanum effundit, per Indiam Parthyenè que ad Myriandrum urbem Syriæ, in Illico sinu positam, quinquagies bis centena, quindecim M. pass. Inde proxima nauigatione Cyprum Insulam, Pataram Lyciæ, Rhodum, Astylalæam in Carpathio mari insulas, laconicæ Tæ- 50^o narum, Lilybæum Siciliæ, ^c Calarim Sardinia, tricies quater centena, quinquaginta M. Deinde Gades quatuordecies centena & quinquaginta M. Pass. Quæ mensura vniuersa ^c Caralim ^c Strab. Prol.

ab eo mari efficit octogies quinquies centena, lxxvij. M. pass. Alia via, quæ certior, itinere terreno maximè patet, à Gange ad Euphratem amnem quinquagies centena M. p. & xxi. Inde Cappadociæ Mazaca c. c. M. xliiii. Inde per Phrygiã, Cariam, Ephesum. cccc. M. pass. xcviij. Ad Epheso per Ægæum pelagus Delum ducenta M. Isthmum ducenta
^a Lechaico duodecim M, Deinde terra & Laconico mari & Corinthiaco sinu Patras Peloponnesi ducenta duo M. quingenti: Leucadem lxxxvi. millia quingenti: Corcyram totidẽ: Acro-
 ceraunia centum triginta duo millia quingenti: Brundisium lxxx. sex millia quingenti: Romam ccc. millia lx. Alpes vsque ad Cincomagũ vicũ M. ccccxcviii. Per Galliã ad Pyrenæos montes Illiberim quingenta quinquaginta sex M. Ad Oceanum & Hispaniæ oram trecenta triginta duo M. Traiectu Gadis septem millia quingenti. Quæ mensura
¹⁰ Artemidori ratione efficit octuagies sexies centena octoginta quinque. Latitudo autem terræ à Meridiano situ ad septentrionem, dimidio ferè minor colligitur, quinquagies quater centena sexaginta duo millia. Quo palàm fit, quantum & hinc vapor abstulerit, & illinc rigor. Neque enim deesse arbitror terris, aut non esse globi formam, sed inhabitabilia vtrinque incomperta esse. Hæc mensura currit à litore Æthiopici Oceani, quæ modò habitatur, ad Meroen cccccl. M. Inde Alexãdriã duodecies cetera millia quinquaginta. Rhodũ quingenta octogintatria. Gnĩdum octogintaquatuor millia quingenti. Cõn viginti quinque millia. Samum c. millia. Chium lxxxiiii. millia. Mitylenẽ lxxv. millia. Tenedon xxviii. millia. Sigæum promontorium xii. millia quingenti. Os Põti cccxii. millia quingenti. Carambin promontorium ccl. Os Mæotidis cccxii. millia quingenti.
²⁰ Ostium Tanais cclxv. M. qui cursus compendiis maris breuior fieri potest lxxxix. M. Ab ostio Tanais nihil modicum diligentissimi authores fecere, Artemidorus vltiora incomperta existimauit, cùm circa Tanaim Sarmatarum gentes degere fateretur ad Septentriones versas. Isidorus adiecit xiic. M. L. vsque ad Thulen, quæ coniectura diuinationis est. Ego non minore quàm proximè dicto spatio, Sarmatarum fines nosci intelligo. Et alioquin quantum esse debet, quod innumerabiles gentes subinde sedem mutant capiat? Vnde vltiorem mensuram inhabitabilis plagæ, multo esse maiorem arbitror. Nam & à Germania immensas insulas non pridem compertas, cognitum habeo. De longitudine ac latitudine hæc sunt, quæ digna memoratu putem. Vniuersum autem hunc circuitum Eratosthenes, in cõnium quidem literarum subtilitate, & in hac vtrique
³⁰ præter cæteros solers, quam cunctis probari video, ducentorum quinquaginta duorum millium stadium prodidit. Quæ mēsurā Romana computatione efficit trecenties quindicies centena millia pass. Improbum ausum: verum ita subtili computatione comprehensum, vt pudeat non credere. Hipparchus & in coarguendo eo, & in reliqua omni diligentia mirus, adiecit stadiorum paulo minus xxv. millia.

Harmonica mundi ratio.

CAP. CIX.

Alia Dionysodoro fides: neque enim subtraham exemplum vanitatis Græcæ maximum. Melius hic fuit, Geometrica scientia nobilis. Senecta diem obiit in patria. Funus duxere ei propinquæ, ad quas pertinebat hæreditas. Eæ cùm secutis diebus iusta peragerent, inuenisse dicuntur in sepulchro epistolam Dionysodori nomine ad superos
⁴⁰ scriptam. Peruenisse eum à sepulchro ad infimam terram: esseque eo stadiorum quadraginta duo millia. Nec defuere Geometræ, qui interpretarentur significare epistolam à medio terrarum orbe missam, quò deorsum ab summo longissimum esset spatium, & idem pilæ medium. Ex quo consequuta computatio est, vt circuitu esse
^b ducenta quinquaginta duo millia quinquaginta quinque millia stadia pronuntiarent. Harmonica ratio, quæ cogit rerum naturam sibi ipsam congruere, addit huic mensuræ stadia
^c septem millia, terramque nonagesimam sextamille simam totius mundi partem facit.

C. PLINII

C. PLINII SECVNDI N A -
T V R A L I S H I S T O R I Æ

L I B E R I I I .

P R O O E M I V M .



10 **H**ACTENVS de situ & miraculis terræ, aquarumq; ac fiderū,
& ratione vniuersitatis, atque mensura. Nunc de partibus, quan-
quàm infinitum id quoque existimatur, nec temere sine aliqua
reprehensione tractatum. Haud vlllo in genere venia iultior
est, si modò minimè mirum est, hominem genitum non omnia
humana nouisse. Quapropter autorem neminem vnum se-
quar, sed vt quenque verissimum in quaque parte arbitrabor.
Quoniam commune fermè omnibus fuit, vt eos quisque diligen-
tissimè situs diceret, in quibus ipse prodebat: ideo nec culpabo, aut coarguam quen-
quam. Locorum nuda nomina, & quanta dabitur breuitate ponentur, claritate cau-
sisque dilatis in suas partes. Nunc enim sermo de toto est. Quare sic accipi velim, vt si
vidua fama sua nomina, qualia fuere primordio ante res vllas gestas, nuncupentur, &
20 sit quædam in his nomenclatura quidem, sed mundi rerumque naturæ. Terrarum orbis
vniuersus in tres diuiditur partes, Europam, Asiam, Africam. Origo ab occasu Solis &
Gaditano freto, quà irrumpens Oceanus Atlanticus in maria interiora diffunditur.
Hinc intranti dextra Africa est, læua Europæ: inter has Asia est. Termini amnes, Tanais,
& Nilus. Quindecim M. pass. in longitudinem, quas diximus, fauces Oceani patent, quin-
que M. in latitudinem, à vico Mellaria Hispaniæ, ad promontorium Africæ Album,
autore Turannio Gracula iuxtà genito. T. Liuius ac Nepos Cornelius latitudinis
tradiderunt, vbi minimum, v ij. M. pass. vbi verò plurimum, x. M. Tam modico ore tam
immensa æquorum vastitas panditur. Nec profunda altitudo miraculum minuit. Fre-
quentes quippe tæniæ candicantis vadi carinas territant. Qua de causa Limen interni
30 maris multi eum locum appellauere. Proxima autem faucibus vtrinque impositi mon-
tes, coërcent claustra, Abila Africæ, Europæ Calpe, laborum Herculis metæ. Quam ob
causam indigenæ columnas eius Dei vocant, creduntque per fossas exclusa antea admi-
sisse maria, & rerum naturæ mutasse faciem.

De Europa.

C A P V T I .

40 **P**rimùm ergo de Europa altrice victoris omnium gentium populi, longè que terra-
rum pulcherrima, quam plerique meritò non tertiam portionem fecere, verùm æ-
quam, in duas partes ab amne Tanai ad Gaditanum fretum vniuerso orbe diuiso. Ocea-
nus hoc quod dictum est, spatio Atlanticū mare infundens, & auido meatu terras, quæ-
cunque venientem expauere, demergens, resistentes quoque flexuoso litorum anfractu
50 lambit, Europam vel maximè recessib. crebris excauans, sed in quatuor præcipuè sinus.
Quorum primus à Calpe Hispaniæ extimo (vt dictum est) monte, Locros & Brutium vs-
que promontorium immenso ambitu flectitur. In eo prima Hispania terrarum est, vltè-
rior appellata, eadem Bætica. Mox^a à sine Virgitano citerior, eademque Tarraconensis
ad Pyrenæa iuga. Vltior in duas per longitudinem prouincias diuiditur. Siquidem
Bæticiæ latere septentrionali prætenditur Lusitania, amne Ana discreta. Ortus hic Lami-
nitano agro citerioris Hispaniæ, & modò se in stagna fundens, modò in angustias resor-
bens, aut in totum cuniculis condens, & sæpius nasci gaudens, in Atlanticum Oceanum
effunditur. Tarraconensis autè affixa Pyrenæo, totoq; eius latere decurrens, & simul ad
Gallicum Oceanū Iberico à mari transversa se pandens, Solorio monte, & Oretanis iu-
60 gis, Carpetanisq; & Asturū, à Bætica atque Lusitania distinguitur: Bætica à flumine eam
mediam secante cognominata, cunctas prouinciarum diuiti cultu, & quodam fertili ac

^a à sinu
Virgitano,
vsq; Ponticæ.

peculiari nitore præcedit. Iuridici conuentus ei quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, Hispalensis. Oppida omnia numero c l x x v. In iis coloniæ v i i j. municipia v i i j. Latio antiquitus donata x x i x. libertate v j. ^a fœdere i j. stipendiaria cxx. Ex his digna memoratu, aut Latiali sermone dictu facilia, à flumine Ana litore Oceani oppidū Offonoba, Lusturia cognominatum. Interfluentes Luxia & Vrium. Ariani montes. Bætis fluuius. Litus Corense inflexo sinu. Cuius ex aduerso Gades inter insulas dicendæ. Promontorium Iunonis, Portus Besippo, Oppida Belon, Mellaria, Fretum ex Atlantico mari. Cartheia, ^b Tartessos à Græcis dicta. Mōs Calpe. Dein litore interno oppidum Barbesula cum fluuio. Item Salduba oppidum, Suel Malacha cum fluuio fœderatorum. Dein Menobacum fluuio. ^c Sexi Firmum cognomine Iulium, Selambina, Abdera. Murgis Bætice finis. ¹⁰ Oram eam vniuersam originis Pœnorum existimauit M. Agrippa. Ab Ana autē Atlantico Oceano obuersa Bastulorum Turdulorumq; est. in vniuersam Hispaniam M. Varro peruenisse Iberos, & Persas, & Phœnicas, Celtasq; & Pœnos tradit. Lusum enim Liberi patris, ^d aut Lyssam cum eo bacchantium, nomen dedisse Lusitaniæ, & Pana præfectū eius vniuersæ. Atque de Hercule ac Pyrene vel Saturno traduntur, fabulosa in primis arbitror. Bætis in Tarraconensis prouinciæ, non vt aliqui dixere, Mentefa oppido, sed Tugiensi exoriens saltu quem Tader fluuius, qui Cartaginiensem agrum rigat, Ilorci refugit Scipionis rogum: versusq; in occasum, Oceanum Atlanticum prouinciam adoptans petit, modicus primò, sed multorum fluminum capax, quibus ipse famam aquasq; aufert. Bætice primùm ab Osligitania infusus, amœno blandus alueo crebris dextra læ- ²⁰ uaque accolitur oppidis. Celeberrima inter hunc & Oceani oram in mediterraneo Segeda, quæ Augurina cognominatur, Iulia quæ Fidentia, Virgao quæ Alba, Ebury quæ Cerealis, Iliberi quod Liberini, Ilipula quæ Laus, Artigi quod Iulienfes, Vescei quod Fauentia, Singilia, Hegua, Arialdunum, Aglaminores, Bæbro, Castra vinaria, Episibrium, Hipponoua, Illurco, Osca, Escua, Succubo, Nuditanum, Tucci vetus, omnia Bastitaniæ vergentis ad mare. Conuentus verò Cordubensis circa flumen ipsum Osligi, quod cognominatur, Laconicum, Illiturgi quod Forum Iulium, Ipasturgi quod Triumphale, Sitia, & x i i j. M. passuum remotum in mediterraneo Obulco, quod Pôtificense appellatur. Mox Ripepora fœderatorum, Sacili, Martialum Onoba. Et dextra Corduba, Colonia patritia cognominata, inde primùm nauigabili Bæti. Oppida Carbulo, Decuma: ³⁰ fluuius Singulis, eodem Bætis latere incidens. Oppida Hispalensis conuentus Celtica, Axatiara, Arruci, Menoba, Ilipa cognomine Italica. Et à læua Hispalis colonia, cognomine Romulensis. Ex aduerso oppidum Offet, quod cognominatur Iulia Constantia, Vergentum, quod Iulij genitor, Hippo Caurasiarum, fluuius Menoba, Bæti & ipse à dextro latere infusus. At inter æstuaria Bætis oppidum Nebrissa, cognomine Veneria, & Colobona, coloniæ, Asta quæ Regia dicitur. Et in mediterraneo Asido, quæ Cæsariana. Singulis fluuius in Bætin, quo dictum est ordine, irrumpens, Astigitanam coloniam alluit, cognomine Augustam firmam, ab ea nauigabilis. Huius conuentus sunt reliquæ coloniæ immunes: Tucci, quæ cognominatur Augusta gemella, Ituci quæ Virtus Iulia, Attubi, quæ Claritas Iulia, Vrso quæ Genua vrbano- ⁴⁰ rum, inter quæ fuit Munda cum Pompeij filio capta. Oppida libera, Astigi vetus, Ostippo: stipendiaria Callet, Calucula, Castra gemina, Ilipula minor, Merucra, Sacrana, Obulcula, Oningis. Ab ora venienti prope Menobam anem & ipsum nauigabilem, haud procul accolunt Alontigiceli, Alostigi. Quæ autem regio à Bæti ad fluuium Anam tendit extra prædicta, Beturia appellatur, in duas diuisa partes, totidémque gentes: Celticos, qui Lusitaniam attingunt, Hispalensis cōuentus: Turdulos, qui Lusitaniam & Tarraconensem accolunt, iura Cordubam petunt. Celticos à Celtiberis ex Lusitania aduenisse manifestum est, sacris, lingua, oppidorum vocabulis, quæ cognominibus in Bætica distinguuntur: Seria, quæ dicitur fama Iulia: Vertobrige, Concordia Iulia: Segede Restituta Iulia: Contributa Iulia, Vcultuniacum, quæ & Curiga nunc est: Laconimurgi, Constan- ⁵⁰ tia Iulia: Terefibus fortunales, & calensibus Emanici. Præter hæc in Celtica Acinippo, Arunda,

a fœdere
iij.

b L. Carpe-
sos

c Sexi fir-
mum Pro-
lemæo.

d Ger. comi-
tem, aut Ly-
sam cum eo
bacchantem,

e Vrda.
Or. Ægabro,
hodie Cabra

Arunda, Arunci, Turobrica, Lastigi, Alpessa, Sæpona, Serippo. Altera Beturia quam diximus Turdulorum, & conuentus Cordubensis, habet oppida non ignobilia, Arsam, Mellariam, Mirobricam: regiones Ofintigi, Sisaponem. Gaditani conuentus ciuium Romanorum Regina, Latinorum Læpia, Vlia, Carisa cognomine Aurelia, Vrgia cognominata castrum Iulium: item Cæsaris Saluariensis: stipendiaria, Besaro, Bellippo, Berbesula, Lacippo, Besippo, Callet, Cappagum, Oleastro, Itucci, Brana, Lacibi, Saguntia, Andorissippo. Longitudinem vniuersam eius prodidit M. Agrippa c c c l x v. M. passuum, latitudinem c c l v i j. M. sed cum termini Carthaginem vsque procederent, quæ causa magnos errores computatione mensuræ sæpius parit, alibi mutato
 10 prouinciarum modo, alibi itinerum auctis aut diminutis passibus. Incubuere maria tam longo æuo alibi, processere litora, torsere se fluminum aut correxere flexus. Prætereà aliunde aliis exordium mensuræ est, & alià meatus: ita fit, vt nulli duo concinant.

Bætice longitudo, & latitudo.

C A P. I I.

Bætice longitudo nunc à Castulonis oppidi fine Gadeis c c c c l x x v. M. & à Murgi maritima ora x x i j. M. pass. amplior. Latitudo à Carteiana ora c c x x i i j. M. pass. Agrippam quidem^a in tanta viri diligentia, præterque in hoc opere cura, cum orbem
 20 terrarum vrbi spectandum propositurus esset, errasse quis credat, & cum eo Diuum Augustum? Is nanque complexam eum porticum ex destinatione & cõmentariis M. Agrippæ à sorore eius inchoatam peregit.

Hispania citerior.

C A P. I I I.

Citerioris Hispaniæ, sicut complurium prouinciarum, aliquantum vetus forma mutata est, vtpote cum Pompeius Magnus trophæis suis, quæ statuebat in Pyrenæo d c c c x l v j. oppida ab Alpibus ad fines Hispaniæ vltioris in ditione à se redacta testatus sit. Nunc vniuersa prouincia diuiditur in conuentus septem, Carthaginensem, Tarraconensem, Cæsaraugustanum, Cluniensem, Asturum, Lucensem, Bracarum. Accedunt insulæ, quarum mentione seposita,^b præter ciuitates contributas aliis, prouincia
 30 ipsa c c x c i i j. continet oppida. In iis colonias x i j. Oppida ciuium Romanorum x i i j. Latinorum veterum x v i j. fœderatorum vnum, stipendiaria c x x x v j. Primi in ora Bastuli: post eos quo dicitur ordine intus recedentes Mentefani, Oretani, & ad Tagum Carpetani: iuxta eos Vaccæi, Vectones, & Celtiberi, Arrebaci. Oppida oræ proxima, Vrci, adscriptumque^c Bætice Barea, regio Mauritania, mox Deitania, dein Contestania, Carthago noua, colonia: cuius à promontorio quod Saturni vocatur, Cæsariam Mauritanie vr-
 40 bem c l x x v i j. M. pass. traiectus. Reliqua in ora flumen Tader, Colonia immunis Illici, vnde Illicitanus sinus. In eam contribuuntur Icositani. Mox Latinorum Lucetum, Dianium stipendiarium, Sucro fluuius, & quondã oppidum, Contestaniæ finis. Regio Edetania amœno prætendente se stagno ad Celtiberos recedens. Valentia Colonia i i j. M. pas. à mari remota: flumen Turium, & tantundem à mari Saguntum, ciuium Romanorum oppidum, fide nobile: flumen Idubeda: regio Ilergaonum. Iberus amnis nauigabili com-
 50 mercio diues, ortus in Cantabris haud procul oppido Iuliobrica, c c c l. M. pass. fluens, nauium per c c l x. M. à Varia oppido capax, quem propter vniuersam Hispaniam Græci appellauere Iberiam. Regio Cossentania, flumen Subi, colonia Tarraco Scipionum opus, sicut Carthago Pœnorum. Regio Ilergetum, oppidum Subur, flumen Rubricatum, à quo Laletani & Indigetes. Post eos, quo dicitur ordine, intus recedentes radice Pyrenæi, Aufetani, Itani, Lacetani, perque Pyrenæum Cerretani, dein Vascones. In ora autem colonia Barcino: cognomine Fauentia. Oppidaciuum Romanorum, Bætulo, Illuro, flumen Larnum, Blandæ: flumen Alba, Emporiæ: geminum hoc, veterum incolarum, & Græcorum, qui Phocœensium fuere soboles. Flumen Tichis. Ab eo Pyrenæa Venus in latere promontorij altero x l. M. Nunc per singulos conuentus reddentur in-
 50 signia præter supra dicta. Tarracone disceptant populi x l i i j. quorum celeberrimi ciuium Romanorum Dertusani, Bisgargitani. Latinorum Aufetani, Cerretani, qui Iuliani

^a tantavirū

^b præter ciuitates contributas aliis ducentis nonagintaquatuor, prouincia ipsa continet oppida c l x x i x.
^c Biltera

cognominantur, & qui Augustani, Sedetani, Gerundenses, Gessorienses, Teari qui Iulien-
 ses. Stipendiariorum Aquicaldenses, Onenses, Bætulonenses. Cæsaraugusta colonia im-
 munis, amne Ibero affusa, vbi oppidum antea vocabatur Salduba, regionis Sedetanię, re-
 cipit populos li j. Ex his ciuium Romanorum Bellitanos, Celsenses. Ex Colonia Calagu-
 ritanos, qui Nascici cognominantur. Ilerdenses Surdaonum gentis, iuxta quos Sicoris
 fluuius: Oscenses regionis Vescitanię, Turiasonenses. Latinorum veterum Cascaten-
 ses, Ergauicenses, Gracchuritanos, Leonicenses, Osligerdenses. Fæderatos Tarragen-
 ses. Stipendiarios Arcobricenses, Andologenses, Arocelitanos, Bursaonenses, Calaguritanos
 qui Fibularenenses cognominantur, Complutenses, Carenses, Cincenses, Cortonenses,
 Dammanitanos, Larnenses, Iturifenses, Ispalenses, Ilumberitanos, Lacetanos, Vibien-
 ses, Pompelonenses, Segienses. Carthaginem conueniunt populi lx ij. Exceptis insula-
 rum incolis. Ex colonia Accitana Gemellenses, & Libisofona cognomine Foroaugu-
 stana, quibus duabus ius Italię datum. ex colonia Salariense oppidani Latij veteris Ca-
 stulonenses, qui Cæsari venales appellatur. Setabitani qui Augustani, Valericienses. Stiper-
 diariorum autem celeberrimi, Babanenses, Bastitani, Consaburenses, Dianenses, Egele-
 stani, Ilorcitani, Laminitani, Mentefani qui & Oritani, Mentefani qui & Baltuli, Oretani
 qui & Germani cognominantur, caputque Celtiberię Segobrigenses, Carpetanię To-
 letani Tago flumini impositi. Dein Viacienses & Virgilienses. In conuentum Clunien-
 sem Varduli ducunt populos xii j. ex quibus Albanenses tantum nominare libeat,
 Turmodigi quatuor in quibus Segisamonenses, Sagisameiulenses. In eundem con-
 uentum Carietes & Vennenses quinque ciuitatibus vadunt, quarum sunt Velicenses.
 Eodem Pelendones Celtiberorum quatuor populis, quorum Numantim fuere clari: sicut
 in Vaccæorum xvi j. ciuitatibus Intercatienses, Pallantini, Lacobricenses, Cauceses.
 Nam in Cantabricis quatuor populis Iuliobrica sola memoratur: In Austrigorum decem
 ciuitatibus Tritium, & Virouesca. Areuacis nomen dedit fluuius Areua. Horum sex op-
 pida: Saguntia & Vxama, quæ nomina crebrò aliis in locis vsurpantur, præterea Seg-
 ouia, & noua Augusta, Termes, ipsaque Clunia celtiberię finis. Ad Oceanum reliqua ver-
 gunt, Vardulique ex prædictis, & cantabri. Iunguntur his Asturum xli. populi, diuisi
 in Augustanos, & Transmontanos, Asturica vrbe magnifica. In his sunt Giguri, Pefici,
 Lácienenses, Zoëla. Numerus omnis multitudinis ad cccxli. m. liberorum capitum. Lu-
 censis conuentus populorum est xvi. præter Celticos & Leunos, ignobilium, ac bar-
 baræ appellationis, sed liberorum capitum fermè clxvi. m. Simili modo Bracarum
 xxxiiii. ciuitates cclxxv. m. capitum, ex quibus præter ipsos Bracaros Vibali, cele-
 rini, Gallæci, Æquesilici, Querquerni citra fastidium nominentur. Longitudo citerio-
 ris Hispaniæ est ad finem castulonis à Pyrenæo, sexcentaseptem M. pass. & ora paulò
 amplius. Latitudo à Tarracone ad litus Olarsonis cccvii. Et radicibus Pyrenæi, vbi
 cuneatur angustis inter duo maria, paulatim deinde se pandens, quæ contingit vlt-
 riorem Hispaniam, tantundem & amplius latitudini adiicit. Metallis, plumbi, ferri, æris,
 argenti, auri, tota fermè Hispania scatet, citerior & specularibus lapidibus: Bætica &
 minio. Sunt & marmorum lapicidina. Vniuersæ Hispaniæ Vespasianus Imperator Augu-
 stus iactatus procellis Reipublicæ Latij ius tribuit. Pyrenæi montes Hispanias Galliásque
 determinant, promontoriis in duo diuersa maria proiectis.

Narbonensis prouincia.

CAP. IIII.

Narbonensis prouincia appellatur pars Galliarum, quæ interno mari alluitur, Brac-
 cata antè dicta, amne Varo ab Italia discreta, Alpiumque saluberrimis Romano im-
 perio iugis. A reliqua verò Gallia latere septentrionali, montibus Gebenna & Iura:
 agrorum cultu, virorum morumque dignatione, amplitudine opum nulli prouincia-
 rum postferenda, breuitérque Italia verius, quàm prouincia. In ora regio Sardorum
 intusque consuaranorum. Flumina Tecum, Vernodubrum. Oppida, Illiberis, magnæ
 quondam vrbis tenue vestigium, Ruscino Latinorum. Flumè Atax è Pyrenæo Rubren-
 sem permeans lacum: Narbo Martius, decumanorum Colonia, xli. M. pass. à mari distans.

Flumina

^a In vet. eod.
Libisofona. &
& Ptolem.

^b Ref. sc. Ve-
litienses.

^c Ilybyris

Flumina, Araris, Liria. Oppida de cætero rara, præiacentibus stagnis, Agatha quondam Massiliensium, & regio Volcarum Tectosagum: atque vbi Rhoda Rhodiorum fuit, vnde dictus multo Galliarum fertilissimus Rhodanus amnis, ex Alpibus serapiens per Lemmanum lacum, segnemq; deferēs^a Ararim, nec minus seipso torrentē Isaram, & Druentiam. Libyca appellantur duo eius ora modica: ex his alterum Hispaniense, alterum Metapinum: tertium idemque amplissimum Massalioticum. Sunt autores, & Heracleam oppidum in ostio Rhodani fuisse. Vltrà fossa ex Rhodano c. Marij opere & nomine, insigne stagnum: a Stromela oppidum, maritima Auaticorum, superque campi lapidei, Herculis præliorum memoria: Regio Anatiliorum, & intus Desuuiatum, cauarumque. Rursus à mari Tricorium, & intus Tricollorum, Vocontiorum, & Segouellaunorum, mox Allobrogum. At in ora Massilia Græcorum^d Phocæensium fœderata. Promontorium Citharista, portus, regio Camatullicorum. Dein Suelteri, supraque Verucini. In ora autem Athenopolis Massiliensium, Forum Iulij Octauanorum colonia, quæ Pacensis appellatur, & classica: amnis in ea Argenteus. Regio Oxubiorum, Ligaunorumque, super quos Suetri, Quariates, Adunicates. At in ora oppidum Latinum Antipolis. Regio Deciatium: amnis Varus, ex Alpium monte Acema profusus. In mediterraneo coloniæ Arelate sextanorum, Bliteræ septimanorum, Arausio secundanorum. In agro cauarum Valentia, Vienna Allobrogum. Oppida Latina, Aquæ Sextiæ Salyorum, Auenio cauarum, Apta iulia Vulgientium, Alebecerorum A pollinarium, Alba Heluorum, Augusta Tricastinorum: Anatilia, Æria, Bormannico, Macina, Cabellio, Carcasum, Volcarum Tectosagum: Cessero, Carpentoraçte, Meminorum: Cenicenses, Gambolecti, qui Atlantici cognominantur, Forum Voconij, Glanum, Liuij, Luteuani, qui & Foroneronenses, Nemausum A recomicorum, Piscenæ, Ruteni, Sanagenses, Tolosani Tectosagum. Aquitaniæ contermini Tascodunitari, Cononenses, Umbranici: Vocontiorum ciuitatis fœderatæ duo capita, Vasco & Lucus Augusti. Oppida verò ignobilia xix. sicut xxxij. Nemausiensibus attributa. Adiecit formulæ Galba Imperator ex in alpinis Auanticos, atque Ebroduntios: quorum oppidum Dinia. Longitudinem prouinciæ Narbonensis cccclxx. M. pass. Agrippa tradit, latitudinem ccxlvij.

Italia, Tiberis, Roma, Campania.

C A P. V.

Italia dehinc, primique eius Ligures, mox Hetruria, Umbria, Latium, vbi Tiberina ostia & Roma terrarum caput xvj. M. p. interuallo à mari. Volscorum postea litus, & Campaniæ, Picentium inde, ac Lucanum, Brutiūque quo longissimè in meridiem, ab Alpium penè lunatis iugis in maria excurrit Italia. Ab eo Græciæ ora, mox Salentini, Pediculi, Apuli, Peligni, Frentani, Marrucini, Vestini, Sabini, Picentes, Galli, Umbri, Thufci, Veneti, Carni, Iapides, Istri, Liburni. Nec ignoro, ingrati ac segnis animi existimari posse meritò, si breuiter atque in transcurso, ad hunc modum dicatur terra, omnium terrarum alumna eadem & parens, numine Deūm electa, quæ cælum ipsum clarius faceret, sparsa congregaret imperia, ritusque molliret, & tot populorum discordes ferāsque linguas, sermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breuiterque vna cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Sed quid agam? Tanta nobilitas omnium locorum, quos quis attigerit, tanta rerum singularum populorumque claritas tenet. Vrbs Roma, vel sola in ea, & digna tam festa ceruice facies, quo tandem narrari debet opere? Qualiter Campaniæ ora per se, felixque illa ac beata amœnitas? vt palàm sit, vno in loco gaudentis opus esse naturæ. Iam verò tota ea vitalis ac perennis salubritatis cæli temperies est, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxij saltus, tam opaca nemora, tam munifica sylvarum genera, tot montium afflatus, tanta frugum & vitium olearumque fertilitas, tam nobilia pecori vellera, tot opima tauris colla, tot lacus, tot amnium fontiumque vbertas, totam eam perfundens, tot maria, portus, gremiumque terrarum commercio patens vndique: & tanquam ad iuuandos mortales, ipsa auidè in maria procurrens. Neque ingenia ritusque ac viros, & lingua manūque superatas commemoro gentes. Ipsi de ea iudicauere Græci, genus in gloriam suam effu-

^a Arautarini

^b Or. nomine. Insigne

stagnū Mastromella. I-

pidum Maritima Auaticorum

^c Segalunorum: apud Ptolem.

^d Phocænsium e Zaoportus;

^f Bliteræ

^g Pint. Helucocorum;

^h Vasco apud Ptolem.

ⁱ ab Alpiū sine, vt & infra.

fissimum, quorum partem ex ea appellando Græciam magnam. Nimirum id, quod in mentione cæli fecimus, hac quoque in parte faciendum est, ut quædam notas ac pauca sidera attingamus. Legentes tantum quæso meminerint, ad singula toto orbe edifferenda festinari. Est ergo folio maximè querno assimilata, multo proceritate amplior, quam latitudine, in læua se flectens cacumine, & Amazonicæ figura desinens parmæ, ubi à medio excursu Cocinthus vocatur, per sinus lunatos duo cornua emittens, Leucepetram dextera, Lacinium sinistra. Patet longitudine ab Alpino sine Prætorix Augustæ per Urbem Capuamque cursu meante Rhegium oppidum in humero eius situm, à quo veluti cervicis incipit flexus, decies centena & viginti M. passuum: multoque amplior mensura fieret Lacinium usque, ni talis obliquitas in latus digredi videretur. Latitudo eius varia

a *Ret. cod.*
cc x c. Mil.
b *Mediæ au-*
tem ferme

c *Ret. cod.*
trecenta. *78*
Macr.

d *Ret. cod.*
vicies cente-
na x l x. M.
e *Martianus*
et Solinus.

est, ^a c c c x. millium inter duo maria, inferum & superum, amnesque Varum atque Ar-
siam: ^b mediæ atque ferme circa urbem Romam, ab ostio Aterni amnis in Adriaticum
mare influentis, ad Tiberina ostia c x x v j. & paulò minus à Castro nouo Adriatici ma-
ris Alsium ad Tuscum æquor, haud vilo loco ^c c c. in latitudinem excedens. Vniuersæ
autem ambitus à Varo ad Arsiam ^d x x x. pass. l v i j. efficit. Abest à circumdatis terris,
Istria ac Liburnia quibusdam locis centum M. pass. ab Epiro & Illyrico quinquaginta. Ab
Africa minus c c. vt autor affirmat Varro. Ab Sardina c x x. M. Ab Sicilia M. c c c c c. A
Corcyra minus l x x. Ab Ista quinquaginta. Incedit per maria cæli regione ad Meridiem
quidem: sed si quis id diligenti subtilitate exigat, inter sextam horam primamque bru-
malem. Nunc ambitum eius, urbesque enumerabimus. Qua in re præfari necessariû est, ²⁰
autorem nos Diuum Augustum secuturos, descriptionemque ab eo factam Italiae totius
in regiones x i. sed ordine eo, qui litorum tractu fiet, urbium quidem vicinitates oratio-
ne utique præpropera seruari non posse: itaque interiori in parte digestionem in lite-
ras eiusdem nos secuturos, coloniarum mentione signata, quas ille in eo prodidit nu-
mero. Nec situs originisque persequi facile est, Ingaunis Liguribus (vt cæteri omittan-
tur) agro tricies dato. Igitur ab amne Varo Nicæa oppidum a Massiliensibus conditum.
Fluuius Padus: Alpes, populique in alpini multis nominibus, sed maximè capillati: oppi-
dum Vediantiorum ciuitatis Cemelion, portus Herculis Monæci, Ligustica ora. Ligu-
rum celeberrimi ultra Alpes Sallyi, Deceates, Oxubij: citrà Veneni, & Caturigibus orti
Vagienni, Statyelli, Vibelli, Magelli, Euburiates, Casmonates, Veliates, & quorum oppi-
da in ora proxima dicemus. Flumen Rutuba, oppidum Albium Intemelium, flumen
Merula, oppidum Albium Ingaunum, portus Vadum Sabatium, flumen Porcifera, op-
pidum Genua, fluuius Feritor, portus Delphini, Tigulia, intus Segesta Tiguliorum: flu-
men Macra Liguriæ finis. A tergo autem suprâ dictorum omnium Apenninus mons
Italiae amplissimus, perpetuis iugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum. Ab altero
eius latere ad Padum amnem Italiae ditissimum, omnia nobilibus oppidis nitent, Libar-
na, Dertona colonia, Iria, Barderate, Industria, Pollentia, Carrea quod Potentia cogno-
minatur, Forofulvi quod Valentinum, Augusta Vagiënorum. Alba Pompeia, Asta, A-
quis Statyellorum. Hæc regio ex descriptione Augusti nona est. Patet ora Liguriæ inter
amnes Varum & Macram c x j. M. pass. Adnectitur septimæ, in qua Hetruria est, ab ⁴⁰
amne Macra, ipsa mutatis sæpe nominibus. Umbros inde exegere antiquitus Pelasgi:
hos Lydi, à quorum rege Tyrrheni, mox à sacrificio ritulinea Græcorum Thusci sunt
cognominati. Primum Hetruriæ oppidum Luna portu nobile. Colonia Luca à mari re-
cedens, propiorque Pisa, inter amnes Auferem & Arnum, ortæ à Pelope Pisisq; siue
Atintanis Græca gente. Vada Volaterrana, fluuius Cecinna, Populonium Hetrusco-
rum quondam hoc tantum in litore. Hinc amnes Prille, mox Umbro nauigiorum ca-
pax, & ab eo tractus Umbriæ, portusque Telamon, Cossa Volcientium à populo Roma-
no deducta, Grauisca, Castrum nouum, Pyrgi, Cæretanus amnis, & ipsum Cære intus
M. pass. quatuor, Agylla à Pelasgis conditoribus dictum: Alsium, Fregenæ. Tiberis am-
nis à Macra c l x x x i i j. M. pass. Intus coloniæ, Falisca Argis orta (vt autor est Ca-
to) quæ cognominatur Hetruscorum, Lucus Feroniæ, Rufellana, Senensis, Sutrina.

De cætero

De cætero Aretini veteres, Aretini fidentes, Aretini Iulienſes, Amitinenſes, Aquenſes cognomine Taurini, Blerani, Cortonenſes, Capenates, Cluſini noui, Cluſini veteres, ^aFluentini præfluenti Arno appoſiti, Feſulæ, Ferentinum, Feſcennia, Hortanum, Herbanum, Nepes, Nouem pagi, præfectura Claudia Foroſodij, Piſtorium, Peruſia, ^{a Pol. Florentini}Suannēſes, Saturnini, qui antè Aurinini vocabantur, Sudertani, Statones, Tarquiniēſes, Tuſcanienſes, Vetulonienſes, Veientani, Veſentini, Volaterrani cognomine Hetruſci, Volſiniēſes. In eadem parte oppidorum veterum nomina retinent agri Cruſtuminus, Caletranus. Tiberis antea Tybris appellatus, & prius Albula, è media ferè longitudine Apennini finibus Aretinorum profluit, tenuis primò, nec niſi piſcinis corriuatus, ¹⁰emiſſuſque nauigabilis, ſicuti Tina & Glanis influentes in eum, nouenorum ita conceptu dierum, ſi non adiuuent imbres. Sed Tiberis propter aſpera & confragoſa, ne ſic quidem, præterquam trabibus veriùs quàm ratibus, longè meatibus fertur, per centumquingenta millia paſſuum non procul Tiferno Peruſiæque & Otriculo, Hetruriam ab Umbris ac Sabinis, mox citra tredecim millia paſſuum vrbe Veientem agrum à Cruſtumino, dein Fidenatem Latinumque à Vaticano dirimens: ſed infra Aretinum Glanum duobus & quadraginta fluuiis auctus, præcipuis autem Nare & Aniene, qui & ipſe nauigabilis Latium includit à tergo, nec minus tamen aquis ac tot fontibus in urbem perductis, & ideo quamlibet magnarum nauium ex Italo mari capax, rerum in toto orbe naſcētium mercator placidiſſimus. Pluribus propè ſolus, quàm cæteri in omnibus ²⁰terris amnes, accolitur aſpiciſſurque villis. Nullique fluuiorum minus licet incluſis vtrinque lateribus: nec tamen ipſe pugnat, quanquam creber ac ſubitis incrementis, & nuſquam magis aquis quàm in ipſa vrbe ſtagnantibus. Quinimò vates intelligitur potius ac monitor, auctu ſemper religioſus veriùs, quàm ſæuus. Latium antiquum à Tiberi Circeios ſeruatum eſt mille paſſuum quinquaginta longitudine. Tam tenues primordio imperij fuere radices. Colonis ſæpe mutatis, tenere alij aliis temporibus, Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli. Et vltra Circeios Volſci, Ofci, Aufones, vnde nomen modò Latij proceſſit ad Lirim amnem. In principio eſt Oſtia colonia à Romano rege deducta. Oppidum Laurentum, lucus Iouis Indigetis, annis Numicius, Ardea à Danae Perſei matre condita. Dein quondam Aphrodiſium, Antium colonia, ³⁰Aſtura flumen & inſula. Fluuius Nymphæus, cloſtra Romana. Circeij quondam inſula, immenſo quidem mari circumdata (vt creditur Homero) at nunc planitie. Mirum eſt, quod hac de re tradere hominum notiæ poſſumus. Theophrastus, qui primus externorum aliqua de Romanis, diligentiùs ſcripſit (nam Theopompus, ante quem nemo mentionem habuit, urbem duntaxat à Gallis captam dixit: Clitarchus ab eo proximus, legationem tantum ad Alexandrum miſſam) hic iam pluſquam & fama, Circeiorum inſulæ menſuram poſuit ſtadia octoginta in eo volumine, quod ſcripſit Nicodoro Athenienſium magiſtratui, qui fuit vrbe noſtræ quadringenteſimo ſexageſimo anno. Quicquid eſt ergo terrarum, præter decem millia paſſuum propè ambitus, adnexum inſulæ. Poſt eum annum acceſſit Italiæ aliud miraculum. A Circeis palus Pomptina eſt, ⁴⁰quem locum vigintitrium urbium fuiſſe Mutianus ter Conſul prodidit. Dein flumen Vſens, ſupra quod Tarracina oppidum, lingua Volſcorum Anxur dictum: & ^bvbi fuere ^{b ibi}Amyclæ à ſerpentibus deletæ. Dein locus ſpeluncæ, lacus Fundanus, Caieta portus. Oppidum Formiæ, Hormiæ dictum, vt exiſtimauere, antiqua Læſtrygonum ſedes. Vltra fuit oppidum Pyrä Colonia Minturnæ, Liri amne diuiſa ^cGlanico appellatò. Oppidum Sinueſſa extremum in adiecto Latio, quam quidam Sinopen dixere vocitatam. ^{c Clauſio 21}Hinc felix illa Campania eſt. Ab hoc ſinu incipiunt vitiferi colles, & temulentia nobilis ſucco per omnes terras inclyto, atque (vt veteres dixere) ſummum Liberi patris cum Cerere certamen. Hinc Sctini & Cæcubi obtenduntur agri. Hiſiunguntur Falerni, Caleni. Dein conſurgunt Maſſici, Gaurani, Surrentinique montes. Ibi Laborini ^{Arg. 118}^{Græg.}³⁰campi ſternuntur, & in deliciis alicæ politur meſſis. Hæc litora fontibus calidis rignantur: præterque cætera in toto mari conchylio & piſce nobili annotantur. Nuſquam ge-

nerosior oleæ liquor. Et hoc quoque certamen humanæ voluptatis tenuere Osci, Græci, Umbri, Tusci, Campani. In ora Sauro fluius, Vulturum oppidum cum amne, Linternum, Cumæ Chalcidensium, Misenum, portus Baiarum, Bauli, lacus Lucrinus & Auernus, iuxta quem Cimmerium oppidum quondam. Dein Putcoli colonia, Dicæarchia dicti: postque Phlegræi campi, Acherusia palus Cumis vicina. Litore autem Neapolis Chalcidensium & ipsa, Parthenope à tumulo Sirenis appellata: Herculanium, Pompeij: haud procul spectante monte Vesuuius, alluente verò Sarno amne, ager Nucerinus: & nouem millia passuum à mari ipsa Nuceria. Surrentum cum promontorio Mineræ, Sirenum quondam sede. Nauigatio à Circeis duodecoginta millia passuum patet. Regio ea à Tiberi prima Italiæ seruatur, ex descriptione Augusti. Intus coloniæ, Capua ab campo dicta, Aquinum, Sueffa, Venafrum, Sora, Teanum Sidicinum cognomine, Nola. Oppida Abellinum, Aricia, Albalonga, Acerani, Allifani, Atinates, Aletrinales, Anagnini, Atellani, Afulani, Arpinates, Auximates, Auellani, Aferni: & qui ex agro Latino, item Hernico, item Labicano cognominati: Bouillæ, Calatiæ, Casinum, Calenum, Capitulum, Cernetum, Cernetani qui Mariani cognominantur: Corani, à Dardano Troiano orti: Cubulterini, Castrimponiensis, Cingulani: Fabienses, in monte Albano Foropopulienfes. Ex Falerno Frusinates, Ferentinates, Freginates, Fabraterni veteres, Fabraterni noui, Ficolenses, Fregellani, Foroappi, Forentani, Gabini, Interamnates, Succasani qui & Lirinales vocantur, Ilionenses, Lauinij, Norbani, Nomentani, Prenestini, vrbe quondam Stephane dicta, Priuernates, Setini, Signini, Sueffulani, Telini, Trebulani cognomine Balinienses, Trebani, Tusculani, Verulani, Veliterni, Vlubrenses, Vluernates, superque Roma ipsa: cuius nomen alterum dicere, arcanis cæremoniarum nefas habetur: optimaque & salutari fide abolitum enuntiauit Valerius Soranus, luitque mox pœnas. Non alienum videtur inserere hoc loco exemplum religionis antiquæ, ob hoc maximè silentium institutæ. Nanque Diua Angerona, cui sacrificatur ad diem xij. Calend. Ianuarij, ore obligato ob signatoque simulacrum habet. Urbem tris portas habentem Romulus reliquit, aut (vt plurimas tradentibus credamus) quatuor. Mœnia eius collegere ambitu Imperatoribus Censoribusque Vespasianis anno conditæ dcccxxviij. pass. xiiij. M. cc. Complexa montes septem ipsa diuiditur in regiones quatuordecim, compita Larium cclxv. Eiusdem spatij mensura currente à milliario in capite Ro. fori statuto ad singulas portas, quæ sunt hodie numero trigintaseptem, ita vt duodecim portæ semel numerentur, prætereanturque ex veteribus septem, quæ esse desierunt, efficit passuum per directum xxx. M. dclxv. Ad extrema verò tectorum cum castris prætoriis ab eodem milliario per vicos omnium viarum mensura colligit paulò amplius septuaginta millia pass. Quò si quis altitudinem tectorum addat, dignam profectò æstimationem cõcipiat, fateaturque nullius vrbis magnitudinem in toto orbe potuisse ei comparari. Clauditur ab Oriente aggere Tarquinij Superbi, inter prima opere mirabili. Nanq; eum muris æquauit, quæ maximè patebat aditu plano. Cætero munita erat præcellis muris, aut abruptis montibus, nisi quòd ex patiantia tecta multas addidere vrbes. In prima regione prætereà fuere, in Latio clara oppida, Satricum, Pometia, Scaptia, Pitulum, Politorium, Tellene, Tifata, Cænina, Ficana, Crustumerium, Ameriola, Medullia, Corniculum, Saturnia, vbi nunc Roma est: Antipolis, quod nunc Ianiculum in parte Romæ: Antemnæ, Camerium, Collatia, Amiternum, Norbe, Sulmo, & cum his carnem in monte Albano soliti accipere populi Albenfes, Albani, Æsolani, Acienses, Abolani, Bubetani, Bolani, Cusuetani, Coriolani, Fidenates, Foretij, Hortenses, Latinienses, Longulani, Manates, Macrales, Mutucumenses, Munienfes. Numinienses, Olliculani, Ostulani, Pedani, Pollustini, Querquetulani, Sicani, Sifolenses, Tolerienses, Tutienses, Vimitellarij, Velientes, Venetulani. Vicellenses. Ita ex antiquo Latio liij. populi interiere sine vestigiis. In Campano autem agro Stabiæ oppidum fuere vsq; ad Cn. Pompeium, & L. Carbonem Consules, pridie Calend. Maij, quo die L. Sylla legatus bello sociali id deleuit, quod nunc in villas abiit. Intercidit ibi & Taurania. Sunt & mo-

² Jos. Scal.
Velitientes,

rientis Casilini reliquiæ. Præterea autor est Antias, oppidum Latinorum Apiolas captum à L. Tarquinio rege, ex cuius præda Capitolium is inchoauerit. A Surrento ad Silaram amnem triginta millia passuum ager Picentinus fuit, Tuscorum templo Iunonis Argiæ ab Iafone condito insignis. Intus oppidum Salerni, Picentia. A Silaro regio tertia, & ager Lucanus Brutiúsque incipit nec ibi rara incolarum mutatione. Tenuerunt eam Pelasgi, Oenotri, Itali, Morgetes, Siculi, Græciæ maximè populi, nouissimè Lucani à Samnitibus orti duce Lucio. Oppidum Pæstum, Græcis Posidonia appellatum, sinus Pæstanus, oppidum Helia, quæ nunc Velia. Promontorium Palinurum: à quo sinu recedente traiectus ad columnam Rhegiam centum M. pass. Proximum autem huic flumen
 10 Melphes. Oppidum Buxentum, Græcè Pyxûs, Laus amnis: fuit & oppidum eodem nomine. Ab eo Brutium litus, oppidum Blanda, flumen Batum, portus Parthenius Phocæsum, sinus Vibonensis, locus Clamptiæ, oppidum Tempfa, à Græcis Temese dictû, & Crotoniensium Terina, sinúsque ingens Terinæus. Oppidum Consentia. Intus in peninsula fluuius Acheron, à quo oppidani Acherontini. Hippon, quod nunc Vibonem Valentiam appellamus, Portus Hercules, Metaurus amnis, Tauroentum oppidum, portus Orestis & Medua. Oppidum Scyllæum. Cratæis fluuius, mater (vt dixere) Scyllæ. Dein
 20 columna Rhegia: Siculum fretum, ac duo aduersa promontoria: ex Italia Cænys, ex Sicilia Pelorum duodecim stadiorû interuallo. Vnde Rhegium duodecim M. cccccc. p. Inde Apennini fylua Sila, promontorium Leucopetra xii. M. pass. ab ea Locri cognominati à promontorio Zephyrio, absunt à Silaro ccciii. M. pass. Et includitur Europæ sinus primus, in eoque maria nuncupantur: vnde irrumpit Atlanticum, ab aliis magnum: quæ intrat, Porthmos à Græcis, à nobis Gaditanum fretum: cum intrauit, Hispanû, quatenus Hispanias illuit: ab aliis Ibericum, aut Balearicum: mox Gallicum ante Narbonensem prouinciam, hinc Ligusticum. Ab eo ad Siciliam insulam, Thuscum: quod ex Græcis alij Notium, alij Tyrrhenum, è nostris plurimi Inferum vocant. Ultra Siciliam ad Salentinum, Aufonium Polybius appellat. Eratothenes autem inter ostium Oceani & Sardiniam quicquid est, Sardoum. Inde ad Siciliam Tyrrhenum. Ab hac Cretâ vsque Siculum. Ab ea Creticum. Insule per hæc maria primæ omniû Pityusæ à Græcis dictæ, à frutice pineo, nunc Ebusus vocatur vtraque ciuitate fœderata angusto freto interfluente, patent xlij. M. pass. Absunt à Dianio septingentis stadiis: totidem Dianium per continentem à Carthagine noua. Tantundem à Pityusis in altum, Baleares duæ, & Sucronè versus Colubraria. Baleares funda bellicosas, Græci Gymnasia dixere. Maior centum millia passuum longitudine, circuitu verò cccxxx. millia. Oppida habet ciuium Romanorum Palmam & Pollentiam, Iatina Cinium & Cunicum, & fœderatum Bochri fuit. Ab ea xxx. M. p. distat minor, longitudine lx. M. circuitu cl. M. p. Ciuitates habet, Iamnonem, Saniferam, Magonem. A maiore xii. M. p. in altum abest Capraria, insidiosa naufragiis, & è regione Palmæ vrbs Menariæ, ac Tiquadra, & parua Annibalis. Ebusi terra serpentes fugat, Colubrariæ parit. Ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus: Græci Ophiusam dixere. Nec cuniculos Ebusus gignit, populâtes Baleariû messes. Sunt
 40 aliæ xx. fermè paræ mari vadoso. Galliæ autem ora, in Rhodani ostio Metina, mox quæ Blascon vocatur, tres Sthæchades à vicinis Massiliensibus dictæ, propter ordinem, quas item nominant singulis vocabulis, Proten & Mesen, quæ & Pomponiana vocatur, tertia Hypæa. Ab his Sturium, Phœnice, Phila, Lero, & Lerina aduersum Antipolim, in qua Vergoani oppidi memoria.

a propter ordinem quosita sunt. Nomina singulis Prote, Mesen, &c.

De Corsica.

C A P. VI.

IN Ligustico mari est Corsica, quam Græci Cynnon appellauere, sed Thuscum propior, à Septentrione in Meridiem proiecta, longa passuum cl. millia lata maiore ex parte quinquaginta Circuitu cccxxii. M. Abest à vadis Volaterranis lxi. M. pass. Ciuitates habet xxxiii. & colonias marianam, à C. Mario deductam. Aleriam à Dictatore Sylla. citra est Oglasa: intra verò sexaginta millia passuum à Corsica, Planaria à specie dicta, & equalis freto, ideoque nauigiis fallax. Amplior Vergo & Capraria, quam Græci Ægi-

lon dixere. Item Ægilium & Dianium, quam Artemisiam, ambę contra Cosanum litus: & parua, Mænaria, Columbaria, Venaria, Ilua cum ferri metallis, circuitu centum millia, à Populonia decem, à Græcis Æthalia dicta. Ab ea Planasia xxxix. M. ab his ultra Tiberina ostia in Antiano Altura. mox Palmaria, Sinonia, & aduersum Formias Pontię. In Putcolano autem sinu Pandataria, Prochyta, non ab Æneæ nutrice, sed quia profusa ab Ænaria erat. Ænaria ipsa à statione nauium Æneæ, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecusa, non à simiarum multitudine (vt aliqui existimauere) sed à figlinis doliariorū. Inter Paufilypum & Neapolim Megaris: mox à Surrento octo millibus passuum distantes, Tiberij principis arce nobiles Capreæ, circuitu quadraginta millia passuum.

^a Mox Leucothea, extraque conspectum, pelagus a fricū attingens, Sardinia, minus non ¹⁰ uem millibus passuum à Corsicæ extremis, etiamnum angustias eas arctantibus insulis paruis, quæ Cuniculariæ appellantur, itemq; Phintonis & Fossæ, à quibus fretum ipsum Taphros nominatur.

De Sardinia.

CAP. VII.

Sardinia ab Oriente patens, clxxxviij. millia passuum: ab Occidente, clxx. millia: à Meridie, lxxiij. millia: à Septentrione, cxxij. circuitu, dlx. millia: abest ab Africa Caralitano promontorio ducenta millia, à Gadibus quatuordecies centena. Habet & à Gorditano promontorio duas insulas, quæ vocatur Hercules, à Sulsensi Enosin, à Caralitano Ficariam. Quidam haud procul ab ea etiam Beleridas ponunt & Coilodē, & quam vocant Heras lutra. celeberrimi in eā populorum Ilienses, Balari, Corfi. Oppi- ²⁰ dorum xiiij. Sulcitani, Valentini, Neapolitani, Bosenses, caralitani ciuium Romanorum, & Norenses. colonia autem vna, quæ vocatur ad turrim Libysonis, Sardinia ipsam Timæus Sandalotin appellauit ab effigie soleę, Myrsilus Ichnusam à similitudine vestigij. Contra Pelstanum sinum Leucasia est, à Sirene ibi sepulta appellata. Contra Veliam, Pontia, & Iscia, vtræque vno nomine Oenotrides, argumētū possessæ ab Oenotriis Italiæ: & contra Vibonem parua, quæ vocantur Ithacesiæ, Vlyllis specula.

De Sicilia.

CAP. VIII.

Verum ante omnes claritate Sicilia, Sicania Thucydidi dicta, Trinacria pluribus, aut Triquetra à triangula specie: circuitu patens, vt autor est Agrippa, dcxvii. M. p. quondam Brutio agro cohærens, mox interfuso mari auulsa xii. M. longitudinem ³⁰ freto, in latitudinem autem Md. p. iuxta columnam Rhegiam. Ab hoc dehiscendi argumento, Rhegium Græci nomen dedere oppido, in margine Italiæ sito. In eo freto est scopolus Scylla, item Charybdis, mare vorticosum, ambo clara sæuitia. Ipsius Triquetra, vt diximus, promontorium Pelorus vocatur, aduersus Scyllam vergens in Italiam: Pachynum in Græciam, ^b cxliiii. M. ab eo distante Peloponneso: Lilybæum in Africam clxxx. M. interuallo à Mercurij promontorio: & à Caralitano Sardinia cxx. M. Inter se autem hæc promontoria ac latera distant his spatiis. Terreno itinere à Peloro Pachynum clxvi. M. p. Inde Lilybæum cc. M. Inde Pelorum clxx. M. ^c Colonia ibi vrbes ac ciuitates lxxii. A Peloro mare Ionium ora spectante, oppidum Messana ciuiū Ro. qui Mamertini vocantur. Promontorium Drepanum, colonia Taurominium, quæ ante à Na ⁴⁰ xos, flumen a fines, mons Ætna nocturnis mirus incēdiis. crater eius patet ambitu stad. xx. Fauilla Taurominium & catanam vsq; peruenit feruens, fragor verò ad Maronē & Gemellos colles. Scopuli tres cyclosum, portus Vlyllis, colonia catana. Flumina Symæthum, Terias. Intus Lestrygonii campi. Oppida, Leontini, Megaris, amnis Pantagies. colonia Syracusę, cū fonte a rethusa. Quanquā & Temenitis, & Archidemia, & Magæa, & cyane, & Milichie fontes in Syracusano potantur agro. Portus Naustathmus, flumen Elorum, promontorium Pachynum: à qua fronte Sicilia flumē Hirminium, oppidum camarina, fluuius Gelas, oppidum a cragas, quod a grigentum nostri dixere. Thermæ colonia, amnes Atys & Hypsa, Selinūs oppidum Lilybæum ab eo promontorium, Drepana, mons Eryx. Oppida Panhormum, Solūs, Himera cū fluuio, cephalædis, Aluntiu, ^d a ga- ⁵⁰ thirnum, Tyndaris colonia, oppidū Mylæ, & vnde cœpimus, Pelorus. Intus Latine conditionis

^b Vez. cod. cccxli. M. vt Marc.

^c coloniarum immunes quinque ciuitates. lxxij.

^d Agathyr-
fina, vti Strabo.

ditionis Centuripini, Netini, Segestani: stipendiarij, Aſſorini, Ætneſes, Agyrini, Acetæi, Acrenſes, Bidini, Citarij, Cacirini, Drepanitani, Ergetini, Eceſtienſes, Erycni, Entellini, Etini, Enguini, Gelani, Galatani, Haleſini, Enneſes, Hyblæſes, Herbitæſes, Herbcſenſes, Herbuleſes, Halicyeſes, Hadranitani, Imacarenſes, Ichanenſes, Ictenſes, Mutuſtratini, Magellini, Murgentini, Mutyenſes, Menanini, Naxij, Noæni, Petrini, Paropini, Phintienſes, Semellitani, Scherrini, Selinuntij, Symæthij, Talarenſes, Tiſſinenſes, Triocalini, Tiracienſes, Zanc læi Meſſeniorum in Siculo ſreto. Inſulæ ſunt in Africam verſæ, Gaulos, Melita à Camerina lxxiiij. M. paſſ. à Lilybæo cxiiij. Coſyra, Hieroneſos, Cæne, Galata, Lopaduſa, Æthuſa, quam alij Æguſam ſcripſerunt, Bucinna, & à Solun-^a ^b à Selin-^c

10 te lxxv. M. Oſteodes, contrâque Paropinos Vſtica. Citra verò Siciliam ex aduerſo Me-
tauri amnis xij. millibus fermè paſſ. ab Italia, vij. Æoliæ appellatæ. Eadem Liparæorum,
& Hephæſtiædes à Græcis, à noſtris Vulcani, Æoliæ, quòd Æolus Iliacis temporibus ibi
regnabat.

De Lipara.

CAP. IX.

Lipara cum ciuium Rom. oppido, dicta à Liparo rege, qui ſucceſſit Æolo, antea Me-
logonis vel Meligunis vocitata, abeſt xii. M. paſſ. ab Italia; ipſa circuitu paulo mi-
nori. Inter hanc & Siciliam altera, antea Theraſia appellata, nunc Hiera, quia ſacra Vul-
cano eſt, colle in ea nocturnas euõmente flammas. Tertia Strongyle, à Lipara M. paſſ. ad
exortum Solis Vergens, in qua regnauit Æolus, quæ à Lipara liquidiore flamma tantum
20 differt: è cuius fumo, quinam flaturi ſint venti, in triduum prædicere incolæ traduntur:
vnde ventos Æolo paruiffe exiſtimatum. Quarta Didyme, minor quàm Lipara. Quinta
Ericuſa, Sexta Phœnicuſa, pabulo proximarum relicta. Nouiſſima, eademque minima,
Euonymos. Haçtenus de primo Europæ ſinu.

De Locris Italiae fronte.

CAP. X.

ALocris Italiae frons incipit, Magna Græcia appellata, in tres ſinus recedens Auſo-
nij maris, quoniam Auſones tenuere primi: patet octogintaduò M. paſſ. vt autor eſt
Varro. Plerique lxxii. M. fecere. In ea ora flumina innumera, ſed memoratu digna à
Locris Sagra, & veſtigia oppidi Caulonis, Myſtia, Conſilinum caſtrum, Cocinthû, quod
eſſe longiſſimum Italiae promontorium aliqui exiſtimant. Dein ſinus, & Scylacium,
30 Scylletium Athenienſibus, cum conderent, dictum: quem locum occurrens Terinæus
ſinus peninſulam efficit: & in ea portus, qui vocatur Caſtra Annibalis, nuſquam angu-
ſtiore Italia. xx. m. paſſuum latitudo eſt. Itaque Dionyſius maior intercifaſm eo loco ad-
iicere Siciliae voluit. Amnes ibi nauigabiles, Cæcinos, Crotalus, Semirus, Arocha, Tar-
gines. Oppidum intus Petilia, mons Clibanus, promontorium Lacinium: cuius ante o-
ram inſula x. m. paſſ. à terra Dioſcoron, altera Calypſus, quam Ogygiam appellatſe Ho-
merus exiſtimatur: prætereà Tyris, Eranuſa, Meloëſſa. Ipſam à Caulone abeſſe lxx. m. paſſ.
prodidit Agrippa.

Secundus Europæ ſinus.

CAP. XI.

40 **A**Lacinio promontorio ſecundus Europæ ſinus incipit, magno ambitu flexus, &
Acroceraunio Epiri finitur promontorio, à quo abeſt lxxv. M. paſſ. Oppidum Cro-
to, amnis Neæthus. Oppidum Thurium inter duos amnes Crathin & Sybarin, vbi fuit
vrbs eodem nomine. Similiter eſt inter Sirin & Acirin Heraçlea, aliquando Siris vocita-
ta. Flumina Acalandrum, caſuentum, oppidum Metapontum, quo tertia Italiae regio fi-
nitur. mediterranei Brutiorum Apruſtani tantum: Lucanorum autem Atinates, Banti-
ni, Eburini, Grumentini, Potentini, Sontini, Sirini, Tergilani, Vrfentini, Volcentani, qui-
bus Numeſtrani iunguntur. Prætereà interiſſe Thebas Lucanas cato autor eſt. Et Pan-
doſiam Lucanorum urbem fuiſſe Theopompus, in qua Alexander Epirotes occubuerit.
50 connectitur ſecunda regio, amplexa Hirpinos, calabriam, Apuliam, Salentinos ccl.
m. ſinu, qui Tarentinus appellatur, ab oppido Laconum in reſeſſu hoc intimo ſito, con-
tributa eò maritima colonia quæ ibi fuerat. Abeſt cxxxvj. m. paſſuum à Lacinio pro-

a Hydrunt

montorio, aduersam ei Calabriam in peninsulam emittens. Græci Messapiam à duce appellauere: & antè Peucetiam, à Peucetio Oenotri fratre. In Salentino agro inter promontoria C. M. pass. interfunt. Latitudo peninsulæ à Tarento Brundisium terreno itinere xxxij. M. pass. patet, multòque breuius à portu Sasina. Oppida per continentem à Tarento, Varia, cui cognomen Apulæ, Messapia, Aletium. In ora verò Senonum Gallipolis, quæ nunc est Anxa lxii. M. pass. à Tarento. Inde xxxii. M. promontorium, quod Acran Iapygiam vocant, quo longissimè in maria excurrit Italia. Ab eo Basta oppidum, & Hydruntum decem ac nouem M. passuum ad discrimen Ionij & Adriatici maris, qua in Græciam breuissimus transitus, ex aduerso Apolloniæ oppidi, latitudine intercurrentis freti, quinquaginta M. non amplius. Hoc interuallum pedestri continuare transitu pontibus iactis, primùm Pyrrhus Epiri rex cogitauit: post eum M. Varro, cum classibus Pompeij piratico bello præesset. Vtrunque aliæ impedire curæ. Ab Hydrunte Solutum desertum, dein Fratuertium. portus Tarentinus, statio militum Lupia, Balesium, Cælium, Brundisium l. M. passuum ab Hydrunte, in primis Italiæ portu nobile, ac velut certiore transitu, sicuti longiore, excipiente Illyrica vrbe Dirrhachio ccxx. M. traiectu. Brundisio conterminus Pediculorum ager. ix. adolescentes totidèmq; virgines ab Illyriis tredecim populos genuere. Pediculorum oppida, Rhudia, Egnatia, Barion, antè Iapyx à Dædali filio, à quo & Iapygia. Amnes, Pactius, Aufidus ex Hirpinis montibus Canusium præfluens. Hinc Apulia Dauniorum cognomine, à duce Diomedis socero. In qua oppidum Salapia, Annibalis meretricio amore inclytum, Sypontum, Vria: 20 amnis Cerbalus. Dauniorum finis: portus Agasus, promontorium montis Gargani, à Salentino siue Iapygio ccxxxiiij. M. pass. ambitu Gargani: portus Garnæ, lacus Pantanus. Flumen portuosum Frento, Teanum Apulorum. Itèmq; Larinū, Cliternia, Tiferus amnis. Inde regio Frentana. Ita Apulorum genera tria: Teani à duce è Graiis: Lucani, subacti à Calchante, quæ loca nunc tenent Atinates. Dauniorum præter supra dicta coloniæ, Luceria, Venusia: Oppida Canusium, Arpi, aliquando Argos hippium Diomede condente, mox Argyrippa dictum. Diomedes ibi deleuit, gentes Monadorū Dardorūmq; & vrbes duas, quæ in prouerbij ludicrum vertère, Apinam & Tricam. Cætera intus in secunda regione, Hirpinorum colonia vna Beneuentum, auspicius mutato nomine, quæ quondam appellata Maleuentum. Æculani, Aquiloni, Abellinates cognomine Protropi, Compsani, Caudini, Ligures qui cognominantur Cornelianii, & qui Bebiani, Vescellani, Deculani, Aletrini, Abellinates cognominati Marfi, Atrani, Æcani, Alfellani, Attinates, Arpani, Borcani, Collatini, Corinenses, & nobiles clade Romana Cannenses, Dirini, Forentani, Genufani, Hordonienses, Hyrini, Larinates, cognomine Frentani, Metinates, ex Gargano Mateolani, Neritini, Matini, Rubustini, Syluini, Strapellini, Turmentini, Vibinates, Venusini, Vlurtini, Calabrorum mediterranei, Ægetini, A pamestini, Argentini, Butuntinenses, Deciani, Brumbestini, Norbanenses, Palionenses, Sturnini, Tutini. Salentinorum, Aletini, Baisterbini, Neretini, Valentini, Veretini.

Regio Italiæ quarta.

CAP. XII.

40

SEquitur regio quarta gentium vel fortissimarum, Italiæ. In ora Frentanorum à Tiferino flumen Trinium portuosum. Oppida, Histonium, Buca, Ortona, Aternus amnis. Intus Anxani cognomine Frentani, Carentini supernates, & infernates, Lanuenses: Marucinorum Teatini: Pelignorum Corfinienses, Superæquani, Sulmonenses: Marforum Anxantini, Atinates, Fucentes, Lucentes, Maruij, Albensium Alba ad Fucinum lacum: Æquiculorum Cliternini, Carfeolani: Vestinorum Angulani, Pinnenses, Peltuimates, quibus iunguntur A ufinates cis montani: Samnitium, quos Sabellos, & Græci Saunitas dixere, colonia Bouianum vetus, & alterum cognomine Vndecumanorum. Aufidenates, Efernini, Fagifulani, Ficolenses, Sepinates, Treuentinates: Sabinorū Amiternini, Curenses, Forum Decij, Forum nouum, Fidenates, Interamnates, Nursini, Nomētani, Reatini, Trebulani, qui cognominantur Mutuscæi, & qui Suffenates, Tiburtes, Tarinates. In

hoc

hoc situ ex Æquiculis interiere Comini, Tadiates, Acedici, Alfaterni. Gellianus autor est, lacu Fucino hauſtum Marſorum oppidum Archippe, conditum à Marſya duce Lydorum: item Vidicinorum in Piceno deletum à Romanis, Valerianus. Sabini (vt quidã exiſtimauere) à religione & deorum cultu Seuini appellati, Velinos accolunt lacus, roſcidis collibus. Nar amnis exhaurit illos ſulphureis aquis. Tiberim ex his petens replet, è monte Fiſcello labens, iuxta Vacunæ nemora & Reate in eoſdem conditus. At ex alia parte Anio, in monte ^a Trebanorum ortus, lacus treis amœnitate nobiles, qui nomen ^a Trebul-
dedere Sublaqueo, defert in Tiberim. In agro Reatino Cutiliæ lacû, in quo fluctuet in-
ſula, Italiæ vmbilicum eſſe M. Varro tradit. Infra Sabinos Latium eſt, à latere Picenum, à
10 tergo Vmbria, Apennini iugis Sabinos vtrinque vallantibus.

Quinta regio.

CAP. XIII.

Quinta regio Piceni eſt, quondam vberrimæ multitudinis cccclx. M. Picentium in fidem populo Romano venere. Orti ſunt à Sabinis voto ^b vero ſacro. Tenuere ab ^b Vere ſa-
Aterno amne vbi nunc ager Adrianus, & Adria colonia, à mari vij. M. paſſ. flumen ^{cr.}
Vomanum, ager Prætutianus, Palmenſiſque. Item Caſtrum nouum, flumen Batinum,
Truentum cum amne: quod ſolum Liburnorum in Italia reliquum eſt. Flumina Albu-
lates, Suinum, Heluinum, quo finitur Prætutiana regio, & Picentium incipit. Cupra op-
pidum, caſtellum Firmanorum, & ſuper id colonia Aſculum, Piceni nobiliſſima. Intus
Nouana. In ora Cluaua, Potentia, Numana, à Siculis condita. Ab iisdem colonia Anco-
20 na, appoſita promontorio Cumero in ipſo fleſcentis ſe oræ cubito: à Gargano clxxxij.
M. paſſ. Intus Auximates, Beregrani, Cingulani, Cuprenſes cognomine Montani, Fala-
rienſes, Pauſulani, Pleninenſes, Ricinenſes, Septempedani, Tollentines, Triacenſes,
Vrbs ſaluia, Pollentini.

Sexta regio.

CAP. XIII.

Iungitur hiſ ſexta regio, Vmbriam complexa, agrumque Gallicum circa Ariminum. Ab Ancona Gallica ora incipit, Togatæ Galliæ cognomine. Siculi & Liburni plurima eius tractus tenuere, in primis Palmenſem, Prætutianum, Adrianumque agrum. Vmbri eos expulere, hos Hetruria, hanc Galli. Vmborum gens antiquiſſima Italiæ exiſtimatur, vt quos Ombrios à Græcis putent dictos, quòd inundatione terrarum imbris
30 ſuperfuiffent. ccc. eorum oppida Thuſci debellaſſe reperiuntur. Nunc in ora flumen Æſis, Senogallia. Metaurus fluuius, colonia Fanum fortunæ, Piſaurum cum amne. Et intus Hiſpellû, Tuder. De cætero Amerini, Attidiates, Aſirinales, Arnates, Æſinales, Camertes, Caſuentillani, Carſulani, Dolates cognomine Salentini, Fulginates, Foroflaminienſes, Foroiulienſes, cognomine Concupienſes, Forobremetiani, Forofempronienſes, Iguini, Interamnates cognomine Nartes, Meuanates, Meuanienſes, Matilicates, Narnienſes, quod oppidum Nequinum antea vocatû eſt, Nucerinum cognomine Fauonienſes, & Camelani, ^c Otriculani, Oſtrani, Pitulani cognomine Piſueres, & alij Mergentini, Peleſtini, Sentinales, Sarſinales, Spoletini, Suarrani, Seſtinales, Suillates, Tadinates, Trebiates. Tuſicani, Tifernates cognomine Tibertini, & alij Metaurenſes, Veſionicates, Vr-
40 binates cognomine Metaurenſes, & alij Hortenſes, Vettionenſes, Vindinates, Viuētani. In hoc ſitu interiere Feliginates, & qui Cluſiolum tenuere ſupra Interamnam: & Sarra- nates, cum oppidis A cerris, quæ Vaſtriæ cognominabantur, Turocelo, quod Vetricolum. item Solinates, Suriates, Fallienates, Apiennates. interiere & Arienates cum Crinouolo, & Vſidicani, & Plangenſes, Piſinales, Cæleſtini. Ameriam ſupraſcriptam Cato ante Perſei bellum conditam annis dcccclxiiij. prodidit.

Octava regio.

CAP. XV.

Octava regio determinatur Arimino, Pado, Apennino. In ora fluuius Cruſtumium, Ariminum colonia cum amnibus Arimino & Apruſa Fluuius hinc Rubico, quondam finis Italiæ. Ab eo Sapis: & Vitis, & Anemo, Rauenna Sabinorum oppidum, cum amne Bedeſe, ab Ancona cij. M. paſſ. Nec procul à mari Vmborum Butrium. Intus coloniæ, Bononia, Felsina vocitata, cum princeps Hetruriæ eſſet, Brixil-

lum, Mutina, Parma, Placentia. Oppida, Cæsena, Claterna, Forum Clodij, Liuij, Popilij, Truentinorum, Cornelij, Laccini, Fauentini, Fidentini, Otesini, Padinates, Regienses à Lepido, Solonates, saltusque Galliani qui cognominantur Aquinates, Tanetani, Veliates cognomine Vecteri, Regiates, Vmbranates. In hoc tractu interierunt Boij, quorum tribus cxij. fuisse autor est Cato: Item Senones, qui ceperant Romam.

De Pado flumine.

CAP. XVI.

PADUS è gremio Vesuli montis, celsissimum in cacumen elati, finibus Ligurum Vagiennorum visendo fonte profluens, condensque sese cuniculo, & in Forouibensium agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior: Græcis dictus Eridanus, ac pœna Phaëtonis illustratus: augetur ad Canis ortus liquatis niuibus, agris quàm nauigiis torrentior, nil tamen ex raptò sibi vindicans, atque vbi liquit agros, vbertate largior, trecentis M. Pass. à fonte addens meatu duodenonaginta: nec amnes tantùm Apenninos Alpinosque nauigabiles capiens, sed lacus quoque immensos in eum sese exonerantes, omni numero xxx. flumina in mare Adriaticum defert. Celeberrima ex iis, Apennini latere iactum, Tanarum, Trebiâ, Placentinum, Tarum, Niciam, Gabellum, Scultennam, Rhenum. Alpium verò Sturam, Morgum, Durias duas, Sessitè, Ticinum, Lambrum. Adduam, Olium, Mincium. Nec alius amnium tam breui spatio maioris incrementi est. Vrgetur quippe aquarum mole, & in profundum agitur, grauisterræ, quàm ^b deductus in flumina & fossas inter Rauennam Altinumque ^c CXX. M. p. tamen quia largius vomit, septem maria dictus facere. Angusta fossa Rauennam trahitur, vbi Padusa vocatur, quondam Messanicus appellatus. Proximum inde ostium, magnitudinem portus habet, qui Vatrei dicitur, quo Claudius Cæsar è Britannia triumphans, prægrandi illa domo verius quàm naue intrauit Adriam. Hoc antè Eridanum ostium dictum est, aliis Spineticum ab vrbe Spina, ^d quæ fuit iuxtà, præualens vt Delphicis creditum est thesauris, condita à Diomede. Auget ibi Padum Vatreus amnis, ex Forocorneliensi agro. Proximum inde ostium, Caprasie, dein Sagis, dein Volane, quod antè Olane vocabatur. Omnia ea flumina, fossasque, primi à Sagi fecere Thusci, egesto amnis impetu per transuersum in Atrianorum paludes, quæ septem maria appellantur, nobili portu oppidi Thuscorum Atrise, à quo Atriatum mare antè appellabatur, quod nunc Adriaticum. Inde ostia plena, Carbonaria, ac fossiones Philistinæ, quod alii Tartarum vocant: omnia ex Philistinæ fossæ abundantatione nascentia, accedentibus Athesi ex Tridentinis Alpibus, & Togifono ex Patauinorum agris. Pars eorum & proximum portum fecit Brundulum, sicut Edronem Medoaci duo, ac fossa Clodia. His se Padus miscet, ac per hæc effunditur, plerisque, vt in Ægypto Nilus quod vocant Delta, triquetram figuram inter Alpes atque oram maris facere proditus, stad. i j. M. circuitu. Pudet à Græcis Italiæ rationem mutuari. Metrodorus tamen Scepsius dicit, quoniam circa fontem arbor multa sit picea, quæ pades Gallicè vocetur, Padum hoc nomen accepisse. Ligurum quidem lingua amnem ipsum Bodincum vocari, quod significet fundo carentem. Cui argumèto adest oppidum iuxtà Industria, vetusto nomine Bodincomagum, vbi præcipua altitudo incipit.

*Italia Transpadana.**Regio vndecima.*

CAP. XVII.

TRANSPADANA appellatur ab eo regio vndecima, tota in mediterraneo, cui maria cuncta fructuoso alueo important. Oppida Vibisforum, Segusio, Colonia ab Alpium radicibus, Augusta Taurinorum antiqua Ligurum stirpe, inde nauigabili Pado. Dein Salafforum Augusta Prætoria, iuxta geminas Alpium fauces, Graias atque Pœninas. His Pœnos, Graiis Herculem transisse memorant. Oppidum Eporedia, Sibyllinis libris à Populo Romano condi iussum. Eporedicas Galli bonos equorum domitores vocant. Vercellæ Libycorum ex Sallyis ortæ, Nouaria ex Vertacomacoris, Vocontiorum hodiè que pago, non (vt Cato existimat) Ligurum: ex quibus Leui & Marici condidere Ticinum, non procul à Pado, sicut Boij trans Alpes profecti Laudem

b deductus
c per cxx.
millia

d quæ fuit
iuxta præua-
lens, Delphi-
cus (vt credi-
tum est): the-
sauris à Diomede condita.

laudem Pompeiam, Insubres Mediolanum. Oroborum stirpis esse, Comum atque Bergomum, & Liciniforum, & aliquot circa populos, autor est Cato sed originem gentis ignorare se fatetur, quam docet Cornelius Alexander ortam à Græcia, interpretatione etiam nominis, vitam in montibus degentibus. In hoc situ interiit oppidum Oroborum Barra, vnde Bergomates Cato dixit ortos, etiamnum prodente se altius quam fortunatius sitos. Interiere & Caturiges Insubrum exules, & Spina supra dicta. Itē Mel-<sup>a in vet. co-
litum,</sup> pum opulentia præcipuum, quod ab Insubribus, & Boiis, & Senonibus deletum esse eo die, quo Camillus Veios cepit, Nepos Cornelius tradidit.

10 *Venetia. Decima regio. CAP. XVIIII.*

Sequitur decima regio Italiæ, Adriatico mari apposita, Venetia, cuius fluuius Silis ex montibus^{b Taurifanis} Taurifanis. Oppidum Altinum, flumen Liguentia ex montibus Opiter-
ginis, & portus eodem nomine, colonia Concordia, flumina & portus Romatinum, Tilauentum maius minusque, Anassum, quò Varramus defluit, Alfa, Natifo cum Turro, præfluentes à quileiam coloniam xij. M. p. à mari sitam. Carnorum hæc regio, iunctaque Iapidum, amnis Timauus, castellum nobile vino Pucinum: Tergestinus sinus, colonia Tergeste, xxij. M. p. ab Aquileia. Ultra quam vj. M. p. Formio amnis, ab Rauenna cxxxix. M. p. antiquus auctæ Italiæ terminus, nunc verò Istriæ, quam cognominatam<sup>c tradunt, a-
bundat, u-
que est in v-
tutibus exim-
plaribus.</sup> tradunt à
flumine Istro, in Adriaticam effluente è Danubio amne, eidemque Istro ex aduerso Padi fau-
ces, contrario eorum percussu mari interiecto dulcescente, plerique dixerunt falsò, & Ne-
pos Cornelius etiam Padi accola. Nullus enim ex Danubio amnis in mare Adriaticum effunditur. Deceptos credo, quoniam Argo nauis flumine in mare Adriaticum descendit, non procul Tergeste: nec iam constat quo flumine. Humeris trauctam Alpes, diligentiores tradunt. Subiisse autem Istro, dein Savo, dein Nauporto, cui nomen ex ea causa est, inter Æmoniam Alpesque exorienti.

Istria.

CAP. XIX.

Istria, vt peninsula, excurrit. Latitudinem eius xl. M. p. circuitum verò cxxij. M. prodere quidam. Item adhærentis Liburniæ & Flanatici sinus. Alij Liburniæ clxxx. M. Nonnulli in Flanaticum sinum Iapidiam promouere, à tergo Istriæ, cxxx. M. pass. Dein Liburniã cl. M. fecere. Tuditanus, qui domuit Istros, in statua sua ibi inscripsit, ab Aquileia ad Titium flumen stad. cc. Oppida Istriæ ciuium Rom. Ægida, Parentium: colonia Pola, quæ nunc Pietas Iulia, quondam à Colchis condita. Abest à Tergeste c. M. pass. Mox oppidum Nefactium: & nunc finis Italiæ fluuius Arsis. Polam ab Ancona traiectus cxx. M. p. est. In mediterraneo regionis decimæ coloniæ, Cremona, Brixia cœnomannorum agro, Venetorum autem a teste, & oppida Acelum, Patauium, Opitergium, Belunum, Vicetia, Mantua Tuscorum trans Padum sola reliqua. Venetos Troiana stirpe ortos autor est Cato. cœnomannos iuxta Massiliam habitasse in Volcis. Fertini, & Tridentini, & Bernenses, A hætica oppida: Rhætorum & Euganeorum Verona, Iulieses Carnorum. Dein, quos scrupulosè dicere non attineat, Alutraenses, Asseriates, Flamonienfes, Vannienfes, & alij cognomine Culici: Foroiulienfes cognomine Transpadani, Foretani, Venidates, Quarqueni, Taurifani, Togienses, Varuani. In hoc situ interiere per oram Iramine, Pellaon, Palscium: ex Venetis Atina, & Cælina: Carnis, Segeste, & Ocra: Tauriscis Noreia. Et ab Aquileia ad duodecimum lapidem, deletum oppidum, etiam inuitò Senatu, à M. Claudio Marcello, L. Piso autor est. In hac regione & x. lacus inclyti sunt, amnesque eorum partus aut alumni, si modò exceptos reddūt, vt adduam Larius, Ticinum Verbanus, Mincium Benacus, Ollium Sebinus, Lambrum Eupilis, omnes incolas Padi. Alpes in longitudinem x. pass. patere à supero mari ad inferum, cælius tradit: Timagenes xxij. M. p. deductis: in latitudinem autem Cornelius Nepos c. M. T. Liuius tria
50 M. stadiorum: vterque diuersis in locis. Nam & centum millia excedunt aliquando, vbi Germaniam ab Italia submouent: nec lxx. M. explent reliqua sui parte graciles, veluti

naturæ prouidētia. Latitudo Italię, subter radices earum à Varo, per vada Sabatia, Taurinos, Comum, Brixiam, Veronam, Vicetiam, Opitergium, Aquileiam, Tergeste, Pola, Arsam, d c c i j. millia passuum colligit.

De Alpibus & gentibus Alpibus.

C A P. X X.

Incolæ Alpium multi populi, sed illustres à Pola ad Tergestis regionem Secuffles, Subocrini, Catili, Menocaleni, iuxtaque Carnos quondam Taurisci appellati, nunc Norici. His contermini Rhæti & Vindelici, omnes in multas ciuitates diuisi. Rhætos Thuscorū prolem arbitrantur, à Gallis pullos duce Rhæto. Verso deinde Italiam pectore Alpium Latini iuris Euganeæ gentes, quarum oppida xxxiiij. enumerat Cato. Ex iis Triumpilini venalis cum agris suis populus: d. in Camuni, complurēsque similes, finitio- 10 mis attributi municipiis. Lepontios & Salassos, Tauriscæ gentis idem Cato arbitratur. Cæteriferè Lepontios relictos ex comitatu Herculis, interpretatione Græci nominis credunt, præuultis intra sinus Alpium niue membris: eiusdem & Graios fuisse positos in transitu, Graiarum Alpium incolas, præstantēsque genere Euganeos, inde tracto nomine. Caput eorum Stonos: Rhætorum Vénonetes, Sarunetēsque; ortus Rheni amnis accollūt, Lepontiorū qui Viberi vocātur, fontē Rhodani, eodē Alpium tractu: Sunt præterea Latio donati incolę, vt Octodurenfes, & finitimi Ceutrones, Cottianę ciuitates. Caturiges, & ex Caturigibus orti Vagienni Ligures & qui montani vocantur: Capillatorumque; 20 plura genera ad confinium Ligustici maris. Non alienum videtur, hoc loco subiicere inscriptionem è trophæo Alpium, quæ talis est. Imperatori Cæsari Diui Fil. Aug. Pōtiffici Maximo, Imp. xiiij. tribunitiæ potestatis S. P. Q. R. quod eius ductu auspiciisque gentes 30 Alpinae omnes, quę à mari supero ad inferum pertinebant, sub imperium po. Rom. sunt redactæ. Gentes Alpinae deuictæ, Triumpilini, Camuni, Vennonetes, Isarci, Breuni Naunes, Focunates. Vindelicorum gentes quatuor, Consuanetes, Virucinales, Licates, Catenates: Abifontes, Rugufci, Suanetes, Calucones, Brixētes, Lepontij, Viberi, Nātua- 40 tes, Seduni, Veragri, ^a Salasi, Acitauones, Medulli, Vceñi, Caturiges, Brigiani, Sogiontij, Ebroduntij, Nemaloni, Edenates, Esubiani, Veamini, Gallitæ, Trulatti, Ectini, Vergūni, Egituri, Nementuri, Oratelli, Nerufi, Velauni, Suetri. Nō sunt adiectæ Cottianę ciuitates x i j. quæ non fuerunt hostiles, item attributæ municipiis lege Pompeia. Hæc est Italia diis sacra, hæc gentes eius, hæc oppida populorum. Super hæc Italia, quæ L. Æmy- 50 lio Paulo, C. Atilio Regulo Consulibus, nuntiato Gallico tumultu, sola sine externis vllis auxiliis, atque etiam tunc sine Transpadanis, equitum lxxx. M. peditum dcc. M. armavit. Metallorum omnium fertilitate nullis cedit terris. Sed interdictum id veterem consulto patrum, Italię parci iubentium.

Illyricum.

C A P. X X I.

Arsiæ gens Liburnorum iungitur vsque ad flumen Titium. Pars eius fuere Mentores, Hymani, Encheleę, Dudini, & quos Callimachus Peucetias appellat: nunc totū vno nomine Illyricum vocatur generatim, populorum pauca effatu digna aut facilia nomina. Conuentum Scardonitanum petunt lapides, & Liburnorum ciuitates xiiij. è quibus Lacinienses, Stulpinos, Burnistas, Albonenses nominare non pigeat. Ius Italicum 40 habent eo conuentu Alutæ, Flanates à quibus sinus nominatur, Lopfi, Varubarini, immunesque Assesates, & ex insulis Fulfinates, Curictę. Ceterum per oram oppida à Ne- factio, Aluona, Flauona, Tarfatica, Senia, Lopfica, Ortopula, Vegium, Argyrunum, Corinium, Ænona ciuitas, Pausinus flumen, Tedanium, quo finitur Iapidia. Insule eius sinus cum oppidis, præter suprā significatas, Absyrtium, Arba, Tragurium, Issa, Pharos, Paros antè: Crexa, Giffa, Fortunata. Rursus in continēte colonia Iadera, quę à Pola, c l x. 50 M. p. abest: inde triginta M. Colentum insula, xviiij. ostium ^b Titij fluminis.

Liburnia.

C A P. X X I I.

Liburnię finis & initium Dalmatię Scardona, in amne eo, x i j. M. m. à mari. Dein Tarrionarum antiqua regio, & castellum Tarriona: promontorium Diomedis, vel vt alij, 50 peninsula Hyllis, circuitu c. M. pass. Traguriū ciuium Romanorum, marmore notum:

Sicum

^a Salasi, Cen-
trones.

^b Titij, ex Pro-
lem. co.

Sicum, in quem locum Diuus Claudius veteranos misit. Salona colonia, ab Iadera c c x x i j. M. pass. Petunt in eā iura descripti in decurias c c c l x x i j. Dalmatæ. x x i j. Decuni: c c x x x i x. Ditiones: l x i x. Mezai: l i j. Sardiates. In hoc tractu sunt, Burnum, Mandetrium, Tribulium nobilitata Popul. Roma. præliis castella. Petunt & ex insulis, Isfæi, Colentini, Separi, Epetini. Ab his castella, Piguntia, Rataneum, Narona colonia tertij conuentus, à Salona l x x i j. M. pass. apposita cognominis sui fluuio, à mari x x. M. pass. M. Varro l x x x i x. ciuitates eò ventitasse autor est. Nunc soli propè noscuntur cerauni decuriis x x i i j. Daorizi x v i j. Desitiates c i i j. Docleatæ, x x x i i j. Deretini x i i i j. Deremistæ x x x. Dindari x x x i i j. Glinditiones x l i i i j. Melcomani x x i i i j. Naresij c i j. Scirtari l x x i j. Siculotæ x x i i i j. populatoresq; quondā Italiæ Vardæi nō amplius quàm x x. decuriis. Præter hos tenuere tractū eum Oenei, Partheni, Hemafini, Arthitæ, Armistæ. A Narone amne c. M. pass. abest Epidaurum colonia. Oppida ciuiū Roma. Rhiziniū Ascruuium, Butua, Olchinium, quod antea Colchinium dictum est, à Colchis conditum: amnis Drilo, superque eum oppidum ciuium Romanorum Scodra, à mari x v i i j. M. pass. Prætereà multorum Græciæ oppidorum deficiens memoria, nec non & ciuitatum validarum. Eo nanque tractu fuere Labeatæ, Enderudini, Sessæi, Grabæi, proprieq; dicti Illyrij, & Taulâtij, & Pyræi. Retinet nomen in ora Nymphæum promontorium: Lissum oppidum ciuium Romanorum, ab Epidauro c. M. passuum.

Macedonia.

CAP. XXIII.

20 **A** Lisso Macedonia prouincia, gentes Partheni, & à tergo eorum Dassaretæ. Montes Candauia à Dyrrachio l x x i x. M. pass. In ora verò Denda ciuium Romanorum, Epidamnum colonia, propter inauspicatum nomen à Romanis Dyrrachium appellata: flumen Aous, à quibusdam Æas nominatum: Apollonia, quondam Corinthiorum colonia, v i j. M. pass. à mari recedens: cuius in finibus celebre Nymphæum. Accolunt barbari, A mantes & Buliones. At in ora oppidum Oricum à Colchis conditum. Inde initium Epiri, montes Acroceraunia, quibus hunc Europæ determinauimus finem. Oricum à Salentino Italiæ promontorio distat l x x x v. M. pass.

Noricum.

CAP. XXIII.

30 **A** Tergo carnorum & Iapidum, quæ se fert magnus Ister, Rhætis iunguntur Norici, Oppida eorum Virunum, Celeia, Teurnia, Aguntum, Viana. Æmonia, Claudia, Flauium, Soluense. Noricis iunguntur lacus Peiso, deserta Boiorum: iam tamen colonia Diui Claudij Sabaria, & oppido Scarabantia Iulia habitantur.

Pannonia.

CAP. XXV.

40 **I**nde glandifera Pannoniæ: qua mitescentia Alpium iuga, per medium Illyricum à Septentrione ad Meridiem versâ, molli in dextra ac læua deuexitate confidunt. Quæ pars ad mare Adriaticum spectat, appellatur Dalmatia, & Illyricum supra dictum. Ad Septentriones Pannonia vergit: finitur inde Danubio. In ea coloniæ, Æmona, Siscia. Amnes clari, & nauigabiles in Danubium defluunt, Draus è Noricis violentior, Saus ex Alpibus carnice placidior c x v. M. pass. interuallo. Draus per Serretes, Serrapillos, Iafos, Sandrizetes: Saus per Colapianos, Breucosq; Populorum hæc capita. Prætereà Ariuates, Azali, A mantes, Belgites, Catari, Corneates, Arauisci, Hercuniates, Latouici, Ose-^a Eruiet
riates, Varciani. Mōs claudius, cuius in fronte Scordisci, in tergo Taurisci. Insula in Sao Metubarris, amnicarum maxima. Prætereà amnes memorandi, Calapis in Saum influens iuxta Sisciam, gemino alueo insulam ibi efficiens, quæ Segestica appellatur. Alter amnis Bacuntius in Saum Sirmio oppido influit: vbi ciuitas Sirmiensium, & Amatinorum. Inde x l v. M. pass. Taurinum, vbi Danubio miscetur Saus. Suprà influunt Valdanus, Vrapanus, & ipsi non ignobiles.

Mœsia.

CAP. XXVI.

50 **P**annoniæ iungitur prouincia, quæ Mœsia appellatur, ad Pontum vsque cum Danubio decurrens. Incipit à confluente supra dicto. In ea Dardani, celegeri, Triballi, Trimachi, Mœsi, Thraces, Pontoq; contermini Scythæ: flumina clara, è Dardanis Mar-

gis, Pingus, Timachus: ex Rhodope Oescus: ex Hæmo, Vtus, Escamus, Ieterus. Illyrici latitudo, quæ maxima est, c c c x x v. M. passuum, colligit. Longitudo à flumine Arisa ad flumen Drinium d c c c. M. ^a A Drinio ad promontorium Acroceraunium, c l x x i j. M. Agrippa prodidit vniuersum hunc sinum Italiæ & Illyrici ambitu $\overline{x i i i}$. In eo duo maria, quo distinximus sine: Inferum, siue Ionium in prima parte, interius Adriaticum, quod Superum vocât. Insulæ in Aufonio mari præter iam dictas, memoratu dignæ, nul- læ: in Ionio pauca: Calabro litore ante Brundisium, quarum obiectu portus efficitur: contra Apulum litus Diomedea, conspicua monumento Diomedis: & altera eodem no- mine, à quibusdâ Teutria appellata. Illyrici ora mille amplius insulis frequentatur, ^b na- tura vadosi maris, æstuariisq; tenui alueo intercurfantibus. Claræ ante ostia Timauï ca- lidorum fontium cum æstu maris crescentium: iuxta Istrorum agrum, Cissa, Pullariæ, & Absyrtides Graiis dictæ, à fratre Medæ ibi interfecto Absyrto. Iuxta eas Electridas vo- cauere, in quibus proueniret succinum, quod illi electrum appellant vanitatis Græcæ cer- tissimum documentum: adeò vt quas earum designent, haud vnquam constiterit. Con- tra Iader est Lissa: quæque appellatæ contra Liburnos Creteæ aliquot, nec pauciores Liburnicæ, Celadussæ. Contra Surium, bubus & capris laudata Brattia, Issa ciuium Ro- manorum reliqua, & cum oppido Pharia. Ab his Corcyra, Melæna cognominata cum Gnidiorum oppido distat x x i j. M. passuum inter quam & Illyricum Melita, vnde catu- los Melitæos appellari Callimachus autor est. x i j. M. passuum ab ea tres Elaphites. In Ionio autem mari ab Orico M. M. passuum Sasonis piratica statione nota. 20

^a vet. cod. A Drinio ad promontorium Acroceraunium clxx. m. Agrippa prodidit vniuersum autem sinum Italiæ & Illyrici ambitu xiii. ^b natura vadofomari.

C. PLINII SECVNDI NATV- RALIS HISTORIÆ LIBER IIII.

Vnde Primum Græciæ fabulositas, & literarum claritas effulsit.



ER T I V S Europæ sinus Acrocerauniis incipit montibus, fini- tur Helleponto: amplectitur præter minores sinus $\overline{x i x}$. x x v. M. passuum. In eo Epirus, Acarnania, Ætolia, Phocis, Lo- cris, Achaia, Messenia, Laconia, Argolis, Megaris, Attica, Bœotia, iterumque ab alio mari eadem Phocis & Locris, Do- ris, Phthiotis, Thessalia, Magnesia, Macedonia, Thracia. Omnis Græciæ fabulositas, sicut & literarum claritas, ex hoc primùm sinu effulsit. Quapropter in eo paululum commora- bimur. Epiros in vniuersum appellata, Acrocerauniis incipit mōtibus. In ea primi Chaon- es, à quibus Chaonia: dein Thesproti, Antigonenses: locus Aornos, & pestifera auibus ⁴⁰ exhalatio: Cestrini, Perrhæbi, quorum mons Pindus, Cassiopæi, Dryopes, ^c Selli, Hel- lopes, Molossi, apud quos Dodonæi Iouis templum, oraculo illustre: Tomarus mons, centum fontibus circa radices, Theopompo celebratus.

Epirus.

CAPVT I.

EPirus ipsa ad Magnesiā Macedoniāque tendens, à tergo suo Dassaretas supra dictos liberam gentem mox feram Dardanos habet. Dardanis læuo Triballi præ- tenduntur latere, & Mæsicæ gentes: à fronte iunguntur Mædi ac Denselata, quibus Thraces, ad Pontum vsque pertinentes. Ita succincta Rhodopes, mox & Hæmi vallatur excelstitas. In Epiri ora castellum in Acrocerauniis Chimæra, sub eo aquæ regiæ fons. Oppida Mæandria, Cestria: flumen Thesprotiæ Thyamis: colonia Buthrotum, maxi- ⁵⁰ meq; nobilitatus Ambracius sinus, ^d faucibus spatiosum æquor accipiens longitudinis xxxix.

^d Faucibus quingetorū pass. spatiosi æquor acci- piens

x x x i x. M. pass. latitudinis. x v. M. In eum defertur amnis Acheron, è lacu Thesprotiæ Acherusia profluens x x x v j. M. pass. inde, & mille pedum ponte mirabilis omnia sua mirantibus. In sinu oppidum Ambracia. Molossorum flumina, Aphas & Arachthus. Ciuitas Anaetoria, lacus Pandosia. Acarnaniæ, quæ antea Curetis vocabatur, oppida He-^{a locur.} ractia, Echinus, & in ore ipso colonia Augusti Actium, cum tempio Apollinis nobili, ac ciuitate libera Nicopolitana. Egressos sinu Ambracio in Ionium, excipit Leucadium litus, promontorium Leucates. Dein sinus ac Leucadia ipsa peninsula, quondam Neritis appellata, opere accolarum abscisa à continenti, ac reddita ventorum flatu congeriem harenæ accumulantium, qui^b lacus vocatur Dioryctos, stadiorum longitudine trium,^{b locur.}

10 Oppidum in ea Leucas, quondam Neritum dictum. Deinde Acarnanū vrbes, Halyzea, Stratos, Argos Amphiloichicum cognominatum. Amnis Achelous è Pindo fluens, atque Acarnaniam ab Ætolia dirimens, & Artemitam insulam assiduo terræ inuectu conti-

Ætolia.

CAP. II.

A Etolorum populi Athamanes, Tympei, Ephyri, Ænienses, Perrhæbi, Dolopes, Maraces, Atraces, à quibus Atrax amnis Ionio mari infunditur. Ætoliæ oppidum Calydon est septem millium quingentorum passuum à mari, iuxta Euenum amnem. Dein Macynia, Molycrìa: cuius à teigo Chalcis, & mons est Taphiassus. At in ora promontorium Antirrhium, vbi ostium Corinthiaci sinus, minus mille passuum

20 latitudine influentis, Ætolosque dirimentis à Peloponneso. Promontorium, quod contra procedit, appellatur Rhion: sed in Corinthiaco sinu oppida Ætoliæ Naupaetum, Pylene: & in mediterraneo Pleuron, Halyfarna. Montes clari, in Dodone Tomarus, in Ambracia Crania, in Acarnania Aracynthus: in Ætolia Acanthon, Panætolum, Macinium.

Locri.

CAP. III.

Proximi Ætolis Locri, qui cognominantur Ozolæ, immunes. Oppidum Oeanthe, Portus Apollinis Phæltij, sinus Crissæus. Intus oppida Argyna, Eupalia, Phæstum, Calamissus. Ultra Cirrhæi Phocidis campi, oppidum Cirrha, portus Chalæon, à quo

30 v i j. M. passuum introrsus liberum oppidum Delphi, sub monte Parnasso, clarissimum in terris oraculo Apollinis. Fons Cattalius, amnis Cephissus præfluens Delphos, ortus in Lilæa quondam vrbe. Præterea oppidum Crissa, & cum Bulensibus Anticyra, Naulochum, Pyrrha, Amphissa immunis, Trichone, Tritæa, Ambrysus, Drymæa regio, Daulis appellata. Dein in intimo sinu angulus Bœotiæ alluitur cum oppidis, Siphis, Thebis, quæ Corsicæ cognominatæ sunt iuxta Heliconem, Tertium ab hoc mari Bœotiæ oppidum Pagæ, vnde Peloponnesi profilit ceruix.

Peloponnesus.

CAP. IIII.

Peloponnesus, Apia antè appellata & Pelasgia, peninsula haud vlli terræ nobilitate postferèda, inter duo maria, Ægæum & Ionium, platani folio similis, propter angulosos recessus, circuitu d l x i i j. M. passuum colligit autore Isidoro. Eadem per sinus

40 penè tantundem adiicit. Angustia, vnde procedit, Isthmos appellantur. In eo loco irumpentia è diuerso, quæ dicta sunt, maria, à Septentrione & exortu eius omnem ibi latitudinem vorant, donec contrario incurfu æquorum tantorum, in quinque M. pass. interuallo, ex eis vtrinque lateribus, angusta ceruice Peloponnesum contingat Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur sinus: c Lecheum, vti Strab. & Ptolem. d angustias ea tentauere, re,

50 l x x v i j. M. pass. ad Corinthiacum sinum traiectus est Patras à Leucade. Patræ colonia

in longissimo promontorio Peloponnesi cōdita, ex aduerso Ætoliæ & fluminis Eueni, minus M. pa. (vt dictum est) interu allo, in ipsis faucibus, sinū Corinthiacum l x x v. M. pass. in longitudinem vsque ad Isthmon transmittunt.

Achaia.

C A P. V.

A Chaia nomen prouinciæ, ab Isthmo incipit: antè Ægialos vocabatur, propter vrbes in litore per ordinem dispositas. Primæ ibi, quas diximus ^a Lechæ Corinthiorum portus. Mox Oluros, Pellenæorum castellum. Oppida Helice, Bura, ^b in quæ refugere haultis prioribus, Sicyon, Ægira, Ægion, Erineos. Intus Cleone, Hysia. Panhormus portus, demonstratumque iam Rhium: à quo promontorio quinque M. passuum absunt Patræ, quas suprâ memorauimus: locus Pheræ. In Achaia, ix. montium Scioëssa ¹⁰ notissimus, fons Cymothoë. Ultra Patras oppidum Olenū, colonia Dyme, loca Buprasium, Hyrmine, promontorium Araxum. Cyllenes sinus, promontorium Chelonates: vnde Cyllenen duo M. pass. castellum Phliūs. Quæ regio ab Homero Arethya dicta, postea Asophis. Inde Eliorum ager, qui antea Epei vocabantur. Ipsa Elis in mediterraneo, & à Pylo x ij. M. pass. Intus delubrum Olympij Iouis, ludorum claritate factos Græciæ complexum. Pisæorum quondam oppidum, præfluente Alpheo amne. At in ora promontorium Ichthys. Amnis Alpheus nauigatur in oppida Aulos & Lepriō. Promontorium Plataniſtus: omnia hæc ad Occasum versa. Ad Meridiē autem Cyparissius sinus cum vrbe Cyparissa l x x ij. millium passuū circuitu. Oppida Pylos, Methone: locus Helos, promontorium Acritas. sinus Asineus, ab oppido Asine, Coronæus à Corone. Finiū- ²⁰ tur Tænaro promontorio. Ibi regio Messenia duodeuiginti montium. Amnis Pamifus. Intus autem ipsa Messene, Ithome, Oechalia, Arene, Pteleon, Thryon, Dorion, Zancle, variis clara tēporibus. Huius sinus circuitus l x x x. M. p. traiectus verò x d x. M. Dehinc à Tænaro ager Laconicus, liberæ gentis: & sinus circuitu c c v j. M. traiectu x x x i x. M. Oppida Tænarum, Amyclæ, Pheræ, Leuctra, & intus Sparta, Theramne, atque vbi fuere Cardamyle, Pitane, Anthane: Locus Thyrea, Gerania. Mōs Taygetus, amnis Eurotas, sinus Ægyloides, oppidum Psammathus. Sinus Gytheates ab oppido: ex quo ad Cretam insulam certissimus cursus. Omnia autem Maleo promontorio includuntur. Qui sequitur sinus ad Scyllæum, Argolicus appellatur, traiectu quinquaginta M. pass. idem ambitu centum septuagintaduorum millium. Oppida Boea, Epidaurus Limeræ cognomine, Za- ³⁰ rax, Cyphanta portus Amnes, Inachus, Erasinus, inter quos Argos hippium coguominatum, supra lacum Lernæ, à mari MM. pass. nouēque additis millibus, Mycenæ: & vbi fuisse Tiryntha tradunt: & locus Mantinea. Mōtes, Artemius, Apesantus, Asterion, Parparus, aliique vndecim numero. Fontes Niobe, Amymone, Psammathe. A Scyllæo ad Isthmum c l x x vi j. M. pass. Oppida Hermione, Træzen, Coryphasium: appellatumq; aliās Inachium, aliās Dipsum Argos. Portus Cænites, sinus Saronicus olim querno nemore redimitus, vnde nomen, ita Cræcia antiqua appellante quercum. In eo Epidaurum oppidum, Æsculapij delubro celebre: Spiræum promontorium, portus Anthedon, & Bucephalus: & quas suprâ dixeramus, Cenchreæ, Isthmi pars altera cum delubro Neptuni quinquennialibus inclyto ludis. Tot sinus Peloponnesem oram lancinant, tot maria ⁴⁰ allatrant. Siquidem à Septentrione Ionium irrupit, ab Occidente Siculo pulsatur, à Meridie Cretico vrgetur, ab Oriente brumali Ægæo, ab Oriēte solstitiali Myrtoo: quod à Megarico incipiens sinu, totam Atticam alluit.

De Arcadia.

C A P. V I.

Mediterranea eius Arcadia maximè tenet, vndique à mari remota: initio Drymōdis, mox Pelasgis appellata. Oppida eius, Psophis, Mantinea, Stymphalum, Tegea, Antigonea, Orchomenum, Pheneum, Palatium, vnde Palatium Romæ: Megalopolis, Catina, Bocalium, Carmon, Parrhasia, Thelphusa, Melanæa, Heræa, Pyle, Pellana, Agræ, Epium, Cynætha, Lepreon Arcadiæ, Parthenium, Alea, Methydrium, Enispe, Macistum, Lampe, Clitorium, Cleone, inter quæ duo oppida regio Nemea, Bembiniadia ⁵⁰ citata. Montes in Arcadia, Pholoë cum oppido, item Cyllene, Lyccus, in quo Lycei Iouis

uis delubrum: Mænalus, Artemisius, Parthenius, Lampeus, Nonacris: præterque ignobiles octo. Amnes, Ladon è paludibus Phenei, Erymanthus è monte eiusdem nominis in Alpheum defluentes. Reliquæ ciuitates in Achaia dicendæ, Aliphiræi. Abeatæ, Pyrgenses, Pareatæ, Paragenitæ, Tortuni, Typanei, Thryasij, Trittenses. Vniuersæ Achaia libertatem Domitius Nero dedit. Peloponnesus, in latitudine à promontorio Maleæ, ad oppidum^a Lechæum Corinthiaci sinus c l x. M. pass. patet. At in transfuersum ab Elide Epidaurum c x x v. M. Ab Olympia Argos per Arcadiam l x i i j. M. Ab eodem loco ad Phliunta dicta mensura est. Vniuersa autem, velut pensante æquorum incurfus natura, in montes v j. atque l x x. attollitur.

Græcia, & Attica.

CAP. VII.

AB Isthmi angustiis Hellas incipit, nostris Græcia appellata. In ea prima Attica, antiquitus Aîte vocata. Attingit Isthmum parte sui, quæ appellatur Megaris, à Colonia Megara: è regione Pagarum. Duo hæc oppida excurrente Peloponneso sita sunt vtraque ex parte, velut in humeris Helladis. Pagæ & amplius Ægosthenienses contributi Megarensibus: in ora autem portus Shænus. Oppida Sidûs, Cremyon, Scironia fax i i j. M. longitudine, Geranea, Megara, Eleusin. Fuere & Oenoa, Probalinthos: nunc sunt ab Isthmo quinquaginta duo M. pass. Piræus & Phalera portus, quinque M. pass. muro recedentibus Athenis iuncti. Libera hæc ciuitas, nec indiga vllius præconij amplius: tanta claritas superfluit. In attica fontes, Cephissia, Larine, Collirrhoë, Enneacrunos. Montes, Brileffus, Ægialeus, Icarius, Hymettus, Lycabetus: amnis Ilissos. A Pyræo x l i j. M. pass. Sunium promontorium, Doriscum promontorium. Potamos, Brauron, quondam oppida. Rhamnûs pagus, locus Marathon, campus Thriasus, oppidum Melita, & Oropus, in confinio Bœotia. Cuius Anthedon, Onchestos, Thespiæ liberû oppidum, Lebadea: nec cedentes Athenis claritate, quæ cognominantur Bœotia Thebæ, duorum numinum Liberi atque Herculis (vt volunt) patria. Et musis natale in nemore Heliconis assignant. Datur & his Thebis saltus Cithæron, amnis Ismenus. Præterea fontes in Bœotia, Oedipodia, Psammate, Dirce, Epigranea, Arethusa, Hippocrene, Aganippe, Gargaphie. Montes extra prædictos, Mycaleffus, Adylifus, Acontius. Reliqua oppida, inter Megaram & Thebas Eleutheræ, Haliartus, Plataæ, Pheræ, Aspledon, Hylæ, Thisbe, Erythræ, Glissas, Copæ: iuxta Cephissum amnem Lamia & Anichia: Medeon, Phligone, Grephis, Coronæa, Chæronia. In ora autem infra Thebas, Ocale, Elæon, Scolos, Schænos, Peteon, Myriæ, Mycaleffus, Hyreseon, Pteleon, Olyros, Tanagra liber populus, & in ipsis faucibus Euripi, quem facit obiectu insulæ Eubœæ, aulis capaci nobilis portu. Bœotos Hyantas antiquitus dixere. Locri deinde Epicnemidij cognominantur, olim Leleges appellati, per quos amnis Cephissus defertur in mare. Oppida, Opûs, vnde Opuntinus sinus, Cynos. Phocidis in litore vnum Daphnûs. Introrsus in Locris Elatea, & in ripa Cephissi (vt diximus) Lilæa, Delphosque versus Cnemis, & Hyampolis. Rursus Locrorum ora, in qua Larymna, Thronium, iuxta quod Boagrius amnis defertur in mare. Oppida Narycion, Alope, Scarphia. Postea Maliacus sinus ab incolis dictus: in quo oppida, Halcyone, Econia, Phalara. Doris deinde, in qua Sperchios, Erineon, Boion, Pindus, Cytinum. Doridis à tergo mons est Oeta. Sequitur mutatis sæpe nominibus Æmonia. Eadem Pelasgicum Argos, Hellas, eadem Thessalia, & Dryopis, semper à regibus cognominata. Ibi genitus Rex nomine Græcus, à quo Græcia: ibi Hellen, à quo Hellenes. Hos eosdem Homerus tribus nominibus appellauit, Myrmidonas, & Hellenas, & a chæos. Ex his Phthiotæ nominantur Dorida accolentes. Eorum oppida, Echinus in faucibus Sperchij fluminis, Thermopylarum angustie: quo argumento i i j. M. pass. inde Heraclea, Trachin dicta est. Mons ibi Callidromus: oppida celebria, Hellas, Halos, Lamia, Phthia, Arne.

Thessalia.

CAP. VIII.

IN Thessalia autem Orchomenus, Minyeus antea dictus: & oppidum Almon, ab aliis Elmon, Atrax, Pelinna, fons Hyperia. Oppida, Pheræ, quarum à tergo Pierus ad

Macedoniam protenditur, Larissa, Gomphi, Thebæ Thessaliæ, nemus Pteleon, sinus Pagasicus. Oppidum Pegasa, idem postea Demetrias dictum, Tricca, Pharsalici campi cuncta ciuitate libera, Cranon, Iletia. Montes Phthiotidis, Nymphæus, quodam topiario naturæ opere spectabilis: Buzygæus, Donacesa, Bermius, Daphissa, Chimerion, Athamas, Stephane. In Thessalia sunt quatuor atque triginta quorum nobilissimi Cerceti, Olympus, Pierus, Ossa: cuius ex aduerso Pindus & Othrys, Lapitharum sedes: hi ad Occasum vergentes: ad Ortus, Pelios: omnes theatri modo inflexi, cuneatis ante eos septuaginta quinque urbibus. Flumina Thessaliæ, Apidanus, Phœnix, Enipeus, Onochonus, Pamisus. Fons Messis. Lacus Bœbeis. Et ante cunctos claritate Peneus, ortus iuxta Gomphos: interque Ossa & Olympum nemorosa conualle defluens quingentis stadiis, dimidio eius spatio nauigabilis. In eo cursu Tempe vocantur quinque mil. passuum longitudine, & ferme sequi iugeri latitudine, ultra visum hominis attollentibus se dextera læuâque leniter conuexis iugis. ^a Intus sua luce viridante allabitur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus auium concentu. Accipit amnem ^b Euroton, nec recipit, sed olei modo supernatantem (vt dictum est Homero) breui spatio portatum abdicat: pœnales aquas dirisque genitas, argenteis suis misceri recusans.

^a Intus vero luce viridante

^b Eurotam, vt apud Strabonem.

Magnesia.

C A P. I X.

Thessaliæ annexa Magnesia est, cuius fons Libethra. Oppida, Iolcus, Hormetium, Pyrrha, Methone, Olizon. Promontorium Sepias. Oppida, Castana, Spalathra. Promontorium Æantium. Oppida, Melibœa, Rhifus, Erymne: ostium Penei, oppida Homolium, Orthe, Thespiæ, Phalanna, Thaumaciæ, Gyrtion, Cranon, Acarne, Dotion, Melitea, Phylace, Potniæ, Epiri, Achaïæ, Atticæ, Thessaliæ in porrectum longitudo quadringentorum octoginta mil. pass. traditur, latitudo ducetorum octoginta septem millium.

Macedonia.

C A P. X.

Macedonia postea centum quinquaginta populorum, duobus incluta regibus, quodamque terrarum imperio, Emathia antea dicta. Hæc ad Epiroticas gentes in Solis occasum recedens post terga Magnesiæ atque Thessaliæ, infestatur à Dardanis. ³⁰ Partem eius Septentrionalem Pæonia ac Pelagonia protegunt à Triballis. Oppida, Ægæ, in quo mos sepelire reges: Berœa: & in regione, quæ Pieria appellatur à nemore, Æginium. In ora Heraclea, flumen Apilas: Oppida, Phina, Oloros. Amnis Haliacmon. Intus Haloritæ, Vallei, Phylacei, Cyrrethæ Tyriffi. Pella colonia. Oppidum Stobi ciuium Romanorum. Mox Antigoniam, Europus ad Axium amnem, eodemque nomine, per quod Rhœdias fluit. Heordeæ, Scydra, Mieza, Gordiniæ. Mox in ora Ichnæ, fluius Axius. Ad hunc finem Dardani, Treres, Pieres, Macedoniam accolunt. Ab hoc amne Pæoniæ gentes, Parorei, Heordenses, Almopij, Pelagones, Mygdones. Motes. Rhodope, Scopius, Orbelus. Dein præiacente gremio terrarum, Arethusij, Antiochienses, Idomenenses, Doberienenses, Trienses, Allantenses, Audaristenses, Moryllij, Garesci, Lyncestæ, Othrionei, & liberi Amantini atque Orestæ, coloniæ Bullidensis & Diensis: Xylopolitæ, Scotuffei liberi, Heraclea Sintica, Timphei, Coronæi. In ora sinus Macedonici oppidum Chalastria, & intus Phileros, Lete: medioque flexu litoris Thessalonica, liberæ conditionis. Ad hanc à Dyrrachio cxi iij. millia pass. Therme. In Thermaico sinu ^c Crestone. oppida, Dicæa, Pydna, Derrha, Scione. Promontorium Canastræum. Oppida, Pallenæ, Phlegra. Qua in regione montes, Hypsizorus, Epitus, Alchione, Leuomne. Oppida, Nissos, Brygion, Eleon, Mendæ, & in Pallenensi Isthmo quondam potidæa, nunc Cassandria colonia: Anthemus, Holophyxos sinus, Meczyberna. Oppida Phylcella, Ampelos, Torone, Singos: fretum, quo montem Athon Xerxes rex persarum continenti abscidit, in longitudine passuum m. cccc. Mons ipse à planitie excurrit in mare lxxv. mil. passuum. Ambitus radicis centum quinquaginta mil. colligit. Oppidum

in ca-

in cacumine fuit ^a Acroton. Nunc sunt Vranopolis, Palæotrium, Thyssus, Cleone, Apollonia, cuius incolæ Macrobij cognominantur. Oppidum Cassera, faucesq; altere Isthmi, Acanthus, Stagira, Sitone, Heraclea, & regio Mygdoniæ subiacens, in qua recedentes à mari Apollonia, Arethusa. In ora rursus Posidium, & sinus cum oppido Cermoro, Amphipolis liberum, gens Bisaltæ. Dein Macedonia terminus amnis Strymon, ortus in Hæmo. Memorandum, in septem lacus eum fundi, priusquam dirigat cursum. Hæc est Macedonia, terrarum imperio potita quondam: hæc Asiam, Armeniam, Iberiã, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum, Taurum, Caucasum transgressa: hæc in Bactris, Medis, Persis dominata, toto Oriente possessio: hæc etiam Indiæ victrix, per vestigia Liberi patris atque Herculis vagata: hæc eadem est Macedonia, cuius vno die Paulus Æmilius Imperator noster lxxij. vrbes direptas vendidit. Tantam differentiam fortis præstiteret duo homines.

Thracia.

CAP. XI.

Thracia sequitur, inter validissimas Europæ gentes, in strategias l. diuisa. Populorum eius, quos nominare non pigeat, amnem Strymonem accolunt dextero latere Densetæ, & Mædi, Bisaltas vsque supra dictos: læuo, Digeri, Bessorumque multa nomina, ad Nestum amnem Pangæi montis ima ambientem, inter Eletos, Diobefos, Carbilefos, inde Brysas, Sapæos. Odomantes Odryfarum gens infundit Hebrum accolentibus Carbiletis, Pyrogeris, Drugeris, Cænicis, Hypsalties, Benis, Corpillis, Botiæis, Edonis. Eodem sunt in tractu Selletæ, Priantæ, Dolonçæ, Thyni, Celetæ, maiores Hæmo, minores Rhodopæ subditi. Inter quos Hebrus amnis. Oppidum sub Rhodope Poneropolis antea, mox à conditore Philippopolis, nunc à situ Trimontium dicta. Hæmi excelsitas sex mil. pass. subitur. Auerfa eius & in Istrum deuexa Mæsi, Getæ, Aoti, Gaugdæ, Clariæque, & sub iis Arræi Sarmatæ, quos Areatas vocant, Scythæque, & circa Ponti litora Moriseni, Sithonisque Orphei vatis genitores obtinent. Ita finit Ister à Septentrione. Ab Ortu Pontus ac Propontis. A Meridie Ægæum mare cuius in ora à Strymone, Apollonia, Oesima, Neapolis, Pastos. Intus Philippi colonia: absunt à Dyrrachio cccxxv. mil. pass. Scotusa, Topiris, Nesti amnis ostium. Mons Pangæus. Heraclea, Olynthos, Abdera libera ciuitas, stagnum Bistonum & gens. Oppidum fuit Tinda, Diomedis, equorum stabulis dirum. Nunc sunt Diceæ, Ismaron, locus Parthenion, Phalesina, Maronea, prius Ortagea dicta. Mons, Serrium & Zone, tum locus Doriscus decem mil. hominum capax. Ita Xerxes ibi dinumerauit exercitum. Os Hebri. Portus Stentoris, Oppidum Ænos liberum cum Polydori tumulo, Ciconum quondam regio. A Dorisco incuruatur ora ad Macronichos centum viginti duorum mil. pass. Circa quem locum fluuius Melas, à quo sinus appellatur. Oppida, Cypsella, Bisanthe, Macronichos dictum, qua à Propontide ad Melanem sinum inter duo maria porrectis muris procurrentem excludit Cherrhonesum. Nanque Thracia altero latere à Pontico litore incipiens, vbi Ister amnis immergitur, vel pulcherrimas in ea parte vrbes habet Istropolin Milesiorum, Tomos Calatinque, quæ antea Aceruetis vocabatur. Heracleam habuit, & Bizonem terræ hiatu raptam: nunc habet Dionysopolin, Cruenos antea dictam. Alluit Zyras amnis. Totum eum tractum Scythæ Aroteres cognominati tenuere. Eorum oppida Aphrodisias, Libistos, Zigere, Borcobe, Eumenia, Parthenopolis, Gerania, vbi Pygmæorum gens fuisse proditur, quos Catizos Barbari vocant, creduntque à gruibus fugatos. In ora à Dionysopoli est Odeffus Milesiorum. Flumen, Pamifus. Oppidum, Tetranulochus. Mons Hæmus vasto iugo procumbens in Pontum, oppidum habuit in vertice Aristæum. Nunc in ora Mesembria, Anchialum, vbi Messa fuerat. Astice regio. Fuit oppidum Anthium, nunc est Apollonia. Flumina Panissa, Rira, Tearus, Orsines. Oppida, Thynnias, ^b Almedessos, Deuelton cum stagno, quod nunc Deultum vocatur, veteranorum: Phinopolis, iuxta quam Bosphorus. Ab Istri ostio ad os Ponti pass. cccclv. mil. alij fecere. Agrippa adiecit quadraginta. Inde ad murum supra dictum centum quinquaginta ab eo Cherronesus cxxvj. mil. Sed à Bosphoro sinus Calthenes. Portus senum, & alter qui mulierum

^a Acroathio Pomp.^b Halmydisus, Procl. Pæp. & Xenop. Aut certe Salinydesus, Herm. Strab. & Steph.

cognominatur. Promontorium, Chryſoceras, in quo oppidum Byzantium liberæ conditionis, antea Lygos dictum, abest à Dyrrhachio septingentis vndecim millibus passuum. Tantum patet longitudo terrarum inter Adriaticum mare & Propontidem. Amnes, Bathynias, Pydaras, siue Atyras. Oppida, Selymbria, Perinthus latitudine ducentorum passuum continenti adnexa. Intus Byzia, arx regum Thraciæ, à Tereï nefasto crimine inuisa hirudinibus. Regio Cænica, colonia Flauïopolis, vbi antea Zela oppidum vocabatur. Et à Byzia quinquaginta mill. passuum Apro colonia, quæ à Philippis abest centum octoginta octo mill. pass. At in ora amnis Erginus, oppidum fuit Gonos: describitur & Lyſimachia iam in Cherrhoneso. Alius nanque ibi Isthmos angustia simili est, eodem nomine & pari latitudine. Illustrant duæ vrbes vtrinque litora, quæ haud dissimili modo tenuere, Pactie à Propontide, Cardia à Melane sinu: hæc ex facie loci nomine accepto: vtræque comprehensæ postea Lyſimachia quinque mill. pass. à Longis muris, Cherrhonesos à Propontide habuit Tyrifasin, Crithoten, Cissam flumini Ægos appositam: nunc habet à colonia Apro x x x i j. mill. pass. Resiston, ex aduerso coloniæ Parianæ. Et Helleſpontus, septem (vt diximus) stadiis Europã ab Asia diuidens, quatuor illic inter se contrarias vrbes habet, in Europa Callipolin & Seston, in Asia Lampſacum & Abydon. Dein promontorium Cherrhonesi Mastusia aduersum Sigeo, cuius in fronte obliqua Cynossēma: ita appellatur Hecubæ tumulus, statio Achæorum. Turris & delubrum Proteſilai. Et in extrema Cherrhonesi fronte, quæ vocatur Æolium: oppidum Elæus. Dein petenti Melanen sinum portus Cælos, & Panhormus, & supra dicta Cardia. Tertius Europæ sinus ad hunc modum clauditur. Montes extra prædictos Thraciæ Edonus, Gigemoros, Meritus, Melamphyllon. Flumina in Hebrum cadentia Bargus, Suemus. Macedoniæ, Thraciæ, Helleſponti longitudo supra dicta. Quidam septingentorum viginti mill. faciunt. Latitudo trecentorum octoginta trium mill. est. Ægeo mari nomen dedit scopulus^a inter Tenedum & Chium veriùs, quàm insula, Æx nomine à specie capræ, quæ ita Græcis appellatur, repente in medio mari exiliens. Cernunt eum à dextra parte Andrum nauigantes ab Achaia, dirum ac pestiferum. Ægei pars Myrtoo datur: appellatur ab insula parua, quæ cernitur Macedoniam à Geresto petentibus haud procul Eubœæ Caryſto. Romani omnia hæc maria duobus nominibus appellant: Macedonicum, quodcunque Macedoniam aut Thraciam attingit: Græciense, quæ Græciam alluit. Nam Græci & Ionium diuidunt in Siculum, ac Creticum, ab insulis. Item Icarium, quod est inter Samum, & Myconum. Cætera nomina sinus dedere, quos diximus. Et maria quidem gentesque in tertio Europæ sinu ad hunc modum se habent.

^a inter Tenedum
& Chium

Insulæ inter eas terras, inter quas Creta, Eubœa, Cyclades, Sporades, Helleſponti, Ponti, Mæotidis, Dacia, Sarmatia, Scythiæ.

C A P. XII.

Insulæ autem ex aduerso Thesprotiæ Corcyra, à Buthroto duodecim mill. pass. eadem. Ab Acrocerauniis quinquaginta mill. cum vrbe eiusdem nominis Corcyra liberæ ciuitatis, & oppido Cassiope, temploque^b Cassij Iouis, passuum nonaginta septem mill. in longitudinem patens: Homero dicta Scheria & Phæacia, Callimacho etiam Drepane. Circa eam aliquot, sed ad Italiam vergens Thoronos, ad Leucadiam Paxæ duæ, quinque M. discretæ à Corcyra. Nec procul ab iis ante Corcyram Ericusa, Marate, Elaphusa, Malthace, Trachie, Pytionia, Ptychia, Tarachie. Et à Phalacro Corcyræ promontorio scopulus, in quem mutata Vlixis nauem à simili specie fabula est. Ante Leucadiam Sybota. Inter Leucadiam autem & Achaiam permultæ: quarum Teleboides, eadem quæ Taphiæ, ab incolis ante Leucadiam appellantur, Taphias, Oxia, Prinoessa: & ante Ætoliã Echinades, Ægialia, Cotonis, Thyatira, Geoaris, Dionysia, Cynus, Chalcis. Pinara, Myſtus. Ante eas in alto Cephalenia, Zacynthus, vtræque liberæ, Ithaca, Dulichium, Same, Crocylea, Paxos. Cephalenia quondam Melæna dicta, vndecim mil. pass. abest, circuitu patet xli i j. Same diruta à Romanis: adhuc tamen oppida tria habet. Inter

^b Cassio-
pe Iouis,

ter hanc & Achaiam cum oppido magnifica & fertilitate præcipua Zacynthus, aliquando appellata Hyrie, Cephaleniæ à meridiana parte xxii. M. abest. Mons Elatus ibi nobilis. Ipsa circuitu colligit xxxvi. M. Ab ea Ithaca xii. M. distat, in qua mons Neritus. Tota verò circuitu patet xxv. M. pass. Ab ea Araxum Peloponnesi promontorium xii. M. pass. Ante hanc in alto Asteris, Prote: ante Zacynthum xxxv. M. pass. in Eurum ventum Strophades duæ, ab aliis Plotæ dictæ. Ante Cephaleniam Letoia. Ante Pylum tres Sphagiæ, & totidem ante Messenen Oenussæ. In Asinæo sinu tres Thyrides: in Laconico Teganusa, Cothon, Cythera cum oppido, antea Porphyris appellata. Hæc sita est à Maleæ promontorio v. m. pass. ancipiti propter angustias ibi nauium ambitu. In Argolico Pityusa, Irine, Ephyre: contra Hermionium agrum Tipareus, Epiropia, Colonis, Aristera: contra Træzenium Calauria, quingentos passus distans: Plateis, Belbina, Lafia, Baucidias. Contra Epidaurum Cecryphalos, Pityonesos vi. mil. passuum à continete. Ab hac Ægina liberæ conditionis xvii. mil. pass. cuius xx. mil. pas. præternaugatio est. Eadem autem à Piræo Atheniensiu portu xii. M. pass. abest, antè Oenone vocitata. Spiræo promontorio obiacent Eleusa, Dendros, Craugiæ duæ, Cæciæ duæ, Selachusa, Cenchreis, Aspis. Sunt & in Megarico sinu Methurides quatuor. ^a Æglia autem xv. M. pass. ^a Æglia à Cythera: eadèmq; à Cretæ Phalafarna oppido xxv. M. pas. Ipsa Creta altero latere ad Austrum, altero ad Septentrionem versa inter Ortum Occasumque porrigitur, centum vrbium clara fama. Dosiades eam à Creta nymp^b Hesperidis filia, Anaximander à rege Curetum: Philistides, Mallotes Crates primum Aeriam dictam, dein de postea Curetin: & Macaron nonnulli à temperie celi appellatam existimauere. Latitudine nusquam quinquaginta mil. passuum excedens, & circa mediam sui partem maximè patens, longitudine implet cclxx. M. passuum circuitu ccccc. lxxxix. flectensque se in Creticum pelagus ab ea dictum, quà longissima est ad Orientem Sammonium promontorium aduersum Rhodo, ad Occidentem Criu metopon Cyrenas versus expellit. Oppida eius insignia, Phalafarne, Elæa, Cysamum, Pergamum, Cydon, Minoum, Apterion, Pantomatrium, Amphimalla, Rhythmna, Panhormum, Cyteum, Apollonia, Matium, Heraclea, Miletos, Ampelos, Hierapytna, Lebena, Hierapolis: & in mediterraneo, Gortyna, Phæstum, Gnosus, Polyrrhenium, Myrina, Lycastus, Rhamnus, Lyctus, Diu, Afum, Pyloros, Rhytion, Clatos, Phare, Holopyxos, Lasos, Eleuthernæ, Therapne, Marathusa, Cytinos: & aliorum circiter lx. oppidorum memoria extat. Montes, Cadiscus, Idæus, Dictæus, Corycus. Ipsa abest promontorio suo, quod vocatur Criu metopon, vt prodit Agrippa, à Cyrenarum promontorio Phycunte ccxxv. M. passuum. Item cadisco à Malea Peloponnesi lxxx. a carpatho insula promontorio Sammonio lx. M. in Fauonium ventum. Hæc inter eam & Rhodum interiacet. Reliquæ circa eam ante Peloponnesum duæ coricæ, totidè Myle: & latere Septentrionali, dextera Cretam habenti, contra cydoniam Leuce, & duæ Budoræ. contra Matium cia. contra Itanum promontorium Onisa, Leuce: contra Hierapytnam, chrysa, Gaudos. Eodem tractu Ophiussa, Butoa, Rhamnus: circumuectisque criu metopon, tres ⁴⁰ Musagores appellatæ. ante Sammonium promontorium, Phocæ, Platiæ, Sirnides, Naulochos, Armedon, Zephyre. At in Hellade, etiamnum in Ægeo, Lichades, Scarphia, Carefa, Phocaria, complurèsque aliæ ex aduerso Atticæ sine oppidis, & ideo ignobiles. Sed contra Eleusina clara Salamis, ante eam Pfyntalia: à Sunio verò Helene quinque M. pass. distans. dein ceos ab ea totidem, quam nostri quidam dixerè ceam, Græci & Hydrussam. Auulsa Eubœæ, quingentis longa stadiis fuit quondam: mox quatuor ferè partibus, quæ ad Bœotiam vergebant, eodem mari deuoratis, oppida habet reliqua, Iulida, carthæam: intercidere Coreffus, Pæcessa. Ex hac profectam delictiorem fœminis vestem, autor est Varro. Eubœa & ipsa auulsa Bœotiæ, tam modico interfluente curipo, vt ponte iungatur, ad Meridiem promontoriis duobus, Gereffo ad Atticam ⁵⁰ vergente, & ad Hellepontum caphareo insignis, à Septentrione Ceneo, nusquam latitudinem vltra xl. M. passuum extendit, nusquam intra xx. M. contrahit: sed in longi-

c in vet. cod.
Nusquam lati-
tud. nè vtræ
xx. M. pas. ex-
tendit, nusquam
intra ii. m. cō-
trahit. Stra-
c. l. stadior. m.
Pomp. chorū
millium.

tudinem vniuersæ Bœotia, ab Attica Theſſaliam vsque præſenta in cl. mil. paſſ. circuitu
 verò trecenta ſexaginta quinque: abeſt ab Hellesponto parte Capharei cccxxv. millia
 paſſuum, vrbibus clara quondam, Pyrrha, Porthmo, Meſo, Cerintho, Oreo, Dio, Æde-
 pſo, Ocha, Oechalia, nunc Calcide, cuius ex aduerſo in continenti Aulis eſt: Gereſto, E-
 retria, Caryſto, Oritano, Artemiſio, fonte Arethufa, flumine Lelanto, aquisque calidis,
 quæ Hellopiæ vocatur, nobilis: notior tamè marmore Caryſtio, antea vocitata eſt Chal-
 codontis, aut Macris, vt Dionyſius & Ephorus tradunt: vt Ariſtides, Macra: vt Callide-
 mus, Chalcis, ære ibi primùm reperto: vt Menæchmus, Abâtias: vt Poëtæ vulgo, Afopis,
 Extra cam in Myrtoo multæ, ſed maximè illuſtres Glauconneſos, & Ægilia. Et à pro-
 montorio Gereſto, circa Delum in orbem ſitæ (vnde & nomē traxere) Cyclades. Prima
 earum Andrus cum oppido, abeſt à Gereſto x. mil. paſſuum, à Ceo xxxix. mil. Ipſam
 Myrſilus Cauron, deinde Antandron cognominatam tradit, Callimachus Laſiam, alij
 Nonagriam, Hydruſſam, Epagrin. Patet circuitu xciii. mil. paſſuum. Ab eadem Andro
 paſſus mille, & à Delo quindecim mil. Tenos cum oppido xv. mil. paſſuum porrecta,
 quam propter aquarum abundantiam Ariſtoteles Hydruſſam appellatam ait, alij
 Ophiuſſam. Cæteræ Myconos cum monte Dimafto, à Delo quindecim mil. paſſuum
 Scyros, Siphnus, antè Meropia, & Acis appellata, circuitu vigintiocto mil. paſſuum. Se-
 riphus duodecim Præpeſinthus, Cythnos. Ipſaque longè clariffima, Cycladum media,
 templo Apollinis & mercatu celebrata, Deos: quæ diu fluctuata (vt proditur) ſola mo-
 tum terræ non ſenſit ad M. Varronis ætatem. Mutianus prodidit bis concuſſam. Hanc
 Ariſtoteles ita appellatam prodidit, quoniam repente apparuerit enata. Ægloſthenes
 Cynthiam, alij Ortygiam, Alteriam, Lagiam, Chlamydiam, Cynethum, Pyrpilen,
 igne ibi primùm reperto. cingitur quinque millia paſſuum, aſurgit cyntho monte.
 Proxima ei Rhene. quam Anticlides celaduſſam vocat, item Artemiten Helladius. Sy-
 ros, quam circuitu patere viginti mill. paſſuum prodidere veteres, Mutianus centum
 ſexaginta Oliaros, Paros cum oppido ab Delo xxxviii. mil. marmore nobilis, quam
 primo Paëtiam, poſtea Minoida vocarunt. Ab ea ſeptem mill. quingentis Naxus, à De-
 lo xviii. cum oppido, quam Strongylen, dein Dian, mox Dionyſiada à vinearum ferti-
 litate, alij Siciliam minorem, aut Callipolin appellarunt. Patet circuitu ſeptuagintaquin-
 que mil. paſſuum, dimidióque maior eſt quam Paros. Et hæcenus quidem Cycladas ſer-
 uant: cæteras, quæ ſequuntur, Sporadas. Sunt autem Helene, Phocuſſa, Phæcaſia, Schinuſ-
 fa, Phalegandros, & à Naxo decem & ſeptem mil. paſſuum Icaros, quæ nomen mari de-
 dit, tantundem ipſa in longitudinem patens, cum oppidis duobus, tertio amiſſo: antè
 vocata Doliche, & Macris, & Ichthyoefſa. Sita eſt ab exortu ſolitali à Delo quinqu-
 aginta mil. paſſ. Eadem à Samo trigintaquinque mil. Inter Eubœam & Andrum decem
 mil. paſſ. fretum. Ab ea Gereſtum centumduodecim mil. quingenti paſſus. Nec deinde
 ſeruari poteſt ordo. A ceruatim ergo ponentur reliquæ. Ios à Naxo vigintiquatuor mil.
 paſſ. Homeri ſepulcro veneranda, longitudinis vigintiquinque mil. antea Phœnice appel-
 lata. Ochia, Letandros, Gyaros, cum oppido, circuitu duodecim mill. paſſuum. Abeſt ab
 Anero ſexagintaduobus mil. paſſ. Ab ea Syrnos octoginta mil. paſſuum. Cynethuſſa,
 Telos vnguento nobilis, à Callimacho Agathuſſa appellata. Donyſa, Patmos circuitu
 triginta mil. paſſuum. Coraſiæ, Lebinthus, Leros, Cynara, Sycinus, quæ antea Oenoe,
 Heratia quæ Onus, Caſus quæ Aſtrabe, Cimolus quæ Echinuſſa, Melos cum oppido,
 quam Ariſtides Byblida appellat, Ariſtoteles Zephyriam, Callimachus Mimallida, He-
 raclides Siphnum, & Acyton. Hæc inſularum rotundiſſima eſt. Poſt Machia, Hypere
 quondam Patage, vt alij Platage, nunc Amorgos, Polyægos, Phyle, Thera, cum primùm
 emerſit, Calliſte dicta: Ex ea auulſa poſtea Theraſia, atque inter duas enata mox Auto-
 mate, eadem Hiera: & in noſtro æuo Thia iuxta eandem Hieram nata. Diſtat Ios à The-
 ra vigintiquinque mil. paſ. Sequuntur Lea, Aſcania, Anaphe, Hippuris, Hippuriſſu-
 ſa. Altypalæa liberæ ciuitatis, circuitu lxxxviii. mil. paſſuum. abeſt à Cadifco Cretæ
 cxxxv. mill. Ab ea Platea ſexaginta mil. Vnde Camina triginta octo mil. Azibintha. Lani-
 ſe, Tra

a Sicenus
 Strabonis Pto-
 lomæo Sic:-
 1145,

se, Tragia, Pharmacusa, Techedia, Chalcia, Calydna, in qua oppida Coos & Olymna. A qua Carpathum, quæ nomen Carpathio mari dedit, xxv. M. passuum. Inde Rhodum Africo vento quinquaginta M. pass. à Carpatho ad Cason vii. M. à Caso Samonium Cre-
 tæ promontorium xxx. M. In euripo autem Euboico, primo ferè introitu, Petalæ qua-
 tuor insulæ, & in exitu Atalæte. Cyclades, & Sporades, ab Oriente litoribus Icaris Asiæ,
 ab Occidente Myrtois Atticæ, à Septentrione Ægeo mari, à Meridie Cretico & Car-
 pathio inclusæ, per cc. M. in longitudinem iacent. Pagasicus sinus ante se habet Euty-
 chiam, Cicynethum, & Scyrum supra dictam, sed Cycladum & Sporadum extimam,
 Gerontiam, Scadiram, Thermeusim, Irrhesiam, Solimniam, Eudemiam, Neam, quæ Mi-
 neruæ sacra est. Athos ante se quatuor, Peparethum cum oppido, quondam Euonum
 10 dictam nouem M. passuum. Scyathum quindecim M. Imbrum cum oppido lxxxviii.
 M. passuum. Eadem abest à Mastusia Cherrhonesi lxxv. M. pass. Ipsa circuitu lxxii. M.
 passuum. Perfunditur amne Ilisso. Ab ea Lemnos vigintiduo M. quæ ab Atho lxxxvij.
 M. passuū. Circuitu patet vigintiduo M. ccccc. pass. Oppida habet Hephæstia & My-
 rinam, in cuius forum solstitio Athos ei aculatur umbram. Ab ea Thassos libera quinque
 M. passuum olim Æria vel Æthria dicta. Inde Abdera continentis viginti M. passuum.
 Athos sexagintaduo M. tantundem insula Samothrace, quæ libera ante Hebrum, ab Im-
 bro trigintaduo M. à Lemno vigintiduo M. ccccc. à Thraciæ ora triginta octo M. cir-
 cuitu trigintaduo M. attollitur mōte Saoce decem M. passuum portuosissima omnium.
 20 Callimachus eam antiquo nomine Dardaniam nominat. Inter Cherrhonesum & Samo-
 thracen vtrinque ferè quindecim M. Halonesos, vltra Gethrone, Lamponia, Alopecon-
 nefus, haud procul à Cælo Cherrhonesi portu, & quædā ignobiles. Desertis quoq; red-
 dantur in hoc sinu, quarū modò inueniri potuerūt, nomina, Desticos, Larnos, Cyssiros,
 Carbrusa, Calathusa, Scylla, Draconon, Arconesus, Diethusa, Scapos, Capheris, Mesate,
 Æantion, Phaterunefos, Pateria, Calete, Neriphus, Polendos, Quartus è magnis Europæ
 sinus ab Helleponto incipiens, Mæotis ostio finitur. Sed totius Pōti forma breuiter am-
 plectenda est, vt facilius partes noscantur. Vastum mare præiacens Asiæ, & ab Europa
 porrecto Cherrhonesi litore expulsus, angusto meatu irrumpit in terras, septē stadio-
 rum, vt dictum est, interuallo Europam auferens Asiæ. Primas angustias Hellepantum
 30 vocant. Hæc Xerxes Persarum rex, ^a constrato in nauibus ponte, duxit exercitum. Por-
 rigitur inde tenuis euripus lxxxvi. M. pass. spatio ad Priapum vrbem Asiæ, quæ magnus
 Alexander transcendit. Inde expatiatur æquor, rursusque in arctum coit laxitas: Propō-
 tis appellatur: angustia, Thracius Bosphorus, latitudine ccccc. passuū, quæ Darius pa-
 ter Xerxis copias ponte transuexit. Tota ab Helleponto longitudo ccxxxix. M. pass.
 Dein vastum mare, Pontus Euxinus, qui quondā Axenus, longè refugiētes occupat ter-
 ras, magnoque litorum flexu retrò curuatus in cornua, ab his vtrinque porrigitur, vt sit
 planè arcus Scythici forma. Medio flexu iungitur ostio Mæotici lacus. Cimmerius Bo-
 sphorus id os vocatur, mmd. pass. latitudine. At inter duos Bosphoros Thraciū & Cim-
 merium directo cursu, vt autor est Polybius ccccc. M. pas. interfunt. Circuitu verò to-
 40 tius Ponti vices semel centena quinquaginta M. vt autor est Varro, & ferè veteres. Ne-
 pos Cornelius trecenta millia, quinquaginta adiicit. Artemidorus vices nouies centena
 xix. M. facit: Agrippa $\frac{xxiii}{11}$. sexaginta m. Mutianus $\frac{xxviii}{11}$. sexagintaquinque m.
 Simili modo Europæ latere mensuram alij quatuordecies centena lxxviii. m. ccccc.
 determinauere: alij vndecies centena septuagintaduo m. M. Varro ad hūc modum meti-
 tur. Ab ostio Ponti Apolloniam clxxxviii. m. d. p. Calatin tantundem. Ad ostium Istru
 cxxv. Ad Borysthenem ccl. Cherrhonesum Heracleatarum oppidum ccclxxv. m. p. Ad
 Panticapæum, quod aliqui Bosphorum vocant, ^b extremum in Europæ ora, cc. xxii. M. ^b extremit
 d. quæ summa efficit $\frac{xxiii}{11}$. xxxvi. m. d. Agrippa à Bizantio ad flumen Istrum ccccc. ^{in Euripos}
 50 In Panticapæum dcxxx. Inde lacus ipse Mæotis. Tanain amnem ex Rhiphæis monti-
 bus defluentem accipiens, nouissimum inter Europam Asiāque finem $\frac{xxiii}{11}$. vi. m. cir-
 cuitu patere traditur. Ab aliis $\frac{xxi}{11}$. xxv. m. Ab ostio eius ad Tanais ostium directo eur-

fu ccclxxv. M. passuum esse constat. Accolæ sinus eius in mentione Thraciæ dicti sunt Istropolim vsque. Inde ostia Istri. Ortus hic in Germaniæ iugis montis Abnobæ, ex aduerso Raurici Galliæ oppidi, multis vltra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes Danubij nomine, immenso aquarum auctu, & vnde primum Illyricum alluit, Ister appellatus, sexaginta annibus receptis, medio fermè numero eorum nauigabili, in Pontum vastis sex fluminibus euoluitur. Primum ostium Peuces: mox ipsa Peuce insula: à qua proximus alueus appellatus, xix. M. passuum magna palude forbetur. Ex eodem alueo, & super Istropolim lacus gignitur, lxxiii. M. passuum ambitu: Halmyrin vocant. Secundum ostium Naracustoma appellatur. Tertium Calostoma, iuxta insulam Sarmaticam. Quartum Pseudostoma, & insula Conopon diabasis: postea Boreostoma, & Spiro-¹⁰stoma. Singula autem ora tanta sunt, vt prodatur in quadraginta millia passuum longitudinis vinci mare, dulcèmq; intelligi haustum. Ab eo in plenum quidem omnes Scytharum sunt gentes, variæ tamen litori apposita tenuere, aliàs Getæ, Daci Romanis dicti, aliàs Sarmatæ, Græcis Sauromatæ, eorumque Hamaxobij aut Aorsi, aliàs Scythæ degeneres & à seruis orti, aut Troglodytæ, mox Alani & Rhoxalani. Superiora autem inter Danubium & Hercynium saltum, vsque ad Pannonica hyberna Carnunti, Germanorumque ibi confinium, campos & plana Iazyges Sarmatæ, montes verò & saltus pulsi ab his Daci, ad Pathissum amnem à Moro, siue. is Duria est, à Sueuis regnoque Vanniano dirimens eos: aduersa Basternæ tenent, aliique inde Germani. Agrippa totum eum tractum ab Istro ad Oceanum bis ad decies centum millia passuum in longitu-²⁰

^a Póρ. *Istulā* dinem, quantum minus quadringentis in latitudinem, ad flumen^a Vistulā à desertis Sarmatiæ, prodidit. Scytharum nomen vsque quaque transit in Sarmatas atque Germanos. Nec aliis prisca illa duravit appellatio, quàm qui extremi gentium harum ignoti propè cæteris mortalibus degunt. Verùm ab Istro oppida, Cremniscos, Æpolium, montes Macrocremni, clarus amnis Tyra, oppido nomen imponens, vbi antea Ophiusa dicebatur. In eodem insulam spatiosam incolunt Tyragetæ. Abest à Pseudostomo Istri ostio centum triginta millibus passuum. Mox Axiacæ cognomines flumini, vltra quos Crobyzi: flumen Rhode, sinus Sagaricus, portus Ordesus. Et à Tyra centum viginti millibus pass. flumen Borysthenes, lacusque & gens eodem nomine, & oppidum à mari recedens quindecim millibus passuum, Olbiopolis & Miletopolis, antiquis nominibus. Rur-³⁰

fusque in litore portus Achæorum. Insula Achillis, tumulo eius viui clara. Et ab ea centum triginta quinque millia passuum peninsula, ad formam gladij in transfuersum porrecta, exercitatione eiusdem cognominata Dromos Achilleos, cuius longitudinē octoginta millium passuum tradidit Agrippa. Totum eum tractum Tauri Scythæ & Sarmatæ tenent. Inde syluestris regio Hylæum mare, quo alluitur, cognominavit: Encæadloë vocantur incolæ. Vltra Panticapes amnis, qui Nomadas & Georgos disternat: mox Ace sinus. Quidam Panticapen confluere infra Olbiam cum Borysthene tradunt, diligentiores Hypanin: tanto errore eorum, qui illum in Asiæ parte prodidere. Mare subit vasto recessu, donec quinque millium pass. interuallo absit à Mæotide, vasta ambiens spacia, multasque gentes. Sinus Carcinites appellatur, flumen Pacyris. Oppida Naubarum, Carcine. A tergo lacus Buges, fossa emissus in mare. Ipse Buges à Coreto, Mæotis lacus sinu, petroso discluditur dorso. Recipit amnes Bugem, Gerrhum, Hypanin, ex diuerso venientes tractu. Nam Gerrhus Basilidas, & Nomadas separat. Hypanis per Nomadas & Hylæos fluit, manu factò alueo in Bugem, naturali in Coretum. Regio Scythiæ Sencica nominatur. Sed in Carcinite Taurica incipit, quondam mari circumsusa & ipsa, quaquà nunciarent campi. Deinde vastis attollitur iugis. Triginta sunt eorum populj. Ex⁴⁰

^b Characeni, *γῆς* Ptolemæo. iis mediterranei x x i i i. Sex oppida, Orgocyni, ^b Caraseni, Assyriani, Tractari, Arcilachitæ, Caliodi. Iugum ipsum Scythotauri tenent. Clauduntur ab Occidente Cherrhoneso, ab Ortu Scythiis Satarchis. In ora à Carcinite oppida, Taphræ, in ipsis angustiis peninsula: mox Heraclæa Cherrhonesos, libertate à Romanis donatum. Megarice vocabatur antea, præcipui nitoris in toto eo tractu, custoditis Græciæ moribus, quinque millia⁵⁰

pass.

pass.ambiente mur o. Inde Parthenium promontorium Taurorum, ciuitas Placia. Symbolon portus. Promontorium Criumetopon, aduersum Charambi Asiæ promōtorio, per medium Euxinum procurrens clxx. M. pass. interuallo : quæ maximè ratio Scythici arcus formam efficit. Ab eo Taurorum portus multi, & lacus, oppidum Theodosia à Criumetopo cxxii. M. pass. A Cherrhoneso clxv. M. pass. Vltrà fuere oppida, Cyte, Zephyrium, Acre, Nymphæum, Dia. Restat longè validissimum in ipso Bosphori introitu, Panticapæum Milesiorum, à Theodosia M. xxxv. pass. A Cimmero verò oppido trans fretum sito M M D. (vt diximus) pass. Hæc ibi latitudo Asiã ab Europa separat, eaque ipsa pedibus plerunque peruia, glaciato fretō. Bosphori Cimmerici latitudo xii. M. D. pass. Oppida habet Hermisium, Myrmecium: intus insulam Alopecen. Per Mæotin autē ab extremo Isthmo, qui locus Taphræ vocatur, ad os Bosphori cclx. M. pass. longitudo colligitur. A Taphris per continentem introrsus tenent Auchetæ, apud quos Hypanis oritur, Nuri apud quos Borysthenes, Geloni, Thussagetæ, Budini, Basilidæ, & cæruleo capillo Agathyrsi. Super eos Nomades: dein Anthropophagi. A Buge super Mæotin Sauromatæ, & Essedones. At per oram ad Tanaim vsque Mæotæ, à quibus lacus nomen accepit: vltimique à tergo eorum Arimaspi. Mox Riphæi montes, & assiduo niuis casu pinnarum similitudine, Pterophoros appellata regio: pars mundi damnata à natura rerum, & densa mersa caligine: neque in alio quàm rigoris opere, gelidisque Aquilonis conceptaculis. Ponè eos montes, vltraque Aquilonem, gens felix (si credimus) quos Hyperboreos appellauere, anno so degit æuo, fabulosis celebrata miraculis. Ibi creduntur esse cardines mundi, extremique siderum ambitus, semestri luce & vna die Solis auersi: non, vt imperiti dixerunt, ab æquinoctio verno in autumnum. Semel in anno solstitio oriuntur iis Soles, brumaque semel occidunt. Regio aprica, felici temperie, omni affatu noxio carens. Domus iis nemora lucique, & deorum cultus viritim gregatimque, discordia ignota & ægritudo omnis. Mors non nisi satietate vitæ, epulatis delibutisque senibus luxu, ex quadam rupe in mare salientibus. Hoc genus sepulturæ beatissimum. Quidam eos in prima parte Asiæ litorum posuere, non in Europa, qui sunt ibi similitudine & situs, Atacorum nomine. Alij medios fecere eos inter vtrunque Solē, Antipodum occasum ex orientemque nostrum: quod fieri nullo modo potest, tam vasto mari interueniente. Qui non alibi, quàm in semestri luce constituere eos, ferere matutinis, meridie metere, occidente Sole fœtus arborum decerpere, noctibus in specus condi tradiderunt. Nec licet dubitare de gente ea, cum tot auctores prodant frugum primitias solitos Delon mittere Apollini, quem præcipuè colunt. Virgines ferebant eas hospitibus gentium per annos aliquot venerabiles: donec violata fide, in proximis accolarum finibus deponere sacra ea instituere, hique ad conterminos deferre, atque ita Delon vsque. Mox & hoc ipsum exoleuit. Sarmatiæ, Scythiæ, Tauricæ, omnisque à Borysthene amne tractus longitudo dcccclxxx. M. Latitudo dccxvij. M. à M. Agrippa tradita est. Ego incertam in hac terrarum parte mensuram arbitror. Verum instituto ordine, reliqua huius finis dicantur: & maria quidem eius nuncupauimus.

^a Bud. lib. 1. de Ass. & Cæl. Rhod. Ant. lect. 1. 16. cap. 22.

^b quia sunt ibi similitudo fuctudine & situ, Atacori nomine.

40 *Insula Ponti.* C A P. X I I I.

Hellespontus insulas non habet in Europa dicendas. In Ponto duæ, M. D. pass. ab Europa, xiiii. M. ab ostio, Cyaneæ, ab alijs Symplegades appellatæ, traditæque fabulis inter se concurrisse: quoniam paruo discretæ interuallo, ex aduerso intratibus geminæ cernebantur, paulumque deflexa acie, coëuntiū speciem præbebant. Citra Istrum Apolloniatarum vna lxxx. M. à Bosphoro Thracio, ex qua M. Lucullus Capitolinū Apollinem aduexit. Inter ostia Istri quæ essent, diximus. Ante Borysthenem Achillea est supra dicta, eadem Leuce & Macaron appellata. Hanc temporum horum demonstratio à Borysthene cxi. M. ponit, à Tyra cxx. M. à Peuce insula quinquaginta M. Cingitur circiter decem M. pass. Reliquæ in Carcinite sinu Cephalonnesos, Rhosphodusa, Macra. Non est omittenda multorum opinio, priusquam digrediamur à Ponto, qui maria omnia interiora illo capite nasci, nō Gaditano fretō, existimauere, haud improbabili argumēto:

^c Rhodussa Stephano.

quoniam æstus semper è Ponto profluens, nunquam reciprocetur. Exeundum deinde est, vt extera Europæ dicantur, transgressisque Rhiphæos montes, litus Oceani Septentrionalis in læua, donec perueniatur Gades, legendum. Insulæ complures sine nominibus eo situ traduntur. Ex quibus ante Scythiam, quæ appellatur^a Bannomanna, abesse à Scythia diei cursu, in quam veris temperie fluctibus electrum eiiciatur, Timæus prodidit: Reliqua litora incerta signata fama. Septentrionalis Oceanus, Amalchium cum Hecatæus appellat, à Paropamisso amne, quæ Scythiam alluit, quod nomen eius gentis lingua significat congelatum. Philemon Morimarufam à Cimbris vocari, hoc est, mortuū mare, vsque ad promontorium Rubæas: vltra deinde Cronium. Xenophon Lampfaceus, à litore Scytharum tridui nauigatione, insulam esse immensæ magnitudinis, Baltiã tradit. Eandem Pythias Basiliam nominat. Feruntur & Oonæ, in quibus ouis auium & auenis incolæ viuant. Aliæ, in quibus equinis pedibus homines nascantur, Hippopodes appellati: ^b Fanestiorū aliæ, in quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipsorum aures tota contegant. Incipit inde clarior aperiri fama ab gente Ingeuonum, quæ est prima inde Germaniæ: Seu mons ibi immensus, nec Rhiphæis iugis minor, immanem ad Cimbrorum vsque promontorium efficit sinum, qui Codanus vocatur, refertus insulis: quarum clarissima Scandinauia est, incompertæ magnitudinis, portionem tâtum eius, quod sit notum, Hilleuionum gente d. incolente pagis, quæ alterum orbem terrarum eâ appellat. Nec est minor opinione Eningia. Quidam hæc habitari ad ^c Vistulam vsque fluuium, à Sarmatis, Venedis, Scyris, Hirris tradunt. Sinum Clylipenum vocari, & in ostio eius insulam Latrin. Mox alterum sinum Lagnum, conterminum Cimbris. Promontorium Cimbrorum excurrens in maria longè peninsulam efficit, quæ Cartris appellatur. xxiii. inde insulæ Roman. armis cognite. Earum nobilissimæ, Burchana, Fabaria à nostris dicta, à frugis similitudine sponte prouenientis. Item Glessaria, à succino militiæ appellata, à Barbaris Austrania, præterque Actania. Toto autem hoc mari ad Scaldin vsque fluuium, Germanicæ accolunt gentes haud explicabili mēsurā, tam immodica prudentium discordia est. Græci & quidam nostri, $\overline{\text{xxv}}$. M. pass. oram Germaniæ tradiderunt. Agrippa cum Rhætia & Norico longitudinem d c l x x v i. millia passuum, latitudinem c c l x v i i. M.

Germania.

CAP. XIII.

Rhætia propè vnus maiore latitudine, sanè circa excessum eius subactæ. Nam Germania multis postea annis, nec tota, percognita est. Si coniectare permittitur, haud multum oræ deerit Græcorum opinioni, & longitudinis ab Agrippa proditæ. Germanorum genera v. ^d Vindili, quorum pars Burgundiones, ^e Varrini, Carini, Guttones. Alterum genus Ingeuones, quorum pars Cimbrī, Teutoni, ac Cauchorum gentes. Proximi autem Rheno Istæuones, quorum pars Cimbrī mediterranei: Hermiones, quorum Sueui, Hermunduri, Chatti, Cherusci. Quinta pars Peucini, Balternæ, supra dictis contermini Dacis. Amnes clari in Oceanum defluunt, Guttalus, Vistillus siue Vistula, Albis, Visurgis, Amisus, Rhenus, Mosa. Introrsus verò, nulli inferius nobilitate, Hercynium iugum prætenditur.

Insula in Gallico Oceano.

CAP. XV.

IN Rheno ipso, propè centum M. p. in longitudinem, nobilissima Batauorum insula, & Cannenufatum, & aliæ Frisiorum, Cauchorum, Frisiabonum, Sturiorum, Marsatorū, quæ sternuntur inter Helium ac Fleuum. Ita appellantur ostia, in quæ effusus Rhenus, ab Septentrione in lacus, ab Occidente in amnem Mosam se spargit: medio inter hæc ore, modicum ^f nomini suo custodiens alucum.

Britannia & Hybernia.

CAP. XVI.

EX aduerso huius situs Britannia insula, clara Græcis nostrisque monumentis, inter septentrionem & occidentem iacet: Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, multo maximis Europæ partibus magno interuallo aduersa. Albion ipsi nomen fuit, cū Britanniæ vocarentur omnes, de quibus mox paulò dicemus. Hæc abest à Gessoriacō Morinorū gentis litore,

^a infra li. 37. cap. 2. eadem h. sic insulam ex ciuidē Timæi sententiā Baltiã nominat.

^b T. P. 200 fo. 700.

^c Pomp. Insulæ.

^d I. Go. 1. 2. d. 1. e Idem. 1. 2. 1. 2.

^f nominis sui.

^g h. c.

litore, proximo traiectu quinquaginta M. minimum : circuitu verò pàtere tricies octies ^{a Redundat, minimum:} centena viginti quinque M. Pytheas & Isidorus tradunt, triginta propè iam annis notitiam eius Rom. armis non vltra vicinitatem sylvæ Caledoniæ propagantibus. Agrippa longitudinem dccc. M. p. esse : latitudinem ccc. M. credit. Eandem Hyberniæ latitudinem, sed longitudinem cc. M. passuum minorem. Super eam hæc sita abest brevissimo transitu à Silurum gente xx. M. pass. Reliquarum nulla cxxv. M. circuitu amplior proditur. Sunt autem xl. Orcades, modicis inter se discretæ spatiis. Septem Acmodæ, & xxx. Hæbudes, & inter Hyberniam ac Britaniam Mona, Monapia, Ricnea, Vectis, Silimnus, Andros. Infra verò Siambis, & Axantos. Et ab aduerso in Germanicum mare sparsæ Glessariæ, quas Electridas Græci recentiores appellauere, quòd ibi Electrum nasceretur. Vltima omnium, quæ memorantur, Thule: in qua solstitio nullas esse noctes indicauimus, Cancrisignum Sole transeunte, ~~aut~~ ^{aut} ~~que~~ ^{que} contrà per brumam dies. Hæc quidam senis mensibus continuis fieri arbitrantur. Timæus historicus à Britannia introrsus sex dierum nauigatione abesse dicit insulam Mistim, in qua candidum plumbum proueniat. Ad eam Britannos vitilibus nauigiis corio circumfutis nauigare. Sunt qui & alias prodant, Scandiam, Dumnam, Bergos: maximamque omnium Nerigon, ex qua in Thulen nauigetur. A Thule vnus diei nauigatione mare concretum, à nonnullis Cronium appellatur.

Callia.

CAP. XVII.

GAllia omnis Comata vno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur, ²⁰ amnibus maximè distincta. A Scaldi ad Sequanam Belgica. Ab eo ad Garumnam Celtica, eadèmq; Lugdunensis. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitania, Aremorica antè dicta. Agrippa vniuersarum Galliarum inter Rhenum & Pyrenæum, atque Oceanum, ac montes Gebennam & Iuram, quibus Narbonensem Galliam excludit, longitudinem ccccxx. M. pass. latitudinem cccxiii. computauit. A Scaldi incolant exera Toxandri pluribus nominibus. Deinde Menapij, Morini, Oromanfaci iuncti pago, qui Gessoriacus vocatur: Britanni, Ambiani, Bellouaci, Hassi. Introrsus Castologi, Atrebates, Neruij liberi, Veromandui, Sueconi, Sueffiones liberi, Vlbancetes liberi, Tungri, Rinuci, Frisiabones, Betafi, Leuci liberi, Treueri liberi antea, & Lingones fœderati, Remi fœderati, Mediomatrici, Sequani, Raurici, Heluetij. Colonia, Equestris & Rauriaca. Rhenum ³⁰ autem accolentes, Germaniæ gentium in eadem prouincia, Nemetes, Tribochi, Vangiones: hinc Vbij, Colonia Agrippinensis, Gugerni, Bataui, & quos in insulis diximus Rheni.

Lugdunensis Callia.

CAP. XVIII.

Lugdunensis Gallia habet Lexouios, Vellocaffes, Galletos, Venetos, Abrincatuos, Osismios, flumen clarum Ligerim. Sed peninsulam spectatiorem excurrentem in Oceanum à fine Osismiorum circuitu dcxxv. M. pass. ceruice in latitudinem cxxv. M. Vltra eam Nannetes. Intus autem Hedui fœderati, Carnuti fœderati, Boij, Senones, Aulerci, qui cognominantur Eburouices, & qui Cenomanni, Meldi liberi, Parrhisij, Trecaffes, Andegauj, Vidugasses, Vadicassès, Venelli, Cariosuelites, Diablini, Rhedones, Turones, ⁴⁰ Itesui, Secusiani liberi, in quorum agro colonia Lugdunum.

Aquitania.

CAP. XIX.

Aquitaniæ sunt Ambilatri, Anagnutes, Pictones, Santones liberi, cognomine Vbisci, Aquitani, vnde nomen prouinciæ, Sediboniates. Mox in oppidum contributi Conuenæ, Begerri, Tarbeli quatuor signani, Cocostates sex signani, Venami, Onobriates, Belendi, saltus Pyrenæus. Infràque Monesi, Osquidates montani, Sibyllates, Campo- ni, Bercorcates, Bipedimui, Saffumini, Vellates, Tornates, Conforanni, Aufci, Elufates, Sottiates, Osquidates campestres, Succasses, Latufates, Basabocates, Vassci, Sennates, Cambolectri, Agesinates Pictonibus iuncti. Hinc Bituriges liberi, qui Cubi appellantur. Dein Lemouices, Aruerni liberi, Gabales. Rursus Narbonensi prouinciæ con- ^{b Io. Sc. Ca- dixi: Nitobroges Tarne amne discreti à Tolofanis. Po- ianocopi.} ⁵⁰ mini Rutheni, ^b Cadurci, Antobroges, Tarnéque amne discreti à Tolofanis Petrog- ri. Maria circa oram, ad Rhenum Septétrionalis Oceanus, inter Rhenū & Sequanam Bri-

tannicus, inter eum & Pyrenæum Gallicus. Insulæ complures Venetorum, quæ & Veneticæ appellantur, & in Aquitanico sinu Vliarus.

Citerior Hispania.

CAP. XX.

A Pyrenæi promontorio Hispania incipit, angustior non Gallia modò, verumetiam semetipsa, vt diximus, immensum quantum hinc Oceano, illinc Iberico mari comprimetibus. Ipsa Pyrenæi iuga^a ab exortu æquinoctiali fusa in occasum brumalé, breuiiores latere septentrionali quàm Meridiano Hispanias faciunt. Proxima ora citerioris est, eiusdemque Tarraconensis situs, à Pyrenæo per Oceanum Vasconum saltus: Olarso, Vardulorum oppida Morosgi, Menosca, Vesperies, Amanum portus, vbi nunc Flauio-
 briga, colonia ciuitatum ix. Regio Cantabrorum, flumen Sada, portus Victoriæ Iu-
 liobrigensium. Ab eo loco fontes Iberi quadraginta millia passuum. Portus Biendum,
 Origeni mistis Cantabris. Portus eorum Vesei, Veca Regio Asturum, Noega oppi-
 dum, in peninsula Pefici. Et deinde conuentus Lucensis à flumine Nauilubione, Cibarci,
 Egouarri cognomine Namarini, Iadoni, Arrotreba, promontorium Celticum, Amnes,
 Florius, Nelo, Celtici cognomine Neriæ, superque Tamarici, quorum in peninsula tres
 aræ Sestianæ Augusto dicatæ, Cæpori, oppidum Noela. Celtici cognomine Præfamar-
 ci, Cileni. Ex insulis nominandæ, Corticata, & Aunios. A Cilenis, conuentus Bracarum,
 Heleni, Grauij, castellum Tyde, Græcorum sobolis omnia. Insulæ Cicæ. Insigne oppi-
 dum Abobrica. Minius amnis iiii. M. pass. ore spatiosus, Leuni, Seurbi, Bracarum oppi-
 dum Augusta, quos supra Gallæcia. Flumen, Limia. Durius amnis ex maximis Hispaniæ,
 ortus in Pelendonibus, & iuxta Numantiam: lapsus dein per Arcuacos Vaccæosque, di-
 stermnatis ab Asturia Vettonibus, à Lusitania Gallæcis, ibi quoque Turdulos à Bracaris
 arcens. Omnîsq; dicta regio à Pyrenæo metallis referta, auri, argenti, ferri, plumbi, ni-
 gri albique.

^a ab exortu
brumali fusa
in Occasum
æquinoctia-
le, Pinitianus

^b vet. lect. O-
rigeni, Con-
nisci, Canta-
bri. vii Strab.

Lusitania.

CAP. XXI.

A Durio Lusitania incipit, Turduli veteres, Pefuri, flumē^c Vacca. Oppidum Talabri-
 ca. Oppidum & flumē Minium. Oppida Conimbrica, Collippo,^d Ebuero, Britium.
 Excurrit deinde in altum vasto cornu promontorium, quod alij Artabrum appellauere,
 alij magnum, multi Olyssipponense ab oppido, terras, maria, cælum distermnans. Illo
 finitur Hispaniæ latus, & à circuitu eius incipit frons.

^c Or. Baccia.
^d Or. Ebu-
valritium, v-
no vocabu-
lo.

Insulæ in Oceano.

CAP. XXII.

Septentrio hinc Oceanusque^e Gallicus, Ocasus illinc & Oceanus Atlanticus, Pro-
 montorij excursus l x. M. prodidere, alij x c. M. p. Ad Pyrenæum inde non pauci
 quinquaginta millia, & ibi gentem Artabrum, quæ nunquam fuit, manifesto errore. Ar-
 rotrebas enim, quos ante Celticum diximus promontorium, hoc in loco posuere literis
 permutatis. Erratum & in amnibus inclytis. Ab Minio quem supra diximus, cc. M. pass.
 (vt autor est Varro) abest Æminius, quem alibi quidam intelligunt, & Limæam vo-
 cant, obliuionis antiquis dictus, multumque fabulosus. Ab Durio Tagus cc. M. passuum
 interueniente Munda. Tagus auriferis harenis celebratur. Ab eo cl x. M. pass. promon-
 torium Sacrum è media propè Hispaniæ fronte profilit. xlii. M. pass. inde ad Pyre-
 næum medium colligi Varro tradit. Ab Ana verò, quo Lusitaniàm à Bætica discreuimus,
 cc x xv j. M. pass. A Gadibus ci i. M. p. additis. Gêtes, Celtici, Varduli, & circa Tagú Vet-
 tones. Ab Ana ad Sacrum, Lusitani: oppida memorabilia à Tago in ora, Olyssippo equa-
 rum è Fauonio vento conceptu nobile, Salacia cognominata Vrbs imperatoria, Mero-
 brica: promontorium sacrum, & alterum Cuneus. Oppida, Ossonoba, Balsa, Myrtilis.
 Vniuersa prouincia diuiditur in conuentus tres, Emeritensem, Pacensem, Scalabitanum.
 Tota populorum xl v. in quibus coloniæ sunt quinque, municipium ciuium Ro. vnum.
 Latij antiqui tria, Stipendiaria, xxx v j. Coloniæ, Augusta emerita, Anæ fluuio apposita
 Metallinensis, Pacensis, Norbensis, Cæsariana cognomine. Contributa sunt in eam Ca-
 stra Iulia, Castra Cæcilia. Quinta est Scalabis, quæ Præsidium Iulium vocatur. Municipi-
 um ciuium Roman. Olyssippo, Felicitas Iulia cognominatum. Oppida veteris Latij
 Eboræ,

^e Callai-
cus.

Ebora, quod item Liberalitas Iulia, & Myrtilis ac Salacia, quæ diximus. Stipendiariorum, quos nominare non pigeat, præter iam dictos in Bæticiæ cognominibus, Augustobrigenses, Ammienses, Aranditani, Axabricenses, Balsenses, Cæsarobricenses, Caperenses, Caurenenses, Colarni, Cibilitani, Concordienses, qui & Boccori, Interaufenses, Lacienses, Miobrigenses qui celtici cognominantur, Medubricenses, qui Plumbarij, Ocelenses qui & Lancienses, Turduli qui Barduli & Taporii. Lusitaniam cum Asturia & Gallæcia patere longitudine ccccc xl. m. pass. latitudine ccccc. xxxv. j. m. Agrippa prodidit. Omnes autem Hispaniæ à duobus Pyrenæi promontoriis per maria totius oræ circuitu pass. xxxix. m. colligere existimantur, ab aliis xxvii. m. Ex aduerso ^b Celtiberiæ complures sunt insulæ, cassiterides dictæ Græcis, à fertilitate plumbi: & è regione Arrotrebarum promontorij, Deorum sex, quas aliqui fortunatas appellauere. In ipso verò capite Bæticiæ, ab ostio freti pass. lxxv. m. Gadis longa (vt Polybius scribit) xij. m. lata iij. m. p. Abest à continente proxima parte minus passus dc. reliqua plus septem m. Ipsius spatium xv. m. pass. est. Habet oppidum ciuium Romanorû, quod appellatur Augusta vrbs Iulia Gaditana. Ab eo latere, quo Hispaniam spectat, passibus ferè centum, altera insula est longa iij. m. pass. m. lata, in qua prius oppidum Gadium fuit. Vocatur ab Ephoro & Philistide, Erythia, à Timæo & Sileno Aphrodisias, ad indigenis Iunonis. Maiorem Timæus cotinufam apud eos vocatam ait: nostri Tartesson appellant, Pœni Gadir, ita Punica lingua sepem significante. Erythia dicta est, quoniam Tyrij ab origine eorum orti ab Erythræo mari ferebantur. In hac Geryones habitasse à quibusdam existimatur, cuius armenta Hercules abduxerit. Sunt qui aliam esse eam & contra Lusitaniam arbitrentur, eodémque nomine quondam ibi appellatam.

^a præter iam dictos in Bæticiæ cognominibus. *Suprà lib. 3. cap. 1.*

^b *Maior, Celtici.*

Uniuersæ Europæ mensura.

CAP. XXIII.

PERACTO ambitu Europæ, reddenda consummatio est, nequid non in expedito sit noscere uolentibus. Longitudinem eius Artemidorus atque Isidorus à Tanai vsq; Gades lxxxiiii. xiiij. m. prodiderunt. Polybius latitudinem Europæ ab Italia ad Oceanum scripsit xi. m. quinquaginta esse, etiam tum incòperta magnitudine eius. Est autè ipsius Italiæ (vt diximus) xii. xx. m. ad Alpes. Vnde per Lugdunum ad portum Morinorû Britannicum, quæ uidetur mensuram agere Polybius. xi. m. lxxviiij. Sed certior mensura ac longior ad Occasum Solis æstiuæ ostiûmque Rheni, per castra legionum Germaniæ ab iisdem dirigitur Alpibus xiii. xliij. m. pass. Hinc deinde Africa atque Asia dicentur.


C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIÆ

LIBER V.

Africa descriptio.

FRICAM Græci Lybiam appellauere, quæ mare ante eam Libycum incipiens Ægyptio finitur. Nec alia pars terrarum pauciores recipit sinus, longè ab Occidente litorum obliquo spatio. Populorum eius oppidorûmque nomina, vel maximè sunt ineffabilia, præterquam ipsorum linguis, & aliàs castella fermè inhabitant.

^c & mare ante eam Libycum: Ægyptio finitur.



Mauritania.

CAPVT I.

PRINCIPIO terrarum Mauritanie appellantur, vsque ad C. Cæsarem Germanici filium regna, sæuitia eius in duas diuisæ prouincias. Promontoriû Oceani extimum Ampelusiam nominatur à Græcis. Oppida fuere, Lissa, Cotes ultra colûnas Herculis: nunc est Tingi, quondam ab Antæo conditum: postea à Claudio Cæsare, cum coloniã faceret,

e

appellatum Traducta Iulia. Abest à Belone oppidò Bæticiæ proximo traicctu xxx. M. pass. ab eo xxv. M. pass. in ora Oceani colonia Augusti Iulia Constantia, Zilis regum ditioni exempta, & iura in Bæticiam petere iussa: & ab ea xxxij. M. pass. colonia à Claudio Cæsare facta Lixos, vel fabulosissimè ab antiquis narrata. Ibi regia Antæi, certamenq; cū Hercule, & Hesperidum horti. Affunditur autem huic æstuarium è mari flexuoso meatu, in quo draconis custodiæ instar fuisse nunc interpretantur. Amplectitur intra se insulam, quã solam è vicino tractu aliquanto excelsiore, nō tamen æstus maris inūdat. Extat in ea & ara Herculis, nec præter oleastros aliud ex narrato illo aurifero nemore. Minus profectò mirentur portentosa Græciæ mendacia, de iis & amne Lixo prodita, qui cogitent nostros nuper paulò minus monstrifica quædã de iisdem tradidisse: præualidã hanc¹⁰ urbem, maioremq; Carthagine magna: præterea ex aduerso eius sitã, & propè immenso tractu ab Tingi: quæq; alia Cornelius Nepos auidissimè credidit. Ab Lixo xl. M. in mediterraneo altera Augusti colonia est Babba, Iulia Campestris appellata: & tertia Banasa lxxv. M. Valentia cognominata. Ab ea xxxv. M. pass. Volubile oppidũ, tantundè à mari vtroq; distans. At in ora à Lixo quinquaginta M. amnis Subur, præter Banasam coloniam defluens, magnificus & nauigabilis. Ab eo totidem M. pass. oppidum Sala, eiusdem nominis fluuiio impositum, iam solitudinibus vicinũ, elephantorumq; gregibus infestũ, multo tamen magis Autololum gente, per quam iter est ad mōtem Africæ vel fabulosissimum Atlantem. E mediis hunc harenis in cælum attolli prodiderunt, asperum, squalentẽ, quã vergat ad litora Oceani, cui cognomẽ imposuit: eundè opacũ nemorosumq;,²⁰ & scatebris fontium riguum, quã spectat Africam, fructibus omnium generum spōte ita subnascẽtibus, vt nunquàm satietas voluptatibus desit. Incolarum neminẽ interdiu cerni: silere omnia haud alio, quàm solitudinum, horrore: subire tacitam religionẽ animos propiũs accedentium, præterque horrorem elati super nubila, atque in viciniam lunaris circuli. Eundẽmque noctibus micare crebris ignibus, Ægipanum Satyrorumque lasciuia impleri, tiliarum ac fistulæ cantu, tympanorumque & cymbalorum sonitu strepere. Hæc celebrati autores prodidere, præter Herculi & Perseo laborata ibi. Spatium ad eum immensum incertũque. Fuere & Hannonis Carthaginensium ducis commẽtarij, Punicis rebus florentissimis explorare ambitum Africæ iussi: quem secuti plerique è Græcis, nostrisq; ad alia quædam fabulosa, & vrbes multas ab eo conditas ibi prodidit,³⁰ quarum nec memoria vlla, nec vestigium extat. Scipione Æmiliano res in Africa gerente, Polybius Annalium conditor ab eo accepta classe, scrutandi illius orbis gratia circumuectus, prodidit à monte eo ad occasum versus saltus plenos feris, quas generat Africa: ad flumen Anatin cccclxxv. M. pass. Ab eo Lixum ccv. M. pass. Agrippa. Lixũ à Gaditano freto cxij. M. pass. abesse. Inde sinum, qui vocetur Saguti. Oppidũ in promontorio Mulclacha. Flumina, Subur, & Salam. Portũ Rutubis à Lixo cccxiij. M. pass. Inde promontorium Solis: portum Rifardir, Gætulos Autololes, flumen Cosenum, gentem Scelatitos & Masatos. Flumen Masatat, flumen Darat, in quo Crocodilos gigni. Deinde sinum dcxvj. M. pass. includi montis Barce promontorio excurrente in occasum, quod appellatur Surrentium. Postea flumen Palsum, vltra quod Æthiopas Perorsos,⁴⁰ quorum à tergo Pharusos. Iis iungi mediterraneos Gætulos Daras. At in ora Æthiopas Daratitas, flumen Bambotum, Crocodilis & hippopotamis refertum. Ab eo mōtes perpetuos vsque ad eum, quem Theôn ochema dicemus. Inde ad promontorium Hesperium nauigatione dierum ac noctium x. in medio eo spatio Atlantem locauit, à cæteris omnibus in extremis Mauritaniæ proditum. Ro. arma primũ Claudio principe in Mauritania bellauere, Ptolemæum regem à C. Cæsare interemptum vlciscenteliberio Ædemone, refugientibusque barbaris ventum constat ad montem Atlantem. Nec solùm cōsulatu perfunctis, atque è Senatu ducibus, qui tum res gessere, sed equitibus quoque Ro. qui ex eo præfuere ibi, Atlantem penetrasse in gloria fuit. Quinque sunt (vt diximus) Ro. coloniarum in ea prouincia, peruiumque famæ videri potest. Sed id plerunque fallacissimum⁵⁰ experimento deprehenditur, quia dignitates, cùm indagare vera pigeat, ignorantia

tiæ pudore mentiri non piget: haud alio fidei proniore lapsu, quàm vbi falsæ rei grauis autor existit. Et quidem minus miror incomperta quædam esse equestris ordinis viris, iam verò & senatorij, nil demirantibus quàm luxuriam, cuius efficacissima vis sentitur atque maxima, cùm ebori citròque syluæ exquirantur, omnes scopuli Gætuli muricibus ac purpuris. Indigenæ tamen tradunt in ora ab Sala centum quinquaginta mil. pass. flumen Asanam marino hauſtu, sed portu spectabile: mox omnem quem vocant Fut, ab eo ad Dyrin (hoc enim Atlanti nomen esse eorum lingua conuenit) ducenta mill. pass. interueniente flumine, cui nomen est Vior. Ibi fama, existere^a circa vestigia habitati quondam soli, vinearum palmetorumque reliquias. Suetonius Paulinus, quem Confu-
 10 lem vidimus, primus Romanorum ducum transgressus quoque Atlantem aliquot milium spatio, prodidit de excelsitate quidem eius, quæ cæteri: Imas radices densis altisque repletas syluis, incognito genere arborum, proceritatem spectabilem esse enodinitore, frondes cupressis similes, præterque grauitatem odoris, tenui eas obduci lanugine: quibus addita arte, posse, quales è bombyce, vestes confici. Verticem altis etiam æstate operiri niuibus. Decumis se eò peruenisse castris, & vltra ad fluuium, qui Niger vocatur, per solitudines nigri pulueris, eminentibus interdum velut exustis cauitibus, loca inhabitabilia feruore, quanquam hyberno tempore experto. Qui proximos inhabitent saltus, refertos elephantorum ferarumque & serpentium omni genere, Canarios appellari. Quippe victum eius animalis promiscuum his esse, & diuidua ferarum viscera. Iunctam Æthiopum gentem, quos Perorsos vocant, satis constat. Iuba Ptolemæi pater, qui primus vtrique Mauritaniam imperauit, studiorum claritate memorabilior etiam, quàm regno, similia prodidit de Atlante: præterque gigni ibi herbam euphorbiam nomine, ab inuentore medico suo appellatam. Cuius lacteum succum miris laudibus celebrat in claritate visus, contraque serpentes & venena omnia, priuatim dicato volumine. Et satis superque de Atlante.

Tingitania Prouincia.

CAP. II.

Tingitaniae prouinciæ lōgitudō clxx. M. pass. est. b Gentes in ea, quondam præcipua Maurorum, vnde nomen prouinciæ, quos plerique Maurusios dixerunt. Attenuata bellis ad paucas recidit familias. Proxima illi Massæfulorum fuerat, sed simili modo
 30 extincta est. Gætulæ nunc tenet gentes, Banurri, multoque validissimi Autololes: & horum pars quondam Vesuni, qui auulsi his, propriam fecere gentem, versi ad Æthiopas. Ipsa prouincia ab Oriente montosa, fert elephantos. In Abila quoque mōte, & quos Septem fratres à simili altitudine appellant: ijs freto imminent iuncti Abilæ. Ab his ora interni maris. Flumen Tamuda nauigabile, quondam & oppidum. Flumen Laud, & ipsum nauigiorum capax. Rufardir oppidum & portus, Maluana fluuius nauigabilis, Siga oppidum ex aduerso Malachæ in Hispania sitæ Syphacis regia, alterius iam Mauritaniam. Namque diu regum nomina obtinuere, vt Bogudiana appellaretur extima: itémque Bochi, quæ nunc Cæsariensis. Ab ea portus Magnus à spatio appellatus, ciuium Romanorum oppidum. Amnis Mulucha, Bocchi Massæfulorumque finis. Quiza xenitana peregrinorum oppidum, Arsennaria Latinorum, tribus millibus passuum à mari. Cartenna colonia Augusti, legio secunda. Item colonia eiusdem deducta cohorte prætorica Gunugi, promontorium Apollinis. Oppidumque ibi celeberrimum Cæsarea, antea vocitatum Iol, Iubæ regia, à Diuo Claudio coloniam iure donata, eiusdem iussu deductis veteranis. Oppidum nouum, & c Latio dato, Tipasa. Itémque à Vespasiano Imperatore eodem
 40 munere donatum Icosion. Colonia Augusti Rusconia, Ruscurium ciuitate honoratum à Claudio. Rufazus colonia Augusti. Salde colonia eiusdem. Igilgili, oppidum Tucça impositum mari & flumini Ampsagæ. Intus colonia Augusta, quæ item Succubar, item Tubusuptus. Ciuitates Timici, Tigauæ. Flumina Særdabala, Nabar, gens Macurebi, flumen Vfar, gens Nabades. Flumen Ampsaga, abest à Cæsarea ducentis trigintatribus
 50 millibus passuum. Vtriusque Mauritaniam lōgitudō octingentorum trigintanouem mill. Latitudo quadringentorum sexagintaseptem millium passuum.

^a certa vestigia^b ex vet. cod. & gens in ea quondam præcipua Maurorum, &c.^c Latio donatum,

Numidia.

CAP. III.

AB Ampfaga Numidia est, Masinissæ clara nomine, Metagonitis terra à Græcis appellata: Numidæ verò Nomades à permutandis pabulis, mapalia sua, hoc est domus, plaustris circumferentes. Oppida Cullu, Ruficade, & ab ea quadraginta octo M. passuum in mediterraneo colonia Cirta, Sittianorum cognomine & alia intus Sicca, liberumque oppidum Bulla regia. at in ora Tacatua, Hippo regius, flumè Armua. Oppidum Tabracha ciuium Romanorum. Tusca fluuius, Numidiæ finis: nec præter marmoris Numidici, ferarumque prouentum aliud infigne.

Africa.

CAP. IIII.

ATusca Zeugitana regio, & quæ propriè vocetur Africa, est. Tria promontoria, ¹⁰ Candidum, mox Apollinis aduersum Sardinia, Mercurij aduersum Sicilia, in altum procurrentia, duos efficiunt sinus: Hipponensem proximum ab oppido, quod Hipponem ^{a dilutum} dirutum vocant, Diarrhytum à Græcis dictum, propter aquarum irrigua. Cui finitimum Theudalis immune oppidum, longius à litore. Dein promontorium Apollinis, & in altero sinu Vtica ciuium Romanorum, Catonis morte nobilis, flumen Bagrada. Locus, Castra Cornelia, colonia Carthago, magnæ in vestigiis Carthaginis, colonia Maxulla. Oppida, Carpi, Misua, & liberum Clupea in promontorio Mercurij. Item libera, Curubis, Neapolis. Mox Africa ipsius alia distinctio. Libyphœnices vocantur, qui Byzacium incolunt. Ita appellatur regio ccl. M. passuum circuitu, fertilitatis eximia, cum centesima fruge agricolis scenus reddente terra. Hic oppida libera, Leptis, Adru- ²⁰ metum, Ruspina, Thapsus. inde Thenæ, Macomades, Tapace, Sabrata contingens Syrtim minorem, ad quam Numidiæ & Africa ab Ampfaga longitudo ccccc lxxx. M. passuum. Latitudo, quæ cognitum est, ccc. M. ea pars, quam Africam appellauimus, diuiditur in duas prouincias, veterem & nouam, discretas fossa, inter Africanum sequentem & reges, Thenas vsque perducta, quod oppidum à Carthagine abest ccxviij. M. pass. Tertius sinus diuiditur in geminos, duarum Syrtium vadoso ac reciproco mari ditros. Ad proximam, quæ minor est, à Carthagine ccc. M. passuum Polybius tradit. Ipsam centum M. passuum aditu, ccc. M. ambitu. Et terra autem siderum obseruatione ad eam per deserta harenis, perque serpentes iter est. Excipiunt saltus repleti ferarum multitudine, & introrsus elephantorum solitudines, mox deserta vasta, vltraque Garamantes, ab ³⁰ Augylis dierum xij. itinere distantes. Super illos fuere gens Pfylli, super quos lacus Lycopedis, desertis circumdatus. Augylæ ipsi medio ferè spatio locantur ab Æthiopia, quæ ad Occidentem vergit, & à regione quæ duas Syrtes interiacet, pari vtrinque interuallo, sed litore inter duas Syrtes, ccl. M. passuum. Ibi ciuitas Oensis, Cynips fluuius ac regio. Oppida, Neapolis, Taphra, Abrotonum, Leptis altera, quæ cognominatur magna. Inde Syrtis maior, circuitu dcxxv. aditu autem cccxiiij. M. passuum. Inde accolit gens Cispadum: In intimo sinu fuit ora Lotophagon, quos quidam Alachroas dixerunt, ad Philænorum aras: ex harena sunt eæ. Ab his non procul à continente palus vasta amnem Tritonem, noménque ab eo accipit, Pallantias appellata Callimacho: & citra minorem Syrtim esse dicta: à multis verò inter duas Syrtes. Promontorium, quod ⁴⁰ maiorem includit, Borion appellatur. Vltra Cyrenaica prouincia. Ad hunc finem Africa à fluuio Ampfaga populos xxxvj. habet, qui Romano parent imperio. In his colonias vj. præter iam supra dictas, Vthinam, Tuburbin. Oppida ciuium Roman. xv. ex quibus in mediterraneo dicenda Azuritanum, Abutucense, Aborienfe, Canopicum, Chilianense, Simittuense, Thunusidense, Tuburnicense, Tynidrumense, Tibigenfe, Vcitana duo, maius & minus, Vagense. Oppidum Latinum vnum Vsalitanum. Oppidum stipendiarium vnum Castris Corneliis. Oppida libera triginta ex quibus dicenda intus Acolitanum, Acharitanum, Auinense, Abziritanum, Canopitanum, Melzitanum, Madaurense, Salaphitanum, Tusdritanum, Tiricense, Tiphicense, Tunicense, Theudese, Tagestenfe, Tigense, Vlusuburitanum, Vagense aliud, Vigenfe, Zamense. Ex reliquo numero non ⁵⁰ ciuitates tantum, sed pleraque; etiam nationes iure dici possunt, vt Natabudes, Capsitani, Misulani

Misulani, Sabarbares, Massili, Nisives, Vamacures, Ethini, Mussini, Marchubij, & tota Gætulia ad flumen Nigrin, qui Africam ab Æthiopia dirimit.

Cyrene.

C A P. V.

CYrenaica, eadem Pentapolitana regio, illustratur Hammonis oraculo, quod à Cyrenis abest cccc. M. passuum fonte Solis, vrbibus maximè quinque, Berenice, Arsinoe, Ptolemaide, Apollonia, ipsa Cyrene. Berenice in Syrtis extimo cornu est, quondam vocata Hesperidum supra dictarum, vagantibus Græciæ fabulis. Nec procul ante oppidum fluuius Lethon, lucus sacer, vbi Hesperidum horti memorantur. Abest à Lep^a ccc lxxv. M. passuum. Ab ea Arsinoe, Teuchira vocitata, xliij. M. passuum. Et deinde Ptolemas, antiquo nomine Barce, xxiij. M. passuum. Mox. ccl. M. promontorium Phycus per Creticū mare excurrit, distans ccl. M. passuum à Tænaro Laconicæ promontorio. A Creta verò ipsa^b cxxv. M. Post id Cyrene à mari vndecim M. passuum. A Phycunte Appolloniam xxiij. M. passuum. ad Cherronesum lxxvij. M. passuum. Vnde Catabathmum ccvj. M. passuum. Accolūt Marmaridæ, à Parætonij fermè regione ad Syrtin vsque maiorem porrecti. Post eos Araruceles, & iam in ora Syrtis Nafamones, quos antea Mesammones Græci appellauere ab argumêto loci, medios inter harenas sitos. Cyrenaicus ager xv. M. passuum latitudine à litore, & arboribus fertilis habetur. Intus eodem spatio frugibus tantum: mox triginta M. passuum latitudine, & ccl. M. pass. longitudine, laesere modo. Post Nafamones Hasbitæ & Macæ viuunt. Ultra eos Hammanientes vndecim dierum itinere à Syrtibus maioribus ad Occidentem, & ipsi quaquà versus harenis circumdati: puteos tamen haud difficiles binum fermè cubitorum inueniunt altitudine, ibi restagnantibus Mauritanæ aquis. Domos sale montibus suis exciso, ceu lapide, construunt. Ab his ad Troglodytas hyberni occasus plaga dierum iij. iter, cum quibus commercium gemmæ tantum, quam carbunculum vocamus, ex Æthiopia vectæ. Interuenit ad solitudines Africæ supra minorem Syrtin dictas versa Phazania, vbi gentem Phazaniorum, vrbesque Alelen & Cillabam subegimus. Item Cydamum è regione Sabratæ. Ab his mons longo spatio in Occasum ab Ortum tendit, Ater nostris dictus à natura, adusto similis, aut Solis repercussu accenso. Ultra eum deserta: Matelgæ oppidum Garamantum: itémque Debris, affuso fonte, à medio die ad mediam noctem aquis feruentibus, totidemq; horis ad medium diem rigentibus: clarissimumq; oppidum Garama caput Garamantum: omnia armis Roman. superata, & à Cornelio Balbo triumphata, vnus omnium externo curru & Quiritium iure donato: quippe Gadibus nato ciuitas Roman. cum Balbo maiore patruo data est. Et hoc mirum, supra dicta oppida ab eo capta, autores nostros prodidisse. Ipsum in triumpho præter Cydamum & Garamam, omnium aliarum gentium vrbiumque nomina ac simulacra duxisse, quæ iere hoc ordine: Tabidium oppidum, Niteris natio, Negligemela oppidum, Bubeium natio, Veloppidum, Enipi natio, Thuben oppidum, mons nomine Niger: Nitibrū, Rapfa, oppida: Discera natio, Debris oppidum, flumen Nathabur, Taplagum oppidum, Nannagi natio, Boin oppidum, Pege oppidum, flumen Dasibari. Mox oppida continua, Baracum, Buluba, Alasi, Balsa, Galla, Maxala, Zizama. Mons Gyri, in quo gemmas nasci titulus præcessit. Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit, latronibus gentis eius, puteos (qui sunt non altè fodiendi, si locorum notitia adsit) harenis operiētibus. Proximo bello, quod cum OEensibus gessere initiis Vespasiani Imperatoris, compendium viæ quadridui deprehensum est. Hoc iter vocatur, præter caput saxi. Finis Cyrenaicus Catabathmos appellatur, oppidum & vallis repentè conuexa. Ad eum terminum Cyrenaica Africa^d à Syrti minore decies centena lx. M. passuum in longitudine patet: in latitudine, qua cognitum est, dccc.

Libya Mareotis.

C A P. VI.

EA quæ sequitur regio, Mareotis Libya appellatur, Ægypto contermina. Tenent Marmaridæ, Adirmachidæ, dein Mareotæ. Mensura à Catabathmo ad Parætonium lxxvij. M. passuum. In eo tractu vicus Apis interest, nobilis religione Ægypti locus. Ab

^a Vet. cod. ccc lxxv. M. ⁷⁷ Marian.

^b cccxv. M. ipso etiam Plinio teste, supra lib. 4. cap. 12.

^c quod curru OEensibus Romani gessere au: picis Vespasiani

^d à Syrti maiore

a c. c. M. ex eo Parætonium xij. M. passuum. Inde Alexandriam^a centum M. passuum latitudo clxxix. est. Eratosthenes à Cyrenis Alexadriâ terrestri itinere ccccccxxv. M. prodidit. Agrippa totius Africæ à mari Atlantico cum inferiore Ægypto xxx. xl. M. passuum longitudinem. Polybius & Eratosthenes diligentissimi existimati, ab Oceano ad Carthaginem magnam^b xvi. M. passuum ab ea Canopicû Nili proximum ostium xvi. M. pass. xxx. fecerunt. Isidorus à Tingi Canopum xxxv. cxix. M. passuum: Artemidorus xl. minus, quàm Isidorus.

Insula circa Africam, & ex aduerso Africa. CAP. VII.

c Longitudine xxv. M. passuum, latitudine xxv. ab Eratosthene Lotophagitis appellata. Oppida^c 10 habet duo, Meningem ab Africæ latere, & altero Thoar, ipsa à dextro Syrtis, minoris promontorio passibus cc. sita. Ab ea centum M. pass. contra læuum Cercina, cum vrbe eiusdem nominis libera, longa xxv. M. passuum, lata dimidium eius, vbi plurimum, ac in extremo non plus quinque M. passuum. Huic perparua Carthaginem versus Cercinitis ponte iungitur ab his quinquaginta M. ferè passuum, Lopadusa, longa vj. M. passuum. Mox Gaulos & Galata, cuius terra scorpionem dirum animal Africæ necat. Dicuntur & in Clupea emori, cuius ex aduerso Cosyra cum oppido. At contra Carthaginis sinum duo Ægimori à re, scopuli verius, quàm insulæ, inter Siciliam maximè & Sardinia. Auctores sunt, & has quondam habitatas subsedisse.

Aethiopes.

CAP. VIII.

20

d In vetustis Cod. hic incipit caput octauum. ^d Interiori autem ambitu Africæ ad Meridiem versus, superque Gætulos interuenientibus desertis, primi omnium Libyægyptij, deinde Leucæthiopes habitant. ^d Super eos Æthiopum gentes Nigritæ, à quo dictum est flumine: Gymnetes, Pharusi, & iam Oceanum attingentes, quos in mauritanie sine diximus, Perorfi. Ab his omnibus vastæ solitudines Orientem versus, vsque Garamantes, Augylasque & Troglodytas: verissima opinione eorum, qui desertis Africæ duas Æthiopias superponunt, & ante omnes Homeri, qui bipertitos tradit Æthiopas, ad Orientem occasumque versos. Nigri fluuio eadem natura, quæ Nilo, calamum & papyrus, & eadem gignit animantes, iidemq; temporibus augetur. Oritur inter Tareleos Æthiopas, & Ocalicas. Horum oppidum Mauin quidam solitudinibus imposuerunt. Atlantas iuxta eos, Ægipanas semiferos, & 30 Blemmyas, & Gamphasantas, & Satyros, & Himantopodas. Atlantes degeneres sunt humani ritus, si credimus. Nam neque nominum vllorum inter eos appellatio est, & Solem orientem occidentemque dira imprecatione contuentur, vt exitialem ipsis agrisque: neque infomnia visunt, qualia reliqui mortales. Troglodytæ specus excauant. Hæ illis domus, victus serpentium carnes, stridorque non vox: adeo sermonis commercio carent. Garamantes matrimoniorum exortes, passim cum sceminis degunt. Augylæ inferos tantum colunt. Gamphasantes nudi, præliorumque expertes, nulli externo congregantur. Blemmyis traduntur capita abesse, ore & oculis pectori affixis. Satyris, præter figuram, nihil moris humani. Ægipanum, qualis vulgo pingitur, forma. Himantopodes loripedes quidam, quibus serpendo ingredi natura est, ^e Pharusi quondam Persæ, comites 40 fuisse dicuntur Herculis ad Hesperidas tendentis. Nec de Africa plura quæ memorentur, occurrunt.

De Asia.

CAP. IX.

f ore ^f Adhæret Asia, quam patere à Canopico ostio ad Ponti ostium Timosthenes xxxvi. xxxix. M. passuum tradidit. Ab^f ora autem Ponti ad os Mæotis Eratosthenes xv. xlv. M. passuum. Vniuersam verò cum Ægypto ad Tanain Artemidorus & Isidorus lxxxviii. M. passuum. Maria eius complura ab accolis traxere nomina: quare simul indicabuntur. Proxima Africæ incolitur Ægyptus, introrsus ad Meridiem recedens, donec à tergo prætendantur Æthiopes. Inferiorem eius partem Nilus, dextra læuâque diuisus amplexu suo determinat, Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco clxx. M. passuum 50 interuallo. Quam ob causam inter insulas quidam Ægyptum retulere, ita se findente Nilo,

Nilo, vt triquetram terræ figuram efficiat. Ideo multi Græcæ literæ vocabulo, Delta appellauere Ægyptum. Mensura ab vnitae aluei, vnde se primùm findit in latera, ad Canopicum ostium, c x l v j. M. ad Pelusiacum c c l v j. M. est. Summa pars contermina Æthiopiæ, Thebais vocatur. Diuiditur in præfecturas oppidorum, quas nomos vocant, Ombiten, Phatniten, Apolopoliten, Hermonthiten, Thiniten, Phanturiten, Coptiten, Tentyriten, Diospoliten, Antæopoliten, Aphroditopoliten, Lycopolitē. Quæ iuxta Pelusium est regio, nomos habet, Pharbætiten, Bubastiten, Sethroitē, Taniten. Reliqua autem Arabicum, Hammoniacum tendentem ad Hammonis Iouis oraculum, Oxyrynchiten, Leontopoliten, Atharrabiten, Cynopoliten, Hermopoliten, Xoiten, Médesium, 10 Sebenniten, Capastiten, Latopoliten, Heliopoliten, Prosopiten, Panopoliten, Thermopoliten, Busiriten, Onuphiten, Saiten, Ptenethu, Phthemphu, Naucraticē, ^a Nitritē, Gy- ^a Mæceliten, næcopoliten, Menelaiten, Alexandria regione. Item Libyæ Mareotis, Heracleopolites est in insula Nili, longa passuum quinquaginta M. in qua & oppidum Herculis appellatum. Arsinoitæ duo sunt: hi & Memphites, vsque ad summū Delta perueniunt. Cui sunt contermini ex Africa duo Oeasitæ. Quidam ex his aliqua nomina permutant, & substituunt alios nomos, vt Heroopoliten, Crocodilopoliten. Inter Arsinoiten autē ac Memphiten lacus fuit, circuitu c c l. M. passuum, aut, vt Mutianus tradit, c c c c l. M. & altitudinis quinquaginta passuum, manu factus, a rege, qui fecerat, Mæridis appellatus. Inde 20 lxxij. M. passuū, abest mēphis, quondam arx Ægypti regum: vnde ad Hammonis oraculum xij. dierū iter est, ad scissuram autē Nili, quod appellauimus Delta, xv. M. passuum. Nilus incertis ortus fontibus, it per deserta & ardentia: & in immenso longitudinis spatio ambulans, ^b famâque tantū inermi quæsitu cognitus sine bellis, quæ cæteras omnes terras inuenere, originem (vt Iuba rex potuit exquirere) in monte inferioris Mauritaniæ non procul Oceano habet, lacu protinus stagnante, quem vocant Nilidem. Ibi pisces reperiuntur ^c alabetæ, coracini, siluri, crocodilus quoque. Inde ob argumentū hoc. Nili ortus creditus, Cæsareæ in Iseo dicatus ab eo spectatur hodie. Prætereà obseruatum est, prout in Mauritania niues imbrésve fatiauerint, ita Nilum increfcere. Ex hoc lacu profusus indignatur fluere per harenosa & squalentia, conditque se aliquot dierum itinere. mox alio lacu maiore, in Cæsariensis Mauritaniæ gente Masîæ sylūm erumpit, & hominū 30 cœtus veluti circumspicit, iisdem animalium argumentis: iterum harenis receptus conditur rursus xx. dierum desertis ad proximos Æthiopas: atque vbi iterum senserit hominem, profilit fonte (vt verifimile est) illo, quē Nigrin vocauerunt. Inde Africam ab Æthiopia dispecscens, etiam si non protinus populis, feris tamē & belluis frequens, syluarūmque opifex, medios Æthiopas fecat, cognominatus Astapus, quod illarum gentium lingua significat aquam è tenebris profluentē. Insulas ita innumeras spargit, quasdamque tam vastæ magnitudinis, vt quanquam rapida celeritate, tamen dierum quinque cursu non breuiore tranfuolet: circa clarissimam earum Meroën, Astabores læuo alueo dictus, hoc est, ramus aquæ venientis è tenebris: dextero verò ^d Astusapes, quod latentis significatio- ^d Astusapes, ^d Strab. boni. nem adiicit: nec antè Nilus, quàm se totum aquis concordibus rursus iunxit, sic quoque etiamnum Siris, vt antè, nominatus per aliquot millia, & in totum Homero Ægyptus, aliisque Triton: subinde infulis impactus, totidem incitatus irritamētis, postremò inclusus montibus, nec alibi torrentior, vectus aquis properatibus ad locum Æthiopum, qui Catadupi vocantur, nouissimo cataracte inter occurfantes scopulos non fluere immēso fragore creditur, sed ruere. Postea lenis & cōfractis aquis, domitâque violentia, ^e aliquid ^e alioquin & spatio fessus, multis quamuis faucibus in Ægyptium mare se euomit. Certis tamen diebus auctu magno per totā spatiatus Ægyptum, fœcundus innatat terræ. Causas huius incrementi varias prodidit, sed maximè probabiles, Etesiarum eo tempore ex aduerso flantium percussum, ^f vltro in ora actō mari: aut imbres Æthiopiæ æstiuos, iisdem ^f vltro ora actō amne. Etesis nubila illò ferentibus è reliquo orbe. Timæus Mathematicus occultam protulit 50 rationem: Phialam appellari fontem eius, mergique in cuniculos ipsum amnem, vapore anhelantem fumidis cautibus, vbi conditur. Verùm Sole per eos dies coninus factō,

extrahi ardoris vi, & suspensum abundare, ac ne deuoretur, abscondi. Id euenire à Canis ortu, per introitum Solis in Leonem, contra perpendiculum fontis fidere stante, cum in eo tractu absumentur umbræ. Plerisque è diuerso opinatis largiorem fluere, ad Septentrionem Sole discedente, quod in Cancro & Leone euenit. Ideoque tunc minus sicari. Rursus in Capricornum & Austrinum polum reuerso sorberi, & ob id parcius fluere. Sed Timæo si quis extrahi posse credat, umbrarum defectus iis diebus & locis sine fine adest. Incipit crescere Luna noua, quæcunque post solstitium est, sensim modiceq; Cancrum Sole transeunte, abundantissimè autem Leonem. Et residit in Virgine, iisdem, quibus accreuit, modis. In totum autem reuocatur intra ripas in Libra, vt tradit Herodotus, centesimo die. Cum crescit, reges aut præfectos nauigare eò, nefas iudicatum est. 10 Auctus eius per puteos mensuræ notis deprehenduntur. Iustum incrementum est cubitorum xvj. Minores aquæ non omnia rigant: ampliores detinent tardius recedendo. Hæ ferendi tempora absument solo madente: illæ non dant sitiente. Vtrunque reputat prouincia. In duodecim cubitis famem sentit, in tredecim etiamnum esurit: quatuordecim cubita hilaritatem afferunt: quindecim securitatem: sexdecim delicias. Maximū in-

a minimum
quinque
Pharfalico
bello,
b emittitur.

crementum ad hoc æui fuit cubitorum decem & octo, Claudio principe: a minimumq; Pharfalico bello, veluti necem Magni prodigio quodam flumine auerfante. Cum steteret aquæ, apertis molibus^b admittuntur. Vt quæq; liberata est terra, feritur. Idem amnis vnus omnium nullas expirat auras. Ditionis Ægypti esse incipit à fine Æthiopiæ Syene: ita vocatur peninsula centum mill. passuum ambitu, in qua^c Cerastræ sunt latere Ara- 20 bia, & in aduerso insulæ iij. Philæ. ccccc. m. pass. à Nili fissura, vnde appellari diximus Delta. Hoc spatium edidit Artemidorus, & in eo ccl. oppida fuisse. Iuba cccc. m. p. Aristocreon ab Elephantide ad mare dcl. m. pass. d Elephantis insula infra nouissimum cataracten tria M. pass. & supra Syenen xvj. M. habitatur, navigationis Ægyptiæ finis, ab Alexandria ccccc lxxvj. M. pass. Intantum errauere supra scripti. Ibi Æthiopicæ conueniunt naues. Nanque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad cataractas ventum est. Ægyptus super cæteram antiquitatis gloriam xx. M. urbium sibi Amasæ regnante habitata præfert, nunc quoque multis, etiam si ignobilibus, frequens. Celebratur tamen Apollinis, mox Leucothææ, & Diospolis magna, eadē Thebe portarū centum nobilis fama, Coptos Indicarum Arabicarūque mercium Nilo proximū emporiū. Mox 30 Veneris oppidum, & iterum Iouis, ac Tentyris: infra quod Abydus, Memnonis regia, & Osiris templo inclytum, vij. M. ccccc. pass. in Libyam remotū à flumine. Dein Ptolemais, & Panopolis, ac Veneris iterum. Et in Libyco Lycon, vbi montes finiunt Thebaidē. Ab iis oppida Mercurij, Alabastrō, canū, & supra dictū Herculis. Deinde Arsinoë, & iam dicta Memphis, inter quam & Arsinoiten nomon, in Libyco turres quæ pyramides vocantur, Labyrinthus in Mæridis lacu nullo addito ligno exædificatus: & oppidū Crialon. Vnum præterea intus & Arabiæ conterminum, claritatis magne, Solis oppidum.

Alexandria.

C A P. X.

Sed iure laudetur in litore Ægyptij maris Alexandria, à Magno Alexandro condita in Africæ parte, ab ostio Canopico xij. M. passuum iuxta Mareotim lacum, e qui 40 lacus antea Arapotes nominabatur. Metatus est eam Dinochares architectus pluribus modis memorabili ingenio, xv. M. pass. laxitate infessa, ad effigiē Macedonicę chlamydis, orbe gyrato lacinosam, dextera læuâque anguloso procurfu, iam tum tamen quinta situs parte regię dicata. Mareotis lacus à Meridiana vrbis parte, Euripo è Canopico ostio mittitur mediterraneo commercio, insulas quoque plures amplexus, triginta M. passuum traiectu, ccccc. ambitu, vt tradit Claud. Cæsar. Alij schænos in longitudinem patere xl. faciunt. scænumque stadia triginta, ita fieri longitudinis cl. M. passuum, tantundem & latitudinis. Sunt in honore & intra decursus Nili multa oppida, præcipue que nomina dedere ostiis, non omnibus. (xj. enim reperiuntur, superque quatuor, que ipsi falsa ora appellant) sed celeberrimis septem, proximo Alexandrię Canopico, dein- 50 de Bolbitino, Sebennitico, Phatnitico, Mendefico, Tanitico, vltimoque Pelusiaco. Præ-

terca

e Qui locus
antea Rha-
cotes nomi-
nabatur. ex
Stephano, &
Strabone ita
legitur.

terea Butos, Pharbætos, Leontopolis, Athribis, Ifidis oppidum, Busiris, Cynopolis, Aphrodites, Sais, Naucratis, unde ostium quidam Naucraticum nominant,^a quod alij Heracleoticum, Canopico, cui proximum est, præferentes.

^a Canopico, quod alij Heracleoticum vocant, cui &c.

Arabia.

CAP. XI.

VLtra Pelusiacum Arabia est, ad Rubrum mare pertinens, & odoriferam illam ac diuitem & beatæ cognomine inclytam. Hæc Catabanum & Esbonitarum & Scenitarum Arabum vocatur, sterilis, præterquam vbi Syriæ confinia attingit, nec nisi Casio monte nobilis. His Arabes iunguntur, ab Oriente Canchlei, à Meridie Cedrei, qui deinde ambo Nabathæis. Heroopoliticus vocatur, alterque Ælaniticus sinus rubri maris in
10 Ægyptum vergentis, cl. M. passuum interuallo inter duo oppida Ælana, & in nostro mari Gazam. Agrippa à Pelusio Arsinoën rubri maris oppidum, per deserta cxxv. M. passuum tradit, tam paruo distat ibi tanta rerum naturæ diuersitas.

Syria, Palæstina, Phœnice.

CAP. XII.

IVxtà Syria litus occupat, quondam terrarum maxima, & pluribus distincta nominibus. Nanque Palæstina vocabatur, quæ cōtingit Arabas, & Iudæa, & Cœle, dein Phœnice: & quæ recedit intus, Damascena: ac magis etiamnum Meridiana, Babylonia.^b Et eadem Mesopotamia inter Euphratem & Tigrin: quæque transit Taurum, Sophene: citra verò etiam Comagene. Et vltra Armeniam, Adiabene, Assyria antè dicta: & vbi Ciliciam attingit, Antiochia. Longitudo eius inter Ciliciam & Arabiam cccclxx. M. pass.
20 est. Latitudo à Seleucia Pieria, ad oppidum in Euphrate Zeugma clxxv. Mill. passuum. Qui subtiliùs diuidunt, circumfundi Syria Phœnicen volunt, & esse oram maritimam Syriæ, cuius pars sit Idumæa & Iudæa, deinde Phœnice, deinde Syria. Id quod præiacet mare totum, Phœnicium appellatur. Ipsa gens Phœnicum in gloria magna literarum inuentionis & siderum, naualiùmque ac bellicarum artium. A Pelusio Chabriæ castra, Casius mons, delubrum Iouis Casij, tumulus magni Pompeij, Ostracine. Arabia finitur à Pelusio lxxv. M. passuum.

^b Exinde Mesopotamia

^c Eud. lib. 4. de Assæ, ex vet. cod. ita legitur. Esse enim primū orā maritimā Syriæ ab Arabia, cuius pars sit Idumæa & Iudæa: deinde Phœnicæ. Deinde rursus Syriæ. In tritius autē, Syria Damasci claudi Phœnicen.

Idumæa, Syria Palæstina, Samaria.

CAP. XIII.

MOx Idumæa incipit, & Palæstina, ab emerfu Sirbonis lacus, quem quidam cl. Mill. passuum circuitu tradidere, Herodotus Casio monti applicuit: nunc est palus modica. Oppida Rhinocolura, & intus Rhapsæ: Gaza, & intus Anthedon: mons Angaris. Regio per oram Samaria. Oppidum Ascalo liberum. Azotus: Iamnes duæ, altera intus. Ioppe Phœnicum, antiquior terrarum inundatione, vt ferunt. Insidet collē præiacente saxo, in quo vinculorum Andromedæ vestigia ostendunt. Colitur illic fabulosa Derceto. Inde Apollonia, Stratonis turris, eadem Cæsarea, ab Herode rege condita: nunc colonia prima Flauia, à Vespasiano Imperatore deducta. Finis Palæstines centum octoginta nouem millium passuum, à confinio Arabiæ: deinde Phœnicæ. Intus autē Samariæ oppida, Neapolis, quod antea^d Mamortha dicebatur, ^e Sebeste, in monte altiore Gamala.

Iudæa, Galilæa.

CAP. XIII.

SVpra Idumæam & Samariam Iudæa longè latèque funditur. Pars eius Syriæ iuncta, Galilæa vocatur: Arabiæ verò & Ægypto proxima, Peræa, asperis dispersa montibus, & à cæteris Iudæis Iordane amne discreta. Reliqua Iudæa diuiditur in toparchias decem quo dicemus ordine: Hiericuntem palmetis consistam, fontibus irriguam Emmaum, Lyddam, Ioppicam, Acrabatenam, Gophniticam, Thamniticam, Betholenen, Tephene, Orinen, in qua fuere Hierosolyma, longè clarissima vrbium Orientis, non Iudææ modo: Herodium cum oppido illustri eiusdem nominis.

^d Josephus lib. 4. de Iudæis, Maxbotam nominat, e Sebeste in mōte, & altiora Gamala.

Iordanis.

CAP. XV.

Iordanis amnis oritur è fonte Paneade, qui cognomen dedit Cæsareæ, de qua dicemus: amnis amœnus, & quatenus locorum situs patitur, ambitiosus, accolisque se præbens, velut inuitus. Asphaltiten lacum dirum natura petit, à quo postremo ebibitur, aquasque laudatas perdit pestilentibus mistas. Ergo vbi prima conualliū fuit occasio, in

lacum se fundit, quem plures Genesaram vocant xvj. M. pass. lōgitudinis, vj. M. latitudinis, amœnis circumseptum oppidis: ab Oriente Iuliade & Hippo, à Meridie Tarichea, quo nomine aliqui & lacum appellant: ab Occidente Tiberiade, aquis calidis salubri.

Asphaltites.

CAP. XVI.

A Asphaltites nihil præter bitumen gignit: vnde & nomen. Nullum corpus animalium recipit: tauri camelique fluitant. Inde fama, nihil in eo mergi. Longitudine excedit centum M. passuum, latitudine maxima xxv. implet, minima sex. Prospicit eum ab Oriente Arabia Nomadum, à Meridie Macherus, secunda quondam arx Iudææ ab Hierosolymis. Eodem latere est calidus fons medicæ salubritatis Callirrhoë, aquarum gloriam ipso nomine præferens.

Gens Essenorum.

CAP. XVII.

A B Occidente litora Esseni fugitant, vsque quâ nocet, gens sola, & in toto orbe præter cæteras mira, sine vlla fœmina, omni Venere abdicata, sine pecunia, socia palmarum. In diem ex æquo conuenarum turba renascitur, largè frequentâtibus, quos vitafessos ad mores eorum fortunæ fluctus agitât. Ita per seculorum millia (incredibile dictu) gens æterna est, in qua nemo nascitur. Tam fœcunda illis aliorum vitæ pœnitentia est. Infra hos Engadda oppidum fuit, secundum ab Hierosolymis fertilitate, palmetorumque nemoribus: nunc alterum bustum. Inde Masada castellû in rupe, & ipsum haud procul Asphaltite. Et hætenus Iudæa est.

Decapolis.

CAP. XVIII.

^a Scythopolin deductis
Scythis, antea Nysam,
Libero patre sepulta
nutrice ibi,
^b Gadaram

I Vngitur ei latere Syriæ Decapolitana regio, à numero oppidorum, in quo nō omnes eadem obseruant. Plurimi tamen Damascum & Opaton riguas amne Chrysochora, fertilem Philadelphiam, Rhaphanam, omnia in Arabiam recedentia. ^a Scythopolin, antea Nysam, à Libero patre, sepulta nutrice ibi, Scythis deductis. Gaddara Hieromiace præfluente, & iâ dictum Hippon Dion, Pellam aquis diuitem, ^b Galasam, Canatham. Intercurfant cinguntque has vrbes tetrarchiæ, regionum instar singulæ, & in regna cōtribuuntur, Trachonitis, Paneas, in qua Cæsareæ cum supra dicto fonte, Abila, Arca, Ampeloëssa, Gabe.

Tyrus & Sidon.

CAP. XIX.

H Inc redeundum est ad oram atque Phœnicen. Fuit oppidum Crocodilon, est flumen: memoria vrbium, Dorum, Sycaminon, promontorium Carmelum, & in monte oppidum eodem nomine, quondam Echatana dictum iuxta Getta, Iebba riuus Pagida, siue Belus, vitri fertiles harenas paruo litori miscens. Ipse è palude Cendeuia à radicibus Carmeli profluit. Iuxta colonia Claudij Cæsaris Ptolemis, quæ quondam Ace. Oppidum Ecdippa. Promontorium album. Tyrus quondam insula, præalto mari septingentis passibus diuisa, nunc verò Alexandri oppugnantis operibus continens, olim partu clara vrbibus genitis, Lepti, Vtica & illa Romani imperij emula, terrarum orbis auida, Carthagine, etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis eius nobilitas conchylio atque purpura constat. Circuitus xi x. M. pass. est intra Palætyro inclusa. Oppidum ipsum xxi j. stad. obtinet. Inde Euhydra, Sarepta, & Ornithon oppida: & Sidon artifex vtri, Thebarumque Bœotiarum parens.

Mons Libanus.

CAP. XX.

^e Reftius,
Leontan, vt
apud Strabonem.

^d Melius in
vetust. ced.
Marathos,
contraque
Aradus septē
stadiorū oppidum,
ex strab.

A Tergo eius mons Libanus orfus, mille quingentis stad. Simyram vsque porrigitur, quâ Cœle Syria cognominatur. Huic par, interiacente valle, mons aduersus Antilibanus obtenditur, quondam muro coniunctus. Post eum introrsus Decapolitana regio est prædictæque cum ea tetrarchiæ, & Palæstinæ tota laxitas. At in ora etiamnum subiecta Libano, fluuius Magoras: Berytus colonia, quæ Felix Iulia appellatur. ^c Leontos oppidum, flumen Lycos, Palæbyblos, flumen Adonis. Oppida Byblos, Botrys, Giggarta, Trieris, Calamos: Tripolis, quam Tyrij & Sydonij & Aradij obtinent. Orthosia, Eleutheros flumen. Oppida, Simyra, ^d Marathos, contraque Aradum Antarados ^e septem stadiorum oppidum, & insula ducetos passus à continente distans. Regio in qua

suprà

suprà dicti desinunt montes, & interiacentibus campis, Bargylus mōs incipit. Hinc rursus Syria, desinente Phœnice. Oppida Carne, Balanea, Paltos, Gabale : promontorium, in quo Laodicea libera, Diospolis, Heraclea, Charadrus, Posidium.

Syria Antiochena.

C A P. XXI.

Deinde ^a promontorium Syriæ Antiochenæ. Intus ipsa Antiochia libera, Epidaphnes cognominata, Oronte amne diuiditur. In promontorio autem Seleucia libera, Picria appellata.

^a In antiq. cod. Deinde Syria Antiochia.

Casius mons.

C A P. XXII.

Super eam mons eodem, quo alius, nomine, Casius. Cuius excelsa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras Solem aspicit: breui circumactu corporis, diem noctemque pariter ostendens. Ambitus ad cacumen xix. M. passuum est, altitudo per directum iiij. At in ora amnis Orontes, natus inter Libanum & Antilibanum. iuxta Heliopolin. Oppidum Rhofos, & à tergo Portæ quæ Syriæ appellantur, interuallo Rhofiorum montium & Tauri. In ora oppidum Myriandros, mons Amanus, in quo oppidum Bomitæ. Ipse ab Syris Ciliciam separat.

Cœle Syria.

C A P. XXIII.

Nunc interiora dicantur. Cœle habet Apamiam, Marfya amne diuisam à Nazerinorum tetrarchia. Bambycen, quæ alio nomine Hierapolis vocatur, Syris verò Magog. Ibi prodigiosa Atargatis, Græcis autem Derceto dicta, colitur. Chalcidem cognominatam ad Belum, vnde regio Chalcidene fertilissima Syriæ: & vnde Cyrhistica, Cyrthum, Gazatas, Gindarenos, Gabenos, tetrarchias duas, quæ Granucomatæ vocantur, Hemisfenos, Hylatas, Ituræorum gentem, & qui ex iis Bætarreni vocantur, Mariammitanos. Tetrarchiam, quæ Mammifca appellatur, Paradisum, Pagras, Pinaritas, Seleucias præter iam dictam duas, quæ ad Euphraten, & quæ ad Belum vocantur, Carditêses. Reliqua autem Syria habet, exceptis quæ cum Euphrate dicentur, Arethusios, Bercœnfes, Epiphanenses. Ad Orientem Laodiceos, qui ad Libanum cognominantur, Leucadios, Larissæos, præter tetrarchias in regna descriptas barbaris nominibus xvij.

Euphrates.

C A P. XXIV.

Et de Euphrate hoc in loco dixisse aptissimum fuerit. Oritur in præfectura Armeniæ maioris Caranitide, vt prodidere ex iis qui proximè viderunt, Domitius, Corbulo in monte Aba, Licinius Mutianus sub radicibus montis, quem Capotem appellat, suprà Simyram xij. M. passuum, initio Pyxirates nominatus. Fluit Derxenem primùm, mox ^b Anaetiam, Armeniæ regiones à Cappadocia excludens. Dascusa abest à Simyra lxxv. M. passuum. Inde nauigatur Pastonam quinquaginta M. passuum. Melitenen Cappadociæ lxxiiij. M. passuum. Elegiam Armeniæ decem M. passuum, acceptis fluminibus Lyco, Arsaniam, Arsanio. Apud Elegiam occurrit ei Taurus mons, nec resistit, quanquàm xij. M. pass. latitudine præualens. Omiram vocant irrumpentem: mox vbi perfregit, Euphratem, vltra quoque saxosum ac violentum. Arabiam inde læua, Merorum dictam regionem trischœna mensura, dextraque Comagenen determinat, pôtis tamē, etiam vbi ^c Taurum expugnat, patiens. Apud Claudiopolim Cappadociæ, cursum ad occasum Solis agit. Primò ^c hunc illi impugnatus cursum Taurus aufert: victusque & abscisus sibi met, alio modo vincit, ac fractum expellit in Meridiē. Ita naturæ dimicatio illa æquatur, hoc eunte quò vult, illo prohibēte ire quæ velit. A cataractis iterum nauigatur: xl. M. pass. inde Comagenes caput Samosata. Arabia suprà dicta habet oppida, Edessiam, quæ quondam Antiochia dicebatur, Callirrhoen à fonte nominatā, Carras clade Crassi nobiles. Iungitur præfectura Mesopotamiæ, originem à Syris trahens, in qua Anthemusia & Nicephorium oppida. Mox Arabes, qui Rhetauī vocantur: horum caput Singara. A Samosatis autem latere Syriæ, Marfyas amnis influit. Gingla Comagenen finit, Merorum ciuitas incipit. Oppida alluuntur Epiphania & Antiochia, quæ ad Euphraten vocantur. Item Zeugma lxxij. millib. passuum à Samosatis, transitu Euphratis nobile. Ex aduerso Apamiam Seleucus, idem vtriusque conditor, ponte iunxerat. Qui coherent Meso-

^b Io. Gop. Anaitiam

^c hunc illi impugna Taurus aufert. Et dicit in Basilicensi cod. legitur, primū hanc illi impugnatus Taurus aperit.

potamiæ, Rhoali vocantur. At in Syria oppida, Europum, Thapfacum quondam, nunc Amphipolis, Arabes Scenitæ. Ita fertur vsque Vram locū, in quo conuersus ad Orientem relinquit Syriæ Palmyrenas solitudines, quæ vsque ad Petram urbem, & regionem Arabiæ felicis appellatæ, pertinent.

Palmyra.

C A P. XXV.

Palmyra vrbs nobilis situ, diuitiis soli, & aquis amcænis, vasta vndique ambitu harenis includit agros: ac velut terris exempta à rerum natura, priuata forte inter duo imperia summa, Romanorum Parthorumque, & prima in discordia semper vtrinque cura, abest à Seleucia Parthorum, quæ vocatur ad Tigrin ccccccxxvij. Mill. pass. A proximo verò Syriæ litore ducentis quinquagintaduobus millibus, & à Damasco vigintiseptem propius.

Hierapolis.

C A P. XXVI.

Infra Palmyræ solitudines, Stelendena regio est, dictæque iam Hierapolis, ac Bercæa, & Chalcis. Ultra Palmyram quoque ex solitudinibus iis aliquid obtinet Hemesa, item Elatium, dimidio propior Petræ, quàm Damascus. Afura autem proximè est Philiscum, oppidum Parthorum ad Euphratem. Ab eo Seleuciam dierum decem nauigatio, totidemq; ferè Babylonem. Scinditur Euphrates à Zeugmate octogintatribus millibus passuum circa vicū Maslicen. Et parte læua in Mesopotamiã vadit per ipsam Seleuciam, circa eam præfluenti infusus Tigri. Dexteriore autem alueo Babylonem, quondam Chal-²⁰dææ caput, petit, mediãque permeans, item quam Otrin vocant, distrahitur in paludes. Increfcit autem & ipse Nili modo statis diebus, paulū differens, ac Mesopotamiam inundat sole obtinente vicesimam partem Cancris: minui incipit in Virgine, & Leone transgresso. In totum verò remeat in vigesimanona parte Virginis.

^a In virgine à Leone transgresso.

Cilicia, & adiuncta gentes Isaurica, Homonadum, Pisidia, Lycaonia, Pamphylia, Taurus mons, Lycia.

C A P. XXVII.

Sed redeamus ad oram Syriæ, cui proxima est Cilicia. Flumen Diaphanes, mons Crocodilus, portæ Amani montis. Flumina, Andricus, Pinarus, Lycus: sinus Issicus. Oppidum Issos, inde Alexandria: flumen Chlorus, oppidum Ægæ liberum, amnis Pyramus, portæ Ciliciæ: oppida, Mallos, Magarfos, & intus Tarfos. Campi Aleij: oppida castipolis, Mopsos liberum Pyramo impositum, Thynos, Zephyrium, Anchiale. Amnes Saros, Cydnus, Tarsum liberam urbem procul à mari secans. Regio Celenderitis cum oppido. Locus Nymphæum, Solæ Cilicij, nunc Pompeiopolis, Adana, Cibira, Pinara, Pedalic, Halix, Arstone, Tabæ, Doron. Iuxtaque mare Corycos, eodem nomine oppidum, & portus, & specus. Mox flumen Calycadnus: Promontorium Sarpedon: oppida Olme, Myle, promontorium & oppidum Veneris, à quo proximè Cyprus insula. Sed in continenti oppida, Myanda, Anemurium, Coracesium, finisque antiquus Ciliciæ Melas amnis. Intus autem dicendi Anazarbeni, qui nunc Cæsaraugustani, Castabla, Epiphania, quæ antea Eniandos, Eleusa, Iconium. Seleucia supra amnem Calicadnū, Tra-⁴⁰chiotis cognomine, à mari relata, vbi vocabatur Hormia. Præterea intus flumina, Liparis, Bombos, Paradifus. Mons Imbarus. Ciliciæ Pamphyliam omnes iunxere, neglecta gente Isaurica. Oppida eius intus Isaura, Clibanus, Lalassis: decurrit autem ad mare Anemurij regione supra dicti. Simili modo omnibus, qui eadem composuere, ignorata est illi contermina gens Homonadum, quorum intus oppidū Homona. Cætera castella xliij. inter asperas conualles latent. Insident verticem Pisidæ, quōdam Solymi appellati, quorum colonia Cæsarea, eadem Antiochia. Oppida Oroanda, Sagalestos. Hos includit Lycaonia in Asiaticam iurisdictionem versa, cum qua conueniunt Philomelienses, Tymbriani, Leucolithi, Pelteni, Hyrienses. Datur & tetrarchia ex Lycaonia, qua parte Galatiæ contermina est, ciuitatem xliij. vrbe celeberrima Iconio. Ipsius Lycaoniæ celebrantur Tembasa in Tauro, Sinda in confinio Galatiæ atque Cappadociæ: à latere autem eius

eius super Pamphyliam veniunt Thracum soboles, Milyæ, quorum Aricanda oppidum. Pamphylia, ante Mopsopia appellata. Mare Pamphylium Cilicio iungitur. Oppida eius Side, & in monte Aspendûs, Platanistûs, Perga: Promontorium Leucolla. Mons Sardemifus, amnis Eurymedon iuxta Aspendum fluens: Cataractes, iuxta quem Lyrnessus & Olbia, vltimæque eius oræ Phafelis. Iunctum ei mare Lycium est, génisque Lycia, vnde vastus sinus. Taurus mons, ab Eois veniens litoribus, Chelidonio promontorio disternat. Immensus ipse, & innumerarum gentium arbiter, dextero latere Septentrionalis, vbi primùm ab Indico mari exurgit, læuo Meridianus, & ad Occasum tendens: mediàmque distrahens Asiam, nisi opprimenti terras occurrerent maria. Resilit ergo ad Septentriones, flexusque immensum iter quærit, velut de industria rerum natura subinde æquora opponente, hinc Phœnicium, hinc Põticum, illinc Caspium & Hyrcanium, contraque Mæoticum lacum. Torquetur itaque collisus inter hæc claustra, & tamen victor, flexuosus euadit vsque ad cognata Riphæorum montium iuga, numerosis nominibus & nouis, quacunquē incedit, insignis: Imaus prima parte dictus, mox Emodus, Paropamisus, Circius, Chambades, ^a Pharphariades, Choatras, Oreges, Oroandes, Niphates, Taurus. Atque vbi se quoque exuperat, Caucasus: vbi brachia emittit, subinde tentanti maria similis, Sarpedon, Coracesius, Cragus, iterumque Taurus, etiam vbi dehiscit, féque populis aperit: portarum tamen nomine vnitatem sibi vindicans, quæ alibi Armeniæ, alibi Caspiæ, alibi Ciliciæ vocantur. Quinetiam contractus, effugiens quoque maria, plurimis se gentium nominibus hinc & illinc implet: à dextra Hyrcanus, Caspius: à læua Pariedrus, Moschicus, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus appellatus. In vniuersum verò Græcè Ceraunius. In Lycia igitur, à promontorio eius oppidum Simena, mons Chimæra noctibus flagrans, Hephæstiû ciuitas, & ipsa sæpe flagrantibus iugis. Oppidum Olympus ibi fuit: nunc sunt montana, Gage, Corydalla, Rhodiopolis. Iuxta mare Lymira cum amne, in quem Arycandus influit, & mons Massycites, Andriaca ciuitas, Myra. Oppida, Apyre, & Antiphellos, quæ quondam Habessus, atque in recessu Phellus. Deinde Pyrrha, itémque Xanthus à mari xv. M. passuum fluménque eodem nomine. Deinde Patara, quæ priùs Sataros, & in monte Sydima. Promontorium Cragus. Vltra par sinus priori. Ibi Pinara, & quæ Lyciam finit Telmessus. Lycia quondam lx. oppida habuit, nunc xxxvi. habet. Ex his celeberrima præter suprâ dicta Canas, Candyba, vbi laudatur Oenium nemus, Podalia, Choma præfluente Adefa, Cyane, Ascandalis, Amelas, Noscopium, Tlos, Telandrus. Comprehendit in mediterraneis Cabaliam, cuius tres vrbes, Oenoanda, Balbura, Bubon. à Telmesso Asiaticum mare, siue Carpathium, & quæ propriè vocatur Asia. In duas eam partes Agrippa diuisit. Vnam inclusit ab Oriente Phrygia & Lycaonia, ab Occidente Ægei mari, à Meridie Ægyptio, à Septentrione Paphlagonia. Huius longitudinem ccc clxx. M. passuum, latitudinem ccc. M. fecit. Alteram determinauit ab Oriente Armenia minore, ab Occidente Phrygia, Lycaonia, Pamphylia, à Septentrione prouincia Pontica, à Meridie mari Pamphylic, longam cccc clxxv. M. passuum, latam cccxxv. M. In proxima ora Caria est, mox Ioniam: vltra eam Æolis, Caria mediæ Doridi circumfunditur, ad mare vtroque latere ambiens. In ea Promontorium Pedalium. Amnis Glaucus deferens Telmessum. Oppida Dædala, Crya fugitiuorum. Flumen Axon, oppidum Calydna.

Indus fluvius.

CAP. XXVIII.

AMnis ^b Indus in Cybatarum iugis ortus, recipit lx. perennes fluuios, torrentes ^{b Hermodaus} verò amplius centum. Oppidum Caunos liberum, deinde Pynos. Portus Cressa, ^{Nimus gess} quo Rhodus insula xx. M. locus Loryma. Oppida Thyfanusa, Paridion, Larymna. Sinus Thymnias. Promontorium Aphrodisias. Oppidum Hyda. Sinus Schœnus. Regio Bubassus. Oppidum fuit acanthus, alio nomine Dulopolis. Est in promontorio Gnidus libera, Triopia, dein Pegusa & Stadia appellata. Ab ea Doris incipit. Sed priùs terga, & mediterraneas iurisdictiones indicasse conueniat. Vna appellatur Cibiratica. Ipsum oppidum Phrygiæ est. Conueniunt eò xxv. ciuitates. <sup>à dum existi-
mat.</sup>

Laodicea, Apamia, Ionia, Ephesus.

CAP. XXXIX.

CEleberrima vrbe Laodicea. Imposita est Lyco flumini, latera alluentibus Afopo & Capro, appellata primò Diospolis, dein Rhoas. Reliqui in eo conuentu, quos nominare non pigeat, Hydrelitæ, Themifones, Hierapolitæ. Alter conuentus à Synnada accipit nomen. Conueniunt Lycaones, Appiani, Eucarpeni, Dorylæi, Midæi, Iulienses, & reliqui ignobiles populi xv. Tertius Apamiam vadit, antè appellatam Celænas, dein Ciboton. Sita est in radice montis Signiæ, circumfusa Marfya, Obrima, Orga fluminibus in Mæandrum cadentibus. Marfya ibi redditur, ortus ac paulò mox conditus, vbi certauit tiliarum cantu cum Apolline, Aulocrenis: ita vocatur conuallis decem M. passuum ab Apamia, Phrygiam petentibus. Ex hoc conuentu deceat nominare Metropoli-¹⁰tas, Dionysopolitas, Euphorbenos, Acmonenses, Peltenos, Silbianos. Reliqui ignobiles ix. Doridis in sinu, Leucopolis, Amaxitos, Elæûs, Euthene. Dein Cariæ oppida, Pitaium, Eutanæ, Halicarnassus. Sex oppida contributa ei sunt à magno Alexandro, Theangela, Sibde, Medmassa, Euranium, Pedasum, Telmessum. Habitat inter duos sinus, Ceramicum & Iasium. Inde Myndos, & vbi fuit Palæmyndus, Nariandus, Neapolis, Carianda, Termera libera, Bargyla & à quo sinus Iasius, oppidum Iasus. Caria interiorum nominum fama prænitet: quippe vbi sunt oppida, Mylasa libera, Antiochia, vbi fuere Seminechos & Cranaos oppida, nunc eam circumfluunt Mæander & Mossinus. Fuit in eo tractu & Mæandropolis. Est Eumenia Cludro flumini apposita, Glaucus annis, Lysias oppidum & Orthosia, Berecyntius tractus, Nyfa, Trallis, eadem²⁰ Euanthia & Seleucia & Antiochia dicta. Alluitur Eudone amne, perfunditur Thebaidē. Quidam ibi Pygmæos habitasse tradunt. Prætereà sunt Thydonos, Pyrrha, Erome, Heraclea, Amyzon, Alabanda libera, quæ conuentum eum cognominauit: Stratonicea libera, Hynidos, Ceramus, Trœzene, Phorontis. Longinquiore eodem³⁰ disceptant foro, Othronienses, Halydenses, seu Hippini, Xystiani, Hydissenses, Apolloniata, Trapezopolitæ, Aphrodisienses liberi. Præter hæc sunt Coscinus, Harpasa apposita fluuio Harpaso, quo & Trallicon, cum fuit, alluebatur. Lydia autem perfusa flexuosi amnis Mæandri recursibus, super Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu Solis vicina, ad Septentrionem Mysiæ, meridiana parte Cariam amplectens, Mæonia antè appellata. Celebratur maximè Sardibus in latere Tmoli montis, qui antè Timolus appel-³⁰labatur, vitibus confitus, & ex eo profluente Pactolo, eodemque Chrysorrha, ac fonte Tarne: à Mæoniis ciuitas ipsa Hyde vocitata est, clara stagno Gygeo. Sardiana nunc appellatur ea iurisdictio. Conueniuntque in eam extra prædictos, Macedones Caduēni, Loreni, Philadelpheni, & ipsi in radice Tmoli Cogamo flumini appositi Mæonij, Tripolitani, iidem & Antoniopolitæ Mæandro alluuntur: Apollonoshieritæ, Myfotmolitæ, & alij ignobiles. Ionia ab Iasio sinu incipiens, numerosiore ambitu litorum flectitur. In ea primus sinus Basilicus, Posideum promontorium & oppidum, oraculū Brachidarum appellatum, nunc Didymæi Apollinis, à litore stadiorum viginti. Et inde cētum octoginta. Milletus Ioniæ caput, Lelegeis antè & Pityusa & Anactoria nomina-⁴⁰ta, b super octoginta vrbiū per cuncta maria genitrix: nec fraudanda ciue Cadmo, qui primus profam orationem condere instituit. Amnis Mæander ortus è lacu in monte Aulocrene, plurimisque affusus oppidis, & repletus fluminibus crebris ita sinuosus flexibus, vt sepe credatur reuerti, Apamenam primùm peruagatur regionem, mox Eumene-⁵⁰ticam, ac dein Bargylleticos campos: postremò Cariam placidus, omnesque eos agros fertilissimo rigans limo, ad decimum à Mileto stadium lenis illabitur mari. Inde mons Latmus. Oppida, Heraclea montis eius, cognominis Caricæ, Myûs, quod primò condidisse Iones narrantur, Athenis profecti, Naulochum, Priene. In ora quæ Trogilia appellatur, Gessus amnis. Regio omnibus Ionibus sacra, & ideo Panionia appellata. Iuxta fugitiuis conditum (vti nomen indicio est) Phygela. Fuit & Marathesium oppidū. Supra hæc Magnesia Mæandri cognomine insignis, à Thessalica Magnesia orta. Abest ab Epheso⁵⁰ xv. M. pass. Tralibus eo amplius M M M. antè Thessalocæ & Androlitia nominata: & litori

^a Stratonice,
& Alinda li-
bera, ex Ptol.

^b super se-
ptuaginta.

litori apposita Derasidas insulas secum abstulit mari. Intus & Thyatira alluitur Lyco, Pelopia aliquando & Euhippa cognominata. In ora autem Manteium, Ephesus Amazonum opus, multis ante expetita nominibus: Alopes, cum pugnatum apud Troiam est, mox Ortygia, & Morges vocata est, & Smyrna cognomine Trachea, & Samornion, & Prelea. Attollitur monte Pione, alluitur Caystro in Cylbianis iugis orto, multosque amnes deferente, & stagnum Pegaseum, quod Phyrites amnis expellit. Ab his multitudo limi est, qua terras propagat, mediusque iam campis Syrien insulam adiecit. Fons in vrbe Callipia, & templum Dianæ complexi est diuersis regionibus duo Selinuntes. Ab Epheso Manteium aliud Colophoniorum, & intus ipsa Colophon, Halefo affluente. Inde Apollinis Clarij phanum, Lebedos: fuit & Notium oppidum. Promontorium Coryceon, mos Mimas ccl. M. passuum excurrans, atque in continentibus campis residens. Quo in loco magnus Alexander intercidi planitiem eam iusserat. vij. M. cccc. passuum longitudine, ut duos sinus iungeret, Erythrasque cum Mimante circumfunderet. Iuxta eas fuere oppida Pteleon, Helos, Dorion: nunc est Aleon fluuius, Corinaeum Mimantis promontorium, Clazomene, Parthenie & Hippi, Chytophoria appellata, cum insula essent: Alexander idem per duo stadia continenti adnexuit. Interiere intus Daphnus & Hermesia, & Sipyllum, quod ante Tantalus vocabatur, caput Maoniae, ubi nunc est stagnum Sale: ob id & Archæopolis substituta Sipylo, & inde illi Colpæ, & huic Lebade. Regredientibus inde abest xii. M. passuum ab Amazone condita, restituta ab Alexandro, in ora Smyrna, amne Melete gaudens non procul orto. Montes Asiae nobilissimi in hoc tractu ferè explicant se, Mastusia à tergo Smyrnae, & Termetis Olympi radicibus iunctus. Is in Dracone definit, Draco in Tmolus, Tmolus in Cadmo, ille in Tauro. A Smyrna Herminus amnis campos facit, & nomini suo adoptat. Oritur iuxta Doryleum Phrygiae ciuitatem, multosque colligit fluuios, inter quos Phrygem, qui nomine genti dato, à Caria eam disternit: Hyllum & Cryon, & ipsos Phrygiae, Mysiae, Lydiae amnibus repletos. Fuit in ore eius oppidum Temnos: nunc in extremo sinu Myrmeces scopuli, oppidum Leuce in promontorio quod insula fuit, finisque Ioniae Phocæa. Smyrnaeum conuetum magna pars Aetoliae, quae mox dicetur, frequentat: praeterque Macedones Hyrcani cognominati, & Magnetes à Sipylo. Ephesum verò alterum lumen Asiae, remotiores conueniunt Caesarienses, Metropolitae, Cylbiani, inferiores & superiores Mysomacedones, Mastaurenses, Brullitae, Hypæpeni, Dioshieritae.

Aeolis, Troas, Pergamus.

CAP XXX.

A Eolis proxima est, quondam Mysia appellata, & quae Helleponto adiacet Troas. Ibi à Phocæa, Ascanius portus. Dein fuerat Larissa: sunt Cyme, Myrina, quae Sebastopolim se vocat: & intus Aegæ, Attalia, Posidea, Neontichos, Temnos. In ora autem Titanus amnis, & ciuitas ab eo cognominata. Fuit & Grynica, nunc tantum portus soli, insula apprehensa. Oppidum Elæa, & ex Mysia veniens Caicus amnis. Oppidum Pitane, Canaius amnis. Intercidere Canæ, Lyfimachia, Atarnea, Carene, Cisthene, Cilla, Coccillu, Thebæ, Astryre, Chyrsa, Palæscopsis, Gergithos, Neandros: nunc est Perperene ciuitas, Heracleotes tractus, Coryphas oppidum, amnis Gryliosolius. Regio Aphrodisias, quae antea Politiceorgas. Regio Scepsis. Flumen Euenum, cuius in ripis intercidere Lyrnessos & Myletos. In hoc tractu Ida mons. Et in ora quae sinum cognominauit & conuentum, Adramytteos, olim Pedasus dicta. Flumina Astron, cormalos, Eryannos, Alabastros, Hieros ex Ida. Intus mons Gargara, eodemque nomine oppidum. Rursus in litore Antandros, Edonis prius vocata, deinde cimmericis, & Allos, eadem Apollonia. Fuit & Palamedium oppidum. Promontorium Lecton disternans Aetolia & Troada. Fuit & Polymedia ciuitas, & Cryssa, & Larissa alia. Smintheum templum durat. Intus Colone intercudit, deportata Adramytteum negotia. Apolloniata à Rhindaco amne, Eresij, Miletopolitae, Pœmaneni Macedones, Aschilacæ, Polichnaei, Pionites, Cilices, Mandagandeni: in Mysia Abrettini, & Hellepontiij appellati, & alij ignobiles. Troadis primus locus Amaxitus, dein cebrenia, ipsaque Troas, Antigonica dicta,

^a Halefo
Pauonias hie
mini.

^b Gergitha
Strabo.
^c Politiceorgas
modum hinc lo
cum ita resti
tuendum est
stima: Aetolia
Gylios, So
lus regio A
phodias,
quae antea
Politiceorgas
regio
Scepsis.

nunc Alexandria, colonia Ro. oppidum Nee, Scamander amnis nauigabilis, & in promontorio quondam Sigæum oppidum. Dein portus Achæorum, in quem influit Xanthus Simoenti iunctus: Itagnumque prius faciens Palæscamander. Cæteri Homero celebrati, Rhesus, Heptaporus, Carefus, Rhodius uestigia non habent. Granicus diuerso tractu in Propontida fluit. Est tamen & nunc Scamandria ciuitas parua, ac M. cccc. pass. remotum à portu Ilium immune, vnde omnis rerum claritas. Extra sinum sunt Rhœtea litora, Rhœteo & Dardanio & Arisbe oppidis habitata. Fuit & Achilleon, oppidum iuxta tumulum Achillis conditum à Mitylenæis, & mox Atheniensibus, vbi classis eius steterat. In Sigeo fuit & Æantium, à Rhodiis conditum in altero cornu, Aiace ibi sepulto xxx. stad. interuallo à Sigeo, & ipso in statione classis suæ. Supra Æolida, & partem Troadis, in mediterraneo est, quæ vocatur Teuthrania, quam Mysi antiquitus tenuere. Ibi Caicus annis iam dictus oritur. Gens ampla per se, etiam cum totum Mysia appellaretur. In ea Ploniæ, Andera, Dale, Stabulum, Conisiû, Tegium, Balcea, Tiare, Teuthranie, Sarnaca, Haliferne, Lycide, Parthenium, Thymbre, Oxiopum, Lygdanû, Apollonia, longèque clarissimum Asiæ Pergamum, quod intermeat Selinus, præfuit Cetius profusus Pindaso môte. Abest haud procul Elæa, quam in litore diximus. Pergamena vocatur eius tractus iurisdictio. Ad eam conueniunt Thiatyreni, Mygdones, Mossini, Bregmenteni, Hieracomitæ, Perpereni, Tyareni, Hierapoléses, Harmatopolitæ, Attaléses, Pantaenses, Appollonidenses, aliæq; in honore ciuitates. A Rhœteo Dardanium oppidum paruum abest stad. lxx. Inde xviii M. promontorium Trapeza, vnde primùm concitat se Hellepontus. Ex Asia interiisse gentes tradit Eratosthenes Solymorû, Lelegum, Bebrycum, Colycantiorum, Trepfedorum. Isidorus Arimos, & Capretas, vbi sit Apamia condita à Seleuco rege, inter Ciciliam, Cappadociam, Cataoniam, Armeniam. Et quoniam ferocissimas gentes domuisset, initio Dameam vocatam.

Insula ante Asiam, Pamphylum mare, Rhodus, Samus, Chius.

C A P. X X X I.

INsularum ante Asiâ prima est in Canopico ostio Nili, à Canopo menelai gubernatore (vt ferunt) dicta. Altera iuncta ponte Alexandria, Colonia Cæsaris Dictatoris, Pharus, quondam diei navigatione distans ab Ægypto: nunc è turri nocturnis ignibus cursum nauium regens. Nanque fallacibus vadis Alexandria tribus omnino aditur alueis maris, Tegamo, Posideo, Tauro. In Phœniceo deinde mari est ante Ioppen Paria, tota oppidum, in qua obiectam belluæ Andromedam ferunt: & iam dicta A rados, inter quam & continentem quinquaginta cubita alto mari (vt author est Mutianus) è fonte dulcis aqua tubo coriis facto, vsque à vado trahitur. Pamphylum, mare ignobiles insulas habet. Cilicium ex quinque maximis Cyprum, ad ortum occasumque Ciliciæ ac Syriæ obiectam, quondam i x. regnorum sedem. Huius circuitum Timosthenes c c c x x i x. M. c c c c. prodidit. Isidorus c c c l x x v. M. Longitudinem inter duo promontoria, Dina retum & Acamanta, quod est ad occasum, Artemidorus c l x. c c c c. Timosthenes c c. vocatam ante Acamantida, Philonides Cerastin, Xenagoras & Aspeliam, & Amathusiam, & Macariam, Astynomus Cryptô, & Coliniam. Oppida in ea xv. Paphos, Palephaphos, Curias, Citium, Corineû, Salamis, Amathus, Lapethos, Solœ, Tamaseus, Epidarum, Chytri, Arsinoe, Carpasîû Golgi. Fuere & ibi Cinyria, marium, Idalium. Abest ab Anemurio Ciliciæ quinquaginta m. pass. Mare, quod præteditur, vocant Aulona Cilicium. In eodem situ Elæusa insula est, & quatuor ante promontorium ex aduerso Syriæ Clides, rursusque ab altero capite Stiria. Contra Neampaphum Hierocepia. Contra Salamina, Salaminæ. In Lycio autem mari Illyris, Telendos, Attelebussa, Cypriæ tres steriles, & Dionysia, prius Caretha dicta. Deinde contra Tauri promontorium pestiferæ nauigantibus Chelidoninæ, totidem ab iis cum oppido Leucola, Pactye, Lafia, Nymphais, Macris, Megista, cuius ciuitas interiit. Multæ deinde ignobiles. Sed contra Chimæram Dolichiste, Chirogylium, Crambussa, Rhoge, Enagora v i i i. M. passuum Dædaleon duæ, Cryeon tres, Strongyle, & contra Sidyma Antiochi, Glaucumque versus amnem Lagusa, Macris

a vbi classis eius steterat in Sigeo. Fuit & Æantium. In Sigeo enim sepultum fuisse Achille, in Rhœteo autem Aiace, ex Strabone Pomponio, & Stephano notum est.

Macris, Didymæ, Helbo, Scope, Aspis, & in qua oppidum interiit Telandria, proximaque Cauno Rhodussa. Sed pulcherrima & libera Rhodos, circuitu cxxx. mil. pass. aut si potius Isidoro credimus, c i i j. habitata vrbibus Lindo, Camiro, Ialyso nunc Rhodo. Distat ab Alexadria Ægypti ccccc lxxv i i j. mil. vt Isidorus tradit: vt Eratosthenes, cccc lxxi x. mil. vt Mutianus, D. à Cypro clxvj. Vocitata est antea Ophiusa, Asteria, Æthrea, Trinacria, Corymbia, Pœssa, Atabyria ab rege. Deinde Macria, & Oloëssa. Rhodiorum insulæ, Carpathus, quæ mari nomen dedit: Casos, Achne olim: Nisyros distans ab Gnido x i j. mil. cccc. Porphyris antea dicta. Et eodem tractu media inter Rhodum Gnidumq; Syme. Cingitur xxxv i j. mil. cccc. Portus benignè præbet octo.

10 Præter has circa Rhodum, Cyclopis, Teganon, Cordylusa, Diabetæ i i j. Hymos, Chalce cum oppido, Seutlusa, Narthecusa, Dimastos, Progne: & à Gnido, Ciserussa, Therionarce, Calydne cum tribus oppidis, Notio, Nisyro, Mendetero, & in Arconneso oppidum Ceramus. In caria ora, quæ vocantur Argia, numero viginti, & Hyetussa, Lepsia, Leros. Nobilissima autem in eo sinu Cos, ab Halicarnasso quindecim mil. pass. distans, circuitu centum vt plures existimant, Merope vocata: Cos, vt Staphylus: Meropis, vt Dionysius: dein Nymphæa. Mons ibi Prion, & Nisyron abruptam illi putant, quæ Porphyris antea dicta est. Hinc Carianda cum oppido. Nec procul ab Halicarnasso Pidofus. In Ceramico autem sinu Priaponesos, Hipponesos, Pfyra, Mya, Lampfemandus, Passala, Crusa, Pyrrhe, Sepiussa, Melano: paulumque à continente distans, quæ vocata est Cinædopolis,

20 probrosi ibi relictis à rege Alexandro. Ionæ ora^b Ægeas & Corseas habet, & Icaron, de qua dictum est: Laden, quæ prius Late vocabatur: atque inter ignobiles aliquot, duas Camelidas Mileto vicinas: ^c Mycalen, Trogilias, Trepilion: Argennon, Sandalion, Samon liberam, circuitu octoginta septem mil. passuum: aut, vt Isidorus, centum Partheniam primùm appellatam, Aristoteles tradit, postea Dryusam, deinde Anthemusam. Aristocritus adiicit Melamphyllum, dein Cyparissiam: alij Parthenoarusam, Stephanen. Amnes in ea Imbrusus, Chesius, Ibettes. Fôtes Gigarto, Leucothea. Mons Cercetius. Adiacent insulæ, Rhypara, Nymphæa, Achillea. Par claritate ab ea distat xc i i j. M. passuum, cum oppido chios libera, quam Æthalam Ephorus prisco nomine appellat. Metrodorus & cleobulus chiam, à chione nympa, aliqui à niue, & macrin & Pityusam.

30 Montem habet Pellenæum, marmor chium. Circuitu cxxv. M. pass. colligit, vt veteres tradidere. Isidorus i a . millia adiicit. Posita est inter Samum & Lesbum, ex aduerso maximè Erythrarum. Finitimæ sunt, Thallusa, quam alij^d Dapnusa scribunt, Oenussa, Elaphites, Euryanassa, Arginusa cum oppido, iam hæc circa Ephesum, & quæ Pisistrati vocantur, Anthinæ, Myonnesos, Diæusa. In vtraque oppida intercider. Porofelene cum oppido, cerciæ, Halone, commune, Illetia, Lepria, & Rhesperia, Procuse, Bolbulæ, Phænæ, Priapos, Syce, Melane, Ænare, Sidusa, Pela, Drymusa, Anydros. Scopelos, Sycussa, Marathussa, Pfile, Perirheusa, multæque ignobiles. Clara verò in alto Teos cum oppido, à chio lxxxj. m. passuum tantundem ab Erythris. Iuxta Smyrnam sunt Peristerides, Carteria, Alopece, Elæussa, Bachina, Pyrtira, Crommyonnesos, megale. Ante Troada a scaniæ, Plateæ i i j. Dein Lamia, Plitaniæ i j. Plate, Scopelos, Getone, Artheidon, Celæ, Lagussa, Didymæ. Clarissima autem Lesbos, à chio sexagintaquinque mil. pass. Hemerte, & Lasia, Pelasgia, Ægira, Æthiope, Macaria appellata fuit, octo oppidis incluta. Ex iis Pyrrha hausta est mari, Arisbe terrarum motu subuersa. Antissam Methymna traxit in seipsam v i i j. vrbibus Asiæ in xxxv i j. m. passuum vicina. Et Agamede obiit, & Hiera. Restant Erefos, Pyrrha, & libera Mitylene, annis D. potens. Tota insula circuitur, vt Isidorus, clxxi i j. m. passuum vt veteres, cxcv. m. Montes habet Lepethymum, Ordymnum, Macistum, Creonem, Olympum. A proxima continente abest v i j. m. cccc. passuum. Insulæ appositæ, Sandalion, Leuce quinque. Ex iis Cydonea cum fonte calido. Argenussa ab Æge i i i j. m. passuum distant. Dein Phellusa, Pedna. Extra Hellespontum aduersa Sigæo litori adiacet Tenedus Leucophrys dicta, & Phœnice, & Lyrnessos. Abest à Lesbo lvj. m. passuum: à Sigæo x i j. m. cccc.

^a Teutusa, Stephano.

^b Trageas, quas etiam in hoc maris tra-
ctu prope La-
dā Strabo &
Stephanus col-
locant.
^c Mycale
Trogilias

^d Dapnusa

IMpetum deinde sumit Hellespontus, & mare incumbit, vorticibus limitem fodiens, donec Asiam abrumpat Europæ. Promontorium id appellauimus Trapezam: ab eo decem mill. passuum. Abydum oppidū, vbi angustia septem stadiorum. Deinde Percote oppidum, & Lampfacum, antea Pityusa dictum. Parium colonia, quam Homerus Adrattiam appellauit. Oppidum Priapos, amnis Æsepus, Zelia, Propontis, ita appellatur vbi se dilatat mare. Flumen Granicum, Artace portus, vbi oppidum fuit. Vltra insula, quam continenti iunxit Alexander, in qua oppidum Milesiorum Cyzicum, antea vocitatum Arconnesos, & Dolionis, & Dindymis, cuius à vertice mons Dindymus. Mox oppida 10 Placia, Ariacos, Scylace, quorum à tergo mons Olympus, Mæsius dictus: ciuitas Olympena. Amnes Horisius, & Rhyndacus, antea Lycus vocatus. Oritur in stagno Artynia iuxta Miletopolim: recipit Maceston, & plerisque alios, a siam Bithyniamq; distermians. Ea appellata est Cronia, dein Thessalis, dein Maliande & Strymonis. Hos Homerus Halizonas dixit, quando præcingitur gens mari. Vrbs fuit immensa Attusa nomine: nunc sunt xv. ciuitates, inter quas Gordiu Come, quæ Iuliopolis vocatur, & in ora Dascylos. Deinde flumen Gebes, & intus Helgas oppidum, quæ Germanicopolis, alio nomine Booscæte, sicut Apamia, quæ nunc Myrlea Colophoniorum: flumen Etheleum, antiquus Troadis finis, & Mysia initium. Postea sinus, in quo flumen Ascanium, oppidum Bryllion, amnes Hylas, & Cios cum oppido eiusdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiæ, à Milesiis quidem conditum, in loco tamen qui Ascania Phrygiæ vocabatur. Quapropter non alibi aptius de ea dicatur. Phrygia Troadi superiecta, populisque à promontorio Lecto ad flumen Etheleum prædictis, Septentrionali sui parte Galatiæ contermina, Meridiana Lycaoniæ, Pisidiæ, Mygdoniæque, ab Oriente Cappadociam attingit. Oppida ibi celeberrima præter iam dicta, Ancyra, ^a Andria, Celænæ, Colossæ, carina, cotiaion, cerane, Iconium, Midaion. Sunt autores transisse ex Europa Mysos, & Brygas, & Thynos, à quibus appellantur Mysi, Phryges, Bithyni. Simul dicendum videtur & de Galatia, quæ superposita, agros maiori ex parte Phrygiæ tenet, caputque quondam eius Gordium. Qui partem eam infedere, Gallorum Tolistobogi, & Voturi, & Ambitui vocantur: qui Mæoniæ & Paphlagoniæ regio- 30 nem, Trocmi. Præteritur Cappadocia à Septentrione & Solis ortu, cuius vberissimam partem occupauere Tectosages, ac Teutobodiaci. Et gentes quidem hæ. Populi verò ac tetrarchiæ omnes numero cxcv. Oppida, Tectosagum Ancyra, Trocmorum Tauuium, Tolistobogorum pesinus. Præter hos, celebres Attalenses, Arasenses, Comenses, Dieshieronites, Lystreni, Neapolitani, Oeandenses, Seleucenses, Sebasteni, Timonienses, Tebaseni. Attingit Galatia & Pamphylia Gabaliam, & Milyas, qui circa Barmis sunt, & Cyllanticum, & Oroandicum Pisidiæ tractum. Item Lycaoniæ partem Obigenen. Flumina sunt in ea præter iam dicta, Sangarium & Gallus, à quo nomen traxere Matris Deum sacerdotes. Nunc reliqua in ora, à Cio intus in Bithynia Prusa, ab Annibale sub Olympo condita. Inde Nicæam viginti quinque millia passuum interueniente 40 Ascanio lacu. Deinde Nicæa in ultimo Ascanio sinu, quæ prius Olbia: & Prusa item altera sub Hippio monte. Fuere Pythopolis, Parthenopolis, Coryphanta. Sunt in ora amnes, Æsius, Bryazon, Plataneus, A reus, Siros, Gendos, qui & Chrysochoras. Promontorium, in quo ^b Megarice oppidum fuit. Inde Craspedites sinus vocabatur, quoniam id oppidum velut in lacinia erat. Fuit & Astacum, unde & ex eo Astacenus idem sinus. Fuit & Libyssa oppidum, vbi nunc Annibalis tantum tumulus: est in intimo sinu Nicomedia Bithyniæ præclara. Leucatas promontorium, quo includitur Astacenus sinus à Nicomedia xli j. M. ccccc. Rursusq; coeuntibus terris angustia pertinentes vsque ad Bosphorum Thracium. In iis Chalcedon libera, ^c à Nicomedia lxxij. ccccc. Procera- 50 stis antea dicta, dein Compusa: postea Cæcorum oppidum, quod locum eligere nescissent, se- ptem stadiis distante Byzantio, tanto feliciore omnibus modis sede. Cæterum intus in Bithynia

^a Andira,^b Megarice
Stephano.^c à Nicome
dia lxxij. m.
v. pas. Cera-
stis antea di-
cta, dein
Compusa.

Bithynia colonia Apamena, Agrippenses, Iuliopolitæ, Bithynion. Flumina, Syrium, Lapsias, Pharmicas, Alces, Crynis, Lylæus, Scopius, Hieras, qui Bithyniam & Galatiam determinat. Ultra Chalcedona Chryfopolis fuit. Deinde Nicopolis, à qua nomen etiamnum finus retinet: in quo portus Amyci. Deinde Naulochum promontoriū, Estiæ templum Neptuni, Bosphorus d. p. interuallo Asiæ Europæ iterum auferens, abest à Chalcedone xij. M. cccc. pass. Inde fauces primæ viij. M. cc l. pass. vbi Phinopolis oppidum fuit. Tenent oram omnē Thyni, interiora Bithyni. Is finis Asiæ est, populorūq; cc lxxxij. qui ad eum locum à fine Lydiæ numerantur. Spatium Hellesponti & Propontidis ad Bosphorum Thracium clxxxvij. M. pass. diximus. à Chalcedone Sigeum
 10 Isidorus ccclxij. M. cccc. pass. tradit. Insulæ in Propontide ante Cyzicum Elaphonnesus, vnde Cyzicenum marmor: eadem Neuris, & Proconnesus dicta. Sequuntur Ophiusa, Acanthus, Phœbe, Scopelos, Porphyrione, Halone cū oppido. Delphacia: Polydora. Artacæon cum oppido. Est & contra Nicomediam Demonnesos. Item ultra Heracleam aduersa Bithyniæ Thynnias, quam barbari Bithyniam vocāt. Est & Antiochia, & contra fauces Rhyndaci Besbicos, decem & octo mil. circuitu. Est & Elga, & duæ Rhodussæ, Erebinthus, Megale, Chalcitis, Pityodes.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIÆ
 20 LIBER VI.

Pontus Euxinus.

CAPVT I.



30 **D**ONTVS Euxinus, antea ab inhospitali feritate Axenos appellatus, peculiari inuidia naturæ sine vlllo sine indulgentis auiditati maris, & ipse inter Europam Asiãque funditur. Non fuerat satis Oceano ambisse terras, & partem earum aucta^a immanitate
 abtulisse, non irrupisse fractis montibus, ^b Calpæque Africæ ^B Calpæque
 auulsa tanto maiora absorbuisset, quam reliquerit, spatia, non ^{Abilæ auul-}
 per Hellespontum Propontida infudisse, iterum terris deuoratis: à Bosphoro quoque in aliam vastitatem panditur nulla satietate, donec expatianti ^c lacus à Mæoti rapinam suam iungant. Inuitis hoc accidisse
 terris indicio sunt tot angustiæ, atque tam parua naturæ repugnantis interualla, ad ^c lacus Mæo-
 Hellespontum octingentorum septuagintaquinque passuum ad Bosphoros duos, vel ^{tis rapinam}
 bubus meabili transitu. Vnde nomen ambobus, & tanquam in dissociatione germanitas ^{suam iugat.}
 concors. Alitum quippe cantus, canumque latratus inuicem audiuntur: vocis etiam humanæ commercia, inter duos orbis ^d manente colloquio, nisi cū id ipsum aufe-
 40 runt venti. Mensuram Ponti à Bosphoro ad Mæotium lacum quidam fecere ^d moante
 triginta octo mill. cccc. pass. Eratosthenes centum minorem. Agrippa à Chalcedone ad Phasin ^{x.} mil. Inde Bosphorum Cimmericum trecenta sexaginta mill. Nos interualla generatim ponemus comperta in nostro æuo, quando etiam in ipso ore Cimmerico pugnatum est. Ergo à faucibus Bosphori est amnis Rhebas, quem aliqui Rhæsum dixerunt. Deinde Pfillis, portus Calpas, Sangarius fluuius ex inclytis. Oritur in Phrygia, accipit vastos amnes, inter quos Tembrogium & Gallum. Idem Sangarius à plerisque dictus Coralius, à quo incipiunt Maryandini finus, oppidumque Heraclea Lyco flumini oppositum. Abest à Ponti ore millibus ducentis: portus Acone, veneno aconito dirus, specus Acherusia. Flumina Pedopiles, Callichorum, Sonautes. Oppidum
 50 Tium, ab Heraclea triginta octo mil. passuum. Fluuius Bilis.

f 2

Gens Paphlagonum & Cappadocum.

CAP. II.

Utraque gens Paphlagonia, quam Pylæmeniam aliqui dixerunt, inclusam à tergo Galatia. Oppidum Mastya Milesiorum, deinde Cromna. Quo loco Henetos adiiicit Nepos Cornelius, à quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi postulat. Sesamum oppidum, quod nunc Amastris. Mons Cytorus, à Tio l x i i j. M. pass. Oppida Cimolis, Stephane, amnis Parthenius. Promontorium Carambis vasto excursu. abest à Ponti ostio c c c x v. M. passuum, vel ut aliis placuit, c c c l. M. Tantundè à Cimmerio, aut ut aliqui maluerunt, c c c x i j. M. c c c c c. Fuit & oppidum eodem nomine, & aliud inde Armine: nunc est colonia Sinope, à Cytoro c l x i i j. M. Flumen Varetum, gens Cappadocum, oppidum Gaziura & Gazelum, amnis Halys, à radicibus Tauri per Cataoniam Cappadociamque decurrens. Oppida Gangre, Carissa: Amisum liberum, à Sinope c x x x. M. passuum. Eiusdemque nominis sinus tanti recessus, ut Asiã pene insulam faciat, c c. M. passuum haud amplius per continentem ad Issicum Ciliciæ sinum. Quo in omni tractu proditur, tres tantum gentes Græcas iure dici, Doricam, Ionicam, Æolicam, cæteras Barbarorum esse. Amiso iunctum fuit oppidum Eupatoria, à Mithridate conditum. Victo eo, Pompeiopolis vtrumque appellatum est.

Cappadocia,

CAP. III.

Cappadocia intus habet coloniam Claudij Cæsaris Archelaidem, quam præfluit Halys: oppida Comana, quod Sarus: Neocæsaream, quod Lycus: Amasiam, quod Iris, in regione Gazacena. In Colopena verò Sebastiam, & Sebastopolin. Hæc parua, sed paria supra dictis. Reliqua sui parte Melitam à Semiramide conditam, haud procul Euphrate: Diocæsaream, Tyana, Castabala, Magnopolim, Zelam: & sub monte Argæo Mazacam, quæ nunc Cæsarea nominatur. Cappadociæ pars prætenta Armeniæ maiori, Melitene vocatur: Comagenæ, Cataonia: Phrygiæ, Garfauritis: Sargaurafanæ, Cammanene: Galatiæ, Morimene: vbi determinat eos Cappadox amnis, à quo nomen traxere, antea Leucosyri dicti. A Neocæsarea supra dicta minorem Armeniam Lycus amnis determinat. Est & ceraunus intus clarus. In ora autem ab Amiso oppidum & flumen Chadisia, Lycastum, à quo Themiscyra regio. Iris flumen deferens Lycum. Ciuitas Ziela intus, nobilis clade Triarij, & victoria C. Cæsaris: in ora amnis Thermoodon ortus ad castellum, quod vocant Phanaroeam, præterque radices Amazonij montis lapsus. Fuit oppidum eodem nomine, & alia quinque, Phamizonium, Themiscyra, Sotira, Amasia, Comana, nunc Manteium.

Themiscyrenæ regionis gentes.

CAP. IIII.

Gentes, Genetarum, Chalybum. Oppidum cotyrorum. Gentes Tibareni, Mossyni notis signantes corpora. Gens Macrocephali, oppidum cerasus, portus cordulæ. Gentes Bechires, Buzeri. Flumen Melas. Gens Macrones, Sideni, fluménque Sidenum, quo alluitur oppidum Polemonium, ab Amiso c x x. M. passuum. Inde flumina Iasoniû, Melanthium, & ab Amiso l x x x. M. passuum. Pharnacea oppidum, Tripolis castellum & fluuius. Item Philocalia, & sine fluuiio Liuiopolis, & à Pharnacea centum M. passuum. Trapezûs liberum, vasto monte clausum. Ultra quod gens Armenochalybes, & maior Armenia x x x. M. passuum distans. In ora ante Trapezunta flumen Pyxites, vltra verò gens Sannorum Heniochorum. Flumen Absarum cum castello cognomine in faucibus, à Trapezunte c l. M. passuum. Eius loci à tergo montium Iberia est: in ora verò Heniochi, Ampreutæ, Lazi. Flumina Campseonylis, Nogrus, Bathys. Gentes Colchorum. Oppidum Matium, flumen Heracleum, & promontorium eodem nomine, clarissimisque Ponti Phasis. Oritur in Moschis: nauigatur quamlibet magnis nauigiis x x x v i i j. M. c c c c. pass. inde minoribus longo spatio, pontibus c x x. peruius. Oppida in ripis habuit complura: celeberrima, Tyritacen, Cygnum, & in faucibus Phasin. Maximè autem inclaruit Æa, x v. M. passuum à mari, vbi Hippos & Cyanos vasti amnes è diuerso in eum confluunt. Nûc habet Surium tantum, & ipsum ab amne influente ibi cognominatum, vsquequò magnarum nauium capacem esse diximus. Et alios accipit fluuios, magnitudine

a Pin. Acampis, Acnasis, Mogros, Bathys, adstipulante Arriano.

gnitudine numeróque mirabiles, inter quos Glaucum. In ore eius insulæ sine nomine. Abest Abfaro lxxv. M. Inde aliud flumen Charien. Gens Salæ, antiquis Phthirophagi dicti, & Suani. Flumen Cobum à Caucaſo per Suanos fluens. Dein Rhoas. Regio Ecrectice. Amnes^a Sigania, Terfos, Atelpos, chryſorrhœas, gens Abſilæ, caſtellum Sebaſtopolis, à Phafide centum M. paſſ. gens Sannigarum, oppidum Cygnus, flumen & oppidum^b Pityûs. Deinde multis nominibus Heniochorum gentes.

Regio Colchica, Achæi, & ceteri eodem tractu.

C A P. V.

S Vbiicitur Ponti regio Colchica, in qua iuga Caucaſi ad Rhiphæos montes torquentur, vt dictum eſt, altero latere in Euxinum & Mæotin deuexa, altero in caſpium & Hyrcanium mare. Reliqua litorum feræ nationes tenent, Melæchlæni, coraxi vrbe Colchorum Dioſcuriade, iuxta fluuium Anthemunta, nunc deſerta: quondam adeò clara, vt Timotheus in eam ccc. nationes, quæ diſſimilibus linguis vterentur, deſcendere proſiderit. Et poſteà à noſtris cxx. interpretibus negotia ibi geſta. Sunt qui conditâ eam ab^c Amphito & Telchio, caſtoris ac Pollucis aurigis putent, à quibus ortam Heniochorum gentem feram conſtat. A Dioſcuriade oppidum Heracleû: diſtat à Sebaſtopoli lxx. paſſ. Achæi, Mardi, cercetæ: poſt eos Serri, cephalotomi. In intimo eo tractu Pityûs oppidum opulentiffimum, ab Heniochis direptû eſt. A tergo eius Epageritæ, Sarmatarum populus in caucaſi iugis: poſt quem Sauromatæ. Ad hos confugerat mithridates claudio principe, narrauitque Thalofis eſſe confines, qui ab Oriente caſpii maris fauces attingerent: ficcari eas æſtu recedente. In ora autem iuxta cercetas, flumen Icaruſa, cum oppido Hiero & flumine, ab Heracleo cxxvj. M. d. Inde promontorium Cronea, quo ſupercilium arduum tenent Toretæ, ciuitas Sindica ab Hiero lxxvi. mill. paſſ. Flumen Sceaceriges.

Bosphoros Cimmericus, Mæotis.

C A P. VI.

I Nde ad Boſphori Cimmerici introitum octoginta octo millia ccccc. paſſ. Sed ipſius peninſulæ inter Pontum & Mæotin lacum excurrentis, non amplior octoginta ſeptem mil. cccc. paſſ. longitudo eſt: latitudo nuſquam infra duo iugera. Eionem vocant. Ora ipſa Boſphori, vtrinque ex Aſia atq; Europa, curuatur in Mæotin. Oppida, in aditu Boſphori primo Hermonaſſa, dein cepi Mileſiorum. Mox Stratoclia, & Phagnagoria, & pene deſertum Apaturus, vltimóque in oſtio Cimmericum, quod antea Cerberion vocabatur.

Gentes circa Mæotin.

C A P. VII.

I Nde Mæotis lacus, in Europa dictus. A cimmerico accolunt mæotici, Vali, Serbi, Archi, Zingi, Pſeſij. Dein Tanain amnem, gemino ore influentem, incolunt Sarmatæ, Medorum (vt ferunt) ſoboles, & ipſi in multa genera diuiſi. Primò Sauromatæ Gynæocratumeni: vnde Amazonum connubia. Dein Euazæ, cottæ, cicimeni, Meſſeniani, coſtobocci, choatræ, Zigæ, Dandari, Thuſſagetæ, Turcæ, vſque ad ſolitudines ſaltuoſis cõuallibus aſperas: vltra quas Arimphæi, qui ad Rhiphæos pertinent montes. Tanain ipſum Scythæ Silyn vocant, Mæotin Temerinda, quod ſignificat matrem maris. Oppidum in Tanais quoq; oſtio fuit. Tenuere finitima primi cares, dein clazomenij & Mæones, poſteà Panticapenſes. Sunt qui circa Mæotin ad ceraunios montes^e altiores haſtradunt gentes, à litore Napæas, ſupràque Eſſedones Colchis iunctos, ac montium cacuminibus. Dein Carmacas, Oranos, Antacas, Mazacas, Aſcanticos, Acapeatas, Agagammatas, Phycaros, Rhimofolos, Aſcomarcos: & ad iuga Caucaſi Icatals, Imaduchos, Ranos, Anclacas, Tydios, caraſtaſcos, Aſuciandas. Lagoum amnem ex montibus catheis, in quem deſluit Opharus: vbi gentes caucadas, Opharitas,^f Amnem Menotharû, Imi-^f tuenis ex montibus ſciſſum, inter Agedos, Carnapas, Gardeos, Acciſos, Gabros, Gregaros. Circaq; fontem^g Imitiſſi, Imituos, & Aparthenos. Alij influxiſſe eò Suitas, Achetas, Satarneos, Aſampatas. Ab his Tanaitas & Nepheonitas viritim deletos. Aliqui flumen^g Opharium labi per cantecos & Sapeos: Tanain verò tranſiſſe Phatareos, Herticeos, Spondolicos, Synhietas, Amaſſos, Iſſos, Catacetos, Tagoros, Catonos, Neripos, Agan-

^a Singames, Tapſuras, Aſtelephus, adſtipulæ eodem Arria-
mo.

^b Vt uſt. cod. Penius, quem fluuium in hoc tractu recenſet & Ouid. 4. de Ponte.

^c Strabo lib. II. Caſtoris & Pollucis aurigas non Amphitû & Telchiû, ſed Amphitratiû & Rhecam nominat.

^d Reſt. uſt. cod. Inde promontorium Croneæ à quo ſupercilium, &c.

^e altiores, nõ legitur in quibusdam vetuſt. cod.

^f Pinitianus ex vetuſt. codicibus ſic legit: Amnes Menotharû Imituem ex montibus Cifiis, & Imuuis.

deos, Mandareos, Saturcheos, Spaleos.

Cappadocia, Armenia.

CAP. VIII.

^a nunc reddatur ingens in mediterraneo sinus:

Peracta est interior ora, omnésque accòla: ^a nunc reddantur gentes in mediterraneo sinu: in quo multa aliter, ac veteres, proditurum me non eo inficias, anxia perquisita cura, rebus nuper in eo situ gestis à Domitio Corbulone, regibúsque inde missis supplicibus, aut regum liberis obfidibus. Ordinemur autem à Cappadocum gente. Longissimè hæc Ponticarum omnium introrsus recedens, minorem Armeniam maiorémque & Comagenen læuo suo latere transit: dextera verò omnes in Asia dictas gentes, plurimis superfusa populis: magnóque impetu scandens ad ortum Solis & Tauri iuga, trásit Lycaoniam, Pisidiam, Ciliciam: vadit super Antiochiæ tractum, & vsque ad Cyrhesticam eius regionem parte sua, quæ vocatur Cataonia, contendit. Itaque ibi longitudo Asiæ xii. quinquaginta M. passuum efficit, latitudo ccccccxli. M.

Armenia dua.

CAP. IX.

^b R. huiusve initium Mesopotamiæ facit, inter duos amnes sitæ. Terræ quod interest ibi, tenent Arabes &c.

Armenia autem maior incipiens à Pariedris montibus, Euphrate amne (vt dictum est) aufertur Cappadociæ: & quæ discedit Euphrates, Mesopotamiæ, haud minus claro amne Tigri. Vtrunque fundit ipsa, ^b & initium Mesopotamiæ facit, inter duos amnes ituræ. Quod interest ibi, tenent Arabes Orei. Sic finem vsque in Adiabenen perfert. Ab ea transuersis iugis inclusa, latitudinem in læua pandit ad Cyrum amnem transuersa in Araxem: longitudinem verò ad minorem vsque Armeniam, Absaro amne in Pontum defluente, & Pariedris montibus (qui fundunt Absarum) discreta ab illa. Cyrus 200 oritur in Heniochiis montibus, quos alij Coraxicos vocauere: Araxes eodem monte, quo Euphrates, vj. M. passuum interuallo: auctúsque amne Musi, & ipse (vt plures existimauere) à cyro defertur in caspium mare. Oppida celebrantur in minore, cæsarca, Aza, Nicopolis: in maiore Arsamote Euphrati proximum, Tigri Carcathiocerta: in excelsis autem Tigranocerta, at in campis iuxta Araxem Artaxata. Vniuersæ magnitudinem Aufidius quinquagies centena M. prodidit. Claudius cæsar longitudinem à Dascusa ad confinium Caspij maris xlii. M. passuum latitudinem dimidium eius, à Tigranocerta ad Iberiam. Diuiditur (quod certum est) in præfecturas, quas ij strategias vocant, quasdam ex iis singula regna quondam, barbaris nominibus cxx. Cludunt eam ab Oriente montes, sed non statim Ceraunij, nec Adiabene regio. Quod interest spatij, 300 Sopheni tenent: ab his iuga: vltra Adiabeni tenent. Per conualles autem proximi Armeniæ sunt Menobardi, & Moscheni. Abiabenen Tigris & ^c montium sinus cingunt. Ab læua eius regio Medorum est, & prospectus Caspij maris. Ex Oceano hoc (vt suo loco dicemus) infunditur, totúmque Caucasii mótibus cingitur. Horum incolæ per confinium Armeniæ nunc dicentur.

Albania, Iberia.

CAP. X.

^d Pariedros

Planitiem omnem à Cyro vsque, Albanorum gens tenet: mox Iberum, discreta ab iis amne Alazone, in Cyrum è Caucasii montibus defluente. Præualent oppida Albanæ Cabalaca, Iberiæ Harmastis iuxta flumén, Naoris: regio Thasiæ, & Triare vsq; ad ^d Pariedros montes. Vltra sunt Colchicæ solitudines: quarum à latere ad Ceraunios verso, 400 Armenochalybes habitant, & Moschorum tractus ad Iberum amnem in Cyrum defluentem: & infra eos Sacassani, & deinde Macrones ad flumen Absarum. Sic plana ac deucxa obtinentur. Rursus ab Albanæ confinio, tota montium fronte, gentes Syluorum feræ, & infra Lubienorum, mox Diduri & Sodij.

Portæ Caucasæ.

CAP. XI.

Ab iis sunt portæ Caucasæ, magno errore à multis Caspiæ dictæ, ingens naturæ opus montibus interruptis repente, vbi fores obditæ ferratis trabibus, subter medias amne Dyriodori fluente, citráque in rupe castello (quod vocatur Cumania) communito ad arcendas transitu gentes innumeras: ibi loci terrarum orbe portis discluso, ex aduerso maximè Harmastis oppidi Iberum. A portis Caucasii per mótes Gordyeos 500 Valli, Suarni indomitæ gentes, auri tantùm metalla fodiunt. Ab iis ad Pontum vsque Heniochorum

Heniochorum plura genera, mox Achæorum. Ita se habet terrarum sinus è clarissimis. Aliqui inter Pontum & Caspium mare ccc lxxv. M. pass. non ampliùs interesse tradiderunt: cornelius Nepos^a c l. M. Tantis iterum angustiis infestatur Asia. Claudius Cæ^a ccl. M. far à Cimmerico Bosphoro ad Caspium mare c l. M. prodidit: eaque perfodere excogitasse Nicatorem Seleucum, quo tempore ab Ptolemæo Cerauno sit interfectus. A portis Caucasus ad Pontum cc. M. passuum esse constat ferè.

Insulæ in Ponto.

C A P. X I I.

Insulæ in Ponto Planctæ, siue Cyanæ, siue Symplegades. Deinde Apollonia, Thynias dicta, vt distingueretur ab ea, quæ est in Europa. Distat à continenti passibus M. cingitur tribus M. Et contra Pharnaceam Chalceritis, quam Græci Ariam dixerunt, sacramque Marti, & in ea volucres cum aduenis pugnasse, pinnarum ictu.

Centes in Scythico Oceano.

C A P. X I I I.

Nunc omnibus, quæ sunt interiora Asiæ, dictis, Rhiphæos montes transcendat animus, dextraque litore Oceani incedat. Tribus hic è partibus cæli alluens Asiam, Scythicus à Septentrione, ab Oriente Eous, à Meridie Indicus vocatur, variegq; per sinus & accolas in complura nomina diuiditur. Verum Asiæ quoque magna portio appositae Septentrioni, iniuria sideris rigentis vastas solitudines habet. Ab extremo Aquilone ad initium Orientis æstiuæ Scythæ sunt. Extra eos vltraque Aquilonis initia Hyperboreos aliqui posuere, pluribus in Europa dictos. Primum inde^b noscitur promontoriû Celti^b nascitur
 20 cæ Lytarmis, fluuius Carambucis, vbi lassata cum siderum vi Rhiphæorum montiû deficiunt iuga. Ibique Arimphæos quosdam accepimus, haud dissimilem Hyperboreis gentem. Sedes illis nemora, alimenta baccæ, capillus iuxta fœminis virisque in probro existimatur: ritus clementes. Itaque sacros haberi narrant, inuiolatosque esse etiam feris accolarum populis: nec ipsos modò, sed illos etiam, qui ad eos perfugerint. Vltra eos planè iam Scythæ, Cimmerici, Cicianthi, Georgi, & Amazonum gens. Hæc vsque ad Caspium & Hyrcanum mare. Nanque id erumpit Scythico Oceano in auersa Asiæ, pluribus nominibus accolarum appellatum celeberrimis duobus, Caspio, & Hyrcano. Non minus hoc esse quàm Pontum Euxinum, Clitarchus putat. Eratosthenes ponit & mēsuram: ab exortu ad meridiem, per cadusiæ & Albaniam oram quinquies mil. cccc. stad. Inde per
 30 Aratiaticos, a marbos Hyrcanos, ad ostium Zoni fluminis, quater mill. dccc. stad. Ab eo ad ostium Iaxartis^c mill. cccc. Quæ summa efficit quindecies centena septuaginta-
 quinque mil. pass. Artemidorus hinc detrahit viginti quinque M. pass. Agrippa Caspium mare, gentesque quæ circa sunt, & cum his Armeniam determinans, ab Oriente Oceano Serico, ab Occidente Caucasii iugis, à Meridie Tauri, à Septentrione Oceano Scythico, patere qua cognitû est, cccxc. M. pass. in longitudinē: ccxc. M. in latitudinē prodidit. Non desunt verò, qui eius maris vniuersum circuitum à freto xxxv. M. pass. tradunt. Irumpit autem arctis faucibus, in longitudinem spatiosis. At vbi cœpit in latitudinē pandi, lunatis obliquatur cornibus: velut ad Mæotim lacum ab ore discedēs, Scythici arcus (vt autor est M. Varro) similitudine. Primus sinus appellatur Scythicus: vtrinque enim
 40 accolunt Scythæ, & per angustias inter se comitant, hinc Nomades & Sauromatē multis nominibus, illinc Abzoæ non paucioribus. Ab introitu dextra, mucronem ipsum faucium tenent Vdini, Scytharum populus: dein per oram Albani (vt ferunt) ab Iasone orti. Ante quos mare quod est, Albanum nominatur. Hæc gens superfusa montibus Caucasus, ad Cyrum amnem, Armeniæ confinium atq; Iberiæ, descendit, vt dictum est. Super maritima eius, Vdinorumque gentem Sarmatæ, Vtidorsii, Arotères prætenduntur: quorum à tergo indicatæ iam Amazones Sauromatides. Flumina per Albaniam decurrunt in mare, Cassios & Albanos: deinde Cambyfes in Caucasus ortus montibus: mox Cyrus in Coraxicis, vt diximus. Oram omnem à Caucaso præaltis rupibus^d inaccessis, patere
 50 Caspij. Corrigendus est error in hoc loco multorum, & eorum etiam, qui in Armenia res proximè cum Corbulone gessere. Nanque hi Caspias appellauere portas Iberiæ,

*c Melior re-
 cuita lectio.
 MM. cccc.
 ita exigente
 & caloris ra-
 tione, def. turis
 alioqui summa
 sequenti mille
 stadii.*

d inaccessis

quas Caucasias diximus vocari: situsque depicti, & inde missi, hoc nomen inscriptum habent. Et Neronis principis comminatio, ad Caspias portas tendere dicebatur, cum peteret illas, quæ per Iberiam in Sarmatas tendunt, ^a vix vlllo propter appositos montes aditu. Ad Caspium mare sunt aliæ, Caspiis gentibus iunctæ: quod dignosci non potest, nisi comitatu rerum Alexandri Magni. Nanque Persarum regna, quæ nunc Parthorum intelligimus, inter duo maria Persicum & Hyrcanum Caucasii iugis attolluntur: vtrinque per deuexa laterum Armeniæ maiori, à frontis parte, quæ vergit in Comagenen, Sophene (vt diximus) copulatur, eique a diabene Assyriorum initium. Cuius pars est Arbelitis, vbi Darium Alexander debellauit, proxima Syria. Totam eam Macedones Mygdoniam cognominauerunt à similitudine. Oppida, Alexandria, item Antiochia, quam Nisibin vocant. Abest ab Artaxatis d c cl. M. passuum. Fuit & Ninus imposita Tigri, ad Solis occasum spectans, quondam clarissima. Reliqua verò fronte, qua tendit ad Caspium mare, Atropatene, ab Armeniæ Otene regione discreta Araxe. Oppidum eius Gazæ ab Artaxatis quadringenta quinquaginta mil. pass. Totidem ab Ecbatanis Medorum, quorum pars sunt Atropateni.

Media, Caspia porta.

CAP. XIII.

Ecbatana caput Mediæ Seleucus rex condidit: à Seleucia magna d c cl. M. passuum à portis verò Caspiis x x. M. Reliqua Medorum oppida, Phausia, Agamzua, Apamia Rhapsane cognominata. Causa portarum nominis eadem, quæ supra, interruptis angusto transitu iugis, ita vt vix singula meent plaustra, longitudine vi i j. M. pass. toto opere manu facto. Dextera leuâque ambustis similes impendent scopuli, sitiente tractu per x x xvi i j. M. pass. Angustias impedit corriuatus falis è cautibus liquor, atque eadem emissus. Præterea serpentium multitudo, nisi hyeme, transitum non sinit.

Gentes circa Hyrcanum mare.

CAP. XV.

Diabenis connectuntur Carduchi quondam dicti, nunc Cordueni, præfluente Tigri: his Pratitæ Paredoni appellati, qui tenent Caspias portas. Iis à latere altero occurrunt deserta Parthiæ, & Citheni iuga. Mox eiusdem Parthiæ amœnissimus ^b situs, qui vocatur choara. Duæ vrbes ibi Parthorum, oppositæ quondam Medis, Calliope, & alia in rupe Issatis quondam. Ipsius verò Parthiæ caput Hecatompulos abest à portis c x x xi j. M. pass. Ita Parthorum quoque regna foribus discluduntur. Egressos portis excipit protinus gens Caspia, ad litora vsque, quæ nomen portis & mari dedit. Læua montosa. Ab ea gente retrorsus ad Cyrum amnem produntur c c x x. M. pass. Ab eodem amne si subeatur ad portas, d c c. M. pass. Hunc enim ^c deinde cardinem Alexandri Magni itinera fecere, ab iis portis ad Indiæ principium, stadia quindecim millia sexcenta octoginta prodendo: ad Bactra oppidum, quod appellant Zariaspa, tria millia septingenta. Inde ad Iaxartem amnem quinque M.

Item aliæ gentes.

CAP. XVI.

Caspiis ad Orientem versus regio est Zapauortene dicta, & in ea fertilitatis inclitæ locus Dariæum. Mox gentes Tapyri, Anariaci, Stauri, Hyrcani, à quorum litoribus idem mare Hyrcanum vocari incipit à flumine Syderi. Circa id amnes Mazeræ, Stratos, omnia ex Caucaaso. Sequitur regio Margiane, apricitatis inclytæ, sola in eo tractu vitifera, vndique inclusa montibus amœnis, ambitu stadiorum mille quingentorum, difficilis aditu propter harenosas solitudines per c x x. M. passuum & ipsa contra Parthiæ tractum sita in qua Alexander Alexandriam condiderat: qua diruta à barbaris, Antiochus Seleuci filius, eodem loco restituit ^d Syrianam interfluente Margo, qui corriuatur in Zotate. is maluerat illam Antiochiâ appellari. Urbis amplitudo circuitu lxx. stad. In hanc Orodes Romanos Crassiana clade captos deduxit. Ab huius excelsis per iuga Caucaasi protenditur ad Bactros vsque gens Mardorum, fera, sui iuris. Ab eo tractu gentes Ochari, Chomari, Berdrigei, Harmatotrophi, Bomarei, Commani, Marucæi, Mændrueni, Iatij. Flumina Mandrum, Cridinum: vltraque Chorasmij, Gandari, Attasini, Paricani, Sarangæ, Parrhasini, Maratiani, Nasotiani, Aorfi, Gelæ, quos Græci Cadusios appellauere,

^a Melius sic, mutata non nihil distinctione, Vix vlllo propter oppositos montes aditu ad Caspiū mare. Sunt aliæ, &c.

^b sinus,

^c deinde, videtur abundanter, neque est in antiq. cod.

^d Or. Seleuciam

pellauere, Matiani. Oppidum Heraclea, ab Alexandro conditum : quod deinde subuersum ac restitutum, Antiochus Achaida appellauit: Derbices, quorum medios fines secat Oxus amnis, ortus in lacu Oxo: Syrmatæ, Oxij, Tagæ, Heniochi, Bateni, Saraparæ, Bactri, quorum oppidum Zariaspe, quod postea Bactrum à flumine appellatum est. Gens hæc obtinet auersa mōtis Paropamisi, ex aduerso fontis Indi: includitur flumine Ocho. Vltrà Sogdiani, oppidum Panda, & in vltimis eorum finibus Alexandria, ab Alexandro magno conditum. Aræ ibi sunt ab Hercule ac Libero patre cōstitutæ, item Cyro & Semiramide atque Alexandro: finis omnium eorum ductus ab illa parte terrarum, includente flumine Iaxarte, quod Scythæ Silyn vocant: Alexander, militēsque eius, Tanain
 10 putauere esse. Transcendit eum amnem Demonax, Seleuci & Antiochi regum dux, quem maximè sequimur in iis: arāsque Apollini Didymæo statuit.

Scytharum gens.

CAP. XVII.

Vltrà sunt Scytharum populi. Perfæ illos Sacas in vniuersum appellauere à proxima gente, antiqui Arameos. Scythæ ipsi Perfæ, Chorfaros: & Caucasum montem, Graucalum: hoc est, niue candidum. Multitudo populorum innumera: & que cum Parthis ex æquo degat. Celeberrimi eorum Sacæ, Massagetæ, Dahæ, Essedones, Ariacæ, Rhymnici, Pefici, Amordi, Histi, Edones, Camæ, Camacæ, Euchatæ, Cotieri, Antariani, Piale, Arimaspi, antea Cacidiri, Afæi, Oetei. Ibi Napæi interisse dicuntur, & Apel-
 20 læi. Nobilia apud eos flumina, Mandagræum & Caspium. Nec in alia parte maior auctorum inconstantia, credo propter innumeras vagasque gentes. Haustum ipsius maris dulcem esse & Alexander Magnus prodidit, & M. Varro, talem perlatum Pompeio, iuxta res gerenti Mithridatico bello, magnitudine haud dubie influentium annium victo sale. Adicit idem, Pompeij ductu exploratum, in Bactros septem diebus ex India perueniri ad Icarum flumen, quod in Oxum influat: & ex eo per Caspium in Cyrum subuectas, quinque non amplius dierum terreno itinere, ad Phasin in Pontum Indicas posse deuehi merces. In sulæ toto eo mari multæ, vulgata vna maximè Tazata: à Caspio mari Scythicoque Oceano, in eam cursus inflectitur, ad Orientem conuersa litorum fronte. Inhabitabilis eius prima pars, à Scythico promontorio, ob niues: proxima,
 30 inculta sæuitia gentium. Anthropophagi Scythæ insident, humanis corporibus vescentes. Ideo iuxta vastæ solitudines, ferarumque multitudo, haud dissimilem hominū immanitatem obsidens. Iterum deinde Scythæ. Iterumque deserta cum belluis, vsque ad iugum incumbens mari, quod vocant Tabin. Nec ante dimidiam fermè longitudinem eius oræ, quæ spectat æstiuum Orientem, inhabitatur illa regio. Primi sunt hominum, qui noscantur, Seres, lanicio sylvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem: vnde geminus fœminis nostris labor, redordiendi fila, rursusque texendi. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, vt in publico matrona transluceat. Seres mites quidem, sed & ipsi feris per similes, cœtum reliquorum mortalium fugiunt, cum commercia expectant. Primum eorum noscitur flumen Psitaras, proximum
 40 Carabi, tertium Lanos, à quo promontorium: Chryse sinus, Cyrnaba flumen, Attanos sinus. Et gens hominum Attacorum, apricis ab omni noxio afflatu seclusa collibus, eadem, qua Hyperborei degunt, temperie. De iis priuatim condidit volumen Amometus, sicut Hecatæus de Hyperboreis. Ab Attacoris gentes Thyri & Tochari, & iam Indorum Casiri: introrsus ad Scythas versi, humanis corporibus vescuntur. Nomades quoque Indiæ vagantur. Sunt qui ab Aquilone contingi ab ipsis & Cyconas dixere, & Bryfanos. Sed inde (vt planè consentiunt omnes) Emodi montes assurgunt, Indorumque gens incipit, non eo tantum mari adiacens, verum & meridiano, quod Indicum appellauimus: queque pars Orienti aduersa recto prætenditur spatio, & flexum & initium Indici maris xviii. lxxv. mill. pass. colligit. Deinde quæ flectitur in Meridiem xxiiii.
 50 lxxv. M. pass. vt Eratosthenes tradit, vsque ad Indū, qui est ab Occidente finis Indiæ. Complures autem totam ipsius longitudinem xl. dierum nocturnumque velifico nauium cursu

determinauere: & à Septentrione ad Meridiem $\overline{\text{xxvii}}$. quinquaginta mill. pass. Agrip-
 pa longitudinis $\overline{\text{xxxiii}}$. latitudinis $\overline{\text{xxiii}}$. prodidit. Posidonius ab æstiuo Solis ortu ad
 hybernum Exortum metatus est eam, aduersam Galliæ statuens, quam ab Occidente æ-
 stiuo ad occidētem hybernum metabatur totam à Fauonio. Itaque obuersam eius ven-
 ti afflatu iuuari Indiam, salubremque fieri, haud dubia ratione docuit. Alia illius cæli fa-
 cies, alij siderū ortus: binæ messes in anno, binæ æstates, media inter illas hyeme Etesia-
 rum flatu: nostra verò brumali. Lenes ibi auræ, mare nauigabile, gentes & vrbes innume-
 rabiles, si quis omnes persequi velit. Etenim patefacta est non modò Alexandri Magni
 armis, regumque qui ei successere, circumuectis etiam in Hyrcanum mare, & Caspium
 Seleuco & Antiocho, præfectoque classis eorum Patrocle: verum & aliis autoribus ¹⁰
 Græcis, qui cum regibus Indicis morati (sicut Megasthenes, & Dionysius à Philadel-
 pho missus ex ea causa) vires quoque gentium prodidere. Non tamen deest diligentiae
 locus, adeo diuersa & incredibilia traduntur. Alexandri Magni comites in eo tractu In-
 diæ quem subegerant, scripserunt quinque mill. oppidorum fuisse, nullum Cominus,
 gentium ix. Indiamque tertiam partem esse terrarum omnium, multitudinem populo-
 rum innumeram, probabili sanè ratione. Indi enim propè gentium soli nunquam emi-
 grauere finibus suis. Colliguntur à Libero patre ad Alexandrum Magnum reges eorum
 c l i i j. annis quinque mill. c c c c i j. adiiciunt & menses tres. Annium mira vastitas.
 Proditur Alexandrum nullo die minus stadia sexcenta nauigasse in Indo, nec potuisse
 ante menses quinque enauigare, adiectis paucis diebus: & tamen minorem Gange esse ²⁰
 constat. Seneca etiam apud nos, tentata Indiæ cōmentatione sexaginta amnes eius pro-
 didit gentes duodeviginti centumque. Par labor sit montes enumerare. Iunguntur inter
 se Imaus, Emodus, Paropamisus, Caucafi partes, à quibus tota decurrit in planitiem im-
 mensam, & Ægypto similem. Verum vt terrena demonstratio intelligatur, Alexandri
 Magni vestigiis insistamus. Diognetus & Beton itinerū eius mensores, scripsere, à por-
 tis Caspiis Hecatōpylon Parthorum, quot diximus, millia esse: inde Alexandria Arion,
 quam urbem is rex condidit, c c c c. l x v. mil. Inde ad Prophthasiā Drangarum c x c i x.
 mil. Inde ad Arachosiorum oppidum c c c c. x v. mill. Inde Orthospanum c c l. mil. In-
 de Alexandri oppidum quinquaginta mill. In quibusdam exemplaribus diuersi numeri
 reperiuntur. Hanc urbem sub ipso Caucafo esse positā. Ab ea ad flumen ³⁰
 Chepta, & oppidum Indorum Peucolaitin, c c x x v i j. mil. Inde ad flumē Indum & oppidum Taxila,
 sexaginta mill. Ad Hydaspem fluuium clarum, c x x. mil. Ad Hypasin non ignobiliorem,
 x l i x. c c c x c. mill. qui fuit Alexandri itinerum terminus, exuperato tamen amne, aris-
 que in aduersa ripa dicatis. Epistolæ quoque regis ipsius consentiunt his. Reliqua inde
 Seleuco Nicatori peragrata sunt: ad Hesi drum, c l x v i i j. mill. Iomanem amnem tan-
 tundem. Exemplaria aliqua adiiciunt quinque mill. passuum. Inde ad Gangen c x i j. m.
 Ad Rhodapham c x i x. mill. Alij c c c x x v. mill. in hoc spatio produnt. Ad Calinipaxa
 oppidum, c l x v i j. c c c c. alij c l x v. m. Inde ad confluentē Iomanis amnis, & Gangis
 d c x x v. mill. plerique adiiciunt x i i j. mill. ad oppidumque Palibotra c c c c x x v. Ad
 ostium Gangis d c. x x x v i i j. mill. passuum. Gentes, quas memorare non pigeat, à mon-
 tibus Emodis, quorum promontorium Imaus vocatur, incolarum lingua niuosum si-
 gnificante, Ifari, Cosyri, Izgi, & per iuga Chisiotofagi, multarumque gentium cogno-
 men Brachmanæ, quorum Maccocalingæ, flumina Pumas & Cainas (quod in Gangem
 influit) ambo nauigabilia. Gentes Calingæ proximi mari, & supra Mādei, Malli, quorum
 mons Mallus, tractusque eius finis Ganges.

Fluuus Ganges.

CAP. XVIII.

HVnc alij incertis fontibus, vt Nilum, rigantemque vicina eodem modo, alij in Scy-
 thicis montibus nasci dixerunt. Influere in eum xix. amnes. Ex iis nauigabiles, præ-
 ter iam dictos, Canucham, Vamam, Erranoboam, Cosoagū, Sonum. Alij cum magno
 fragore ipsius statim fontis erumpere: deiectumque per scopulosa & abrupta, vbi pri-
 mum molles planities contingat, in quodam lacu hospitari: inde lenem fluere, vbi mini-
 mum

mum, viij. mill. latitudine, vbi modicum, stadiorum centum, altitudine nusquam minore pass. xx.

Gentes Indiae.

CAP. XIX.

NOuissima gente Gangaridum Calingarum regio Partalis vocatur. Regi lxx. mill. peditum, equites mille, elephanti d c c. in procinctu bellorum excubant. Nanque vita mitioribus populis Indorum multipartita degitur. Alij tellurem exercent: militiam alij capeffunt: merces alij suas euehunt, res externas inuehunt, res publicas optimi ditissimique temperant, iudicia reddunt, regibus assident. Quintum genus celebratae illic, & propè in religionem versae sapientiae deditum, voluntaria semper morte vitam, accenso prius rogo, finit. Vnum super haec est semiferum, ac plenum laboris immensi, & quo supra dicta continentur, venandi elephantes domandique. Iis arant, iis inuehuntur, haec maximè nouere pecuaria: iis militant, dimicantque pro finibus. Delectum in bellua vires & aetas atque magnitudo faciunt. Insula in Gange est amplae magnitudinis, gentem continens vnam, Modogalicam nomine. Ultra siti sunt Modubae, Molindae, vberum cum oppido eiusdem nominis magnifico, Galmodroesi, Preti, Calissae, Safuri, Passalae, Colubae, Orxule, Abali, Taluctae. Rex horum peditum l. M. equitum iij. M. elephantos cccc. in armis habet. Validior deinde gens Andaræ, plurimis vicis, xxx. oppidis, quae muris turribusque muniuntur, regi praebet peditum c. M. equitum ij. M. elephantos M. Fertillissimi sunt auri Dardae, Setae verò argenti. Sed omnium in India propè, non modò in hoc tractu, potentiam claritatemque antecedit Prasij, amplissima vrbe ditissimaque Palibotra. Vnde quidam ipsam gentem Palibotros vocant, imò verò tractum vniuersum à Gange. Regi eorum peditum sexcenta M. equitum xxx. M. elephantorū ix. M. per omnes dies stipendiantur. Vnde coniectatio ingens opum est. Ab iis in interiore situ Monedes & Suari, quorum mons Maleus, in quo umbræ ad Septentrionem cadunt hyeme, aestate in Austrum, per senos menses. Septentriones eo tractu semel in anno apparere, nec nisi xv. diebus, Beton autor est: hoc idem pluribus locis Indiae fieri, Megasthenes. Austrinum polum Indi Dramasa vocant. Amnis Iomanes in Gangem per Palibotros decurrit inter oppida Methora & Cyrifoborca. A Gange versa ad Meridiem plaga tinguntur Sole populi, iam quidem infecti, nondum tamen Aethiopum modo exusti: quatum ad Indum accedunt, tantum colore praefertunt sidus. Indus statim à Prasiorum gente, quorum in montanis Pygmæi traduntur. Artemidorus inter duos amnes. $\overline{\text{xxi}}$. M. pass. interesse tradit.

Indus fluminis.

CAP. XX.

INDUS, Sandus ab incolis appellatus, in iugo Caucasi montis, quod vocatur Paropamisus aduersus Solis ortum effusus, & ipse vnde viginti recipit amnes. Sed clarissimos Hydaspem, quatuor alios afferentem, Cantabram tres. Per se verò nauigabiles Acesinam & Hypasin, quadam tamen aquarum modestia nusquam latior quinquaginta stadiis, aut altior xv. pass. amplissimam insulam efficiens, quae Prasiane nominatur, & aliam minorem, quae Patale. Ipse per $\overline{\text{xi}}$. xl. M. pass. parcissimis autoribus nauigatus, & quodam Solis comitatu in Occasum versus, Oceano infunditur. Mensuram in ora ad eum ponam, vt inuenio, generatim, quanquam inter se nullae congruant. Ab ostio Gangis ad promontorium Calingon, & oppidum Dandagula dccxxv. mill. pass. Ad Tropina $\overline{\text{xi}}$. xxv. M. pass. Ad Perimulae promontorium, vbi est celeberrimum Indiae emporium dcl. Ad oppidum in insula, quam supra diximus, Patalen, dcxx. M. p. Gentes montanae inter eum & Iomanem Cesi, Cetriboni syluestres: deinde Megalle, quorum regi quingenti elephanti, peditum equitumque numerus incertus: Chrysei, Parafangae, Afangae tigri ferae scatentes. Armant peditum xxx. mill. elephantos ccc. equites. dccc. Hos includit Indus, montium corona circumdatus & solitudinibus per dcxxxv. M. infra solitudines, Dari, Suræ: iterumque solitudines per clxxxvij. M. pass. plerumque harenis ambientibus haud alio modo, quam insulas mari. Infra deserta haec Maltecore, Singe: Marohe, Rarungae, Moruntes, Masue, Pagunge. Iam hi montium, qui perpetuo tractu Oceani oram tenent, incolae liberi, & regum expertes, multis vrribus montanos obtinent colles. Nareae

deinde, quos claudit mons altissimus Indicorum Capitalia. Huius incolæ, alio laterē latē auri & argenti metalla fodiunt. Ab iis Oraturæ, quorum regi elephantum quidē decem, sed amplæ vires peditum: Varetatæ, qui sub rege elephantos non alunt, fiducia equitum peditumque, Odomboeræ, Salabastæ, Horatæ vrbe pulchra, fossis palustribus munita: per quas crocodili, humani corporis auidissimi, aditum nisi ponte non dant. Et aliud apud illos laudatur oppidum Automela, impositum litori, quinque annium in vnū confluente concursu, emporio nobili. Regi eorum elephantum M. cccc. peditum cl. M. equitum quinque M. Pauperior Charmarum rex, elephantos lx. paruasque reliquas vires habet. Ab iis gens Pādæ, sola Indorum regnata fœminis. Vnā Herculi sexus eius genitam ferunt, ob idque gratiorem præcipuo regno donatam. Ab ea deducentes originē imperitant ccc. oppidis, peditum cl. M. elephantis quingentis. Post hanc trecentarum urbium Syrieni, Derangæ, Posingæ, Buzæ, Gogiarei, Vmbræ, Nereæ, Brancosi, Nobūdæ, Cocondæ, Nefei, Pedatritæ, Salobriatæ, Olostre Patalen insulam attingentes: à cuius extremo litore ad Caspias portas ^{xviii.} xxv. M. produntur. Hinc deinde accolunt Indum aduersum euidenti demonstratione Amatæ, Bolingæ, Gallitalutæ, Dimuri, Megari, Ordabæ, Mesæ. Ab his Vri, Sileni: mox deserta in ccl. M. passuum. Quibus exuperatis Organagæ, Abaortæ, Sibaræ, Suertæ: & ab iis solitudines prioribus pares. Dein Sarophages, Sorgeæ, Baraomatæ, Gumbritæque, quorum xij. nationes, singulisque binæ vrbes. Afeni trium urbium incolæ. Caput eorum Bucephala, Alexandri regis equo (cui fuerat hoc nomen) ibi sepulto conditum. Montani super hos Caucaſo subiecti, Soleadæ, Sondre, ²⁰ transgressisque Indum, & cum eo decurrentibus Samarabrie, Sambruceni, Brisabritæ, Orsij, Antixeni, Taxilæ, cum vrbe celebri, iam in plana demisso tractu, cui vniuerso nomen Amandræ. Populi quatuor, Peucolaitæ, Arfagalitæ, Geretæ, Afoi. Etenim plerique ab occidente non Indo amne determinant, sed adiiciunt quatuor satrapias, Gedrosos, Arachotas, Arios, Paropamisadas.

Arij & iunctæ gentes.

CAP. XXI.

VLtimo sine Cophete fluuio, quæ omnia Ariorum esse, aliis placet. Necnon & Nyfam urbem plerique Indiæ ascribunt, montemque Merum Libero patri sacrum: unde origo fabulæ, Iouis femine editum. Item Aspagonas gentem, vitis, & lauri, & buxi, pomorumque omnium in Græcia nascentium fertilem. Quæ memoranda, & propè fabu- ³⁰losa, de fertilitate terræ, ac genere frugum ^a arborumque, aut ferarum aut volucrum, & aliorum animalium traduntur, suis quæque locis in reliqua parte operis commemorabuntur. Quatuor verò satrapia mox paulò, ad Taprobanen insulam festinante animo. Sed antè sunt aliæ, Patale, quã significauimus, in ipsis faucibus Indi triquetra figura c. c. xx. M. pass. latitudine. Extra ostium Indi, Chryse, & Argyre, fertiles metallis, vt credo. Nam quod aliqui tradidere, aureum argenteumque iis solum esse, haud facile crediderim. Ab iis xx. M. pass. Crocala. Ab ea xij. M. pass. ^b Bibaga, ostreis & conchyliis referata. Deinde Toralliba ix. M. pass. à suprâ dicta, multæque ignobiles.

^a arborumq.
laniferarum

^b Alia, Biba
Est, qua appellatione
vritur
& Arrianus
in Histo. Ind.

Taprobane insula.

CAP. XXII.

Taprobanen alterum orbem terrarum esse, diu existimatum est. Antichthonum ap- ⁴⁰pellatione. Vt liqueret insulam esse, Alexandri Magni ætas resque præstitere. Onesicritus classis eius præfectus, elephantos ibi maiores bellicosioresque, quàm in India, gigni scripsit: Megasthenes flumine diuidi, incolasque Palæogonos appellari, auri margaritarumque grandium fertiliores, quàm Indos. Eratosthenes & mensuram prodidit longitudinis vij. M. stad. latitudinis quinque M. nec vrbes esse, sed vicos septingentos. Incipit ab Eoo mari, inter ortum occasumque Solis Indiæ prætenta, & quondam credita xx. dierum nauigatione à Prasiana gente distare: mox, quia papyraceis nauibus armamentisque Nili peteretur, ad nostrarum nauium cursus, vij. dierum interuallo taxato. Mare interest vaduosum, fenis non amplius altitudinis passibus, sed certis canalibus adeò profundum, vt nullæ ancoræ fidat: ob id nauibus vtrinque proræ, ne per angustias aluei circummagi sit necesse. Siderum ⁵⁰ in nauigando nulla obseruatio. Septentrio non cernitur: sed volucres secum vehunt, emittentes

^a Rectior ve-
tustia lecta.
Infra hæc
omnia ab In-
do Ariana re-
gio. Ariana
enim ab ortu
Indo termina-
ri, notum est
ex libro huius
cap. 20. & 21.
item ex Strab.
lib. 15.

^b circumue-
ctus meri-
diana Persi-
dis

^c Zizerum
portum In-
diæ

^d Consule de
hoc loco Bu-
deum lib. 4.
de Assæ.

dictum. Hæc regio est ex aduerso Bactrianorum deinde, cuius oppidum Alexandria, à conditore dictum, Syndraci, Dangulæ, Parapiani, Cantaces, Maci. Ad Caucasum Cadrusi oppidum ab Alexandro conditum. ^a Infra hæc omnia, ora ab Indo. Ariana regio ambulta feruoribus, desertisque circumdata, multa tamen interfusa opacitate: cultores congregat circa duos maximè fluuios, Tonderon & Arosapen. Oppidum Artaccana. Arius amnis, qui præfluit Alexandriam ab Alexandro conditam. Patet oppidum stad. x xx . multoque pulchrius, sicut antiquius, Artacabane, iterum ab Antiocho munitum, stad. l. Dorisci gens, Amnes Pharnacotis, Ophradus. Prophthasia oppidum Zarasparum, Drangæ, Argetæ, Zarangæ, Gedrusi. Oppida Peucolais, Lymphorta, Methoricum desertum. Amnis Manain, Augutturi gens. Flumen Borru, gens Vrbi, flumen nauigabile Ponomus Pandarum finibus. Item Caberon Sorarum ostio portuosus, Oppidum Condigramma. Flumen Cophes. Influunt in eum nauigabilia Sadarus, Parospus, Sodinus. Ariana partem esse Daritin aliqui volunt, mensuramque produnt vtriusque longitudine $\frac{\text{x lxx}}{\text{x lxx}}$. l. mill. passuum latitudine dimidio minore, quam Indiæ. Alij Gedrusos & Scyros posuere per clxxxij . mill. pass. Mox Ichthyophagos Oritas, propria non Indorum lingua loquentes, per ccc . mill. pass. Inde posuere Arbiorum gentem per ccc . mill. Ichthyophagos omnes Alexander vetuit piscibus viuere. Ultra deserta, deinde Carmania, ac Persis, atque Arabia. Sed priusquam hæc generatim persequamur, indicare conuenit, quæ prodit Onesicritus, classe Alexandri ^b circumuectus in mediterranea Persidis ex India, narrata proximè à Iuba: dein eam nauigationem, quæ his annis comperta seruetur hodie. Onesicriti ²⁰ & Nearchi nauigatio nec nomina habet mansionum, nec spatia. Primumque Xylenopolis ab Alexandro condita, vnde cœperunt exordium, iuxta quod flumen, aut vbi fuerit, non satis explanatur. Hæc tamen digna memoratu produntur ab eis: oppidum à Nearcho conditum in nauigatione ea. Flumen Nabrum nauium capax: contra insula distans lxx . stad. Alexandria condita à Leonato iussu Alexandri in finibus gentis. Argenus portu salubri. Flumen Tuberum nauigabile, quod circa Pariræ. Deinde Ichthyophagita longo tractu, vt xx . dierum spatio prænauigauerint. Insula, quæ Solis appellatur, & eadem cubile Nympharum, rubens, in qua nullum non animal absumitur, incertis causis. Ori gens. Flumen Carmaniæ Hytanis portuosus, & auro fertile. Ab eo primum Septentriones apparuisse adnotauere. Arcturum nec omnibus cerni noctibus, nec totis vnquam. ³⁰ Achæmenidas vsque illo tenuisse. Æris & ferri metalla, & arsenici, & minij exerceri. Inde promontorium Carmaniæ est: ex quo in aduersa ora ad gentem Arabiæ Macas traiectus distat l. M. pass. Insulæ tres, quarum Organa tantum habitatur aquosa, à continenti xxv . M. pass. Insulæ iiij . iam in sinu ante Persida. Circa has hydri marini vicenum cubitorum adnatantes terruere classem. Insula Acrotadus, item Gauratæ, in quibus Chiani gens. Flumen Hyperis in medio sinu Persico, onerariarum nauium capax. Flumen Sitiogagus, quo Pasargadas septimo die nauigatur. Flumen nauigabile Phirstimus, insula sine nomine. Flumen Granus modicarum nauium capax, per Susianen fluit: dextra eius accolunt Deximontani, qui bitumen perficiunt. Flumen Oroatis ostio difficili, nisi peritis: insulæ ii . parue: inde vadosa nauigatio palustri similis, per euripos tamen quosdam peragitur. ⁴⁰ Ostium Euphratis. Lacus, quem faciunt Eulæus & Tigris iuxta Characem. Inde Tigri Susa. Festos dies ibi agentem Alexandrum inuenerunt septimo mense, postquam digressus ab iis fuerat Patalis, tertio nauigationis. Sic Alexandri classis nauigauit. Postea à Syagro Arabiæ promontorio Patalen Fauonio, quem Hypalum ibi vocant, peti certissimum videbatur $\frac{\text{x lxx}}{\text{x lxx}}$. xxij . M. pass. æstimatione. Secuta ætas propiorem cursum tutioremque iudicauit, si ab eodem promontorio ^c Zizerum amnem portum Indiæ peteret. Diuque ita nauigatum est, donec compendia inuenit mercator, lucróque; India admota est. Quippe omnibus annis nauigatur, sagittariorum cohortibus impositis. Etenim piratæ maximè infestabant. ^d Nec pigebit totum cursum ab Ægypto exponere, nunc primum certa notitia patefcente. Digna res, nullo anno imperij nostri minus H-s quingentis ex- ⁵⁰ hauriente India, & merces remittente, quæ apud nos centuplicato veneant, M M. passuum ab Alex-

ab Alexandria abest oppidum Iuliopolis. Inde nauigant Nilo Coptum ccciiij. mill. pass. qui cursus Etesis flantibus peragitur xij. diebus. A Copto camelis itur, aquationum ratione mansionibus dispositis. Prima appellatur Hydreuma, xxxij. mil. Secunda in monte, diei itinere. Tertia in altero hydreumate, à Copto xcvi. mill. Deinde in monte. Mox ad hydreuma Apollinis, à Copto clxxxiiij. mill. pass. Rursus in monte. Mox ad nouum Hydreuma à Copto cccxxxiiij. mil. pass. Est & aliud Hydreuma vetus, Troglodyticum nominatur, vbi præsidium excubat diuerticulo 11. millium. Distat à nouo Hydreumate iiij. mill. pass. Inde Berenice oppidum, vbi portus rubri maris, à Copto cclviij. M. pass. Sed quia maior pars itineris conficitur noctibus propter æstus, & statuis dies absumuntur, totû à Copto Berenicen iter duodecimo die peragitur. Nauigare incipiunt æstate media ante Canis ortum, aut ab exortu protinus. Veniuntq; circiter xxx. die Ocelim Arabiæ, aut Canan thuriferæ regionis. Est & tertius portus, qui vocatur Muza, quem Indica nauigatio non petit, nec nisi thuris odorumque Arabicorum mercatores. Intus oppida: regia eius appellatur Saphar, aliudque Sabe. Indos autem petentibus vtilissimum est ab Oceli egredi. Inde vento Hypalo nauigant diebus quadraginta ad primum emporium Indiæ Muzirim, non expetendum propter vicinos piratas, qui obtinent locum nomine Hydras: neque est abundans mercibus. Præterea lōgè à terra abest nauium statio, lintribusque efferuntur onera, quæ geruntur. Regnabat ibi, cum proderem hæc, Celebothras. Alius vtilior portus gentis Necanidon, qui vocatur Becare. Ibi regnat Pandion, longè ab emporio mediterraneo distate oppido, quod vocatur Modusa. Regio autem, ex qua piper monoxylis lintribus Becaren conuehunt, vocatur Cottona: quæ omnia gentium portuumve aut oppidorum nomina apud neminem priorum inueniuntur. Quo apparet mutari locorum status. Ex India renauigant mense Ægyptio Tybi incipiente, nostro Decembri: aut vtique Mechiris Ægyptij intra diem sextum, quod fit intra Idus Ianuarias nostras: ita euenit, vt eodem anno remeent. Nauigant autem ex India vento Vulturno: & cum intrauere rubrum mare, Africo vel Austro. Nunc reuertemur ad propositum. Carmaniæ oram patere duodecies centena l. M. pass. Nearchus scripsit. Ab initio eius ad flumen Sabin centum M. pass. Inde vineas coli & arua ad flumen Andanin, xxv. M. spatio. Regio vocatur Armuzia. Oppida Carmaniæ, Zetis, & Alexandria. Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare terras, quod Rubrum dixere nostri, Græci Erythræum à rege Erythra, aut (vt alij) Solis repercussu talem reddi colorem existimantes: alij ab harena terraque, alij tali aquæ ipsius natura.

Sinus Persicus, & Arabicus.

CAP. XXIIII.

Sed in duos diuiditur sinus. Is qui ab Oriente est, Persicus appellatur ^{xxv.} M. pass. circuitu, vt Eratosthenes tradit. Ex aduerso est Arabia, cuius ^{xli.} mil. pass. est longitudo. Rursus altero ambitur sinu Arabico nominato. Oceanum qui influit, Azanium appellant. Persicum introitum v. mill. pass. latitudinis, alij quatuor fecerunt. Ab eo ad intimum sinum recto cursu ^{xc.} xxv. mill. propemodum constat esse, & situm eius humani capitis effigie. Onesicritus & Nearchus ab Indo amne in sinum Persicum, atq; illinc Babylonem ab Euphratis paludibus, scripserunt ^{xxv.} mill. passuum esse. In Carmaniæ angulo sunt Chelonophagi, testudinum superficie casus tegentes, carne vescetes. A flumine Arbi promontorium ipsum inhabitant, præter capita toto corpore hirti, coriisque piscium vestiti.

Cascandrus insula, Parthorum regna.

CAP. XXV.

Ab horum tractu Indiam versus Cascandrus deserta insula in Oceano l. M. pass. traditur: iuxtaque eam freto interfluente Stoidis, quæstuosâ margaritis. A promontorio Carmanis iunguntur Armozei. Quidam interponunt Arbios ccccxiij. mil. pass. toto litore. Ibi portus Macedonum, & aræ Alexandri in promontorio. A mines Saganos: dein Daras, & Salfos. A b eo promontoriû Themisteas, insula Aphrodisias habitatur. Inde Persidis initium ad flumen Oroatin, quo diuiditur ab Elymaide. Cõtra Persidem insulæ, Philos, Casandra, a ratia cû mōte præalto Neptuno sacra. Ipsa Persis aduersus Oc-

a aut, vt alij
i colore S6
lis repercussu
fuit talē reddi
existimantes

caſum ſita obtinet litora cccccc.l. mil. paſſuum etiam in luxum diues, in Parthorum iam pridem translata nomen. Horum de imperio nunc paucis. Regna Parthorum duodeviginti ſunt omnia: ita enim diuidunt prouincias circa duo (vt diximus) maria. Rubrum à Meridie, Hyrcanum à Septentrione. Et iis vndecim, quæ ſuperiora dicuntur, incipiunt à confinio Armeniæ, Caſpiique litoribus: pertinent ad Scythas, cum quibus æquo degunt. ^a Reliqua ſeptem regna inferiora appellantur. Quod ad Parthos attinet, ſemper fuit Parthia in radicibus montium ſæpius dictorum, qui omnes eas gentes prætexunt. Habet ab Ortu Arios, à Meridie Carmaniam & Arianos, ab Occaſu Pratitis, Medos, à Septentrione Hyrcanos, vndique deſertis cinctâ. Vltiores Parthi Nomades appellantur: citra deſerta, ab Occaſu vrbes eorum, quas diximus, Iſſatis & Calliope: ab Oriente æſtuo Europum, ab hyberno Mania: in media Hecatompulos, Arſacia: regio Niſæa Parthyenes nobilis, vbi Alexandropolis à conditore.

^a Melior vetu
Thalictroſolia
verborum di-
ſtinctione. Re-
liqua ſeptē
regna infe-
riora appel-
lantur, quæ
ad Parthos
attinent.

Media, Meſopotamia, Babylon, Seleucia.

C A P. X X V I.

NEceſſarium eſt hoc in loco ſignare & Medorum ſitum, terrarumque faciem circumagere ad Perſicum mare, quò facilius deinde reliqua noſcantur. Nanque Media ab Occaſu tranſuerſa obliquè Parthiæ occurrens, vtraque regna includit. Habet ergo ipſa ab Ortu ^b Caſpios & Parthos, à Meridie Sittacenè & Suſianen & Perſida, ab Occaſu Adiabenen, à Septètrione Armeniam. Perſæ Rubrum mare ſemper accoluere, propter quod iſ ſinus Perſicus vocatur. Regio ibi maritima Cyropolis. Quà verò ipſa ſubit ²⁰ ad Medos, Elymais. Megala appellatur locus, arduo montis aſcenſu per gradus, introitu anguſto, ad Perſepolin caput regni, dirutam ab Alexandro. Prætereâ habet in extremis finibus Laodiceam, ab Antiocho conditam. Inde ad Orientem Magi obtinēt Paſſagardas caſtellum, in quo Cyri ſepulcrum eſt: & horum Ecbatana oppidum tranſlatum ab Dario rege ad montes. Inter Parthos & Arianos excurrunt Parætaceni. His gentibus & Euphrate, inferiora regna cluduntur. Reliqua dicemus à Meſopotamia, excepto mucrone eius, Arabumque populis, in priore dictis volumine. Meſopotamia tota Aſſyriorum fuit, vicatim diſperſa, præter Babylona & Ninum. Macedones eam in vrbes congregauere, propter vbertatem ſoli. Oppida, præter iam dicta, habet Seleuciam, Laodiceam, Artemitam: item in Arabum gente, qui Aroei vocantur, & Mardani, Antiochiam: quæ ³⁰ præfecto Meſopotamiæ Nicanore condita Arabis vocatur. Iunguntur his Arabes, introſus Eldamarij. Super quos ad Pellacontam flumen Bura oppidum, Salmani & Maſei Arabes. Gordyæis verò iuncti Aloni, per quos Zerbis fluuius in Tigrin cadit, Azones Silices montani, & Orontes. Quorum ad Occidentem oppidum Gaugamela. Item Sue in rupibus. Suprà Silici, Claſſitæ, per quos Lycus ex Armenia fertur: Abſitris ad hybernum exortum. Azochis oppidum. Mox in campeſtribus oppida Dioſpage, Polytelia, Stratonicea, Anthemus. In vicinia Euphratis Nicephorion, vt diximus, quod Alexander iuſſit condi propter loci oportunitatem. Dicta eſt & in Zeugmate Apamia, ex qua Orientem petentes excipit oppidum apprimè munitum, quondam ſtadium ſexaginta quinque amplitudine, & ſatraparum regia appellatum, quò tributa conferebantur, ⁴⁰ nunc in arcem redactum. Durant, vt fuerant, Hebata, & ductu Pompeij Magni terminus Romani Imperij Oruros, à Zeugmate ducentis quinquaginta millibus paſſuum. Sunt qui tradunt Euphratem Gobaris præfecti opere diductum, vbi eum diximus findi, ne præcipiti curſu Babyloniam infeſtaret: ab Aſſyriis verò vniuerſis appellatum Armalchar, quod ſignificat regium flumen. Quà deriuatur, oppidum fuit Agrani è maximis, quod diruere Perſæ. Babylon Chaldaicarum gentium caput diu ſummam claritatem obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua pars Meſopotamiæ Aſſyriæque Babylonia appellata eſt, ſexaginta millia paſſuum amplexa muris, ducenos pedes altis, quinquagenos latis, in ſingulos pedes ternis digitis meſura ampliore, quàm noſtra, interfluo Euphrate, mirabili opere vtroque. Durat adhuc ibi Iouis Beli templum. Inuen- ⁵⁰ toa hic fuit ſideralis ſcientiæ. Cæterò in ſolitudinem rediit, exhausta vicinitate Seleuciæ, ob id

ob id conditæ à Nicatore intra ^a nonagesimum lapidem , in confluyente Euphratis fossa perducti atque Tigris: quæ tamen Babylonia cognominatur , libera hodie ac sui iuris, Macedonúmque moris. Ferunt ei plebis vrbanae d c. M. esse: situm verò mœnium Aquileæ pendens alas : agrum totius Orientis fertilissimum. Inuicem ad hanc exhauriendam, Ctesiphontem iuxta tertium ab ea lapidem in Chalonitide condidere Parthi, quod nũc est caput regni : & postquam nihil proficiebatur , nuper Vologesus rex aliud oppidum Vologesocertam in vicino condidit. Sũt etiamnum in Mesopotamia oppida , Hipparenum, Chaldæorum & hoc, sicut Babylon, iuxta flumen Narragam, qui dedit ciuitati nomen. Muros Hipparenorum Persæ diruere. Orcheni quoque tertia Chaldæorum doctrina, in eodem situ locantur, ad Meridiem versi. Ab his Notitæ & Orthophantæ, & Græciochantæ. Euphrate nauigari Babylonem è Persico mari cccc x ij. M. pass. tradunt Nearchus & Onesicritus. Qui verò postea scripsere, à Seleucia cccc xc. mil. Iuba à Babylone Characem c lxxv. M. pass. Fluere aliqui vltra Babylonem cõtinuo alueo, priusquam distrahitur in irrigua, lxxxvij. M. Vniuerso autem cursu. xi. M. pass. Inconstantiam mensuræ diuersitas autorum facit, cùm Persæ quoque schœnos & paransangas alij alia mensura determinent. Vbi desinit ^b alueo munire, ad confinium Characis accedente tractu, statim infestant ^a Attali latrones, Arabum gens. Vltra quos Scenitæ. Ambitu verò Euphratis Nomades Arabiæ vsque ad deserta Syriæ, vnde ^c in Meridiem flecti cum diximus, solitudines Palmyrenas relinquentem. Seleucia abest à capite Mesopotamiæ Euphratem nauigantibus vndecies centena lxxv. M. pass. A mari Rubro si Tigri nauigetur, cccxx. mill. à Zeugmate cccccxxvij. mill. Zeugma à Seleucia Syriæ ad nostrum litus ^d cxxxij. mill. pass. Hæc est ibi latitudo terrarum inter duo maria. Parthici verò regni dcccc. xliij. mill. passuum. Est etiamnum oppidum Mesopotamiæ in ripa Tigris circa confluentes, quod vocant Digbam.

Flumen Tigris.

C A P. X X V I I.

Sed & de Tigri ipso dixisse conueniat. Oritur in regione Armeniæ maioris, fonte conspicuo in planitie. Loco nomen Elongosine est. Ipsius, quæ tardior fluit, Diglito: vnde concitatur, à celeritate Tigris incipit vocari. Ita appellant Medi sagittam. Inluit lacum Arethufam omnia illata pondera sustinentem, & nitrum nebulis exalantē. Vnum genus ei piscium est, idque transcurrentis non miscetur alueo, sicut nec è Tigri pisces in lacum transnatant. Fertur autem & cursu & colore dissimilis: transuectusque occurrente Tauro monte in specu mergitur: subterque lapsus, à latere altero eius erumpit. Locus vocatur Zoroanda. Eundem esse manifestum est, quod demersa perfert. Alterum deinde transit lacum, qui Thospites appellatur: rursusque in cuniculos mergitur, & post lxxv. mill. pass. circa Nymphæum redditur. Tam vicinũ Arsanix fluere eum in regione Arrhene Claudius Cæsar autor est, vt cùm intumuerit, cõfluant, nec tamen misceatur, leuiorque Arsanias innatat iij. M. fermè spatio: mox diuisus in Euphratem mergitur. Tigris autem ex Armenia acceptis fluminibus claris ^e Partheni, Agnice, Pharione, Arabas Aroëos Adiabenoſq; distermians, & quam diximus Mesopotamiã faciens, iustratis montibus Gordyæorum circa Apamiam Mesenes oppidum, citra Seleuciam Babyloniã cxxxv. M. p. diuisus in alueos duos, altero Meridiem ac Seleuciam petit, Mesenen perfundens: altero ad Septentrionem flexus, eiusdem gentis tergo campos Cauchas fecat. Vbi remeauerit aquæ, Pasitigris appellatur. Postea recipit ex Media Choaspem: atque (vt diximus) inter Seleuciam & Ctesiphontem vectus, in lacus Chaldaicos se fundit, eosque lxx. M. p. amplitudine implet. Mox vasto alueo profusus, dextra Characis oppidi infertur mari Persico ^f decimo ore. Inter duorũ amnium ostia lxxv. M. pass. fuere, aut (vt alij tradũt) vij. M. f utroque nauigabili. Sed longo tempore Euphratē præclusere Orcheni, & accolæ agros rigantes: nec nisi per Tigrin defertur in mare. Proxima Tigri regio Parapotamia appellatur. In ea dictum est de Mesene. Oppidum eius Dibitach. Iungitur Chalonitis cum Ctesiphonte, non palmetis modò, verùm & olea, pomisq; aliisq; arbutis nobilis. Ad eam peruenit Zagrus mons, ex Armenia inter Medos Alabenoſq; veniens, supra Paræace-

^a Sunt qui quadragesimum legere malint, Strabonis auctoritate sequuti, qui Seleuciam à Babylone CCC. non amplius stadiorũ dirimit intervallo.

^b alueo vno

^c In Orientem, vt supra lib. 5. cap. 24.

^d Rollin, clxxxv. M. quædam dũ supra lib. 5. cap. 12. & apud Marcianum lib. 6.

^e Vetus cod. Parthenias & Næcephorion.

^f Antiquus exempl. decem millium passore.

nen & Persidem. Chalonitis abest à Perside cccc lxx x. m. pass. Tantum à Caspio mari Assyriam abesse compendio itinerum aliqui tradunt. Inter has gentes atque Mesenen Sittacene est, eadem Arbelitis & Palæstine dicta. Oppidum eius Sittace Græcorum ab Ortu est, & Sabata. Ab Occasu autem Antiochia, inter duo flumina Tigrin & Tornadotum. Item Apamia, cui nomen Antiochus matris suæ imposuit. ^a Tigris circumfunditur. Hæc diuiditur Archoo. Infra est Susiane, in qua vetus regia Persarum Susa, à Dario Hytaspis filio condita: abest à Seleucia Babylonia cccc l. m. pass. Tantundè ab Ecbatanis Medorum per montem Charbanum. In Septentrionali Tigris alueo oppidū est Babytace. Abest à Susis cxx xv. m. pass. ^b Ibi mortalium soli aurum in odio cōtrahunt: id defodiunt, ne quo cui sit in vsu. Susianis ad ^c Oriētē versus iunguntur Cossæi latrones, & Miazorum xl. populi liberæ feritatis. Supra eos patent Parthusi, Mardi, & Saitæ, Hyi, qui prætenduntur supra Elymaida, quam Persidi in ora iunximus. Susa à Persico mari abest ccl. m. pass. Quà subiit ad eam classis Alexandri Pasitigri, vicus ad lacum Chaldaicum vocatur Aphle: vnde Susa nauigatione lxxv. m. d. pass. abest. Susianis ab ^d Oriente proximi sunt Cossæi, supra Cossæos ad Septentrionem Mesobotene sub monte Cambalido: qui est Caucafi ramus, inde mollissimo trāsitu in Baëtros. Susianen ab Elymaide disterminat amnis Eulæus, ortus in Medis ^e medióque spatio cuniculo conditus, ac rursus exortus & per Mesobotenem lapsus, circuit arcem Susorum, ac Dianæ téplum augustissimum illis gentibus, & ipse in magna cæremonia. Siquidem reges non ex alio bibunt, & ob id in longinqua portant. Recipit amnem Hedypnum, præter Asylum Persarū venientem, & vnum ex Susianis. Oppidum iuxta eum Magoa, à Charace xv. m. pass. Quidam hoc in extrema Susiana ponunt solitudinibus proximum. Infra Eulæum Elymais est, in ora iuncta Persidi, à flumine Oroati ad Characem ccl. m. pass. Oppida eius Seleucia & Sosirate, apposita mōti Casyro. Oram, quæ præiacet, minorum Syrtium vice diximus inaccessam cœno plurimum limi deferentibus Brixia & Ortacea amnibus: madente & ipsa Elymaide in tantum, vt nullus sit nisi circuitu eius, ad Persidem aditus. Infestatur & serpentibus, quos flumina deportant. Pars eius maximè inuia, Characene vocatur ab oppido Arabiæ claudente regna, de quo dicemus, exposita prius M. Agrippæ sententia. Nanque is Mediam & Parthiā, & Persidem ab Oriente Indo, ab Occidente Tigri, à Septentrione Tauro, Caucafo, à Meridie Rubro mari terminatas patere in longitudinem xxxiii. xx. m. pass. in latitudinem dccc xl. prodidit. Prætereà per se Mesopotamiam ab Oriente Tigri, ab Occasu Euphrate, à Septentrione Tauro, à Meridie mari Persico inclusam, longitudine octingentorum m. pass. latitudine ccc lx. Charax oppidum Persici sinus intimum, à quo Arabia Eudæmon cognominata excurrit, habitatur in colle manu facto inter confluentes, dextra Tigrin, læua Eulæum iij. m. pass. laxitate. Conditū est primum ab Alexandro Magno: qui colonis ex vrbe regia Durine (quæ tum interiit) deductis, militūque inutilibus ibi relictis, Alexandria appellari iusserat: pagumq; Pellæum, à patria sua, quem propriè Macedonum fecerat: Flumina id oppidū expugnauere. Postea Antiochus restituit quintus regum & suo nomine appellauit. Iterumq; infestatum ^f Paspines Sogdonaci filius, rex finitimorum Arabum, quæ Iuba satrapen Antiochi fuisse falso tradit, oppositis molibus restituit: nomenq; suum dedit, emunito situ iuxta in lōgitudinē iij. m. pass. in latitudinē paulò minus. Primò fuit à litore stadiis x. maritimum: etiam inde pseudo porticus habet: Iuba verò prodente, l. m. pass. Nunc abesse à litore cxx. m. legati Arabum nostrique negotiatores, qui inde venere, affirmant. Nec vlla in parte plus aut celerius profecere terræ fluminibus inuectæ. Magis id mirum est, æstu longè vltra id accedente non repercussas. Hoc in loco genitum esse Dionysium, terrarum orbis situs recentissimum autorem constat, quem ad commentanda omnia in Orientem præmisit Diuus Augustus, ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicasque res maiore filio. Non me præterit, nec sum oblitus, sui quenque situs diligentissimum autorem visum nobis in introitu huius operis. In hac tamen parte arma Romana sequi placet nobis, Iubamque regem, ad eundem Caium Cæsarem scriptis voluminibus de eadem expeditione Arabica.

^a Tigris circumfunditur huic, diuiditur Archoo.

^b Pintianus: Ibi mortalium solis aurum in odio contrahunt id, defodiuntq; ne quo cui sit in vsu.

^c Occidentem

^d occidentem

^e molicoque

^f Spafines: ad Tripolitane. Dionis in vita Traiani, & Stephano Byzantio qui hanc urbem ab inuastatore perax vocatam tradidit.

Arabia, Nomades, Nabataei, Omani, Tylos & Ogyris insulae.

C A P. X X V I I I.

Arabia gentium nulli postferenda, amplitudine longissima, à monte Amano ^a à regione Ciliciæ Comagenésque descendit, vt diximus, multis gentibus eorum deductis illò à Tigrane magno, sponte verò ad mare nostrum litúsque Ægyptiacum, vt docuimus: nec non in media Syriæ ad Libanum montem penetrantibus nubeis, quibus iunguntur Ramisi. Deinde Taranei, deinde Patami. Ipsa verò península Arabia inter duos maria, Rubrum Persicumque procurrens, quodam naturæ artificio ad similitudinē atque magnitudinem Italiæ mari circumfusa, in eandem etiam cæli partē nulla differentia spectat, Hæc quoque in illo situ felix. Populos eius à nostro mari vsque ad Palmyrenas solitudines diximus: reliqua nunc inde peragemus. Nomadas, infestatoresque Chaldæorum, Scenitæ (vt diximus) claudūt, & ipsi vagi, ^b sed à tabernaculis cognominati, quæ Ciliciis metantur, vbi libuit. Deinde Nabataei oppidum incolunt Petram nomine in conualle, paulò minus *II. M.* pass. amplitudinis, circumdatum montibus inaccessis amne interfluente. Abest à Gaza oppido litoris nostri *DC. M.* à sinu Persico *CXXI. M.* Huc conuenit vtrunque biuium, eorum qui Syriæ Palmyram petiere, & eorum qui ab Gaza venerunt. A Petra incoluerunt Omani ad Characem vsque, oppidis quondam claris à Semiramide conditis, Abesamide & Soractia. Nunc sunt solitudines. Deinde est oppidum, quod Characenorum regi paret, in Pasitigris ripa, Forath nomine, in quod à Petra conueniūt, Characemque inde *XI. M.* pass. secundo æstu nauigant. E Parthico enim regno nauigantibus vicus Teredon, infra confluentē Euphratis & Tigris: læua fluminis Chaldæi obtinent, dextra Nomades Scenitæ. Quidā & alia duo oppida longis interuallis Tigris prænauigari tradunt, Barbatiam, mox Thumatam: quod abesse à Petra decem dierum nauigatione, nostri negotiatores dicunt, Characenorumque regi parere: & Apamiam sitam, vbi restagnatio Euphratis cum Tigri confluat. Itaque molientes incurSIONEM Parthos, operibus obiectis inundatione arceri. Nunc à Charace dicemus orā, Epiphani primū exquisitam, Locus vbi Euphratis ostium fuit, flumen falsum, promontorium Chaldone, voragini similius, quàm mari, per *I. M.* oræ flumen Achana, deserta *C. M. p.* vsque ad insulam Icharam. Sinus Capeus, quem accolunt Gaulopes & Chateni. Sinus Gerraicus. Oppidum Gerra *V. M.* pass. amplitudine, turres habet ex salis quadratis molibus. A litore *I. M.* passuum regio Attene. Ex aduerso Tylos insula, totidem millibus à litore, plurimis margaritis celeberrima, cum oppido eiusdem nominis: iuxtaque altera minor, à promontorio eius *XI. M.* pass. Vltra magnas aspici insulas tradunt, ad quas non sit peruentū. Huius ambitum *CXI. M. D.* passuum, à Perside longiùs abesse, adiri vno alueo angusto. Insula Asegilia, Gentes Nocheti, Zurachi, Borgodi, Cataræi, Nomades. Flumē Cynos. Vltra nauigationem incompertam ab eo latere propter scopulos tradit Iuba, prætermissa mentione oppidi Omanorum Batrafabbes, & Omanæ, quod priores celebrem portum Carmaniæ fecere. Item Omnæ & Athanæ, quæ nunc oppida maximè celebrari à Persico mari nostri negotiatores dicunt. A flumine Canis, vt Iuba tradit, mons adusto similis. Gentes Epimaranitæ. Mox Ichthyophagi, insula deserta, gentes Bathymi. Eblitei montes, insula Omœnus. Portus Machorbæ, insulæ Etaxalos, Onchobrince, gens Chadæi. Insulæ sine nominibus multæ: celebres verò Ifura, Rhinnea, & proxima, in qua scriptæ sunt stelæ lapideæ literis incognitis. Goboëa portus, Bragæ insulæ deserta. Gens Thaludæi. Dabanegoris regio. Mons Orsa cum portu. Sinus Duatus, insulæ multæ. Mons Tricoryphos. Regio Cardalena, insulæ Solanidæ, Capina. Item Ichthyophagorum. Deinde Glari. Litus Hammæum, vbi auri metalla. Regio Canauna, gentes Apitami, Gafani. Insula Deuadæ. Fons Goralus, Garpheti, insulæ Aleu & Amnamethu. Gens Darræ insulæ Chelonitis, Ichthyophagon multæ. Eodanda deserta, Basag Multæ Sabæorum. Flumina, Thamar, Amnon, insulæ Dolicæ, Fontes Daulotes, Dora: insulæ Pteros: Labanis, Coboris, Sambracate, & oppidum eodem nomine in continenti. A Meridie insulæ multæ, maxima Camari. Flumen, Mysecros. Portus, Leupas. Scenitæ Sabæi. Insulæ multæ.

Emporium eorum Acila, ex quo in Indiam nauigatur, Regio, Amithoscuta, Damnia, Mizi maiores & minores, Drimati, Macæ. Horum promontorium contra Carmaniam est. Distat quinquaginta mill. passuum. Mira res ibi traditur: Numenium ab Antiocho rege Mesenæ præpositum, ibi vicisse eodem die classe, æstûque reuerso iterum equitatu contra Persas dimicantem, & gemina trophæa eodem in loco Ioui ac Neptuno statuisse. Insula in alto obiacet Ogyris, clara Erythra rege ibi sepulto. Distat à continente centum viginti quinque mil. pass. circuitu c x i j. M. pass. Nec minus altera clara in Azanio mari Dioscoridu, distans à Syagro extimo promontorio c c l x x. mill. pass. Reliqui in continente à noto etiamnum Autaride, in montes v i j. dierum transitus. Gentes Larendani, Catabani, Gebanitæ pluribus oppidis, sed maximis, Nagia, & Tamna templorum 10 l x v. Hæc est amplitudinis significatio. Promontorium, à quo ad continentē Troglodytarum l. M. p. Toani, Acchitæ, Chatramotitæ, Tomabei, Antidalei, Lexianæ, Agrei, Cebani, Sabæi Arabum propter thura clarissimi, ad vtraque maria porrectis gentibus. Oppida eorum in Rubro litore Marane, Marma, Corolia, Sabatra: intus oppida Nascus, Cardaua Carnus, & quò merces odorum deferunt, Tomala. ^a Pars eorum Atramitæ, quorum caput Sobotale l x. templa muris includens. Regia tamen omnium est Mariaba. Sinum obtinet x c i i j. M. pass. refertum insulis odoriferis. Atramitis in mediterraneo iunguntur Minæi: mare accolunt & Elamitæ. Oppidum eiusdē nominis. Iis iuncti Cagulatæ. Oppidum Siby, quod Græci Apaten vocant: Arsicodani, Vadeicum oppido magno, Barasei, Licheni ^b Sygaros insula, quam canes non intrant, expositique circa litora errando moriuntur. Sinus intimus, in quo Leanitæ, qui nomen ei dedere. Regia eorum Agra, & in sinu Læana, vel, vt alij, Ælana. Nam & ipsum sinum nostri Ælaniticum scripsere, alij Æleniticum, Artemidorus Aleniticum, Iuba Læniticum. Circuitus Arabiæ à Charace Leana colligere proditur quadragies octies centena l x v. M. Iuba paulò minus x l. M. putat. Latissima est à Septentrione inter oppida Heroum & Characem. Nunc & reliqua mediterranea eius dicantur. Nabatæis Thimaneos iunxerunt veteres: nunc sunt Taueni, Suelleni, Sarraceni. Arra oppidum, in quo omnis negotiatio conuenit. Hemuatæ, Analitæ: oppida, Domada, Egra. Thamudei, oppidum Badanatha. Carrei, oppidum Chariati: Achoali, oppidum Phoda: ac Minæi, à rege Crete Minoë (vt existimant) originem trahentes: quorum Charmæi, oppidum x i i j. M. pass. Mariaba Baramalacum, & ipsum non ³⁰ spernendum: item Carnon. Rhammei, & horum origo Rhadamanthus putatur frater Minois. Homeritæ, Massala oppido. Hamirei, Gedranitæ, Ampræ, Ilisanitæ, Bachilitæ, Sammei, Amatheï cum oppidis Nessæ & Cennefferi. Zamareni cum oppidis Saiace, Scantate, Bacascami. Riphearma oppidum, quo vocabulo hordeum appellant. Autei & Rauï, Gyrei & Mathatæi. Helmodenes cum oppido Ebode. Agaçturi in montibus, oppido x x. M. passuum in quo fons Emischabales, quod significat camelorum oppidum. Ampelone colonia Milesiorum. Açtrida oppidum, Calingij, quorum Mariaba oppidū significat dominos omnium. Oppida, Pallon, Murannimal iuxta flumen, per quod Euphratem emergere putans. Gentes Agrei, Hammonij. Oppidum, Athene, Caurarani, quod significat ditissimos armento: Coranitæ, Cæsani, Choani. Fuerunt & Græca oppida, Arethusa, ⁴⁰ Larissa, Chalcis, deleta variis bellis. Romana arma solus in eam terram adhuc intulit Ælius Gallus ex equestri ordine. Nam C. Cæsar Augusti filius prospexit tantum Arabiam. Gallus oppida diruit non nominata ab autoribus, qui antè scripserunt, Egran, Anestum, Escam, Magusum, Tammacum, Labeciam, & suprâ dictam Mariabam, circuitu v j. m. passuum. Itē Caripeta, quò longissimè processit. Cætera explorata retulit: Nomades lacte & ferina carne vesci: reliquos vinum, vt Indos, palmis exprimere, oleum sesamæ. Numerosissimos esse Homeritas, Minæis fertiles agros palmetis arbutis que, in pecore diuitias. Cembanos & Arios armis præstare, maximè Chatramotitas. Caræis latissimos & fertilissimos agros. Sabæos ditissimos sylvarum fertilitate odorifera, auri metallis, agrorum riguis, mellis ceræque prouentu. De odoribus suo dicemus volumine. ⁵⁰ Arabes, mitrati degunt, aut in tonso crine: barba abraditur, præterquam in superiore labro

^a Versa lectio
sic habet: Pa-
gus eorum
Atramitæ,
quorum ca-
put Sabota,
l x. templi mu-
ris includēs.

^b Syagros

bro. Aliis & hæc insonsa: mirumque dictu, ex innumeris populis pars æqua in commerciis, aut latrociniis degit: in vniuersum gentes ditissimæ, vt apud quas maximè opes Romanorum Parthorumque subsidant, vendentibus quæ è mari aut syluis capiant, nihil inuicem redimentibus. Nunc reliquam oram Arabiæ cõtrariam persequemur. Timotheus totum sinum quatruidi nauigatione in longitudinem taxauit, bidui in latitudinem, angustias i i j. M. D. pass. Eratosthenes ab ostio x i i i. M. in quaque partem. Artemidorus Arabiæ laterè x i i i i. quinquaginta mill.

Sinus maris Rubri, Troglodytici, & Aethiopici.

C A P. X X I X.

- 10 **T**roglodytico verò x i i. l. x x x i j. M. pass. Ptolemaida vsque. Agrippa x i i i i. x x i j. mill. pass. sine differential laterum. Plerique latitudinem c c c c l x i j. prodiderunt, faucibusque hyberno orienti obuersas, alij quatuor mil. alij septem mil. alij duodecim mil. pass. patere. Situs autem ita se habet. A sinu Ælanitico alter sinus, quem Arabes Æant vocant, in quo Heroum oppidum est. Fuit & Cambyfu inter Neios & Marchadas, deductis eo ægris exercitus. Gens Tyra: Daneon portus, ex quo nauigabilem alueum perducere in Nilum, qua parte ad Delta dictum decurrit l x i j. mill. pass. interuallo (quod inter flumen & Rubrum mare interest) primus omnium Sesostris Ægypti rex cogitauit: mox Darius Persarum, deinde Ptolemæus sequens: qui & duxit fossam latitudine pedum centum, altitudine triginta, in longitudinem x x x v i j. mil. c c c c. pass. vsque ad fontes amaros.
- 20 **V**ltra deterruit inundationis metus, excelsiore tribus cubitis Rubro mari comperto, quam terra Ægypti. Aliqui non eam afferunt causam, sed ne immisso mari corrumpetur aqua Nili, quæ sola potus præbet. Nihilominus iter totum terendo frequentatur à mari Ægyptio, quod est triplex: Vnum à Pelusio per harenas, in quo nisi calami defixi regant, via non reperitur, subinde aura vestigia operiente. Alterum verò duo mill. passuum vltra Casium montem, quod à sexaginta mill. passuum redit in Pelusiacã viam. Accolunt Arabes Autei. Tertium a Gerro (quod Adipson vocant) per eosdem Arabes sexaginta mill. passuum propius, sed asperum montibus, & inops aquarum. Eæ vitæ omnes Arfinoën ducunt, condita sororis nomine in sinu Charandra, à Ptolemæo Philadelpho: qui primus Troglodyticen excussit, & amnem qui Arfinoën præfluit, Ptolemæum
- 30 **a**ppellauit. Mox oppidum paruum est Ænnum, pro quo alij Philoteram scribunt. Deinde sunt Azarei, & Troglodytarum connubiis Arabes feri. Insulæ, Sapirene, Scytala, mox deserta ad Myos hormon, vbi fons Tadnos, mons Eos, insula Lambe, portus multi, Berenice, oppidum matris Philadelphi nomine, ad quod iter à Copto diximus. Arabes Autei & Gnebadei. Troglodytice, quam prisci Michoën, alij Midoën dixere. Mons Pentedactylos: insulæ Stenæ deiræ aliquot, Halonnesi non pauciores: Cardamine, Topazos, quæ gemmæ nomen depit. Sinus insulis refertus: ex iis quæ Mareu vocantur, aquosæ: quæ Eratonos, sitientes. Regum ij præfecti fuere. Introrsus Candei, quos Ophiophagos vocant, serpentibus vesci assueti. Neque alia regio fertilior earum. Iuba, qui videtur diligentissimè profecutus hæc, omisit in hoc tractu (nisi si exemplarium vitium est)
- 40 **B**erenicen alteram, quæ Panchrysos cognominata est: & tertiam, quæ Epidires, in signem loco. Est enim sita in ceruice lōgè procurrète, vbi fauces Rubri maris, i i j. mil. c c c c c. passuum, ab Arabia distant. Insula ibi Cytis, topazium ferēs & ipsa. Vltra syluæ, vbi Ptolemæus à Philadelpho condita ad venatus elephantorum, ob id Epitheras cognominata, iuxta lacum monoleum. Hæc est regio secundo volumine à nobis significata: in qua quadragintaquinque diebus ante solstitium, totidemque postea hora sexta consumuntur vmbra, & in Meridiem reliquis horis cadunt, cæteris diebus in Septentrionem: cum in Berenici, quam primam posuimus, ipso die solstitij sexta hora vmbra in totum absumentur, nihilque adnotetur aliud noui. D c i j. mil. passuum interuallo à Ptolemaide, res ingentis exempli, locufque subtilitatis immensæ, mundo ibi deprèhenso, cum indubitata
- 50 **r**atione vmbRARUM Eratosthenes mensuram terræ^b prodere inde cœperit. Hinc Azan^bium mare, promontorium, quod aliqui Hispalum scripserunt: lacus, Mandalum: insula

^a Gerorum, ferè vndi videtur ex Ptolemaeo.

^b prodere incepit.

Colocasis, & in alto multæ, in quibus testudo plurima. Oppidum, Suchæ, insula Daphnidis, oppidum Aduliton. Ægyptiorum hoc ferui à dominis profugi condidere. Maximum hic emporium Troglodytarum, etiam Æthiopum. Abest à Ptolemaide quinque dierum nauigatione. Deferunt plurimum ebur, rhinocerotum cornua, hippopotamorum coria, celtium testudinum, sphingia, mancipia. Suprà Æthiopes Arotres: insulæ, quæ Aliæu vocatur: item Bacchias & Antibacchias, & Stratonis. Hinc in ora Æthiopiæ sinus incognitus, quod admiremur, cum vltiora mercatores scrutentur. Promontoriū, in quo fons Cucios, expetitus nauigantibus. Vltrà Ifidis portus decem dierum remigio ab oppido Adulitarum distans. In eum Troglodytis myrrha confertur. Insulæ ante portum duæ, Pseudopylæ vocantur: interiores totidem, Pylæ. In altera stelæ lapideæ literis 10 ignotis. Vltrà sinus Abalites. Insula Diodori, & aliæ desertæ. per continentem quoque deserta. oppidum Gaza, promontorium & portus Mossylites, quò cinnamomum deuehitur. Hucusque Sefostris exercitum duxit. Aliqui vnum Æthiopiæ oppidum vltrà ponunt in litore Baragaza. A Mossylite promontorio Atlanticum mare incipere vult Iuba, præter Mauritanias suas Gadeis vsque nauigandum Coro. Cuius tota sententia hoc in loco subtrahenda non est. A promontorio Indorum, quod vocatur Lepteacra, ab aliis Drepanum, proponit recto cursu, præter exusta, ad Malchu insulam xvi. mill. pass. esse. Inde ad locum, quem vocant Sceneos, cccxxv. M. Inde ad insulā Sadanum cētumquinquaginta mill. pass. Sic fieri ad apertum mare xviii. lxxxv. mill. pass. Reliqui omnes propter Solis ardorem nauigari posse non putauerunt. Quin & commercia ipsa infe- 20 stant ex insulis Arabes Ascitæ appellati, quoniam bubulos vtres binos sternentes ponte, piraticam exercent sagittis venenatis. Gentes Troglodytarum idem Iuba tradit Therothoas à venatu dictos, miræ velocitatis: sicut Ichthyophagos, natantes ceu maris animalia: Bargas, Zageras, Chalybas, Saxinas, Syrecas, Daremas, Domazanes. Quin & accolas Nili à Syene non Æthiopum populos, sed Arabum esse dicit vsque Meroën, Solis quoque oppidum, quod non procul Memphi in Ægypti situ diximus, Arabas conditores habere. Sunt & qui vltiore ripam Æthiopiæ auferant, adnectantque Africæ. ripas autem incolere propter aquam. Nos relicto cuique intelligendi arbitrio, oppida quo traduntur ordine vtrinque ponemus. A Syene, & prius Arabiæ latere, gens Catadupii. Deinde Syenitæ. Oppida, Tacompson, quam quidam appellauerunt Thathicen, Ara- 30 nium, Sefanium, Sandura, Nafaudum, Anaudoma, Cumara, Beta & Bochiana, Leuphithorga, Tantarene, Mœchindira, Noa, Gophoa, Gystatæ, megeda, Lea, Rhemnia, Nupfia, Direa, Pataga, Bagada, Dumana, Rhadata, in quo felis aurea pro deo colebatur. Boron in mediterraneo, mallos, proximum Meroæ. sic prodidit Bion. Iuba aliter: Oppidum in monte megatichos, inter Ægyptum & Æthiopiam, quod Arabes Myrson vocauerunt. Deinde Tacompson, Aranium, Sefanium, Piden, mamuda, Corambin: iuxta eam bituminis fontem, Hammodara, Profda, Parenta, Mama, Tessara, Gallas, Zoton, Graucomen, Emeum, Pidibotas, Hebdomecontacometas, Nomadas in tabernaculis viuentes: Cysté, Pemman, Gadagalé, Paloin, Primmin, Nupsin, Dafelin, Patin, Gambreues, Magafen, Segasmala, Cranda, Denna, Cadeuma, Thena, Batha, Alana, macua, Scammos, Goram in 40 insula: ab iis Abala, Androcalim, Seren, Mallos, Agocen. Ex Africæ latere tradita sunt eodem nomine Tacompfos altera, siue pars prioris: Magora, Sea, Edofa, Pelenaria, Pynidis, Magufa, Bauma, Linitima, Spyntuma, Sydopta, Genfoa, Pindictora, Eugoa, Orsima, Suafa, Mauma, Rhuma, Vrbubuma, Mulona, quod oppidum Græci Hypaton vocarunt: Pagoargas, Zamnes, vnde elephanti incipiant: Mamblia, Berresa, Cetuma. Fuit quondam & Epis oppidum contra Meroën, antequàm Bion scriberet, deletum. Hæc sunt prodita vsque Meroën: ex quibus hoc tempore nullum prope vtroque latere extat. Cætera solitudines, nuper renuntiauerunt principi Neroni, missi ab eo milites prætoriani cum tribuno ad explorandum, inter reliqua bella & Æthiopicum cogitanti. Intrauere autem & eo arma Romana Diui Augusti temporibus, duce P. Petronio, & ipso equestris 50 ordinis præfecto Ægyptiis. Oppida eorum expugnauit, quæ sola inuenerat, quo dice-

a Huc referendum videtur, quod paulo post sequitur, alienam in sede perperam tractum: Ripas autem incolere propter aquam: Aut legendum videtur, incolere, non incolere, quem admodum in Ant. cod. scriptum reperitur.

b præfecto Ægypti. Is oppida eorum

mus ordine: Pselchin, Primin, Aboccin, Phthurin, Cambusin, Attenā, Stadisin, vbi Nilus præcipitans se, fragore auditum accolis aufert. Diripuit & Napata. Longissimè autem à Syene progressus est d c c l x . mill. passuum. Nec tamè arma Romana ibi solitudinem fecerunt. Ægyptiorum bellis attrita est Æthiopia, vicissim imperitando seruiendoque, clara & potens etiam vsque ad Troiana bella Memnone regnante: & Syriæ imperitasse eam, nostroque litore ætate regis Cephei patet Andromedæ fabulis. Simili modo & de mensura eius varia prodidere: primus Dalion vltra Meroën longè subuectus: mox Aristocreon, & Bion, & Basilis: Simonides minor etiam, quinquennio in Meroë moratus, cùm de Æthiopia scriberet. Nam & Timosthenes classium Philadelphi præfectus, sine mensura dierū l x . à Syene Meroën iter prodidit. Eratosthenes d c x x v . mill. Artemidorus d c . mill. Sebofus ab Ægypti extremis sexdecies centena l x x v . mill. pass. vnde proximè dicti ^{x l i .} l x x . Verùm omnis hæc finita nuper disputatio est: quoniam à Syene ^a d c c - c l x i j . mill. Neronis exploratores renuntiauerunt his modis: A Syene Hieran sycaminon l i i i j . M. pass. Inde Tama l x x v . M. pass. regionem Euonymiton Æthiopum primam c x x . Acinam l i i i j . M. Pitaran x x v . Tergedum c v j . M. Insulam Gagauden esse in medio eo tractu. Inde primùm visas aues psittacos, & ab altera (quæ vocatur Artigula) animal sphingion, à Tergedo cynocephalos. Inde Napata l x x x . mill. Oppidum id paruum inter prædicta solum. Ab eo ad insulam Meroën c c c l x . M. Herbas circa Meroën demum viridiores sylvarumque aliquid apparuisse, & rhinocerotum elephantorumque vestigia. Ipsum oppidum Meroën ab introitu insule abesse l x x . M. pass. iuxtaque aliam insulam Tatu dextro subeuntibus alueo, quæ portum faceret. Ædificia oppidi pauca. Regnare foeminam Candacen, quod nomē multis iam annis ad reginas transiit. Delubrum Hammonis & ibi religiosum, & toto tractu sacella. Cæterùm cùm potirentur rerum Æthiopes, insula ea magne claritatis fuit. Tradunt armatorum c c l . mill. dare solitam, artificum c c c c . M. alere. Reges Æthiopum x l v . & hodie traduntur.

Multiformes & mira hominum effigies.

C A P . X X X .

VNiuerſa verò gens Ætheria appellata est, deinde Atlantia, mox à Vulcani filio Æthiopo Æthiopia. Animalium hominumque effigies monstriferas circa extremitates eius gigni minimè mirum, artificum ad formanda corpora effigiesque cælandas mobilitate ignea. Ferunt certè ab Orientis parte intima gentes esse sine naribus, æquali totius oris planitie. Alias superiore labro orbas, alias sine linguis. Pars etiam ore concreto & naribus carens, vno tantùm foramine spirat, potumque calamis auenæ trahit, & grana eiusdem auenæ, sponte prouenientis ad vescendum. Quibusdam pro fermone nutus motusque membrorum est. Quibusdam ante Ptolemæum Lathyrum regem Ægypti ignotus fuit vsus ignium. Quidam & Pygmeorum gentem prodiderunt ante paludes, ex quibus Nilus oriretur. In ora autem, vbi desimus, continui montes ardentibus similes rubent. Troglodytis & Rubro mari à Meroë tractus omnis superponitur: à Nepata tridui itinere ad Rubrum litus, aqua pluuiæ ad vsum compluribus locis feruatur, fertilissima regione, quæ interest, auri. Vltiora Atabuli Æthiopum gens tenet. Deinde contra Meroën Megabari, quos aliqui Adiabaras nominauere, oppidum habent Apollinis. Pars eorum Nomades, quæ elephantis vescitur. Ex aduerso in Africæ parte Macrobij. Rursus à Megabaris Memnones & Dauelli, dierumque viginti interuallo Critensi. Vltra eos Dochi, deinde Gymnites semper nudi. Mox Anderæ, Mathitæ, Mefagebes, Hipporeæ, atricoloris tota corpora rubrica illinunt. At ex Africæ parte Medimni. Deinde Nomades cynocephalorum lacte viuentes, Olabi, Syrbotæ, qui octonum cubitorum esse dicuntur. Aristocreon Libyæ latere à Meroë oppidum Tolen dierum quinque itinere tradit. Inde dierum duodecim Esar Ægyptiorum oppidum, qui Psammeticum fugerint. In eo produntur annis trecentis habitasse. Contra in Arabico latere Daron oppidum esse eorum. Bion autem Sapien vocat, quod ille Esar, & ipso nomine aduenas ait significari. Caput eorum in insula^b Sembobitin, & tertium

a dcccxxxiii.
numeri sequen-
tibus cum hac
summa ad a-
musim con-
gruentibus.

b Pseboitin:
nimirum à Pse-
boa lacu, quem
suprà Meroem
collocat Strabo.

in Arabia, Sai. Inter montes autem & Nilum Symbari sunt, Phalanges, in ipsis verò montibus, Afachæ multis nationibus. Abesse à mari dicuntur dierum quinque itinere. Viuunt elephantorum venatu. Insula in Nilo Semberritarù, reginæ paret. Ab ea Nubei Æthiopes dierum octo itinere. Oppidum eorù Nilo impositum, Tenupsis. Sambri apud quos quadrupedes omnes sine auribus, etiam elephantum. At ex Africa parte Ptoëmbari, Ptoëmphanæ, qui canem pro rege habent, motu eius imperia augurantes, Auruspi oppido longè à Nilo sito. Postea Achisarmi, Phaliges, Marigeri, Casamarri. Bion & alia oppida in insulis tradit, à Sembobiti Meroën versus dierum toto itinere viginti. Proximæ insulæ, oppidum Semberritarum sub regina: & aliud Afar: alterius oppidum Daron. Tertiam Medoën vocant, in qua oppidum Afel. Quartam eodem, quo oppidum, nomine Garoden. Inde per ripas oppida, Nauos, Modundam, Andatim, Setundum, Colligat, Secande, Nauectabe, Cumi, Agrosi, Ægipam, Candrogari, Arabam, Summaram. Regio supra Sirbitum, vbi desinunt montes, traditur quibusdam habere maritimos Æthiops, Nificastes, Nifitas, quod significat ternum & quaternum oculorum viros: non quia sic sint, sed quia sagittis præcipua contemplatione vtantur.^b Ab ea verò parte Nili, quæ supra Syrtes maiores, Oceanumque meridianum protenditur, Dalion vocatos esse dicit, pluuia tantum aqua vtentes Ciforos, Longoporos. Ab Oceanicibus dierum quinque itinere Vsibalcos, Isuelos, Pharusos, Valios, Cispios. Reliqua deserta. Deinde fabulosa: ad Occidentem versus Nigræ, quorum rex vnum oculum habeat in fronte. Agriophagi, pantherarum & leonum carnibus maximè viuentes. Pamphagi, omnia mandentes. Anthropophagi humana carne vescentes. Cynamolgi, caninis capitibus. Artabatitæ quadrupedum ferarum modo vagi. Deinde Hesperij, Perorsi, quos in Mauritaniæ confinio diximus. Pars quædam Æthiopum locustis tantum viuunt, fumo & sale duratis in annua alimenta: ij quadragesimum annum vitæ non excedunt. Æthiopum terram vniuersam cum mari Rubro patere in longitudinem semel & vicies centena lxx. mill. pass. in latitudinem cum superiore Ægypto^c duodecies centena xcviij. m. Agrippa existimauit. Quidam longitudinem ita diuiserunt. A Meroë Sirbitum xij. dierum nauigationem. Ab ea xij. ad Dauellos. Ab iis ad Oceanum Æthiopicum sex dierum iter. In totum autem ab Oceano ad Meroën dcxxxv. mill. pass. esse inter autores ferè conuenit: inde Syenen, quantum diximus. Sita est Æthiopia ab Oriente hyberno ad Occidentem hybernum. Meridiano cardine syluæ hebeno maximè virent: à media eius parte imminens mari mons excelsus, æternis ardet ignibus, Theon ochema dictus Græcis: à quo nauigatio quatrīdū ad promontorium, quod Hesperion ceras vocatur, confine Africae iuxta Æthiopes Hesperios. Quidam & in eo tractu modicos colles amœna opacitate vestitos Ægipanum Satyrorumque produunt.

Insula Æthiopici maris.

C A P. XXXI.

Insulas toto eo mari & Ephorus complures esse tradidit, & Eudoxus, & Timosthenes: Clitarchus verò Alexandro regi renuntiatam ad eò diuitem, vt equos incolæ talentis auri permutarent. Alteram, vbi facer mons opacus sylua repertus esset, distillantibus arboribus odore miræ suauitatis. Contra sinum Persicum Cerne nominatur insula aduersa Æthiopiæ, cuius neque magnitudo, neque interuallum à continente constat, Æthiops tantum populos habere proditur. Ephorus autor est, à Rubro mari nauigantes in eam non posse propter ardores vltra quasdam columnas (ita appellantur paruæ insulæ) prouchi. Polybius in extrema Mauritania contra montem Atlantem à terra stadia octo abesse prodidit Cernen. Nepos Cornelius ex aduerso maximè Carthaginis à continente passus mille: non ampliorem circuitu duobus millibus. Traditur & alia insula contra montem Atlantem, & ipsa Atlantis appellata. Ab ea quinque dierum nauigatione solitudines ad Æthiops Hesperios, & promontorium, quod vocauimus Hesperion ceras, inde primum circumagente se terrarum fronte in Occasum, ac mare Atlanticum. Contra hoc promontorium Gorgades insulæ narrantur, Gorgonum quondam domus, bidui nauigatione distantes à continente, vt tradit Xenophon Lampfacenus.

Penetrauit

a Pfeboiti

b Locum hunc Pintianus minus malè scripsi posse arbitratur: Ab ea vero parte celi, quæ supra Syrtes maiores. Oceano meridiano protenditur,

c Calculi ratio videtur exproscere, vt Quindecies cetera xcvij. M. legamus. d. Sælius sic: Sunt qui latitudinem ita diuiserunt, restet etiam Plinio.

Penetrauit in eas Hanno Pœnorum Imperator, prodiditque hirta fœminarum corpora, viros pernecitate euasisse: duarumque Gorgonũ cutes argumenti & miraculi gratia in Iunonis templo posuit, spectatas vsque ad Carthaginem captam. Ultra has etiamnum duæ Hesperides insulæ narrantur. Adeoque omnia circa hæc incerta sunt, vt Statius Sebofus à Gorgonum insulis prænaugatione Atlantis dierum xl. ad Hesperidum insulas cursum prodiderit, ab iis ad Hesperion ceras vnus. Nec Mauritanix insularum certior fama est. Paucas modò constat esse ex aduerso Autololum, à Iuba repertas, in quibus Gætulicam purpuram tingere instituerat.

De fortunatis insulis.

CAP. XXXII.

10 **S**Vnt, qui vltra eos Fortunatas putant esse, quasdamque alias quorum numero idem Sebofus etiam spatia complexus, Iunoniam abesse à Gadibus d c c l. M. pass. tradit. Ab ea tantundem ad Occasum versus Pluuiariam, Caprariamque: in Pluuiaria non esse aquã, nisi ex imbribus. Ab iis c c l. M. pass. Fortunatas, contra læuam Mauritanix viii. M. pass. Oram Solis vocari in conualle à conuexitate, & Planariam à specie, conuallis circuitu c c c. M. passuum. Arborum ibi proceritatem ad centũ quadragintaquatuor pedes adulescere. Iuba de Fortunatis ita inquisiuit: sub Meridiem positas esse prope occasum, à Purpurariis^a d c c x v. M. passuum, sic vt c c l. supra occasum nauigetur: deinde per l x x v. M. passuum ortus petatur. Primam vocari Ombrion nullis ædificiorum vestigiis: habere in montibus stagnum, arbores similes ferulæ, ex quibus aquæ exprimantur, ex nigris amara, ex candidioribus potui iucunda. Alteram insulam Iunoniam appellari, in ea ædiculam esse tantum lapide extructam. Ab ea in vicino eodem nomine minorem. Deinde Caprariam lacertis grandibus refertam. In conspectu earum esse Niuarium, quæ hoc nomen accepit à perpetua niue, nebulosam. Proximam ei Canariam vocari, à multitudine canum ingentis magnitudinis: ex quibus perducti sunt Iubæ duo: apparentque ibi vestigia ædificiorum. Cùm autem omnes copia pomorum & auium omnis generis abundant, hanc & palmetis caryotas ferentibus, ac nuce pinea abundare. Esse copiam & mellis. Papyrus quoque & siluros in amnibus gigni. Infestari eas belluis, quæ expellantur assidue, putrescentibus. At abundè orbe terrarum extrà intrà indicato, colligenda in arcum mensura æquorum videtur.

^a Legendum d c x v. mil. iũ ex vetust. cod. iũ ex numero sequentibus.

30 *Terræ per mensuras computatæ digestio.*

CAP. XXXIII.

POlybius à Gaditano freto longitudinem directo cursu ad os Mæotis, $\overline{\text{xxxiiii}}$.^a xx xvij. M. ccccc. passuum prodidit. Ab eodem initio ad Orientẽ recto cursu Siciliam $\overline{\text{xi}}$. lx. M. ccccc. pass. Cretam cclxxv. M. pass. Rhodum clxxxvj. M. ccccc. pass. Chelidonias tantundem: Cyprum cccxxv. M. pass. Inde Syriæ Seleuciam Pieriam cxv. M. passuum. Quæ computatio efficit vicies ter centena xl. M. passuum. Agrippa hoc idẽ interuallum à freto Gaditano ad sinum Illicum per longitudinem directam $\overline{\text{xxxiiii}}$. xl. passuum M. taxat, in quo haud scio an sit error numeri, quoniam idem à Siculo freto Alexandriam cursus $\overline{\text{xi}}$. l. M. passuum tradidit. Vniuersus autem circuitus per sinus dictos ab eodem exordio colligit^b ad Mæotin lacum $\overline{\text{clvi}}$. M. passuum. Artemidorus adii-
40 cit dclvj. M. Idem cum Mæotide $\overline{\text{clxxxiii}}$. xc. M. passuum esse tradit. Hæc est mensura inermium, & pacata audacia fortunam prouocantium hominũ. Nunc ipsarum partium magnitudo cõparabitur, vt cunque difficultatem afferet authorũ diuersitas. Aptissimè tamen spectabitur ad longitudinem latitudine addita. Est ergo ad hoc præscriptum Europæ magnitudo $\overline{\text{lxxxii}}$. xlvij. M. passuum. Africæ (vt media ex omni varietate proidentium sumatur computatio) efficit longitudo $\overline{\text{xxxvii}}$. xlvij. M. Latitudo, quæ colitur, nusquam ducenta quinquaginta millia passuum, excedit. Sed quoniam à Cyrenaica eius parte nongentorum decẽ millium passuum, eam fecit Agrippa, deserta eius ad Garamantas vsque, quæ noscebantur, complectens, vniuersam mensurã quæ venit in cõputationem, $\overline{\text{xlvii}}$. viij. M. pass. efficit. Asiæ longitudo in confesso est $\overline{\text{lxxii}}$. M. dcl. M. pass.
50 Latitudo sanè computetur ab Æthiopico mari Alexandriam iuxta Nilum sitam, vt per Meroën & Syenen mensura currat, $\overline{\text{viii}}$. lxxv. M. p. Apparet ergo Europam paulò minus

^b intra Mæotin

dimidia Asiæ parte maiorem esse, quàm Asiã. Eandem altero tanto & sexta parte Africæ ampliorem, quàm Africam. Quod si misceantur omnes summæ, liquidò patebit Europam totius terræ tertiam esse partem & octauam paulò ampliùs: Asiam verò quartam & quartamdecimam: Africam autem quintam & insuper sexagesimã. His addemus etiamnum vnam Græcæ inuentionis sententiã vel exquisitissimæ subtilitatis, vt nihil desit in spectando terrarum situ: indicatisque regionibus noscatur, ^a & quæ cuique earum societatis sit siue cognatio dierum ac noctium, quibusque inter se partes vmbrae & æqua mundi conuexitas. Ergo reddetur hoc etiam, terraq; vniuersa in membra cæli digeretur. Plura sunt autem hæc segmenta mundi, quæ nostri circulos appellauere, Græci parallelos.

^a cum qua
cuique earum
societas sit,

Digestio terrarum in parallelos, & vmbrae pares.

10

C A P. X X X I I I.

^b Petram

PRincipium habet Indiæ pars versa ad Austrum. Patet vsque Arabiam & Rubri maris accolas. Continentur Gedrosi, Persæ, Carmani, Elymæi, Parthyene, Aria, Susiane, Mesopotamia, Seleucia cognominata Babylonia, Arabia ad ^b Petras vsque, Syria Cœle, Pelusium Ægypti: inferiorq; ora, quæ vocatur Alexandria, Africæ maritima, Cyrenai-
ca oppida omnia, Thapsus, Adrumetum, Clupea, Carthago, Vtica, vtraque Hippo, Numidia, Mauritania vtraque, Atlanticum mare, columnæ Herculis. In hoc cæli circumple-
xu æquinoctij die media, vmbilicus, quem gnomonem, vocât, v i j. pedes longus, vmbra non ampliùs i i j. pedes longã reddit. Noctis verò dieique longissima spatia horas x i i j. æquinoctiales habent, breuissima è contrario x. Sequens circulus incipit ab India vergẽ-
te ad occasum vadit per medios Parthos, Persopolin, citima Persidis, Arabiam citeriorẽ, Iudæam, Libani montis accolas. Amplectitur Babylone, Idumæam, Samariam, Hiero-
solymã, Acalonem, Ioppen, Cæsaream, Phœnicen, Ptolemaidem, Sidonem, Tyrum, Be-
rytum, Botryn, Tripolin, Byblum, Antiochiam, Laodiceã, Seleuciam, Ciliciæ maritima, Cyprum, austrinam Cretam, Lilybæum in Sicilia, septentrionalia Africæ & Numidiæ. Vmbilicus æquinoctio x x x v. pedum, vmbra vigintiquatuor pedes longam facit. Dies autem noxque maxima quatuordecim horarum æquinoctialium est, accedente iis quin-
ta parte vnius horæ. Tertius circulus ab Indis Imao proximis oritur. Tendit per Caspias portas Mediæ proximas, Cataoniam, Cappadociam, Taurum, Amanum, Issum, Cili-
cias portas, Solos, Tarsum, Cyprum, Pisidiam, Pamphylia Siden, Lycaoniam, Ly-
ciæ Patara, Xanthum, Caunum, Rhodum, Coum, Halicarnassum, Gnidum, Dorida, Chium, Delum, Cycladas medias, Gythium, Maleam, Argos, Laconiam, Elin, Olympiam, Messenen, Peloponnesi, Syracusas, Catinam, Siciliam mediam, Sardinia austri-
na, Carteiam, Gades. Gnomonis centum vnciæ, vmbra septuaginta septem vnciarum faciunt. Longissimus dies est æquinoctialium horarum quatuordecim atque dimidia, cum trigesima parte vnius horæ. Quarto subiacent circulo, quæ sunt ab altero latere Imai, Cappadocia austri-
na, Galatia, Mysia, Sardis, Smyrna, Sipylus, Tmolus mons Lydia, Caria, Ionia, Trallis, Colophon, Ephesus, Miletos, Samos: Chios, Icarium mare, Cyclades Septentrionales, Athenæ, Megara, Corinthus, Sicyon, Achaia, Patræ, Isthmos, Epirus, Septentrionalia Sicilia, Narbonensis Gallia exortiuã, Hispania mariti-
ma à Carthagine noua, & inde ad occasum. Gnomoni x x j. pedum, respondent vmbra x v i j. pedum. Longissimus dies habet æquinoctiales horas quatuordecim, & duas tertias vnius horæ. Quinto continentur segmento ab introitu Caspij maris, Baetra, Iberia, Armenia, Mysia, Phrygia, Hellespontus, Troas, Tenedus, Abydos, Scepsis, Ilium, Idamons, Cyzicum, Lampfacum, Sinope, Amisum, Heraclea in ponto, Paphlagonia, Lemnus, Imbrus, Thasus, Cassandria, Thessalia, Macedonia, Larissa, Amphipolis, Thessalonicæ, Pella, Edeffa, Bercea, Pharfalia, Carystum, Eubœa, Bœoti, Chalcis, Delphi, Acarnania, Ætolia, Apollonia, Brundisum, Tarentum, Thurij, Locri, Rhegium, Lucani, Neapolis, Puteoli, Tuscum mare, Corsica, Baleares, Hispania media. Gnomoni septem pedes, vmbra sex. Magnitudo diei summa, horarum æquinoctialium quindecim. Sexta comprehensio, qua continetur vrbs Roma, amplectitur Caspias gentes, Caucasum, Septen-

Septentrionalia Armeniæ, Apolloniam supra Rhyndacum, Nicomediam, Nicæam, Chalcedonem, Byzantium, Lyfimachiam, Cherrhonesum, Melanem sinum, Abderam, Samothraciam, Maroneam, Ænum, Bessicam, Thraciam mediam, Pæoniam, Illyrios, Dyrrhachium, Canusium, Apuliæ extima, Campaniam & Hetruriam, Pisas, Lunam, Lucam, Genuam, Liguriam, Antipolin, Massiliam, Narbonē, Tarraconem, Hispaniam Tarraconensem mediam, & inde per Lusitaniam. Gnomoni pedes nouem, vmbre octo. Longissima diei spatia, horarum æquinoctialium quindecim, addita nona parte vnus horæ: aut, vt Nigidio placuit, quinta. Septimo diuisio ab altera Caspij maris ora incipit: caditque supra Callatim, Bosphorum, Borysthenem, Tomos, Thraciæ auersa, Triballos, Illyrici reliqua, Adriaticum mare, Aquileiam, Altinum, Venetiam, Vicetiam, Patauium, Veronam, Cremonam, Rauennam, Anconam, Picenum, Marfos, Pelignos, Sabinos, Vmbriam, Ariminum, Bononiam, Placentiam, Mediolanum, omniâque ab Apennino: trãsque Alpes, Galliam Aquitanicam, Viennam, Pyrenæum, Celtiberiam. Umbilico trigintaquinque pedum, vmbre trigintasex, vt tamen in parte Venetiæ exæquetur vmbra Gnomoni: amplissima dies horarum æquinoctialium quindecim, & quintarum partium horæ trium. Hactenus antiquorum exacta celebrauimus. Sequentium diligentissimi, quod superest terrarum tribus assignauere segmentis. A Tanai per Mæotin lacum & Sarmatas vsque Borysthenem, atque ita per Dacos partemque Germaniæ, Gallias, Oceani litora amplexi, quod esset horarum sedecim. Alterum per Hyperbo-

20 reos & Britanniam, horarum decem & septem. Postremò Scythicum à Rhiphæis iugis in Thulen, in quo dies continuarentur (vt diximus) noctesque per vices. Idem & ante principia, quæ fecimus, posuere circulos duos. Primum per insulam Meroën, & Ptolemaidem, in Rubro mari ad elephantorum venatus conditam: vbi longissimus dies duodecim horarum esset, dimidia hora amplior. Secundum per Syenen Ægypti euntem, qui esset horarum tredecim. Idemque singulis dimidia horarum spatia vsque vltimum adiecere circulis. Et hactenus de terris.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIÆ
LIBER VII.

PRO O E M I V M.



40 **M**VNDVS, & in eo terræ, gentes, maria, insulæ, insignes vrbes, ad hunc modum se habent. Animantium in eodem natura, nullius propè partis contemplatione minor est, si quidem omnia exequi humanus animus queat. Principium iure tribuetur homini, cuius causa videtur cuncta alia genuisse natura, magna & sæua mercede contra tanta sua munera: vt non sit satis æstimare, parens melior homini, an tristior nouerca fuerit. Ante omnia vnum animantium cunctorum, alienis velat opibus: cæteris variè tegumenta tribuit, testas, cortices, coria, spinas, villos, fetas, pilos, plumam, pennas, squamas, vellera. Truncos etiam arborésque cortice, interdum gemitino, à frigoribus & calore tutata est. Hominem tantum nudum, & in nuda humo, natali die abiicit ad vagitus statim & ploratum, nullumque tot animalium aliud ad lacrymas, & has protinus vitæ principio. At Hercule risus, præcox ille & celerrimus, ante quadragesimum diem nulli datur. Ab hoc lucis rudimento, quæ ne feras quidem inter

50 nos genitas, vincula excipiunt, & omnium membrorum nexus: itaque feliciter natus iacet, manibus pedibusque; deuinctis, flēs, animal cæteris imperaturum: & à supplicii vitam

auspicatur, vnam tantum ob culpam, quia natum est. Heu dementia ab iis iniitiis existimantium ad superbiam se genitos. Prima roboris spes, primumque tēporis munus quadrupedi similem facit. Quando homini incessus? quando vox? quando firmum cibus os? quandiu palpitans vertex, summæ inter cuncta animalia imbecillitatis indicium? Iam morbi, totque medicinæ contra mala excogitata, & hæ quoque subinde nouitatibus victæ. Cætera sentire naturam suam, alia pernicitatem vsurpare, alia præpetes volatus, alia vires, alia nare: hominem scire nihil sine doctrina, non fari, non ingredi, non vesci: breuiterque non aliud naturæ sponte, quam flere. Itaque multi extitere, qui non nasci optimū censerent, aut quàm ocyssimè aboleri. Vni animantium luctus est datus, vni luxuria, & quidem innumerabilibus modis, ac per singula mēbra: vni ambitio, vni auaritia, vni im-¹⁰ mensa viuendi cupido, vni superstitio, vni sepulturæ cura, atque etiam post se de futuro. Nulli vita fragilior, nulli rerum omnium libido maior, nulli pauor cōfusior, nulli rabies acrior. Denique cætera animantia in suo genere probè degunt: congregari videmus, & stare contra dissimilia: Leonum feritas inter se non dimicat: serpentum morsus non petit serpentes: ne maris quidem belluæ ac pisces, nisi in diuersa genera, sæuiunt. At Hercule homini plurima ex homine sunt mala.

Gentium mirabiles figurae.

CAPVT I.

ET de vniuersitate quidem generis humani, magna ex parte in relatione gentium diximus. Neque enim ritus morésque nunc tractamus innumeros, ac totidē penè, quot sunt hominum cœtus, quædam tamen non omittenda duco, maximeq; longius à mari²⁰ degentiū: in quibus prodigiosa aliqua & incredibilia multis visum iri haud dubito. Quis enim Æthiopas, antequam cerneret, credidit? aut quid non miraculo est cum primum in notitiam venit? Quàm multa fieri non posse, priusquam sint facta, iudicantur? Naturæ verò rerum vis atque maiestas, in omnibus momentis fide caret: si quis modò partes eius, ac non totam complectatur animo. Ne pauones, aut tigrium, pantherarumque maculas, & tot animalium picturas commemorem, paruum dictu, sed immensum æstimatione, tot gentium sermones, tot linguæ, tãta loquendi varietas, vt externus alieno penè non sit hominis vice. Iam in facie vultuque nostro, cum sint decem aut paulò plura mēbra, nullas duas in tot millibus hominum indiscretas effigies existere: quod ars nulla in paucis numero præstet affectando. Nec tamen ego in plerisque eorum obstringam fidē³⁰ meam, potiùsque ad autores relegabo, qui dubiis reddentur omnibus: modò ne sit fastidio Græcos sequi, tanto maiore eorum diligentia, vel cura vetustiore.

De Scythis & aliarum diuersitate gentium.

CAP. II.

ESse Scytharum genera, & quidem plura, quæ corporibus humanis vescerentur, indicauimus. Id ipsum incredibile fortasse, ni cogitemus in medio orbe terrarum, ac Sicilia & Italia fuisse gentes huius monstri, Cyclopas & Lestrigonas, & nuperrimè trans Alpes hominem immolari gentium earum more solitum: quod paulum à mādendo abest: Sed & iuxta eos, qui sunt ad Septentrionem versi, haud procul ab ipso Aquilonis exitu, specūque eius dicto, quem locum^a Gesclitron appellant, produntur Arimaspi, quos diximus, vno oculo in fronte media insignes: quibus assiduè bellum esse circa metalla cum⁴⁰ gryphis, ferarum volucris genere, quale vulgò traditur, eruente ex cuniculis aurum, mira cupiditate & feris custodientibus, & Arimaspis rapientibus, multi, sed maximè illustres Herodotus, & Aristæas Proconnesius scribunt. Super alios autē Anthropophagos Scythas, in quadam conualle magna Imai montis, regio est, quæ vocatur Abrimon, in qua syluestres viuunt homines, auersis post crura plantis, eximiæ velocitatis, passim cum feris vagantes. Hos in alio non spirare cælo, ideoque ad finitimos reges nō pertrahi, neque ad Alexandrum Magnum pertractos, Beton itinerum eius mensor prodidit. Priores Anthropophagos, quos ad Septentrionem esse diximus decem dierum itinere supra Borysthenem amnem, ossibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro⁵⁰ mantelibus ante pectora vti, Isigonus Nicænsis. Idem in Albania gigni quosdā glauca oculorum acie, à pueritia statim canos, qui noctu plusquam interdiu cernant

^a T. Gesclitron. i. terræ claustrum.

^b Mantelia que hic intelligat Plinius, explicat Cel. Fodiz. Antia. lect. libr. 16 cap. 10. e T. Siccensis

Idem

Idem itinere dierum x. supra Borysthenem, Sauromatas tertio die cibum capere semper. Crates Pergamenus in Hellesponto circa Parium, genus hominum fuisse tradit, quos Ophiogenes vocat serpentum ictus contactu leuare solitos, & manu imposita venena extrahere corpori. Varro etiam nunc esse paucos ibi, quorum saluæ contra ictus serpentum medeantur. Similis & in Africa gens Pphyllorum fuit, vt Agatharchides scribit, à Pphylo rege dicta, cuius sepulcrum in parte Syrtium maiorum est. Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, vt cuius odore sopirent eas. Mos verò, liberos genitos protinus obiiiciendi sæuissimis carum, eoque genere pudicitiam coniugunt experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Hæc gens ipsa quidem prope internicione sublata est à Nasamonibus, qui nunc eas tenent sedes: genus tamen hominum ex his qui profugerat, aut cum pugnatum est, abfuerant, hodièque remanet in paucis. Simile & in Italia Marforum gentis durat, quos à Circes filio ortos ferunt, & ideo inesse iis vim naturalem eam. Et tamè omnibus hominibus contra serpentes inest venenum: feruntque ^a ictus salua, vt feruentis aquæ contactum fugere. Quod si in fauces penetraverit, etiam mori: idque maximè humani ieiuni oris. Supra Nasamonas confinèsq; illis Machlyas, Androgynos esse vtriusq; naturæ, inter se vicibus coeutes, Calliphanes tradit. Aristoteles adiicit, dextram mammam iis virilem, læuam muliebrem esse. In eadem Africa familias quædam effascinantium, Isigonus & Nymphodorus tradunt: quarum laudatione intereant probata, arescant arbores, emorianur infantibus. Esse eiusdem generis in Triballis & Illyriis, adiicit Isigonus, qui visu quoque effascinant, interimantque quos diutius intueantur, iratis præcipuè oculis: quod eorum malum facilius sentire puberes. Notabilius esse quod pupillas binas in oculis singulis habeant. Huius generis & fœminas in Scythia, quæ vocantur Bithyæ, prodit Apollonides. Philarchus & in Ponto Thibiorum genus, multosque alios eiusdem naturæ: quorum notas tradit in altero oculo geminam pupillam, in altero equi effigiem. Eosdem præterea non posse mergi, ne veste quidè degrauiatos. Haud dissimile iis genus ^b Pharnacum in Æthiopia prodidit Damon, quorum sudor tabem contactis corporibus afferat. Fœminas quidem omnes vbique visu nocere, quæ duplices pupillas habeant, Cicero quoque apud nos autor est. Adeo naturæ, cum ferarum morem vescendi humanis visceribus in homine genuisset, gignere etiam in toto corpore & in quorundam oculis quoque venena placuit: ne quid vsquam mali esset, quod in homine nõ esset. Haud procul vrbe Romæ in Faliscorum agro familiæ sunt pauca, quæ vocantur Hirpiæ: quæ sacrificio annuo; quod fit ad montem Soractem Apollini, super ambustam ligni struem ambulantes non aduruntur. Et ob id perpetuo senatusconsulto militiæ omniumque aliorum munerum vacationem habent. Quorundam corpore partes nascuntur ad aliqua mirabiles: sicut Pyrrho regi pollex in dextero pede: cuius tactu lienosis medebatur. Hunc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditumque loculo in templo. Præcipuè India Æthiopumque tractus, miraculis scatent. Maxima in India gignuntur animalia: Indicio sunt canes grandiores cæteris. Arbores quidem tantæ proceritatis traduntur, vt sagittis superari nequeant. Hæc facit vbertas soli, temperies cæli, aquarum abundantia (si libeat credere) vt sub vna ficu turmæ condantur equitum. Arundines verò tantæ proceritatis, vt singula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant. Multos ibi quina cubita constat longitudine excedere: non expuere: non capitis, aut dentium, aut oculorum vlllo dolore affici, rarò aliarum corporis partium: tam moderato Solis vapore durari. Philpophos eorum quos Gymnosophistas vocant, ab exortu ad Occasum præstare, contuentes Solem immobilibus oculis: feruentibus harenis toto die alternis pedibus insistere. In monte, cui nomen est Milo, homines esse auersis plantis, octonos digitos in singulis pedibus habentes, autor est Megasthenes. In multis autem montibus genus hominum capitibus caninis, ferarum pellibus velari, pro voce latratum edere, vnguibus armatum venatu & aucupio vesci. Horum supra centum viginti millia fuisse prodente se, Ctesias scribit: & in quadam gente Indiæ, fœminas semel

^a ictu saluæ
vt feruentis
aquæ contactu
fugere:

^b T. Pharnacum:

^a *T. Monoceli* in vita parere, genitōsque confestim canescere. Itē hominum genus, qui^a Monosceli vo-
 carentur, singulis cruribus, miræ pernicitatis ad saltum: eodēque Sciopodas vocari,
 quod in maiori æstu humi iacentes resupini, vmbra se pedum protegant: non longē eos
^b *T. Trogloditi* à^b Trogloditis abesse. Rursusque ab his Occidentem versus quosdam sine ceruice, ocu-
ⁱⁱⁱ los in humeris habentes. Sunt & Satyri Subsolanis Indorum montibus (Cartadulorum
^c *recti* dicitur regio) perniciosissimum animal: tum quadrupedes, tum^c rectē currentes huma-
 na effigie, propter velocitatem, nisi senes aut ægri, non capiuntur. Choromandarum gen-
 tem vocat Tauron syluestrem sine voce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis
 glaucis, dentibus caninis. Eudoxus in Meridianis Indiæ viris plantas esse cubitales: fœ-
 minis adeo paruas, vt Struthopodes appellentur. Megasthenes gentem inter Nomadas¹⁰
 Indos narium loco foramina tantū habentem, anguium modo loripedem, vocari Sy-
 rictas. Ad extremos fines Indiæ ab Oriente circa fontem Gangis, Altomorum gentem
 sine ore, corpore toto hirtam vestiri frondium lanugine, halitu tantū viuentem, &
 odore, quem naribus trahant. Nullum illis cibum, nullūque potum: tantū radicum
 florūque varios odores & syluestrium malorum, quæ secum portant longiore itinere,
 ne desit olfactus: grauiore paulo odore haud difficulter exanimari. Supra hos extrema
^d *T. Pygmaei* in parte montium Spithamæi^d Pygmæi narrantur, ternas spithamas lōgitudine, hoc est,
^{que} ternos dodrantes non excedentes, salubri cælo, semp̄que vernante, montibus ab Aquilone
 oppositis: quos à gruibus infestari Homerus quoque prodidit. Fama est, insidentes
 arietum caprarūque dorsis, armatos sagittis veris tempore vniuerso agmine ad mare²⁰
 descendere, & oua pullōsque earum alitum consumere: ternis expeditionem eam men-
 sibus confici, aliter futuris gregibus non resisti. Casas eorum luto pennisque, & ouorum
 putaminibus construi. Aristoteles in cauernis viuere Pygmæos tradit. Cetera de his, vt
 reliqui. Cyrnos Indorum genus Ifigonus annis centenis quadragenis viuere. Itē Æthio-
 pas Macrobios & Seras existimat, & qui a thon montem incolant: hos quidem, quia vi-
 perinis carnibus alantur: itaque nec capiti, nec vestibus eorum noxia corpori inesse ani-
 malia. Onesicritus, quibus in locis Indiæ vmbrae nō sint, corpora hominum cubitorum
 quinūm & binorum palmorum existere, & viuere annos centum triginta, nec senescere,
 sed, vt medio æuo, mori. Crates Pergamenus Indos, qui centenos annos excedāt, Gym-
 netas appellat, non pauci Macrobios. Ctesias gentem ex his quæ appellatur Pádoræ, in³⁰
 conuallibus sitam, annos ducenos viuere, in iuuenta cādido capillo, qui in senectute ni-
 grescat. Contra alios quadragenos non excedere annos, iunctos Macrobiis, quorum fœ-
 minæ semel pariāt: idque & Agatharchides tradit. Præterea locustis eos ali, & esse perni-
 ces. Mandrorum nomen iis dedit Clitarchus, & Megasthenes, trecētōsque eorum vicos
 annumerat. Fœminas septimo ætatis anno parere, senectā quadragesimo anno acceden-
 te. Artemidorus, in Taprobana insula lōgissimam vitam sine vlllo corporis languore tra-
 duci. Duris, Indorum quosdā cum feris coire, mistōsque & semiferos esse partus. In Ca-
 lingis eiusdem Indiæ gente quinquennes concipere fœminas, octauum vitæ annū non
 excedere. Et alibi cauda villosa homines nasci pernicitatis eximiæ, alios auribus totos
 contegi. Oritas ab Indis Arbibus fluuius determinat. Si nullum alium cibum nouere, quā⁴⁰
 piscium, quos vnguibus dissectos Sole torreant: atque ita panem ex his faciunt, vt refert
 Clitarchus. Troglodytas super Æthiopiam velociores esse equis, Pergamenus Crates.
 Item Æthiopus octona cubita longitudine excedere. Syrbotas vocari gentem eam No-
 madum Æthiopum, secundum flumen Astapum ad Septentrionem vergentium. Gens
 Menifminorum appellata, abest ab Oceano dierum itinere viginti, animalium, quæ Cy-
 nocephalos vocamus, lacte viuit, quorum armenta pascit maribus interemptis, præter
 quā sobolis causa. In Africæ solitudinibus hominum species obuię subinde fiunt, mo-
 mentōque euanescunt. Hæc atq; talia ex hominum genere ludibria sibi, nobis miracu-
 la, ingeniosa fecit natura. Et singula quidem, quæ facit indies, ac propè horas, quis enu-
 merare valeat? Ad detegendam eius potentiam, satis sit inter prodigia posuisse gentes.⁵⁰
 Hinc ad confessa in homine pauca.

De prodigiosis partibus.

CAP. III.

T Ergeminos nasci certum est, Horatorum Curiatorumque exemplo: supra inter ostenta ducitur, præterquam in Ægypto, vbi fœtifer potu Nilus. Annis proximis, supremis Diui Augusti, Fauſta quædam è plebe, Ostiæ duos mares, totidem fœminas enixa, famem, quæ consecuta est, portendit haud dubiè. Reperitur & in Peloponneso quinos quater enixa, maiorémque partem ex omni eius vixisse partu. Et in Ægypto septenos vno vtero simul gigni, autor est Trogus. Gignuntur & vtriusque sexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, & in prodigiis habitos, nunc verò in deliciis. Pompeius Magnus in ornamenti theatri mirabiles fama posuit effigies, ob id diligentius magnorum artificum ingeniis elaboratas: inter quas legitur Eutyche, à xx. liberis rogo illata Trallibus, enixa xxx. partus. Alcippe elephantum, quanquam id inter ostenta est. Nanque & serpentem peperit inter initia Marfici belli ancilla. Multiformes pluribus modis inter monstra partus eduntur. Claudius Cæsar scribit Hippocentaurum in Thessalia natum eodem die interiisse. Et nos principatu eius allatum illi ex Ægypto in melle vidimus. Est inter exempla, in vteru protinus reuersus infans Sagunti, quo anno ab Annibale deleta est.

De mutatione sexus, & geminis partibus.

CAP. IIII.

E X fœminis mutari in mares, non est fabulosum. Inuenimus in Annalibus, P. Licinio Craſſo, C. Cassio Longino coss. Cassini puerum factum ex virgine sub parentibus, iussuque Aruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius Mutianus prodidit, visum à se Argis Arescontem, cui nomen Arescusæ fuisset, nupsisse etiam, mox barbam & virilitatem prouenisse, vxoremque duxisse. Eiusdem sortis & Smyrnæ puerum à se visum. Ipse in Africa vidi mutatum in marem nuptiarum die, L. Collicium ciuem Tisdritanum. Editis geminis raram esse, aut puerperæ, aut puerperio, præterquam alteri, vitam, Si verò vtriusque sexus editi sint gemini, rariorem vtrique salutem, Fœminas gigni celerius, quam mares, sicut celerius fenescere. Sæpius in vtero moueri mares, & in dextera ferè geri parte, in læua fœminas, constat.

De homine generando, & pariendi tempore per illustria exempla à mensibus septem, ad vndecim.

CAP. V.

C Aeteris animantibus statum, & pariendi, & partus gerendi tempus est: homo toto anno, & incerto gignitur spatio. Alius septimo mense, alius octauo, & vsque ad initia decimi vndecimique. Ante septimum mensem haud vnquam vitalis est. Septimo nõ nisi pridie posterove plenilunij die, aut interlunio concepti nascuntur. Translatitium in Ægypto est & octauo gigni. Iam quidem & in Italia tales partus esse vitales, contra priorum opiniones. Variant hæc pluribus modis. Vestilia C. Herdicij, ac postea Pomponij atque Orfiti clarissimorum ciuium coniunx, ex his quatuor partus enixa, Sempronij septimo mense genuit, Suillium Rufum vndecimo, Corbulonem septimo, vtrunq; Cõsulem: postea Cæsoniam Caij principis coniugem, octauo. In quo mesium numero genitis, intra quadragesimum diem maximus labor. Grauidis autem quarto & octauo mense, letalesque in iis abortus. Massurius autor est, L. Papyrium Prætorem, secundo hærede lege agente, bonorum possessionem cõtra eum dedisse, cum mater partum se xiiij. mensibus diceret tulisse, quoniam nullum certum tempus pariendi statutum videretur.

De conceptibus, & signa sexus in grauidis præuenientia partum.

CAP. VI.

A Conceptu decimo die dolores capitis, oculorum vertigines tenebræque, fastidium in cibus, redundatio stomachi, indices sunt hominis inchoati. Melior color marem ferenti, & facilior partus: motus in vtero quadragesimo die. Contraria omnia in altero sexu: ingestabile onus, crurum & inguinum leuis tumor. Primus autem nonagesimo die motus. Sed plurimum languoris in vtroque sexu, capillu germinante partu, & in plenilunio: quod tempus editos quoque infantes præcipuè infestat. A deoque incessus, atque omne, quicquid dici potest, in grauida refert: vt falsioribus cibus vsæ, carètè vnguiculis

a Contrâ Aristoteles Hist. animal. lib. 7. cap. 3. omnesque iij medici tum Philosophi marem tr. dicit celerius. quam fœminam, & in vtero persistit. Et in lucæ segredi. Quo sic, ut nonnulli hoc in loco Gignere masculini legere, quâ Gigni, hoc sensu fœminas sobolis procreationi celerius maturas fieri, quâ mares.

partum edant: & si respirauere, difficiliùs enitantur. Oscitatio quidem in enixu letalis est: sicut sternuisse à coitu abortiuum.

De conceptu hominum & generatione.

CAP. VII.

Miseret atque etiam pudet æstimantem quàm sit friuola animalium superbissimi origo, cum plerunque abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu. His principiis nascuntur tyranni, his carnifex animus. Tu qui corporis viribus fidis, tu qui fortunæ munera amplexaris, & te ne alumnum quidem eius existimas, sed partum: tu cuius semper in victoria est mens, tu qui te Deum credis, aliquo successu tumens, tanti perire potuisti: atque etiam hodie minoris potes, quantulo serpentis ictus dente: aut etiam, vt Anacreon poëta, acino vuæ passæ: vt Fabius Senator^a Prætor, in lactis hauſtu vno pilo¹⁰ strangulatus. Is demum profectò vitam æqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit.

^a pote in lactis hauſtu vno pilo

De Agrippis.

CAP. VIII.

IN pedes procedere nascentem, contra naturam est: quo argumento eos appellauere Agrippas, vt ægrè partos: qualiter M. Agrippam ferunt genitum vnico propè felicitatis exemplo in omnibus ad hunc modum genitis. Quanquam is quoque aduersa pedum valetudine, misera iuuenta, exercito æuo inter arma mortésque, ad noxia successu, infelici terris stirpe omni, sed per vtrasque^b Agrippinas maximè, quæ Caium & Domitium Neronem principes genuere, totidem faces generis humani: præterea breuitate æui quinquagesimo vno raptus anno, in tormentis adulteriorum coniugis, focerique²⁰ prægravi seruitio, luisse augurium præposteris natalis existimatur. Neronem quoque paulò antè principem, & toto principatu suo hostem generis humani, pedibus genitum parens eius scribit Agrippina. Ritu naturæ capite hominem gigni mos est, pedibus efferri.

^b Agrippinam Claudij Commentarium edidisse de vita sua suorumque casibus, autor est Cornel. Tacitus *Annal. lib. 4.*

Monstruosi partus excisi vtero.

CAP. IX.

Avspicatus enecta parente gignuntur: sicut Scipio Africanus prior natus, primusque Cæsarum à cæso matris vtero dictus: qua de causa & Cæsones appellati. Simili modo natus & Manlius, qui Carthaginem cum exercitu intrauit.

Qui sint Uopisci.

CAP. X.

VOpiscos appellabant è geminis, qui retenti vtero nascerentur, altero interempto abortu. Nanque maxima, & rara, circa hoc miracula existunt.

Exempla numerosa sobolis.

CAP. XI.

PRæter mulierem, pauca animalia coitum nouere grauida. Vnum quidem omnino, aut alterum, superfoetat. Extat in monumētis etiam medicorum, & quibus talia confectari curæ fuit, vno abortu xij. puerperia egesta. Sed vbi paululum tēporis inter duos conceptus intercessit, vterque perfertur: vt in Hercule & Iphiclo fratre eius apparuit, & in ea, quæ gemino partu, alterum marito similem, alterum adultero genuit: Item in Proconnesia ancilla, quæ eiusdem diei coitu, alterum domino similem, alterum procuratori eius: & in alia, quæ vnum iusto partu, quinque mensium alterum edidit. Rursus in alia, quæ septem mensium edito puerperio, ^cinsecutis mensibus geminos enixa est. Iam illa⁴⁰ vulgata, variè ex integris truncos gigni, ex truncis integros, eadēque parte truncos: signa quædam, nauosque, & cicatrices etiam regenerari. Quarto partu Dacorum originis nota in brachio redditur.

^c tribus seculis

Exempla similitudinum.

CAP. XII.

IN Lepidorum gente tres, intermisso ordine, obducto membrana oculo, genitos accepimus. Similes quidem alios auo: & ex geminis quoque alterum patri, alterum matri: annoque post genitum, maiori similem fuisse, vt geminum. Quasdam sibi similes semper parere, quasdam viro, quasdam nulli, quasdam fœminam patri, marè sibi. Indubitatum exemplum est Nicæi nobilis pyctæ Byzantij geniti, qui adulterio Æthiopis nata matre, nil à cæteris colore differente, ipse auum regenerauit Æthiopem. Similitudinum quidem in mente reputatio est, & in qua credantur multa fortuita pollere, visus, auditus, memoria,

memoria, haustæque imagines sub ipso conceptu. Cogitatio etiam vtriuslibet animum subito transuolans, effingere similitudinem aut miscere existimatur. Ideoque plures in homine, quam in cæteris omnibus animalibus differentiæ, quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, & ingenij varietas multiformes notas imprimunt: cum cæteris animantibus immobiles sint animi, & similes omnibus, singulisque in suo cuique genere. Antiocho regi Syriæ, è plebe nomine Artemon intantum similis fuit, vt Laodice coniunx regia, necato iam Antiocho, mimum per eum commendationis, regni que successio nis peregerit. Magno Pompeio Vibius quidam è plebe, & Publicius etiam seruitute liberatus, indiscreta propè specie fuere similes, illud os probum reddentes, ipsùmque honorem eximiæ frontis. Qualis causa patri quoque eius, Menogenis coci sui cognomen imposuit, iam Strabonis à specie oculorum habenti, vitium imitata & in seruo: Scipioni Serapionis: is erat suarij negotiatoris vile mancipium. Eiusdem familiæ Scipioni post eum cognomen Salutio Mimus dedit: sicut Spinter secundarum, tertiarumque Pamphilus, collegio Lentuli & Metelli coss. In quo perquam importunè fortuitum hoc quoque fuit, duorum simul Consulium in scena imagines cerni. E diuerso L. Plancus orator, histrioni Rubrio cognomen imposuit. Rursus Curioni patri Burbuleius, itémque Messalæ Censorio Menogenes, perinde histriones. Suræ quidem Proconsulis etiam rictum in loquendo, contractionemque linguæ, & sermonis tumultum, non imaginem modò, piscator quidam in Sicilia reddidit. Cassio Seuero celebri oratori, armentarij Mirmillonis obiecta similitudo est.^a Toranius M. Antonio iam Triumuiro, eximios forma pueros, alterum in Asia genitum, alterum trans Alpes, vt geminos vendidit: tanta vnitas erat. Postquam deinde sermone puerorum detecta fraude à furente increpitus Antonio est, inter alia magnitudinem pretij conquerente (nam ducentis mercatus erat festertis) respondit versutus ingenij mango, ob id ipsum se tanti vendidisse, quoniam non esset mira similitudo in vllis eodem vtero editis: diuersarum quidem gentium natales tam concordia figura reperiri, super omnem esse taxationem. Adeoque tempestiuam admirationem intulit, vt ille proscriptor animus, modò & contumelia furens, non aliud in censu magis ex fortuna sua duceret.

Quæ sit generandi ratio.

C A P. X I I I.

Est quædam priuatim dissociatio corporum: & inter se steriles, vbi cum aliis iunxere, gignunt: sicut Augustus & Liuia. Item alij aliæque fœminas tantum generant, aut maris: plerunque & alternant: sicut Gracchorum mater duodecies, & Agrippina Germanici nouies. Aliis sterilis est iuuenta: aliis semel in vita datur gignere. Quædam non perferunt partus: quales, si quando medicina & cura vicere, fœminam ferè gignunt. Diuus Augustus in reliqua exemplorum raritate, neptis suæ nepotem vidit, genitum quo excessit anno,^b M. Syllanum: qui cum Asiam obtineret^c post Cõsulatum, Neronis principis successione, veneno eius interemptus est. Q. Metellus Macedonicus, cum sex liberos relinqueret, vndecim nepotes reliquit, nurus verò generosque, & omnes qui se patris appellatione salutarent, viginti septem. In actis temporum Diui Augusti inuenitur, x i j. Consulatu eius, L. que Sylla collega, ad i i j. Idus Aprilis, C. Crispinum Hilarum ex ingenua plebe Fesulana, cum liberis nouem (in quo numero filiæ duæ fuerunt) nepotibus x x v i j. pro nepotibus x x i x. neptibus i x. prælata pompa, cum omnibus his in Capitolio immolasse.

De eodem multipliciùs.

C A P. X I I I I.

Mvlier post quinquagesimum annum non gignit, maiórque pars quadragesimo profuuium genitale sistit. Nam in viris Masinissam regem, post l x x v j. annum generasse filium, quem Methymathnum appellauerit, clarum est: Catonem Censorium octogesimo exacto, è filia Salonij clientis sui. Qua de causa, aliorum eius liberorum propago, Liciniani sunt cognominati, hi Saloniani, ex quibus Vticensis fuit. Nuper etiam L. Volusio Saturnino in vrbs præfectura extincto, notum est Cornelia Scipionum gentis Volusium Saturninum, qui fuit Consul, genitum post l x i j. annum. Et vsq; ad^d l x x v. apud^d l x x v. ignobiles vulgaris reperitur generatio.

h

^a *Ver. et. cod.*
Toranius
mango An-
tonio iam
Triumuiro,
et.

^b *Aliis sic*
Lunium Syl-
lanum, qui cum
Asie obtine-
ret Procon-
sulatum, &
cui lectio
adhibetur
et Tacitus li.
13.
^c *Lypf. pro-*
consulate,

Solum autem animal menstruale mulier est: inde vnus vtero, quas appellarunt molas. Ea est caro informis, inanima, ferri ictum & aciem respuens. Mouetur, sistitque menses: & vt partus, aliàs letalis, aliàs vnà fenescens, aliquando aluo citatiore excidens. Simile quiddam & viris in ventre gignitur, quod vocant scirron: sicut Oppio Capitori prætorio viro. Sed nihil facilè reperiatur mulierum profluuium magis monstrificum. Acescunt superuentu multa, sterilefcunt tactæ fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina, & fructus arborum, quibus infedère, decidunt: speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur, acies ferri præstringitur, eborisque nitor: aluei apum emoriuntur: æs etiam ac ferum rubigo protinus corripit, odórque dirus^a aera: & in rabiem aguntur gustato eo canes, atque insanabili veneno morsus inficitur. Quin & bituminú sequax alioquin ac lenta natura, in lacu Iudææ (qui vocatur Asphaltites) certo tempore anni supernatans, nequit sibi auelli, ad omnem contactum adhærens, præterquàm filo, quod tale virus infeccerit. Etiam formicis, animali minimo, inesse sensum eius ferunt: abiicique gustatas fruges, nec postea repeti. Et hoc tale tantumque omnibus tricenis diebus malum in muliere existit, & trimestri spatio largius. Quibusdam verò sæpius mense: sicut aliquibus nunquam: sed tales non gignunt, quando hæc est generando homini materia, femine è naribus coaguli modo hoc in sese glomerante, quod deinde^b tempore ipso animatur, incorporaturque. Ergo cum grauidis fluxit, inualidi aut non vitales partus eduntur, aut saniosi, vt autor est Nigidius.

Item de ratione partuum.

Idem, lac fœminæ non corrumpi alenti partum, si ex eodem viro rursus conceperit, arbitratur. Incipiente autem hoc statu, aut desinente, conceptus facillimi traduntur. Fœcunditatis in fœminis prærogatiuam accepimus, inunctis medicamine oculis, saliuam infici. Cæterum editis primores septimo mense gigni dentes, priusque in supera ferè parte, haud dubium est. Septimo eosdem decidere anno, aliósque suffici. Quosdam & cum dentibus nasci, sicut M. Curium, qui ob id Dentatus cognominatus est: & Cn. Papyrium Carbonem, præclaros viros. In fœminis ea res inauspicati fuit exempli regum temporibus. Cum ita nata esset Valeria, exitio ciuitati, in quam delata esset, futurum, responso aruspicum vaticinante, Sueffam Pometiam illa tempestate florentissimam deportata est, veridico exitu consecuto. Quasdam concreto genitali gigni, infausto omine,³⁰ Cornelia Gracchorum mater indicio est. Aliqui vice dentium, continuo osse gignuntur: sicuti Prusiæ regis Bithyniorum filius, superna parte oris. Dentes autem tantum inuicti sunt ignibus, nec cremantur cum reliquo corpore. Iidem flammis indomiti, cauantur tabe pituitæ. Candorem trahunt quodam medicamine. Vsu atteruntur, multoque primum in aliquibus deficiunt. Nec cibo tantum & alimentis necessarij: quippe vocis sermonisq; regimen primores tenent, concentu quodam excipientes ictum linguæ, serièque structuræ, atque magnitudine mutilantes molientésve aut hebetantes verba: & cum defluxere, explanationem omnè adimentes. Quin & augurium in hac esse creditur parte. Triceni bini viris attribuuntur, excepta Turdulorum gente: quibus plures fuere, longiora promitti vitæ putant spatia. Fœminis minor numerus: quibus in dextra parte gemini supernè, à canibus cognominati, fortunæ blandimenta pollicentur, sicut in Agrippina Domitij Neronis matre: contra in læua. Hominem priusquam genito dente cremari, mos gentium non est. Sed mox plura de hoc, cum membratim historia decurret. Risisse eodem die, quo genitus esset, vnum hominem accepimus Zoroastrem. Eidem cerebrum ita palpitasse, vt impositam repelleret manum, futuræ præscagio scientiæ. In^c trimatu suo cuique dimidiam esse mensuram^d statuere certum est. In plenum autem cuncto mortalium generi minorem in dies fieri, propemodum obseruatur: rarósque patribus proceriores, consumente vbertate feminum exustione, in cuius vices nunc vergat æuum. In Creta terræ motu rupto monte, inuentum est corpus stans^e xlvj. cubitorum,⁵⁰ quod alij Orionis, alij Oti fuisse arbitrantur. Orestis corpus oraculi iussu refossum, vij. cubi-

^a Aera, redudat, nec est in vetust. codic. Si cui tamen vox ea retinenda videatur, aera legendum erit duabus syllabis, vt metallum intelligamus, non elementum: docente id Plinio lib. 28. capi. 7. vbi sic habet. Aes contactum graue virus odoris accipere & æruginem.

^b Tempore

^c Quimatu, ad stipulante Aristotel. lib. 3. capi. 18. vult. Anima. d. Natura, legendum.

^e xvj. cubitorum.

cubitorum fuisse monumentis creditur. Iam verò ante annos propè mille, vates ille Homerus non cessauit minora corpora mortalium, quàm prisca, cõqueri. Næuij Pollionis amplitudinem annales non tradunt. Sed quia populi concursu penè interemptus esset, prodigij vice habitum. Procerissimum hominè ætas nostra Diuo Claudio principe Gabbaram nomine, ex Arabia aduectum i x. pedum & totidem vnciarú vidit. Fuere sub Diuo Augusto semipede addito, quorum corpora eius miraculi gratia, in conditorio Salustianorum asseruabantur hortorum. Pusioni & Secundillæ erant nomina. Eodem præfide minimus homo duos pedes & palmum Conopas nomine, in deliciis Iuliæ neptis eius fuit: & mulier Andromeda liberta Iuliæ Augustæ. Manium Maximú, & M. Tullium equites Romanos, binúm cubitorum fuisse autor est M. Varro: & ipsi vidimus in loculis asseruatos. Sesquipedales gigni, quosdam longiores, in trimatu implentes vitæ cursum, haud ignotum est. Inuenimus in monumentis Salamine Euthimenis filium, in tria cubita triennio adoleuisse, incessu tardum, sensu hebetem: & iam puberem factum voce robusta, absumptum contractione membrorum subita triennio circumactõ. Ipsi nòs pridem vidimus eadem fermè omnia, præter pubertatem, in filio Cornelij Taciti equitis Romani, Belgicæ Gallia rationes procurantis. Etrapelos Græci vocant eos: in Latino non habent nomen.

Insignia corporum.

CAP. XVII.

Quod sit hominum spatium à vestigio ad verticem, id esse passis manibus inter longissimos digitos obseruatum est: sicuti vires dextra parte maiores, quibusdam æquas vtraque, aliquibus læua manu præcipuas: nec id vnquam in fœminis. Mares præstare pondere, & defuncta viuentibus corpora omnium animalium, & dormientia vigilantibus. Virorum cadauera supina fluitare, fœminarum prona: velut pudõri defunctorum parcente natura.

Exempla variarum figurarum.

CAP. XVIII.

Concretis quosdam ossibus, ac sine medullis viuere accepimus. Signum eorum esse, nec sitim sentire, nec sudorem emittere: quanquam & voluntate scimus sitim victa: equitè que Romanum Iulium Viatorem è Vocontiorum gente fœderata, in pupillariibus annis aquæ subter cutem fusæ morbo prohibitum humore à medicis, naturam fecisse consuetudine, atque in senectâ caruisse potu. Nec non & alij multa sibi imperauere.

Diuersorum morum exempla.

CAP. XIX.

Ferunt Crassum, auum Crassi in Parthis interempti, nũquàm risisse, ob id Agelastum vocatum: sicuti nec fletu multos. Socratem clarum sapientia eodem semper visum vultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Exit hic animi tenor aliquãdo in rigorem quandam toruitatè que naturæ duram & inflexibilem, affectusque humanos adimit, quales apathes Græci vocant, multos eius generis experti: quòdque mirum sit, autores maximè sapientiæ, Diogenem Cynicum, Pyrrhonem, Heraclitum, Timonem, hũc quidem etiam in totius odium generis humani euectum. Sed hæc prauæ naturæ insignia in multis varia cognoscuntur: vt in Antonia Drusi nunquàm expuisse in Pomponio Consulari Poëta nunquàm ructasse. Quibus natura concreta sunt ossa, qui sunt rari admodum, cornei vocantur.

De fortitudine & velocitate.

CAP. XX.

Corpore vesco, sed eximiis viribus Tritanum, in gladiatorio ludo Samnitium armatura celebrem filiumq; eius militem Magni Pompeij, & rectos & transfuersos cancellatim toto corpore habuisse neruos, in brachiis etiam manibusque, autor est Varro in prodigiosa virium relatione. Atq; etiam hostem ab eo ex prouocatione dimicantè, ^a in dextera vno digito superatú, & postremò correptum in castra translatum. A. Iunius Valens meruit in prætorio Diui Augusti centurio, vehicula cum culeis onusta, donec ^{postremo} exinanirentur, sustinere solitus: carpenta apprehensa vna manu retinere, obnixus contra ^{& in castra} nitentibus iumentis: & alia mirifica facere, quæ insculpta monumento eius spectantur. ^{translatum.} Ideo M. Varro: Rusticellus, inquit, Hercules appellatus, mulum suum tollebat. ^{qui lectoni} ^{stiffugatur &} ^{Solinus cap. 4.} Fusius

Saluius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, & ducenaria duo humeris contra scalas ferebat. Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigiosæ ostentationis, quingenario thorace plumbeo indutum, cothurnisque quingentorum pondo calciatum, per scenam ingredi. Crotoniatam Milonem athletam, cum constitisset, nemo vestigio educebat: malum tenenti nemo digitum corrigebat. Cucurrisse M C X I. stadia, ab Athenis Lacedæmonem, biduo Philippiden, magnum erat: donec Anistis cursor Lacedæmonius, & Philonides Alexandri Magni, à Sicyone Elin, vno die M C C. stad. cucurrerunt. Nunc quidem in circo quosdam C L X. M. pass. tolerare non ignoramus. Nuperque Fôteio & Vipfano C O S S. a annos i x. genitum puerum à Meridie ad vesperam l x x v. M. pass. cucurrisse. Cuius rei admiratio ita demum solida perueniat, si quis cogitet nocte ac die longissimum iter vehiculis tribus Tiberium Neronem emensum, festinantem ad Drusum fratrem ægrotantem in Germania: in eo fuerunt C C. M. passuum.

De visu.

CAP. XXI.

Oculorum acies vel maximè fidem excedentia inuenit exempla. In nuce inclusam Iliada Homeri carmen in membrana scriptum, tradidit Cicero. Idem, fuisse qui peruideret C X X X V. M. passuum. Huic & nomen M. Varro reddidit, Strabonem vocatum. Solitum autem Punico bello, à Lilybeo Siciliæ promontorio, exeunte classe Carthaginis portu, etiam numerum nauium dicere. Callicrates ex ebore formicas, & alia tam parua fecit animalia, vt partes earum à cæteris cerni non possent. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit, à quo quadrigam ex eadem materia, quam musca integeret alis, fabricatam, & nauem, quam apicula pinnis absconderet.

De auditu.

CAP. XXII.

Auditus vnum exemplum habet mirabile, prælium, quo Sybaris deleta est, eo die quo gestum erat, auditum Olympiæ. Nam Cimbricæ victoriæ, Castorésque Romani, qui Persicam victoriam ipso die, quo contigit, nuntiauerunt, visus, & numinum fuere præfagia.

Exempla patientiæ.

CAP. XXIII.

Patientia corporis, vt est crebra fors calamitatum, innumera documenta peperit. Clarissimum in fœminis Lænxæ meretricis, quæ torta non indicauit Harmodium & Aristogitonem tyrannicidas: in viris Anaxarchi, qui simili de causa cum torqueretur, prærosam dentibus linguam, vnâque spem indicij in tyranni os expuit.

Memoriæ exempla.

CAP. XXIIII.

Memoria necessarium maximè vitæ bonum, cui præcipua fuerit haud facile dictum est, tam multis gloriam eius adeptis. Cyrus, rex omnibus in exercitu suo militibus nomina reddidit, L. Scipio populo Romano, Cineas Pyrrhi regis legatus senatui & equestri ordini Romæ postero die quàm aduenerat. Mithridates duarum & x x. gentium rex, totidem linguis iura dixit, pro concione singulas sine interprete affatus. Charmidas quidam in Græcia, quæ quis exegerat volumina in bibliothecis, legentis modo repræsentauit. Ars postremò eius rei facta, & inuenta est à Simonide Melico, consummata Metrodoro Scepsio, vt nihil non iisdem verbis redderetur auditum. Nec aliud est æquè fragile in homine, morborum & casus iniurias atque etiam metus sentiens, aliàs particulatim, aliàs vniuersa. Ictus lapide oblitus est literas tantum. Ex præalto tecto lapsus, matris & affinium, propinquorumque cepit obliuionem. Alius ægrotus, seruorum etiam: sui verò nominis Messala Coruinus orator. Itaque sæpe deficere tentat, ac meditatur, vel quieto corpore & valido. Somno quoque serpente cõputat, vt inanis mens quærat, vbi sit loci.

Laus C. Iulij Cæsaris.

CAP. XXV.

Animi vigore præstantissimum arbitror C. Cæsarem Dictatorem. Nec virtutem constantiamque nunc commemoro, nec sublimitatem omnium capacem, quæ cælo continentur: sed proprium vigorem celeritatemque quodam igne volucrem. Scribere & legere simul, dictare & audire solitum accepimus. Epistolas verò tantarum rerum quater nas pariter librariis dictare: aut si nihil aliud ageret, septenas. Idem signis collatis quinquagies

a. Vetus lectio, VIII. annos, agnoscit, non IX. & paulo post, XLV. M. pass. non LXXV. M. Vtrique adstriplatur Solimus cap. 4.

b. Reclius, Carneades quidem vt etiam Cicero, Quintilianus.

quagies dimicauit: solus M. Marcellum transgressus, qui vndequadragies dimicauerat. Nam præter ciuiles victorias, vndecies c. & xc i j. m. hominum occisa præliis ab eo, non equidem in gloria posuerim, tantam etiam coactam humani generis iniuriam: quod ita esse confessus est ipse, bellorum ciuilium stragem non prodendo. Iustus Pompeio Magno tribuatur dcccxlvj. naues piratis ademisse. Cæsari proprium & peculiare sit, præter supra dicta, clementiæ insigne: qua vsque ad pœnitentiam omnes superauit. Idem magnanimitatis perhibuit exemplum, cui comparari non possit aliud. Spectacula enim edita effusasque opes, aut operum magnificentiam in hac parte enumerare, luxuriæ fauentis est. Illa fuit vera & incomparabilis inuicti animi sublimitas: captis apud Pharsaliam
 10 Pompeij Magni scriniis epistolarum, iterumque apud Thapsum Scipionis, concremassæ ea optima fide, atque non legisse.

Laus Pompeij Magni.

CAP. XXVI.

VERUM ad decus imperij Rom. non solum ad viri vnus pertinet victoriam, Pompeij Magni titulos omnes, triumphosque hoc in loco nūcupari: æquato non modo Alexandri Magni rerum fulgore, sed etiam Herculis propè ac liberipatris. Igitur Sicilia recuperata, vnde primum Syllanus in Reip. causa exoriens auspicatus est: Africa verò tota subacta, & in ditionem redacta, Magnique nomine spolio inde capto, eques Ro. (id quod antea nemo) curru triumphali reuectus est: & statim ad solis Occasum transgressus, excitationis in Pyrenæo trophæis, oppida dccc lxxvj. ab Alpibus ad fines Hispaniæ vterioris in ditionem redacta victoriæ suæ ascripsit, & maiore animo Sertorium tacuit: belloque ciuili (quod omnia externa conciebat) extincto, iterum triumphales currus eques Ro. induxit, toties Imperator, antequam miles. Postea ad tota maria & deinde Solis ortus missus, hos retulit patriæ titulos, more sacris certaminibus vincentium. Neque enim ipsi coronantur, sed patrias suas coronant. Hos ergo honores vrbi tribuit in delubro Mineruæ, quod ex manubiis dicabat. Cn. Pompeius Magnus Imp. bello xxx. annorum confecto, fufis, fugatis, occisis, in ditionem acceptis hominum vices semel ceteris lxxxiiij. m. depressis aut captis nauibus dcccxlvj. oppidis, castellis m. d. xxxv iij. in fidem receptis terris à Mæotis lacu ad Rubrum mare subactis, votum meritò Mineruæ. Hoc est breuiarium eius ab Oriente. Triumphus verò, quem duxit ad tertium Calendas Octobres M. Messala, M. Pisone Consulibus, præfatio hæc fuit: CVM ORAM maritimam à prædonibus liberasset, & imperium maris populo Romano restituisset, ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia Syria, Scythis, Iudæis, Albanis, Iberia, insula Creta, Bæsternis, & super hæc de regibus Mithridate atque Tigrane triumphauit. Summa summarum in illo gloria fuit (vt ipse in concione dixit, cum de rebus suis differeret) Asiã vltimã prouinciarum accepisse, eandemque mediam patriæ reddidisse. Si quis è contrario simili modo velit persensere Cæsaris res, qui maior illo apparuit, totum profectò terrarum orbem enumeret: quod infinitum esse conueniet.

Laus Catonis primi.

CAP. XXVII.

CÆTERIS virtutum generibus variè & multi fuere præstantes. Cato primus Porciæ gentis, tres summas in homine res præstitisse existimatus est, optimus Orator, optimus Imperator, optimus Senator: quæ mihi omnia, etiam si non prius, attamen clariùs fulsisse in Scipione Æmiliano videntur: dempto prætereà plurimorum odio, quo Cato laborauit. Itaque sit proprium Catonis, quater & quadragies causam dixisse: nec quemquam sapius postulatum, & semper absolutum.

Item de fortitudine.

CAP. XXVIII.

FORTITUDO in quo maxime extiterit, immense quæstionis est, utiq; si recipiatur poetica fabulofitas. Q. Ennius T. Cæciliū Teucrura, fratremq; eius præcipuè miratus, propter eos sextum adiecit Annalē. L. Siccus Dentatus, qui Tribunus plebei fuit, Sp. Tarpeio, A. Æternio Consulibus, haud multo post exactos reges, vel numerosissima suffragia habet, centies vices preliatus, octies ex prouocatione victor, xlv. cicatricibus aduerso corpore insignis. nulla in tergo. Item spolia cepit xxxiiij. donatus hastis puris duode-

uiginti, phaleris xxv. torquibus tribus & lxxx. armillis clx. coronis xxvj. ciuicis xliij. aureis viij. muralibus iij. obsidionali vna, fisco æris, x. captiuis & xx. simul bubus, Imperatores ix. ipsius maxime opera triumphantes secutus: præterea (quod optimū in operibus eius reor) vno ex ducibus T. Romulio ex Consulatu ad populū conuicto malè acti imperij rei militaris. Haud minora forent Manlij Capitolini decora, ni perdidisset illa exitu vitæ. Ante decimum septimum annum bina ceperat spolia. Primus omnium eques coronam muralem acceperat, vj. ciuicas, xxxvj. dona. xxxiiij. cicatrices aduerso corpore exceperat: P. Seruiliam Magistrum equitum seruauerat, ipse vulneratus humerum ac femur. Super omnia, Capitolium summamque rem in eo solus à Gallis seruauerat, si non regno suo seruasset. Verum sunt in his quidè virtutis opera magna, sed maiora fortuna. M. Sergio, vt quidem arbitror, nemo quemquā hominū iure prætulit: licet pronepos Catilina gratiam nomini deroget. Secundo stipendio dexteram manum perdidit: stipendiis duobus ter & vicies vulneratus est: ob id neutra manu, neutro pede fati utilis: vno tantum seruo, plurimis postea stipendiis debilis miles. Bis ab Annibale captus (neque enim cum quolibet hoste res fuit) bis vinculorum eius profugus, xx. mensibus nullo non die in catenis aut compedibus custoditus. Sinistra manu sola quater pugnavit, duobus equis insidente eo suffossis. Dexteram sibi ferrè fecit, eaque religata præliatus, Cremonam obsidione exemit, Placentiam tutatus est: duodena castra hostium in Gallia cepit: quæ omnia ex oratione eius apparent, habita cum in Prætura sacris arceretur à collegis vt debilis. Quos hic coronarum acervos constructuras hoste mutato? Etenim plurimum refert, in quæ cuiusque virtus tempora inciderit. Quas Trebia Ticinusque aut Trasymenus ciuicas dedere? Quæ Cannis corona merita? vnde fugisse, virtutis summū opus fuit. Cæteri profecto victores hominum fuere, Sergius vicit etiam fortunam.

De ingenis siue laudibus quorundam ab ingenis.

C A P. X X I X.

Ingeniorum gloriæ quis possit agere delectum, per tot disciplinarum genera, & tantam rerum operumque varietatem? nisi fortè Homero vate Græco, nullum ^a feliciter extitisse conuenit, siue operis fortuna, siue materia æstimetur. Itaque Alexander Magnus (etenim insignibus iudiciis optimè citraque inuidiam tam superba censura peragetur) inter spolia Darij Persarum regis vnguentorum scrinio capto, quod erat auro gemmisque ac margaritis pretiosum, varios eius vsus amicis demonstrantibus (quando tædebat vnguenti bellatorem & militia fordidum) imò Hercule, inquit, librorum Homeri custodiæ detur: vt pretiosissimum humani animi opus, quàm maximè diuiti opere seruaretur. Idem Pindari vatis familiæ penatibusque iussit parci, cum Thebas caperet. Aristotelis philosophi patriam condidit: tantæque rerum claritati, tam benignum testimonium misit. Archilochi Poëtæ ^b interfectores Apollo arguit Delphis. Sophoclem tragici cothurni principem defunctum sepeliri Liber pater iussit, ob sidetibus mœnia Lacedæmoniis: Lyfandro eorum rege in quiete sepius admonito, vt pateretur humari delicias suas. Requisiuit rex quis supremum diem Athenis obiisset: nec difficulter ex iis, quem Deus significasset: intellexit: pacemque funeri dedit.

De Platone, Ennio, Virgilio, M. Varrone, & M. Cicerone.

C A P. X X X.

Platoni sapientiæ antistiti Dionysius tyrannus, aliàs sæuitiæ superbiæque natus, vittam nauem misit obuiam: ipse quadrigis albis egredientem in litore excepit. Viginti talentis vnam orationem Isocrates vendidit. Æschines Atheniësis summus Orator, cum accusationem, qua fuerat vsus, Rhodi legisset, legit & defensionem Demosthenis, ob quā in illud depulsus fuerat exilium: mirantibusque, tum magis fuisse miraturos dixit, si ipsum orantem audiissent: in calamitate testis ingens factus inimici. Thucydidem Imperatorem Athenienses in exilium egere, rerum conditorem reuocauere, eloquentiam mirati, cuius virtutem damnauerant. Magnum & Menandro in comico focco testimonium regum Ægypti & Macedonia contigit, classe & per legatos petito: maius ex ipso, regiæ fortunæ prælata literarum conscientia. Perhibuere & Romani proceres etiam exteristestimoniam. Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello, intraturus P

sidonii Cicerone
sapientiæ professione

fessione clari domum, fores percuti de more à lictore vetuit; & fascis lictorios ianuæ submisit is, cui se Oriens Occidensque submiserat. Cato Censorius, in illa nobili triumphantis procerum ab Athenis legatione, audito Carneade, quàm primùm legatos eos censuit dimittendos: quoniam illo viro argumentante, quid veri esset haud facile discerni posset. Quanta morura commutatio? Ille semper alioquin vnuerfos ex Italia pellendos censuit Græcos: at pronepos eius Vticensis Cato, vnum ex tribunatu militum philosophum, alterum ex Cypria legatione deportauit. Eandemque linguam ex duobus Catonibus, in illo^a abieciisse, in hoc importasse, memorabile est. Sed & nostrorum gloriam^a abegisse, illud nomen, imò verò spoliū ex tertia orbis parte raptū, in cinere supremo cum Poëtæ titulo legi. Diuus Augustus carmina Virgilij cremari contra testamenti eius verecundiam vetuit: maiusque ita vati testimonium contigit, quàm si ipse sua carmina probauisset. M. Varronis in bibliotheca, quæ prima in orbe ab Asinio Pollione ex manubiis publicata Romæ est, vnus viuētis posita imago est: haud minore (vt equidem reor) gloria, principe oratore & ciue, ex illa ingeniorum, quæ tunc fuit, multitudine, vni hanc coronam dante, quàm cum eidem Magnus Pompeius piratico ex bello naualem dedit. Innumerabilia deinde sunt exempla Romana, si persequi libeat: cum plures vna gens in quocunque genere eximios tulerit, quàm ceteræ terræ. Sed quo te M. Tulli piaculo taceam? quòve maximè excellentem insigni prædicem? quo potius, quàm vnuerfi populi illius gentis amplissimo testimonio,^b & tota vita tua Consulatus tantum operibus electis? Te dicente, legem agrariam, hoc est alimenta sua, abdicauerunt tribus: te suadente, Roscio theatralis auctori legis ignouerunt, notatasq; se discrimine sedis æquo animo tulerunt: te orante, proscriptorum liberos honores petere puduit: tuum Catilina fugit ingenium: tu M. Antonium proscripsisti. Salue primus omnium parens patriæ appellate, primus in toga triumphum, linguæque lauream merite, & facundiæ Latiarumque literarum parens: atque (vt dictator Cæsar hostis quòdam tuus, de te scripsit) omnium triumphorum lauream adepte maiorem, quanto plus est, ingenij Romani terminos in tantum promouisse, quàm imperij.

De morum maiestate.

C A P. XXXI.

Reliquis animi bonis, præstitere ceteros mortales sapientia, ob id Cati, Corculi, apud Romanos cognominati. Apud Græcos Socrates, oraculo Apollinis Pythij prælati cunctis.

De autoritate.

C A P. XXXII.

Rursus mortales oraculorum societatem dedere Chiloni Lacedæmonio, tria præcepta eius Delphis consecrando aureis literis, quæ sunt hæc: Nosse se quenq;: & Nihil nimium cupere: Comitumque æris alieni atque litis, esse miseriam. Quin & funus eius, cū victore filio Olympiæ expirasset gaudio, tota Græcia profecuta est.

De diuinitate.

C A P. XXXIII.

Diuinitas, & quædam cælitum societas nobilissima, ex sceminis in Sibylla fuit: ex viris in Melampode apud Græcos, apud Romanos in Marcio.

De Nasica.

C A P. XXXIII.

Vir optimus semel à condito æuo iudicatus est Scipio Nasica, à iurato Senatu. Idem in toga candida bis repulsa notatus à populo. In summa, ei in patria mori non licuit: non Hercule magis, quàm extra vincula illi sapientissimo ab Apolline iudicato Socrati.

De pudicitia.

C A P. XXXV.

Pudicissima scemina semel matronarum sententia iudicata est Sulpitia Paterculi filia, vxor Fuluij Flacci: electa ex centum præcipuis, quæ simulacrum Veneris ex Sibyllinis libris dedicaret. Iterum religionis experimento Claudia, inducta Romam Deum matre.

De pietate.

C A P. XXXVI.

Pietatis exempla infinita quidem toto orbe extitere, sed Romæ vnum, cui comparari cuncta non queant. Humilis in plebe, & ideo ignobilis puerpera supplicij causa cai-

cere inclusa matre, cum impetrasset aditum, à ianitore semper excussa ne quid inferret cibi, deprehensa est vberibus suis alens eam. Quo miraculo, matris salus^a donata pietati est, ambæque perpetuis alimentis, & locus ille eidem consecratus Deæ, C. Quintio, M. Aëlio c o s s. templo Pietatis extructo in illius carceris sede, vbi nunc Marcelli theatrum est. Gracchorum pater, anguibus prehensis in domo, cum respóderetur, ipsum victurum alterius sexus interempto: imò verò, inquit, meum necate: Cornelia enim iuuenis est, & parere adhuc potest. Hoc erat vxori parcere, & reipublicæ consulere. Idque mox consecutum est. M. Lepidus Apuleiæ vxoris charitate post repudium obiit. P. Rutilius morbo leui impeditus, nuntiata fratris repulsa in Consulatus petitione. illico expirauit. P. Catienus Philotimus, patronum adeo dilexit, vt hæres omnibus bonis institutus, in rogam eius se iaceret.

De artium plurimarum excellentia, Astrologia, Grammatica, Geometria.

C A P. XXXVII.

Variarum artium scientia innumerabiles enituere, quos tamè attingi par sit, florem hominum libantibus: Astrologia Berofus, cui ob diuinas prædictiones Athenienses publicè in gymnasio statuam inaurata lingua statuere. Grammatica Apollodorus, cui Amphictyones Græciæ honorem habuere. Hippocrates medicina: qui venientem ab Illyriis pestilentiam prædixit, & discipulos ad auxiliandum circa vrbes dimisit: quod ob meritum honores illi, quos Herculi, decreuit Græcia. Eandem scientiam in Cleombroto Ceo Ptolemæus rex Megalensibus sacris donauit C. talentis, seruato Antiocho rege. Magna & Critobulo fama est, extracta Philippi regis oculo sagitta, & citra deformitatē oris curata orbitate luminis. Summa autem Asclepiadi Prusiensi, condita noua secta, spretis legatis & pollicitationibus Mithridatis regis, reperta ratione, qua vinum ægris medetur, relato è funere homine & seruato: sed maximè sponcione facta cum fortuna, ne medicus crederetur, si vnquam inualidus vllō modo fuisset ipse: & victor suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus est. Grande & Archimedi Geometricæ ac machinalis scientiæ testimonium M. Marcelli contigit, interdicto, cum Syracusæ caperentur, ne violaretur vnus, nisi fefellisset imperium militaris imprudētia. Laudatus est & Ctesiphō Gnosius, æde Ephesiæ Dianæ admirabiliter fabricata: Philon, Athenis armamentario mille nauium, Ctesibius, pneumatica ratione & hydraulicis organis repertis: Dinocrates, metatus Alexandro condente in Ægypto Alexandriam. Idem hic Imperator edixit, ne quis ipsum alius, quàm Apelles, pingeret: quàm Pyrgoteles, sculperet: quàm Lysippus ex ære duceret: quæ artes pluribus inclaruere exemplis.

Item mira opera artificis.

C A P. XXXVIII.

ARistidis Thebani pictoris vnā tabulam, centum talentis rex Attalus licitatus est. Octoginta emit duas Cæsar Dictator, Medeam & Aiace[m] Timomachi, in templo Veneris Genetricis dicaturus. Candaules rex Bularchi picturam Magnetum exitij medicis spatij pari rependit auro. Rhodum non incendit rex demetrius, Expugnator cognominatus, ne tabulam Protogenis cremaret, à parte ea muri locatam. Praxiteles marmore nobilitatus est, Gnidiæque Venere, præcipuè vefano amore cuiusdam iuuenis insigni: & Nicomediæ æstimatione regis, grandi Gnidorum ære alieno permutare eam conati. Phidias Iupiter Olympius quotidie testimonium perhibet, Mentori capitolinus & Diana Ephesia, quibus fuere consecrata artis eius vasa.

De seruitis.

C A P. XXXIX.

Pretium hominis in seruitio geniti maximum ad hanc diem (quod equidem comperim) fuit Grammaticæ artis Daphnidis, Cn. Pisarensi vendente, & M. Scauro principe ciuitatis IIIMDCC. sestertii licente. Excessere hoc in nostro æuo nec modicè histriones, sed libertatem suam mercati. Quippe cum iam apud maiores Roscius histriod H-s quingēta annua meritasse prodatur: nisi si quis in hoc loco desiderat Armeniaci bellipaulò antè propter Tyridatem gesti, dispensatorem, quem Nero H-s. CXX. M. manumisit. Sed hoc pretium belli, non hominis fuit, tam hercule, quàm libidinis, non formæ.

Prætor

^a Donati fia pietati

^b & vicit, supra in senecta lapsu scalarum exanimatus.
^c Cheriphō legendū videtur ex Strabon. lib. 13.

^d Expendit hunc locū Dandus lib. 2. de Affe. circa fin. tandemque in eam descendit sententiam vt sic legendum censat, e. e. c. M. DCC. lxx sestertis.

Pæzontem è spadonibus Seiani iij. M. D. mercante Sutorio Prisco. Quam quidem iniuriam lucrificet ille mercatus in luctu ciuitatis, quoniam arguere nulli vacabat.

De præstantia gentium.

CAP. XL.

Gentium in toto orbe præstantissima vna omni virtute haud dubiè Romana extitit. Felicitas cui præcipua fuerit homini, non est humani iudicij: cum prosperitatem ipsam alius alio modo, & suoapte ingenio quisque terminet. Si verum facere iudiciũ volumus, ac repudiata omni fortunæ ambitione decernere, mortalium nemo est felix. Abundè igitur atque indulgenter fortuna decedit cum eo, qui iure dici non infelix potest. Quippe vt alia non sint, certè ne lassescat fortuna metus est: quo semel recepto, folida felicitas nõ est. Quid, quod nemo mortalium omnibus horis sapit? vtinamq; falsum hoc, & nõ à vate dictum quàm plurimi iudicent. Vana mortalitas, & ad circumscribendum seipsam ingeniosa, cõputat more Thraciæ gentis: quæ calculos colore distinctos, pro experimento cuiusq; diei in vnam cõdit, ac supremo die separatos dinumerat, atq; ita de quoque pronuntiat. Quid, quod iste calculi candore illo laudatus dies, originem mali habuit? Quàm multos accepta afflixere imperia? quàm multos bona perdidere, & vltimis mersere suppliciis? Ita nimirum bona, si cui inter illa hora in gaudio fuit. Ita est profectò, alius de alio iudicat dies, & tamen supremus de omnibus: ideòque nullis credendum est. Quid, quod bona malis paria non sunt, etiam pari numero, nec lætitia vllò minimò mœrore pensanda? Heu vana & imprudens diligentia: numerus dierum comparatur: vbi

quæritur pondus.

De felicitate summa.

CAP. XLI.

Vna fœminarum in omni æuo Lampido Lacedæmonia reperitur, quæ regis filia, regis vxor, regis mater fuit. Vna Pherenice, quæ filia, soror, mater Olympionicarum. Vna familia Curionum, in qua tres continua ferie oratores extiterunt. Vna Fabiorum, in qua tres continui principes Senatus, M. Fabius Ambustus, Fabius Rullianus filius, Q. Fabius Gurges nepos.

Varia exempla fortunæ.

CAP. XLII.

Cætera exempla fortunæ variantis innumera sunt. Etenim quæ fecit magna gaudia, nisi ex malis? aut quæ mala innumera, nisi ex ingentibus gaudiis?

De bis proscripto, L. Sylla, Q. Metello.

CAP. XLIII.

Seruauit proscriptum à Sylla M. Fidustium Senatorem, annis xxxvj. sed iterum proscriptus. Superstes Syllæ vixit vsque ad Antonium: costatque nulla alia de causa ab eo proscriptum, quàm quia proscriptus fuisset. Triumphare P. Ventidium de Parthis voluit quidè solum, sed eundem in triumpho Asculano Cn. Pompeij Strabonis duxit puerum: quanquam Massurius autor est, bis in triumpho ductum: Cicero, mulionem^a castrensem^{summa} suffarraneum fuisse: plurimi, iuuentam inopem in caliga militari tolerasse. Fuit & Balbus Cornelius maior Consul, sed accusatus, atq; de iure virgarum in eum, iudicium in consilium missus, primus externorum, atq; etiã in Oceano genitorum vsus illo honore, quem maiores Latio quoque negauerunt. Est & L. Fuluius inter insignia exèpla, Tusculanorum rebellantium Consul: eodemq; honore, cum trãssisset, exornatus cõfestim à populo Romano: qui solus eodè anno, quo fuerat hostis, Romæ triumphauit ex iis, quorum Consul fuerat. Vnus hominum ad hoc æui, felicitis sibi cognomen asseruit L. Sylla, ciuili nempe sanguine, ac patriæ oppugnatione adoptatus. Et quibus felicitatis inductus argumētis? quod proscribere tot millia ciuium ac trucidare potuisset. O praua interpretatio, & futuro tempore infelix. Non melioris fortis tunc fuere pereuntes, quorum miseremur hodie, cum Syllã nemo nõ oderit? Age, nõ exitus vitæ eius omnium proscriptorum ab illo calamitate crudelior fuit, erodente seipso corpore, & supplicia sibi gignente? Quod vt dissimulauerit, & supremo somnio eius (cui inmortuus quodammodo est) credamus, ab vno illo inuidiã gloria victam: hoc tamè nempe felicitati suæ defuisse confessus est, quod Capitolium nõ dedicauisset Quintus Metellus in ea oratione, quam habuit supremis laudibus patris sui L. Metelli, Pontificis, bis Consulis, Dictatoris, Magistri equitum, Quindecimviri agris

a legendum videtur. Quibus plurimos elephatos cuius ceteris non author ipse nobis est Plinius, a Plinio, L. Floro, & L. Iulij epistola.

dandis, ^a qui primus elephantos primo Punico bello duxit in triumpho, scriptum reliquit: decem maximas res optimasque, in quibus quærendis sapientes ætatem exigent, consummasse eum. Voluisse enim primarium bellatorem esse, optimum oratorem, fortissimum Imperatorem, auspicio suo maximas res geri, maximo honore uti, summa sapientia esse, summum Senatorem haberi, pecuniam magnam bono modo inuenire, multos liberos relinquere, & clarissimum in ciuitate esse. Hæc contigisse ei, nec vlli alij post Romam conditam, longum est refellere & superuacuum, abundè vno casu refutante. Si quidem is Metellus orbam luminibus exegit fenestram, amissis incendio, cum Palladium raperet ex æde Vestæ, memorabili causa, sed euertu misero. Quo fit, vt infelix quidem dici non debeat, felix tamen nõ possit. Tribuit ei populus Roman. quod nunquam vlli alij ab cõdito quo, vt quoties in Senatum iret, curru veheretur ad curiam. Magnum & sublimè, sed pro oculis datum.

De altero Metello.

CAP. XLIII.

b vno Prætorio, vt Plinio, L. Floro, & dignitate

d à dånato suo:

HVius quoque Q. Metelli, qui illa de patre dixerat, filius, inter rara felicitatis humanæ exempla numeratur. Nam pater honores amplissimos, cognoménque è Macedonia, quatuor filiis illatus rogo, ^b vno Prætorio, tribus Consularibus, duobus Triumphalibus, vno Censorio: quæ singula quoque paucis contigere: in ipso tamen flore ^c dignationis suæ ab Catinio Labeone, cui cognomen fuit Macerioni, Tribuno plebis, quem è Senatu Censor eiecerat, reuertens è campo Meridiano tempore, vacuo foro & Capitolio, ad Tarpeium raptus, vt præcipitaretur, conuolante quidem tam numerosa illa cohorte, quæ patrem eum appellabat, sed (vt necesse erat in subito) tardè & tâquam in exequias, cum resistendi sacroq; sanctum repellendi ius non esset, virtutis suæ opera & Censuræ periturus, ægrè Tribuno, qui intercederet, reperto, à limine ipso mortis reuocatus: alieno beneficio postea vixit, bonis inde etiam consecratis ^d à damnato suo: tanquam parum esset, faucium certè intortarum, expressiq; per aures sanguinis pœnam exactam esse. Equidem & Africani sequentis inimicum fuisse, inter calamitates duxerim, ipso teste Macedonico. Siquidem liberis dixit: Ite filij, celebrate exequias, nunquam cuius maioris funus videbitis. Et hoc dicebat iam Balearicis & Creticis & Diadematis, iam Macedonicus ipse. Verùm vt illa sola iniuria æstimetur, quis hunc iure felicem dixerit, perditatum ad libidinem inimici, nec Africani saltem, perire? quos hostes vicisse tanti fuit? aut quos non honores currusque illa sua violentia fortuna retroegit, per mediam urbem Censore tracto, (etenim sola hæc moriendi ratio fuerat) tracto in Capitolium illud, in quod triumphans ipse de eorum exuuiis, ne captiuos quidem sic traxerat. Maius hoc scelus felicitate consecuta factum est, periclitato Macedonico vel funus tantum ac tale perdere, in quo à triumphalibus liberis portaretur in rogum, velut exequiis quoq; triumphans. Nulla est profecto solida felicitas, quam contumelia vlla vitæ rumpit, nedum tanta. Quod superest, nescio morum gloriæ an indignationis dolori accedat, inter tot Metellos tam sceleratam Catinij audaciam semper fuisse inultam.

De Diuo Augusto.

CAP. XLV.

40

e Perusellio, & tridui in palude agro ti, & (vt latetur Agrippa & Mecænas) aqua subter cutem fusa turgidi latebra

IN Diuo quoque Augusto, quem vniuersa mortalitas in hac Censura nuncupat, si diligenter æstimentur cuncta, magna fortis humanæ reperiantur volumina. Repulsa in Magisterio equitum apud auunculum, & contra petitionem eius prælatus Lepidus: proscriptiois inuidia, collegium in Triumviratu pessimorum ciuium, nec æqua saltem portione, sed prægravi Antonio: Philippenfi prælio morbus, fuga, ^e & triduo in palude latebræ ægroti: & (vt fatentur Agrippa & Mecænas) aqua subter cutem fusa turgida latebra: naufragia Sicula, & alia ibi quoque in spelunca occultatio. Iam in nauali fuga vrgente hostium manu, preces Proculeio mortis admotæ: cura Perusina cõtentionis: sollicitudo Martis Actiaci: Pannonici belli ruina è turri: tot seditiones militum, tot ancipites morbi corporis: suspecta Marcelli vota, pudenda Agrippæ ablegatio, toties petita insidiis vita, incusata liberorum mortes, luctusque non tantum orbitate tristes: adulterium filix, & confi-

consilia parricidæ palàm facta: contumeliosus priuigni Neronis secessus: aliud neptis adulterium: iuncta deinde tot mala: inopia stipendij, rebellio Illiryci, feruitiorum delictus, iuuentutis penuria: pestilentia vr̄bis, fames sitisque Italiae, destinatio expirandi, & quadridui inedia maior pars mortis in corpus recepta: iuxta hæc Variana clades, & maiestatis eius scæda fugillatio, abdicatio Posthumi Agrippæ post adoptionem, desiderium post relegationem: inde suspicio in Fabium, arcanorumque prodicionem: hinc vxoris & Tiberij cogitationes suprema eius cura. In summa, Deus ille, cælumque nescio adeptus magis, an meritis, hærede hostis sui filio excessit.

Quos beatissimos dy iudicauerunt.

CAP. XLVI.

10 **S**ubeunt in hac reputatione Delphica oracula, velut ad castigandam hominum vanitatem à Deo emissa. Duo sunt hæc: Phedium felicissimum, qui pro patria proximè occubisset. Iterum à Gyge rege tunc amplissimo terrarum cōsultum, Aglaum Psofidium esse feliciorum. Senior hic in angustiissimo Arcadiæ angulo paruum, sed annuis vitibus largè sufficiens, prædium colebat, nunquam ex eo egressus: atque (vt è vitæ genere manifestum est) minima cupidine minimum in vita mali expertus.

Quem viuentem, vt Deum, coli iusserunt.

CAP. XLVII.

20 **C**onsecratus est viuus sentiensque oraculi eiusdem iussu, & Iouis deorum summi astipulatu, Euthymus pyæta, semper Olympiæ victor, & semel victus. Patria ei Locri in Italia: ibi imaginem eius & Olympiæ alteram eadem die tactâ fulmine, Callimachum vt nihil aliud, miratum video, Deumque iussisse sacrificari: quod & viuo factitatum & mortuo: nihilque adeò mirum aliud, quam hoc placuisse Diis.

De spatij vitæ longissimis.

CAP. XLVIII.

30 **D**E spatio atque longinquitate vitæ hominum, non locorum modò situs, verùm exempla, ac sua cuique fors nascendi incertum fecere. Hesiodus, qui primus aliqua de hoc prodidit, fabulosè (vt reor) multa de hominum æuo referens, cornici nouem nostras attribuit ætates, quadruplum eius ceruis, id triplicatum coruis. Et reliqua fabulosius in Phœnice ac Nymphis. Anacreon Poëta Arganthonio Tartessorum regi c. l. tribuit annos, Cinyræ Cypriorum x. annis amplius, Ægimio c. c. Theopompus Epimenidi Gnostio clvij. Hellanicus quosdam in Ætolia Epiorum gentis c. c. explere. Cui astipulatur Damastes, memoras. Pictorem ex iis præcipuum corpore viribusque, etiam c. c. vixisse. Ephorus Arcadum reges c. c. annis. Alexander Cornelius, Dandonem quendam in Illyrico c. c. c. c. vixisse. ^a Xenophon in Periplo, maritimorum regē c. c. c. c. c. atque vt parcè mentitus, filium eius d. c. c. c. quæ omnia inscitia temporum acciderunt. Annum enim alij ætate vnum determinabāt, & alterum hyeme: alij quadripartitis temporibus sicut. Arcades, quorum anni trimestres fuere: quidā Lunæ senio, vt Ægyptij: itaque apud eos aliqui & singula millia annorum vixisse produntur. Sed vt ad confessa transeamus, Arganthonium Gaditanum octoginta annis regnasse, propè certum est: putant quadragesimo cœpisse. Masinissam sexaginta annis regnasse, indubitatum est: Gorgiam Siculū centum & octo vixisse. Q. Fabius Maximus sexaginta tribus annis Augur fuit. M. Perpenna, & nuper L. Volusius Saturninus, omnium quos in Consulatu sentētiam rogauerant, superstites fuere. Perpenna septem reliquit ex iis, quos Censor legerat: vixit annos x. cvij. Qua in re & illud adnotare succurrit, vnum omnino quinquennium fuisse, quo Senator nullus moreretur: cum Flaccus & Albinus Censores lustrum condidere vsque ad proximos Censores, ab anno vr̄bis quingentesimo septuagesimo nono. M. Valerius Coruinus c. annos impleuit: cuius inter primum & sextum Cōsulatum xlvj. anni fuere. Idem sella curuli semel ac vicies sedit, quoties nemo alius. Æquavit eius vitæ spatium Metellus Pontifex. Et ex fœminis Liuia Rutilij x. cvij. annos excessit: Statilia Claudio principe ex nobili domo nonagintanouē: Terentia Ciceronis c. iij. Clodia Oflij c. xv. hæc quidem etiam enixa quindecies. Luceia mimæ centum annis in scæna pronuntiauit. 40 **G**aleria Copiola Emboliaria reducta est in scenam; Cn. Pompeio, Q. Sulpitio c. o. s. ludis pro salute Diui Augusti votiuis, annum centesimum quartum agens: quæ producta fue-

a Val Max. lib. 8. c. de senectute hanc ceteram referens historiam, citansque Xenophorem, non in Periplo, sed in ceteris scriptis, hoc est de senectute. Latini autem regem, quæ videtur non, vobis, maritimorum. In hoc tamen a vulg. et Pliny lectione discrepat, quod Latini regi octogentos annos, filia autem eius sedecim legerent.

rat tyrocinio à M. Pomponio Ædili plebis, C. Mario, Cn. Carbone Consulibus, ante annos nonagintaunum: & à Magno Pompeio magni theatri dedicatione, anus pro miraculo reducta. Samulam quoq; centum decem annis vixisse, autor est Asconius Pedianus. Minus miror Stephanionē (qui primus togatus saltare instituit) vtrisque secularibus ludis saltasse, & diui Augusti, & quos Claudius Cæsar Consulatu suo quarto fecit, quando lxxij. non amplius anni interfuere, quanquam & postea diu vixit. In Tmoli mōtis cacumine, quod vocant Tempſin, cl. annis viuere, Mutianus autor est. Totidem annos censum Claudij Cæsaris Censura T. Fullonium Bononiensem: idque collatis censibus, quos antè detulerat, vitæque argumentis (etenim id curæ principi erat) verum apparuit.

De varietate nascendi.

CAP. XLIX.

10

Poscere videtur locus ipse sideralis scientiæ sententiam. Epigenes cxxij. annos impleri negavit posse: Berosus excedi cxxvij. Durat & ea ratio, quam Petosiris ac Necessos tradiderunt, & tetartemorion appellant, à trium signorum portione, qua posse in Italiæ tractu cxxvj. annos vitæ contingere apparet. Negauere illi quenquam xc. partium exortiuam mensuram (quod anaphoras vocant) transgredi, & has ipsas incidi occurſu maleficorum siderum, aut etiam radiis eorum, Solisque. Rursus^a Æsculapij secta, quæ stata vitæ spatia à stellis accipi dicit, sed quantum plurimum tribuat, incertū est. Rara autem esse dicunt longiora tempora, quando quidem momentis horarum insignibus Lunę dierumve septem atque ix. (quæ nocte ac die obseruantur) ingens turba nascatur, scansili annorū lege occidua, quam climacteras appellant, non ferè ita genitis liij. 20 annum excedentibus. Primū ergo artis ipsius inconstantia declarat, quā incerta res sit. Accedunt experimenta & exempla recentissimi census, quæ intra quadriennium Imperatores Cæsares Vespasiani, pater filiisque Censores egerunt. Nec sunt omnia vasaria excutienda: mediæ tantū partis, inter Apenninum Padūmque, ponemus exempla. Centum viginti annos Parmę tres edidere, Brixelli vnus. cxxv, Parmæ duo. cxxx, Placentiæ vnus. cxxxi, Fauentiæ vna mulier. cxxxiij. Bononiæ L. Terētius Marci filius, Arimini verò M. Aponius. c. & L, Tertulla, cxxxvij. Circa Placentiam in collibus oppidum est Velleiacium, in quo cx. annos sex detulere, quatuor cētenos vicos, vnus cxl. M. Mutius M. filius, Galerius Felix. Ac ne pluribus moremur in re cōfessa, in regione Italiæ octaua centenūm annorum censi sunt homines liij. centenūm denūm homi- 30 nes lvij. centenūm vicensūm quinūm homines duo, centenūm tricenūm homines quatuor, centenūm tricenūm quinūm aut septenūm totidem, centenūm quadragenūm homines tres. Alia mortalitatis inconstantia: Homerus eadem nocte natos Hectorem & Polydamanta tradit, tam diuersæ sortis viros. C. Mario, Cn. Carbone iij. coss. ad quintum, Calend. Iunias, M. Cecilius Rufus & C. Licinius Caluus eadē die geniti sunt oratores quidem ambo, sed tam dispari euentu. Hoc etiam iisdem horis nascentibus in toto mundo quotidie euenit, pariterque domini ac serui gignuntur, reges & inopes.

In morbis varia exempla.

CAP. L.

Pvblius Cornelius^b Rufus, qui Consul cum M. Curio fuit, dormiens oculorum visum amisit, cum id sibi accidere somniaret. E diuerso^c Phalereus tum deploratus à medi- 40 cis vomicæ morbo, cum mortē in acie quæreret, vulnerato pectore medicinam inuenit ex hoste. Q. Fabius Maximus Consul apud flumen Isaram prælio cōmissio aduersus Allobrogum Auernorūmque gentes, ad vj. Idus Augustas cxxx. M. perduellium cæsis, febri quartana liberatus est in acie. Incertum ac fragile nimirum est hoc munus naturæ, quicquid datur nobis: malignum verò & breue etiam in iis, quibus largissimè cōtingit, vniuersum vtique æui tempus intuentibus. Quid, quod æstimatione nocturnæ quietis, dimidio quisque spatio vitæ suæ viuit? pars æqua morti similis exigitur, aut pœnæ, nisi contingit quies. Nec reputantur infantia anni, qui sensu carent, non senectæ in pœnam viuacis. Tot periculorum geneta, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuocata morte, vt nullum frequentius sit votum. Natura verò nihil hominibus breuitate vitæ præsti- 50 tit melius. Hebescunt sensus, membra torpēt, pre-moritur visus, auditus, incessus, dentes etiam

^a Alias Æsclepiadis, cuius & in Indis meminit, & lib. 7. cap. 37. noua scēta cōditorem nominat.

^b Vetus lectio, Rufinus, adspulante Valerio Max. L. Floro, Eutropio, Lino, Gellio.

^c T. Phereus, Is. cum depl. & c. ad stipulante Val. Max.

etiam ac ciborum instrumenta: & tamē vitæ hoc tempus annumeratur. Ergo pro miraculo & id solitarium reperitur exemplum, Xenophilum Musicum centum & quinque annis vixisse sine vlllo corporis incommodo. At Hercule reliquis omnibus per singulas membrorum partes, qualiter nullis aliis animalibus, certis pestifer calor remeat horis aut rigor, neque horis modo, sed & diebus noctibusq; trinis quadrinisve, etiam anno toto. Atque etiam morbus est aliquis, per sapiētiam mori. Morbis enim quoque quasdam leges natura posuit. Quadrini circuitus febrem, nunquam bruma, nunquam hybernis mensibus incipere: quosdam post sexagesimum vitæ spatium non accidere: alios pubertate deponi, à sceminis præcipuè. Senes minimè sentire pestilentiam. Nanque & vniuersis gentibus ingruunt morbi, & generatim modò seruitiis, modò procerū ordini, aliosq; per gradus. Qua in re^a obseruatum, à meridianis partibus ad occasum Solis pestilentiam semper ire: nec vnquam ferè aliter nisi hyeme, nec vt ternos excedat menses.

^a Mer. obseruatum in Meridianis

De signis mortis.

CAP. LI.

IAm signa letalia: in furoris morbo risum: sapientiæ verò ægritudine, simbriarum curam & stragulæ vestis plicaturas, à somno mouentium neglectum, præfandi humoris è corpore effluuium: in oculorum quidem & narium aspectu indubitata maximè, atque etiam supino assiduè cubitu: venarum inæquabili aut formicante percussu: quæque alia Hippocrati principi medicinæ obseruata sunt. Et cum innumerabilia sint mortis signa, salutis securitatisque nulla sunt. Quippe cum Censorius Cato ad filium de validis quoq; obseruationem, vt ex oraculo aliquo, prodiderit, senilem iuuentam præmaturæ mortis esse signum. Morborum verò tā infinita est multitudo, vt Pherocydes Syrius copia fermentium ex corpore eius erumpente expirauerit. Quibusdam perpetua febris est, vt C. Mecœnati. Eidem triennio supremo nullo horæ momento contigit somnus. Antipater Sidonius Poëta omnibus annis vno die tantum natali corripiebatur febrī, & eo consumptus est fatis longa senectā.

De his qui elati reuixerunt.

CAP. LII.

A Viola Consularis in rogo reuixit: & quoniam subueniri non potuerat præualente flamma, viuus crematus est. Similis causa in L. Lamia Prætorio viro traditur. Nam C. Ælium Tuberonem Prætura functum à rogo relatum, Meissala Rufus, & plerique tradunt. Hæc est conditio mortalium: ad has & eiusmodi occasiones fortunæ gignimur, vt de homine ne morti quidem debeat credi. Reperimus inter exempla, Hermotimi Clazomenij animam relicto corpore errare solitam, vagamque è longinquo multa annuntiare, quæ nisi à præsentī nosci non possent, corpore interim semianimi: donec cremato eo inimici (qui Cantharidæ vocabantur) remeanti animæ velut vaginam ademerint. ^b Aristæi etiam visam euolantem ex ore in Procōneso, corui effigie, magna quæ sequitur fabulositate: quam equidem & in Gnosio Epimenide simili modo accipio. Puerum æstu & itinere fessum in specu septē & quinquaginta dormisse annis: rerum faciem mutationemque mirantem, velut postero experrectum die: hinc pari numero dierū senio ingruente, vt tamen in septimum & quinquagesimum atque centesimū vitæ duraret annum. Fœminarū sexus huic malo videtur maximè opportunus, conuersione vuluæ: quæ si corrigatur, spiritus restituitur. Huc pertinet nobile illud apud Græcos volūmen Heraclidis, septem diebus fœminæ exanimis ad vitam reuocata. Varro quoque autor est, xx. viris agros diuidentibus Capuæ, quendam qui efferretur feretro, domum remeasse pedibus. Hoc idem Aquini accidisse. Romæ quoque Corfidium materteræ suæ maritum funere locato reuixisse, & locatorem funeris ab eo elatum. Adicit miracula, quæ tota indicasse conueniat. E duobus fratribus equestris ordinis Corfidio maiori accidisse, vt videretur expirasse, apertoque testamento recitatum hæredem minorem funeri instituisse: interim eum, qui videbatur extinctus, plaudendo ^c conciuisse ministeria, & narrasse à fratre se venisse, commendatam sibi filiam ab eo. Demonstratum præterea, quo in loco defodisset aurum nullo conscio, & rogasse vt iis funebribus, quæ comparasset, efferretur. Hoc eo narrante, fratris domestici properè annuntiauerunt

^b Legendum est, ex Herodoto, Suidæ, Strabone, et alijs Græcis, ad vnum omnibus scriptorem hunc Procōnesum, Aristam non Aristileum nominariis.

^c conciuisse

exanimatum illum: & aurum, vbi dixerat, repertum est. Plena præterea vita est his vaticiniis, sed non conferenda, cum sæpius falsa sint, sicut ingenti exemplo docebimus. Bello Siculo Gabienus Cæsaris classarius fortissimus captus a Sext. Pompeio, iussu eius incisa ceruice, & vix coherente, iacuit in litore tota die. Deinde cum aduersperauisset, cum gemitu precibusque congregata multitudo petiit, vti Pompeius ad se veniret, aut aliquem ex charis mitteret: se enim ab inferis remissum, habere que nuntiaret. Misit plures Pompeius ex amicis, quibus Gabienus: Inferis diis placere Pompeij causas & partes suas: proinde euentum futurum, quem optaret: hoc se nuntiare iussum: argumentum fore veritatis, quod peractis mandatis, protinus expiraturus esset. Idque ita euenit. Post sepulturam quoque visorum exempla sunt: nisi quod naturæ opera, non prodigia conlectamur.

De mortibus repentinis.

CAP. LIII.

IN primis autem miraculo sunt atque frequenti mortes repentinæ, hoc est, summa vitæ felicitas, quas esse naturales docebimus. Plurimas prodidit Verrius: nos cum delictu modum seruabimus. Gaudio obiere, præter Chilonem, de quo diximus, Sophocles & Dionysius Siciliæ tyrannus, vterque accepto tragicæ victoriæ nuntio. Mater pugna illa Cannensi, filio incolumi viso contra falsum nuntium. Pudore Diodorus sapientiæ Dialecticæ professor, lusoria quæstione non protinus ad interrogationes Stilbonis dissoluta. Nullis euidentiis causis obiere, dum calciantur matutinò duo Cæsares, Prætor & Prætura perfunctus Dictatoris Cæsaris pater: hic Pisis exanimatus, ille Romæ. **Q** Fabius ²⁰ Maximus in Consulatu suo pridie Kalend. Ianuarias: in cuius locum ^a Rebilus paucissimarum horarum Consulatum petiit: Item C. Vulcatius Gurges Senator: omnes adeo sani atque tempestiui, vt de progrediendo cogitarent. **Q**. Amilius Lepidus iam egrediens incusso pollice limini cubiculi. C. Aufidius egressus cum in Senatum iret, offenso pede in comitio. Legatus quoque, qui Rhodiorum causam in Senatu magna cum admiratione orauerat, in limine Curia protinus expirauit progredi voiens. Cn. Bebius Pamphilus, Prætura & ipse functus, cum à puero quæsisset horas. A. Pompeius in Capitolio, cum Deos salutasset. M. Iuuentius Talua eos cum sacrificaret. C. Seruilius Panfa, cum staret in foro ad tabernam hora diei secunda, in P. Panfam fratrem innixus. Bebius iudex, cum vadimonium differri iubet. M. Terentius Corax, dum tabellas scribit in foro. Necnon & proximo anno, dum Consulari viro in aurem dicit, eques Romanus, ante Apollinem eboreum, qui est in foro Augusti. Super omnes C. Iulius medicus, dum inungit, specillum per oculum trahens. Iam L. Manlius Torquatus Consularis, cum in cœna placentam appeteret. L. Durius Valla medicus, dum mulsi potionem haurit. Ap. Saufeius, cum à balineo reuersus mulsum bibisset, ouumque sorberet. P. Quintius Scapula, cum apud Aquilium Gallum cœnaret. Decimus Saufeius scriba, cum domi suæ pranderet. Cornelius Gallus Prætorius, & T. Ætherius eques Rom. in Venere obiere. Et quos nostra adnotauit ætas, duo equestris ordinis in eodem Pantomimo Mythico, tum forma præcellente. Operosissima tamen securitas mortis in M. Ofilio Hilaro ab antiquis traditur, Comœdiarum histrione. Is cum populo admodum placuisset natali ⁴⁰ die suo, conuiuiumque haberet, edita cœna calidam potionem in pultario poposcit, simulque personam eius diei acceptam intuens, coronam è capite suo in eam transtulit, tali habitu rigens nullo sentiente, donec accubantium proximus tepescere potionem admoneret. Hęc felicia exempla: at contra miseriarum innumera. L. Domitius clarissimæ gentis apud Massiliam victus, Corfinij captus ab eodem Cæsare, veneno potio propter tædium vitæ, postquam biberat, omni ope vt viueret annexus est. Inuenitur in actis, Felice Ruffato auriga elato, in rogam eius vnum è fauentibus iecisse sese: friuolum dictum hoc gloriæ artificis daretur, aduersis studiis copia odorum corruptum criminantibus. Cum antè non multo M. Lepidus nobilissimæ stirpis, quem ^b euenti anxietate diximus mortuum, flammæ vi è rogo ciectus, recondi propter ardorem non potuisset, iuxta ⁵⁰ mentis alius nudus crematus est.

^a T. Caninius Rebilus
^b Magis placet diuortij, vt ex vetustis codicibus legit Pintianus, ipso presertim suffragante Plinio e spicibus lib. 36. vbi M. Lepidum Apuleio vxo vis desiderio post repudium tradit miseris se.

De sepultura.

CAP. LIIII.

IPsum cremare, apud Romanos non fuit veteris instituti: terra condebantur. At postquam longinquis bellis obrutos erui cognouere, tunc institutum. Et tamen multæ familiæ priscos seruauere ritus: sicut in Cornelia nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus. Idque voluisse, veritum talionem, eruto C. Marij cadauere. Sepultus intelligitur quoquo modo conditus: humatus verò humo contextus.

De anima, vel de Manibus.

CAP. LV.

POST sepulturam aliæ atque aliæ Manium ambages. Omnibus à suprema die eadem, quæ ante primum: nec magis à morte sensus vllus aut corpori aut animæ, quàm ante natalem. Eadem enim vanitas in futurum etiam se propagat, & in mortis quoque tempora ipsa sibi vitam mentitur: aliàs immortalitatem animæ, aliàs transfigurationem, aliàs sensum inferis dando, & Manes colendo, Deumque faciendo, qui iam etiam homo esse desierit: ceu verò vlllo modo spirandi ratio homini à cæteris animalibus distet, aut non diuturniora in vita multa reperiantur, quibus nemo similem diuinat immortalitatem. Quod autem corpus animæ^a persequitur materiam? vbi cogitatio illi? quomodo visus, auditus, aut quid agit? qui vsus eius? aut quod sine his bonum? Quæ deinde sedes, quantæ multitudo tot seculis animarum velut vmbrarum? Puerilium ista deliramentorum, auidæque nunquam desinere mortalitatis commenta sunt. Similis & de asseruandis corporibus hominum, ac reuiuiscendi promissa Democrito vanitas, qui non reuixit ipse. Quæ (malum) ista dementia est, iterari vitam morte? quæve genitis quies vnquam, si in sublimi sensus animæ manet, inter inferos vmbræ? Perdit profectò ista dulcedo credulitasque præcipuum naturæ bonum mortem, ^b ac duplicat obitus, si dolere etiam post futuri æstimatione euenit. Etenim si dulce viuere, cui potest esse vixisse? At quanto facilius certiusque, sibi quenque credere, ac specimen securitatis antegenitali sumere experimento.

^a Per se? quæ materia?^b Aliàs sic: Ac duplicat obituri dolorem etiam post futuri æstimatione.*Quæ quis inuenerit in vita.*

CAP. LVI.

CONsentaneum videtur, priusquam digrediamur à natura hominum, indicare quæ cuiusque inuenta sunt. Emere ac vendere instituit Liber pater. Idem diadema, regum insigne, & triumphum inuenit. Ceres frumenta. cum antea à glande vesceretur. Eadem ³⁰ molere & conficere in Attica, Italia, & Sicilia: ob id Dea iudicata. Eadem prima leges dedit: vt alij putauere, Rhadamanthus. Literas semper arbitror Assyrias fuisse: sed alij apud Ægyptios à Mercurio, vt Gellius: alij apud Syros repertas volunt. Vtrique in Græciam intulisse è Phœnice Cadmum sedecim numero. Quibus Troiano bello Palamedem adiecisse quatuor hac figura $\Theta \Xi \Phi \chi$. Totidem post eum Simonidem Melicum. $Z H \Psi \Omega$: quarum omnium vis in nostris recognoscitur. Aristoteles x & $v i i j$. prisca fuisse: $A B \Gamma \Delta E Z I K \Lambda M N O P R \Sigma T \Phi$: & duas ab Epicharmo additas Θx , quàm à Palamede mauult. Anticlides in Ægypto inuenisse quendam nomine Menona tradit xv. annis ante Phoroneum antiquissimum Græciæ regem: idq; monumentis approbare conatur. E diuerso Epigenes, apud Babylonios dccxx. annorum obseruationes siderum coetilibus ⁴⁰ laterculis inscriptas docet, grauis autor in primis: qui minimû, Berosus & Critodemus, cccc. lxxx. annorum. Ex quo apparet æternus literarum vsus. In Latium eas attulerunt Pelasgi Laterarias, ac domos constituerunt primi Euryalus & Hyperbius fratres Athenis: antea specus erant pro domibus. Gellio Doxius Cæli filius, lutei ædificij inuentor placet, exemplo sumpto ab hirundinum nidis. Oppidum Cecrops à se appellauit Cecropiam, quæ nunc est arx Athenis. Aliqui Argos à Phoroneo rege antea conditum volunt: quidam & Sicyonem. Ægyptij multò antea apud ipsos Diospolin. Tegulas inuenit ⁵⁰ Cinyra Agriopæ filius, & metalla æris, vtrûque in insula Cypro: Item forcipem, marcullum, vestem, incudem. Puteos Danaus, ex Ægypto aduectus in Græciam, quæ vocabatur Argos Diphsion. Lapidinas Cadmus Thebis, aut (vt Theophrastus) in Phœnice. Thracon muros. Turres, vt Aristoteles, Cyclopes: Tirynthij, vt Theophrastus. Ægyptij textilia: inficere lanas Sardibus Lydi. Fusos in lanificio Closter filius Arachnes: linum

*Ceres inuentio X frum.**Doxius inue for aedificij lutei.**Cinyra inuenit T. marcullum, T. forcipem*

& retia Arachne. Fulloniam artem Nicias Megarensis. Sutrinam Boëthius. Medicinam Ægyptij apud ipfos volunt repertam: alij per Arabum, Babylonis & Apollinis filium: Herbariam & medicamentariam à Chirone, Saturni & Phylliræ filio. Aes conflare & temperare, Aristoteles Lydum Scythen monstrasse, Theophaſtus Delam Phrygem putat. Ærariam fabricam alij Chalybas, alij Cyclopas. Ferrum Hefiodus in Creta eos, qui vocati ſunt Dactyli Idæi. Argentum inuenit Erichthonius Athenienſis, vt alij, Æacus. Auri metalla & conflaturam, Cadmus Phœnix ad Pangæum montem: vt alij, Thoas & Eaclis in Panchaia: aut Sol Oceani filius, cui Gellius medicinæ quoque inuentionem & mellis assignat. Plumbum ex Caſſiteride inſula primus apportauit Midacritus. Fabricam ferrariam inuenere Cyclopes. Figlinas Corcebus Athenienſis. In iis orbem Anacharſis Scythes, vt alij, Hyperbios Corinthius. Fabricam materiariã Dædalus, & in ea ferram, aſciam, perpendicularum, terebram, glutinum, Ichthyocollam: normam autem, & libellam, & tornum, & clauem Theodorus Samius. Menſuras & pondera, Phidon Argiuus: aut Palamedes, vt maluit Gellius. Ignem è filice Pyrodes Cilicis filius: eundem afferuare in ferula, Prometheus. Vehiculum cum quatuor rotis Phryges. Mercaturas Pœni. Culturas vitium & arborum Eumolpus Athenienſis. Vinum aqua miſceri Staphylus Sileri filius. Oleum & trapetas Ariſtæus Athenienſis. Idem mella. Bouem & aratrum Buzyges Athenienſis, vt alij Triptolemus. Regiam ciuitatem Ægyptij, popularem Attici. Poſt Theſeum tyrannus primus fuit Phalaris Agrigenti. Seruitium inuenere Lacedæmonij. Iudicium capitis in Ariopago primum actum eſt. Prælium Afri contra Ægyptios primum fecere fuſtibus, quos vocant phalangas. Clypeos inuenerunt Prætus & Acrifius inter ſe bellantes, ſiue Chalcus Athamantis filius. Loricam Midias Meſſenius. Galeam, gladium, haſtam Lacedæmonij. Ocreas & Criſtas Cares. Arcum & ſagittam Scythen Iouis filium, alij ſagittas Perſen Perſei filium inueniſſe dicunt: lanceas Ætolos, iaculum cum amento Ætolum Martis filium. Haſtas velitares Tyrrhenum, pilumque: Pentheſileam Amazonem ſecurim. Piſeum venabula, & in tormentis ſcorpionem Cretas, catapultam Syros, Phœnicas balliſtam & fundam. Æneam tubam Piſeum Tyrrhenum. Teſtudines Artemonē Clazomenium. Equum (qui nunc aries appellatur) in muralibus machinis Epeum ad Troiam. Equo vehi Bellerophonem. Frænos & ſtrata equorum Pelethronium. Pugnare ex equo Theſſalos, qui Centauri appellati ſunt, habitantes ſecundum Pelium montem. Bigas primum iunxit Phrygum natio, quadrigas Erichthonius. Ordinem exercitus, ſigni dationem, teſſeras, vigilias Palamedes inuenit Troiano bello. Specularem ſignificationem eodem Sinon. Inducias Lycanor. Fœdera Theſeus. Auguria ex auibus Car: à quo Caria appellata. Adiecit ex cæteris animalibus Orpheus. Aruſpicium Delphus, igniſpicia Amphiarus, auſpicia auium Tireſias Thebanus. Interpretationem oſtentorum & ſomniorum Amphiçtyon. Aſtrologiam Atlas Libyæ filius, vt alij, Ægyptij: vt alij, Aſſyrij. Sphæram in ea Mileſius Anaximander. Ventorum rationem Æolus Hellenis filius. Muſicam Amphion. Fiſtulam & monaulum Pan Mercurij: obliquam tibiam Midas in Phrygia: geminas tibias Marſyas in eadem gente, Lydios modulos Amphion: Dorios Thamyras Thrax: Phrygios Marſyas Phryx: Citharam Amphion: vt alij, Orpheus: vt alij, Linus. Septem chordis additis Terpander. Octauam Simonides addidit: nonam Timotheus. Cithara ſine voce cecinit Thamyras primus: cum cantu Amphion: vt alij, Linus. Citharœdica carmina compoſuit Terpander. Cum tibiis canere voce Trœzenius Dardanus inſtituit. Saltationem armatam Curetes docuere, pyrrhichen Pyrrhus, vtranque in Creta. Verſum heroicum Pythio oraculo debemus. De poëmatum origine magna quæſtio eſt. Ante Troianum bellum probantur fuiſſe. Proſam orationem condere Pherecydes Syrius inſtituit, Cyri regis ætate. Hiſtoriam Cadmus Mileſius. Ludos gymnicos in Arcadia Lycaon: funebres Acaſtus in Iolco: poſt eum Theſeus in Iſthmo. Hercules Olympiæ athleticam: Pythus pilam luſoriam, Gyges Lydius picturam in Ægypto: in Græcia verò Euchir Dædali cognatus, vt Ariſtoteli placet: vt Theophraſto, Polygnotus Athenienſis. Naue primus in Græciam

a T. Cecus.

b lithocollis,

c Diodorus

lib. 5. Ariſtæi

hunc olei &

mellis reper-

rem, in ea par-

te ſpice natu

tradiſſi, que de

nomine matris

eius dicta eſt

Cyrenaica, quo

ſi, vt hic

nonnulli, Cy-

renentis, le-

gere maluit,

quam Athe-

nienſis.

d T. Sicilius,

3. Bellerophon primus

pila luſoria

pictura

Græciam ex Ægypto Danaus aduenit : antè ratibus nauigabatur , inuentis in mari Ru-
bro inter infulas à rege Erythra. Reperiuntur , qui Myfos & Troianos priores excogi-
taffe in Hellesponto putent, cum transirent aduersus Thracas. Etiam nunc in Britanni-
co Oceano vitiles corio circumfutæ fiunt: in Nilo ex papyro, & scirpo, & arundine. Lon-
ga naue Iafonem primum nauigasse, Philostephanus autor est: Egesias Paralum : Ctesias
Samyram: Saphanus Semiramis: Archimachus Ægæonem : Biremem Damastes Ery-
thraeos fecisse: triremem Thucydides Aminoclen Corinthium: quadriremem Aristote-
les Carthaginienfes. Quinqueremem instituit Nefichthon Salaminius: sex ordinum Xe-
nagoras Syracufius : ab ea ad decemremem Mnefigeton. Alexandrum Magnum ferunt
10 instituisse ad xij. ordines. Philostephanus Ptolæmeum Soterem ad quindecim : Deme-
trium Antigoni ad xxx. Ptolæmum Philadelphum ad xl. Ptolæmum Philopatorem,
qui Tryphon cognominatus est ad l. Onerariam Hippus Tyrius inuenit, lembum Cyre-
nenses, cymbam Phœnices, a celocem Rhodij, cercuron b Cyprij. Siderum obseruationem
in nauigando Phœnices, remum Copæ, latitudinem eius Plateæ, vela Icarus, malum &
antennam Dædalus: Hippagum Samij, aut Pericles Atheniensis: teclas longas Thafij: an-
teà ex prora tantum & puppi pugnabatur. c Rostra addidit Pifeus : Tyrrheni anchoram:
Eupalamus eandem bidentem: Anacharfis harpagonas : & manus Pericles Atheniensis,
adminicula gubernandi Typhis. Classe princeps depugnauit Minos. Animal occidit pri-
mus Hyperbius Martis filius, Prometheus bouem.

a T. celestem
b T. Cyprijcos

c Antilia
verborum in-
terpunctione:
Rostra addi-
dit Pifeus
Tyrrhenus :
anchorâ Eu-
palamus: eâ-
dem bidentem
Anachar-
tis: harpago-
nas & manus
Pericles A-
thenensis
d. n. & fu-
pra meminit
Plinius hoc ip-
se scripsit, de Pe-
lo-Tyrrhenis.
d Hor. v. li-
terâ veteribus

20 *In quo primus gentium consensus.*

CAP. LVII.

Gentium consensus tacitus primus omnium conspirauit, d vt Ionum literis vteren-
tur.

De literis antiquis.

CAP. LVIII.

Veteres Græcas fuisse easdem penè, quæ nunc sunt Latine, indicio erit Delphica tabu-
la antiqui æris, quæ est hodie in Palatio, dono principum Mineruæ dicata in biblio-
theca, cum inscriptione tali, *Ναυσικράτης τισαμένου Αθηναῖος κόρα καὶ ἀθηνᾶ ἀνέστηκεν.*

Quando primum tonsores Romæ.

CAP. LIX.

30 Sequens gentium consensus in tonsoribus fuit, sed Romanis tardior. In Italiam ex Si-
cilia venire post Romam conditam anno quadringentesimo quinquagesimo quarto,
adducente P. Ticinio Mena, vt autor est Varro: antè intonsi fuere. Primus omnium radi
quotidie instituit Africanus: sequens Diuus Augustus cultris semper vsus est.

Quando primum horologia.

CAP. LX.

40 Tertius consensus fuit in horarum obseruatione, iam hic rationi accedens. Quando &
à quo in Græcia reperta, diximus in secundo volumine. Serius etiã hoc Romæ con-
tigit. Duodecim tabulis Ortus tantum & Occasus nominantur: post aliquot annos adie-
ctus est & Meridies, Accenso Consulum id pronuntiante, e cum Curio inter Rostra &
Græcostasim prospexisset talem Solem. f A columna ænea ad carcerem inclinato sidere,
supremam pronuntiabat. Sed hoc serenis tantum diebus vsque ad primum Punicum bel-
lum. Princeps Romanis solarium horologiū statuisse, ante duodecim annos, quàm cum
Pyrrho bellatum est, ad ædem Quirini, L. Papyrius Curfor, cum eandem dedicaret, à patre
suo votam, à Fabio Vestali proditur. Sed neque facti horologij rationem vel artificem si-
gnificat, nec vnde translatum sit, aut apud quem scriptum id inuenit. M. Varro primum
statutum in publico secundum Rostra in columna tradit, bello Punico primo, à M. Va-
lerio Messala Consule Catana capta in Sicilia: deportatum inde post xxx. annos, quàm
de Papyriano horologio traditur, anno vrbs cccc lxxviij. nec congruebant ad ho-
ras eius lineæ: paruerunt tamen eis annis vndecentum, donec Q. Marcius Philippus, qui
cum L. Paulo fuit Censor, diligentius ordinatum iuxta posuit: idq; munus inter Censoria
opera gratissimè acceptum est. Etiam tum tamè nubilo incertæ fuere horæ vsq; ad proxi-
mum lustrum. Tunc Scipio Nasica coliega Lænatius, primus aqua diuisit horas æquè no-
50 tium ac dierum. Idque horologium sub tecto dicauit, anno vrbs dxcv. Tandiu populi
Romani indiscreta lux fuit. Nunc reuertamur ad reliqua animalia, primumq; terrestria.

e T. cum à
Curio inter Ro-
stra & Græ-
costasim pro-
spexisset Solem
f columna
ænea ad car-
cerem.
g Vetus cod.
A columna
Mena, cuius
columnæ me-
minit & Pæ-
prij Festus
in dictione
Meniana.

C. PLINII SECUNDI . N A -
T V R A L I S H I S T O R I Æ
L I B E R V I I I .

De animalibus terrestribus, elephantorum commendatio, & de sensu eorum.

C A P V T I .



D R E L I Q V A transeamus animalia, & primùm terrestria. 10
Maximum est elephas, proximùmque humanis sensibus: quippe
intellectus illis sermonis patrij, & imperiorum obedientia, offi-
ciorùmque, quæ didicere, memoria, amoris & gloriæ voluptas:
imò vero (quæ etiam in homine rara) probitas, prudentia, æqui-
tas: religio quoque siderum, Solisque ac Lunæ veneratio. Auto-
res sunt, in Mauritanix saltibus ad quendam amnem, cui no-
men est Amilo, nitescente Luna noua, greges eorum descende-
re: ibique se purificantes solenniter aqua circumspergi, atque ita salutato sidere in syluas
reuertere, vitulorum fatigatos præ se ferentes. Alienæ quoque religionis intellectu, cre-
duntur maria transitori non antè naues conscendere, quàm inuitati rectoris iureiuran- 20
do de reditu. Visique sunt fessi ægritudine (quãdo & illas moles infestant morbi) herbas
supini in cælum iacentes, veluti tellure precibus allegata. Nã quod ad docilitatem atti-
net, regem adorant, genua submitunt, coronas porrigunt. Indis arant minores, quos ap-
pellant nothos.

Quando primùm iuncti.

C A P . I I .

R Omẽ iuncti primùm subiere currum Pompeij Magni Africano triũpho: quod prius
India victa triumphante Libero patre memoratur. Procilius negat potuisse Pompeij
triumpho iunctos ingredi portam. Germanici Cæsaris munere gladiatorio, quosdam in-
conditos motus edidere, saltantium modo. Vulgare erat, per auras arma iacere non aufe-
rentibus ventis, atque inter se gladiatorios congressus edere, aut lasciuiante pyrrhiche col- 30
ludere: postea & per funes incessere, lecticis etiam ferentes quaterni singulos puerperas i-
mitantes: plenisque hominũ tricliniis accubitu iere per lectos, ita libratis vestigiis, ne quis
potantium attingeretur.

De docilitate eorum,

C A P . I I I .

C Ertum est, vnum tardioris ingenij in accipiendis, quæ tradebantur, sæpius castiga-
tum verberibus, eadem illa meditantem noctu repertum. Mirum maximè, & aduer-
sis quidem funibus subire, sed regredi magis vtique pronis. Mutianus ter Consul autor
est, aliquem ex his & literarum ductus Græcarum didicisse, solitumque perscribere eius
linguæ verbis: Ipse ego hæc scripsi, & spolia Celtica dicaui. Itẽmque se vidente Puteo-
lis, cum aduecti è naue egredi cogerentur, territos spatio pontis procul à continente 40
porrecti, vt sese longinquitatis æstimatione fallerent, auersos retrorsus isse. Prædam ipsi
in se expetendam, sciunt solam esse in armis suis, quæ Iuba cornua appellat, Herodotus
tanto antiquior, & consuetudo melius, dentes. Quam ob rem deciduos casu aliquo vel
fenecta defodiunt. Hoc solum ebur est, cætero, & in his quoque, quæ corpus intexit,
utilitas ossæ. Quanquam nuper ossa etiam in laminas secari cœpere penuria. Ete-
nim rara amplitudo iam dentium, præterquam ex India, reperitur: cætera in nostro
orbe cessere luxurię. Dentium candore intelligitur iuuenta. Circa hos belluis summa
cura: alterius mucroni parcunt, ne sit præliis hebes: alterius operario vsu fodiunt radi-
ces, impellunt moles: circumuentique à venantibus, primos constituunt, quibus sunt
minimi, ne tanti prælium putetur: postea fessi, impactos aibori frangunt, prædæque se 50
redimunt.

De de-

*De clementia eorum, & quòd pericula sua intelligant, & de tigridis
truculentia.*

C A P. I I I I.

Mirum in plerisque animalium, scire quare petantur: sed & per cuncta quid caueant. Elephas homine obuio forte in solitudine, & simpliciter oberrante, clemens placidusque etiam demonstrare viam traditur. Idem vestigio hominis animaduerso priusquam homine, intremiscere insidiarum metu, subsistere ab olfactu, circumspectare, iras proflare, nec calcare, sed erutum proximo tradere, illum sequenti, nuntio simili usque ad extremum: & tunc agmen circumagi, & reuerti, aciemque dirigi: adeo omnium odori durare virus illud, maiore ex parte ne nudorum quidem pedum. Sic & tigris etiam feris cæteris truculenta,^a atque ipsa elephanti quoque spernens vestigia, homine viso transferre dicitur protinus catulos. Quonam modo agnito? ubi antè conspecto illo, quem timet? Etenim tales syluas minimè frequentari certum est. Sanè mirentur ipsam vestigij raritatem: sed vnde sciunt timendum esse? Imò verò cur vel ipsius conspectum paueant, tanto viribus, magnitudine, velocitate præstantiores? Nimirum hæc est natura rerum, hæc potentia eius, sæuissimas ferarum maximasque nunquam vidiisse quod debeant timere, & statim intelligere cur sit timendum.

De intellectu & memoria eorum.

C A P. V.

Elephanti gregatim semper ingrediuntur. Ducit agmen maximus natu, cogit ætate proximus. Annem transituri minimos præmittunt, ne maiorum ingressu atterente alueum, crescat gurgitis altitudo. Antipater autor est, duos Antiocho regi in bellicis vibus celebres etiam cognominibus fuisse: etenim nouere ea. Certè Cato, cum Imperatorum nomina Annalibus describeret, eum qui fortissimè præliatus esset in Punica acie, Surum tradidit vocatum, altero dente mutilato. Antiocho vadum fluminis experienti reuinit Aiax, alioquin dux agminis semper. Tum pronuntiatum, eius fore principatum qui transfisset: ausumque Patroclum ob id phaleris argenteis, quo maximè gaudent, & reliquo omni primatu donauit. Ille, qui notabatur, inedia mortem ignominie prætulit. Mirus nãque pudor est, victusque vocem fugit victoris: terram ac verbenas porrigit. Pudore nunquam nisi in abdito coeunt: mas quinquennis, fœmina decennis.^b Initur autem biennio, quindecim (vt ferunt) cuiusque anni diebus, nec amplius: sexto perfunduntur amne, non antè reduces ad agmen. Nec adulteria nouere, nullave propter fœminas inter se prælia, cæteris animalibus pernicialia: non quia desit illis amoris vis: nanque traditur vnus amasse quandam in Ægypto corollas vendentem: ac ne quis vulgariter dilectam putet, miretur gratam Aristophani, celeberrimo in arte Grammatica. Alius Menandrum Syracusanum incipientis iuuentæ in exercitu Ptolemæi, desiderium eius, quotiens non videret, inedia testatus. Et vnguentariam quandam dilectam Iuba tradit. Omnium amoris fuere argumenta, gaudium à conspectu, blanditiæque inconditæ, stipèsque, quas populus dedisset, seruata, & in sinum effusæ. Nec mirum, esse amorem, quibus sit memoria. Idem nanque tradit, agnitum in senectâ multos post annos, qui rector in iuuenta fuisset. Idem diuinationem quãdam iustitiæ. Cum Bocchus rex triginta elephantis, totidem, in quos sæuire instituerat, stipitibus alligatos obiecisset, procurfantibus inter eos qui lacefferent, non potuisse effici, vt crudelitatis alienæ ministerio fungerentur.

Quando primum in Italia.

C A P. V I.

Elephantos Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, & boues Lucas appellauit, in Lucanis visos, anno Urbis quadringentesimo septuagesimo secundo: Roma autem in triumpho, septem annis ad superiorem numerum additis. Eadem plurimos anno quingentesimo secundo, victoria L. Metelli Pontificis in Sicilia de Pœnis captos. Centum quadragintaduò fuere transfrecti ratibus, quas doliorum confertis ordinibus imposuerant. Verius eos pugnasse in Circo, interfectosque iaculis tradit penuria consilij: quoniam neque alij placuisset, neque donari regibus. L. Piso inductos duntaxat in Circum, atque vt contempus eorum incretueret, ab operariis hastas præpilatas habentibus, per Circum totum actos. Nec quid deinde iis factum sit, autores explicant, qui non putant interfectos.

^a Melius sic atq; ipse elephantu quoque petes, vestigio hominis viso, transferre dicitur protinus catulos. Cui libioni præter vetustis codices, ipse etiam Plinius adstipulatur. paulo post subicitur, Sanè mirentur ipsam vestigij raritatem, &c.

^b Quidã hic legitur maius. Initur à triennio, teste Aristotele lib. 5. Hist. animal.

^c mirè tum gratam Aristophani,

^d Lxxi. op.

CLara est vnus è Romanis dimicatio aduersus elephantum, cum Annibal captiuos nostros dimicare inter se coëgisset. Nanque vnum qui supererat, obiecit elephanto & ille, dimitti pactus si interemisset, solus in harena congressus, magno Pœnorum dolore, confecit. Annibal, cum famam eius dimicationis contemptum allaturâ belluis intelligeret, equites misit, qui abeuntem interficerent. Proboscidem eorum facillimè amputari, Pyrrhi prælorû experimētis patuit. Romæ pugnasse Fenestella tradit primùm omnium in Circo Claudij Pulchri Ædilitate curuli, M. Antonio, A. Posthumio Coss. anno vrbs sexcentesimo quinquagesimo quinto. Item post annos x x. Lucullorum Ædilitate curuli, aduersus tauros. Pompeij quoque altero Consulatu, dedicatione templi Veneris Victricis, pugnaere in Circo viginti, aut vt quidam tradunt, xv ij. Gætulis ex aduerso iaculantibus, mirabili vnus dimicatione, qui pedibus confossis replit genibus in cateruas, arrepta scuta iaciens in sublime, quæ decidentia voluptati spectantibus erant in orbem circumacta, velut arte, non furore belluæ iacerentur. Magnum & in altero miraculum fuit, vno ictu occiso. Pilum sub oculo adactû, in vitalia capitis venerat. Vniuersi eruptionem tentauere, non sine vexatione populi, circumdati clathris ferreis. Qua de causa Cæsar Dictator, postea simile spectaculum editurus, euripis harenâ circumdedit: quos Nero princeps sustulit, equiti loca addens. Sed Pompeiani amissa fugæ spe misericordiam vulgi inenarrabili habitu quærentes supplicauere, quadam sese lamentatione complorantes: tanto populi dolore, vt oblitus imperatoris, ac munificentiaæ honori suo exquisitæ, flens vniuersus cõsurgeret, dirasque Pompeio, quas ille mox luit, pœnas imprecaretur. Pugnaere & Cæsari Dictatori tertio Consulatu eius, viginti contra pedites quingētos: iterum totidem turriti cum sexagenis propugnatoribus, eodē, quo priores, numero pedum, & pari equitum ex aduerso dimicante: postea singuli, principibus Claudio & Neroni, in consummatione gladiatorum. Ipsius animalis tanta narratur clementia cõtra minus valida, vt in grege pecudum occurrentia manu dimoueat, ne quod obterat imprudens: nec nisi lacefliti noceant, ideoque gregatim semper ambulent, minimè ex omnibus foliuagi. Equitatu circumuenti, infirmos aut fessos vulneratõsve in medium agmē recipiunt: ac velut imperio ac ratione, per vices subeunt. Capti celerrimè mitificantur hordei succo.

a Plinius legendum existimat, Ac velur imperio autorati,

Quomodo capiuntur.

CAP. VIII.

Capiuntur autem in India vnum ex domitis agente rectore: qui deprehensum solitariū, abactūmve à grege, verberat ferum: quo fatigato, transcendit in eum, nec secus ac priorem regit. Africa foueis capit, in quas deerrante aliquo, protinus ceteri congerunt ramos, moles deuoluunt, aggeres construunt, omnique vi conantur extrahere. Antea domitandi gratia greges equitatu cogebant in conuallem manu factam, & longo tractu fallacem: cuius inclusos ripis fossisque, fame domabant. Argumentum erat ramus, homine porrigente clementer acceptus. Nunc dentium causa, pedes eorum iaculantur alioquin mollissimos. Troglodytæ contermini Æthiopiæ, qui hoc solo venatu aluntur, arbores propinquas itineri eorum conscendunt. Inde totius agminis nouissimū speculati, extremas in clunes defiliunt. Læua apprehenditur cauda: pedes stipantur in sinistro femine. Ita pendens alterum poplitem dextra cædit præacuta bipenni: hoc crure tardato profugiens, alterius poplitis neruos ferit, cuncta præceteri pernicitate peragens. Alij tutiore genere, sed magis fallaci, intentos ingentes arcus defigunt humi longius. Hos præcipui viribus iuuenes continent: alij connixi pari conatu tendunt, ac prætereuntibus sagittarum venabula infigunt, mox sanguinis vestigiis sequuntur. Elephantorum generis fœminæ multo pauidiores.

Quomodo domentur.

CAP. IX.

Domantur autem rabidi fame & verberibus, elephantis aliis admotis, qui tumultuantem catenis coërceant: & alias circa coitus maximè efferantur, & stabula Indorum dentibus sternūt. Quapropter arcet eos coitu, fœminarumq; pecuaria separât, quæ haud alio modo, quàm armentorum, habent. Domiti militant, & turres armatorum in hostes ferunt.

ferunt, magna que ex parte Orientis bella conficiunt. Prosterunt acies, proterunt armatos. Idem minimo suis stridore terrentur, vulneratique & territi retro semper cedunt, haud minore partium suarum pernicie. Indicum Afri pauent, nec contueri audent. nam & maior Indicis magnitudo est.

De partu eorum, & reliqua natura.

C A P. X.

Decem annis gestare in vtero vulgus existimat: Aristoteles biennio, nec amplius quam semel gignere, plurésve quam singulos: viuere ducenis annis, & quosdam trecenis. Iuuenta eorum à sexagesimo incipit. Gaudent amnibus maximè, & circa fluuios vagantur, cum alioquin nare propter magnitudinem corporis non possint. Idem frigidis impatiētes. Maximum hoc malum, inflationemque & profluuiū alui, nec alia morborum genera sentiunt. Olei potu tela, quæ corpori eorum inhæreant, decidere inuenio: à sudore autem facilius adhærescere. Et terram edisse iis tabificum est, nisi sæpius mandant. Deorant autem & lapides. Truncos quidem gratissimo in cibatu habent. Palmas excelsiores fronte prosterunt, ac ita iacentium absumunt fructum. Mandunt ore: spirant & bibunt, odoranturque; haud impropiè appellata manu. Animalium maximè odere murem: & si pabulum in præsepio positum attingi ab eo videre, fastidiunt. Cruciatum in potu maximum sentiunt hausta hirsudine, quam sanguifugam vulgò cœpisse appellari aduerto. Hæc ubi in ipso animæ canali se fixit, intolerando afficit dolore. Durissimū dorso tergus, ventri molle, fetarum nullum tegumentum, ne in cauda quidē præsidium abigendo tædio muscarum (nanque id & tanta vastitas sentit) sed cancellata cutis, & inuitans id genus animalium odore. Ergo cum extenti recepere examina, arctatis in rugas repente cancellis, comprehensas enecant. Hoc iis pro cauda, iuba, villo est. Dentibus ingens pretium, & Deorum simulacris laudatissima ex iis materia. Inuenit luxuria commendationem & aliam: expetit in callo manus vim saporis, haud alia de causa credo, quam quia ipsum ebur sibi mandere videtur. Magnitudo dentium videtur quidem in templis præcipua. Sed tamē in extremis Africæ, quæ confinis Æthiopiæ est, postium vicem in domiciliis præbere: sepésque in iis & pecorum stabulis pro palis elephantorum dentibus fieri, Polybius tradit, autore Gulussa regulo.

Ubi nascantur, & de discordia eorum, & draconum.

C A P. XI.

Elephantes fert Africa ultra Syrticas solitudines, & in Mauritania: ferunt Æthiopes & Troglodytæ, vt dictum est: sed maximos India, bellantésque cum iis perpetua discordia dracones, ^a tantæ magnitudinis, vt & ipsos circumflexu facili ambient, neque nodi præstringant. Commoritur ea dimicatio: victusque corruens, complexum elidit pondere.

^a Antiq. cod. tantæ magnitudinis, & ipsos, vt circumflexu

De solertia animalium.

C A P. XII.

Mira animalium pro se cuique solertia est, vt iis vna scandendi in tantam altitudinem difficultas. Draco itaque iter ad pabula speculatus, ab excelsa se arbore iniicit. Scit ille imparem sibi luctatum cōtra nexus. itaque arborum aut rupium attritum querit. Cauent hoc dracones, ob idque gressus primū alligant cauda. Resoluunt illi nodos manu. At hi in ipsa nare caput condunt, pariterque spiritum præcludunt, & mollissimas lancinant partes. Idem obuij deprehensi, in aduersos erigunt se, oculosque maximè petunt. Ita fit, vt plerunque cæci ac fame & mæroris tabe confecti reperiantur. Quam quis aliam tantæ discordiæ causam attulerit, ^b nisi nature spectaculum, sibi paria componentis? Est & alia dimicationis huius fama. Elephantis frigidissimū esse sanguinè: ob id æstu torrente præcipuè à draconibus expeti. Quamobrem in annes merfos insidiari bibentibus: arctatisque illigata manu in aurem morsum defigere: quoniam is tantum locus defendi non possit manu. Dracones esse tantos, vt totum sanguinè capiāt. Itaque elephantos ab iis ebibi, siccatisque concidere: & dracones inebriatos opprimi, commorique.

^b nisi naturam, spectaculū sibi ac paria componentem?

De draconibus.

C A P. XIII.

Generat eos & Æthiopia Indicis pares, vicenūm cubitorum. Id modò mirum, vnde cristatos iuba crediderit. Afachæi vocantur Æthiopes, apud quos maximè nascun-

tur. Narratur in maritimis eorum quaternos quinósque inter se cratium modo implexos erectis capitibus velificantes ad meliora pabula Arabiæ vehi fluctibus.

De serpentibus maximis, & bois.

CAP. XIII.

Megasthenes scribit, in India serpentes in tantam magnitudinem adolefcere, vt solidos hauriant ceruos taurósque. Metrodorus, circa Rhyndacum amnem in Ponto, vt superuolantes quamuis altè pernitérque alites haustu raptas absorbeant. Nota est, in Punicis bellis ad flumen Bagradam à Regulo Imperatore ballistis tormentisq; vt oppidum aliquod, expugnata serpens cxx. pedum longitudinis. Pellis eius maxillæq; vsque ad bellum Numantinum durauere Romæ in templo. Faciunt his fidem in Italia appellatæ boæ: in tantam amplitudinē exeuntes, vt Diuo Claudio principe, occisæ in Vaticano solidus in aluo spectatus sit infans. Aluntur primò bubuli lactis succo, vnde nomen traxere. Cæterorum animalium, quæ modo conuecta vndique Italiæ contigere sæpius, formas nihil attinet scrupulosè referre.

De Scythicis animalibus, & Septentrionalibus.

CAP. XV.

Paucissima Scythia gignit, inopia fruticum: pauca contermina illi Germania, insignia tamen boum ferorum genera, iubatos bisontes, excellentique & vi & velocitate vros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit, cum id gignat Africa, vituli potius ceruicæ quadam similitudine. Septentrio fert & equorum greges ferorum, sicut asinorum Asia, & Africa: præterea alcem, ni proceritas aurium & ceruicis distinguat, iumento similem. Item notam in Scandinauia insula, nec vnquam visam in hoc orbe, multis tamen narratam, machlin, haud dissimilem illi, sed nullo suffraginum flexu: ideoque non cubantem, sed accliuem arbori in somno, eaque incisa ad insidias, capi, aliàs velocitatis^a memoratæ. ^b Labrum ei superius prægræde: ob id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens inuoluatur. Tradunt in Pæonia feram, quæ bonafus vocetur, equina iuba, cætera tauro similem, cornibus ita in se flexis, vt non sint vtilia pugna, quapropter fuga sibi auxiliari, reddentem in ea fimum interdum & c^c trium iugerum longitudine: cuius contactus sequentes, vt ignis aliquis, amburat. Mirum pardos, pantheras, leones, & similia, condito in corporis vaginas vnguium mucrone, ne refringatur hebeteturve, ingredi: auersisq; falculis currere, nec nisi appetendo protendere.

De leonibus.

CAP. XVI.

Leoni præcipua generositas, tunc cum colla armósque vestiunt iubæ. Id enim ætate contingit è leone conceptis. Quos verò pardi generauere, semper insigni hoc carèt: simili modo fœminæ. Magna iis libido coitus, & ob hoc maribus ira. Africa hæc maxime spectat, inopia aquarum ad paucos annes congregantibus se feris. Ideo multiformes ibi animalium partus: variè fœminis cuiusque generis mares aut vi aut voluptate miscete. Vnde etiam vulgare Græciæ dictum, Semper aliquid noui Africam afferre. Odore pardi coitum sentit in adultera leo, totaque vi confurgit in pœnam. Idcirco aut culpa flumine abluitur, aut longiùs comitatur. Semel autè edi partum, lacerato vnguium acie vtero in enixu, vulgum credidisse video. Aristoteles diuersa tradit, vir què in iis magna secuturus ex parte præfundum reor. Alexandro Magno rege inflammato cupidine animalium naturas noscendi, delegatæque hac cõmentatione Aristoteli, summo in omni doctrina viro, aliquot millia hominum in totius Asiæ Græciæque tractu parère iussa, omnium quos venatus, aucupia, piscatusque alebant: quibusque viuaria, armenta, aluaria, piscinæ, auuaria in cura erant: ne quid vsquam gentiù ignoraretur ab eo: quos percontando, quinquaginta fermè volumina illa præclara de animalibus cõdidit: quæ à me collecta in arctum, cum iis quæ ignorauerat, quæso vt legentes boni consulant, in vniuersis rerum naturæ operibus, medióque clarissimi regum omnium desiderio cura nostra breuiter peregrinantes. Is ergo tradit lænam primo fœtu parere quinque catulos, ac per annos singulos vno minus: ab vno sterilefcere. Informes minimasque carnes magnitudine mustelarum esse initio, semestres vix ingredi posse, nec nisi bimestrem moueri. In Europa autè inter Acheloum tantum Nestumque annes leones esse, sed longè viribus præstantiores iis, quos

a memoratæ.

b Hanc labri magnitudinē

Solinus c. 22.

alci nō machli tribuit. Quo

fit, vt verba hæc ex sua sede

perperam huc

videantur tra-

iecta, cum tri-

buis anti ver-

sibus locum ha-

bent post illa

verba, iumē-

to similem.

c Aristoteles

lib. 9. Histor.

animal. vnde

Plinius hæc

ferè omnia vi-

dicunt mutua-

tes, bonafum

ait fimum

reddere ad

quatuor or-

gva. qua ap-

pellatione Pli-

nius iugera,

Theodorius

(quod verifi-

cissimū est) pas-

sus intelligit.

quos Africa aut Syria gignant. Leonum duo genera, compactile & breue crispioribus iubis. Hos pauidiores esse, quàm longo simpliciq; villo, eos contemptores vulnecum. Urinam mares crure sublato reddere, vt canes, grauem odorem, nec minùs halitum: raros in potu, vesci alternis diebus: à saturitate interim triduo cibus carere. Quæ possunt, in mandendo solida deuorare: nec capiente auiditatem alio, coniectis in fauces vnguibus extrahere, vt (si fugiendum sit) ^a non in satietatem abeant. Vitam iis longam docet argu- ^a *Alij sic*
 hominem appeti ab iis refert, quoniam ad persequendas feras vires non superant. Tunc ^a *satietate he-*
 obsidere Africæ vrbes: eaque de causa crucifixos vidisse se cum Scipione, quia cæteri me- ^a *beant. Alij*
 tu pœnæ similis absterrentur eadē noxa. Leoni tantum ex feris clementia in supplices: ^a *rursus, Non*
 prostratis parcat: & vbi sæuit, in viros prius, quàm in fœminas, fremit, in infantes non nisi ^a *satietate gra-*
 magna fame. Credit Libya intellectum peruenire ad eos precum. Captiuam certè Gætul- ^a *uentur.*
 iæ reducem audiui, multorum in syluis impetum à se mitigatum alloquio, ausam di-
 cere se fœminam, profugam, infirmam, supplicem animalis omnium generosissimi, cæ-
 terisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio ex ingenio
 cuiusque vel casu, mulceri alloquiis feras: quippe vbi etiam serpentes extrahi cantu, co-
 gique in pœnam, verum falsumve sit, vita non decreuerit. Leonum animi index cauda, si-
 cut & equorum aures. Nanque & has notas generosissimo cuique natura tribuit. Immo-
 ta ergo placidus, clemens, blandientique similis, quod rarum est: crebrior enim iracun-
 dia eius. In principio terra verberatur: incremento ^b *rotatiq;que* terga, ceu quodam incitamento, fla-
 gellantur. Vis summa in pectore. Ex omni vulnere, siue vngue impresso siue de cute, ater
 profluit sanguis. Iidem fatiati, innoxij sunt. Generositas in periculis maximè deprehen-
 ditur: non in illo tantummodo, quod spernens tela diu se terrore solo tuetur, ac velut co-
 gi testatur: cooriturque non tanquàm periculo coactus, sed tanquàm amentia iratus. Illa
 nobilior animi significatio: quamlibet magna canum & venantium vrgente vi, contem-
 ptim restitansque cedit in campis, & vbi spectari potest: idem vbi virgulta syluasque pe-
 netrauit, acerrimo cursu fertur, velut abscondente turpitudinem loco. Dum sequitur, in-
 filit saltu, quo in fuga non vtitur. Vulneratus, obseruatione mira percussorem nouit, & in
 quantalibet multitudine appetit. Eum verò qui telum quidē miserit, sed tamen non vul-
 nerauerit, correptum ^b raptatumque sternit, nec vulnerat. Cùm pro catulis fœta dimicat, ^b *rotatiq;que*
 oculorum aciem traditur de figere in terram, ne venabula expauescat. Cæterum dolis ca-
 rent & suspitione: nec limis intuentur oculis, aspiciq;que simili modo nolunt. Creditum
 est, à moriente humum morderi, lacrymamque leto dari. Atque hoc tale tam sæuum
 animal, rotarum orbis circumacti, currusque inanes, & gallinaceorum cristæ, cantusque
 etiam magis terrent, sed maximè ignes. Ægritudinem fastidij tantum sentit, in qua me-
 detur ei contumelia, in rabiem agète annexarum lasciuia simiarum. Gustatus deinde san-
 guis in remedio est. Leonum simul plurium pugnam, Romæ princeps dedit Q. Sæuola
 P. filius in curuli Ædilitate. Centum autem iuatorum primus omnium L. Sylla, qui
 postea Dictator fuit, in Prætura. Post eum Pompeius Magnus in Circo d. c. in iuba-
 40 torum cccxv. Cæsar Dictator cccc. Capere eos, ardui erat quondam operis, foueisque
 maximè. Principatu Claudij casus rationem docuit, pudendam penè talis feræ nomi-
 ne, pastoris Gætuli sago contra ingruentis impetum obiecto: quod spectaculum in hare-
 nam protinus translatum est, vix credibili modo torpescente tanta illa feritate, quam-
 uis leui iniectu operto capite, ita vt deuinciatur non repugnans: videlicet omnis vis con-
 stat in oculis. Quo minus mirum fit, à Lyfimacho Alexandri iussu simul incluso strangu-
 latum leonem. Iugo subdidit eos, primusque Romæ ad currum iunxit M. Antonius, &
 quidem ciuili bello, cùm dimicatum esset in Pharfalicy campis, non sine quodam osten-
 to temporum, generosos spiritus iugum subire illo prodigio significante: nam quod ita
 50 uectus est cum mima Cytheride, supra monstra etiam illarum calamitatum fuit. Primus
 autem hominum leonem manu tractare ausus, & ostendere mansuefactum, Hanno è cla-
 rissimis Pœnorum traditur: damnatusque illo argumento, quoniam nihil non persuasu-

rus vir tam artificis ingenij videbatur: & malè credi libertas ei, cui intantum cessisset etiam feritas. Sunt verò & fortuita eorum quoque clementiæ exempla. Mentor Syracusanus in Syria leone obuio suppliciter volutante, attonitus pauore, cum refugienti vndique fera opponeret sese, & vestigia lamberet adulanti similis, animaduertit in pede eius tumorem vulnúsque, & extracto furculo liberauit cruciatu. Pictura casum hunc testatur Syracusis. Simili modo Elpis Samius natione, in Africam delatus naue, iuxta litus conspecto leone hiatu minaci, arborem fuga petit, Libero patre inuocato: quoniam tum præcipuus votorum locus est, cum spei nullus est. Neque profugienti, cum potuisset, fera institerat: & procumbens ad arborem, hiatu, quo terruerat, miserationem quærebat. Os morfu audidiore inhæferat dentibus, cruciabátque inedia tum penè in ipsis eius telis suspectantem, ac velut mutis precibus orantem: dum fortuito fidens non est contra feram, multo diutius miraculo, quàm metu, cessatum est. Degressus tandem euellit præbenti, & quàm maximè opus esset, accommodanti. Traduntque, quandiu nauis ea in litore steterit, retulisse gratiam venatus aggerendo. Qua de causa Libero patri templum in Samo Elpis sacrauit, quod ab eo factò Græci *κεχρηότος Διονύσου* appellauere. Miremur post eà vestigia hominum intelligi à feris, cum etiam auxilia ab vno animalium sperent. Cur enim non ad alia iere? aut vnde medicas manus hominis sciunt? nisi fortè vis malorum, etiam feras omnia experiri cogit.

De pantheris.

CAP. XVII.

A Equè memorandum & de panthera tradit Demetrius Physicus, iacentem in media via hominis desiderio, repente apparuisse patri cuiusdam Philini, affectatoris sapientiæ: illum pauore cœpisse regredi, feram verò circumuolutari non dubiè blandientem, seseque conflitantem mœrore, qui etiam in panthera intelligi posset. Fœta erat, catulis procul in foueam delapsis. Primum ergo miserationis fuit non expauescere, proximum ei curam intendere: secutusque, quà trahebat vestem vnguium leui iniectu, vt causam doloris intellexit, simulque salutis suæ mercedè, exemit catulos: eaque cum iis prosequente, vsque extra solitudines deductus, læta atque gestiente: vt facile appareret gratiam referre, & nihil inuicem imputare: quod etiam in homine rarum est. Hæc fidè etiam Democrito afferunt, qui Thoantem in Arcadia feruatam à dracone narrat. Nutrierat eum puer dilectum admodum: pauensque serpentis naturam, & magnitudinem metuens, in solitudines tulerat: in quibus circumuēto latronū insidiis, agnitóque voce, subuēnit. Nā quæ de infantibus ferarum lacte nutritis, cum essent expositi, produntur, sicut de conditoribus nostris à lupa, magnitudini fatorum accepta ferri æquius, quàm ferarum naturæ, arbitror. Panthera & tigris macularum varietate propè solæ bestiarum spectantur: cæteris vnus ac suus cuiusque generis color est. Leonum tantum in Syria niger. Pantheris in candido breues macularum oculi. Ferunt odore earum mirè sollicitari quadrupedes cunctas, sed capitis toruitate terreri. Quamobrem occultato eo, reliqua dulcedine inuitatas corripunt. Sūt qui tradunt in armo iis similem Lunæ esse maculam, crescentem in orbes, & cauantem pari modo cornua. Nunc varias, & pardos, qui mares sunt, appellant in eo omni genere, creberrimo in Africa Syriæque. Quidam ab iis pantheras candore solo discernunt: nec adhuc aliam differētiam inueni. Senatusconsultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere. Contra hoc tulit ad populum Cn. Aufidius Tribunus plebis, permisitque Circensium gratia importare. Primus autē Scaurus Ædilitate sua varias centum quinquaginta vniuersas misit: dein Pompeius Magnus quadringentas decem: Diuus Augustus quadringentas viginti. Idem Q. Tuberone, Fabio Max. C O S S. IIII. Nonas Maias, theatri Marcelli dedicatione, tigrin primus omnium Romæ ostendit in cauea mansuefactam: Diuus verò Claudius simul quatuor.

De tigridis natura, & camelis, & camelopardali, & quando primum visa Romæ.

CAP. XVIII.

Tigrin Hyrcani & Indi ferunt, animal velocitatis tremendæ, & maximè cognitæ, dum capitur. Totus enim fœtus, qui semper numerosus est, ab insidiante rapitur equo quam

a *Aprius, patrens, vt in vest. iodic. hoc est. Thoantis pater. Alio qui redundabit, metuens.*

quàm maximè pernici, atque in recentem subinde transfertur. At vbi vacuum cubile reperit fœta (maribus enim cura non est sobolis) fertur præceps, odore vestigans. Raptor appropinquante fremitu, abiicit vnū è catulis. Tollit illa morfu, & pondere etiam ocyor acta remeat, iterumque cōsequitur, ac subinde, donec in nauē regresso irrita feritas sæuit in litore. Camelos inter armenta pascit Oriens, quorum duo genera, Bactriani & Arabici: differunt, quòd illi bina habent tubera in dorso, hi singula, & in pectore alterum, cui incumbant. Dentium superiore ordine, vt boues, carent in vtroque genere. Omnes autem iumentorum in iis terris dorso funguntur, atque etiam^a equitantur in præliis. Velocitas inter equos, sed sua cuique mensura, sicuti vires. Nec vltra assuetum procedit
 10 spatium, nec plus instituto onere recipit. Odium aduersus equos gerunt naturale. Sitim & quadriduo tolerant: implenturque cum bibendi occasio est, & in præteritū & in futurum, obturbata proculcatione prius aqua: aliter potu non gaudent. Viuunt quinquagenis annis, quidam & centenis. Vt cunque rabiem & ipsi sentiunt. Castrandi genus etiam fœminas, quæ bello præparentur, inuentum est: fortiores ita fiunt coitu negato. Horum aliqua similitudo in duo transfertur animalia: Nabin Æthiopes vocant, collo similem equo, pedibus & cruribus boui, camelo capite, albis maculis rutilū colorem distinguuntibus, vnde appellata camelopardalis, Dictatoris Cæsaris Circésibus ludis primùm visa Romæ. Ex eo subinde cernitur, aspectu magis, quàm feritate, conspicua: quare etiam ouis feræ nomen inuenit.

De chao, & cepho.

CAP. XIX.

20 Pompeij Magni primùm ludi ostenderunt chaum, quem Galli raphium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis. Idem ex Æthiopia, quas vocant cephos, quarum pedes posteriores pedibus humanis & cruribus, priores manibus fuere similes. Hoc animal postea Roma non vidit.

De rhinocerate.

CAP. XX.

Idem ludis & rhinoceros, vnus in nate cornu, qualis sæpe, visus. Alter hic genitus hostis elephanto: cornu ad saxa limato præparat se pugna, in dimicatione aluum maximè petens, quam scit esse molliorem. Longitudo ei par, crura multo breuiora, color buxeus.

30 *De lycibus, & sphingibus, & crocutis, cercopithecis, Indicis bubus, leucrocotis, eale, tauris Æthiopia, mantichora, monocerate, catoblepa, basilisco.*

CAP. XXI.

40 **L**yncas vulgò frequentes, & sphingas, fusco pilo, mammis in pectore geminis, Æthiopia generat, multaq; alia mōstro similia: pennatos equos, & cornibus armatos, quos Pegafos vocant: Crocutas, velut ex cane lupoque cōceptos, omnia dentibus frangentes, protinusq; deuorata cōficiētes ventre: Cercopithecus, nigris capitibus, pilo asinino, & dissimiles cæteris voce: Indicos boues vnicornes tricornsque: ^b Leucrocotā perniciosissimam feram, asini feri magnitudine, cruribus ceruinis: collo, cauda, pectore leonis, capite melium, bifulca vngula, ore ad aures vsque rescisso, dentium locis osse perpetuo. Hæc feram humanas voces tradunt imitari. Apud eosdem & quæ vocatur eale, magnitudine equi fluuiatilis, cauda elephanti, colore nigra vel fulua: maxillas apri, maiora cubitalibus cornua habens, mobilia, quæ alternā in pugna sistit, variatque infesta aut obliqua, vtcūque ratio mōstrauit. Sed atrocissimos habet tauros syluestres maiores agrestibus, velocitate ante omnes, colore fuluos, oculis cæruleis, pilo in contrariū verso, rictu ad aures dehiscente, iuxta cornua mobilia, tergori duritia silicis, omne respuēs vulnus. Feras omnes venantur: ipsi non aliter, quàm foueis, capti, feritate semper intereunt. Apud eosdem ita fci Ctesias scribit, quā mānichorā appellat, triplici dentiū ordine pectinatim cōeuntium, 50 facie & auriculis hominis, oculis glaucis, colore sanguineo, corpore leonis, cauda scorpionis modo spicula infigentē: vocis, vt si misceatur fistulæ & tubæ cōcentus: velocitatis

^b Legendum videtur Leucrocotā, tum ex eo quod sequitur, collo, cauda, pectore leonis: tum quia infra ca. 30. crocutæ quoddam genus facit ex leona contemptum.

magne, humani corporis vel præcipuè appetètem. In India & boues folidis vngulis, vnicornes: & feram nomine axin, hinnuli pelle, pluribus candidioribusque maculis, facram Liberi patris. Orfei Indi simias candentes toto corpore, venantur. Asperrimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo similem, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu graui, vno cornu nigro media fronte cubitorum duum eminente. Hanc feram viuam negant capi. Apud Hesperios Æthiopus fons est Nigris, vt plerique existimauere, Nili caput, vt argumenta quæ diximus persuadent: iuxta hunc fera appellatur catoblepas, modica alioquin, cæterisque membris iners, caput tantum prægraue egrè ferens: id deiectum semper in terram, aliàs internecio humani generis, omnibus qui oculos eius videre confestim expirantibus. Eadè & basilisci serpentis est vis. Cyrenaica hunc generat prouincia, xij. non ampliùs digitorum magnitudine, candida in capite macula, vt quodam diademate insignem. Sibilo omnes fugat serpentes: nec flexu multiplici vt reliquæ, corpus impellit, sed celsus & erectus^a in medio incedens. Necat frutices, non contactos modò, verùm & afflotos: exurit herbas, rumpit saxa. Talis vis malo est. Creditum quondam, ex equo occiso hasta, & per eam subeunte vi, non equitem modò, sed equum quoque absumptum. Atque huic tali monstro (sæpe enim enectum concupiuerunt reges videre) mustelarum virus exitio est: adeò naturæ nihil placuit esse sine pari. Iniiciunt eas cauernis, faciliè cognitiss^b sola tabe. necant illæ simul odore, moriunturque, & naturæ pugna conficitur.

a à medio

b Vetus cod. soli tabe. cui lectio aditipulatur & Solinus cap. 29.

De Lupis.

CAP. XXII.

20

Sed in Italia quoque creditur luporù visus esse noxius: vocemque homini quem priores contemplantur, adimire ad præsens. Inertes hos paruòsque Africa & Ægyptus gignunt, asperos trucésque frigidior plaga. Homines in lupos verti, rursumque restitui sibi falsum esse confidenter existimare debemus, aut credere omnia, quæ fabulosa tot seculis comperimus. Vnde tamen ista vulgo infixæ sit fama in tantum, vt in maledictis versipelles habeat, indicabitur. Euanthes inter autores Græciæ non spretus, tradit Arcadas scribere, ex gente Antæi cuiusdam forte familiæ lectum ad stagnum quoddam regionis eius duci, vestitumque in quercu suspenso tranare, atque abire in deserta, transfigurarique in lupum, & cum cæteris eiusdem generis congregari per annos ix. Quo in tempore si homine se abstinerit, reuerti ad idem stagnum: & cum tranauerit, effigiem recipere, ad pristinum habitum addito nouem annorum senio. Id quoque Fabius, eandem recipere vestem. Mirum est, quò procedat Græca credulitas. Nullum tam impudens mendacium est, vt teste careat. Itaque Agriopas, qui Olympionicas scripsit, narrat^d Demænetum Parrhasium in sacrificio, quod Arcades Ioui Lyceo humana etiam tum hostia faciebant, immolati pueri exta degustasse, & in lupum conuertisse: eundem decimo anno restitutum athleticæ, certasse in pugilatu, victorémque Olympia reuersum. Quin & caudæ huius animalis creditur vulgo inesse amatorium virus exiguo in villo, eumque, cum capiatur, abiici, nec idem pollere, nisi viuenti direptum. Dies, quibus coeat, toto anno non ampliùs xij. Eundem in fame vesci terra. Inter auguria ad dexteram comitantium præciso itinere, si pleno id ore fecerit, e nullum omnium præstantius. Sunt in eo genere, qui ceruarij vocantur, qualem è Gallia in Pompeij Magni harena spectatum diximus. Huic quamuis in fame mandenti, si respexit, obliuionem cibi furripere aiunt, digressumque quærere aliud.

e Addit quoque Fabius,

d Pausanias in Eliaco Damarichum huc nominat, non Demænetum

e nullum omnino

De serpentibus.

CAP. XXIII.

Quod ad serpentes attinet, vulgatum est colorem plerosque terræ habere, qua occultentur. Innumera esse genera. Ceraftis corpore eminere cornicula sæpe quadrigemina: quorum motu reliquo corpore occultato, sollicitent ad se aues. Geminum caput amphibiaenæ, hoc est, ad caput & ad caudam, tanquam parum esset vno ore fundi venenum. Aliis squamas esse, aliis picturas: omnibus exitiale virus. Iaculum ex arborum ramis vibrari: nec pedibus tantum cauendas serpentes, sed & missili volare tormento. Colla aspidum intumescere nullo ictus remedio, præterquã si cõfestim partes contactæ ampu-

amputentur. Vnus huic tam pestifero animali fensus, vel potius affectus est. Coniuga ferme vagantur: nec nisi cum compare, vita est: itaq; alterutra interempta, incredibilis alteri ultionis cura. Persequitur interfectorem, vnumque eum in quātolibet populi agmine notitia quadam infestat, perrumpit omnes difficultates, permeat spatia, nec nisi amnibus arcetur, aut præceleri fuga. Non est fateri, rerum natura largiùs mala, an remedia, genuerit. Iam primùm hebetes oculos huic malo dedit: eosque non in fronte ex aduerso cernere, sed in temporibus: itaque excitatur sæpius auditu, quàm visu.

De ichneumone.

CAP. XXXIII.

Habet^a deinde internecinum bellum cum ichneumone. Notum est animal hac gloria maximè, in eadem natum Ægypto. Mergit se limo sæpius, siccátque Sole. Mox vbi pluribus eodem modo se coriis loricauit, in dimicationem pergit. In ea caudá attollens, ictus irritos auersus excipit, donec obliquo capite speculatus inuadat in fauces. Nec hoc contentus, aliud haud mitius debellat animal.

^a Verbum Habet redundat, nec est in vet. cod. Repetendum est enim ex superioribus, Natura dedit.

De crocodilo, & scinco, & hippopotamo.

CAP. XXXV.

Crocodilum habet Nilus, quadrupes malum, & terra pariter ac flumine infestum. Vnum hoc animal terre lingue vsu caret. Vnum superiore mobili maxilla imprimit morsum, aliàs terribile, peccinatim stipante se dentium ferie. Magnitudine excedit plerunque duodeuiginti cubita. Parit oua, quanta anseres: eaq; extra eum locum semper incubat, prædiuinatione quadam, ad quem summo auctu eo anno accessurus est Nilus. Nec aliud animal ex minori origine in maiorem crescit magnitudinē. Et vnguibus hic armatus est, contra omnes ictus cute inuicta. Dies in terra agit, noctes in aqua, teporis vtrunque ratione. Hunc saturum cibo pisciū, & semper esculēto ore, in litore somno datum, parua auis, quæ trochilos ibi vocatur, rex auium in Italia, inuitat^b ad hiandum^b pabuli sui gratia os primùm eius assultim repurgans, mox dentes, & intus fauces quoque ad hanc scabendi dulcedinem quàm maximè hiantes: in qua voluptate somno pressum cōspicatus ichneumon, per easdem fauces, vt telum aliquod, immissus, erodit aluum. Similis crocodilo, sed minor etiam ichneumone, est in Nilo natus scincos, contra venena præcipuus antidotis: item ad inflammandam virorum Venerem. Verùm in crocodilo, maior erat pestis, quàm vt vnò esset eius hoste natura cōtenta. Itaq; & delphini immeātes Nilo, quorum dorso tanquam ad hunc vsu cultellata inest pinna, abigentes eos præda, ac velut in suo tantum amne regnantes, alioquin impares viribus ipsi, astu interimunt. callent enim in hoc cuncta animalia, sciuntque non sua modò commoda, verùm & hostium aduersa. norunt sua tela, norunt occasiones, partesque dissidentium imbelles. In ventre mollis est tenuisque cutis crocodilo: ideo se, vt territi, mergūt delphini, subeuntésque aluum illa secant spina. Quin & gens hominum est huic belluæ aduersa in ipso Nilo Tentyritæ, ab insula, in qua habitat, appellata. Mensura eorum parua, sed præsentia animi in hoc tantum vsu mira. Terribilis hæc contra fugaces bellua est, fugax contra insequentes: sed aduersum ire soli hiantes. Quin etiam fluminum innatant: dorsoque equitantium modo impositi, hiantibus resupino capite ad morsum, addita in os claua, dextra ac læua tenentes extrema eius vtrinque, vt frænis in terram agunt captiuos: ac voce etiam sola territos, cogunt euomere recentia corpora ad sepulturam. Itaque vni ei insulæ crocodili non adnatant: olfactuque eius generis hominum, vt Pphyllorum serpentes, fugantur. Hebetes oculos hoc animal dicitur habere in aqua, extra acerrimi visus: quatuorque menses hyemis inedia semper transmittere in specu. Quidam hoc vnum quamdiu viuat, crescere arbitrantur: viuit autem longo tempore. Maior altitudine in eodem Nilo bellua hippopotamus editur: vngulis bifidis, quales bubus, dorso equi, & iuba, & hinnitu, rostro resumo, cauda & dentibus aprorum, ad uncis sed minus noxiis: tergoris ad scuta galeasque impenetrabilis, præterquàm si humore madeat. Depascitur segetes, destinatione antè (vt ferunt) determinatas in diem, & ex agro ferentibus vestigiis, ne quæ reuertenti insidiæ comparentur.

^c Alias, genus hominum huic belluæ aduersum sic paulò post: olfactuque eius generis hominum fugantur.

Quis primus Romæ hippopotamum, & crocodilos ostendit: & medicina ab animalibus reperta. CAP. XXVI.

Primus eum, & quinque crocodilos Romæ Ædilitatis suæ ludis M. Scaurus temporario euripo ostendit. Hippopotamus in quadam medendi parte etiam magister extitit. Assidua nanque fatietate obesus exit in litus, recentes harundinum cæsuras speculatus: atque ubi acutissimum videt stirpem, imprimens corpus, venam quandam in crure vulnerat, atque ita profluuiio sanguinis morbidum aliàs corpus exonerat, & plagam limo rursus obducit.

Quæ animalia quas herbas ostenderunt, cerui, lacerti, hirundines, testudines, mustela, ciconia, aper, anguis, draco, panthera, elephas, vrsi, palumbes, columbæ, grues, coruus. CAP. XXVII.

Simile quiddam & volucris in eadem Ægypto monstravit, quæ vocatur ibis: rostri aduncitate per eam partem se perluens, qua reddi ciborum onera maximè salubre est. Nec hæc sola à mutis animalibus reperta sunt, vñ futuri & homini. Dictamnium herbam extrahendis sagittis cerui monstrare, percussis eo telo, pastuque eius herbæ eiectione. Idem percussis à phalangio, quod est aranei genus, aut aliquo simili, caneros edendo sibi medentur. Est & ad serpentum ictus præcipua, qua se lacerti, quoties cum his conseruere pugnam, vulnerati refouent. Chelidoniam visui saluberrimam hirundines monstrare, vexatis pullorum oculis illa medentes. Testudo cunilæ, quam bubulam vocant, pastu vires contra serpentes refouet: mustela rutæ in murium venatu cum iis dimicatione conferta: Ciconia origano, edera apri in morbis sibi medentur, & caneros vescendo, maximè mari eiectione. Anguis hyberno situ membrana corporis obducta, fœniculi succo impedimentum illud exuit, nitidusque vernat. Exuit autem à capite primum, nec celerius quàm vno die ac nocte replicans, vt extra fiat membranæ, quod fuerat intus. Idem hyberna latebra visu obscurato, marathro herbæ sese affricans, oculos inungit ac refouet: si verò squamæ obtorpuere, spinis iuniperi se scabit. Draco vernam nauseam syluestris lactucæ succo restinguit. Pantheras perfricata carne aconito (venenum id est) barbari venantur. Occupat illico fauces earum angor: quare pardalianches id venenum appellauere quiddam. At fera contra hæc excrementis hominis sibi medetur: & aliàs tam auida eorum, vt à pastoribus ex industria in aliquo vase suspensa altiùs, quàm vt queat saltu attingere, iaculando se appetendoque deficiat, & postremò expiret: alioqui viuacitatis adeò lentæ, vt eiectionis interaneis pugnet. Elephas chamæleonte concolori frõdi deuorato, occurrit oleastro huic veneno suo. Vrsi cum mandrogoræ mala gustauere, formicas lambunt. Ceruus herba cinare venenatis pabulis resistit. Palumbes, græculi, merulæ, perdices lauri folio annuum fastidium purgant: columbæ, turtures & gallinacei herba quæ vocatur helxine: anates, anseres, cæteræque aquaticæ herba siderite: grues & similes iunco palustri. Coruus occiso chamæleonte, qui etiam victori nocet, lauro infestum virus extinguit.

Prognostica animalium.

CAP. XXVIII.

aliter vestiti codices. In Thracia locis rigētibus & vulpes, animal alioqui solerti auditu. Subaudi ex superioribus, pericula præmonent, vel, Artē fecere. Deinde sequitur, Amnes gelatos, lacusque non nisi ad eius itū reditūque trāsēnt, cui lectioni suffragatur & Plutarchus, eo in opusculo, cui titulus fecit, Sagaciorane sint terrestria animalia, an aquatica.

Milia præterea, utpote cum plurimis animalibus eadem natura rerum, cæli quoque obseruationem & ventorum, imbrium, tempestatū præfagia, aliis alia dedit: quod persequi immensum est, æquè scilicet quàm reliquam cum singulis hominum societatem. Siquidem & pericula præmonent, non fibris modo extis que, circa quod magna mortaliū portio hæret, sed alia quadam significatione. Ruinis imminētibus muscoli præmigrant, aranei cum telis primi cadunt. Auguria quidem artem fecere, apud Romanos & sacerdotum collegium vel maximè solenne est. In Thracia locis rigētibus & vulpes, animal alioqui solerti auditu, amnes gelatos lacusque non nisi ad pastus ituræ reditureque transeunt. Obseruatum, eam aure ad glaciem apposita, coniectare crassitudinem gelus.

Ciuitates, & gentes à minutis animalibus deletæ.

CAP. XXIX.

Nec minus clara exitij documenta sunt etiam ex contemnendis animalibus. M. Varro autor est, à cuniculis suffossum in Hispania oppidum, à talpis in Theffalia: ab ranis ciuitatē in Gallia pulsam, ab locustis in Africa: ex Gyaro Cycladum insula incolas à muribus

muribus fugatos, in Italia Amyclas à serpentibus deletas. Citra Cynaniolgos Æthiopas latè deserta regio est, à scorpionibus & solpugis gente sublata: & à scolopendris abactos Terrientes, autor est Theophrastus. Sed ad reliqua ferarum genera remeamus.

De hyana, & crocuta, & mantichora, & fibris, & lutris. CAP. XXX.

HYenis vtranque esse naturam, & alternis annis mares, alternis fœminas fieri, parere sine mare, vulgus credit, Aristoteles negat. Collum & iuba continuitate spinæ porrigitur, flectiq; nisi circumactu totius corporis, nequit. Multa præterea mira traduntur. Sed maximè sermonem humanū inter pastorum stabula assimilare, noménque alicuius addiscere, quē euocatum foras lacret. Item vomitionem hominis imitari, ad sollicitandos canes, quos inuadat. Ab vno animai sepulchra erui, inquisitione corporum. Fœminam rarò capi. Oculis mille esse varietates, colorumq; mutationes. Præterea vmbrae eius contactu canes obmutescere. Et quibusdam magicis artibus omne animal, quod ter lustrauerit, in vestigio hære. Huius generis coitu leana Æthiopica parit crocutam, similiter voces imitantem hominum pecorumque. Acies ei perpetua in vtraq; parte oris, nullis gingiuis dente continuo: qui ne contrario occurso hebetetur, caprarum modo includitur. Hominum sermones imitari & mantichoram in Æthiopia, autor est Iuba. Hyænæ plurimæ gignuntur in Africa, quæ & asinorum syluestrium multitudinem fundit. Mares in eo genere singuli fœminarū gregibus imperitant. Timent libidinis æmulos, & ideo grauidas custodiunt, morsuque natos mares castrant. Contra grauidæ latebras petunt, & parere furto cupiunt, gaudéntque copia libidinis. Easdem partes sibi ipsi. Pontici amputant fibri, periculo vrgente, ob hoc se peti gnari: castoreum id vocant medici: aliàs animal horreni morsus, arbores iuxta flumina, vt ferro, cædit: hominis parte comprehensa, non antequàm fracta concrepauerint ossa, morsus resoluit. Cauda piscium iis, cætera species lutrae. Vtranque aquaticum, vtrique mollior pluma pilus.

De ranis, & vitulis marinis, & stellionibus.

CAP. XXXI.

RANÆ quoque rubetæ, quarum & in terra, & in humore vita, plurimis refertæ medicaminibus, deponere ea quotidie ac resumere à pastu dicuntur venena tantum semper sibi referuantes. Similis & vitulo marino victus, in mari ac terra: simile fibro & ingenium. Euomit fel suum, ad multa medicamenta vtile. Item coagululum, ad comitiales morbos: ob ea se peti prudens. Theophrastus autor est, anguis modo & stelliones fenectutem exuere, eamque protinus deuorare, præripientes comitali morbo remedia. Eosdem mortiferi in Græcia morsus, innoxios esse in Sicilia.

De ceruis.

CAP. XXXII.

CERUIS quoque est sua malignitas, quanquam placidissimo animalium. Vrgente vi canum, vltro confugiunt ad hominem. Et in pariendo semitas minus cauent, humanis vestigiis tritas, quàm secreta ac feris opportuna. Conceptus earum post Arcturi sidus: Octonis mēsis ferunt partus, interdum & geminos. A conceptu separant se. At mares relicti rabie libidinis fœuiūt: fodiunt scrobes. Tunc rostra eorū nigrescūt, donec aliquando abluant imbres. Fœminæ autē ante partum purgantur herba quadam, quæ fefelis dicitur, faciliore ita vtentes vtero. A partu duas habent herbas, quæ aros & fefelis appellatur: postea redeunt ad fœtū: illis imbui lactis primos volunt succos, quacunque de causa. Editos partus exercent cursu, & sagam meditari docent: ad prærupta ducunt, saltūque demonstrant. Iam mares soluti desiderio libidinis, auidè petunt pabula. Vbi se præpingues sensere, latebras querunt, fatentes incommodum pondus. Et alias semper in fuga acquiescunt, stantēsq; respiciunt: cum propè ventum est, rursus fugæ præsidia repetētes. Hoc fit intestini dolore, tam infirmi, vt ictu leui rumpatur intus. Fugiūt autē latratu canū audito secunda semper aura, vt vestigia cū ipsis abeant. Mulcentur fistula pastorali & cātu: cum crexere aures, acerrimi auditus: cum remisere, surdi. Cæterò animal simplex, & omnium rerum miraculo stupens: inatū, vt equo aut bucua accedente propius, hominē iuxta venantem non cernāt, aut si cernant, arcū ipsum sagittasque mirētur. Maria tranāt gregatim nantes porrecto ordine, & capita imponentes præcedētū clunibus, vicibūsq; ad

*Hyena non m. h. ost
assimulat. X. m. o. a.
hominum adhibet.*

*a Crocuta supra cap. 23. ex
cani & lupo
concupit tradit
dit. Quo fit ut
hic leocrocuta
ta legere malim,
tu ex vocis
compositione leana
matre preferentem
tam hoc argu-
mento, quod
capite iam citato
leocrocutæ easdem,
quæ hic notat
assignauerit.*

terga redeunt. Hoc maximè notatur à Cilicia Cyprum traicientibus. Nec vident terras, sed in odorem earum natant. Cornua mares habent, solique animalium omnibus annis statò veris tempore amittunt: ideo sub ipsa die quammaximè inuia petunt. Latent amissis velut inermes, sed & hi bono suo inuidentes. Dextrum cornu negant inueniri, ceu medicamento aliquo præditum. Idque mirabilius fatendum est, cum & in viuariis mutant omnibus annis. defodi ab iis putant. Accensis autè vtrilibet, odore serpentes fugantur, & comitiales morbi deprehenduntur. Indicia quoque ætatis in illis gerunt, singulos annis adiicientibus ramos vsq; ad sexcennes. Ab eo tempore similia reuiuiscunt: nec potest ætas discerni, sed dentibus senectæ declaratur. Aut enim paucos aut nullos habent, nec in cornibus imis ramos, alioquin ante frontem prominere solitos iunioribus. Non decidunt castratis cornua, nec nascuntur. Erumpunt autem renascentibus tuberibus primò aridæ cutis similia. Eadem teneris crescunt ferulis arundineas in paniculas, molli plumata lanugine. Quàm diu carent iis, noctibus procedunt ad pabula: incrementa Solis vapore durant, ad arbores subinde experientes: vbi placuit robur, in aperta prodeunt. Captique iam sunt, edera in cornibus viridante ex attritu arborum, vt in aliquo ligno teneris dum experiuntur innata. Fiunt aliquando & candido colore, qualem fuisse traditur Q. Sertorij ceruam, quam esse fatidicam Hispaniæ gentibus persuaferat. Et iis est cum serpente pugna. Vestigant cauernas, nariumque spiritu extrahunt renitentes. Ideo singulare abigendis serpentibus odor adusto ceruino cornu. Contra morsus verò præcipuum remedium ex coagulo hinuli in matris vtero occisi. Vita ceruis in confesso longa, post centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis, quos Alexander Magnus addiderat, ad opertis iam cute in magna obesitate. Febrium morbos non sentit hoc animal: quin & me detur huic timori. Quosdam nos principes scimus omnibus diebus matutinis carnem eam degustare solitas, longo æuo caruisse febribus: quod ita demum existimant ratum, si vulnere vno interierit.

De tragelapho, & chamaleonte.

CAP. XXXIII.

EAdem est specie, barba tantum & armorum villo distans, quem tragelaphon vocant, non alibi, quàm iuxta Phasin amnem, nascens. Ceruos Africa propemodum sola non gignit. At chamæontem & ipsa, quanquam frequentiore India. Figura & magnitudo erat lacertæ, nisi crura essent recta & excelsiora. Latera ventri iunguntur, vt piscibus, & spina simili modo. Eminent rostrum, vt in paruo haud absimile suillo: cauda prælonga in tenuitatem desinens, & implicans se viperinis orbibus: vngues adunci, motus tardior, vt testudini: corpus asperum, ceu crocodilo: oculi in recessu cauo, tenui discrimine prægrandes, & corpori concolores: nunquam eos operit: nec pupillæ motu, sed totius oculi versione circumspicit. Ipse cellus hianti semper ore, solus animalium nec cibo nec potu alitur, nec alio quàm aëris alimento: circa caprificos ferus, innoxius alioqui. Et coloris natura mirabilior. Mutat nanq; eum subinde, & oculis & cauda & toto corpore: redditque semper quemcunque proximè attingit, præter rubrum candidumque. Defuncto pallor est. Caro in capite & maxillis, & ad commissuram caudæ admodum exigua, nec alibi toto corpore: sanguis in corde, & circa oculos tantum: viscera sine splene. Hybernis mensibus latet, vt lacertæ.

De tarando, & lycæone, & thoë.

CAP. XXXIII.

a *Atuâda videtur distinctio, hoc modo: Et spina simili modo eminent. Rostrum &c. ad stipulâ Aristotele lib. 2. Histor. animal. cap. 12.*

b *Cetera Aristot. Hist. animal. lib. 9. cap. 44. thoës quoque inter animalia annuat colorum mutantia.*

c *Verba hæc alienam in se dem videntur tractata, postremoque capite versus collocanda, post illi verba, Ideoque ratio capitur.*

MVtat colores & Scytharum tarandus, nec aliud ex iis quæ pilo vestiuntur, nisi in Indis lycæon, cui iubata traditur ceruix. Nam thoës, (luporum id genus est procerius longitudine, breuitate crurum dissimile, velox saltu, venatu viuens, innocuum homini) habitum, non colorem mutant, per hyemes hirti, æstate nudi. Tarando magnitudo, quæ boui, caput maius ceruino, nec absimile: cornua ramosa, vngulæ bifidæ, villus magnitudine vrsorū. Sed cum libuit sui coloris esse, asini similis est. Tergori tanta duritia vt thoraces ex eo faciant. Colorem omnium arborum, fruticum, florum, locorumque reddit, in quibus latet, metuens, ideoque rarò capitur. Mirum esset habitum corpore tam multiplicem dari, mirabilius & villo.

De

De hystrice.

CAP. XXXV.

HYstrices generat India & Africa spina contectas, ac herinaceorum genere: sed hystrici longiores aculei, & cum intendit cutem, missiles. Ora vrgentium figit canum, & paulò longius iaculatur. Hybernis autem se mensibus condit: quæ natura multis, & ante omnia vrsis.

De vrsis, & fœtibus eorum.

CAP. XXXVI.

EOrum coitus hyemis initio: nec vulgari quadrupedum more, sed ambobus cubantibus complexisque. Deinde secessus in specus separatim, in quibus pariunt trigesimo die, plurimum quinos. Hi sunt cãdida informisque caro, paulò muribus maior, sine oculis, sine pilo: vngues tantum prominent: hanc lambendo paulatim figurât. Nec quicquã rarius, quàm parientem videre vrsam. ^a Ideo mares quadragenis diebus latent, fœminæ ^a Hyeme ^{natæ} quaternis mensibus. Specus si non habuere, ramorum fruticumque congerie ædificant, impenetrabiles imbribus, mollisque fronde contratos. Primis diebus bis septenis tam graui somno premuntur, vt ne vulneribus quidem excitari queant. Tunc mirum in modum veterno pinguescunt. Illi sunt adipēs medicaminibus apti, contraque capilli defluuium tenaces. Ab iis diebus residunt, ac priorum pedum suctu viuunt. Fœtus rigētes apprimendo pectori fouent, ^b non alio incubitu, quàm oua volucres. Mirum dictu, credit ^b nō aliter, ^{quàm} ^{incubitu} ^{oua} ^{volucres.} Theophrastus, per id tempus coctas quoque vrsorum carnes, si asseruētur, increfcere: cibus tunc nulla argumenta, nec nisi humoris minimum in aluo inueniri: sanguinis exiguas ^c circa corda tantum guttas, reliquo corpori nihil inesse. Procedunt vere, sed mares præpingues: cuius rei causa non prompta est: quippe nec somno quidem saginatis, præter quatuordecim dies, vt diximus. Exeunt herbam quandam aron nomine laxãdis intestinis alioqui concretis deuorant, circãque furculos sentium prædomãtes ora. Oculi eorum hebetantur crebrò: qua maximè causa fauos expetunt, vt cõuulneratum ab apibus os leuet sanguine grauedinem illam. Inualidissimum vrsò caput, quod leoni fortissimũ: ideo vrgente vi, præcipitaturi se ex aliqua rupe, manibus eo operto iaciuntur: ac sæpe in harena colapho infracto exanimantur. Cerebro veneficium inesse Hispaniã credũt, occisorumque in spectaculis capita cremant, testato, quoniam potum in vrsinam rabiem agat. Ingrediuntur & bipedes. Arborem auersi derepunt. Tauros, ex ore cornibusque eorum pedibus omnibus suspensi, pondere fatigant. Nec alteri animalium in maleficio ^c Itul- ^c Melius, a- ^{stutia, ut in} ^{vet. cod. Hoc} ^{enim videtur} ^{velle Plinius} ^{herinaceu præ-} ^{ter poma spi-} ^{na affixa vrsu} ^{præterea orã} ^{apprehensum,} ^{in cauas arbor-} ^{residit.} ^{c vrsinã in se} ^{reddant} titia solertior. Annalibus notatum est, M. Pisone, M. Messala Coss. ad xiiii. Calendas Octobr. Domitium Ænobarbum Ædilem curulem vrsos Numidicos centum, & totidẽ venatores Æthiopus in circo dedisse. Miror adiectum Numidicos fuisse, cum in Africa vrsos non gigni constet.

De muribus Ponticis, & Alpinis, & herinaceis.

CAP. XXXVII.

Conduntur hyeme & Pontici mures, hi duntaxat albi: quorum palatum in gustu sagacissimum, auctores quonam modo intellexerint, miror. Conduntur & Alpini, quibus magnitudo melium est: sed hi pabulo antè in specus conuecto, cum quidam nar- ^d ^{Negatio vi-} ^{detur deduda-} ^{re, neque est in} ^{vet. cod. Hoc} ^{enim videtur} ^{velle Plinius} ^{herinaceu præ-} ^{ter poma spi-} ^{na affixa vrsu} ^{præterea orã} ^{apprehensum,} ^{in cauas arbor-} ^{residit.} ^{c vrsinã in se} ^{reddant} rent alternos marem ac fœminam supra se complexo fasce herbæ supinos, cauda mordicus apprehensa, inuicem detrahi ad specum: ideoque illo tempore detrito esse dorso. Sunt his pares & in Ægypto: similiterque residunt in clunes, & binis pedibus gradiuntur, prioribusque, vt manibus, vtuntur. Præparant hyemi & herinacei cibos: ac volutati supra iacentia poma affixa spinis, vnum ^d non amplius tenentes ore, portant in cauas arbores. Iidem mutationem Aquilonis in Austrum, condentes se in cubile, præfagiunt. Vbi verò sensere venantem, contracto ore pedibusque, ac parte omni inferiore, quã raram & innocuam habent lanuginem, confluunt in formam pilæ, ne quid comprehendi possit præter aculeos. In desperatione verò, ^e vrinam ex se reddunt tabificam tergori suo spinisque noxiam, propter hoc se capi gnari. Quamobrem exinanita prius vrina venari, ^e ars est. Et cum præcipua dos tergori, alias corrupto, fragili, putribus spinis atque deciduis, etiam si viuat subtractus fuga: ob id nō nisi nouissima spe maleficio eo perfunditur: reddant

quippe & ipsi odere suum veneficium, ita parcentes sibi terminumque supremum opperientes, ut ferre ante captiuitas occupet. Calidæ postea aquæ aspersu resoluitur pila: apprehensusq; pede altero è posterioribus, suspendio ac fame necatur: aliter non est occidere & tergori parcere. ^a Ipsum animal non verentur plerique dicere vitæ hominum superuacuum esse, si non sint illi aculei, frustra vellerum mollitie in pecore mortalibus data. Hac cute expoliuntur vestes. Magnum fraus & ibi lucrum monopolio inuenit, de nulla re crebrioribus senatuscõsultis, nulloq; nõ principe adito querimoniis prouincialibus.

De leontophono, lynce, melibus, & sciuris.

C A P. X X X V I I I.

VRINÆ & è duobus aliis animalibus ratio mira est. Leontophonon accipimus vocari ¹⁰ paruum, nec aliubi nascens, quàm vbi leo gignitur: quo gustato tanta illa vis, ac cæteris quadrupedum imperitans, illico expiret. Ergo corpus eius ^b adustū aspergunt aliis carnibus polentæ modo, insidiantes feræ, necantque etiam cinere. Tam contraria est pestis. Haud immeritò igitur odit leo, visumque frangit, & citra morsum exanimat. Ille cõtrà vrinam spargit prudens, hanc quoque leoni exitialem. Lyncum humor ita redditus, vbi gignuntur, glaciatur arefcitve in gemmas carbunculis similes, & igneo colore fulgentes, lyncurium vocatas, atque ob id succino à plerisq; ita generari prodito. Nouere hoc sciuntque lynces, & inuidentes vrinam terra operiunt, eoque celerius solidatur illa. Alia solertia in metu melibus: sufflatae cutis distentu ictus hominum & morsus canum arcent. Præuident tempestatem & sciuri: obturatisque, quæ spiraturus est ventus, cauernis, ex alia ²⁰ parte aperiunt fores: de cætero ipsis villosior cauda pro tegumento est. Ergo in hyemes aliis prouisum pabulum, aliis pro cibo somnus.

De vipera, cochleis, & lacertis.

C A P.

X X X I X.

Serpentium ^c vipera sola terra dicitur condi: cæteræ arborum aut faxorum cauis. Et alias vel annua fame durant, algore modo dempto. Omnia secessus tempore veneno orba dormiunt. Simili modo & cochleæ. Illæ quidem iterum & æstatibus, adhærentes maxime saxis: ut etiam iniuria resupinatae auulsæq; non tamen exeant. In Balearibus verò insulis cauaticæ appellatae, non prorepunt è cauis terræ: neq; herba viuunt, sed vix modo inter se cohærent. Est & aliud genus minus vulgare, adhærente operculo eiusdem testæ se operiens: obrutæ terra semper hæ, & circa maritimas tantum Alpes quondam ³⁰ fossæ, cœpere iam erui & in Veliterno. Omnium tamen laudatissimæ in Astypalga insula. Lacertæ inimicissimum genus cochleis, negantur semestrem vitam excedere. Lacerti Arabiæ cubitales: ^d in Indiæ verò Nyfa monte xxiiij. in longitudine pedum, colore fului, aut punicei, aut cærulei.

De canibus.

C A P.

X L.

EX his quoque animalibus, quæ nobiscum degunt, multa sunt cognitu digna fidelissimumque ante omnia homini canis, atque equus. Pugnasse aduersus latrones canem pro domino accepimus, confectumque plagis à corpore non recessisse, volucres & feras abigentem. Ab alio in Epiro agnitum in conuentu percussorem domini, laniatu & latratu coactum fateri scelus. Garamantum regem canes ducenti ab exilio reduxere, præliati ⁴⁰ contra resistentes. Propter bella Colophonij, itemque Castabalenses, cohortes canum habuerunt: eæ primæ dimicabant in acie nunquam detrectantes. Hæc erant fidissima auxilia, nec stipèdiorum indiga. Canes defendere Cimbris cæsis domus eorum plaustris impositas. Canis Iafone Lycio interfecto, cibum capere noluit, inediaque consumptus est. Is verò, cui nomen Hyrcani reddidit Duris, accenso regis Lyfimachi rogo, iniecit se flammæ: similiterque Hieronis regis. Memorat ^e & Pyrrhum Gelonis tyranni canem Philistus. Memoratur & Nicomedis Bithyniæ regis, vxore eius Consingi lacerata propter lasciuiosem cum marito iocum. Apud nos Volcatium nobilem, qui Ceselium ius civile docuit, asturcone è suburbano redeuntem, cum aduerserauisset, canis à grassatore defendit. Item Cælium Senatorem ægrum Piacentiæ ab armatis oppressum: nec prius ille ⁵⁰ vulneratus est, quàm cane interempto. Sed super omnia in nostro æuo actis populi Romani

^a Prasenda villosa lictio, quæ Pontianus ex Tolerano emittit exoptari, ipsam, animal non, ut recur aliqui, vite hominū superuacuum ed. &c.

^c Contra Aristoteles res animal. lib. 8. cap. 5. viperam tradit sub petris sese cõdere, reliquas serpentes in terra abdi.

^d Nyfam supra lib. 6. c. 21. Indiæ urbem facit. nõ montem. Quod si nõ desunt, qui hic legere malint, in Indiæ Mero Nysegorū mōte, teste Strabone, & Pomponio Mela lib. 3.

^e Alias, Et Pyrrhi, & Gelonis tyranni canem

mani testatum, Appio Iunio & P. Silio C O S s. cùm animaduertetur ex causa Neronis Germanici filij, in T. Sabinum, & seruitia eius, vnus ex his canem nec à carcere abigi potuisse, nec à corpore recessisse, abiecto in gradibus gemoniis mœstos edentem vlulatus, magna populi Romani corona circumstante: ex qua cùm quidam ei cibum obiecisset, ad os defuncti tulisse. Innatauit idem cadauere in Tiberim abiecto sustentare conatus, effusa multitudine ad spectandum animalis fidem. Soli dominum nouere: & ignotum quoque, si repente veniat, intelligunt. Soli nomina sua, soli vocem domesticam agnoscunt. Itinera, quamuis longa, meminere. Nec vlli præter hominem memoria maior. Impetus eorum & sæuitia mitigatur ab homine confidente humi. Plurima alia in his quoque vita inuenit. Sed in venatu solertia & sagacitas præcipua est. Scrutatur vestigia atque persequitur, comitantem ad feram inquisitorem loro trahens: qua visa quàm silens & occulta, quàm significans demonstratio est, cauda primùm, deinde rostro. Ergo etiam senectæ fessos cæcosque ac debiles sinu ferunt, ventos & odorem captantes, prodentisque rostro cubilia. E tigribus eos Indi volunt concipi: & ob id in syluis coitus tempore alligant fœminas. Primo & secundo fœtu nimis feroces putant gigni: tertio demum educant. Hoc idem è lupis Galli, quorum greges suum quisque ductorem è canibus & ducem habent. Illum in venatu comitantur, illi parent. Nanque inter se exercent etiam magisteria. Certum est iuxta Nilum amnem currentes lambere, ne crocodilorum auiditati occasionem præbeant. Indiam petenti Alexandro Magno, rex Albanix dono dederat inusitatæ magnitudinis vnum: cuius specie delectatus iussit vrsos, mox apros, & deinde damas emit-
 20 ti, a contemptu immobili iacente. Eaque segnitie tanti corporis offensus Imperator germanosi spiritus, eum interimi iussit. Nuntiauit hoc fama regi. Itaque alterum mittens addidit mandata, ne in paruis experiri vellet, sed in leone, elephantove. Duos sibi fuisse: hoc interempto, præterea nullum fore. Nec distulit Alexander, leonemque fractum protinus vidit. Postea elephantum iussit induci, haud alio magis spectaculo lætatus. Horrentibus quippe per totum corpus villis, ingenti primùm latratu intonuit: mox ingruit assultans, contraque belluam exurgens hinc & illinc, artificii dimicatione, quàm maximè opus esset, infestans atque euitans, donec assidua rotatum vertigine afflixit, ad casum eius tellure concussa. Canum generibus annui partus. Iusta ad pariendum annua ætas. Gerunt vterum
 30 sexagenis diebus. Gignunt cæcos: & quo largiore aluntur lacte, eo tardiores visum accipiunt: non tamen vnquam vltra viceesimum primum diem, nec ante septimum. Quidam tradunt, si vnus gignatur, nono die cernere: si gemini, decimo. Idemque in singulos adiaci, totidemque esse tarditatis ad lucem dies. Et ab ea, quæ fœmina sit ex primipara genita, faunos cerni. Optimus in fœtu, qui nouissimè cernere incipit, aut quem primum fert in cubile fœta. Rabies canum Sirio ardente homini pestifera, vt diximus, ita morsis letali aquæ metu. Quapropter obuiam itur per xxx. eos dies, gallinaceo maximè fimo misto canum cibis: aut si præuenerit morbus, veratro.

Ad canis rabidi morsum.

C A P. X L I.

40 **A** Morfu verò vnicum remedium oraculo quodam nuper repertum, radix syluestris rosæ, quæ cynorrhodos appellatur. Columella autor est, si quadragesimo die, quàm sit natus, calcet morfu cauda, summusque eius articulus auferatur, sequenti neruo exempto, nec caudam crescere, nec canes rabidos fieri. Canem locutum, in prodigiis (quod equidem annotauerim) accepimus: & serpentem latrasse, cùm pulsus est regno Tarquinius.

De natura equorum.

C A P. X L I I.

50 **E** Idem Alexandro & equi magna raritas contigit: Bucephalon cum vocarunt, siue ab aspectu toruo, siue ab insigni taurini capitis armo impressi. Sedecim talentis ferunt ex Philonici Pharfalij grege emptum, etiam tum puero capto eius decore. Neminem hic alium, quàm Alexandrum, regio instratus ornatu, recepit in sedem, alios passim reiiciens. idem in præliis memoratæ cuiusdam perhibetur operæ, Thebarum oppugnatione vulneratus in alium transire Alexandrum non passus: multa præterea eiusdem modi, propter quæ rex defuncto ei duxit exequias: urbemque tumulo circumdedit nomine eius. Nec Cæ-

k

Aliter vestigiis in hinc & illinc intermissione. cõtempnim immobili iacente eo. Quæ segnitie, etc.

Quodnam fuerit: hoc oraculum, latius explicat infra. 25. cap. 2.

faris Dictatoris quemquam alium recepisse dorso equus traditur: idemq; humanis similes pedes priores habuisse, hac effigie locatus ante Veneris Genitricis ædem. Fecit & Diuus Augustus equo tumulum, de quo Germanici Cæsaris carmen est. Agrigenti complurium equorum tumuli pyramides habet. Equum adamatum à Semiramide vsque ad coitum, Iuba autor est. Scythæ quidem equitatus & equorum gloria strepunt. Occiso denique ipsorum regulo ex prouocatione dimicante, hostem cum victor ad spoliandum venisset, ab equo eius ictibus morsuque confectum. Alium detracto oculorum operimeto, & cognito cum matre coitu, petiisse prærupta, atq; exanimatum. ^a Equæ eadem ex causa in Reatino agro laceratum prorigam iuuenimus. Nanque & cognationum intellectus in iis est: itaque in grege prioris anni sorore libentius etiam, quam matre, equa comitatur. Docilitas tanta est, vt vniuersus Sybaritani exercitus equitatus ad symphonix cantû saltatione quadam moueri solitus inueniatur. Idem præfagiunt pugnâ, & amissos lugent dominos, lacrymasque interdû desiderio fundunt. Interfecto Nicomede rege, equus eius inedia vitam finiuit. ^b Philarchus refert Centaretum è Galatis, in prælio occiso Antiocho, potitum equo eius cõscendisse ouantem. At illum indignatione accensum domitis frænis, ne regi posset, præcipitem in abrupta isse, exanimatumque vnâ. Philistus à Dionysio relictum in cœno hærentē, vt sese euellisset, secutum vestigia domini, examine apum iubæ inhærente: eoque ostento tyrannidem à Dionysio occupatam. Ingenia eorum innarrabilia iaculantes obsequio experiuntur, difficiles conatus corpore ipso nixuque inuitantiû. Iam tela humi collecta equiti porrigunt. Nam in circo ad currus iuncti, non dubiè intellectu adhortationis & gloriæ fatentur. Claudij Cæsaris Seculariû ludorû Circensibus excusso in carceribus auriga, albatu equi palmam occupauere, primum obtinere, opposita effundentes, omnia quæ contra æmulos debuissent peritissimo auriga insitete, facientes: cum puderet hominum artes ab equis vinci, peracto legitimo cursu ad metam steteret. Maius augurium apud priscos, plebeis Circensibus excusso auriga, ita vt si staret, in Capitolium cucurrisset equos: ^c sedemque ter lustrasse: maximum verò, eodem peruenisse ab Veis cum palma & corona, effuso Ratumena, qui ibi vicerat: vnde postea nomen portæ est. Sarmatæ longinqua itinera acturi, inedia pridie præparant eos, exiguû tantum potum impartientes: atque ita per centena millia & quinquaginta continuo cursu euntibus infident. Viuunt annis quidam quinquagenis: scemine minore spatio: eodem quinquennio finè crescendi capiunt, mares anno addito. Forma equorû, quales maximè legi oporteat, pulcherrimè quidem Virgilio vate absoluta est. Sed & nos diximus in libro de iaculatione equestri condito: & ferè inter omnes constare video. Diuersa autè Circo ratio quæritur. Itaque cum bimi in alio subigantur imperio, non ante quinquenes ibi certamen accipit. Partum in eo genere vndenis mensibus ferunt, duodecimo gignunt. Coitus verno æquinoctio bimo vtrinque vulgaris: sed à trimatu firmior partus. Generat mas ad annos trigintatres, vtpote cum à Circo post vicesimû annum mittantur ad sobolem reparandam. ^d Et ad quadraginta durasse tradunt, adiutum modò in attollenda prior parte corporis. Sed ad generandum paucis animalium minor fertilitas: qua de causa per interualla admissuræ dantur: nec tamè quindecim initus eiusdem anni valet tolerare. Equarum libido extinguitur iuba tonsa. Gignunt annis omnibus ad quadragesimum. Vixisse equû septuagintaquinque annos proditur. In hoc genere grauida stans parit, præterq; cæteras foetum diligit. Et sanè equis amoris innasce veneficiû, hippomanes appellatû, in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro: quod statim edito partu deuorat foeta, aut partum ad vbera non admittit, ^e si quis præreptum habeat. Olfactu in rabiem id genus agitur. Amissa parente in grege armenti: reliquæ foetæ educant orbem. Terram attingere ore triduo proximo, quam sit genitus, negant posse. Quò quis acrior, in bibendo profundius nares mergit. Scythæ per bella scemine vti malunt, quoniam vrinam cursu non impedito reddat. Constat in Lusitania circa Olyssiponem oppidum & Tagum amnem equas Fauonio flante obuertas animalem concipere spiritum, idque partum fieri, & gigni perniciosissimû ita, sed triennium vitæ non excedere. ^f In eadem Hispania Gallaica gens, &

^b Historia ratio exiti vt sic legatur: Philarchus refert, Centaretum è Galatis in prælio occiso, Antiochum potitum equo eius, cõscendisse ouantem. Cui lectio ni apertissime suffragatur Sallustiu cap. 46. Item Appian. in Syr. & Lucian. in Zenocide seu Antiocho.

^c Plinius vestigiis codices: Opuntæ & ad quadraginta durasse tradunt. Ex Aristoteli lib. 6. c. 22. e Distingue sic. Si quis præreptum habeat, olfactu in rabiem id genus agitur. Ex Aristoteli lib. 1. c. 10. iam citato. f Tolerabilior videtur lectio, quam ex codice Toletano conuenit Pintianus. In eadem Hispania Callaica gens est & Asturica. Equini generis hic sunt, quos thielodones vocamus. Minori fama appellatos asturcones gignunt:

Astu

Asturica, equini generis, quos thieldones vocamus, minori forma appellatos asturcones gignunt: quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: vnde equis tolutim carpere incurfus traditur arte. Equo ferè, qui homini morbi, præterque vesicæ conuersio, sicut omnibus in genere veterino.

De asinis.

CAP. XLIII.

A Sinum ccc nummum emptum Q. Axio Senatori, autor est M. Varro, haud scio an omnium pretio animalium victo: opera sine dubio geruli mirifica, arando quoque, sed mularum maximè pro generatione. Patria etiam spectatur in his, Arcadicis in Achaia, in Italia Reatinis. Ipsum animal frigoris maximè impatiens: ideo non generatur in Põto: nec æquinoctio verno, vt cætera pecua, admittitur, sed solstitio. Mares^a in remissione o-^a intermif-
peris deteriores. Partus à tricesimo mense ocyssimus, sed à trimatu legitimus: totidem, sione
quot equæ, & eisdem mensibus, & simili modo: Sed incontinens vterus vrinam genitalem reddit, ni cogatur in cursum verberibus à coitu. Rarò geminos parit: paritura lucem fugit, & tenebras quærit, ne conspiciatur ab homine. Gignit tota vita, quæ est ei ad trigesimum annum. Partus charitas summa, sed equarum tædium maius. Per ignes ad fœtus tendunt: eadem, si riuus minimus interfit, horrent ita, vt pedes omnino caueant tingere. Nec nisi assuetos potant fontes, qui sunt in pecuariis, atque ita vt sicco tramite ad potum eant: nec pontes transeunt, per raritatem eorum translucentibus fluuiis. Mirumq; dictu, sitiunt: & si immutetur aqua, vt bibant cogendæ^b exoradæve sunt. Nec nisi spatiosa in-^b exonerã-
cubitant laxitate. Varia nanque somnio visa concipiunt, ictu pedum crebro: qui nisi per dæve
inane emicuerit, repulsu durioris materiæ claudatatem illico affert. Quæstus ex iis opima prædia exuperat. Notum est, in Celtiberia singulas quadragenis millibus nummorum enixas. Ad mularum maximè partus, aurium referre in his & palpebrarum pilos aiunt. Quauis enim vnicolor reliquo corpore, totidem tamen colores, quot ibi fuere, reddit. Pullos earum epulari Meccenas instituit, multum eo tempore prælatos onagris: post eum interiit autoritas saporis. Asino moriente viso, celerrimè id genus deficit.

De mulis.

CAP. XLIIII.

EX asino & equa mulus gignitur mense xij. animal viribus in labores eximium. Ad tales partus equas neque quadrimis minores, neque decennibus maiores legunt: arce-
rique vtrunque genus ab altero narrant, nisi in infantia eius generis, quod ineant, lacte
hauisto. Quapropter surreptos pullos in tenebris equarum vberis, asinarumve equuleos
admouent. Gignitur etiã mula ex equo & asina, sed effrænis & tarditatis indomitæ. Len-
ta omnia esse vetulis. Cõceptum ex equo, sequutus asini coitus, abortu perimit: nõ item
ex asino equi. Fœminas à partu optimè septimo die impleri, obseruatum est: mares fati-
gatos melius implere. Quæ non prius, quàm dentes, quos pullinos appellat, iaciat, cõce-
perit, sterilis intelligitur, & quæ non primo initu generare cõperit. Equo & asina ge-
nitos mares, c hinulos antiqui vocabant: contraque mulos, quos asini & equæ genera-
rent. Obseruatum, è duobus diuersis generibus nata, tertij generis fieri, & neutri paren-
tum esse similia: eaque ipsa, quæ sunt ita nata, nõ gignere, in omni animalium genere: id-
circo mulas non parere. Est in Annalibus nostris, peperisse sæpe, verum prodigij loco ha-
bitum. Theophrastus vulgò parere in Cappadocia tradit: sed esse id animal ibi sui generis.
Mulæ calcitratus in hibetur vini crebriore potu. In plurium Græcorum est monumentis,
cum equa muli coitu natum, quem vocauerint^d hinum, id est, paruum mulum. Generã-
tur ex equa & onagris mansuefactis mulæ veloces in cursu, duritia eximia pedum, verum
strigoso corpore, indomito animo, sed generoso. Onagro & asina genitus omnes ante
cellit. Onagri in Phrygia & Lycaonia præcipui. Pullis eorum, ceu præstantibus sapore, A-
frica gloriatur, quos lalifiones appellant. Mulum lxx annis vixisse, Atheniensium mo-
numentis apparet. Eo gauisi, cum templum in arce facerent, quod derelictus senecta, ca-
dentia iumenta comitatu nisuque exhortaretur, decretum fecere, quo caueretur, ne fru-
mentarij negotiatores ab incerniculis eum arcerent.

^c Melius,
hinnos, ita
hoc genus ap-
pellante & Co-
lumella lib. 6.
cap. 35.

^d Rectius,
Gionum, vt
apud Aristot.
hist. animal.
lib. 6. cap. 24.
& lib. 2. de
Generat. ani-
ma. cap. vli-
mo.

BVbus Indicis camelorum altitudo traditur, cornua in latitudinem quaternorum pedum. In nostro orbe Epiroticis laus maxima, a Pyrrhi (vt ferunt) iam inde regis cura. Id consecutus est, non ante quadrimatum ad partus vocando. Prægrandes itaque fuerunt, & hodièque reliquæ stirpium durant. At nunc anniculæ ad fœcunditatem poscuntur, tolerantius tamen bimæ. Tauri generationem quadrimi implent, & singulis denæ eodem anno traduntur. Si autem post coitum ad dextram partem abeant tauri, generatos mares esse: si in læuam fœminas. Cōceptio vno initu peragitur: quæ si fortè errauit, vigesimo post die marem fœmina repetit. Pariunt mēse decimo: quicquid ante genitum, inutile est. Sunt autores, ipso complete decimum mensem die parere. Gignunt rarò geminos. Coitus à Delphini exortu ad pridie Nonas Ianuarij diebus ^o x x. aliquibus & autumno: gentibus quidem, quæ lacte viuunt, ita dispensatur, vt omni tempore anni super sit id alimentum. Tauri non sæpius, quàm bis die, ineūt. Boues animalium soli, & retro ambulantes pascuntur: apud Garamantas quidem haud aliter. Vita fœminis x v. annis longissima, maribus x x. Robur in quimatu. Lauatione calidæ aquæ traduntur pinguescere, & si quis incisa cute spiritum harundine in viscera adigat. Non degeneres existimandi etiam minus laudato aspectu. Plurimū lactis Alpinis, quibus minimum corporis, plurimum laboris, capite, non ceruice, iunctis. Syriacis non sunt palearia, sed gibber in dorso. Carici quoque in parte Asiæ fœdi visu, tubere super armos à ceruicibus eminēte, luxatis cornibus, excellentes in opere narrantur: cæterò nigri coloris candidive, ad laborem damnantur. Tauris minora, quam bubus, cornua, tenuioraque. Domitura bouum in trimatu, post eà fera, antè præmatura. Optimè cum domito iuuenus imbuitur. Socium enim laboris agrique culturæ habemus hoc animal, tantæ apud priores curæ, vt sit inter exempla damnatus à populo Romano, die dicta, qui concubino procaci rure omasum edisse se negante, occiderat bouem, actusq; in exilium, tanquam colono suo interempto. Tauris in aspectu generositas, torua fronte, auribus setosis, cornibus in procinctu dimicationem poscētibus. Sed tota comminatio prioribus in pedibus stat, ira gliscente alternos replicans, spargēsq; in altum harenam, & folius animalium eo stimulo ardescens. Vidimus de imperio dimicantes, & ideo demonstratos rotari, cornibus cadentes excipi, iterumq; resurgere, modò iacentes ex humo tolli, bigarumque etiam cursu citato, velut aurigas, insistere. Thessalorum gentis inuentum est, equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare: primus id spectaculum dedit Romæ Cæsar Dictator. Hinc victimæ opimæ & lautissima Deorum placatio. Huic tantum animali omnium, quibus procerior cauda, non statim nato consummata, vt cæteris, mensuræ: crescit vni, donec ad vestigia ima perueniat. Quamobrem victimarum probatio in vitulo, vt articulum suffraginis contingat: breuiore non litant. Hoc quoque notatum, vitulos ad aras humeris hominis allatos non ferè litare, sicut nec claudicante, nec aliena hostia Deos placari, nec trahente se ab aris. Est frequens in prodigijs priscorum, bouem locutum: Quo nuntiato, Senatam sub dio haberi solitum.

De Api boue.

BOs in Ægypto etiam numinis vice colitur, Apim vocant. Insigne ei, in dextro latere candicans macula, cornibus Lunę crescere incipientis, ^c Nodus sub lingua, quem cantharum appellant. Non est fas eum certos vitæ excedere annos, mersumque in sacerdotū fonte enecant, quęsaturi luctu alium, quem substituunt: & donec inuenerint, mœrēt, derasis etiam capitibus: nec tamen vnquam diu quæritur. Inuentus deducitur Memphim à sacerdotibus. Sunt delubra ei gemina, quę vocant thalamos, auguria populorū. Alterum intrasse lætum est, in altero dira portendit. Responso priuatis dat, è manu consulentium cibum capiendo. Germanici Cæsaris manum auersatus est, haud multò post extincti. Cæterò secretus, cum se proripuit in cœtus, incedit summotu licitorum, gręxque puerorum comitatur carmen honori eius canentium: intelligere videtur, & adorari velle. Hi greges repente lymphati futura præcinunt. Fœmina bos semel ei anno ostenditur, suis & ipsa insigni-

a *Aliis, quibusdam quomodo uocatur nomen eum Columella quodque Palladius singularis tauris attribuit.*
b *Aliis, quadraginta, qui diuion nomen eum apud Varronem legitur lib. 2. Rust. cap. 5.*

c *Consule de hoc loco Cælius Rhodig. lib. 8. cap. 5.*

in signibus, quanquam aliis: semperque eodem die & inueniri eam, & extinguere tradunt. Memphi est locus in Nilo, quem à figura vocant Phialam, omnibus annis ibi auream pateram argenteamque mergentes, diebus quos habet natales Apis: septem hi sunt, mirumque neminem per eos à crocodilis attingi: octauo post horam diei sextam redire belluæ feritatem.

De natura pecorum, & generatione eorum.

CAP. XLVII.

Magna & pecori gratia, vel in placamentis Deorum, vel in usu vellerum. Ut boues victum hominum excolunt, ita corporum tutela pecori debetur. Generatio bimis utrinque ad nouenos annos, quibusdam & ad decimum. Primiparis minores fetus. Coitus omnibus^a ad Arcturi occasum, id est, à tertio Idus Maias, ad Aquilæ occasum, x. Calendas Aug. Gerunt partum diebus cl. Postea concepti inualidi. Cordos vocabant antiqui post id tempus natos. Multi hybernos agnos præferunt vernis, quoniam magis interfit ante solstitium, quam ante brumam firmos esse, solumque hoc animal vtiliter bruma nasci. Arieti naturale agnas fastidire, senectam ouium consecrari: & ipse senecta melior, illis quoque vtilior. Ferocia eius cohibetur, cornu iuxta aurem terebrato. Dextro teste præligato fœminas generat, læuo mares. Tonitrus solitariis ouibus abortus inferunt. Remedium est congregare eas, ut cœtu iuuentur. Aquilonis flatu mares concipi dicunt, Austri fœminas: atque in eo genere arietum maximè spectantur ora: quia cuius coloris sub lingua habuere venas, eius & lanicium est in fœtu, variumque si plures fuere: & mutatio aquarum potiusque variat. Ouium summa genera duo, tectum & colonicum: illud mollius, hoc in pascuo delicatius, quippe cum tectum rubis vescatur. Opera eis ex Arabicis præcipua.

^a omnino legentibus, Ab Arcturi occasu, tam ex vetust. cod. tum ex Varro, lib. 4. cap. 2. tum propter id quod sequitur. Id est à tertio Id. Maias:

De generibus lanarum, & vestium.

CAP. XLVIII.

Lana autem laudatissima Apula, & quæ in Italia Græci pecoris appellatur, alibi Italica. Tertium locum Milesiæ oues obtinent. Apulæ breues villos, nec nisi penulis celebres. Circa Tarentum Canusiumque summam nobilitatem habent. In Asia verò eodem genere Laodiceæ. Alba circumpadanis nulla præfertur, nec libra centenos nummos ad hoc æui excessit vlla. Oues non vbique tondentur: durat quibusdam in locis vellendi mos. Colorum plura genera: quippe cum desint etiam nomina eis, quas natiuas appellant, aliquot modis. Hispania nigri velleris præcipuas habet. Pollentia iuxta Alpes cani: Asia rutili, quas Erythræas vocant: item Bætica: Canusium fului: Tarentum & suæ pulliginis. Succidis omnibus^b vsus medicatus. Istriæ Liburniæque pilo propior, quam lanæ, pexis aliena vestibus, & quam sola ars scutulato textu commendat in Lusitania. Similis circa Pifcenæ prouinciæ Narbonensis: similis & in Ægypto, ex qua vestis detrita vsu tingitur, rursusque æuo durat. Est & hirtæ pilo crasso in tapetis antiquissima gratia: iam certè priscos iis vsos, Homerus autor est. Aliter hæc Galli pingunt, aliter Parthorum gentes. Lanæ & per se coactæ vestem faciunt: & si addatur acetum, etiam ferro resistunt: imò verò etiam ignibus nouissimo sui purgamento: quippe ahenis poliétium extracta, in tormenti vsu veniunt, Galliarum, ut arbitror, inuétio: certè Gallicis hodie nominibus discernitur: nec facile dixerim, qua id ætate cœperit. Antiquis enim torus è stramento erat, qualiter etiam nunc in castris gauisape. Patris mei memoria cœpere amphimalla nostra, sicut villosa etiam ventralia. Nam tunica lati clauis in modum gauisape texti nunc primum incipit. Lanarum nigræ nullum colorem bibunt. De reliquarum infectu suis locis dicemus, in conchyliis marinis, aut herbarum natura. Lanam cum colo & fuso Tanaquilis, quæ eadem Caia Cécilia vocata est, in templo Sangi durasse, prodente se, autor est M. Varro: factamque ab ea togam regiam vndulatam in æde fortunæ, qua Ser. Tullius fuerat vsus. Inde factum, ut nubentes virgines comitaretur colus compta, & fusus cum stamine. Ea prima texuit rectam tunicam, quales cum toga pura^c tyroni induuntur, nouæque nu-

^b Vetus. cod. medicata vsus

^c tyrones

^d T. forniculata

textæ apud Hetruscos originem inuenere. Trabeis vsos accipio reges: pictas vestes iam apud Homerum fuisse, vnde triumphales natæ. Acu facere id Phryges inuenierunt, ideò que phrygiones appellati sunt. Aurum intexere in eadem Asia inuenit Attalus rex: vnde nomen Attalicis. Colores diuersos picturæ intexere Babylō maximè celebrauit, & nomen imposuit. Plurimis verò licis texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit: scutulicis diuidere, Gallia. Metellus Scipio triclinaria Babylonica festertium octingentis milibus vanille iam tunc, posuit in Capitonis criminibus, quæ Neroni principi quadrages festertio nuper steteret. Seruij Tullij prætextæ, quibus signum Fortunæ ab eo dicatae coopertum erat, durauere ad Seiani exitum. Mirumque fuit nec defluxisse eas, nec teredinum iniurias sensisse annis d l x. Vidimus iam & viuientium vellera, purpura, cocco, conchylio, sesquilibris infecta, velut illa sic nasci cogente luxuria. In ipsa oue satissimè generositatis ostenditur breuitate crurum, ventris vestitu: quibus nudus esset, apicæ vocabant, damnabaturque. Syriæ cubitales ouium caudæ, plurimumque in ea parte lanicij. Castrari agnos, nisi quinque mestres, præmaturum existimatur.

De musmone.

CAP. XLIX.

c T. musmo-

EST & in Hispania, sed maximè Corsica, non maximè ab simile pecori, genus^c musmum, caprino villo, quàm pecoris vellere, propius. Quorum è genere & ouibus natos prisca Vmbros vocarunt. Infirmissimum pecori caput, quamobrem auersum à Sole pasci cogendum. Quàm stultissima animalium lanata. Quàm timere ingredi, vnum cornu ruptum sequuntur. Vita longissima anni x. in Æthiopia x i i j. Capris eodem loco x j. in reliquo orbe plurimum octoni. Vtrunque genus intra quartum coitum impletur.

De capris, & generatione earum.

CAP. L.

d Pitianns ex Tolians codice legi, ante trimos, ut hoc de hircis intelligatur.

e Legendum, In trimatu vtiles, ad stipulante Columella lib. 7. ca. 6 & Palladio lib. 12. tit. 12.

CAPRÆ pariunt & quaternos, sed raro admodum. Ferunt quinque mensibus, vt oues. Capræ pinguitudine sterilescunt. Trimæ minus vtiliter generant, & in senectâ, nec ultra quadriennium. Incipiunt septimo mense, adhuc lactentes. Mutilum in vtroque sexu vtilius. Primus in die coitus non implet: sequens efficacior, ac deinde. Concipiunt Nouembri mense, vt Martio pariant turgescuntibus virgultis, aliquando anniculæ, semper bimæ, in trimatu inutiles. Pariunt octonis annis. Abortus frigori obnoxius. Oculos suffos capra iuncto puncto sanguine exonerat, caper rubi. Solertiam eius animalis Mutianus visam sibi prodidit in ponte prætenui, duabus obuiis è diuerso: cum circumactum angustia non caperent, nec reciprocationem longitudo in exilitate cæca, torrente rapido minaciter subterfluente, alteram decubuisse, atque ita alteram proculcatæ supergressam. Mares quàm maximè simos, longis auriculis infractis, armis quàm villosissimis probant. Fœminarum generositatis insigne, lacinia corporibus è ceruice binæ dependentes. Non omnibus cornua: sed quibus sunt, in his & indicia annorum per incrementa nodorum. Mutilis lactis maior vbertas. Auribus eas spirare, non naribus, nec vnquam febre carere, Archelaus autor est: ideo fortassis anima his, quàm ouibus, ardentior, calidiorisque concubitus. Tradunt & noctu non minus cernere, quàm interdiu: ideo si caprinum iecur vescantur, restitui vespertinam aciem his, quos Nyctalopas vocant. In Cilicia, circaque Syrtis villo tonsili vestiuntur. Capras in occasum decliui Sole, in pascuis negant contueri inter sese, sed auersas iacere: reliquis autem horis aduersas, & inter cognationes. Dependet omnium mento villus, quem aruncum vocant: hoc si quis apprehensam ex grege vnâ trahat, ceteræ stupentes spectant. Id etiam euenire, cum quandam herbam aliqua ex eis momorderit. Morsus earum arbori exitialis. Oliuam lambendo quoque sterilem faciunt, eaque ex causa Mineruæ non immolantur.

De suis & natura earum.

CAP. LI.

S Villi pecoris admissura à Fauonio ad æquinoctium verum, ætatis v i i j. mense: quibusdam in locis etiam i i j. vsque ad v i j. annum. Partus bis anno: tempus vtero i i j. mensium: numerus fœcunditatis ad vicos: sed educare tam multos nequeunt. Diebus x. circa brumam statim dētatos nasci, Nigidius tradit. Implentur vno coitu, qui & geminatur propter facilitatem abortiendi. Remedium, ne prima subatione, neque antè flaccidas

das aures coitus fiat. Mares non vltra trimatum generant. Fœminæ senectute fessæ, cubantes coeunt. Comesse fœtus his, non est prodigium. Suis fœtus sacrificio^a die quinto purus est, pecoris die octauo, bouis x x x. Coruncanus ruminales hostias, donec bidentes fierent, puras negauit. Suem oculo amisso putant citò extingui: alioqui vita ad x v. annos, quibusdam & vicanos. Verùm efferantur, & aliàs obnoxium genus morbis, anginæ maximè, & itrumæ. Index suis inualidæ, cruor in radice setæ dorso euulsæ, caput obliquum in incessu. Penuriam lactis præpingues sentiunt, & primo fœtu minus sunt numerosæ. In luto volutatio generi grata. Intorta cauda: id etiam notatum, facilius litare, in dexterum, quàm in læuum, detorta. Pinguescunt lx. diebus, sed magis tridui inedia saginatione or-
 10 fa. Animalium hoc maximè brutum, animamque ei pro sale datam nō illepidè existimabatur. Compertum agnitam vocem suarij furto abactis, merfóque nauigio inclinatione lateris vnus remeasse. Quin & duces in vrbe forum nundinarium domosque petere dis-
 20 cunt: & feri sapiunt vestigia palude confundere, vrina fugam leuare. Castrantur fœminæ quoque sicuti cameli, post bidui inediam, suspensæ^b pernis primoribus, vulua recifa: celerius ita pinguescunt. Abhibetur & ars iecori fœminarum, sicut anserum, inuentum M. Apicij, sico carica saginatis, ac satie necatis repentè mulsi potu dato. Neque alio ex animali numerosior materia ganæ: quinquaginta propè sapes, cum cæteris singuli. Hinc Cenforiarum legum pagine, interdicitæque cœnis abdomina, glãdia, testiculi, vuluæ, sin-
 20 cipita verrina, vt tamen Publij Mimorū Poëtæ cœna, postquã seruitutem exuerat, nulla memoretur sine abdomine, etiã vocabulo suminis ab eo imposito. Placuerunt autem & fe-
 ri sues. Iam Catonis Cenforis orationes aprugnum exprobrant callum. In tres tamen partes diuiso, media ponebatur lumbus aprugnus appellata. Solidum aprum Romanorum primus in epulis apposuit P. Seruilius Rullus, pater eius Rulli, qui Ciceronis Consulatu legem agrariam promulgauit. Tam propinqua origo nūe quotidianæ rei est. Et hoc Annales notarunt, horum scilicet ad emendationem morum: quibus notata quidem cœna, sed in principio, bini ternique pariter mandantur apri.

De viuariis bestiarum.

CAP. LII.

VIuaria horum cæterorumque syluestriũ, primus togati generis inuenit Fuluius Lip-
 pinus, qui in Tarquiniensi feras pascere instituit. Nec diu imitatores defuere L. Lu-
 30 cullus, & Q. Hortensius. Sues feræ semel anno gignunt. Maribus in coitu plurima asperitas. Tunc inter se dimicant, indurantes attritu arborum costas, lutóque se tergorâtes. Fœminæ in partu asperiores, & ferè similiter in omni genere bestiarum. Apris maribus, non nisi anniculis generatio. In India cubitales dentium flexus gemini ex rostro, totidem à fronte ceu vituli cornua, exeunt. Pilus æreo similis agrestibus, cæteris niger. At in Arabia suillum genus non viuit.

De semiferis animalibus.

CAP. LIII.

IN nullo genere æquè facilis mistura cum fero, qualiter natos antiqui hybridas vocabant, ceu semiferos, ad homines quoque, vt in C. Antoniũ Ciceronis in Consulatu col-
 legam, appellatione translata. Non in suibus tãtũ, sed in omnibus quoque animalibus,
 40 cuiuscunque generis vllum est placidum, eiusdem inuenitur & ferum, vtpote cum hominum etiam syluestrium tot genera prædicta sint. Capræ tamen in plurimas similitudines tráfigurantur. Sunt capræ, sunt rupicapræ, sunt ibices pernicitatis mirandæ, quanquam onerato capite vastis cornibus, gladiatorumque vaginis: in hæc se librant, vt tormento aliquo rotati in petras, potissimũ è monte aliquo in alium transilire quærentes, atque recessu perniciũ, quò libuerit, exultant. Sunt & oryges, foli quibusdam dicti contrario pilo vestiri, & ad caput verso. Sunt & damæ, & pygargi, & strepsicerotes, multaque alia haud dissimilia. Sed illa Alpes, hæc transmarini situs mittunt.

De simiis.

CAP. LIIII.

SMiarum quoque genera hominis figuræ proxima, caudis inter se distinguuntur. Mira-
 50 ra solertia, visco inungi, laqueisque calcari imitatione venãtium tradũt. Mutianus & latrunculis lusisse fictis cera, nuces visu distinguere: Luna caua tristes esse, quibus in eo

a Varro lib. 2. cap. 4. negat fœtum suillum ante decimum à partu diem aut partum esse, aut sacrificio idon. u. Quis olrem & his nonnulli, Decimo die, legere malunt, quàm quinto.

b Arist. lib. 9. Hist. anima. cap. 11. 11. 10. sic habet, apud suille oron. diu oxer. av. Quo sit, vt & hic nonnulli posterioribus pernis legere malint, quàm prioribus.

genere cauda sit, nouam exultatione adorare: nam defectum siderum & cæteræ pauent quadrupedes. Simiarum generi præcipua erga foetum affectio. Gestant catulos, quos mansuefactæ intra domos peperere, omnibus demonstrant, tractarique gaudent, similes gratulationem intelligentis. Itaque magna ex parte complectendo necant. Efferatior cynocephalis natura, sicut mitissima Satyris, & Sphingibus. Callitriches toto penè aspectu differunt: barba est in facie, cauda latè fusa primori parte. Hoc animal negatur viuere in alio quàm in Æthiopiæ, quo gignitur, cælo.

De leporibus, & cuniculis.

CAP. LV.

ET leporum plura sunt genera: In Alpibus candidi, quibus hybernis mēsis pro cibatu niuem credunt esse: certè liquecente ea rutilescunt annis omnibus: & est alioqui animal intolerandi rigoris alumnum. Leporum generis sunt & quos Hispania cuniculos appellat fœcunditatis innumeræ, famémque Balearibus insulis, populatis messibus afferentes. Fœtus ventre exectos vel vberibus ablatos non repurgatis interaneis, gratissimo in cibatu habent: laurices vocant. Certum est, Balearicos aduersus prouentum eorum auxilium militare à Diuo Augusto petisse. Magna propter venatū eum viuerris gratia est. Iniiciunt eas in specus, qui sunt multifores in terra, vnde & nomen animali: atque ita exectos supernè capiunt. Archelaus autor est, quot sint corporis cauernæ ad excrementa lepori, totidem annos esse ætatis. Varius certè numerus reperitur. Idē vtranq; vim singulis inesse, ac sine mare æquè gignere. Benigna circa hoc natura, innocua & esculēta animalia fœcūda generauit. Lepus omnium prædæ nascens, solus præter dasypodem superfoetat, aliud educans, aliud in vtero pilis vestitum, aliud implume, aliud inchoatum gerēs pariter. Nec non & vestes leporino pilo facere, tentatum est, tactu non perinde molli, vt in cute, propter breuitatem pilis dilabidas.

De semiferis.

CAP. LVI.

HU mansuescunt rarò, cum feri dici iure non possint. Complura nanque sunt nec placida nec fera, sed mediæ inter vtrunque naturæ, vt in volucris, hirundines, apes, in mari delphini.

De muribus & gliribus.

CAP. LVII.

QVO in genere multi & hos incolas domuum posuere mures, haud spernendum in ostentis etiam publicis animal. Arrofis Lauinij clypeis argenteis, Marficum portendere bellum: Carboni Imperatori apud Clusium fasciis, quibus in calceatu utebatur, exitium. Plura eorum genera in Cyrenaica regione, alij lata fronte, alij acuta, alij herinaceorum genere pungentibus pilis. Theophrastus autor est, in Gyaro insula cum incolas fugassent, ferrum quoque rosisse eos, id quod natura quadam & ad Chalybas facere in ferrariis officinis. Aurariis quidem in metallis, ob hoc aluos eorum excidi, semperque furtam id deprehendi: tantam esse dulcedinem furandi. Venisse murem CC. nummis, Cassilinum obsidente Annibale: eumque qui vendiderat fame interisse, emptorem vixisse, Annales tradunt. Cum candidi prouenere, lætum faciunt ostentum. Nam foricum occultum dirimi auspicia, Annales refertos habemus. Sorices & ipsos hyeme condi, autor est Nigidius, sicut glires: quos Censoriæ leges, principisque M. Scaurus in consulatu, non alio modo cœnis ademere, quàm conchylia, aut ex alio orbe conuectas aues. Semiferum & ipsum animal, cui viuaria in doliis idem qui apris, instituit. Qua in re notatum, non congregari, nisi populares eiusdem syluæ: & si misceantur alienigenæ, amne vel monte discreti, interire dimicando. Genitores suos fessos senecta, alunt in signi pietate. Senium finitur hyberna quiete. Conditum enim & hi cubant: rursus æstate iuuenescunt, simili & nitelis quiete.

Quæ animalia quibus locis non sint.

CAP. LVIII.

MIRUM, rerum naturam non solùm alia aliis dedisse terris animalia, sed in eodē quoque situ quædam aliquibus locis negasse. In Mæsia sylua Italiæ, non nisi in parte reperiuntur hi glires. In Lycia dorcades nō transeunt montes Syris vicinos: onagri montem qui Cappadociam à Cilicia diuidit. In Helleponto in alienos fines non commeant cerui: & circa Arginussam Elatum montem non excedunt, auribus etiam in monte fissis,

In

In Poroselene insula viam mustelæ nō transeunt: in Bœotiæ Lebadia illatæ solum ipsum fugiunt, quæ iuxta in Orchomeno tota arua subruunt, talpæ, quarum è pellibus cubicularia vidimus stragula. Adeo ne religio quidem à portentis summouet delicias. In Ithaca lepores illati moriuntur, extremis quidem in litoribus: in Ebuso cuniculi nō sunt, sca-
 10 tent in Hispania Balearibusque. Cyrenis mutæ fuere ranæ, illatis è continente vocalibus durat genus earum. Mutæ sunt etiam nunc in Seripho insula. Eædem alio translatae canunt: quod accidere & in lacu Thessaliæ Sicendo tradunt. In Italia muribus araneis venenatus est morsus: eosdem vltior Apennino regio non habet. Idem vbicunque sint, orbitam si transiere, moriuntur. In Olympo Macedoniæ monte nō sunt lupi, nec in Cre-
 20 ta insula. Ibi quidem non vulpes, vrsiue, atque omnino nullum maleficū animal, præter phalangium: aranei id genus, de quo dicemus suo loco. Mirabilius, in eadem insula ceruos, præterquam in Cydoniatarum regione, non esse: item apros, & attagenas, herina-
 ceos: in Africa autem nec apros, nec ceruos, nec capreas, nec vrsos.

Quæ aduenis noceant.

CAP. LIX.

Iam quædam animalia indigenis innoxia, aduenas interimunt: sicut serpentes parui in Tirynthe, quos terra nasci proditur. Itē in Syria angues, circa Euphratis maximè ripas, dormientes Syros non attingunt: aut etiā si calcati momordere, non sentiuntur maleficia: aliis cuiuscunque gentis infesti, auidè & cum cruciatu exanimantes: quamobrem & Syri non necant eos. Contrà in Latmo Cariæ monte Aristoteles tradit à scorpionibus
 20 hospites non lædi, indigenas interimi. Sed reliquorum quoque animalium, & præter terrestria, indicemus genera.

C. PLINII SECVNDI NATVRA- LIS HISTORIÆ

L I B E R I X.

De aquatilium natura.

CAPVT I.



NIMALIVM, quæ terrestria appellauimus, hominum quadam confortione de gentia, indicata natura est. Ex reliquis minimas esse volucres conuenit. Quamobrem prius æquorum, annium stagnorumque dicentur.

Quare in mari maxima animalia.

CAP. II.

Sunt autem complura in iis, maiora etiam terrestribus. Causa euidens, humoris luxuria. Alia fors alitum, quibus vita pendentibus. In mari autem tam latè supino, mollique ac fertili accremento, accipiente causas genitales è sublimi, sempèrque pariente natura, pleraque
 40 etiam monstrifica reperiuntur, perplexis & in semet aliter atque aliter nunc flatu, nunc fluctu conuolutis feminibus atque principiis: vt vera fiat vulgi opinio, quicquid nascatur in parte naturæ vlla, & in mari esse, præterque multa, quæ nusquam alibi. Rerum quidem, non solum animalium simulachra esse, licet intelligere intuentibus vuam, gladium, ferras, cucumim vero & colore & odore similem: quò minus miremur equorum capita in tam paruis eminere cochleis.

De Indici maris belluis.

CAP. III.

Plurima autem & maxima in Indico mari animalia, è quibus balænæ quaternum iugerum, pristis ducentum cubitorum: quippe vbi locustæ quaterna cubita impleant: anguillæ quoque in Gange amne tricenos pedes. Sed in mari belluæ circa solstitia maximè
 50 visuntur. Tunc illic ruunt turbines, tunc imbres, tunc deiectæ montium iugis procellæ ab imo vertunt maria, pulsatasque ex profundo belluas cum fluctibus voluunt, & alias tanta

thynnorum multitudine, vt Magni Alexãdri classis haud alio modo, quàm hostium acie obuia contrariũ agmen aduersa fronte direxerit: aliter sparsis non erat euadere: non voce, non fonitu, non ictu, sed fragore terrentur, nec nisi ruina turbatur. Cadara appellatur Rubri maris peninsula ingens. Huius obiectu vastus efficitur sinus, xij. dierũ & noctium remigio enauigatus Ptolemæo regi, quando nullius auræ recipit afflatum. Huius loci quiete præcipua ad immobilem magnitudinem belluæ adoleſcunt. Gedrosos, qui Arbinamnem accolunt, Alexandri Magni classium præfecti prodidere, in domibus fores maxillis belluarum facere, ossibus tecta cõtignare, ex quibus multa quadrigenũ cubitorũ longitudinis reperta. Exeunt & pecori similes belluæ ibi in terrã, pastæque radices fructum remeant: & quædã equorum, asinorum, taurorum capitibus, quæ depascuntur sata. 10

Quæ in Oceano quoque maxima.

CAP. IIII.

Maximum animal in Indico mari pristis & balæna est: in Gallico Oceano physter, ingentis columnæ modo se attollens, altiõrque nauium velis diluuiem quandam cructans. In Gaditano Oceano arbor in tantum vallis dispanſa ramis, vt ex ea causa fretum nunquam intrasse credatur. Apparent & rotæ appellatæ à similitudine, quaternis distinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus vtrinque cludentibus.

De Tritonum, & Nereidum, & elephantorum marinorum figuris.

CAP. V.

Tiberio principi nuntiauit Olyſſipponensium legatio ob id missa, visum auditũque in quodam specu concha canentem Tritonem, qua noscitur, forma: & Nereidum 20 falsa non est, squamis modò hispido corpore, etiã quã humanam effigiem habent. Nãque hæc in eodem spectata litore est, cuius morientis etiam gannitum tristem accollæ audire longè. Et Diuo Augusto legatus Galliæ complures in litore apparere exanimis Nereidas scripsit. Autores habeo in equestri ordine splendentes, visum ab his in Gaditano Oceano marinum hominem, toto corpore absoluta similitudine: ascendere eum nauigia nocturnis temporibus, statimque degrauari, quas infederit, partes: & si diutius permaneat, etiam mergi. Tiberio principe, contra Lugdunensis prouinciæ litus in insula simul trecentas amplius belluas reciprocans destituit Oceanus, miræ varietatis & magnitudinis, nec pauciores in Santonum litore: interque reliquas elephantos & arietes, candore tantũ cornibus assimulatis, Nereidas verò multas Turanius prodidit, expulsam 30 belluam in Gaditana litora, cuius inter duas pinnas vltimæ caudæ cubita sexdecim fuisse, dentes eiusdem cxx. maximi dodrantium mensura, minimi semipedũ. Belluæ, cui dicebatur exposita fuisse Andromeda, ossa Romæ, apportata ex oppido Iudææ Ioppe, ostendit inter reliqua miracula in Ædilitate sua M. Scaurus longitudine pedum xl. altitudine costarum Indicos elephantos excedente, spinæ crassitudine sesquipedali.

De balænis, & orcis.

CAP. VI.

Balæna & in nostra maria penetrant. In Gaditano Oceano non ante brumam conspicui eas tradunt, condi autem statis temporibus in quodam sinu placido & capaci, miræ gaudentes ibi parere. Hoc scire orcas, infestam his belluam, & cuius imago nulla repræsentatione exprimi possit alia, quàm carnis immensæ dentibus truculentæ. Irrum- 40 punt ergo in secreta, ac vitulos earum, & foetas, vel etiamnum grauidas lancinant morsu, incusseque ceu Liburnicarum rostris fodiunt. Illa ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes, & pondere suo oneratæ, tunc quidem & vtero graues, pariendive pœnis inualidæ, solum auxilium nouere in altum profugere, & se toto defendere Oceano. Contra, orcæ occurrere laborant, seseque opponere & cautium angustiis trucidare, in vada vrgere, faxis illidere. Spectantur ea prælia, ceu mari ipso sibi irato, nullis in sinu ventis, fluctibus verò ad anhelitus ictusque, quantos nulli turbines voluunt. Orca & in portu Ostiensi visa est, oppugnata à Claudio principe. Venerat tunc exædificante eo portum, inuitata naufragiis tergorum aduectorum è Gallia, fatiãnsque se per complures dies, alueum in vado fulcauerat, accumulata fluctibus intantum, vt circumagi nullo 50 modo posset: & dum saginam persequitur, in litus fluctibus propulsa, emineret dorso multum

multum supra aquas carinæ vice inuersæ. Prætendi iussit Cæsar plagas multiplices inter ora portus: profectusque ipse cum prætorianis cohortibus populo Romano spectaculum præbuit, lanceas congerente milite è nauigiis assultantibus, quorum vnum mergi vidimus, reflatu belluæ oppletum vnda. Ora balænæ habent in frontibus: ideoque summa aqua natantes, in sublime nimbos efflant.

An spirent pisces, an dormiant.

C A P. V I I.

Spirant autem confessione omnium & paucissima alia in mari, quæ internorum viscerum pulmonem habent, quoniam sine eo nullum animal putatur spirare: nec piscium branchias habentes, anhelitum reddere, ac per vices recipere existimant, quorum hæc opinio est: nec multa alia genera etiam branchiis carentia: in qua sententia fuisse Aristotelem video, & multis persuasisse doctrinæ indaginibus. Nec me protinus huic opinioni eorum accedere haud dissimulo: quoniam & pulmonum vice aliis possunt alia spirabilia inesse viscera, ita volente natura: sicut & pro sanguine est multis alius humor. In aquas quidem penetrare vitalem hunc halitum quis miretur, qui etiam reddi ab his eum cernat: & in terras quoque tanto spissiore naturæ partem, penetrare, argumento animalium, quæ semper defossa viuunt, ceu talpæ? Accedunt apud me certè efficacia, vt credam etiam omnia in aquis spirare naturæ suæ sorte: primùm sæpe adnotata piscium æstiuo calore quædam anhelatio, & alia tranquillo velut oscitatio: ipsorum quoque, qui sunt in aduersa opinione, de somnò piscium confessio. Quis enim sine respiratione somno locus? Præterea bullantium aquarum sufflatio, Lunæque effectum concharum quoque corpora augescencia. Super omnia esse auditum & odoratum piscibus, non erit dubium, ex aëris vtrunque materia. Odorem quidem non aliud, quàm infectum aëra, intelligi posse. Quamobrem de his opinetur, vt cuique libitum erit. Branchiæ non sunt balænis, nec delphinis. Hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent, balænis à fronte, delphinis à dorso. Et vituli marini, quos vocant phocas, spirant ac dormiunt in terra: Item testudines, de quibus mox plura.

De delphinis.

C A P. V I I I.

Velocissimum omnium animalium, non solum marinorum, est delphinus, ocyor vocatur, ocyor telo: ac nisi multum infra rostrum os illi foret medio penè in ventre, nullus piscium celeritatem eius euaderet. Sed affert moram prouidentia naturæ, quia nisi resupini atque conuersi non corripiunt: quæ causa præcipuè velocitatem eorum ostendit. Nam cum fame conciti, fugientem in vada ima persecuti piscem, diutius spiritum continere, vt arcu emissi, ad respirandum emicant: tantaque vi exiliunt, vt plerunque vela nauium transuolent. Agunt ^aferè coniugia: pariunt catulos decimo mense, æstiuo tempore, interim & binos: nutriunt vberibus, sicut balæna: atque etiam gestant foetus infantia infirmos. Quin & adultos diu comitantur, magna erga partum charitate. Adolescunt celeriter, decem annis putantur ad summam magnitudinem peruenire: viuunt & tricenis, quod cognitum præcisa cauda in experimentum. Abduntur tricenis diebus circa Canis ortum, occultanturque incognito modo: quod eo magis mirum est, si spirare in aqua nequeunt. Solent in terram erumpere incerta de causa: & statim tellure tacta moriuntur, multoque ocyus fistula clausa. Lingua est his contra naturam aquatiliū mobilis, breuis atque lata, haud differens suille. Pro voce gemitus humano similis, dorsum repandum, rostrum simum. Qua de causa nomen Simonis omnes miro modo agnoscunt, maluntque ita appellari. Delphinus non homini tantum amicum animal, verum & musice arti, mulcetur symphonie cantu, & præcipuè hydraulici sono. Hominem non expauescit, vt alienum: obuiam nauigiis venit, alludit exultans, certat etiam, & quamuis plena præterit vela. Diuo Augusto principe Lucrinum lacum inuectus pauperis cuiusdam puerum, ex Baiano Puteolos in ludum literarium itantem, cum Meridiano immorans appellatum eum Simonis nomine, sepius fragmetis panis, quem ob id ferebat, allexisset, miro amore dilexit. Pigeret referre, ni res Meccenatis, & Flauiani & Flauii Alfij, multorumque esset literis mandata. Quocumque diei tempore in clamatus à puero, quamuis occultus atque abditus, ex imo aduolabat: passusque

^a vera coniugia:

^b Fabiani, legendum, non Flauiani, tum ex Indice autorum, quorum testimonio hoc in libro videtur Plinius: tum ex Solino ca. 17. eadem hæc, statim non ad verbum referenda.

manu præbebat ascensuro dorsum, pinnæ aculeos velut vagina condens : receptumque Putecolos per magnum æquor in ludum ferebat, simili modo reuehens pluribus annis: donec morbo extincto puero, subinde ad consuetum locum ventitans, triftis & incertè similis, ipse quoque (quod nemo dubitaret) desiderio expirauit. Alius intra hos annos in Africo litore Hipponis Diarrhyti simili modo ex hominis manu vescens, præbensq; se tractandum, & alludens natantibus, impositosque portans, vnguento perunctus à Flauiano Proconsule Africæ, & sopitus (vt apparuit) odoris nouitate, fluctuatúsque similis exanimi, caruit hominum conuersatione, vt iniuria fugatus, per aliquot menses: mox reuersus in eodem miraculo fuit. Iniuriæ potestatum inhospitales ad visendum venientium, Hippone nses in necem eius compulerunt. Ante hæc similia de puero in Iasso vrbe memorantur, cuius amore spectatus longo tempore, dum abeuntem in litus auidè sequitur, in harenam inuectus expirauit. Puerum Alexander Magnus Babylone Neptuni sacerdotio præfecit, amorem illum numinis propitij fuisse interpretatus. In eadem vrbe Iasso Egesidemus scribit & alium puerum Hermiam nomine, similiter maria perequitantem, cum repentinæ procellæ fluctibus exanimatus esset, relatum: delphinumque causam leti fatentem non reuersum in maria, atque in sicco expirasse. Hoc idem & Naupaeti accidisse Theophrastus tradit. Nec modus exemplorum. Eadem Amphilocho & Tarentini de pueris delphinisque narrant. Quæ faciunt, vt credatur Arionem quoque citharædicæ artis interficere nautis in mari parantibus, ad intercipiendos eius quæstus, oblatum, vt prius caneret cithara, congregatis cantu delphinis, cum se iecisset in mare, exceptum ab vno Tænarum in litus peruectum. Est provinciæ Narbonensis & in Nemaufiensi agro stagnum Laterra appellatum, vbi cum homine delphini societate piscantur. Innumera vis mugilum stato tempore angustis faucibus stagni in mare erumpit, obseruata æstus reciprocatione. Quæ de causa prætendi nõ queunt retia, quæ molem ponderis vlllo modo tolerant, etiam si non solertia insidietur temporis. Simili ratione in altum protinus tendunt, quod vicino gurgite efficitur, locumque solum pandendis retibus habilem effugere festinat. Quod vbi animaduertere piscantes, (concurrit autem multitudo temporis gnara, & magis etiam voluptatis huius auida) totúsque populus è litore quãto potest clamore conciet Simonem ad spectaculi euentum. Celeriter delphini exaudiunt desideria, Aquilonum flatu vocem prosequente, Austro verò tardius ex aduerso referente. Sed tum quoque improuiso in auxilium aduolant. Properè apparet acies, quæ protinus disponitur in loco, vbi coniectus est, pugna opponente sese ab alto: trepidosque in vada vrgent. Tum piscatores circundant retia, furcisque subleuant: mugilum nihilominus velocitas transilit. At illos excipiunt delphini, & occidisse ad præsens contenti, cibos in victoriam differunt. Opere prælium feruet, includique retibus se fortissimè vrgentes gaudent: ac ne id ipsum fugam hostium stimulet, inter nauigia & retia, natantesve homines ita sensim elabuntur, vt exitus non appareat. Saltu, quod est aliàs blandissimum his, nullus conatur euadere, ni summittatur sibi retia. Egressus protinus ante vallum præliatur. Ita peracta captura, quos interemere, diripiunt. Sed enixioris operæ, quàm in vnus diei præmium, conscij sibi, opperiantur in posterum: nec piscibus tantum, sed intrita panis è vino satiantur. Quæ de eodem genere piscandi in Iassio sinu Mutianus tradit, hoc differunt, quod vltro neque in clamati præsto sint, partesque è manibus accipiant, & suum quæque cymba è delphinis socium habeat, quãuis noctu, & ad faces. Ipsi quoque inter se publica est societas. Capto à rege Cariæ, alligatoq; in portu delphino, ingens reliquorum conuenit multitudo, mœstitia quadam, quæ posset intelligi, miserationem petens, donec dimitti rex cum iussit. Quin & paruos semper aliquis grandior comitatur, vt custos. Conspectique sunt iam defunctum portantes, ne laceraretur à belluis.

De tursionibus.

C A P. I X.

Delphinorum similitudinem habent, qui vocantur tursiones. Distant & tristitia quidem aspectus: abest enim illa lasciuia, maximè tamen rostris canicularum maleficientiæ assimilati.

De

De testudinibus, & quomodo capiantur.

CAP. X.

Testudines tantæ magnitudinis Indicum mare emittit, vt singularum superficie habitabiles casus integat: atque inter infulas Rubri præcipuè maris his nauigant cymbis. Capiuntur multis quidem modis, sed maximè euectæ in summa pelagi antemeridiano tẽpore blandito, eminente toto dorso per tranquilla fluitantes: quæ voluptas liberè spirandi, intantum fallit oblitus sui, vt Solis vapore siccato cortice, non queant mergi, inuitæque fluitent, opportunæ venantium prædæ. Ferunt & pastum egressas noctu, auidèque saturatas lassari: atque vt remearint matutino, summa in aqua obdormiscere: id prodi stertentium sonitu, tumque leuiter capi. Adnatate enim singulis ternos, à duobus in dorsum verti, à tertio laqueum iniici supinæ, atque ita ad terram à pluribus trahi. In Phœnicio mari haud vlla difficultate capiuntur, vltroque veniunt statò tempore anni in annum Eletherum effusa multitudine. Dentes non sunt testudini, sed rostri margines acuti, superna parte inferiorem claudente pyxidum modo. ^aIn mari conchyliis viuunt, tanta oris duritia, vt lapides comminuant. In terram egressæ, in herbis pariunt oua, auium ouis similia, ad centena numero. Eaque defossa extra aquas, & cooperta terra, ac pauca pectore & complanata, incubant noctibus. Educant fœtus annuo spatio. Quidam oculis spectando quoque oua foueri ab iis putant. Fœminam coitum fugere, donec mas festucam aliquam imponat auersæ. Troglodytæ cornigeras habent, vt in lyra, annexis cornibus latis, sed mobilibus, quorum in natando remigio se adiuant: Celtium genus id vocatur eximia testudinis, sed raræ. Nanque scopuli præacuti Chelonephagos terrent. Troglodytæ autem, ad quos adnatant, vt sacras, adorant. Sunt & terrestres, quæ ob id in operibus chersinæ vocantur, in Africæ desertis, qua parte maximè sicientibus hare nis squalent, roscido, vt creditur, humore viuentes. Neque aliud ibi animal prouenit.

Quis primus testudines secare instituerit.

CAP. XI.

Testudinum putamina secare in laminas, lectosque & repositoria his vestire, Carbilus Pollio instituit, prodigi & sagacis ad luxuriæ instrumenta ingenij.

Digestia aquatilium per species.

CAP. XII.

Aquatilium tegumenta plura sunt. Alia corio & pilo integuntur, vt vituli, & hippopotami. Alia corio tantum, vt delphini: cortice, vt testudines: filicum duritia, vt ostrea & conchæ: crustis, vt locustæ: crustis & spinis, vt echini: squamis, vt pisces: asperacuta, vt squatina, qua lignum & eboram poliuntur: molli, vt murænæ: alia nulla, vt polypi.

De vitulo marino.

CAP. XIII.

Qvæ pilo vestiuntur, animal pariunt, vt pristis, balæna, vitulus. Hic parit in terra pecudum more: ^bsecundo partus reddit initu. Canum modo cohæret: & parit nunquam geminis plures: educat mammis fœtum. Non ante duodecimum diem deducit in mare, ex eo subinde assuefaciens. Interficiuntur difficulter, nisi capite eliso. ^cIpsis in somno mugitus: vnde nomen vituli. Accipiunt tamen disciplinam, vocèque pariter & visu populum salutant, incondito fremitu: nomine vocati respondent. Nullum animal grauiore somno premitur. Pinnis, quibus in mari vtuntur, humi quoque vice pedum serpunt. Pelles eorum etiam detractas corpori, sensum æquorum retinere tradunt, semperque æstu maris recedente inhorrescere: prætereà dextræ pinnæ vim soporiferam inesse, somnosque allicere subditam capiti.

De piscibus pilo carentibus, & quomodo pariant, & quot eorum genera.

CAP. XIII.

Pilo carentium duo omnino animal pariunt, delphinus ac vipera. Piscium species sunt septuaginta quatuor: præter crustis intacta, quæ sunt triginta. De singulis aliàs dicemus. Nunc enim naturæ tractantur insignium.

De nominibus & naturis multorum piscium.

CAP. XV.

Præcipua magnitudine thynni. Inuenimus talenta quindecim pependisse. Eiusdem caudæ latitudinē duo cubita & palmum. Sunt & in quibusdam annibus haud minores, silurus in Nilo, efox in Rheno, attilus in Pado, inertia pinguescens, ad mille aliquando

^a Legendum mutata distinctione: in mari conchyliis viuunt, tanta oris duritia, vt lapides comminuant: in terrâ egressæ, herbis pariunt &c. ^b ad stipulatur huic lectioni & Aristoteles Hist. animal. lib. 8. c. 2.

^b Melius sic Secundas cū partu reddit initu canum modo cohæret. ^c ad stipulatur Aristoteles Hist. animal. lib. 5. cap. 2. & lib. 6. cap. 12. ^c Vt et cod. Iphis in sono mugitus. eius loco Hermodorus substituit, Iphis in sono mugitus: ad stipulante Arist.

a T. protelis
bom, in
D. nubio Ma-
rio, &c.

lioras, catenato captus hamo, nec nisi boum iugis extractus. Atqui hunc minimus piscis appellatus clupea, venam quandam eius in faucibus mira cupidine appetens, morfu exanimat. Silurus grassatur, vbiunque est, omne animal appetens, equos natantes sæpe demergens, præcipue in Mœno Germaniæ amne^a prope Lisboû. Et in Danubio mario extrahitur, porculo marino simillimus: & in Borysthene memoratur præcipua magnitudo, nullis ossibus spinisve interfitis, carne prædulci. In Gange Indiæ platanistas vocant, rostro delphini & cauda, magnitudine autem xv. cubitorum. In eodem esse Statius Sebosus haud modico miraculo affert, vermes branchiis binis lx. cubitorum, cæruleos, qui nomen à facie traxerunt. His tantas esse vires, vt elephantos ad potum venientes, mordicus comprehensa manu eorum abstrahant. Thynni mares sub ventre non habent pinnam.¹⁰ Intrannt è magno mari Pontum verno tempore gregatim, nec alibi fœtificant. Cordyla appellatur partus, qui fœtas redeûntes in mare autumnno comitatur. Limosæ verò à luto pelamides incipiunt vocari, & cùm annum excessere tempus, thynni. Hi membratim cæsi, ceruice & abdomine commendâtur atque clidio, recenti duntaxat, & tum quoque graui ructu: cætera parte plenis pulpamentis sale asseruantur. Melandrya vocâtur, cæsis quernis affulis simillima. Vilissima ex his, quæ caudæ proxima, quia pingui carent: probatissima, quæ faucibus: at in alio pisce circa caudam exercitissima. Pelamides in apolectos particulatimque confectæ, in genera cybiorum dispartuntur. Piscium genus omne præcipua celeritate adolescit, maximè in Ponto. Causa, multitudo annium dulces inferentium aquas. Amiam vocant, cuius incrementû singulis diebus intelligitur. Cum thyn²⁰ nis hęc & pelamides in Pontum ad dulciora pabula intrant gregatim cum suis quæque ducibus, & primi omnium scombri, quibus est in aqua sulphureus color, extrâ qui cæteris. Hispaniæ cetarias hi replent, thynnibus nō commeantibus. Sed in Pontum nulla intrat bestia piscibus malefica, præter vitulos & paruos delphinos. Thynni dextra ripa intrant, exeunt læua. Id accidere existimatur, quia dextro oculo plus cernant, vtroque natura hebetæ. Est in euripo Thracij Bosphori, quo Propontis Euxino iungitur, in ipsis Europam Asiâque separantis freti angustiis, saxum miri candoris, à vado ad summa perlucens, iuxta Chalcedonem in latere Asiæ. Huius aspectu repente territi, semper aduersum Byzantij promontorium, ex ea causa appellatum Auricornu, præcipiti petunt agmine. Itaque omnis captura Byzantij est, magna Chalcedonis penuria, d. pass. medij interfluentis³⁰ euripi. Opperiuntur autem Aquilonis flatum, vt secûdo fluctu exeant è Ponto: nec nisi intrantes Pontum, Byzantij capiuntur. Bruma nō vagantur: vbiçunque deprehensi, vsq; ad æquinoctium, ibi hybernant. Idem sæpe nauigia velis euntia comitantes, mira quadâ dulcedine per aliquot horarum spatia & passuum millia à gubernaculis spectantur, ne tridente quidè in eos sæpius iacto territi. Quidam eos, qui hoc è thynnibus faciunt, pœpilos vocant. Multi in Propontide æstiuât, Pontum nō intrant. Itè soleæ, cùm rhombi intrent: nec sepia est, cùm loligo reperiatur. Saxatilium, turdus & merula defunt, sicut conchyliâ, cùm ostreæ abundant. Omnia autem hybernât in Ægæo. Intranntiû Pontum soli non remeant trichia. Græcis enim in plerisque nominibus vti par erit, quando aliis atq; aliis eosdem diuersi appellauere tractus. Sed hi soli Istrum amnem subeunt: ex eo subter⁴⁰ raneis eius venis in Adriaticum mare defluunt: itaque & illic descendentes, nec vnquam subeuntes è mari, visuntur. Thynnorum captura est à Vergiliarum exortu ad Arcturi occasum: reliquo tempore hyberno latet in gurgitibus imis, nisi tepore aliquo euocati, aut pleniluniis. Pinguescunt & intantum, vt dehiscant. Vita longissima his biennio. Animal est paruû, scorpionis effigie, aranei magnitudine. Hoc se & thynno, & ei qui gladius vocatur, crebro delphini magnitudinè excedenti, sub pinna affigit aculeo: tantoque infestat dolore, vt in naues sæpenumero exiliant. Quod & aliâs faciunt aliorum vim timentes, mugiles maximè, tam præcipuæ velocitatis, vt trãuersa nauigia interim superiacet.

c Claxior est,
méliorque ve-
rusti cod. lectio:
Quo argu-
mento vates
respondere,
Neptunû pa-
trè adoptan-
te tum sibi
Sex. Pœpeio
(anta erat
males rei
gloria), sub
pe libus Cæ-
saribus futuros,
qui maria il-
lo tempore
tenebant.

De auguriis & diuersitate piscium.

C A P. X V I.

Sunt & in hac parte naturæ auguria, sunt & piscibus præscita. Siculo bello ambulante⁵⁰ in litore Auguito, piscis è mari ad pedes eius exiliit: quo argumento vates, spondere

Neptunum

Neptunum patrem, adoptato tum sibi Sex. Pompeio (tāta erat naualis rei gloria) sub pedibus Cæsaris futuros, qui maria tempore illo tenerent. Piscium fœminæ maiores, quam mares. In quodam genere omnino non sunt mares, sicut in erythinis & chanis. Omnes enim ovis grauidæ capiuntur. Vagantur gregatim ferè cuiusque generis squamosi. Capiuntur ante Solis ortum: tum maximè piscium fallitur visus. Noctibus quidem illustribus æquè, quàm die, cernunt. Aiūt & si iteretur gurges, interesse capturæ: itaq; plures secundo tractu capi, quàm primo. Gustu olei maximè, dein modicis imbribus gaudent, alunturque. Quippe & harundines, quamuis in palude prognatæ, non tamen sine imbre adolefcunt: & aliàs vbicunque pisces in eadem aqua assidui, nisi appluat, exanimantur.

10 Prægelidam hyemem omnes sentiunt, sed maximè qui lapidem habere in capite existimantur, vt lupi, chromes, scienæ, pagri. Cùm asperæ hyemes fuere, multi cæci capiuntur. Itaque his mensibus iacent speluncis conditi, sicut in terrestriū genere retulimus. Maximè hippurus & coracinus, hyeme non capti, præterquàm statis diebus paucis, & iisdem semper: Itē muræna & orphus, conger, percæ, & saxatiles omnes. Terra quidem, hoc est, vado maris excauato condi per hyemes torpedinē, psittam, soleamque tradunt. Quidam rursus æstus impatientia, mediis feruoribus sexagenis diebus latent, vt glaucus, aselli, auratæ. Fluuiatilium silurus Caniculæ exortu sideratur, & aliàs fulgure sopitur. Hoc & in mari accidere cyprino putant. Et alioquin totum mare sentit exortum eius sideris: quod maximè in Bosphoro apparet. Algæ enim & pisces superferuntur, ab imo versa omnia.

20 *De mugili, & aliis piscibus, & quòd non indem vbique placeant.* CAP. XVII.

Mugilum natura ridetur, in metu capite abscondito, totos se occultari credentium: iisdem tamen tanta salacitas, vt in Phœnice & Narbonensi prouincia coitus tempore è viuariis marè linea longinqua per os ad branchias religata emissum in mare, eademque linea retractum, fœminæ sequantur ad litus, rursusque fœminam mares partus tempore. Apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipèser, vnus omnium squamis ad os versis, contra aquam nando meat: nullo nunc in honore est: quod quidem miror, cùm sit rarus inuentu. Quidam eum elopem vocant. Postea præcipuam autoritatē fuisset lupo & asellis, Cornelius Nepos, & Laberius Poëta mimorū tradidere. Luporum laudatissimi, qui appellantur lanati à candore mollitiæque carnis. Asellorum duo genera,

30 callariæ minores & bacchi, qui non nisi in alto capiuntur, ideo prælati prioribus. At in lupis in amne capti præferuntur. Nūc scaro datur principatus, qui solus piscium dicitur ruminare, herbis que vesci, nō aliis piscibus, mari Carpathio maximè frequens. Promontorium Troadis Lecton sponte nunquàm transit. Inde aduectos Tiberio Claudio principe Optatus è libertis eius præfectus classis, inter Ostiensem & Campaniæ oram sparsos discriminauit. Quinquennio ferè cura est adhibita, vt capti redderentur mari. Postea frequentes inueniuntur Italiæ in litore, non antè ibi capti. Admouitque sibi gula saporis piscibus satis, & nouum incolam mari dedit, ne quis peregrinas aues Romæ parere mirretur. Proxima est his mensa generis duntaxat mustelarū, quas mirum dictu inter Alpes quoque lacus Rhætiæ Brigantinus æmulas marinis generat. Ex reliqua nobilitate &

40 gratia maxima est & copia mullis, sicut magnitudo modica: binasque libras ponderis raro admodum exuperant, nec in viuariis piscinisque crescunt. Septentrionalis tantum hos & proxima Occidentis parte non gignit Oceanus. Cæterò eorum genera plura. Nam & alga vescuntur, & ostreis, & limo, & aliorum piscium carne: barba gemina insigniuntur inferiori labro. Lutarium ex iis vilissimi generis appellant. Hunc semper comitatur sargus nomine alius piscis, & cœnum fodiente eo, excitatum deuorat pabulum. Nec litoralibus gratia. Laudatissimi conchylium sapiunt. Nomen his Fenestella à colore mulleorum calciamentorum datum putat. Pariunt ter anno. His certè toties fœtura apparet. Mullum expirantem versicolori quadam & numerosa varietate spectari, proceres gulæ narrant, rubentium squamarum multiplici mutatione pallefcientem, vtique

50 si vitro spectetur inclusus. M. Apicius ad omne luxus ingenium mirus, in sociorum garo (nam ea quoque res cognomē inuenit) necari eos præcellens putauit, atq; è iccore corū

alecem excogitare prouocauit. Id enim est facilius dixisse, quàm quis vicerit. Asinius Celer è Consularibus, hoc pisce prodigus, Caio principe vnum mercatus octo millibus nummum: quæ reputatio aufert transfuersum animum ad contemplationem eorum, qui in conuestione luxus coquos emi singulos pluris, quàm equos, quiritabant. At nunc coqui triumphorum pretiis parantur, & coquorum pisces. Nullusque propè iam mortalis æstimatur pluris, quàm qui peritissimè censum domini mergit.

De mullo, & coracino. salpa, & salmone. CAP. XVIII.

Millum lxxx. librarum in mari Rubro captum Licinius Mutianus prodidit. Quanti mercatura eum luxuria, suburbanis litoribus inuentum? Est & hæc natura, vt alij alibi pisces principatum obtineant: coracinus in Ægypto: zeus idem faber appellatus, Gadibus: circa Ebusum salpa, obscœnus alibi, & qui nusquam percoqui possit, nisi ferula verberatus: in Aquitania salmo fluuiatilis marinis omnibus præfertur. Piscium alij branchias multiplices habent, alij simplices, alij duplices. his aquam emittunt acceptam ore. Senectutis indicium squamarum duritia, quæ non sunt omnibus similes. Duo lacus Italiæ in radicibus Alpium, Larius & Verbanus appellantur, in quibus pisces omnibus annis Vergiliarum ortu existunt squamis conspicui crebris atque præcutis, clauorum caligarium effigie: nec ampliùs, quàm circa eum mensem, visuntur.

De exocæto. CAP. XIX.

Miratur & Arcadia suum exocætum, appellatum ab eo, quod in siccum somni causa exeat. Circa Clitorium vocalis hic traditur, & sine branchiis: idem aliquibus Adonis dictus. Exeunt in terram, & qui marini mures vocantur, & polybi, & muræna. Quin & in Indiæ fluminibus certum genus piscium, ac deinde resilit. nam in stagna & amnes transeundi plerisque euidens ratio est, vt tutò fœtus edant, quia non sint ibi quæ deorent partus, fluctusque minus sæuiant. Has intelligi ab his causas, seruarique temporum vices, magis miretur, si quis reputet quoto cuique hominum nosci vberimam esse capturam Sole transeunte Piscium signum.

Digestio piscium in figuras corporum. CAP. XX.

Marinorum alij sunt plani, vt rhombi, soleæ ac passerres, qui à rhombis situ tantum corporum differunt. Dexter resupinatus est illis, passeri læuus. Alij longi, vt muræna, cõger. Ideo pinnarum quoque fiunt discrimina, quæ pedum vice sunt datæ piscibus: nullis supra quaternas: quibusdã binæ, quibusdam trinæ, aliquibus nullæ. In Fucino tantum lacu piscis est, qui octonis pinnis natat. Binæ omnino longis & lubricis, vt anguillis & congris. Nullæ, vt murænis, quibus nec brachiæ. Hæc omnia flexuoso corporum impulsu ita mari vtuntur, vt serpentes terra. In sicco quoque repunt, ideo etiam viuaciora talia. Et è planis aliqua non habent pinna, vt pastinacæ: ipsa enim latitudine natant. Et quæ mollia appellantur, vt polypi, quoniam pedes illis pinnarum vicem præstant.

De anguillis. CAP. XXI.

Anguillæ octonis viuunt annis. Durant & sine aqua senis diebus Aquilone spirante, Austro paucioribus. At hyemem eadem in exigua aqua non tolerant: nec in turbida: ideo circa Vergilias maximè capiuntur, fluminibus tum præcipuè turbidis. Pascuntur noctibus. Exanimes piscium solæ non fluitant.

De captura earum in lacu Benaco. CAP. XXII.

Lacus est Italiæ Benacus, in Veronensi agro Mincium amnem transmittens, ad cuius ^a hycemante lacu, emersus annuo tempore Octobri ferè mense, autumnali sidere (vt palam est) hycemato lacu, fluctibus glomeratæ voluuntur intantum mirabili multitudine, vt in excipulis eius fluminis, ob hoc ipsum fabricatis, singulorum millium globi reperiantur.

De muræna. CAP. XXIII.

Muræna quocunque tempore parit, cum cæteri pisces statò pariant. Oua eius citissimè crescunt. In sicco litore lapsas vulgus coitu serpentium impleri putat. Aristoteles myrum vocat marem, qui generat. Discrimen esse, quod muræna varia & infirma sit, myrus vnicolor & robustus, dentesque extra os habeat. In Gallia Septentrionali muræna

rænis omnibus dextra in maxilla septenæ maculæ, ad formam Septentrionis, aureo colore fulgent, duntaxat viuentibus, paritèrque cum anima extinguntur. Inuenit in hoc animali documenta sæuitiæ Veditus Pollio eques Romanus ex amicis Diui Augusti, viuariis earum immergens damnata mancipia, non tanquam ad hoc feris terrarum non sufficientibus, sed quia in alio genere totum pariter hominem distrahi spectari non poterat. Ferunt aceti gustu præcipuè eas in rabiem agi. Tenuissimum his tergus: contra anguillis crassius: eoque verberari solitos tradit Verrius prætextatos, & ob id multam his dicit non institutam.

De planis piscibus.

CAP. XXIII.

10 **P**lanorum piscium alterum est genus, quod pro spina cartilaginem habet, vt raia, pæstinacæ, squatinæ, torpedo: & quos bouis, lamia, aquilæ, ranæ nominibus Græci appellant. Quo in numero sunt ^a squali quoque: quamuis non plani. ^b Hæc Græcè in vniuersum selache appellauit Aristoteles primus, hoc nomine eis imposito: nos distinguere non possumus, nisi cartilaginea appellare libeat. Omnia autem carniuora sunt talia, & fupina vescuntur, vt in delphinis diximus. Et cum cæteri pisces oua pariant, hoc genus solum, vt ea quæ cete appellant, animal parit, excepta quam ranam vocant.

^a T. gales,
^b Paulo aliter
vetust. cod. eodem tamè ser-
nato sensu:
Hæc Græcia
in vniuersum
selache
appellat. Aristoteles
primus hoc nomen
eis imposuit.

De echeneide.

CAP. XXV.

20 **E**st paruus admodum piscis assuetus petris, echeneis appellatus: hoc carinis adhærentes naues tardiùs ire creduntur, inde nomine imposito, quam ob causam amatoris quoque veneficiis infamis est, & iudiciorum ac litium mora: quæ crimina vna laude pensat, fluxus grauidarum vtero sistens, partusque continens ad puerperium. In cibos tamen non admittitur. Pedes eum habere ^c arbitratur Aristoteles, ita posita pinnarum ^d multitudine. Mutianus muricem esse latiore purpura, neque aspero, neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte rostro, sed simplice, concha vtroque latere sese colligente: quibus inhærentibus, plenam ventis stetit nauem, portantem nuntios à Periandro, vt caltrarentur nobiles pueri, conchasque quæ id præstiterint, apud Gnidorum Venerem coli. Trebius Niger pedalem esse, & crassitudine quinque digitorum: naues morari. prætereà hanc esse vim eius asseruati in sale, vt aurum, quod deciderit in altissimos puteos, ad motus extrahat.

^c Pier. nonnulli arbitrantur, eam minime habere, sed ita videri propter pinnas, quæ sunt pedibus similes.
^d similitudine.

De varietate naturæ piscium.

CAP. XXVI.

30 **M**vtant colorem candidæ hyeme mænæ, & fiunt æstate nigriores. Mutat & phycis, reliquo tempore candida, vere varia. Eadem piscium sola nidificat ex alga, atque in nido parit. Volat hirundo, sanè perquam similis volucris hirundini: item miluus.

De lucerna pisce, & dracone marino.

CAP. XXVII.

Svbit in summa maria piscis ex argumento appellatus lucerna, linguæque ignea per os exerta, tràquillis noctibus relucet. Attollit è mari sesquipedanea ferè cornua, quæ ab his nomen traxit. Rursus draco marinus captus, atque immissus in harenam, cauernam sibi rostro mira celeritate excauat.

De piscibus sanguine carentibus.

CAP. XXVIII.

40 **P**iscium quidam sanguine carent, de quibus dicemus. Sunt autem tria genera: In primis quæ mollia appellantur: deinde contacta crustis tenuibus: postremò testis conclusa duris. Mollia sunt, loligo, sepia, polypus, & cætera eius generis. His caput inter pedes & ventrem: pediculi octoni omnibus. Sepiæ & loligini pedes duo ex his longissimi & asperi, quibus ad ora admouent cibos, & in fluctibus se, velut ancoris, stabiliunt: cæteri cirri, quibus venantur.

De loligine, & sepis, & polypis, & nautilis.

CAP. XXIX.

50 **L**oligo etiam volitat, extra aquam se efferens, quod & pectunculi faciunt, sagittæ modo. Sepiarum generis mares varij & nigriores, constantiæque maioris. Percussæ tridente fœminæ auxiliantur: at fœmina icto mare fugit. Ambo autem, vbi sensere se apprehendi, effuso atramento, quod pro sanguine his est, infuscata aqua absconduntur. Polyporum multa genera: terreni maiores, quàm pelagij: omnes brachiis, vt pedibus ac ma-

nibus, vtuntur: cauda verò, quæ est bifurca & acuta, in coitu. Est polypis fistula in dorso, qua transmittunt mare: eamque modo in dexteram partem, modo in sinistram transferunt. Natant obliqui in caput, quod prædurum est sufflatione viuentibus. Cæterò per brachia velut acetabulis dispersis, hauſtu quodam adhærescunt, tenent supini, vt auelli non queant. Vada non apprehendunt: & grandibus minor tenacitas. Soli mollium in siccum exeunt, duntaxat asperum, læuitatem odere. Vescuntur conchyliorum carne, quorum conchas complexu crinium frangunt: itaque præiacentibus testis cubile eorum deprehenditur. Et cum alioqui brutum habeatur animal, vt quod ad manum hominis adnatat, in re quodammodo familiari callet. Omnia in domum comportat, dein putamina erosa carne egerit, adnatantésque pisciculos ad ea venatur. Colorem mutat ad similitudinem loci, & maximè in metu. Ipsum brachia sua rodere falsa opinio est. Id enim à congris euenit ei: sed renasci, sicut à colotis & lacertis, caudam, haud falsum. Inter præcipua autem miracula est, qui vocatur nautilus, ab aliis pompilos. Supinus in summa æquorum peruenit, ita se paulatim subrigens, vt emissa omni per fistulam aqua, velut exoneratus sentina, facillè nauiget. Postea prima duo brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit. Qua velificante in aura, cæteris subremigans brachiis, media cauda, vt gubernaculo, se regit. Ita vadit alto, Liburnicarum ludés imagine: & si quid paucis interueniat, hauſta se mergens aqua.

De ozæna, nauplio, & locustis.

C A P. XXX.

Polyporum generis est ozæna, dicta à graui capitis odore, ob hoc maximè murænis eam consecantibus. Polypi binis mensibus conduntur. Ultra bimatam non viuunt. Pereunt autem tabe semper, fœminæ celerius, & ferè à partu. Non sunt prætereunda & L. Lucullo Proconsule Bæticæ comperta de polypis, quæ Trebius Niger è comitibus eius prodidit. Auidissimos esse concharum: illas ad tactum comprimi, præcidentes brachia eorum, vltroque escam ex prædante capere. Carent conchæ visu, omniq; sensu alio, quàm cibi & periculi. Infidiantur ergo polypi apertis: impositoque lapillo extra corpus, ne palpatu eiiciatur, ita securi grassantur, extrahuntque carnes: illæ se contrahunt, sed frustra, discuneatæ. Tanta solertia animalium hebetissimis quoque est. Prætereà negat vllum esse atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua. Luctatur enim complexu, & forbet acetabulis, ac numeroso suctu detrahit, cum in naufragos vrinantésve impetum cepit. Sed si inuertatur, elanguescit vis. Exporrigit enim se resupinati, mirè omnibus marinis expetentibus odorem quoque eorum: qua de causa & nassis illinuntur. Cætera, quæ idem retulit, monstro propiora possunt videri. Carciæ in cetariis assuetus exire è mari in lacus eorum apertos, atque ibi falsamenta populari, conuertit in se custodum indignationem assiduitate furti immodici. Sepes erant obiectæ: sed has transcendebat per arborem: nec deprehendi potuit, nisi canum sagacitate. Hi redeuntem circumuafere noctu, concitique custodes expauere nouitatem. Primum omnium magnitudo inaudita erat, deinde color muria obliti odore diri. Quis ibi polypum expectasset, aut ita cognosceret? cum monstro dimicare sibi videbantur. Nanque & afflatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, nunc robustioribus brachiis clauarum modo incusatos: ægréque multis tridentibus confici potuit. Ostendère Lucullo caput eius dolij magnitudine, amphorarum quindecim capax, atque (vt ipsius Trebij verbis utar) barbas, quas vix vtroque brachio complecti esset, clauarum modo torosas: longas pedum xxx. acetabulis siue caliculis vnalibus peluium modo, dentes magnitudini respondentes. Reliquiæ asseruatæ miraculo, pependere pondo d c c. Sepias quoque & loligines eiusdem magnitudinis expulsas in litus illud, idè autor est. In nostro mari loligines quinàm cubitorum capiuntur, sepiæ binàm. Neque his bimatu longior vita. Nauigerã similitudinem & aliam in Propontide visam sibi prodidit Mutianus: concham esse acatij modo carinata, inflexa puppe, prora rostrata: in hac condi nauplium, animal sepiæ simile, ludendocietate sola: duobus hoc fieri generibus. Trâquillo enim vectorem demissius palmulis ferire, vt remis. Si verò flatus inuident, easdem in vsu gubernaculi porrigi, pandique concharum

a Petus le-
thio. Colu-
bris, no Col-
lotis. ad stipu-
lante etiam
Aristotele
storia animal.
cap. vltimo.

b Alia est
distinctio in
veteri. cod. Sed
si inuertatur
elanguescit.
Vix enim
exporrigit
se resupina-
ti.

c abigebat,

charum sinus auræ. Huius voluptatem esse, ut ferat: illius, ut regat: simulque eam descendere in duo sensu carentia: nisi forte tristi (id enim constat) omne nauigantium humana calamitas in causa est. Locustæ crusta fragili muniuntur in eo genere, quod caret sanguine. Latent mensibus quinis. Similiter cancri, qui eodem tempore occultantur, & ambo veris principio senectutem anguium more exuunt renouatione tergorum. Cætera in vndis natant: locustæ reptantium modo fluitant: si nullus ingruat metus, recto meatu cornibus, quæ sunt propria rotunditate præpilata, ad latera porrectis: iisdem erectis in pauore obliquè in latera procedunt. Cornibus inter se dimicant. Vnum hoc animalium, nisi viuum feruenti aqua incoquatur, fluida carne non habet callum.

De cancris, echimis, & echinometris.

CAP. XXXI.

Vluunt petrosus locis, cancri mollibus. Hyeme aprica litora sectantur: æstate in opaca gurgitum recedunt. Omnia eius generis hyeme læduntur, autumno & vere pinguescunt, & plenilunio magis, quia nocte fidus tepido fulgore mitificat. Cancrorum genera, carabi, astaci, maiæ, paguri, heracleotici, leones, & alia ignobiliora. Carabi cauda à cæteris cancris distant. In Phœnice^a hippocæ vocantur, tantæ velocitatis, ut consequi non sit. Cancris vita longa: pedes octoni, omnes in obliquum flexi. Fœminæ primus pes duplex, mari simplex. Præterea bina brachia denticulatis forcipibus. Superior pars in primoribus his mouetur: inferiore immobili. Dextrum brachium omnibus maius. Vniuersi vbi aliquando cōgregantur, os Ponti euincere non valent: quamobrem regressi circum-
 20 eunt, apparétque tritum iter. Pinnotheres autem vocatur minimus ex omni genere, ideo opportunus iniuriæ. Huic solertia est inanium ostrearum testis se condere: & cum accreuerit, migrare in capaciores. Cancris in pauore etiam retrorsum pari velocitate redeunt. Dimicant inter se, ut arietes, aduersis cornibus incurfantes. Cōtra serpentium ictus medentur. Sole Cancris signum transeunte, & ipsorum, cum exanimati sint, corpus transfigurari in scorpiones narratur in sicco. Ex eodem genere sunt echini, quibus spinæ pro pedibus. Ingredi est his, in orbem volui: itaque detritis sæpe aculeis inueniuntur. Ex his echinometræ appellatur, quorum longissimæ spinæ, calices minimi. Nec omnibus idem vitreus color. Circa Toronen candidi nascuntur spina parua. Oua omnium amara, quina numero. Ora in medio corpore in terram versa. Tradunt sæuitiam maris præfagire
 30 eos, correptisque operiri lapillis, mobilitatem pondere stabilientes. Nolunt volutatione spinas atterere: quod vbi videre nautici, statim pluribus ancoris nauigia infrænant.

De cochleis.

CAP. XXXII.

In eodem genere cochleæ, aquatiles terrestresque, exerentes se domicilio, binæque ceu cornua protendentes contrahentesque: oculis carent: itaque corniculis prætentant iter.

De pectinibus, murice, & concharum generibus.

CAP. XXXIII.

Pectines in mari ex eodem genere habentur, reconditi & ipsi in magnis frigoribus, ac magnis æstibus: vnguesque velut igne lucentes in tenebris, etiam in ore mādentium. Firmioris iam testæ murices, & concharum genera: in quibus magna ludentis naturæ varietas, tot colorum differentiæ, tot figuræ, planis, concauis, longis, lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe cæsis, in dorsum elatis, læuibibus, rugatis, denticulatis, striatis, vertice muricatim intorto, margine in mucronem emisso, foris effuso, intus replicato: iam distinctione virgulata, crinita, crispa, canaliculatim,^b pectinatim, imbricatim vndata, can-
 40 cellatim reticulata, in obliquum, in rectum expansa, densata, porrecta, sinuata, breui nodo ligatis, toto latere connexis, ad plausum apertis, ad buccinam recuruis. Nauigant ex his veneriæ, præbentisque concauam sui partem, & auræ oppositas, per summa æquorum velificant. Saliunt pectines, & extrà volitant, seque & ipsi carinant.

De diuitiis marinis.

CAP. XXXIII.

Sed quid hæc tam parua commemoro, cum populatio morum atque luxuria nō aliunde maior, quam è concharum genere, proueniat? Iam quidem ex tota rerum natura da-
 50 mnosissimum mare est, tot modis, tot mensis, tot pisciū saporibus, quibus pretia capiendum periculo fiunt.

^a Scilicet non videtur non Hippocæ, sed Hippocæ, sive Hippocæ, ex Aristoteli, animal lib. 1. cap. 2. Theodoro quoque veritate, non Equos.

^b pectinatim diuisa, imbricatim vndata,

Quomodo, & ubi inueniantur margarita.

C A P. XXXV.

Sed quota hæc portio est reputantibus purpuras, conchylia, margaritas? Parum scilicet fuerat in gulas condi maria, nisi manibus, auribus, capite, totoque corpore à fœminis iuxta virisque gestarentur. Quid mari cum vestibus? Quid vndis fluctibusque cum vellere? Non rectè recipit hæc nos rerum natura, nisi nudos. Esto, sit tanta ventri cum co societas, quid tergori? Parum est, nisi qui vescimur periculis, etiam vestiamur. Adeo per totum corpus, anima hominis quæ sita maximè placent. Principium ergo culménque omnium rerum pretij, margaritæ tenent. Indicus maximè has mittit Oceanus inter illas belluas tales tantasque, quas diximus, per tot maria venientes, tam longo terrarum tractu, è tantis Solis ardoribus, atque Indis quoque in insulas petuntur, & admodum paucas.¹⁰ Fertilissima est Taprobane & Toidis, vt diximus in circuitu mundi: item Perimula promontorium Indiæ. Præcipuè autem laudantur circa Arabiam in Persico sinu maris Rubri. Origo atque genitura conchæ, est haud multum ostrearum conchis differens. Has vbi genitalis anni stimulauerit hora, pandentes sese quadam oscitatione, impleri roscido conceptu tradunt, grauidas postea eniti, partumque concharum esse margaritas pro qualitate roris accepti: si purus influxerit, candorem conspici: si verò turbidus, & fœtum sordescere, eundem pallere, cælo minante conceptum: ex eo quippe constare, cælique eis maiorem societatem esse, quàm maris: inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina ferenum. Si tempestiuè fatientur, grandescere & partus. Si fulguret, cõprimi conchas, ac pro ieiunij modo minui. Si verò & tonuerit, pauidas ac repente compressas, quæ²⁰ vocant physemata, efficere, ^a speciem modo inani inflatam sine corpore: hos esse concharum abortus. Sani quidem partus multiplici constant cute, non improprie callum vt existimari corporis possit: itaque & purgatur à peritis. Miror ipso tantum eos cælo gaudere, Sole rubescere, candoremque perdere, vt corpus humanum. Quare præcipuum custodiunt pelagiæ, altiùs mersæ, quàm vt penetrent radij. Flauescunt tamen & illæ senecta, rugisque torpescunt: nec nisi iuuenta constat ille, qui quæritur, vigor. Crassescunt etiam in senecta, conchisque adhærescunt: nec iis auelli queunt, nisi lima. Quibus vna tantum est facies, & ab ea rotunditas, auersis planities, ob id tympania nominantur. Cohærentes videmus in conchis hac dote vnguenta circumferentibus. Cæterò in aqua mollis vnio, exemptus protinus durefcit. Concha ipsa cum manum videt comprimit sese, operit³⁰ que opes suas, gnara propter illas se peti: manumque si præueniat, acie sua abscindit, nulla iustiore pœna, & aliis munita suppliciis. quippe inter scopulos maior pars inuenitur: sed in alto quoque comitantur marinis canibus: nec tamen aures fœminarum arcentur. Quidam tradunt, sicut apibus, ita concharum examinibus singulas magnitudine & vetustate præcipuas esse veluti duces, miræ ad cauendum solertiæ: has vrinantium cura peti: illis captis, facile cæteras palantes retibus includi. Multo deinde obrutas sale in vasis fictilibus, erosa carne omni, nucleos quosdam corporum, hoc est, vniones decidere in ima. Vsu atteri non dubium est, coloremque indiligentia mutari. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere, haud promptis rebus, in tantum vt nulli duo reperiantur indiscreti: vnde nomen vnionum Romanæ scilicet imposuere deliciæ. Nam id apud⁴⁰ Græcos non est, ne apud Barbaros quidem inuentores eius aliud, quàm margaritæ. Et in candore ipso magna differentia. Clarior in Rubro mari repertus. Indicus specularium lapidum squamas assimilât, aliàs magnitudine præcellens. Summa laus coloris est exaluminatos vocari. Et procerioribus sua gratia est. elenchos appellant fastigata longitudine, alabastrorum figura in pleniorum orbem desinentes. Hos digitis suspendere, & binos ac ternos auribus, fœminarum gloria est. Subeunt luxuriæ eius nomina & tædia exquisita^b perditio^b portatu: si quidem cum id fecere, crotalia appellant, ceu sono quoque gaudeant, & collisu ipso margaritarum. Affectantque iam & pauperes, licetorem fœminæ in publico vnionem esse dicantantes. Quin & pedibus, nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis focculis addunt. Neque enim gestare iam margaritas, nisi calcent, ac per vnio⁵⁰ nes etiam ambulent, satis est. In nostro mari reperiri solebant, crebriùs circa Bosporum Thracium,

^a speciem
modo inani
inflatam

^b T. perditio
nepotian.

Thracium, rufi ac parui in conchis, quas myas appellant. At in Acarnania, quæ vocatur pinna, gignit. Quo apparet non vno conchæ genere nasci. Nanque & Iuba tradit, Arabi-
 cis concham esse similem pectini infecto, hirsutam echinorum modo, ipsum vnionem in
 carne, grandini similem. Conchæ non tales ad nos afferuntur. Nec in Acarnania autem
 laudati reperiuntur, enormes ferè, colorisque marmorei. Meliores circa Actium, sed &
 hi parui: & in Mauritaniæ maritimis. Alexander Polyhistor & Sudines fenescere eos pu-
 rant, colorémque expirare. Eorum corpus solidum esse manifestum est, quòd nullo lapsu
 fraguntur. Non autem semper in media carne reperiuntur, sed aliis atque aliis locis. Vi-
 dimusque iam in extremis etiam marginibus velut concha exeuntes: & in quibusdam
 10 quaternos quinósque. Ponderus ad hoc æui semenciæ pauci singulis scrupulis excessere.
 In Britannia paruos atque decolores nasci certum est: quoniam Diuus Iulius thoracem,
 quem Veneri Genitrici in templo eius dicauit, ex Britannicis margaritis factum voluerit
 intelligi. Lolliam Paulinam, quæ fuit Caij principis matrona, ne serio quidem ac solenni
 cæremoniarum aliquo apparatu, sed mediocrium etiam sponsalium cœna, vidi smaragdis
 margaritisque opertam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, spiris, auri-
 bus, collo, manibus digitisque: quæ summa quadringentes H-s colligebat: ipsam
 confestim paratam nuncupatione tabulis probare. Nec dona prodigi principis fuerant,
 sed auitæ opes, prouinciarum scilicet spoliis partæ. Hic est rapinarum exitus: hoc fuit qua-
 re M. Lollius infamatus regum muneribus in toto Oriente, interdicta amicitia à Caio
 20 Cæsare Augusti filio venenum biberet, vt neptise eius^c quadringentes H-s operta specta-
 retur ad lucernas. Computet nunc aliquis ex altera parte, quantum Curius aut Fabricius
 in triumphis tulerint: imagnetur illorum fercula, & ex altera parte Lolliam, vnam im-
 perij mulierculam accubantem: non illos curru detractos, quam in hoc vicisse malit? Nec
 hæc summa luxuriæ exempla sunt: Duo fuere maximi vniones per omne æuum: vtrum-
 que possedit Cleopatra, Ægypti reginarum nouissima, per maius Orientis regum sibi
 traditos. Hæc cum exquisitis quotidie Antonius saginaretur epulis, superbo simul ac
 procaci fastu, vt regina meretrix, lautitiam eius omnem apparatusque obtrectans, quæ-
 rente eo quid astrui magnificentiæ possit, respondit, vna se cœna centies H-s absumptu-
 ram. Cupiebat discere Antonius, sed fieri posse non arbitrabatur. Ergo sponsionibus fa-
 30 ctis, postero die quo iudicium agebatur, magnificam aliàs cœnam, ne dies periret, sed
 quotidianam Antonio apposuit, irridenti, computationemque exoptulanti. At illa co-
 rollarium id esse, consumpturamque se ea cœna taxationem confirmans, solamque sex-
 centies H-s cœnaturam, inferri mensam secundam iussit. Ex præcepto ministri vnum tan-
 tum vas ante eam posuere aceti, cuius asperitas visque in tabem margaritas resoluit. Ge-
 rebat auribus cum maximè singulare illud, & verè vnicum naturæ opus. Itaq; expectan-
 te Antonio quidnam esset actura, detractum alterum merisit, ac liquefactum obforbuit.
 Inceit alteri manum L. Plancus, iudex sponsionis eius eum quoque paranti simili modo
 absumere, victumque Antonium pronuntiauit, d^d homine irato. Comitetur fama vnionis
 eius parem, capta illa tantæ quæstionis victrice regina dissectum, vt esset in vtrisque Ve-
 40 neris auribus Romæ in Pantheo dimidia eorum cœna. Non ferent tamen hanc palmam,
 spoliabunturque etiam luxuriæ gloria. Prior id fecerat Romæ in vnionibus magnæ taxa-
 tionis Clodius Tragedi Æsopi filius, relictus ab eo in amplis opibus hæres, ne in Trium-
 uiratu suo nimis superbiat Antonius, penè histrioni comparatus, & quidem nulla spon-
 sione ad hoc producto: quo e^e id magis regium erat: sed vt experiretur in gloria palati, quid
 saperent margaritæ: atque vt mirè placuere, ne solus hoc sciret, singulos vniones cõuiuis
 absorbendos dedit. Romæ in promiscuum ac frequentem vsu venisse, Alexandria in di-
 tionem redacta: primùm autem cœpisse circa Syllana tempora minutas & viles, Fenestel-
 la tradit manifesto errore, cum Ælius Stilo Iugurthino bello vnionum nomen impositum
 maximè grandibus margaritis prodat. Et hoc tamen æternæ propè possessionis est. Se-
 50 quitur hæredem, in mancipatum venit, vt prædium aliquod. Conchyliæ & purpuras
 omnis ora atterit, quibus eadem mater luxuria paria penè etiam margaritis pretia fecit.

a spira,
 b ipsa con-
 festim para-
 ta etc.

c Hoc est, si
 ad Gallia pe-
 cunia estimã-
 tionem redi-
 gas, coronato-
 rum decies
 ceteris mila-
 libus.

d Tomina
 rato.

e T. magis
 refugium fuit:

De natura purpuræ, & muricis.

CAP. XXXVI.

a Ex Aristotele Senis legendum potius quam Septem.

Purpuræ viuunt annis plurimum septenis. Latent, sicut murices, circa Canis ortum tricenis diebus. Congregantur verno tempore, mutuoque attritu lentorem cuiusdam ceræ saluant. Simili modo & murices. Sed purpuræ florem illum tingendis expetitum vestibis, in mediis habent faucibus. Liquoris hic minimi est in candida vena, vnde pretiosus ille bibitur nigrantis rosæ colore subluces. Reliquum corpus sterile. Viuas capere contendunt, quia cum vita succum eum euomunt. Et maioribus quidem purpuris detracta concha auferunt: minores trapetis frangunt, ita demum rorem eum excipientes Tyrij. Præcipuus hic Asiæ, in Meninge Africæ, & Gætulo litore Oceani, in Laconica Europæ. Huic fascēs securēsque Romanæ viam faciunt: idemque pro maiestate pueritiæ est. Distinguit ab equite Curiam: Diis aduocatur placandis: omnemque vestem illuminat: in triumphali miscetur auro. Quapropter excusata & purpuræ sit infania. Sed vnde conchyliis pretia, quibus virus graue in fucō, color austerus in glauco, & irascenti similis maris? Lingua purpuræ longitudine digitali, qua pascitur perforando reliqua conchylia: tanta duritia aculeo est. Aqua dulci necantur, & sicubi flumen immergitur: alioqui captæ, diebus quinquagenis viuunt, salua sua. Conchæ omnes celerrimè crescunt, præcipuè purpuræ: anno magnitudinem implent. Quod si hætenus transcurrat expositio, fraudatam profectò se luxuria credat, nosque indiligentiæ damnet. Quamobrem persequemur etiam officinas: vt tanquam in vita frugum noscitur ratio, sic omnes, qui istis, gaudent, præmia vitæ suæ calleant. Concharum ad purpuras & conchylia eadem quidem est materia, sed distat temperamento. Duo sunt genera: Buccinum minor cōcha, ad similitudinem eius buccini, quo sonus editur: vnde & causa nomini, rotunditate oris in margine incisa. Alterum purpura vocatur, cuniculatim procurrente rostro, & cuniculi latere introrsus tubulato, quæ proferatur lingua. Præterea clauatum est ad turbinè vsque aculeis in orbem septenis ferè, qui non sunt buccino, sed vtrisque orbes totidè, quot habeant annos. Buccinum non nisi petris adhæret, circaque scopulos legitur.

Quot sint genera.

CAP. XXXVII.

b T. tenuis maris collect. &c.

Purpuræ, nomine alio pelagiæ vocantur. Earum genera plura, pabulo & solo discreta. Lutense putri limo, & algense enutritum alga, vilissimum: vtrisque melius Teniense, in Tenei maris ora collectum: hoc quoque tamen etiamnum leuius atque dilutius: calculosæ appellantur à calculo maris, mirè apto conchyliis: & longè optimum purpuris Dialutense, id est vario soli genere pastum. Capiuntur autem purpuræ paruulis rarisque textu veluti nassis in alto iactis. Inest iis esca, clusiles mordacesque conchæ, ceu mitulos videmus. has semineces, sed redditas mari auido hiatu reuiuiscences, appetunt purpuræ, porrectisque linguis infestant. at illæ aculeo extimulatæ claudunt sese, comprimuntque mordentia: ita pendentes auiditate sua purpuræ tolluntur.

Quo capiantur tempore.

CAP. XXXVIII.

c In vet. cod. Cerificiue, e. legitur, non Fortificauere, aditipulante etiam Arist. hist. animal. lib. 5. cap. 15. Quin & Plinius ipse paulo ante cap. 36. purpuras trahit verno tempore congregatas lentorem ceræ cuiusdam saluare.

Capi eas post Canis ortum, aut ante vernum tempus vtillissimum: quoniã cum fecificauere, fluxos habent succos. Sed id tingentium officinæ ignorant, cum summa vertatur in eo. Eximitur postea vena, quam diximus: cui addi salem necessarium, sextarios ferme in libras centenas: macerari triduo, iustum. Quippe maior vis tantò, quanto recentior. Feruere in plumbo, singulisque aquæ amphoris centenas atque quinquagenas medicaminis libras æquari, ac modico vapore torreri, & ideo longinquæ fornacis cuniculo. Ita despumatis subinde carnibus, quas hæsisse venis necesse est, decimo ferme die liquata cortina, vellus elutriatum mergitur in experimentum: & donec spei factis fiat, vritur liquor. Rubens color nigrante deterior. Quinis lana potat horis, rursusque mergitur carminata, donec omnem ebibat saniem. Buccinum per se damnatur, quoniam fucum remittit. Pelagio admodum alligatur, nimiaque eius nigritiæ dat austeritatem illam nitorèmq, qui quæritur, cocci. Ita permistis viribus alterum altero excitatur, aut astringitur. Summa medicaminum in libras vellerum, buccini ducenta pelagij c x j. Ita fit amethysti color eximius ille. At Tyrius pelagio primùm satiatur immatura

matura viridique cortina: mox permutatur in buccino. Laus ei summa, color sanguinis concreti, nigricans aspectu, idemque suspectu refulgens. Vnde & Homero purpureus dicitur sanguis.

Romæ quando vsus purpura.

CAP. XXXIX.

Purpuræ vsus Romæ semper fuisse video, sed Romulo in trabea. Nam toga prætexta, & latiore clauo Tullum Hostilium è regibus primum vsus Hetruscis deuictis, fatis cõstat. Nepos Cornelius, qui Diui Augusti principatu obiit: Me, inquit, iuvene violacea purpura vigebat, cuius libra denariis centum vænnebat: nec multo post rubra Tarentina. Huic successit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac
10 P. Lentulus Spinter Ædilis curulis primus in prætexta vsus improbatur: qua purpura quis non iam, inquit, triclinaria facit? Spinter Ædilis fuit vrbs conditæ anno septingentesimo, Cicerone Consule. Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tinctæ esset, veluti magnifico impendio, qualiter nunc omnes penè commodiores purpuræ tinguntur. In cõchiliata veste cætera eadem sine buccino: ^a præterque ^b ius tēperatur aqua pro inuiso humani
potus excremento: dimidia & medicamina adduntur. Sic gignitur laudatus ille pallor
turturitate fraudata, tantòque ^c dilutior, quantò magis vellera efuriunt.

De pretio earum.

CAP. XL.

Pretia medicamento sunt quidem pro fertilitate litorum viliora: non tamen vsquam
20 pelagij libras quinquagenos nummos excedere, & buccini centenos sciunt, qui ista mercantur immenso. Sed alia sunt è fine initia: iuuatque ludere impendio, & lusus geminare miscendo iterum, & ipsa adulterare adulteria naturæ: sicut testudines tingere, argentum auro confundere, vt electra fiant, addere his æra, vt Corinthia.

De tingendo amethystino, & cocco, & hysgino.

CAP. XLI.

Non est fatis abstulisse gemmæ nomen amethystum: rursus absolutus inebriatur
Tyrio, vt sit ex vtroque nomen improbum, simulque luxuria duplex: & cùm conficere conchylia, transire melius in Tyrium putant. Pœnitentia hoc primum debet inuenisse, artifice mutante quod damnabat: inde ratione nata, votum quoque factum è vitio portentosis ingeniis, & gemina demonstrata via luxuriæ, vt color alius operiretur
30 alio, suauior ita fieri leniorque dictus. Quin & terrena miscere, coccoque tinctum Tyrio tingere, vt fieret hysginum. Coccum Galatiæ rubens granum, vt dicemus in terrestribus, aut circa Emeritam Lusitaniæ, in maxima laude est. Verùm vt simul peragantur nobilia pigmenta, anniculo grano languidus succus: idem à quadrimo euanidus. Ita nec recenti vires, neque senescenti. Abundè tractata est ratio, qua se virorum iuxta fœminarumque forma credit amplissimam fieri.

De pinna, & pinnotere, & aquatiliu sensu.

CAP. XLII.

Concharum generis & pinna est. Nascitur in limosis subrecta semper, nec vnquam sine comite, quem pinnoterem vocant, alij pinnophylacem. is est squilla parua, alibi
cancer dapis affectator. Pandit se pinna, luminibus orbum corpus intus minutis piscibus
40 præbens. Assultant illi protinus, & vbi licentia audacia creuit, implent eam. Hoc tempus speculatus index, morfu leui significat. ^d Illa ore compresso, quicquid inclusit, exanimat, partemque socio tribuit. Quò magis miror, quosdam existimasse, aquatilibus nullum inesse sensum. Nouit torpedo vim suam, ipsa non torpens: merfaque in limo se occultat, piscium qui securi supernatantes obtorpuere, corripies. Huius iecori teneritas nulla præfertur. Nec minor solertia ranæ, quæ in mari piscatrix vocatur. Eminentia sub oculis cornicula turbato limo exerit, assultantes pisciculos attrahens, donec tam propè accedant, vt affiliat. Simili modo squatina, & rhombus abditi pinnas exertas mouent specie vermiculorum: itemque quæ vocatur raia. Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio (quod telum est ei) figens. Argumenta solertiæ huius, quòd tardissimi piscium hi,
50 mugilem velocissimum omnium habentes in ventre reperiuntur.

^a T. præterque eius temperatura, & que pro inuiso humani potus excremento remedia
^b Eudæ lib. 2. de esse legentium censet, Vis temperatur aqua
^c dilucidior

^d Vtust condit. Illa compressu, quicquid inclusit, exanimat.

De scolopendris, vulpibus, & glanis.

CAP. XLIII.

Scolopendræ terrestribus similes, quas centipides vocant, hamo deuorato omnia interanea euomunt, donec hamum egerant, deinde resorbent. At vulpes marinæ, simili in periculo glutunt amplius vsque ad infirma lineæ, quæ facillè prærodant. Cautius qui glanis vocatur: auersos mordet hamos, nec deuorat, sed esca spoliat.

De ariete pisce.

CAP. XLIIII.

Grossatur aries, vt latro. Et nunc grandiorum nauium in salo stantium occultatus vmbra, si quem nandi voluptas inuitet, expectat: nunc elato extra aquam capite, piscantium cymbas specularatur, occultusque adnatans mergit.

De his quæ tertiam naturam habent, non animalium, neque fruticum, & de vrticis, & spongiis.

CAP. XLV.

Equidem & his inesse sensum arbitror, quæ nec animalium, nec fruticum, sed tertiam ex vtroque naturam habent, vrticis dico, & spongiis. Vrticæ noctu vagantur, noctuque mutantur. Carnosæ frondis his natura: & carnæ vescuntur. Vis pruritu mordax, eademque quæ terrestris vrticæ. Contrahit ergo se quàm maximè rigens, ac prænatante pisciculo frondem suam spargit, complectensque deuorat. Alias marcenti similis, & iactari se passa fluctu algæ vice, contactos pisces, attritumque petræ scalpentes pruritu, inuadit. Eadem noctu pectines & echinos perquirat: dum admoueri sibi manum sentit, colorem mutat & contrahitur. Tacta vredinem mittit, paulumque si fuit interualli, absconditur. Ora ei in radice esse traduntur: excrementa per summa tenui fistula reddi. Spongiarum tria genera accipimus: spissum ac prædurum & asperum, tragos id vocatur: minus spissum & mollius, manon: tenue densumque, ex quo penicilli, Achilleum. Nascuntur omnes in petris: aluntur conchis, pisce, limo. Intellectum inesse his apparet, quia vbi auulforem sensere, contractæ multo difficilius abstrahuntur. Hoc idem fluctu pulsante faciunt. Viuere esca, manifestò conchæ minutæ in his reperitæ ostendunt. Circa Toronem vesci illis auulæ etiam aiunt, & ex relictis radicibus recrefcere. In petris cruoris quoque inhæret color, Africis præcipuè, quæ generantur in Syrtibus. Maximæ fiunt manæ, sed mollissimæ, circa Lyciam. In profundo autè, nec ventoso, molliores. In Helleponto asperæ, & densæ circa Maleam. Putrescunt in apricis locis: idè optime in gurgitibus. Viuentibus idem, qui mandetibus, nigricans color. Adhærent nec parte, nec totè: intersunt enim fistulæ quædã inanes, quaternæ ferè aut quinæ, per quas pasci existimantur. Sunt & aliæ, sed supernè concretæ. Et subesse membrana quædam radicibus earum intelligitur. Viuere constat longo tempore. Pessimum omnium genus est earum, quæ aplysiæ vocantur, quia elui non possunt, in quibus magnæ sunt fistulæ, & reliqua densitas spissa.

De caniculis marinis.

CAP. XLVI.

Canicularum maximè multitudine circa eas vrinantes graui periculo infestantur. Ipsi ferunt & nubem quandam crassescere super capita, planorum piscium similem, prementem eos, arcentemque à recipiando, & ob id stilos præacutos lineis annexos habere sese: quia nisi perfossæ ita, non recedant, caliginis & pauoris, vt arbitror, opere. Nubem enim & nebulam (cuius nomine id malum appellant) inter animalia haud vllam comperit quisquam. At cum caniculis atrox dimicatio. Inguina, & calces, omnemque candorem corporum appetunt. Salus vna in aduersas eundi, vltroque terrendi. Pauet enim hominem æquè ac terret. Et fors æqua in gurgite. vt ad summa aque ventum est, ibi periculum anceps, adempta ratione contra eundi, dum conetur emergere: & salus omnis in fociis. funem illi religatum ab humeris eius trahunt: hunc dimicans, vt sit periculi signum, læua quatit: dextra apprehenso stilo in pugna est: modicus aliàs tractus. Vt prope carinam ventum est, nisi præceleri vi repentè rapiant, absumi spectant. Ac sepe iam subducti, è manibus auferuntur, si non trahentium opem, conglobato corpore in pile modum, ipsi adiuuere. Protendunt quidem tridentes alij: sed monstro solertia est nauigium subeundi, atque ita è tuto præliandi. Omnis ergo cura ad specularandum hoc malum infumitur.

De his

De his, quæ silicea testa includuntur, & quæ sine ullo sensu, & de reliquis sordidis animalibus.

CAP. XLVII.

Certissima est securitas vidisse^a planos pisces: quia nunquam sunt, vbi maleficæ bestiæ: quæ causa vrinantes sacros appellant eos. Silicea testa inclusis fatendum est nullum esse sensum, vt ostreis. Multis eadē natura, quæ frutici, vt holothuriis, pulmonibus, stellis. Adeoque nihil non gignitur in mari, vt cauponarum etiam æstiuæ animalia, pernici molesta saltu, & quæ capillus maximè celat, existât: & circumglobata escæ sæpe extrahuntur: quæ causa somnum piscium in mari noctibus infestare existimatur. Quibusdam verò ipsis innascuntur, quo in numero chalcis accipitur.

De venenatis marinis.

CAP. XLVIII.

Nec venena cessant dira, vt in lepore: qui in Indico mari etiam tactu pestilens, vomitum dissolutionemque stomachi protinus creat: in nostro offa informis, colore tantum lepori similis: in Indis, & magnitudine, & pilo duriore, tantum: nec viuis ibi capitur. Æquè pestiferum animal araneus, spinæ in dorso aculeo noxius. Sed nullū vsquam execrabilius, quàm radius, super caudam eminens trygonis, quam nostri pastinacam appellant, quincunciali magnitudine. Arbores infixus radici necat: arma, vt telum, perforat vi ferri & veneni malo.

De morbis piscium.

CAP. XLIX.

Morbos vniuersa genera piscium, vt cætera animalia, etiam fera, non accipimus sentire. Verùm ægrotare singulos, manifestum facit aliquorum macies, cum in eodem genere præpingues alij capiantur.

De generatione eorum mira.

CAP. L.

Quoniam modo generent, desiderium & admiratio hominum differri non patitur. Pisces attritu ventrium coeunt, tanta celeritate vt visum fallant: delphini, & reliqua cete, simili modo, paulò diutius. Fœmina piscis coitus tempore marē sequitur, ventrem eius rostro pulsans: sub partum mares fœminam similiter, oua vescētes earum. Nec satis est generationi per se coitus, nisi editis ouis, inter se versando mares & fœminæ vitale asperferint virus. Non omnibus id contingit ouis in tanta multitudine: alioqui repletur maria & stagna, cum singuli vteri innumerabilia concipiant.

Item de generatione, & qui pisces oua pariant.

CAP. LI.

Piscium oua in mari crescunt, quædam summa celeritate, vt murænarum, quædam paulò tardiùs. Plani piscium quibus cauda non est, aculeatiquæ, vt testudines in coitu superueniunt: polypi crine vno fœminæ naribus adnexo: sepiæ & loligines linguis, componentes inter se brachia, & in contrarium nantes: ore & pariunt. Sed polypi in terram verso capite coeunt. Reliqua mollium tergis, vt canes. Item locustæ & squillæ, cancri, ore. Ranæ superueniunt, prioribus pedibus alas fœminæ mare apprehendente, posterioribus clunes. Pariunt minimas carnes nigras, quas gyrinos vocant, oculis tantum & cauda insignes: mox pedes figurantur, cauda findente se in posteriores. Mirumque, semestri vita resoluuntur in limum nullo cernente, & rursus vernis aquis renascuntur, quæ fuere natæ,

perinde occulta ratione, cum omnibus annis id eueniat. Et mituli & pectines sponte naturæ in harenosis proueniunt. Quæ durioris testæ sunt, vt murices, purpuræ, saluario lentore. Sicut acescente humore culices,^b atque spuma maris incalescente, cum admissus est imber. Quæ verò silicio tegmine operiuntur, vt ostrea, putrescente limo, aut spuma circa nauigia diutius stante defixosque palos,^c & lignum maximè. Nuper compertum in ostreariis, humorem iis fœtificum lactis modo effluere. Anguillæ atterunt se scopulis: ea strigmenta viuiscunt: nec alia est earum procreatio. Piscium diuersa genera non coeunt, præter squatinam & raïam: ex quibus nascitur priori parte raïæ similis, & nomen ex utroque compositum apud Græcos trahit. Quædam^d tempore anni gignuntur, & in humore, & in terra. Vere pectines, limaces, hirudines^e eodem tempore euanescent.

Piscium lupus & trichias bis anno parit, & saxatiles omnes. Mulli ter, vt chalcis, cyprius sexies, scorpiones bis ac fargi, vere & autumno. Ex planis squatina sola bis autumno &

^a Quod Nic Plinius generaliter planis piscibus, Aristoteli lib. 9. c. 30. Hæc animal (vnde hic locus translatum videtur) peculiariter atque thuris adscribit, quos ab idæ & sacros pisces eam ob causam cognominat.

^b Apud, legendum, non atque tum ex reuisto col. in ex Arist. Hist. animal. lib. 5. cap. 15. ^c ilgnos maxime. ^d Rectius, tempore anni. Consule Arist. Hist. animal. lib. 6. cap. 15. ^e eodem tempore viuiscunt.

a T. sp. vi
b T. sp. i. tunc
vel sp. i. tunc

Vergiliarum occasu. Plurimi piscum tribus mēsis, Aprili, Maio, Iunio. Salpæ autūno: a salhi torpedo, b squali circa æquinoctiū: molles vere: sepia omnibus mēsis. Oua eius glutino atramenti ad speciem vnae coherētia, masculus prosequitur afflatu, aliās sterilesunt. Polypi hyeme coeunt, pariūt vere oua tortili vibrata pampino, tanta fecūditate, vt multitudinem ouorum occisi non recipiant cauo capitis, quæ prægnantes tulere. Ea excludunt quinquagesimo die, è quibus multa propter numerum intercidūt. Locustæ, & reliqua tenuioris crustæ, ponunt oua super oua, atque ita incubāt. Polypus fœmina modo in ouis sedet, modo cauernam cancellato brachiorum implexu claudit. Sepia & in terreno parit inter hardines, aut sicubi enata alga: excludit quintodecimo die. Lorigines in alto conferta oua edunt, vt sepia. Purpuræ, murices, eiusdēq; generis, vere pariunt. Echini oua pleniluniis habent hyeme: & cochleæ hyberno tēpore nascuntur. Torpedo octogenos fœtus habens inuenitur: eaque intra se parit oua præmollia, in alium locum vteri trāsferens, atque ibi excludēs. Simili modo omnia, quæ cartilaginea appellauimus. Ita fit, vt sola piscium & animal pariant, & oua concipiant. Sikurus mas solus omniū edita custodit oua, sæpe & quinquagenis diebus, ne absumātur ab aliis. Cæteræ fœminæ in triduo excludunt, si mas attigit. Acus, siue belone, vnus pisciū dehiscente c propter multitudinem vtero parit. A partu coalescit vulnus: quod & in d cæcis serpentibus tradunt. Mus marinus in terra scrobe effosso parit oua, & obruit terra. Rursus tricesimo die reffossa aperit, fœtumque in aquam ducit.

c Legendum videtur, propter magnitudinem, videlicet oonriū suffragante Aristotele generat. animi lib.

d Emēdi, Cæciliis serpentibus, ex eodē Aristotele, libro 6.

De vuluis piscium.

CAP. LII.

ERythini & chanæ vuluas habere traduntur: qui trochos appellatur à Græcis, ipse feruntur inire. Aquatiliū omnium fœtus inter initia visu carent.

De longissima vita piscium.

CAP. LIII.

AEui piscium memorandum nuper exemplum accepimus. Pausilypū villa est Campaniæ, haud procul Neapoli, in ea Cæsaris piscinis à Pollione Vedio coniectum piscem, sexagesimum post annum expirasse scribit Anneus Seneca, duobus aliis æqualibus eius ex eodem genere etiam tunc viuentibus. Quæ mentio piscinarum admonet, vt paulo plura dicamus hac de re, priusquam digrediamur ap aquatilibus.

De viuariis ostrearum, & quis ea primus inuenierit.

CAP. LIIII.

Ostrearum viuaria primus omnium Sergius Orata inuenit in Baiano, ætate L. Craffi Oratoris, ante Marficum bellum: nec gulæ causa, sed avaritię, magna vectigalia tali ex ingenio suo percipiens, vt qui primus pensiles inuenit balineas, ita magonizatas villas subinde vendendo. Is primus optimum saqorem ostreis Lucrinis adiudicauit, quādo eadē aquatiliū genera aliubi atque aliubi meliora: sicut lupi pisces in Ciberi amne inter duos pontes, Rhombus Rauennę, murenę in Sicilia, elops Rhodi: & alia genera similiter, ne culinarum censura peragatur. Nondum Britannica seruiebant litora, cum Orata Lucrina nobilitabat: postea visum tātū in extremam Italiam petere Brundisium ostreas: ac ne lis esset inter duos sapes, nuper excogitatum, famem longę aduectionis a Brundisio compascere in Lucrino. Eadem ætate prior Licinius Murenę, reliquorum piscium viuaria inuenit: cuius deinde exemplum nobilitas secuta est, Philippi, Hortensij: Lucullus exciso etiam monte iuxta Neapolim maiore impendio, quā villam edificauerat, euripum & maria admisit. Qua de causa Magnus Pompeius Xerxen togatum eum appellabat. e Trices piscinę à defuncto illo veniere pisces.

Quis primus murenarum viuaria fecerit.

CAP. LV.

MVrenarum viuarium priuatim excogitauit C. Hirius ante alios, qui coenis triumphalibus Cæsaris Dictatoris sex millia numero murenarum mutuo appendit. Nant permutare quidem pretio noluit, aliāve merce. Huius villam intra quāmodicam quadragies piscinę f venierunt. Inuasit deinde singulorum piscium amor. Apud Baulos in parte Baiana piscinam habuit Hortensius Orator, in qua murenā adeo dilexit, vt exanimatam flecte credatur. In eadem villa, Antonia Drusi, murenę, quam diligebat, inaures addidit: cuius propter famam nonnulli Baulos videre concupiuerunt.

e Videns hoc in loco x. h. s. legendū contendit: alij cccc. ille Macrobius, h. Columella auctoritate nixi. f Alii veniderit. Quā lectionem agnoscit & Baulos 2. de as.

De cochlearum viuariis, & quis primus instituit.

CAP. LVI.

COchlearum viuaria instituit Fuluius Hirpinus in Tarquiniēsi, paulò ante ciuile bellum, quod cum Pompeio Magno gestum est, distinctis quidē generibus earum, separatim vt essent^a albæ, quæ in Reatino agro nascuntur: separatim Illiricæ, quibus magnitudo præcipua: Africanæ, quibus fœcunditas: Solitanæ, quibus nobilitas. Quin & sagineam earum commentus est, sapa & farre, aliisque generibus, vt cochleæ quoque altiles ganeam implerent: cuius artis gloria in eam magnitudinem perductæ sint, vt octoginta quadrantes caperent singularum calices. Autor est M. Varro.

^a Albula, fortasse: vt apud Varronē lib. 3. Reurub.

De piscibus terrenis.

CAP. LVII.

Piscium genera etiãnum à Theophrasto mira produntur: circa Babylonis rigua decedentibus fluuiis, in cauernis aquas habentibus remanere. Quosdam inde exire ad pabula pinnulis gradientes, crebro caudæ motu, contrâque venâteis refugere in suas cauernas, & in iis obuertos stare: capita eorum esse ranæ marinæ similia, reliquas partes gobiorum, branchias vt cæteris piscibus. Circa Heracleam & Cromnam, ^b & multifariam in Ponto vnum genus esse, quod extremas fluminum aquas sectetur, cauernasque faciat sibi in terra, atque in his viuat, etiam reciprocis amnibus siccato litore. Effodi ergo: motu demum corporum viuere eos approbant. Circa Heracleam eandem, eodemq; Lycœamne decedente, ouis relictis in limo generari pisces, qui ad pabula petenda palpitent exiguis branchiis, quod fieri non indigo humoris: propter quod & anguillas diutius viuere exemptas aquis. Oua autem in sicco maturari, vt testudinum. Eadem in Põti regione apprehendi glacie piscium maxime gobiones, non nisi patinarum calore vitalem motum fatentes. In his quidem, tametsi mirabilis, est tamen aliqua ratio. Idem tradit in Paphlagonia effodi pisces gratissimos cibus terrenos altis scrobibus, in his locis vbi nullæ restagent aquæ: miraturque & ipse, gigni sine coitu. Humoris quidem vim aliquam incesse, quam puteis, arbitratur, cum in nonnullis reperiantur pisces. ^c Quicquid est hoc, certè minus admirabile talparum facit vita subterranei animalis, nisi fortè vermium terrenorum & piscibus natura inest.

^b Addendum hic ex scriptis eod. Et lycœamnem. Alioquin nō erit, quo referatur, quod mox sequitur. Eodemque Lycœo amne

^c Restius videtur. Quicquid est hoc, certè minus admirabile talparum facit vitæ, subterranei animalis, d. deturgente.

De muribus Nili.

CAP. LVIII.

Verùm omnibus his fidem Nili inundatio affert, omnia excedentem miracula: quippe^d detegente eo musculi reperiuntur inchoato opere genitalis aquæ terræque, iam parte corporis viuentes, nouissima effigie etiãnum terrena.

De anthia pisce, & quomodo capiatur.

CAP. LIX.

Nec de anthia pisce fileri conuenit, quæ plerosque aduerto credidisse. Chelidonias insulas diximus Asiæ, scopulosi maris, ante promontorium sitas: ibi frequens hic piscis, & celeriter capitur vno genere. Paruo nauigio, & concolori veste, eademque hora per aliquot dies continuos piscator enauigat certo spatium, escamque proiicit. Quicquid ex eo mittitur, suspecta fraus prædæ est: cauensque quod timuit, cum id sæpe factum est, vnus aliquando consuetudine inuitatus anthias, escam appetit. Notatur hic intetione diligenti, vt autor spei, conciliatorque capturæ. Neque enim est difficile, cum per aliquot dies solus accedere audeat. Tandem & aliquos inuenit: paulatimque comitator, postremò greges adducit innumeros, iam vetustissimis quibusq; assuetis piscatorem agnoscere, & è manu cibum rapere. Tum ille paulum vltra digitos in esca iaculatus hamum, singulos inuolat veriùs quàm capit, ab vmbra nauis breui conatu rapiens, ita ne cæteri sentiant, alio intus excipiente centonibus raptum, ne palpitatio vlla aut sonus cæteros abigat. Conciliatorem nosse ad hoc prodest, ne capiatur. Parcit piscator fugituro in reliquum gregem. Ferunt discordem socium duci insidiatum pulchrè noto cepisse malefica voluntate: agnitum in macello à socio, cuius iniuria erat, & dati damni formulam editam, condemnatumque: addidit Mutianus æstimata lite decem libris. Iidem anthiæ, cum vnum hamo teneri viderint, spinis, quas in dorso ferratas habent, lineam secare traduntur: eo qui tenetur, extendente, vt præcidi possit. At inter sargos, ipse qui tenetur, ad scopulos lineam terit.

De stellis marinis

CAP. LX.

PRæter hæc claros sapientia autores video mirari stellam in mari. Ea figura est parua admodum, caro intus, extra duriore callo. Huic tam igneum feruorem esse tradunt, vt omnia in mari contacta adurat, omnem cibum statim peragat. Quibus sit hoc cognitum experimentis, haud facile dixerim: multo memorabilius duxerim id, cuius experientiæ quotidie occasio est.

De daëtylis, eorúmque miraculis.

CAP. LXI.

CONcharum è genere sunt daëtyli, ab humanorum vnguium similitudine appellati. His natura in tenebris remoto lumine, alio fulgore clarere, & quanto magis humorem habeant, ludere in ore mandentium, lucere in manibus, atque etiã in solo ac veste, deciditibus guttis: vt procul dubio pateat, succi illam naturam esse, quam miremur etiam in corpore.

De inimicitii & amicitii inter se aquatilium.

CAP. LXII.

SUNT & inimicitiarum atque concordiaë miracula. Mugil & lupus mutuo odio flagrant: conger & muræna, caudas inter se prærodentes. Polypum intantum locustæ pauet, vt si iuxtà viderit, omaino moriatur. ^aLocustam conger: rursus polypum congrilacerant. Nigidius autor est, prærodere caudam mugili lupum, eosdémque statis mensibus concordēs esse. Omnes autem viuere, quibus caudæ sic amputentur. At è contrario amicitiaë exempla sunt, præter illos, de quorum diximus societate, balæna & musculus: quando prægravi superciliorum pondere obrutis eius oculis, infestantia magnitudinem vada prænatans demonstrat, oculorúmque vice fungitur. Hinc volucrum naturæ dicentur.

^a Legendum videtur Locustæ cogrum: ex Arist. li. 3. Hist. animal. capit. 2.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIÆ

LIBER X.

De natura auium.

CAPVT I.

30



EQVITVR natura auium, quarum grandissimi & penè bestiarum generis, struthiocameli Africi vel Æthiopici, altitudinem equitis insidentis equo excedunt, celeritatem vincunt: ad hoc demum datis pennis, vt currentem adiuuent: cæterò non sunt volucres, nec à terra tolluntur. Vngulæ iis ceruinis similes, quibus dimicant, bisulcæ, comprehendendis lapidibus utiles, quos in fuga contra sequentes ingerunt pedibus. Concoquendi sine delectu deuorata mira natura, sed non minùs stoliditas, in tanta reliqui corporis altitudine, cum colla frutice occultauerint, latere se existimantium. Præmia ex iis oua, propter amplitudinem ^b pro quibusdam habita vasis, conósque bellicos & galeas adornantes pennæ.

^b xliiij. Quibusdam habita pro vasis,

De Phœnice.

CAP. II.

Æthiopes atque Indi, discolorēs maximè & inenarrabiles ferunt aues, & ante omnes nobilem Arabia phœnicem: haud scio an fabulosè, vnum in toto orbe, nec visum magnopere. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cæterá purpureus, cæruleam roseis caudam pennis distinguuntibus, cristis facië caputq; plumeo apice cohonestante. Primus atq; diligentissimus togatorum de eo prodidit Manilius, Senator ille maximis nobilis doctrinis doctore nullo: neminè extitisse qui viderit vescentem: sacrum in Arabia Soli esse, viuere annis dclx. senescentem casia thurisque surculis construere nidum, replere odoribus, & superemori. Ex ossibus deinde & medullis eius nasci primo

ceu

ceum vermiculum : inde fieri pullum : principioque iusta funeri priori reddere, & totum deferre nidum prope Panchaiam in solis urbem, & in ara ibi deponere. Cum huius alitis vita magni conuersionem anni fieri prodit idem Manilius, iterumque significationes tempestatum & siderum easdem reuerti. Hoc autem circa meridiem incipere, quo die signum Arietis Sol intrauerit. Et fuisse eius conuersionis annum prodente se P. Licinio, M. Cornelio Consulibus. Cornelius Valerianus phœnicem deuolasse in Ægyptum tradit, Q. Plautio, Sex. Papinio Coss. Allatus est & in urbem, Claudij Principis Censura, anno urbis dcc c. & in comitio propositus, quod actis testatum est, sed quem falsum esse nemo dubitaret.

De Aquilis.

CAP. III.

EX his, quas nouimus, aquilæ maximus honos, maxima & vis. Sex earum genera: Melænaetos à Græcis dicta, eadēque Valeria, minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricās: sola aquilarum fœtus suos alit: cæteræ, vt dicemus, fugant: sola sine clangore, sine murmuratione. Conuersatur autē in mōtibus. Secūdi generis pygargus, in oppidis mansitat & in campis, albicante cauda. Tertij morphnos, quam Homerus & pernon vocat, aliqui & plancum, & anatariam, secūda magnitudine & vi: huicque vita circa lacus. Phœmonoë Apollinis dicta filia, dentes ei esse prodidit, mutæ aliās, carentique lingua: eandem aquilarum nigerrimam, prominentiore cauda. Consentit & Boëthus. Ingenium est ei, testudines raptas frangere è sublimi iaciendo: quæ fors interemit Poëtam Æschylum, prædictam fatiis (vt ferunt) eius diei ruinam secuta cæli fide cauentē. Quarti generis est percnopterus: eadem oripelargus, vulturina specie, alis minimis, reliqua magnitudine antecellens, sed imbellis & degener, vt quam verberet coruus. Eadem iciunæ semper auiditatis, & querulæ murmurationis. Sola aquilarum exanima fert corpora: cæteræ, cum occidere, confidunt. Hæc facit, vt quintum genus gnesion vocetur, velut verum, solūque incorruptæ originis, media magnitudine, colore subrutilo, rarum cōspectu. Superest haliaetos, clarissima oculorum acie, librans ex alto sese: visōque in mari pisce, præceps in eum ruens, & discussis pectore aquis rapiens. Illa, quam tertiam fecimus: circa stagna aquaticas aues appetit mergentes se subinde, donec sopitas lassatāsque rapiat. Spectanda dimicatio, aue ad perfugia litorū tendente, maximè si condensā harundo sit: aquila inde icū abigente alæ, & cum appetit, in lacus cadente, vmbraque suam nanti sub aqua à litore ostendente: rursus aue in diuersa, & vbi minimè se credat expectari, emergente. Hæc causa gregatim auibus natandi, quia plures simul non infestantur, resperfu pinnarum hostem obcæcantes. ^a Sæpe & aquilæ ipsæ nō tolerantes pondus apprehensum, vnà merguntur. Haliaetus tantum implumes etiānum pullos suos percuciens, subinde cogit aduersos intueri Solis radios: & si conuiuentem humectantēque animaduertit, præcipitat è nido, velut adulterinum atque degenerem: illum cuius acies firma contrā steterit, educat. Haliaeti suum genus non habent, sed ex diuerso aquilarum coitu nascuntur. Id quidem, quod ex iis natum est, in ossifragis genus habet, è quibus vultures progenerantur minores: & ex iis magni, qui omnino non generant. Quidā ^a adiciunt genus aquilæ, quam barbatam vocant, Thusi verò ossifragam. Tribus primis & quinto aquilarum generi inædificatur nido lapis aëtites, quem aliqui dixere gagaten, ad multa remedia vtilis, nihil igne deperdens. Est autem lapis iste prægnans, intus, cum quatias, alio velut in vtero sonante. Sed vis illa medica non nisi nido direptis. Nidificant in petris & arboribus: pariunt oua terna: excludunt pullos binos: visi sunt & tres aliquando. Alterum expellunt tedio nutriendi. Quippe eo tempore ipsis cibum negauit natura, prospiciens ne omnium ferarum fœtus raperentur. Vngues quoque earum inuertuntur diebus iis, albescunt inedia pennæ, vt meritò partus suos oderint. Sed eicctos ab his cognatum genus ossifragæ excipiunt, & educant cum suis. Verum adultos quoque persequitur parens, & longè fugat, æmulos scilicet rapinæ. Et alioquin vnum par aquilarum magno ad populandū tractu, vt fatietur, indiget. Determinant ergo spatia, nec in proximo prædantur. Rapta nō protinus ferunt, sed primò deponunt, experteque pōdus tunc

Quodlibet tertio aquilæ generi tribuitur, quem morphna supra Plin. nominavit. Arist. Stor. lib. 9. Hist. lib. 9. c. 31. (unde hæc serè omnia sunt desumpta) haliaeto assignat. Quo fit, vt verba hæc alieno loco posita videantur, & supra reponenda post ea verba, Et discussis pectore aquis rapiens.

auchunt. deinum^a abeunt. Oppetunt non fenio, nec ægritudine, sed fame, in tantum superiore acrescente rostro, vt ad uncitas aperiri non queat. A meridiano autem tempore operantur, & volant: prioribus horis diei, donec impleantur hominum conuentu fora, ignauæ sedent. Aquilarum pennæ mistas reliquarum alitum pennas deuorant. Negant vnquam solam hanc alitem fulmine exanimatam: ideo armigeram Iouis consuetudo iudicauit.

Quando leginum signa esse cœperint, & cum quibus sit aquilis bellum.

CAP. IIII.

Romanis eam legionibus C. Marius in secundo Consulatu suo propriè dicauit. Erat & antea prima cum quatuor aliis: lupi, minotauri, equi, aprique singulos ordines antebant. Paucis antea annis sola in aciem portari cœpta erat: reliqua in castris relinquebantur. Marius in totum ea abdicauit. Ex eo notatum, non ferè legionis vnquam hypernasse castra, vbi aquilarum non sit iugum. Primo & secundo generi non minorum tantum quadrupedum rapina, sed etiam cum ceruis prælia. Multum puluerem volutatu collectum, insidens cornibus excutit in oculos, pennis ora verberans, donec præcipitet in rupe. Nec vnus hostis illi satis est: acrior est cum dracone pugna, multoque magis anceps, etiam si in aère. Oua hic confectatur aquilæ auuiditate malefica: at illa ob hoc rapit vbi cunque visum. Ille multiplici nexu alas ligat, ita se implicans, vt simul decidant.

Mirum de Aquila.

CAP. V.

Est percelebris apud Seston urbem aquilæ gloria: educatam à virgine retulisse gratiam, aues primò, mox deinde venatus aggerentem. De functa postremò, in rogam accensum eius iniectisse sese, & simul conflagrasse. Quam ob causam incolæ, quod vocant Heroum, in eo loco fecere, appellatum Iouis & virginis, quoniam illi Deo ales ascribitur.

De vulturibus.

CAP. VI.

Vlturum præualent nigri. Nidos nemo attigit. Ideo etiam fuere, qui putarent illos ex aduerso orbe aduolare, falso. Nidificant enim in excelsissimis rupibus. Fœtus quidem sæpe cernuntur ferè bini. Vmbrius Aruspicum in nostro æuo peritissimus, parere tradit oua tria: vno ex iis reliqua oua nidumque lustrare, mox abicere. Triduo autem antea aut biduo volare eos, vbi cadauera futura sunt.

De Sanguale.

CAP. VII.

Sangualem auem, atque immussulum, Augures Romani in magna quæstione habent. Immussulum aliqui vulturis pullum arbitratur esse, & sangualem ossifragæ. Massurius sangualem ossifragam esse dicit, immussulum autem pullum aquilæ, priusquam albicet cauda. Quidam post Mutium Augurè visos non esse Romæ cõfirmare: ego (quod verisimilius est) in desidia rerum omnium non arbitror agnitos.

De Accipitribus.

CAP. VIII.

b. Aliis de-
c. quot acci-
pitrur genera
autem sunt.
ib. 9. Histor.
animal. c. 36.

Accipitrum genera^b xvj. Inuenimus. Ex iis circon claudum altero pede prosperrimi augurij nuptialibus negotiis & pecuariæ rei. Triorchem à numero testium, cui principatum in auguriis Phæmonoë dedit: buteonem hunc appellant Romani, familia etiam ex eo cognominata, cum prospero auspicio in ducis naui sedisset. Æsalona Græci vocant, qui solus omni tempore apparet: cæteri hyeme abeunt. Distinctio generum ex auuiditate. Alij non nisi ex terra rapiunt auem: alij non nisi circa arbores volitantem: alij sedentem in sublimi: aliqui volantem in aperto. Itaque & columbæ nouere ex iis pericula, visoque confidunt, vel subuolant, contra naturam eius auxiliantes sibi. In insula Africae Cerne in Oceano accipitres totius Massyliae humi frætificant: nec alibi nascuntur, illis assueti gentibus. In Thraciæ parte super Amphipolim homines atque accipitres societate quadam aucupantur. Hi ex syluis & harundinetis excitant aues: illi superuolantes deprimunt. Rursus captas aucupes diuidunt cum iis. Traditum est, missas in sublime sibi excipere eos: & cum tempus sit capturæ, clangore ac volatus genere inuitare ad occasionem. Simile quiddam lupi apud Mæotin paludem faciunt. Nam nisi partem à piscantibus suam acceperere, expansa eorum⁹ retia lacerant. Accipitres auium non edunt corda. Nocturnus accipiter cymindis vocatur,

catur, rarus etiam in syluis, interdiu minus cernens. Bellum internecinum gerit cum aquila, cohærentesque sæpeprehenduntur.

De Coccyce, quæ à suo genere interimitur.

CAP. IX.

Coccyx ex accipitre videtur fieri, tempore anni figuram mutans, quoniam tunc non apparent reliqui, nisi perquam paucis diebus: ipseque modico tempore æstatis visus non cernitur postea. Est autem neque aduncis unguibus solus accipitrû, nec capite similis illis, neque alio quam colore, ac rictu columbi potius. Quin & absumitur ab accipitre, si quando vna apparuere: sola omnium auis à suo genere **interempta**. Mutat autem & vocem: procedit vere, occultatur Caniculæ ortu: semperque **parit** in alienis nidis, maximè palumbium, maiori ex parte singula oua, quod nulla alia auis: rarò bina. Causa subiiciendi pullos putatur, quòd sciat se inuisam cunctis auibus. ^b nam minutas quoque infestât: ita non fore tutam generi suo stirpem opinatur, ni fefellerit: quare nullum facit nidum, alioquin trepidum animal. Educat ergo subditû adulterato fœta nido. Ille auidus ex natura, præripit cibos reliquis pullis, itaque pinguescit, & nitidus in se nutrice mconuertit. illa gaudet eius specie, miraturque sese ipsam, quòd talem pepererit: suos comparatione eius damnat, vt alienos, absumi que etiam se inspectante patitur, donec corripiat ipsam quoque iam volandi potens. Nulla tum auium suauitate carnis comparatur illi.

^a aspectu colubi potius.

^b Legendum, Nã minutæ quoque infestant tum ex vet. col. sũ ex Arist. Hist. animal. lib. 9. cap. 29.

De Miluis.

CAP. X.

Milui ex eodem accipitrum genere, magnitudine differunt. Notatum in his, rapacissimam & famelicam semper alitem nihil esculenti rapere vnquam ex funerum ferculis, nec Olympiæ ex ara. Ac ne ferentium quidem manibus, nisi lugubri municipiorum immolantium ostento. Iidem videntur artem gubernandi docuisse caudæ flexibus, in cælo monstrante natura, quid opus esset in profundo. Milui & ipsi hybernis mensibus latent, non tamen ante hirundinem abeuntes. Traduntur autem & à solstitiis affici podagra.

Digestio auium per genera.

CAP. XI.

Volucrum prima distinctio pedibus maximè constat. Aut enim aduncos ungues habent, aut digitos, aut palmipedum in genere sunt, vti anseres, & aquaticæ ferè aues. Aduncos ungues habentia, carne tantum vescuntur ex parte magna.

De inauspicatis auibus, cornice, coruis, bubone.

CAP. XII.

Cornices ^c & alio pabulo. Atque duritiem nucis rostro repugnantem, volantes in altum in saxa tegulasve iaciunt iterum ac sæpius, donec quassatam perfringere queant. Ipsa ales est inauspicatæ garrulitatis, à quibusdam tamen laudata. Ab Arcturi fidere ad hirundinum aduentum notatur eam in Mineruæ lucis templisque rarò, alicubi omnino non aspici, sicut Athenis. Præterea sola hæc etiam volantes pullos aliquandiu pascit: inauspicatissima fœtus tempore, hoc est, post solstitium. Cæteræ omnes ex eodem genere pellunt nidis pullos, ac volare cogunt, sicut & corui: qui & ipsi non carne tantum aluntur, sed robustos quoque fœtus suos fugant longius. Itaque paruis in vicis non plus bina coniugia sunt: circa Cranonem quidem Thessaliæ singula perpetuo: **genitores soboli loco** cedunt. Diuersa in hac, & supra dicta alite quædam. Corui ante solstitium generant, iidem ægrefcunt sexagenis diebus, siti maximè, antequam fici coquantur autumno. Cornix ab eo tempore corripitur morbo. Corui pariunt cum plurimum quinos. Ore eos parere aut coire vulgus arbitratur: ideoque grauidas, si ederint coruinum ouum, per os partum reddere: atque intotum, difficulter parere, si tecto inferantur. Aristoteles negat, non hercule magis, quam in Ægypto ibim: sed illam exosulationem, quæ sæpe cernitur, qualem in columbis, esse. Corui in auspiciis soli videntur intellectum habere significationum suarum. nam cum Mediæ hospites occisi sunt, omnes è Pelopóneso & Attica regione volauerunt. Pessima eorum significatio, cum glutunt vocem velut strangulati. Vncos ungues & nocturnæ aues habent, vt noctuæ, bubo, vlulæ. Omnium horum ^d hebetes interdiu oculi. Bubo funebris, & maximè abominatus, publicis præcipuè atspiciis, deserta incolit: nec tantum desolata, sed dira etiam & inaccessa: noctis monstrum, nec

^c Vetus. op. Cornices & alio pabulo, vt que duritiem nucis etc.

cantu aliquo vocalis, sed gemitu. Itaque in urbibus aut omnino in luce visus, dirum ostentum est. Priuatorum domibus insidentem plurimis scio non fuisse feralem. Volat nunquam, quò libuit, sed transfuersus auferitur. Capitolij cellam ipsam intrauit Sex. Papellio Istro, L. Pedanio Coss. propter quod nonis Martiis vrbs lustrata est eo anno.

De incendiaria aue.

CAP. XIII.

Inauspicata est & incendiaria auis, propter quam sæpenumero lustratã urbem in Anagninibus inuenimus, sicut L. Cassio. C. Mario Cos. quo anno & bubone viso lustrata est. Quæ sit auis ea, nec reperitur, nec traditur. Quidam ita interpretantur, incendiariam esse, quæcunque apparuerit carbonem ferens ex aris, vel altaribus. Alij spinturnicem eam vocant: sed hæc ipsa quæ esset inter aues, qui se scire diceret, non inueni.

De Cliuina.

CAP. XIII.

Cliuinam quoque auem ab antiquis nominatam, animaduerto ignorari. Quidam clamatorem dicunt, Labeo prohibitoriam. Et apud Nigidium subis appellatur auis, quæ aquilarum oua frangat.

De aibus incognitis.

CAP. XV.

Sunt præterea complura genera depicta in Hetrusca disciplina, seculis non visa: quæ nunc defecisse mirum est, cum abundant etiam, quæ gula humana populatur.

De aibus nocturnis

CAP. XVI.

Externorum de auguriis peritissimè scripsisse Hylas nomine putatur. Is tradit noctuam, bubonem, picum arbores cauantem, trogonem, cornicem, à cauda de ouo exire: quoniam pondere capitum peruersa oua, posteriorem partem corporum fouendam matri applicent.

De noctuis.

CAP. XVII.

Noctuarum contra aues solers dimicatio. Maiore circumdatæ multitudine, resupinæ pedibus repugnant, collectæque in arctum, rostro & unguibus totæ teguntur. Auxiliatur accipiter collegio quodam naturæ, bellumque partitur. Noctuas sexagenis diebus hyemis cubare, & nouem voces habere, tradit Nigidius.

De pice Martio.

CAP. XVIII.

Sunt & parua aues vncorum unguium, vt pici, Martio cognomine insignes, & in auspiciis magni. Quo in genere arborum cauatores, scandentes in subrectum felium modo: illi verò & supini, percussi corticis sono, pabulum, subesse intelligunt. Pullos in cauis educant auium soli. Adactos cauernis eorum à pastore cuneos, admota quadam ab his herba, elabi creditur vulgò. Trebius autor est, clauum cuneumve adactum, quanta libeat vi, arbori in qua nidum habeat, statim exilire, cum crepitu arboris, cum infederit clauo aut cuneo. Ipsi principales Latio sunt in auguriis, à rege qui nomē huic aui dedit. Vnum eorum præscitum trāsire non queo. In capite Prætoris urbani L. Tuberonis, in foro iura pro tribunali reddentis, sedit ita placidè, vt manu prehenderetur. Respondere vates, exitium imperio portendi, si dimitteretur: at si exanimaretur, Prætori. Et ille autem protinus concerpfit: nec multò post impleuit prodigium. Vescuntur & glande in hoc genere, pomisque multæ, sed quæ carne tantum non viuunt, excepto miluo: quod ipsum in auguriis dirum est.

De vncos ungues habentibus & digitos.

CAP. XIX.

Vncos ungues habentes omnino non congregantur, & sibi quæque prædantur. Sunt autem omnes ferè altiuolæ præter nocturnas: & magis, maiores. Omnibus alæ grandes, corpus exiguum. Ambulant difficulter. In petris rarò consistunt, curuatura unguium prohibente. Nunc de secundo ordine dicamus, qui in duas diuiditur species, oscines, & alites: illarum generi cantus oris, his magnitudo differentiam dedit. Itaque præcedent & ordine.

De Pauonibus, & quis eos primus cibi causa occiderit.

CAP. XX.

Omnèsque reliquas in his pauonum genus, cum forma, tum intellectu eius & gloria. Gemmantes laudatus expandit colores, aduerso maximè Sole, quia sic fulgentius

tius radiant. Simul vimbæ quosdam repercussus cæteris, qui in opaco clariùs micant, conchata quærit cauda: omnésque in aceruum contrahit pennarum, quos spectari gaudet oculos. Idem cauda annuis vicibus amissa cum foliis arborum, donec renascatur iterum cum flore, pudibundus ac mœrens quærit latebram. Viuit annis xxv. Colores incipit fundere in trimatu. Ab autoribus non gloriosum tantum animal hoc traditur, sed & maleuolum, sicut anser verecundum: quoniam has quoque quidam addiderunt notas in his, haud probatas mihi. Pauonem cibi gratia Romæ primus occidit Orator Hortésius, aditiali cœna sacerdotij. Saginare primus instituit circa nouissimum piraticum bellum M. Aufidius Lurco, exque eo quæstu reditus festertiûm sexaginta M. habuit.

De Callis, & quomodo castrentur, & de gallinaceo locuto.

C A P. X X I.

Proximè gloriam sentiunt & hi nostri vigilantes nocturni, quos excitandis in opera mortalibus, rumpendóque somno natura genuit. Norunt sidera, & ternas distinguunt horas interdiu cantu. Cum Sole eunt cubitum, quartaq; castrensi vigilia ad curas laborémque reuocant. Nec solis ortum incautis patiuntur obrepere, diémque venientem nuntiant cantu, ipsum verò cantum plausu laterum. Imperitant suo generi, & regnum, in quacunque sunt domo, exercēt. Dimicatione paritur hoc quoq; inter ipsos, velut ideo tela agnata cruribus suis intelligentes: ^a nec finis sæpe commorientibus. Quòd si palma cōtingit, statim in victoria canunt, seque ipsi principes testantur. Victus occultatur silens, ægréque seruitium patitur. Et plebs tamen æquè superba graditur ardua ceruice, cristis celsa: cælumque sola volucrum aspicit crebro, in sublime caudam quoque falcata erigēs: itaque terrori sunt etiam leonibus ferarum generosissimis. Iam ex his quidam ad bella tantum & prælia assidua nascuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum, ac Tanagram. Secundus est honos habitus Melicis, ac Chalcidicis, vt planè dignæ aliti tantum honoris præbeat Romana purpura. Horum sunt tripudia solistima. Hi magistratus nostros quotidie regunt, domósque ipsis suas claudunt aut referāt: hi fasces Ro. impellunt aut retinent, iubent acies aut prohibēt, victoriarum omnium toto orbe partarum auspices: hi maximè terrarum imperio imperant, extis etiam fibrisq; haud aliter quàm opimæ ^b victoriæ, Diis grati. Habent ostenta & ^c præposterius eorum vespertiniq; cātus. Nāque totis noctibus canendo, Bœotiis nobilem illam aduersus Lacedæmonios præfagiuerunt victoriam, ita coniecta interpretatione, quoniã victa ales illa non caneret. Desinunt canere castri: quod duobus fit modis, lumbis adustis cādente ferro, aut imis cruribus: mox hulcere oblito figlina creta: facilius ita pinguescūt. Pergami omnibus annis spectaculū gallo- rum publicè editur, ceu gladiatorum. Inuenitur in Annalibus, in Ariminensi agro, M. Lepido, Q. Carulo Coss. in villa Gallerij locutū gallinaceum, semel, quod equidē sciam.

De Anseribus, & quis primus iecur anserinum comederit, & de adipe anserino Comageno.

C A P. X X I I.

Est & anseri vigil cura, Capitolio testata defenso, per id tempus canum silentio proditis rebus. Quamobrem cibaria anserum Censores in primis locant. Quin & fama amoris, Argis dilecta forma pueri nomine Oleni, & Glaucis Ptolemæo regi cithara canētis, quam eodem tempore & aries adamasse proditur. Potest & sapientiæ videri intellectus iis esse. Ita comes perpetuò adhæsisse Lacydi philosopho dicitur, nusquam ab eo, non in publico, non in balneis, nō noctu, non interdiu digressus. Nostri sapientiores, qui eos iecoris bonitate nouere. Fartilibus in magnam amplitudinem crescit: exēptum quoque lacte mulso augetur. Nec sine causa in quæstione est, quis primus tantum bonum inuenerit, Scipio Metellus vir Cōsularis, an ^d M. Sestius eadem ætate eques Ro. Sed (quod constat) Messalinus Cotta, Messalæ Oratoris filius, palmas pedum ex his torrere, atq; palatinis cum gallinaceorū cristis condire reperit, Tribuetur enim à me culinis cuiusq; palma cum fide. Mirum in hac alite, à Morinis vsq; Romam pedibus venire. Fessi proferuntur ad primos: ita cæteri stipatione naturali propellunt eos. Candidorum alterum vectigal in pluma. Velluntur quibusdam locis bis anno. Rursus plumigeri vestiuntur: molliorque, quæ corpori quàm proxima: & è Germania laudatissima. Candidi ibi, verum mino-

^a nec finis
sæpe, nisi commorientibus.

^b Victimæ,
legem dicit, non
victoriæ,
^c præpropari

^d Reclius, M.
Sciurus ex V ar
vone Reitur, li.
3. cap. 10.

res, ganzæ vocantur. Pretium plumæ eorum, in libras denarij quini. Et inde crimina plerunque auxiliorum præfectis, à vigili statione ad hæc aucupia dimissis cohortibus totis. Eoque deliciæ processere, vt sine hoc instrumento durare iam ne virorum quidem ceruices possint. Aliud reperit Syriæ pars, quæ Comagene vocatur: adipem eorum in vase æreo cum cinnamo niue multa obrutum, ac rigore gelido maceratum, ad vsu præclari medicaminis, quod ab gente dicitur Comagenum. Anserini generis sunt chenalopeces, & quibus lautiores epulas non nouit Britannia chenerotes, fero anseres minores. Decet tetraonas suus nitor, absolutaque nigritia, in superciliis cocci rubor. Alterum eorum genus vulturum magnitudinem excedit, quorum & colorem reddit. Nec vlla ales excepto struthiocamelo maius corpore implens pondus, in tantum aucta, vt in terra quoque immobilis prehendantur. Gignunt eos Alpes, & septentrionalis regio. In auariis saporẽ perdunt. Moriuntur contumacia spiritu reuocato. Proximæ eis sunt, quas Hispania aues tardas appellat, Græcia otidas, damnatas in cibis. Emissa enim ossibus medulla, odoristadium extemplo sequitur.

De Gruibus, Ciconiis, Oloribus, & peregrinis auibus, & Coturnicibus, & Glotte. CAP. XXIII.

Inducias habet gens Pygmæa abscessu gruum (vt diximus) cum iis dimicantium. Immensus est tractus, quo veniunt, si quis reputet à mari Eoo. Quando proficiscantur consentiunt: volant ad prospiciendum altè: ducem, quem sequantur, eligunt: in extremo agmine per vices, qui acclament, dispositos habet, & qui gregẽ voce contineant. Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes, qui laxatus somno & decidens, indiligentiam coarguat. Cæteræ dormiunt capite subter alam condito, alternis pedibus insistentes. Dux erecto prouidet collo, ac prædicit. Eadem mansuefactæ lasciuunt, gyrósque quosdam indecoro cursu vel singulæ peragunt. Certum est, Pontum transuolaturas, primùm omnium angustias petere, inter duo promontoria Criu metopon, & Carabin: mox saburra stabiliri. Cùm medium transierint, abiici lapillos è pedibus: cùm attigerint continentem, & è gutture harenam. Cornelius Nepos, qui Diui Augusti principatu obiit, cùm scriberet turdos paulò antè cœptos faginari, addidit, ciconias magis placere, quàm grues: cùm hæc nunc ales inter primas expetatur, illam nemo velit attigisse. Ciconiæ quonam è loco veniant, aut quò se referant, incompertum adhuc est. E longinquo venire non dubium, eodem, quo grues, modo: illas hyemis, has æstatis aduenas. Abitura congregantur in loco certo: comitataque sic, vt nulla sui generis relinquatur, nisi captiua & serua, ceu lege prædicta die recedunt. Nemo vidit agmen discedentiũ, cùm discessurum appareat: nec venire, sed venisse cernimus: vtrunque nocturnis fit temporibus. Et quamuis vltra citràve peruolent, nunquam tamen aduenisse vsquam, nisi noctu, existimantur. Pythonos comen vocant in Asia patentibus campis, vbi congregatę inter se commurmurant, eamque quæ nouissima aduenit, lacerant, atque ita abeunt. Notatum, post Idus Augusti non temerè visas ibi. Sunt qui ciconiis non inesse linguas confirmet. Honos iis serpentium exitio tantus, vt in Thessalia capitale fuerit occidisse, eademque legibus pœna, quæ in homicidam. Simili anseres quoque & olores ratione commeant: sed horum volatus cernitur: liburnicarum more rostrato impetu feruntur, facilius ita findentes aëra, quàm si recta fronte impellerent: à tergo sensim dilatante se cuneo porrigitur agmen, largęque impellenti præbetur auræ. Colla imponunt præcedentibus: fessos duces ad terga recipiunt. Ciconiæ nidos eosdem repetunt: genitricum senectam inuicem educant. Olorum morte narratur flebilis cantus, falso, vt arbitror, aliquot experimentis. Idem mutua carne vescuntur inter se. Verùm hæc commeantium per maria terrasque peregrinatio non patitur differri minores quoque, quibus est natura similis: vt cunque enim supra dictas magnitudo & vires corporum inuitare videri possunt. Coturnices antè etiam semper adueniunt, quàm grues, parua auis, & cùm ad nos venit, terrestris potius, quàm sublimis. Aduolant & hæ simili modo non sine periculo nauigantium, cū appropinquauere terris. Quippe velis sæpè infidunt, & hoc semper noctu merguntque nauigia. Iter est

his per

his per hospitia certa. Austro non volant, humido scilicet & grauiore vento. Aura tamen vehi volunt, propter pondus corporum, viréque paruas. Hinc volantium illa cōquestio labore expressa. Aquilone ergo maximè volant ortygetra duce. Primam earum terræ appropinquantem accipiter rapit. Semper hinc remeantes comitatum sollicitant: abeuntque vnà persuasæ glottis, & otis, & cychramus. Glottis prælongam exerit linguam: vnde ei nomen. Hanc initio blandita peregrinatione auidè profectam, pœnitentia in volatu cum labore scilicet subit. Reuerti incomitatam piget, & sequi: nec vnquam plus vno die pergit: in proximo hospitio deserit. Verùm inuenitur alia, antecedente anno relicta: simili modo in singulos dies. Cychramus perseuerantior festinat etiam peruenire ad ex-

10 petitas sibi terras. Itaque noctu is eas excitat, admonétque itineris. Otis bubone minor est, noctuis maior, auribus plumeis eminentibus: vnde & nomē illi: quidam Latine a si-

20 nem vocant: imitatrix aliàs auis ac parasita, & quodam genere saltatrix. Capitur haud difficulter, vt noctuæ, ^a intenta in aliquo circumeunte alio. Quòd si ventus agmè aduer-

30 so flatu cœperit inhibere, pondusculis lapidum apprehensis, aut gutture harena repleto, stabilitæ volant. Coturnicibus ^b veneni semen gratissimus cibus: quam ob causam eas damnauere mēsæ, simulque comitalem propter morbum despui suctum, quæ solæ animalium sentiunt, præter hominem.

^a scripti co-
paulò aliter,
sed eodem sen-
su: Intenta in
aliquem cir-
cumeunte a-
lio.
^b veratri

De Hirundinibus, Merulis, Turdis, & Sturnis, Turturibus & Palumbis.

C A P. X X I I I.

20 **A**Beunt & hirundines hybernis mensibus, sola carne vescens auis ex iis quæ ad uncos vngues non habent: sed in vicina abeunt, apricos secutæ montium recessus: inuētæque iam sunt ibi nudæ atque deplumes. Thebarum tecta subire negantur, quoniam vrbs illa sæpius capta sit: nec Bizix in Thracia, propter scelera Terei. Cecina Volaterranus equestris ordinis quadrigarum dominus, comprehensas in urbem secum auferens, victoriæ nuntias amicis mittebat, in eundem nidum remeantes illito victoriæ colore. Tradit & Fabius Pictor in Annalibus suis, cùm obsideretur præsidium Romanum à Ligustinis, hirundinem à pullis ad se allatam: vt lino ad pedem eius alligato nodis significaret, quo-

30 to die adueniēte auxilio eruptio fieri deberet. Abeunt & merulæ, turdique, & sturni simili modo in vicina. Sed hi plumam non amittunt, nec occultantur, visi sæpe ibi, quò hy-

40 bernum pabulum petunt: itaque in Germania hyeme maximè turdi cernuntur. Verius turtur occultatur, pennasque amittit. Abeunt & palumbes, quoniam & in iis incertum. Sturnorum generi proprium cateruatim volare, & quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Volucrum soli hirundini flexuosi volatus, velox celeritas: quibus ex causis neque rapinæ cæterarum alitum obnoxia est. Eadem demum sola auium non nisi in volatu pascitur.

Quæ auium perennes, quæ semestres, quæ trimestres.

C A P. X X V.

TEmporum magna differentia auibus. Perennes, vt columbæ: semestres, vt hirundines: trimestres, vt turdi & turtures, & quæ, cùm fœtum eduxere, abeunt, vt galguli,

40 vpupæ.

De auibus mira.

C A P. X X V I.

AVtores sunt, omnibus annis aduolare Ilium ex Æthiopia aues, & configere ad Memnonis tumulum, quas ob id Memnonidas vocant. Hoc idem quinto quoque anno facere eas in Æthiopia circa regiam Memnonis, exploratum sibi Cremutius tradit. Simili modo pugnant Meleagrides in Bœotia. Africæ hoc est gallinarum genus, gibberum, variis sparsum plumis: quæ nouissimæ sunt peregrinarum auium in mēsas receptæ propter ingratum virus. Verùm Meleagri tumulus nobiles eas fecit.

De auibus seleucidibus.

C A P. X X V I I.

Seleucides aues vocantur, quarum aduentum ab Ioue precibus impetrant Casij montis incolæ, fruges eorum locustis vastantibus. Nec vnde veniant quòve abeant, compertum, nunquam conspectis, nisi cùm præsidio earum indigetur.

m 2

De ibi.

CAP. XXVIII.

INuocant & Ægyptij ibes suas contra serpentium aduentum: & Elei Myiagrō Deum, muscarum multitudine pestilentiam adferente: quæ protinus intereunt, qua litatū est illi die.

Quæ aues in quibus locis non sunt, & quæ mutant colorem & vocem, & de lusciniis.

CAP. XXIX.

SEd in secessu auium & noctuæ paucis diebus latere traduntur: quarum genus in Creta insula non est: etiam si qua inuecta sit emoritur. Nam hæc quoque mira naturæ differentia: alia aliis locis negat, tanquam genera frugum fruticumve, sic & animalium: non nasci, translaticium: inuecta emori, mirum. Quid est illud vnus generis saluti aduersum, quæve ista naturæ inuidia? aut qui terrarum dicati auibus termini? Rhodus aquilam non habet. transpadana Italia iuxta Alpes Larium lacum appellat, ^a amœnum arbutto, agro, ad quem ciconiæ non permeant: sicuti nec octauum circa lapidem ab eo, immensa alioqui finitimo Insubrium tractu, examina gracculorum monedularumque, cui soli aui firacitas auri argentique præcipuè mira est. Picus Martius in Tarentino agro negatur esse. Nuper, & adhuc tamen rara, ab Apennino ad urbem versus cerni cœpere picarum genera, quæ longa in signes cauda variæ appellantur. Proprium his caluescere omnibus annis, cum serantur rapa. Perdices non transuolant Bœotix fines in Attica: nec vlla avis in Ponto, insula qua sepultus est Achilles, sacratam ei ædem. In Fidenate agro iuxta urbem ciconiæ nec pullos nec nidus faciunt. At in agrum Volaterranum palumbium vis è mari quotannis aduolat. Romæ in ædem Herculis in foro Boario, nec muscæ, nec canes intrant. Multa prætereà similia, quæ prudēs subinde omitto in singulis generibus, fastidio parcens: quippe cum Theophrastus tradat inuectitias esse in Asia etiam columbas, & pauones, & coruos, & in Cyrenaica vocales ranas. Alia admiratio circa oscines: ferè mutant colorem vocemque tempore anni, ac repente fiunt aliæ: quod in grandiore alitū genere grues tantum. Eæ enim senectute nigrescunt. Merula ex nigra ruffescit, canit æstate, hyeme balbutit, circa solstitium muta. Rostrum quoque anniculis in ebur trāsfiguratur, duntaxat maribus. Turdis color æstate circa ceruicem varius, hyeme concolor. Lusciniis diebus ac noctibus continuis xv. garrulus sine intermissu cantus, densante se frondium germine, non in nouissimum digna miratu aue. Primum tanta vox tam paruo in corpufculo, tam pertinax spiritus. Deinde in vna perfecta musicæ scientia modulatus editur sonus: & nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto: promittitur reuocato, infuscatur ex inopinato: interdum & sacum ipse murmurat: plenus, grauis, acutus, creber, extentus, vbi visum est, vibrans, summus, medius, imus. Breuitérque omnia tam paruulis in faucibus, quæ tot exquisitis tiliarum tormentis ars hominum excogitauit: vt non sit dubium hanc suauitatem præmonstratam efficaci auspicio, cum in ore Stesichori cecinit infantis. Ac ne quis dubitet artis esse, plures singulis sunt cantus, nec iidem omnibus, sed sui cuique. Certant inter se, palamque animosa contentio est. Victa morte finit sæpe vitam, spiritu prius deficiente, quam cantu. Meditantur aliæ iuniores, versusque quos imitetur accipiunt. Audit discipula intentione magna & reddit, vicibusque reticent. Intelligitur emendatæ correctio, & in docente quædam reprehensio. Ergo seruorum illis pretia sunt, & quidem ampliora, quam quibus olim armigeri parabantur. Scio sestertiis sex, candidam alioquin, quod est propè inusitatum, venisse, quæ Agrippinæ Claudij principis coniugi dono daretur. Visum iam sæpe, iussas canere cœpisse, & cum symphonia alternasse: sicut homines repertos, qui sonum earum, addita in transuersas harundines aqua, foramen inspirantes, linguæve parua aliqua opposita mora, indiscreta redderent similitudine. Sed eæ tãtæ tamque artifices argutix à xv. diebus paulatim desinunt, nec vt fatigatas possis dicere aut satiatas. Mox æstu aucto in totum alia vox fit, nec modulata, aut varia. Mutatur & color. Postremò hyeme ipsa non cernitur. Linguis earum tenuitas illa prima non est, quæ cæteris auibus. Pariuntque vere primo cum plurimum fœna oua. Alia ratio ficedulis. Nam ^b formã simul coloremque mutant.

^a Alii, Arbutto arbutto a-
gro, vt in-
fra idem Plin-
ius lib. 17. ca.
25. verbi ar-
butto arbutto
ait.

^b Sunt qui
hæc sonum
legere malint,
quam formã
aristotelis au-
toritate ad-
ductis, lib. 9.
hist. animal.
cap. 4.

mutant. Hoc nomen non nisi autumnno habent: postea melancoryphi vocantur. Sic & erithacus hyeme, idem phœnicurus æstate. Mutat & vpupa, vt tradit Æschylus Poëta, obscœna aliàs pastu auis, crista visenda plicatili, contrahens eam subrigensque per longitudinem capitis. Oenanthe quidem etiam statos latebræ dies habet, ex oriente Sirio occultata, ab occasu eiusdem prodit: quod miremur, ipsis diebus vtrunque. Chloriõ quoque, qui totus est luteus, hyeme non visus, circa solstitia procedit.

De merulis.

C A P. X X X.

Merulæ circa Cyllenen Arcadiæ, nec vsquam aliubi, candidæ nascuntur. Ibis circa Pelusium tantum nigra est, cæteris omnibus locis candida.

Tempus auium genitura.

C A P. X X X I.

Oscines, præter exceptas, non temerè fœtus faciunt ante æquinoctium vernum, aut post autumnale: ante solstitium autem dubios, post solstitium vitales.

De halcyonibus, & de diebus earum nauigabilibus, & gaviis, & mergis.

C A P. X X X I I.

EO maximè sunt insignes halcyones. Dies earum partus, maria, quique nauigat, nouere. Ipsa auis paulò amplior passere, colore cyaneo ex parte maiore, tantum purpureis & candidis admistis pennis, collo gracili ac procero. Alterum genus earum magnitudine distinguitur & cantu. Minores in harundinetis canunt. Halcyonem videre rarissimum est, nec nisi Vergiliarum occasu, & circa solstitia brumamve, naue aliquando circumuolata statim in latebras abeuntem. Fœtificant bruma, qui dies halcyonides vocantur, placido mari per eos & nauigabili, Siculo maximè. In reliquis partibus est quidem mitius pelagus, Siculum vtique tractabile. Faciunt autem septem ante brumam diebus nidos, & totidem sequentibus pariunt. Nidi earum admirationem habent pilæ figura, paulum eminentiore perquam angusto, grandium spongiarum similitudine: ferro intercædi non queunt, franguntur ictu valido, vt spuma arida maris. Nec vnde cõfingantur, inuenitur. Putant^a ex spinis aculeatis: piscibus enim viuunt. Subeunt & in amnes. Pariunt oua quina. Gaviæ in petris nidificant, mergi & in arboribus. Pariunt plurimum terna: sed gaviæ æstate, mergi incipiente vere.

De auium solertia in nidificando, hirundine, argatili, cinnamologis, & perdicibus.

C A P. X X X I I I.

Halcyonum nidi figura, reliquarum quoque solertiæ admonet: neq; alia parte ingenia auium magis admiranda. Hirundines luto construunt, stramento roborant. Si quando inopia est luti, madefactæ multa aqua pennis puluerem spargunt. Ipsum verò nidum mollibus plumis floccisque conternunt tepesciendis ouis, simul ne durus sit infantibus pullis. In fœtu summa æquitate alternant cibum. Notabili munditia egerunt excrementa pullorum: adultioresque circumagi docet, & foris saturitatem emittere. Alterum genus hirundinum est rusticarum & agrestium, quæ raro in domibus, diuersos figura, sed eadem materia confingunt nidos, totos supinos, faucibus porrectis in angustum, vtero capaci: mirum qua peritia & occultandis habiles pullis, & substernendis molles. In Ægypti Heracleotico ostio molem continuatione nidorum euaganti Nilo inexpugnabilem opponunt stadij ferè vnus spatium: quod humano opere perfici non posset. In eadē Ægypto iuxta oppidum Copton insula est sacra Isidi, quam ne laceret amnis idem, muniunt opere, incipientibus vernis diebus palea & stramento rostrum eius firmantes, continuatis per triduum noctibus tanto labore, vt multas in opere emori constet. Ea militia illis cum anno redit semper. Tertium est earum genus, quæ ripas excuunt, atq; ita internidificat. Harum pulli ad cinerem ambusti, mortifero faucium malo, multisq; aliis morbis humani corporis mendentur. Non faciunt hæ nidos, migrantq; multis diebus antè, si futurum est vt auctus amnis attingat. In genere parrarum est, cui nidus ex musco arido ita absoluta perficitur pila, vt inueniri non possit aditus. Argatilis appellatur, eadem figura ex lino intertextus. Picorum aliquis suspedit in furculo primis in ramis cyathi modo, vt nulla quadrupes possit accedere. Galgulos quidem ipsos dependentes pedibus somnum capere con-

^a Legendum videtur, Ex spinis aculeatis, suffragante Arist. Hist. animal. lib. 3, cap. 14.

firmat, quia tutiores ita se sperent. Iam publicum quidem omnium est, tabulata ramorum sustinendo nido providè eligere, cameraque ab imbri, aut fronde protegere densa. In Arabia cinnamologos avis appellatur: cinnami furculis nidificat. Plumbatis eos sagittis decutiunt indigenæ, mercis gratia.^a In Scythis avis magnitudine otidis, binos parit, in leporena pelle semper in cacuminibus ramorum suspensa. Picæ cum diligētius visum ab homine nidum sensere, ova transferunt aliò. Hoc in his auibus, quarum digiti non sunt accommodati completendis transferendisq; ovis, miro traditur modo. Nanq; furculo super binæ ova imposito, ac ferruminato alui glutino, subdita ceruice medio, æquæ vtrinq; libra deportant aliò. Nec verò iis minor solertia, quæ cunabula in terra faciunt, corporis gravitate prohibetæ sublime petere. Merops vocatur, genitores suos reconditos pascens, pallido intus colore pennarum, supernè cyaneo, primori subrutilo. Nidificat in specu sex pedum defossa altitudine. Perdices spina & frutice sic muniunt receptaculum, ut contra feras abundè vallentur. Ovis stragulum molli pulvere contumulant, nec in quo loco peperere incubant: neve cui frequentior conuersatio sit suspecta, transferunt aliò. Illæ quidem & maritos suos fallunt, quoniã intemperantia libidinis frangunt earum ova, ne incubando detineantur. Tunc inter se dimicant mares desiderio foeminarum: victum aiunt Venerem pati. Id quidem & coturnices, Trogus, & gallinaceos aliquando: perdices verò à domitis feros & novos aut victos iniri promiscuè. Capiuntur quoque pugnacitate eiusdem libidinis, contra aucupis^b indicem exeunte in prælium duce totius gregis. Capto eo procedit alter, ac subinde singuli. Rursus circa conceptum foeminae capiuntur, contra aucupum foeminam²⁰ exeuntes, ut rixando abigant eam. Neq; in alio animali par opus libidinis. Si contra mares steterint foeminae, aura ab his flante prægnantes fiunt. Hiates autem exerta lingua per id tempus æstuant, concipiuntq; superuolantium^c afflatu, sæpe voce tantum audita masculi. Adeoque vincit libido etiam foetus charitatem, ut illa furtim & in occulto incubans, cum sensit foeminam aucupis accedentem ad marem, recanat reuocetq; & vltro præbeat se libidini. Rabie quidem tanta feruntur, ut in capite aucupantiu sæpe cæcæ metu sedeant. Si ad nidum is coeperit accedere, procurrat ad pedes foeta, prægrauem aut delubem sese simulans, subitoque in prokursu aut breui aliquo volatu cadit fracta aut ala aut pedibus: procurrat iterum, iam iam prehensurum effugiens, spemque frustrans, donec in diuersum abducat à nidis. Eadem pauore libera, ac materna vacans cura, in sulco resupina gleba se³⁰ terræ pedibus apprehensa operit. Perdicum vita ad sexdecim annos durare existimatur.

De Columbibus.

CAP. XXXIII.

AB his columbarum maximè spectantur simili ratione mores iidem: sed pudicitia illis prima, & neutri nota adulteria. Coniugij fidem non violant, communemque feruant domum. Nisi cœlebs aut vidua, nidum non relinquit. Et imperiosos mares, subinde etiam iniquos, ferunt: quippe suspicio est adulterij, quamuis natura non sit. Tunc plenum querela guttur, sæuiq; rostro ictus, mox in satisfactione exosculatio, & circa Veneris preces crebris pedum orbibus adulatio. Amor vtrique sobolis æqualis: sæpe & ex hac causa castigatio, pigrius intrante foemina ad pullos. Parturienti solatia & ministeria ex mare. Pullis primò falsiorem terram collectam gutture in ora inspuunt, præparantes tempesti-⁴⁰uitatem cibo. Proprium generis eius & turturum, cum bibant, colla non resupinare, largèque bibere iumentorum modo.

De Palumbibus.

CAP. XXXV.

Viuere Palumbes ad xxx. annu, aliquos ad xl. habemus autores, vno tantum incommodo vnguium, eodem & argumento senectæ, qui citra perniciem reciduntur. Cantus omnibus similis atq; idem, trino conficitur versu, præterque in clausula gemitu: hyme mutis, vere vocalibus. Nigidius putat, cum ova incubat, sub tecto nominatam palubem relinquere nidos. Pariunt autem post solstitium. Columbæ & turtures octonis annis viuunt.

De passeribus.

CAP. XXXVI.

Contra passeri minimum vitæ, cui salacitas par. Mares negantur anno diutius durare,⁵⁰ argumento quia nulla veris initio appareat nigritudo in rostro, quæ ab æstate incipit.

^a nonnulli hic malunt legere: In Scythis avis magora, nomine otis, Aristoteles autem scribit eam feruati.

^b T. Illicem

^c Melius, olfactu, adspulante etiam Aristotele de Genera. anim. lib. 3. cap. 1.

pit. Fœminis longiusculum spatium. Verùm colūbis inest quidam & gloriæ intellectus. Nosse credas suos colores, varietatemq; dispositam: quin etiam ex volatu quæritur plaudere in cælo, variéque fulcare. Qua in ostentatione, vt vincitæ, præbentur accipitri, implicatis strepitu pennis, qui nō nisi ipsis alarum humeris eliditur, alioquin soluto volatu in multum velociore. Speculatur occultus fronde latro, & gaudentem in ipsa gloria rapit.

De Tinnunculo.

C A P. X X X V I I.

Obid cum iis habenda est auis, quæ Tinnunculus vocatur. Defendit enim illas, terrè-que accipitres naturali potentia, in tantum, vt visum vocémque eius fugiāt. Hac de causa præcipuus columbis amor eorum. Feruntque, si in quatuor angulis defodiantur in ollis nouis oblitis, nō mutare sedem columbas: quod auro insectis alarum articulis quæ-
 10 fiere aliqui, nō aliter innoxiiis vulneribus, multiuga alioquin aue. Est enim ars illis inter se blandiri, & corrumpere alias, furtoque comitatiores reuerti. Quin & internūtiæ in rebus magnis fuere, epistolas annexas earum pedibus obsidione. Mutinensi in castra Consulū, Decimo Bruto mittente. Quid vallum & vigil ob sidio, atque etiam retia amne præ-
 20 tenta profuere Antonio, per cælum eunte nuntio? Et harū amore insaniūt multi: super tecta exædificant turres iis, nobilitatémque singularum & origines narrant, veterem iam exemplo. L. Axius eques Romanus ante bellum ciuile Pompeianū denariis quadringentis singula paria venditauit, vt M. Varro tradit. Quin & patriam nobilitauere, in Cápania grandissimæ prouenire existimatæ. Harum volatus in reputationem cæterarū quo-
 que volucrum nos impellit.

De volatu & incessu auium.

C A P. X X X V I I I.

Omnibus animalibus reliquis certus & vniufmodi, & in suo cuique genere incessus est: aues solæ vario meatu feruntur & in terra, & in aëre. Ambulant aliquæ, vt cornices: saliant aliquæ, vt passeres, merulæ: currūt, vt perdices, rusticulæ: ante se pedes iaciūt, vt ciconiæ, grues: expandunt alas, pendentésque raro interuallo quatiunt, aliæ crebrius, sed & primas duntaxat pennas: aliæ & tota latera pandunt: quædam verò maiore ex parte compressis volant: percussioque semel aliquæ & gemino ictu aëre ferūtur: vel vt inclusum eum præmentes, eiaculantur sese in sublime, in rectum, in pronū. Impingi putes aliquas, aut rursus ab alto cadere has, illas salire. Anates solæ, quæque sunt eiusdem generis,
 30 in sublime protinus sese tollunt, atque euestigio cælum petūt, & hoc etiam ex aqua. Itaque in foueas quibus feras venamur, delapsæ solæ euadunt. Vultur, & ferè grauiores, nisi ex procurfu, aut altiore cumulo immissæ non euolant, cauda reguntur. Aliæ circumspectant, aliæ flectunt colla. Nonnullæ vescuntur ea, quæ rapuere pedibus. Sine voce nō volant multæ: aut è contrario semper in volatu silent. Subrectæ, pronæ, obliquæ, in latera, in ora, quædam & resupinæ feruntur: vt si pariter cernantur plura genera, non in eadem natura meare videantur.

De apodibus.

C A P. X X X I X.

Plurimum volant, quæ apodes, quia careant vsu pedum: ab aliis cypseli appellantur, hirundinum specie. Nidificant in scopulis. Hæ sunt, quæ toto mari cernuntur: nec vn-
 40 quam tam longo naues, tàmque continuo cursu recedunt à terra, vt non circumuolitent eas apodes. Cætera genera residunt & insistant: his quies, nisi in nido, nulla: aut pendent, aut iacent. Et ingenia æquè varia, ad partum maximè.

De caprimulgis & plateis.

C A P. X L.

Caprimulgi appellantur grandioris merulæ aspectu, fures nocturni: interdiu enim visu carent. Intranst pastorum stabula, caprarumq; vberibus aduolant suctum propter lactis: qua iniuria vber emoritur, caprisque cæcitas, quas ita mulsere, oboritur. Platea nominatur, aduolans ad eas, quæ se in mari mergunt, & capita illarum morsu corripies, donec capturam extorqueat. Eadem cum deuoratis se impleuit conchis, calore ventris coctas euomit, atque ita ex iis esculenta legit, testas excernens.

De ingenis auium.

C A P. X L I.

Villaribus gallinis & religio inest. Inhorrescunt edito ouo, excutiuntque sese, & cir-

cumactæ purificant, ac festuca aliqua sese & oua lustrant.

De Carduele, & Psittaco, & auibus quæ loquuntur.

CAP. XLII.

MInimæ auium cardueles imperata faciunt, nec voce tantum, sed pedibus & ore pro manibus. Est quæ boum mugitus imitetur, in Arelatēsi agro taurus appellata, alioquin parua. Est quæ equorum quoq; hinnitus, anthus nomine, herbæ pabulo aduentu eorū pulsa imitatur, ad hunc modū se vlciscens. Super omnia humanas voces reddunt, psittaci quidem etiam fermocinantes. India hanc auem mittit, sittacen vocat, viridem toto corpore, torque tantum miniato in ceruice distinctam. Imperatores salutat, & quæ accipit verba, pronuntiat, in vino præcipue lasciuia. Capiti eius duritia eadem, quæ rostro. Hoc, cum loqui discit, ferreo verberatur radio: non sentit aliter ictus. Cum deuolat, rostro se excipit, illi innititur, leuioremq; se ita pedum infirmitati facit. Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit, sed expressior loquacitas, certo generi picarum est. Adamant verba, quæ loquantur. Nec discunt tantum, sed diligunt: meditantēsq; intra semet, cura atque cogitatione intentionem non occultant. Constat emori victas difficultate verbi, ac nisi subinde eadem audiant, memoria falli: quæretes mirum in modum hilarari, si interim audierint id verbum. Nec vulgaris iis forma, quamuis non spectanda. Satis illis decoris in specie sermonis humani est. Verum addiscere alias negat posse, quam quæ ex genere earum sunt, quæ glande vescatur: & inter eas facilius, quibus quini sunt digiti in pedibus: ac ne eas quidem ipsas, nisi primis duobus vitæ annis. Latior iis est lingua: omnibusq; in suo cuique genere, quæ sermonem imitantur humanum: quanquam id penè in omnibus contingit. Agrippina coniunx Claudij Cæsaris turdum habuit (quod nunquam antè) imitationem sermones hominum, cum hæc proderem. Habebat & Cæsares iuuenes sturnum, item lusciniæ, Græco atque Latino sermone dociles: præterea meditates in diem, & assidue noua loquentes longiore etiam contextu. Docentur secretò, & vbi nulla alia vox misceatur, assidente qui crebro dicat ea, quæ condita velit, ac cibis blandiente.

De Coruorum intelligentia.

CAP. XLIII.

REddatur & coruis sua gratia, indignatione quoq; populi Romani testata, non solum conscientia. Tiberio principe ex foetu supra Castorū ædem genitus pullus, in oppositam sutrinam deuolauit, etiam religione commendatus officinæ domino. Is maturè sermoni assuefactus, omnibus matutinis euolans in rostra, in forum versus, Tiberium, dein Germanicum & Drusum Cæsares nominatim, mox transeuntem populū Rom. salutabat, postea ad tabernam remeans, pluriū annorū assiduo officio mirus. Hunc siue æmulatione vicinitatis maniceps proximæ sutrinæ, siue iracundia subita, vt voluit videri, excrementis eius imposita calceis macula, exanimauit, tanta plebei consternatione, vt primò pulsus ex ea regione, mox & interemptus sit, funusq; innumeris aliti celebratū exequiis, constitratū lectum super Æthiopum duorū humeros, præcedente tibicine, & coronis omnium generum, ad rogam vsq; qui constructus dextra viæ Appiæ ad secundū lapidē, in campo Rediculi appellato, fuit. Adeò satis iusta causa populo Romano visa est exequiarū, ingenium auis, aut supplicij de ciue Romano, in ea vrbe, in qua multorū principū nemo duxerat funus. Scipionis verò Æmiliani post Carthaginem Numantiāque deletas ab eo, nemo vindicauerat mortem. Hoc gestū M. Seruilio, C. Cestio Coss. ad v. Calend. April. Nunc quoq; erat in vrbe Roma, hæc prodente me, equitis Rom. cornix è Bætica, primū colore mira admodum nigro, deinde plura contexta verba exprimens, & alia atq; alia crebro addiscens. Nec non & recens fama Crateri Monocerotis cognomine, in Erizena regione Asiæ coruorū opera venantis eò quod deuehebat in sylvas eos confidentes corniculis humerisq; illi vestigabant agebantq; eò perducta consuetudine, vt exeuntem sic comitarentur & feri. Tradendum putauere memoriæ quidam, visum per sitim lapides congerentem in situlam monumenti, in qua pluuia aqua durabat, sed quæ attingi non posset: ita descendere pauentem expressisse tali congerie, quantum poturo sufficeret.

De Diomedæis auibus.

CAP. XLIIII.

NEC Diomedæas præteribo aues: Iuba cataractas vocat, eis esse dentes, oculosque igneo

b In scriptis
codicibus par-
ticipio Venā-
tis, clauduntur
sententia. De-
inde sequitur.
Equo deue-
hebat in syl-
uis eos etc.

igneo colore, cætero candidis tradens. Duos semper iis duces: alterum ducere agmen, alterum cogere. Scrobes excauare rostro, inde crate consternere, & operire terra, quæ ante fuerit egesta: in his fœtificare. Fores binas omnium scrobibus: orientem spectare, quibus exeant in pascua: occasum, quibus redeant. Aluum exoneraturas subuolare semper, & contrario flatu. Vno hæ in loco totius orbis visuntur, in insula, quam diximus nobilem Diomedis tumulo atque delubro, contra Apuliæ oram, fulicarum similes. Auenas barbaros clangore infestant, Græcis tantum adulantur, miro discrimine, velut generi Diomedis hoc tribuentes: ædemque eam quotidie pleno gutture madentibus penis perluunt atque purificant: vnde origo fabulæ, Diomedis socios in earum effigies mutatos.

Quæ animalia nihil discant.

CAP. XLV.

Non omittendum est, cum de ingeniis differimus, è volucribus hirūdines esse indociles, è terrestribus mures: cum elephanti iussa faciant, leones iugum subeant, in mari vituli, totque piscium genera mitescant.

De potu auium.

CAP. XLVI.

Bibunt aues fuctu, ex his quibus longa colla, intermittentes, & capite resupinato velut infundentes sibi. Porphyrio solus morsu bibit. Idem est proprio genere, omnem cibum aqua subinde tingens, deinde pede ad rostrum, veluti manu, afferens. Laudatissimi in Comagene. Rostra iis & prælonga crura rubent.

De himantopode, & onocrotalis, & de peregrinis auibus.

CAP. XLVII.

Hæc quidem & himantopodi, multo minori, quanquam eadem crurum altitudine. Nascitur in Ægypto. Insistit ternis digitis. Præcipue ei pabulum muscæ. Vita in Italia paucis diebus. Grauiore omnes fruge vescuntur, altiuolæ carne tantum. Inter aquaticas mergi soliti sunt deuorare, quæ cæteræ reddunt. Olorum similitudinem onocrotali habent: nec distare existimarentur omnino, nisi faucibus ipsis inesset alterius vteri genus. Huc omnia inexplebile animal congerit, mira vt sit capacitas. Mox perfecta rapina, sensim inde in os reddita, in veram aluum ruminantis modo refert. Gallia hos septentriionali proxima Oceano mittit. In Hercynio Germaniæ saltu inusitata genera alitum accepimus, quarum plumæ ignium modo colluceant noctibus: in cæteris nihil præter nobilitatem longinquitate factam, memorandum occurrit.

De multarum auium nominibus, & natura.

CAP. XLVIII.

Phalerides in Seleucia Parthorum, & in Asia aquaticarum laudatissimæ: rursus phasianæ in Colchis geminas ex pluma aures submittunt subriguntque. Numidicæ in parte Africæ Numidia, omnesque iam in Italia. Phœnicopteri linguam præcipui saporis esse, Apicius docuit, nepotum omnium altissimus gurgis. Attagen maximè Ionius celebratur, vocalis aliàs, captus verò obmutescens, quodam existimatus inter raras aues. Iam & in Gallia Hispaniaque capitur, & per Alpes etiam, vbi & phalacrocoraces aues, Balearium insularum peculiare: sicut Alpium pyrrhocorax, luteo rostro: & præcipuo sapore lagopus, pedes leporino villo nomen ei hoc dedere, cætero candidæ, columbarum magnitudine. Non extra terram eam vesci facile, quando nec viua mansuescit, & corpus occisæ statim marcescit. Est & alia nomine eodem, à coturnicibus magnitudine tantum differens, croceo tinctu cibus gratissima. Visam in Alpibus ab se peculiarem Ægypti ibi M. Egnatius Caluinus præfectus earum prodidit.

De nouis auibus & fabulosis.

CAP. XLIX.

Venere in Italiâ Bebriacensibus bellis ciuilibus trans Padum & nouæ aues (ita enim adhuc vocantur) turdorum specie, paulum infra columbas magnitudine, sapore gratæ. Balearum insulæ nobiliorem etiam supra dicto porphyriorem mittunt. Ibi & buteo accipitrum generis in honore mensarum est: item vipiones: sic enim vocant minorem gruem. Pegafos equino capite volucres, & gryphas aurita aduncitate rostri, fabulosos reor: illos in Scythia, hos in Æthiopia, Equidem & tragopanadè, de qua plures affirmant, maiorem aquila, cornua in temporibus curuata habentè, ferruginei coloris, tantum

capite phœnicco. Nec Sirenes impetrauerint fidem: licet affirmet Dino, Clitarchi celebrati autoris pater, in India esse: mulcerique earum cantu, quos grauatos somno laceret. Qui credit ista, & Melampodi profecto aures lambendo, dedisse intellectum auium sermonis dracones non abnuet: vel quæ Democritus tradit, nominando aues, quarum confuso sanguine serpens gignatur: quem quisquis ederit, intellecturus sit alitum colloquia: quæque de vna aue galerita priuatim commemorat, etiam sine his immensa vitæ ambage circa auguria. Nominantur ab Homero ^a scopes, auium genus: neque harum satyricos motus, cum insident, plerisque memoratos facile conceperim mente: neque ipsæ iam aues ^b nascuntur. Quamobrem de confessis differuisse præstiterit.

Quis gallinas farcire instituerit. De auariis, & quis ea primus instituerit.

CAP. L.

GAllinas faginare Deliaci cœpere: vnde pestis exorta, opimas aues, & suoapte corpore vnctas deuorandi. Hoc primùm antiquis cœnarum interdictis exceptum inuenio iam lege C. Fannij Cos. xj. annis ante tertium Punicum bellum, nequid volucrum poneretur præter vnâ gallinam, quæ non esset altilis: quod deinde caput translatum per omnes leges ambulauit. Inuentumque diuerticulum est, in fraude earum gallinaceos quoque pascendi lacte madidis cibis: multo ita gratiores approbantur. Fœminæ quidem ad faginam non omnes eliguntur, nec nisi in ceruice pingui cute. Postea culinarum artes, vt clunes spectentur, vt diuidantur in tergora, vt à pede vno dilatata repositoria occupent. Dedere & Parthi cocis suos mores. Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet: hic clune, alibi pectore tantum laudatis. Auaria primus instituit, inclusis omnium generum auibus, ^c M. Lælius Strabo Brundisij equestris ordinis. Ex eo cœpinus carcere animalia coercere, quibus natura cœlum assignauerat.

De Æsopi patina.

CAP. LI.

MAximè tamen insignis est in hac memoria, Clodij Æsopi tragici histriionis patina, sexcentis H-s. taxata: in qua posuit aues cantu aliquo, aut humano sermone vocales, nummis sex singulas coemptas: nulla alia inductus suauitate, nisi vt in his imitationem hominis manderet, ne quæstus quidē suos reueritus illos opimos & voce meritos, dignus prorsus filio, à quo deuoratas diximus margaritas. Non sit tamen (vt verum fatear) facile inter duos iudicium turpitudinis: nisi quod minus est, summas rerum naturæ opes, quàm hominum linguas, cœnasse.

De generatione auium, & præter aues quæ quadrupedes oua pariant.

CAP. LII.

Generatio auium simplex videtur esse, cum & ipsa sua habeat miracula, quoniam & quadrupedes oua gignunt, chamæleontes, lacertæ, & quæ diximus inter serpentes. Pennatorum autem infœcunda sunt, quæ ad uncas habent ungues, cenchris sola ex his supra quaterna edit oua. Tribuit hoc auium generi natura, vt fœcundiores essent fugaces earum, quàm fortes. Plurima pariunt struthio cameli, gallinæ, perdices, sali. Coitus auibus duobus modis: fœmina humi confidente, vt in gallinis: aut stante, vt in gruibus. Ovorum alia sunt candida, vt columbis, perdicibus: alia pallida, vt aquaticis: ^d alia punctis distincta, vt meleagridi: alia rubri coloris, vt phasianis, cenchridi. Intus autem omne ouum volucrum bicolor. Aquaticis lutei plus, quàm albi, idque ipsum magis luridum, quàm ceterorum. Piscium vnus color, in quo nil candidi. Auium oua ex calore fragilia, serpentium ex frigore lenta, piscium ex liquore mollia. Aquatiliu rotunda, reliqua ferè fastigio cacuminata. Exeunt à rotundissima sui parte, dum pariuntur, molli putamine, sed protinus durefcente, quibuscunque emergunt portionibus. Quæ oblonga sint oua, gratioris saporis putat Horatius Flaccus. Fœminam edunt, quæ rotundiora gignuntur, reliqua maris. Umbilicus ovis à cacumine inest, ceu gutta eminens in putamine.

De ouorum generatione, incubatu auium, & coitu.

CAP. LIII.

Quædam omni tempore coeunt, vt gallinæ, & pariunt, præterquam duobus mensibus hyemis brumalibus. Ex iis iuuentæ plura, quàm veteres, sed minora: & in codæ fœtu prima ac nouissima. Est autem tanta fœcunditas, vt aliquæ & sexagena pariant, aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquæ in tantum, vt effœtæ moriantur. Hadrianis laus maxima.

^a Odisseæ lib.

^b

^b nascuntur.

^c Legendum

videtur, M.

Lenius, ex

Varronis de

re rust. lib. 3.

cap. 5. Vnde

locum hunc

mutatus est

Plin.

^d legendum,

alia punctis

distincta, vt

meleagridi,

& Phasianis

alia rubri co-

loris, vt cen-

chridi. ex A-

rist. lib. 6. H. ff.

animal. cap. 2.

maxima. Columbæ decies anno pariūt, quædam & vndecies: in Ægypto etiam brumali mense. Hirundines, & merulæ, & palumbi, & tartutes bis anno pariunt: cæteræ aues ferè semel. Turdi in cacuminibus arborum luto nigrescentes, pene cõtextim, in secessu generant. A coitu x. diebus oua maturescunt in vtero. Vexatæ autem gallinæ & colūbæ penna euulsa, aliavē simili iniuria, diutius. Omnibus ovis medio vitelli parua inest velut sanguinea gutta, quod esse cor auium existimant, primū in omni corpore id gigni opinantes: in ouo certè gutta salit, palpitātque. Ipsum animal ex albo liquore oui incorporatur. Cibus eius in luteo est. Omnibus intus caput maius toto corpore: oculi compressi capite maiores. Increcente pullo, candor in medium vertitur, luteum circūfunditur. Vice simo die, si moueatur ouum, iam viuentis intra putamē vox auditur. Ab eodem tempore plumescit, ita positus, vt caput supra dextrum pedem habeat, dexteram verò alam supra caput. Vitellus paulatim deficit. Aues omnes in pedes nascuntur, contra quàm reliqua animalia. Quædā gallinæ omnia gemina oua pariunt, & geminos interdum excludunt, vt Cornelius Celsus autor est, alterum maiorem. Aliqui negant omnino geminos excludi. Plus vicena quina incubanda subiici vetant. Parere à bruma incipiunt. Optima fœtura ante vernum æquinoctium. Post solstitium nata non implent magnitudinem iustam, tantòque minus, quanto ferius prouenere.

De vitis, & remediis incubantium.

CAP. LIIII.

OVa incubari intra x. dies edita vtilissimum, vetera aut recentiora infœcunda. Subiici impari numero debent. Quarto die postquam cœpere incubari, si contra lumen cacumine ouorum apprehenso vna manu, purus & vniufmodi perluceat color, sterilia existimantur esse, proque eis alia substituenda. Et in aqua est experimentum: inane fluitat: itaque sidentia, hoc est plena, subiici volunt. Cocui verò experimēto vetāt, quoniam non gignant confusis vitalibus venis. Incubationi datur initium post nouam Lunam, quia prius inchoata non proueniant. Celerius excluduntur calidis diebus. Ideo æstate vndeicesimo educunt fœtum, hyeme xxv. Si incubatu tonuerit, oua pereunt: & accipitris audita voce vitiantur. Remediū contra tonitruum, clauus ferreus sub stramine ouorum positus, aut terra ex aratro. Quædam autem & citra incubitum, sponte naturæ gignunt, vt in Ægypti fimetis. Scitum de quodam potore reperitur, Syracusis tam diu portare solitum, donec cooperta terra fœtum ederent oua. Quin & ab homine perficiuntur:

De auguriis ouorum.

CAP. LV.

IVlia Augusta, prima sua iuuenta Tiberio Cæsare ex Nerone grauida, cum parere virilem sexum admodum cuperet, hoc vsa est puellari augurio, ouum in sinu fouēdo, atque cum deponendum haberet, nutrici per sinum tradendo, ne intermitteretur tepor. Nec falsò augurata proditur. Nuper inde fortasse inuentum, vt oua in calido loco imposta paleis igne modico fouerentur, homine versante, pariterque & statò die illinc erumperet fœtus. Traditur quædam ars gailinarij cuiusdam, dicentis quod ex quaque esset. Narrantur & mortua gallina mariti earum visi succedentes in vicem, & reliqua fœtæ more facientes, abstinentesque se à cantu. Super omnia est anatum ovis subditis atque exclusis admiratio, primò non planè agnoscentis fœtum: mox incertos incubitus sollicitè conuocantis: postremò lamenta circa piscinæ stagna, mergentibus se pullis natura duce.

Quæ gallina optima.

CAP. LVI.

GAllinarum generositas spectatur crista erecta, interdum & gemina primis nigris, ore rubicundo, digitis imparibus, aliquando & super quatuor digitos transuerso vno. Ad rem diuinam, luteo rostro pedibusque, puræ non videntur: ad opertanea sacra, nigra. Est & pumilionum genus non sterile in iis, quod nō in alio genere alitum, sed quibus certa fœcunditas rara, & incubatio ovis noxia.

De morbis earum, & remediis.

CAP. LVII.

INimicissima autem omnium generi pituita, maximeque inter messis & vindemiæ tempus. Medicina in fame, & cubatus in fumo, vtique si ex lauro aut herba sabina fiat: penna per trāsuerfas inserta nares, & per omnes dies mota: cibus allium cum farre, aut aqua

a. vetesfi
con. legant.
Pennis ni-
gris, cætera
rubicundæ,
vel. & rællius,
pennis ni-
gris ore, &c.
auctoritate
Varronis rei
rustic. lib. 3. cap.
9. & Colum.
lib. 8. cap. 2.

perfusus, in qua lauerit noctua, aut cumi ^{semine} vitis albæ coctus: & quædam alia.

De conceptu & numero fetus auium.

CAP. LVIII.

Columbæ proprio ritu osculantur ^{se} ^{ante} ^e coitum. Pariunt ferè bina oua: ita natura moderatè, vt aliis crebrior sit partus, aliis: numerosior. Palumbes & turtures plurimum terna: nec plus quàm bis ferè pariunt: atque ita, si prior fœtus corruptus est: & quâuis tria pepererint, nunquam plus duobus educunt. Tertium quod irritum est, vrinum vocant. Palumbes incubat fœmina post meridiana in matutinum, cætero mas. Columbæ marem semper & fœminam pariunt, priorem marem, postridie fœminam. Incubât in eo genere ambo, interdum mas, noctu fœmina. Excludunt xx. die. Pariunt à coitu quinto. Æstate quidem interdum binis mensibus terna edunt paria. nã xviii. die excludunt, statimq; concipiunt. Quare inter pullos sæpe oua inueniuntur, & alij prouolât, alij erumpunt. Ipsi deinde pulli quinquemestres fœtificant. Et ipsæ autem inter se (si mas nō sit) fœminæ æquè saliant, pariuntque oua irrita, ex quibus nihil gignitur: quæ hypenemia Græci vocant.

De pavone & Anseribus.

CAP. LIX.

Pauo à trimatu parit. Primo anno vnum aut alterum ouum, sequenti quaterna quinave, cæteris duodena, non ampliùs. Intermittens binos dies ternosve parit, & ter anno, si gallinis subiiciantur incubanda. Mares ea frangunt desiderio incubantiù. Quapropter noctu & in latebris pariunt, aut in excelsis cubantes: & nisi molli strato excepta, franguntur. Mares singuli quinis sufficiunt coniugibus. Cum singulæ aut binæ fuere, corrumpitur salacitate fœcunditas. Partus excluditur diebus ter nouenis, aut tardius ^a vice-
fimo. Anferes in aqua coeunt, pariunt vere: aut si bruma coiuere, post solstitium, quadraginta propè. Bis anno, si priorem fœtum gallinæ excludant: aliàs plurima oua sedecim. paucissima septem. Si quis surripiat, pariunt, donec rumpantur. Aliena non excludunt. Incubanda subiici vtilissimum i x. aut xj. Incubant fœminæ tantum tricenis diebus. Si vero tepidiores sint, ^b viginti quinque. Pullis eorum vrtica contactu mortifera. Nec minus auiditas, nunc fatietate nimia, nunc suamet vi: quando apprehensa radice, morfu sæpe conantes auellere, ante colla sua abrumpunt. Contra vrticam remedium est, stramento ab incubatu subdita radix earum.

^a Reponere, tricesimo, quæ admodum antea legebatur.

^b vicenis quinis.

De Ardeolis, & quomodo seruentur optimè oua.

CAP. LX.

Ardeolarum tria genera, leucon, alterias, pellos. Hi in coitu anguntur. Mares quidem cum vociferatu sanguinem etiam ex oculis profundunt. Nec minus ægrè pariunt grauidæ. Aquila tricenis diebus incubat, & ferè maiores alites: minores vicenis, vt miluus & accipiter. Singulos ferè parit, nunquam plus ternos, is qui ægolios vocatur, quater nos: coruus aliquando & quinos: incubant totidem diebus. Cornicem incubantem mas pascit. Pica nouenos, melancoryphus supra xx. parit, semper numero impari: nec alia plures: tanto fœcunditas maior paruis. Hirundini cæci primò pulli, & ferè omnibus, quibus numerosior partus. Irrita oua, quæ hypenemia diximus, aut mutua fœminæ inter se libidinis imaginatione concipiunt, aut puluere: nec columbæ tantum, sed & gallinæ, perdices, pavones, anferes, chenalopes. Sunt autem sterilia, & minora, ac minus iucundi saporis, & magis humida. Quidam & vento putant ea generari: qua de causa etiam Zephyria appellantur. Hæc autem vere tantum. Vrina fiunt, incubatione derelicta, quæ alij cynosura dixerunt. Oua aceto macerata in tantum emolliuntur, vt per annulos transeant. Seruari ea in lomento, aut hyeme in palcis, æstate in furfuribus, vtilissimum. Sale exinaniri creduntur.

^c Aristoteles Ardeolam vocat, si emendata sint exemplaria: eumque miluorum generi videtur attribuisse.

Quæ volucrum sola animal pariat, & lacte nutriat.

CAP. LXI.

Volucrum animal parit vespertilio tantum, cui & membranaceæ pinnæ vni. Eadem sola volucrum lacte nutrit, vbera admouens: geminos volitat amplexa infantes: secumque deportat. Eidem coxendix vna traditur, & in cibatu culices gratissimi.

De conceptu viperæ & partu, & quæ terrestrium oua pariant.

CAP. LXII.

Rursus in terrestribus oua pariunt serpentes: de quibus nondum dictum est. Coeunt in complexu, adeò circumuolutæ sibi ipsæ, vt vna existimari biceps possit. Viperæ mas caput

APes sunt & rusticæ syluestresque, horridæ aspectu, multo iracundiores, sed opere ac labore præstantes. Urbanarum duo genera: optimæ breues, variæque, & in rotunditatem compactiles: deteriores longæ, & quibus similitudo vesparum: etiamnum deterrimæ ex iis pilosæ. In Ponto sunt quædam albæ, quæ bis in mense mella faciunt. Circa Thermooontem autem fluuium duo genera: aliarum, quæ in arboribus mellificant: aliarum, quæ sub terra, triplici cerarum ordine vberissimi prouentus. Aculeum apibus natura dedit ventri

ventri confertum. Ad vnum ictum hoc infixo, quidam eas statim emori putant. Aliqui, non nisi intātum adacto vt intestini quippiam sequatur: sed fucos postea esse, nec mella facere, velut castratis viribus, pariterque & nocere & prodesse desinere. Est in exemplis, equos ab iis occisos. Odere fœdos odores, proculque fugiunt, sed & infectos. Itaque vnguenta redolentes infestant, ipsæ plurimorum animalium iniuriis obnoxia. Impugnans eos naturæ eiusdem degeneres vespæ atque crabrones, & è culicum genere qui vocantur muliones: populantur hirundines, & quædam aliæ aues. Insidiantur aquatibus ranæ, quæ maxima earum est operatio tum, cum sobolem faciunt. Nec hæ tantum, quæ stagna riuosque obsident, verum & rubetæ veniunt vltro, adrepentisque foribus per eas sufflant: ad hoc prouolant, confestimque abripiuntur. Nec sentire ictus apum ranæ traditur. Inimicæ & oues, difficilè se à lanis earum explicantibus. Cancrorum etiam odore, si quis iuxta coquat, exanimantur. Quin & morbos suapte natura sentiunt. Index eorum tristitia torpens, & cum ante fores in teporem Solis promotis aliæ cibos ministrant, cum defunctas progerunt, funerantiumque more comitantur exequias. Rege peste consumpto, mœret plebs ignauo dolore, non cibos conuehit, non procedit: tristi tantum murmure glomeratur circa corpus eius. Subtrahitur itaque deductæ multitudini: alias spectantes exanimem, luctum non minuunt. Tunc quoque ni subueniatur, fame moriuntur. Hilaritate igitur & nitore sanitas æstimatur.

De morbis apum.

C A P. X I X.

SVnt & operis morbi: cum fauos non explent, cleron vocant. Item blapfigoniam, si fœtum non peragant. Inimica & echo est resultanti sono, qui pavidas alterno pulsat ictu: inimica & nebula. Aranei quoque vel maxime hostiles, cum præualere vt intexant, enecant alueos. Papilio etiam hic ignauus & inhonoratus, luminibus accensis aduolians, pestifer, nec vno modo. Nam & ipse ceras depascitur, & relinquit excrementa, quibus teredines gignuntur: filis etiam araneosa, quacunque incessit, alarum maxime lanugine obtexit. Nascuntur & in ipso ligno teredines, quæ ceras præcipue appetunt. Infestat & auiditas pastus nimia florum satietate, verno maxime tempore aluo cita. Oleo quidem non apes tantum, sed omnia insecta exanimantur, præcipue si capite vncto in Sole ponantur. Aliquando & ipsæ contrahunt mortis sibi causas, cum sensere eximi mella auidè vorantes. Cæterò præparcæ, & quæ alioquin prodigas atque edaces, non secus ac pigras & ignauas, proturbent. Nocent & sua mella ipsis, illitæque ab aduersa parte moriuntur. Tot hostibus, tot casibus, & quota portione eorum commemorata? tam munificum animal expositum est. Remedia dicemus suis locis: nunc enim sermo de natura est.

De continendis apibus, & quomodo reparentur.

C A P. X X.

GAudent plausu atque tinnitu æris, eoque conuocantur. Quo manifestum, auditus quoque inesse sensum. Effecto opere, edueto fœtu, sanctæ munere omni, exercitacionem tum solennem habent: spatiatæque in aperto, & in altum datæ gyris volatu editis, tum demum ad cibum redeunt. Vita eis longissima, vt prosperè inimica ac fortuita cadant, septenis annis vniuersa. Alueos nunquam vltra decem annos durasse proditur. Sūt qui mortuas, si intra tectum hyeme seruentur, deinde Sole verno torreantur, ac ficulneo cinere toto die foueantur, putent reuiuiscere. In totum verò amissas reparari ventribus bubulis recentibus cum fimo obrutis: Virgilius iuuenorum corpore exanimato, sicut equorum vespas atque crabrones, sicut asinorum scarabæos, mutate natura ex aliis quædam in alia. Sed horum omnium coitus cernuntur. Et tamen in fœtu eadem, propè natura, quæ apibus.

De vespis, & crabronibus.

C A P. X X I.

VEspæ in sublimi è luto nidos faciunt, & in iis ceras: crabrones in cauernis, ac sub terra. Et horum omnium sexangulæ cellæ, cætera autem è cortice & harena. Fœtus ipse inæqualis vt barbaris, alius euolat, alius in nympha est, alius in vermiculo. Et autumnus, non vere omnia ea. Plenilunio maxime crescunt. Vespæ, quæ ichneumones vocan-

a Melius, è cortice & araneis. assistente Arist. lib. 5. Histor. animal. cap. 23. vbi sic, è corticea & araneosa materia.

tur (sunt autem minores, quàm aliæ) vnum genus ex araneis perimunt, phalangium appellatum, & in nidos suos ferunt: deinde illinunt, & ex iis incubando suum genus procreant. Præterea omnes carne vescuntur, contra quàm apes, quæ nullum corpus attingunt. Sed vespæ muscas grandiores venantur: & amputato iis capite, reliquum corpus auferunt. Crabronum syluestres, in arborum cauernis degunt: hyeme, vt cætera insecta conduntur: vita bimatam non transit. Ictus eorum haud temerè sine febris est. Autores sunt, ter nouenis punctis interfici hominem. Aliorum, qui mitiores videntur, duo genera: opifices minores corpore, qui moriuntur hyeme: matres, quæ biennio durant: ij & clementes. Nidos vere faciunt ferè quadrifores, in quibus opifices generentur. Iis eductis, alios deinde nidos maiores fingunt, in quibus matres futuras producant. Iam tum opifices funguntur munere, & pascunt eas. Latior matrum species: dubiumque an habeant aculeos, quia non egrediuntur. Et his sui fuci. Quidam opinantur omnibus his ad hyemem decidere aculeos. Nec crabronum autem, nec vesparum generi reges aut examina: sed subinde renouatur multitudo sobole.

De bombycibus, & bombylio, & necydalo, & quis primus bombycinam vestem inuenerit.

C A P. X X I I.

Quartum inter hæc genus est bombycum, in Assyria proueniens, maius quàm supra dicta. Nidos luto fingunt, salis specie, applicatos lapidi, tanta duritia, vt spiculis perforari vix possint. In iis & ceras largius, quàm apes, faciunt, deinde maiorem vermiculum. Et alia horum origo^a è grandiore vermiculo, gemina protendens sui generis cornua. Hi erucæ sunt. Fit deinde, quod vocatur bombylius: ex eo necydalus, ex hoc in vj. mensibus bombyx. Telas araneorum modo texunt ad vestem luxumque fœminarum, quæ bombycina appellatur. Prima eas redordiri, rursusque texere inuenit in Cœ mulier Pamphila^b Latoi filia, non fraudanda gloria excogitatæ rationis, vt denudet fœminas vestis.

De bombyce Cœa.

C A P. X X I I I.

Bombycas & in Cœ insula nasci tradunt, cupressi, terebinthi, fraxini, quercus florem imbribus decussum terræ halitu animante. Fieri autem primò papiliones paruos nudosque, mox frigoribus impatiëntia villis inhorrescere, & aduersum hyemem tunicas sibi instaurare densas, pedum asperitate radentes foliorum lanuginem in vellera. Hanc ab his cogi subigique vnguuium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine. Postea apprehensam corpori inuolui nido volubili. Tum ab homine tolli, ficilibusque vasis tepore & fursurum esca nutriri: atque ita subnasci sui generis plumas, quibus vestitos ad alia pensa dimitti. Quæ verò cœpta sint lanificia, humore lentescere, mox in fila tenuari iunco fusq. Nec puduit has vestes vsurpare etiam viros, leuitatem propter æstiuam. In tantum à lorica gerenda discessere mores, vt oneri sint etiam vestes. Assyria tamen bombyce adhuc fœminis cedimus.

De araneis, & generatione eorum.

C A P. X X I I I I.

Araneorum his non absurdè iungatur natura, digna vel præcipua admiratione. Plura autem sunt genera, nec dictu necessaria in tanta notitia. Phalangia ex his appellantur, quorum noxijs morsus, corpus exiguum, varium, acuminatum, assultim ingredientium. Altera eorum species, nigri, prioribus cruribus longissimis. Omnibus internodia terna in cruribus. ^c Luporum nomine minimi non texunt. Maiores in terra cauernis exigua vestibula præpandunt. Tertium eorundem genus erudita operatione conspicuum. Orditur telas, tantique operis materiæ vterus ipsius sufficit: siue ita corrupta alui natura statò tempore (vt Democrito placet) siue est quedam intus lanigera fertilitas: tam moderato vngue, tam tereti filo, & tam æquali deducit stamina, ipso se pondere vsus. Texere a medio incipit, circinato orbe subtegmina adnectens: maculasque paribus semper intervallis, sed subinde crescentibus, ex angusto dilatans indissolubili nodo implicat. Quanta arte celat pedicas scutulato rete grassantes? quàm non ad hoc videtur pertinere cribratæ pexitas telæ, & quadam polituræ arte, ipsa per se tenax ratio tramæ? quàm

^a Ordo verborum videtur hic non nihil esse inuersus: ex Aristotelis fontibus sic retinendum: è grandiore vermiculo, gemina protendente cornua, sui generis. Hinc erucæ sunt. ^b vide Aristot. lib. 5. histor. animal. cap. 19. ^c Arist. hanc Platis filiam facit. lib. 5. histor. animal. cap. 19.

^c T. Luporum minimi vò texunt, maiores interna cauerna exig.

quàm laxus ad flatus, non ad respuenda, quæ veniant, sinus: derelicta lassio^a præteti sum-
 ma parte,^b vt arbitrari licet illa quæ difficilè cernuntur: atq; vt in plagis lineæ offensæ præ-
 cipitant in sinum? Specus ipse qua concameratur architectura? & contra frigora quanto
 villosior? quàm remotus à medio, aliudq; agenti similitudine? inclusus verò sic, vt sit, nec ne,
 intus aliquis, cerni non possit? Age, firmitas quanta irrumperentibus ventis? qua puluerù
 mole degrauate? Latitudo telæ sepè inter duas arbores, cum exercet artè & discit texere:
 longitudo fili à culmine, ac rursus à terra per illud ipsum velox reciprocatio: subitq; pa-
 riter ac fila deducit. Cum verò captura incidit, quàm vigilans & paratus ad cursum? licet
 extrema hæreat plaga, semper in medium currit: quia sic maximè totum conuoluitendo
 implicat. Scissa protinus reficit, ad polituram farciens. Nanque & lacertarum catulos ve-
 nantur: hos primùm tela inuoluentes, & tunc demum labra vtraque morfu apprehen-
 dentes, amphitheatrali spectaculo cum contigit. Sūt ex eo & auguria. Quippe incremen-
 to annium futuro telas suas altiùs tollunt. Idè fereno non texunt, nubilo texunt. Ideo-
 que multæ araneæ imbrium signa sunt. Fœminā putant esse quæ textat, marem qui venat:
 ita paria fieri merita coniugio. Aranei conueniunt clunibus: pariunt vermiculos ovis
 similes. Nam nec horum differri potest genitura, quoniam insectorum vix vlla alia nar-
 ratio est. Pariunt autem oua ea in telas, sed sparsa, quia saluunt, atque ita emittunt. Phalā-
 gius tantum in ipso specu incubat magno numero: qui vt emerferit, matrè consumit, se-
 pè & patrem: adiuuat enim incubare. Pariunt autem & tricenos, cæteræ pauciores. Et
 incubant triduo. Consummantur aranei quater septenis diebus.

De scorpionibus.

CAP. XXV.

Similiter his & scorpiones terrestres, vermiculos ouorum specie pariunt, similitérque
 pereunt: pestis importuna veneni serpentium, nisi quòd grauiore supplicio lenta per
 triduum morte conficiunt, virginibus letali semper ictu, & fœminis ferè in totum: viris au-
 tem matutino, exeuntes cauernis, prius quàm aliquo fortuito ictu ieiunium egerant ve-
 nenum. Semper cauda in ictu est: nulloq; momento meditari cessat, ne quando desit oc-
 casioni. Ferit & obliquo ictu & inflexo. Venenum ab iis candidum fundi Apollodorus au-
 tor est, in nouem genera descriptis, per colores maximè superuacuos, quoniam non est
 scire, quos minimè exitiales prædixerit. Geminos quidam aculeos esse, maresq; sæuissi-
 mos. Nam coitum iis tribuit. Intelligi autem gracilitate & longitudine. Venenum omni-
 bus medio die, cum incanduerit Solis ardoribus. Itémque cum sitiunt, inexplébiles potu.
 Constat & septena caudæ internodia sæuiora esse. Pluribus enim sena sunt. Hoc malum
 Africæ volucre etiam Austri faciunt, pandentibus brachia, vt remigia subleuant. Apol-
 lodorus idem, planè quibusdam inesse pennas tradit. Sæpe Pfylli, qui reliquarum venena
 terrarum inuehentes, quæstus sui causa peregrinis malis impleuere Italiam, hos quoque
 importare conati sunt: sed viuere intra Siculi cæli regionem non potuere. Visuntur ta-
 men aliquando in Italia, sed innocui, multisque aliis in locis, vt circa Pharum in Ægy-
 pto. In Scythia interimunt etiam fues, alioquin viuaciore contra venena talia: nigras
 quidem celerius, si in aquam se immerferint. Homini icto putatur esse remedio ipsorum
 cinis potus in vino. Magnam aduersitatem oleo mersis & stellionibus putant esse, inno-
 cuis duntaxat iis, qui & ipsi carent sanguine, lacertarum figura. Atque scorpiones in totum
 nulli nocere, quibus non sit sanguis. Quidam & ab ipsis fœtū deuorari arbitratur. Vnum
 modò relinqui solertissimum, & qui se ipse matris clunibus imponedo, tutus & à cau-
 da & à morfu loco fiat. Hunc esse reliquorum vltorem, qui postremò genitores supernè
 conficiat. Pariuntur autem vndeni.

De stellionibus, & cicadis.

CAP. XXVI.

Hamæleonum stelliones quodammodo naturam habent, rore tantum viuentes, præ-
 térque araneis. Similis cicadis: quarum duo genera: minores, quæ primæ proue-
 niunt, & nouissimè pereunt: sunt autem mutæ. Sequens est volatu rara. Quæ canunt, vò-
 catur achætæ, & quæ minores ex eis sunt, tettigonæ: sed illæ magis canoræ. Mares canunt
 in vtroque genere: fœminæ silent, gentes vescuntur iis ad Orientem, etiã Parthi opibus

^a T. pretendi
^b T. arbitrari
 licet: illa diffi-
 cile cernitur:

^c Legit, os pri-
 mū tela in-
 uoluentes
 ex Arist. Hist.
 anim. 5. c. 27.

^d Melius, tre-
 centos sua tre-
 centos: ex eo-
 dem Arist. lo-
 co id citato.

^e Legendum,
 In Caria, ex
 Græcis Arist.
 cod. lib. 8. Hist.
 anim. cap. 28.

abundantibus. Ante coitum mares præferunt, a coitu fœminas, ovis earum correptis quæ sunt candida. Coitus supinis. Asperitas præacuta in dorso, qua excauant fœturæ locum in terra. Fit primò vermiculus, dein ex eo, quæ vocatur tettigometra, cuius cortice rupto circa solstitia euolant, noctu semper: primùm nigræ atque duræ. Vnum hoc ex iis quæ viuunt, & sine ore est. Pro eo quiddam aculeatum linguis simile, & hoc in pectore, quo rorem lambunt. Pectus ipsū fistulosum: hoc canunt achetæ, vt diximus. De cetero in ventre nihil est. Excitatæ cum subuolant, humorem reddunt: quod solum argumentū est rore easdem ali. Idem solis nullum ad excrementa corporis foramen. Oculi tam hebetes, vt si quis digitum contrahens ac remittens iis appropinquet, transeant velut in folia. Quidam duo alia genera faciunt earum: firculariam, quæ sit grandior: frumentariam, quam alij auenariam vocant. Apparet enim simul cum frumentis arefcentibus.

Cicadæ ubi non sint, & ubi muta.

C A P. XXVII.

Cicadæ non nascuntur in raritate arborum: idcirco sunt Cyrenis circa oppidum: nec in campis, nec in frigidis aut vmbrosis nemoribus. Est quædam & iis locorum differentia. In Milesia regione paucis sunt locis. Sed in Cephalaria amnis quidam penuriam earum & copiam dirimit. At in Rhegino agro silent omnes: vltra flumen in Locrensi canunt. Pennarum illis natura quæ apibus, sed pro corpore amplior.

De pennis insectorum, & scarabæorum generibus.

C A P. XXVIII.

Insectorum quædam binas gerunt pinnas, vt muscæ: quædam quaternas, vt apes. Membris & cicadæ volant. Quaternas habent, quæ aculeis in aluo armantur. Nullum, cui telum in ore, pluribus quàm binis aduolat pennis. Illis enim vltionis causa datum est, his auuditatis. Nullis eorum pennæ reuiuiscunt auulsi. Nullum, cui aculeus in aluo, bipenne est. Quibusdam pennarum tutelæ crusta superuenit vt scarabæis, quorum tenuior fragiliorque penna. His negatus aculeus: sed in quodam genere eorum grandi cornua prælonga, bifulcis dentata forcipibus, in cacumine, cum libuit, ad morsum coeuntibus, infantum etiam remediis ex ceruice suspenduntur. Lucanos vocat hos Nigidius. Aliud rursus eorum genus, qui e fimo ingenteis pilas auersi pedibus volutant, paruósque in iis contra rigorem hyemis vermiculos fœtus sui nidulantur. Volitant alij magno cum murmure ac mugitu. Alij focos & prata crebris foraminibus excauant, nocturno stridore vocales. Lucent ignium modo noctu, laterum & clunium colore lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc verò compressu obumbratæ, non ante matura pabula, aut post defecta conspicuæ. Econtrario tenebrarum alumna blattis vita, lucemque fugiunt, in balineis maximè humido vapore prognatæ. Fodiunt ex eodem genere rutili atque prægrandes scarabæi tellurem aridam, fauósque paruæ ac fistulosæ modo spongiæ, medicato melle fingunt. In Thracia iuxta Olynthum locus est paruus, in quo vnum hoc animal exanimatur, ob hoc Cantharolethrus appellatus. Pennæ insectis omnibus sine scissura: nulli cauda, nisi scorpionis. Hic eorum solus & brachia habet, & in cauda spiculum. Reliquorum quibusdam aculeus in ore, vt asilo, siue tabanum dici placet: item culicibus, & quibusdam muscis. Omnibus autem his in ore & pro lingua sunt hi aculei. Quibusdam hebetes, neque ad punctum, sed ad suctum, vt muscarum neri, in quo lingua euidens fistula est. Nec sunt talibus dētes. Aliis cornicula ante oculos prætenduntur ignaua, vt papilionibus. Quædam insecta carent pennis, vt scolopendræ. Insectorum pedes quibus sunt, in obliquum mouentur. Quorundam extremi longiores foris curuantur, vt locustis.

De locustis.

C A P. XXIX.

Hæ pariunt, in terram demisso spinæ caule, ova condensæ, autumnis tempore. Ea duant hyeme sub terra. Subsequenti anno exitu veris emittunt paruas, nigrantes, & sine cruribus pennisque, reptantes. Itaque vernis aquis intereunt ova: sicco vere maior prouentus. Alij duplicem earum fœtum, geminumque exitum tradunt. Vergiliarum exortu parere: deinde ad Canis ortum obire, & alias renasci. Quidam Arcturi occasu renasci. Mori matres, cum pepererint, certum est, vermiculo statim circa fauces innascente, qui

qui eas strangulat. Eodem tempore mares obcunt. Tam friuola ratione morientes, serpentem, cum libuit, necant singulæ, faucibus eius apprehensis mordicus. Non nascuntur, nisi in planis & rimosis locis. In India ternum pedum longitudinis esse traduntur, cruribus & feminibus ferrarum usum præbere, cum inaruerint. Est & alius earum obitus. Gregatim sublatæ vëto in maria aut stagna decidüt. Fortè hoc casuque euenit, nõ (vt prisca existimauere) madefactis nocturno humore alis. Iidem quippe nec volare eas noctibus propter frigora tradiderunt, ignari etiam longinqua maria ab iis transiri, continuata plurium dierum (quod maximè miremur) fame quoque, quã propter externa pabula petere sciunt. Deorum iræ pestis ea intelligitur. Nanq; & grandiores cernuntur, & tanto volant pennarum stridore, vt aliæ alites credantur: Solémque obumbrant, sollicitè suspectantibus populis, ne suas operiant terras. Sufficiunt quippe vires: & tanquam parum sit maria transisse, immensos tractus permeant, diraque messibus contegunt nube, multa contactu adurentes: omnia verò morfu erodentes, & fores quoque tectorum. Italiam ex Africa maximè coortæ infestant, sæpè populo ad Sibylina coacto remedia confugere, inopiæ metu. In Cyrenaica regione lex etiam est ter anno debellandi eas, primò oua obterendo, deinde fœtum, postremò adultas: desertoris pœna in eum, qui cessauerit. Et in Lemno insula certa mensura præfinita est, quam singuli enecatarum ad magistratus referant. Graculos quoque ob id colunt, aduerso volatu occurrètes earum exitio. Necare & in Syria militari imperio coguntur. Tot orbis partibus vagatur id malum: Parthis & hæ in cibo gratæ. Vox earum proficisci ab occipitio videtur. Eo loco in commissura scapularum habere quasi dentes existimantur, eosque inter se terendo stridore edere, circa duo æquinoctia maximè, sicut cicadæ circa solstitium. Coitus locustarum, qui & insectorum omnium quæ cõeunt, marem portante fœmina, in eum fœminarum vltimo caudæ reflexo, tardoque digressu. Minores autem in omni hoc genere fœminis mares.

De formicis nostratibus.

CAP. XXX.

PLurima insectorum vermiculum gignunt. Nam & formicæ similem ouis vere: & hæ communicantes laborem, vt apes: sed illæ faciunt cibos, hæ condunt. Et si quis comparet onera corporibus earum, fateatur nullis portione vires esse maiores. Gerunt ea morfu Maiora auersæ postremis pedibus moliuntur, humeris obnixæ. Et iis Reip. ratio, memoria, cura. Semina arrosa condüt, ne rursus in fruges exeant è terra. Maiora ad introitum diuidunt. Madefacta imbre proferunt atque siccant. Operantur & noctu plena Luna. Eadem interlunio cessant. Iam in opere qui labor? quæ sedulitas? Et quoniã ex diuerso conuehunt altera alterius ignara, certi dies ad recognitionem mutuam nundinis dantur. Quæ tunc earum concursatio? quàm diligens cum obuiis quædam collocutio atque percontatio? Silices itinere earum attritos videmus, & in opere semitam factam, ne quis dubitet qualibet in re quid possit quantulacunque assiduitas. Sepeliuntur inter se viuentium solæ, præter hominem. Non sunt in Sicilia pennatæ.

De Indicis.

CAP. XXXI.

INDicæ formicæ cornua, Erythris in æde Herculis fixa, miraculo fuere. Aurum ex cauernis egerunt terræ, in regione septentrionalium Indorum, qui Dardæ vocantur. Iphis color felium, magnitudo Ægypti luporum. Erutum hoc ab iis tempore hyberno, Indi furantur æstiuo feruore, cõditis propter vaporem in cuniculos formicis: quæ tamen odore sollicitatæ prouolant, crebròque lacerant, quamuis præuolocibus camelis fugientes. Tanta pernitas feritatisque est cum amore auri.

De diuersitate insectorum.

CAP. XXXII.

MVlta autem insecta & aliter nascuntur, atque in primis ex rore. Insidet hic raphani folio primo vere, & spissatus Sole in magnitudinem milij cogitur. Inde porrigitur vermiculus paruus, & triduo mox eruca: quæ adiectis diebus accrescit, immobilis, duro cortice: ad tactum tantum mouetur aranei. Hæc eruca, quam chrysalidem appellant, rupto deinde cortice volat papilio.

a Distinctiõ collocanda videtur post verbum Mouetur. Reliqua sunt mutilata: vt p. 14 si ex Arist. de ani mal. lib. 5. cap. 19.

ratur ante primum sermonis exordium. Hoc est viscerum excelssimum, proximūque cælo capitis, sine carne, sine cruore, sine fordibus. Hanc habent sensus arcem: huc venarum omnis à corde, vis tendit, hîc desinit: hîc culmen altissimum, hîc mentis est regimen. Omnium autem animalium in priora pronum: quia & sensus ante nos tendunt. Ab eo proficiscitur somnus: hinc capitis nutatio. Quæ cerebrum non habent, non dormiunt. Ceruis in capite ineffe vermiculi, sub linguæ inanitate, & circa articulum, quæ caput iungitur, numero viginti produntur. Aures homini tantum immobiles. Ab iis Flaccorum cognomina. Nec in alia parte fœminis maius impendium, margaritis dependentibus. In Oriente quidem & viris aurum gestare eo loci, decus existimatur. Animalium aliis maiores, aliis minores. Ceruis tantum scissæ, ac velut diuisæ: foricibus pilosæ. Sed auriculæ omnibus, animal duntaxat generantibus, excepto vitulo marino atque delphino, & quæ cartilaginea appellauimus, & viperis. Hæc cauernas tantum habent aurium loco, præter cartilaginea, & delphinum, quem tamen audire manifestum est. Nam & cantu mulcentur, & capiuntur attoniti sono. Quonam modo audiant, mirum. Iidem nec olfactus vestigia habent, cum olfaciant sagacissimè. Pennatorum animalium ubi boni tantum & oto plumæ, velut aures: cæteris cauernæ ad auditum. Simili modo squamigeris atque serpentibus. In equis & omnium iumentorum genere, indicia animi præferunt: fessis marcidæ, micantes pauidis, subrectæ furentibus, resolutæ ægris. Facies homini tantum: cæteris os, aut rostra. Frons & aliis: sed homini tantum trinitatiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis index. In ascensu eius supercilia homini, & pariter & alternè mobilia, & in iis pars animi. Negamus, annuimus. Hæc maximè indicant factum. Superbia aliubi conceptaculum, sed hîc sedem habet. In corde nascitur, huc subit, hîc pendet. Nihil altius simul abruptiusque inuenit in corpore, vbi solitaria esset. Subiacent oculi, pars corporis pretiosissima, & qui lucis vsu vitam distinguant à morte. Non omnibus animalium hi: ostreis nulli: quibusdam concharum dubij. Pectines enim, si quis digitos aduersum hiantes eos moueat, contrahuntur, vt videntes. Et solenes fugiunt admota ferramenta. Quadrupedum talpis visus non est: oculorum effigies inest, si quis prætentam detrahat membranam. Et inter aues ardeolarum genere, quos leucos vocant, altero oculo carere tradunt. Optimi augurij, cum ad Austrum volant, Septentrionem ve. Solui enim pericula & metus narrant. Nigidius nec locustis, nec cicadis esse dicit. Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentatu implent. Nec lumbricis vlli sunt, vermiumve generi. Oculi homini tantum diuerso colore: cæteris in suo cuique genere similes. Et equorum quibusdam glauci, sed in homine numerosissimæ varietatis atque differentiæ, grandiores, modici, parui, prominentes, quos hebetiores putant: conditi, quos clarissimè cernere, sicut in colore caprinos. Prætereà alij contuentur longinqua, alij nisi propè admota, non cernunt. Multorum visus fulgore Solis constat, nubilodie non cernentium, nec post occasus. Alij interdiu hebetiores, noctu præter cæteros cernunt. De geminis pupillis, aut quibus noxij visus essent, satis diximus. Cæsi in tenebris clariores. Ferunt Tiberio Cæsari, nec alij genitorum mortalium, fuisse naturam, vt expergefactus noctu paulisper, haud alio modo, quàm luce clara cõtueretur omnia, paulatim tenebris sese obducentibus. Diuo Augusto equorū modo glauci fuere, supraq; hominem albicantis magnitudinis. Quam ob causam diligentius spectari eos, iracundè ferebat. Claudio Cæsari ab angulis cādore carnosio, sanguineis venis subinde suffusi: Caio principi rigentes: Neroni, nisi cū cōniueret, ad propè admota hebetes. Viginti gladiatorum paria in Caij principis ludo fuere: in iis duo omnino, qui contra comminationē aliquam nō cōniuerēt, & ob id inuicti. Tantæ hoc difficultatis est homini. Plerisq; verò naturale, vt niētare non cessent, quos pauidiores accepimus. Oculus vnicolor nulli, cū candore omnibus medius color differens. Neq; vlla ex parte maiora animi indicia cunctis animalibus, sed homini maximè, id est, moderationis, clemētiæ, misericordiæ, odij, amoris, trinitatiæ, lætitiæ. Contuitu quoq; multiformes, truces, torui, flagrantes, graues, transuersi, limi, summissi, blandi. Profectò in oculis animus inhabitat. Ardent, intenduntur, hu-

meant, conuiuent. Hinc illæ misericordiæ lacrymæ. Hos cum osculamur, animum ipsum videmur attingere. Hinc fletus, & rigantes ora riuui. Quis ille humor est, in dolore tam fecundus & paratus? aut vbi reliquo tempore? Animo autem videmus, animo cernimus: oculi, ceu vasa quædam, visibilem eius partem accipiunt, atque transmittunt. Sic magna cogitatio obcæcat, abducto intus visu. Sic in morbo comitiali aperti nihil cernunt, animo caligante. Quin & patentibus dormiunt lepores, multique hominum, quod^a corybantiân Græci dicunt. Tenuibus multisque membranis eos natura composuit, callosis contra frigora calorésque in extremo tunicis, quas subinde purificant lacrymationum saluiis, lubricos propter incurfantia & mobiles. Media eorum cornea fenestruit pupilla, cuius angustia non sinunt vagari incertam aciem, & velut canali dirigunt, obiterque incidentia facile declinant: aliis nigri, ^b aliis atrii, aliis rufi, aliis glauci coloris orbibus circumdatis, vt habili mistura & accipiatur circumiecto candore lux, & temperato percussu non obstrepat. Adeoque iis absoluta vis speculi, vt tam parua illa pupilla, totam imaginem reddat hominis. Ea causa est, vt pleræque alitum è manibus hominum oculos potissimum appetant, quod effigiem suam in iis cernentes, velut ad cognata desideria sua tendunt. Veterina tantum quædam, ad incrementa Lunæ morbos sentiunt. Sed homo solus emissio humore cæcitate liberatur. Post vicesimum annum multis restitutus est visus. Quibusdam statim nascentibus negatus nullo oculorum vitio: multis repente ablati simili modo, nulla præcedente iniuria. Venas ab iis pertinere ad cerebrum, peritissimi autores tradunt: ego ad stomachum crediderim. Certè nulli sine redundatione eius, eruitur oculus. Morientibus illos operire, rursusque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu sacrum est: ita more condito, vt neque ab homine supremum eos spectari fas sit, & cælo non ostendi, nefas. Vni animalium homini deprauantur: vnde cognomina Strabonum & Pætorum. Ab iisdem qui altero lumine orbi nascerentur, Coclites vocabantur: qui paruis vtrisque, Ocellæ: Luscini iniuriæ cognomen habuere. Nocturnorum animalium, velut felium, in tenebris fulgēt radiantque oculi, vt contueri non sit: & capreæ lupoque splendent, lucemque iaculantur. Vituli marini & hyænæ in mille colores transeunt subinde. Quin & in tenebris multorum piscium refulgent aridi, sicut robusti caudices vetustate putres. Non conuiere diximus, quæ non obliquis oculis, sed circumactis capite cernerent. Chamæleontis oculos ipsos circummagi totos tradunt. Cancrini in obliquum aspiciunt. Crusta fragili inclusis rigentes. Locustis squillisque magna ex parte sub eodem munimento præduri eminent. Quorum duri sunt, minus cernunt, quàm quorum humidi. Serpentium catullis, & hirundinum pullis, si quis eruat, renasci tradunt. Insectorum omnium, & quibus testacea operimenta, oculi mouentur, sicut quadrupedum aures. Quibus fragilia operimenta, iis oculi duri. Omnia talia, & pisces, & insecta, non habent genas, nec integunt oculos. Omnibus membrana vitri modo translucida obtenditur. Palpebræ in genis homini vtrinque. Mulieribus verò etiam insectæ quotidiano. Tanta est decoris affectatio, vt tingantur oculi quoque. Alia de causa hoc natura dederat, ceu vallum quoddam visus, & prominens munimentum contra occurfantia animalia, aut alia fortuitu incidentia. Defluere eas, haud immeritò, Venere abundantibus tradunt. Ex cæteris nulli sunt, nisi quibus & in reliquo corpore pili. Sed quadrupedibus in superiore tantum gena, volucris in inferiore: & quibus molle tergus, vt serpentibus: & quadrupedum quæ oua pariunt, vt lacertæ. ^c Struthiocamelus alitum sola, vt homo, vtrinque palpebras habet. Nec genæ quidem omnibus: ideo neque nictationes iis, quæ animal generant. Grauiores alitum inferiore gena conuiuent. Eadem nictantur, ab angulis membrana obeunte. Columbæ & similia vtraque conuiuent. At quadrupedes quæ oua pariunt, vt testudines, crocodili, inferiore tantum sine vlla nictatione, propter præduros oculos. Extremum ambitum genæ superioris, antiqui cilium vocauerunt: vnde & supercilia. Hoc vulnere aliquo diductum non coalescit, vt in paucis humani corporis membris. Infra oculos malæ, homini tantum, quas prisca genas vocabant, xij. tabu-

^a T. corybantiân
regreduntur. lof. Scal.
corybantiân
Græci dicunt.

^b aliis rufi

^c Cetera Aristoteli de Part. anim. lib. 4. ca. vlt. scribit, Struthiocamelum in superiore tantum genas palpebras habere. Quare non temere quidam suspiciunt, locum hunc mutilatum esse: eaque que sequuntur ad simiam pertinere. quibus, sicut, excepto homine, vtraque in gena palpebras tribuant. Aristoteli operi id citari lib. 2. c. 8. Plin. infra cap. 44.

larum interdicto radi à fœminis eas vetantes. Pudoris hæc sedes. Ibi maximè ostenditur rubor. Infra eas hilaritatem risumque indicantes, buccæ. Et altior homini tantum, quem noui mores subdolæ irrisioni dicauere, nasus. Non alij animalium nares eminent. Auibus, serpentibus, piscibus foramina tantum ad olfactus, sine naribus. Et hinc cognomina Simorum, Silonum. Septimo mense genitis sæpenumero foramina aurium & narium defuere. Labra à quibus Brocci, Labeones dicti, & os probum duriusve, animal generantibus: pro iis cornea & acuta volucris rostra. Eadem raptu uiuentibus adunca: collecto, recta: herbas ruentibus limumque, lata, vt suum generi. Iumentis vice manus ad colligenda pabula ora: apertiora laniatu uiuentibus. Mentum nulli præter hominem, nec malæ. Maxillas crocodilus tantum superiores mouet: terrestres^a quadrupedes, eodem, quo cætera, more, præterquam in obliquum. Dentium tria genera: ferrati, aut continui aut exerti. Serrati pectinatim coeuntes, ne contrario occursum atterantur, vt serpentibus, piscibus, canibus. Continui, vt homini, equo. Exerti, vt apro, hippopotamo, elephanto. Continuorum qui digerunt cibum, lati & acuti: qui conficiunt, duplices: qui discriminant eos, canini appellantur. Hi sunt ferratis longissimi. Continui aut vtraque parte oris sunt, vt equo: aut superiore primores non sunt, vt bubus, ouibus, omnibusque quæ ruminant. Capræ superiores non sunt, præter primores geminos. Nulli exerti, quibus ferrati. Rarò fœminæ, & tamen sine vsu. Itaque cum apri percutiant, fœminæ sues mordent. Nulli, cui cornua, exerti: sed omnibus concaui, cæteris dentes solidi. Piscium omnibus ferrati, præter scarum: huic vni aquatiliū plani. Cæterò multis eorum in lingua & toto ore: vt turba vulnerum molliant, quæ attritu subigere non quæant. Multis & in palato, atque etiam in cauda. Præterea in os vergentes, ne excidant cibi, nullum habentibus retinendi administriculum. Similes aspidi & serpentibus: sed duo in supera parte dextera læuaque longissimi, tenui fistula perforati vt scorpionum aculei, venenum infundentes. Non aliud hoc esse, quam fel serpentium, & inde venis sub spina ad os peruenire, diligentissimi autores scribunt. Quidam vnum esse eum: & quia sit aduncus, resupinari, cum momorderit. Alii qui tunc decidere eum, rursusque recrescere, faciem decussu, & sine eo esse, quos tractant cernamus. Scorpionis caudæ inesse eum, & plerisque ternos. Viperæ dentes gingiuis conduntur. Hæc eadem prægnans veneno, impresso dentium repulso virus fundit in morsus. Volucrum nulli dentes, præter vespertilionem. Camelus vna ex iis, quæ non sunt cornigera, in superiori maxilla primores non habet. Cornua habentium nulli ferrati. Et cochleæ dentes habent: indicio est à minimis earum derosa vitis. At in marinis crustata & cartilaginea primores habere, item echinis quinos esse, vnde intelligi potuerit, miror. Dentium vice aculeus insectis. Simiæ dentes, vt homini. Elephanto intus ad mādendum quatuor, præterque eos qui prominēt, masculis reflexi, fœminis recti atque proni. Musculus marinus, qui balænam antecedit, nullos habet: sed pro iis, setis intus os hirtum & linguam etiam ac palatum. Terrestrium minutis quadrupedibus, primores bini vtrinque longissimi. Cæteris cum ipsis nascuntur: homini, postquam natus est, septimo mense. Reliquis perpetuò manent. Mutantur homini, leoni, iumento, cani, & rumnantibus. Sed leoni & cani, non nisi canini appellati. Lupi dexter caninus, in magnis habetur operibus. Maxillares, qui sunt à caninis, nullum animal mutat. Homini nouissimi, qui genuini vocantur, circiter vicesimum annum gignuntur, multis & octogesimo. Fœminis quoque, sed quibus in iuuenta non fuere nati, decidere in senectâ, & mox renasci, certum est. Zancleden Samothracenum ciuem, cui renati essent post centum & quatuor annos, Mutianus visum à se prodidit. Cætero maribus plures, quam fœminis, in homine, pecude, caprisve. Timarchus Nicoclis filius Paphij, duos ordines habuit maxillarum. Frater eius non mutauit primores, ideòque prætriuuit. Est exemplum dentis, homini & in palato geniti. At canini amissi casu aliquo, nunquam renascuntur. Cæteris senectâ rubescunt: equo tantum candidiores fiunt. Ætas veterinorum dentibus indicatur. Equo sunt numero xl. Amittit tricesimo mense primores vtrinque binos, sequenti anno totidem proximos, cum subeunt dicti columellares. Quinto anno incipiente binos amittit, qui sexto anno renas-

^a Quadrupedes & duntaxat, à sciolo quopiam adiectis, non animaduertit: Plinius hic de altero loqui crocodili generi: in terra tantum uiuente, idque diuerso maxillarum motu à fluminis distinguere.

^b Zancleden Samothracenum, cui renati essent post centum & quatuor annos, Mutianus visum à se prodidit. Cætero maribus plures, quam fœminis, in homine, pecude, caprisve. ^c Timarchus Nicoclis filius Paphij, duos ordines habuit maxillarum. Frater eius non mutauit primores, ideòque prætriuuit. Est exemplum dentis, homini & in palato geniti. At canini amissi casu aliquo, nunquam renascuntur. Cæteris senectâ rubescunt: equo tantum candidiores fiunt. Ætas veterinorum dentibus indicatur. Equo sunt numero xl. Amittit tricesimo mense primores vtrinque binos, sequenti anno totidem proximos, cum subeunt dicti columellares. Quinto anno incipiente binos amittit, qui sexto anno renas-

renascuntur. Septimò omneis habet & renatos, & immutabiles. Equo castrato priùs, non decidunt dentes. A finorum genus tricesimo mense similiter amittit, deinde fenis in-
 sibus. Quòd si non priùs peperere, quàm decidant postremi, sterilitas certa. Boues bimi
 mutant. Suibus decidunt nunquàm. Absumpta hac obseruatione, senectus in equis, &
 cæteris veterinis, intelligitur dentium brochitate, superciliorum canitie, & circa ea lacu-
 nis, cùm ferè x v j. annorum existimantur. Hominum dentibus quoddam ineest virus.
 Nanque & speculi nitorem ex aduerso nudati hebetant, & columbarum fœtus implu-
 mes necant. Reliqua de iis in generatione hominum dicta sunt. Erumpentibus mor-
 bi corpora infantium accipiunt. Reliqua animalia quæ ferratos habent, sæuissima den-
 10 tibus. Linguæ non omnibus eodem modo. Tenuissima serpentibus & trifulca, vibrans, a
 atri coloris, & si extrahas, prælonga: lacertis bifida & pilosa: vitulis quoque marinis du-
 plex: sed supra dictis capillamenti tenuitate: cæteris ad circûlambenda ora. Piscibus pau-
 20 lò minùs quàm tota adhærens, crocodilis tota. Sed in gustatu, linguæ vice carnosum
 aquatilibus palatum. Leonibus ac pardis, omnibûsque generis eius, etiam felibus, im-
 bricatæ asperitatis, ac limæ similis, attenuansque lambendo cutem hominis. Quæ causa
 etiam mansuefacta, vbi ad vicinû sanguinem peruenit salua, inuitat ad rabiem. De pur-
 purarum linguis diximus. Ranis prima cohæret, intima absoluta à guttore, b quæ vocem
 mittunt. Mares tum vocantur ololygones. Statio id tempore euenit, ciëtibus ad coitum
 fœminas. Tum si quidem inferiore labro demisso, ad libramentum modicæ aquæ rece-
 30 ptæ in fauces, palpitante ibi lingua vlulatus eiicitur. Tunc extenti buccarum sinus perlu-
 cent oculi flagrant labore perpulsi. Quibus in posteriori parte aculei, iis & dentes, &
 lingua. Apibus etiam prælonga, eminens & cicadis. Quibus aculeus in ore fistulosus, iis
 nec lingua, nec dentes. Quibusdam insectis intus lingua, vt formicis. Cæterùm lata ele-
 phanto præcipuè. Reliquis in suo genere semper absoluta: homini tantùm ita sæpè con-
 stricta venis, vt intercidi eas necesse sit. Metellum Pontificem adeò inexplanatæ fuisse
 accepimus, vt multis mensibus tortus credatur, dum meditatur in dedicanda æde Opi-
 feræ dicere. Cæteris septimo fermè anno sermonem exprimit. Multis verò talis eius ars
 contingit, vt auium & animalium vocis indiscretè edatur imitatio intellectus saporum
 est cæteris in prima lingua, homini & in palato. Tonfillæ in homine, in sue glandulæ.
 40 Quod inter eas vuæ nomine vltimo dependet palato, homini tantùm est. Sub ea minor
 lingua, epiglossis appellata, nulli oua generantium. Opera eius gemina, duabus interpo-
 sitæ fistulis. c Interior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc
 operit in epulando, ne spiritu ac voce illac meante, si potus cibûsve in alienum deerra-
 uerit tramitem, torqueat. Altera exterior appelletur sanè gula, qua cibus atque potus
 deuoratur. Tendit hæc ad stomachum, is ad ventrem. Hanc per vices operit, cùm spiri-
 tustantum aut vox com meat, ne restagnatio intempestiua alui obstrepat. Ex cartilagine
 & carne arteria, gula neruo & carne constat. Ceruix nulli, nisi quibus vtraque hæc. Cæ-
 50 teris collum, quibus tantùm gula. Sed quibus ceruix, è multis vertebratisque orbiculatim
 ossibus flexilis ad circumspectum, articulorum nodis iungitur. Leoni tantùm, & lupo, &
 hyænæ, ex singulis rectisque ossibus rigens. Cæterò spinæ annectitur, spina lumbis, offea
 sed tereti structura, per media foramina à cerebro medulla descendente. Eandem esse ei
 naturam, quam cerebro, colligunt, quoniam prætenui eius membrana modò incisa sta-
 tim expiretur. Quibus longa crura, iis longa & colla. Item aquaticis, quamuis breuia
 crura habentibus: d simili modo vncos vngues. Guttur homini tantùm & suisbus intu-
 d mescit, aquarum quæ potantur plerunque vitio. Summum gulæ fauces vocantur, extre-
 mum e stomachus. Hoc nomine est sub arteria iam carnosâ inanita adnexa spinæ, ad la-
 titudinem ac longitudinem lagenæ modo fusa. Quibus fauces non sunt, ne stomachus
 quidem est, nec colla, nec guttur, vt piscibus: & ora ventribus iunguntur. Testudini ma-
 rinæ lingua nulla, nec dentes: rostri acie comminuit omnia. Postea arteria & stomachus
 60 denticulatus callo, in modum rubi, ad conficiendos cibos, decrefcentibus crenis quic-
 quid appropinquat ventri. Nouissima asperitas, vt scobina fabri. Cor animalibus cæte-

*Arist. li. 2. de par. anim. bitulca lin-
 guæ serpentibus
 tribus non tri
 sulcam.*

*b Melius sic:
 Quæ vocem
 mittunt ma-
 res, quæ vo-
 cant ololy-
 gone. Sum-
 ptum est enim
 hoc ex Arist.
 lib. 4. Nislo. a-
 nima. cap. 9.*

*c Legendum
 h'c Exteriori
 inf à vero, vbi
 de gula agit
 Interior. Ad-
 stipulamibus
 Corn. Celsi lib.
 4. cap. 1. Arist.
 lib. 2. cap. 3. de
 partibus ani-
 mal. & Gale-
 no lib. 7. de v-
 su partium.*

*d Repone,
 Dissimili vt
 antea legeba-
 tur. ex Arist.
 li. 4. de part.
 anim. cap. 22.
 vbi tradit nul-
 lum vncos hab-
 itiam vngues,
 legum esse col-
 lum.
 e Mer. ven-
 tricis ossis*

ris in medio pectore est: homini tantum infra læuam papillam, turbinato mucrone in priora eminens. Piscibus solis ad os spectat. Hoc primum nascentibus formari in utero tradunt: deinde cerebrum, sicut tardissimè oculos. Sed hos primum emori, cor nouissimè. Huic præcipuus calor. Palpitat certè, & quasi alterum mouetur animal, intra præmolli firmoque opertum membranæ inuolucro, munitum costarum & pectoris muro, ^a vt pariat præcipuam vitæ causam & originem. Prima domicilia intra se animo & sanguini præbet, sinuoso specu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. Ibi mens habitat. Ex hoc fonte duæ grandes venæ in priora & terga discurrunt, sparsæque ramorum serie, per alias minores omnibus membris vitalem sanguinem rigant. Solum hoc viscerum vitæ non maceratur, nec supplicia vitæ trahit: læsumque mortem illico affert. Cæteris corruptis, vitalitas in corde durat. Bruta existimantur animalium, quibus durum riget: audacia, quibus paruum est: pauca, quibus prægrande. Maximum autem est portione muribus, lepori, asino, ceruo, pantheræ, mustelis, hyænis, & omnibus timidis, aut propter metum maleficis. In Paphlagonia bina perdicibus corda. In equorum corde & bouum ossa reperiuntur interdum. Augeri id per singulos annos in homine, ac binas drachmas ponderis ad quinquagesimum annum accedere: ab eo detrahi tantundem, & ideo non viuere hominem vltra centesimum annum defectu cordis, Ægyptij existimant, quibus mos est cadauera asseruare medicata. ^b Hirsuto corde gigni quosdam homines proditur, neque alios fortioris esse industriæ, sicut Aristomenem Messenium, qui ccc. occidit Lacedæmonios. Ipse conuulneratus & captus, semel per cauernam latomiarum euasit, angustos vulpium aditus secutus. Iterum captus, sopitis custodibus formo, ad ignem aduolutus lora cum corpore exussit. Tertio capto Lacedæmonij ^c pectus dissecuere causa videndi, hirsutumque cor repertum est. In corde summo, pinguitudo est quædam lætis extis. Non semper autem in parte extorum habitum est. L. Posthumio Albino Rege sacrorum post centesimam vicesimam tertiam Olympiadem, cum rex Pyrrhus ex Italia discessisset, cor in extis Aruspices inspicere cœperunt. Cæsari Dictatori, quo die primum veste purpurea processit, atque in sella aurea sedit, sacrificanti bis in extis defuit. Vnde quæstio magna de diuinatione argumentantibus, potueritne sine vilo viscere hostia viuere, an ad tempus amiserit? Negatur cremari posse in iis, qui cardiaco morbo obierint: negatur & veneno interemptis. Certè extat oratio Vitellij, ³⁰ qua reum Pisonem eius sceleris coarguit, hoc vsus argumento: palamque testatus, non potuisse ob venenum cor Germanici Cæsaris cremari. Contrâ genere morbi defensus est Piso. Sub eo pulmo est, spirandique officina, attrahens ac reddens animam, idcirco spongiosus, ac fistulis inanibus cauus. Pauca eum (vt dictum est) habent aquatilia, ac cætera oua parientia exiguum, spumofum, nec sanguineum: ideo non sitiunt. Eadè est causa, quare sub aqua diu ranæ & phocæ vrinentur. Testudo quoque, quamuis prægrandem & sub toto tegumento habeat, sine sanguine tamen habet. Quantò minor hic corporibus, tantò velocitas maior. Chamæleoni portione maximus, & nihil aliud intus. Iecur in dextra parte est. In eo quod caput extorum vocant, magnæ varietatis. M. Marcello circa mortem, cum periit ab Annibale, defuit in extis. Sequenti deinde die geminum ⁴⁰ repertum est. Defuit & C. Mario, cum immolaret Vticæ: item Caio principi Calend. Ianuariis, cum iniret Consulatum, quo anno interfectus est: Claudio successori eius, quo mense interemptus est veneno. Diuo Augusto Spoleti sacrificanti primo potestatis suæ die, sex victimarum iocinera replicata intrinsecus ab ima fibra reperta sunt: responsumque, duplicaturum intra annum imperium. Caput extorum tristis ostentis cæsum quoque est, præterquam in sollicitudine ac metu. Tunc enim perimit curas. Bina iocinera leporibus circa Briletum & Tharnen, & in Cherrhoneso ad Propontidem. Mirumque, translatis aliò interit alterum. In eodem est fel, non omnibus datum animalibus. In Eubœæ Chalcide nullum pecori. In Naxo prægrande geminumque, vt prodigij loco vtrunque aduenæ. Equi, muli, asini, cerui, ^d capræ, apri, cameli, delphini non habent. Murium aliqui habent. Hominum paucis non est, quorum valetudo firmior, & vita lon-

^a vt par e-
rat præci-
puam vitæ
causam &
originem.

^b Hirto

^c Allis, pe-
ctus disse-
cuere vitæ
causam &
originem.

^d Capræ, le-
gendam vide-
tur, non Ca-
præ. Respon-
det enim illi,
quod apud
Aristoteli
capræ dantur
virtutem, que est
capræ spe-
cies. Capræ
autem fel habet
res vel ex ipso
notum est. Plin.
lib. 28. cap. 10.
Sequenti in au-
tem vocem
Apri, credi-
duntur redun-
dere. Plinij
auaritate ad-
ducitur lib.
28. cap. 16. vbi
apri in medi-
cinis docet.

longior. Sunt qui equo non quidem in iecore esse, sed in aluo putent: & ceruo in cauda, aut intestinis. Ideo tantam habent amaritudinem, vt à canibus non attingantur. Est autem nihil aliud, quàm purgamentum pessimi sanguinis, & ideo in materia eius est. Certè iecur nulli est, nisi sanguinem habentibus. Accipit hoc à corde, qui iungitur, funditque in venas. Sed in felle nigro infania causa homini, morsque toto reddito. Hinc & in mores crimen, bilis nomine. Adeo magnum est in hac parte virus, cum se fundit in animum. Quin & toto corpore vagum, colorem quoque oculis aufert: illud quidem redditum, etiam ahenis: nigrescuntque contacta eo: ne quis miretur id venenum esse serpentium. Carent eo, qui absinthium vescuntur in Ponto. Sed^a renibus, & parte tan-

10 tum altera intestino iungitur in coruis, coturnicibus, phasianis: quibusdam intestino tantum, vt columbis, accipitri, murænis. Paucis auium in iecore. Serpentibus portione maximè copiosum, & piscibus. Est autem plerisque toto intestino, sicut accipitri, miluo. Præterea in iecore est & cetis omnibus: ^b vitulis quidem marinis ad multa quoque

nobile. Taurorum felle aureus ducitur color. Aruspices id Neptuno & humoris potentia dicauere: geminumque fuit Diuo Augusto, quo die apud Actium vicit. Murium iecusculis fibra ad numerum Lunæ in mense congruere dicuntur, totidemque inueniri, quotum lumen eius sit. Præterea bruma increfcere. Cuniculorum exta in Bætica sæpe gemina reperiuntur. Ranarum rubetarum altera fibra à formicis non attingitur, propter venenum, vt arbitrantur. Iecur maximè, vetustatis patiens, centenis durare annis, ob-

20 dionum exempla prodidit. Exta serpentibus & lacertis longa. Cecinæ Volaterrano dracones emicuisse de extis læto prodigio traditur. Et profectò nihil incredibile sit, existimantibus, Pyrrho regi, quo die periit, præcisa hostiarum capita repisse, sanguinem suum lambentia. Exta homini ab inferiore viscerum parte separantur membranis, quæ præcordia appellant, quia cordi prætenduntur, quod Græci appellauerunt phrenas. Omnia quidem principalia viscera, membranis propriis, ac velut vaginis inclusit prouidens natura: in hac fuit & peculiaris causa vicinitas alui, ne cibo supprimeretur animus. Huic certè refertur accepta subtilitas mentis: ideo nulla est ei caro, sed neruosa exilitas. In eadem præcipua hilaritatis sedes, quod titillatu maximè intelligitur alarum, ad quas subit, non alibi tenuiore cute humana, ideo scabendi dulcedine ibi proxima. Ob hoc

30 in præliis gladiatorumque spectaculis mortem cum risu traiecta præcordia attulerunt. Subest venter stomachum habentibus, cæteris simplex, ruminantibus geminus, sanguine carentibus nullus. Intestinis enim quibusdam ab ore incipiens, quadam via eodem reflectitur, vt sepia, polypo. In homine adnexus infimo stomacho, similis canino. His solis animalium inferiore parte angustior: itaque & sola vomunt, quia repleto propter angustias supprimitur cibus: quod accidere non potest iis, quorum spatiosa laxitas eum in inferiora transmittit. Ab hoc ventriculo lactes in homine & oue, per quas labitur cibus, in cæteris ille: à quibus capaciora intestina ad aluum, hominique flexuosissimis orbitibus, idcirco magis auidi ciborum, quibus ab aluo longius spatium. Iidem minus solertes, quibus obesissimus venter. Aues quoque geminos sinus habent quædam: vnum,

40 quo merguntur recentia, vt guttur: alterum, in quem ex eo demittunt concoctione maturata, vt gallinæ, palumbes, columbæ, perdices. Cætera ferè carent eo, sed gula patientiore vtuntur, vt gracculi, corui, cornices. Quædam neutro modo, sed ventrem proximum habent, quibus prælonga colla & angusta, vt Porphyrioni. Venter solidipedum asper & durus. Terrestrium aliis denticulatæ asperitatis, aliis cancellatim mordacis. Quibus neque dentes vtrinque, nec ruminatio, hic conficiuntur cibi, hinc in aluum delabuntur. Media hæc vmbilico adnexa in omnibus, in homine suille infima parte similis, à Græcis appellatur colon, vbi dolorum magna causa est. Angustissima canibus:

50 qua de causa vehementi nisu, nec sine cruciatu, leuant eam. Infatiabilia animalium, quibus à ventre protinus recto intestino transeunt cibi, vt lupis ceruariis, & inter aues mergis. Ventres elephanto quatuor, cætera suis similia: ^c pulmo quadruplo maior bubulo. Auibus venter carnosus callosusque. In ventre hirundinum pullis lapilli candido aut

^a Atqui infra hoc ipso cap. de renibus agitur, negat eos esse cunctum animalium vas primum, excepta testudine: quod & ipsum affirmat Arist. Histo. animal. libr. 2. cap. 16. ^b Aristoteles contra lib. 4. de part. anim. cap. 2. vituli marini enumerat inter animalia felle carentia.

^c Quod hinc Plin. de elephantis pulmo. ne. Arist. lib. 2. Histo. animal. ca. 17. de roridem iecinore tradit.

^a *Contra Aristot. lib. 4. de part. anim. cap. 3. & 4. generaliter omnibus sanguine præditis, tam terrestribus, quam aquaticis, tribuit omentum.*

^b *costas,*

^c *T. incientes*

rubenti colore, qui chelidonij vocantur, magicis narrati artibus reperiuntur. Et in iuencarum secundo ventre pilæ rotunditate nigricans tophus, nullo pondere: singulare (vt putant) remedium ægrè parientibus, si tellurem non attigerit. Ventriculus atque intestina pingui ac tenui omento integuntur, ^a præterquàm oua gignentibus. Huic adnectitur lien in sinistra parte aduersus iecori, cum quo locum aliquando permutat, sed prodigiosè. Quidam eum putant inesse oua parientibus, item serpentibus admodum exiguum: ita certè apparet in testudine, & crocodilo, & lacertis, & ranis. Ægocephalo aut non esse constat, neque iis quæ careant sanguine. Peculiare cursus impedimētum aliquando in eo: quamobrem inuritur cursorum laborantibus. Et per vulnus etiam exempto viuere animalia tradunt. Sunt qui putent adimi simul risum homini: intemperantiæque eius constare lienis magnitudine. Asiæ regio Scepsis appellatur, in qua minimos esse pecori tradunt, & inde ad lienem inuenta remedia. At in Brileto & Tharne quaterni renes ceruis: contra pennatis squamosisque nulli. Cæterò summis adhærent lumbis. Dexter omnibus elatior, & minùs pinguis, sicciórque. Vtrique autem pinguitudo è medio exit, præterquàm in vitulo marino. Animalia in renibus pinguißima: oues quidem lethaliter circum eos concreto pingui. Aliquando in eis inueniuntur lapilli. Renes habent omnia quadrupedum quæ animal generant: oua parientium testudo sola, quæ & alia omnia viscera: sed homo bubulis similes, velut è multis renibus compositos. Pectus, hoc est ^b ossa, præcordiis & vitalibus natura circundedit: at ventri, quem necesse erat increfcere, ademit. Nulli animalium circa ventrem ossa. Pectus homini tantum latum, reliquis carinatum, volucribus magis, & inter eas aquaticis maximè. Costæ homini tantum octonæ, suibus denæ, cornigeris tredecim, serpentibus triginta. Infra aluum est à priore parte vesica, quæ nulli oua gignentium, præter testudinem: nulli nisi sanguineum pulmonem habenti, nulli pedibus carentium. Inter eam & aluum arteriæ, ad pubem tendentes, quæ ilia appellantur. In vesica lupi lapillus, qui Syrites appellatur. Sed in hominum quibusdam diro cruciatu subinde nascentes calculi, & setarum capillamenta. Vesica membrana constat, quæ vulnerata cicatrice non solidescit: neque qua cerebrum aut cor inuoluitur. plura enim membranarum genera. Fœminis eadem omnia, præterque vesicæ iunctus vtricus, vnde dictus vterus: quod alio nomine locos appellat, hoc in reliquis animalibus vuluam. Hæc viperæ, & intra se parientibus, duplex: oua generantium adnexa præcordiis: & in muliere geminos sinus ab vtraque parte laterum habet, funebris quoties versa spiritum inclusit. Boues grauidas negant præterquàm dextero vuluæ sinu ferre. etiam cum geminos ferant. Vulua eiecto partu melior, quàm edito. Eiectitia vocatur illa, hæc porcaria, primiparæ suis optima: contra effœtis. A partu, præterquàm eodem die suis occisæ, liuida ac macra. Nec nouellarum suum, præterquàm primipararum probatur, potiusque veterum, dum ne effœtarum, nec biduo ante partum aut post partum, aut quo eiecerint die. Proxima eiectitiæ est occisæ vno die post partum. Huius & sumen optimum, si modo fœtus non hauserit: eiectitiæ deterrimum.

^c Antiqui abdomen vocabant, priusquàm calleret ^c id, scientes occidere non assueti. Cornigera vna parte dentata, & quæ in pedibus talos habent seuo pinguescunt. Bisulca scissive in digitos pedibus, & non cornigera, adipe, Concretus hic: & cum refrixit, fragilis: semperque in fine carnis. Contra pingue inter carnem cutemque, succo liquidum. Quædam non pinguescunt, vt lepus, perdix. Steriliora cuncta pinguia, & in maribus, & in fœminis. Senescunt celerius præpinguia. Omnibus animalibus est quoddam in oculis pingue. Adeps cunctis sine sensu, qui nec arterias habet, nec venas. Plerisque animalium est pinguitudo sine sensu: quàm ob causam sues spirantes à muribus tradunt arrosas. Quin & L. Apronij Consularis viri filio detractos adipēs, leuatimque corpus immobili onere. Et medulla ex eodem videtur esse, in iuuenta rubens, & senecta albescens. Non nisi cauis hæc ossibus, nec cruribus iumentorum aut canum: quare fracta non ferruminantur, quod defluente euenit medulla. Est autem pinguis iis, quibus adeps, seu ossa cornigeris: neruosa & in spina tantum dorsi, ossa non habentibus, vt piscium generi: vris

nulla

nulla: leoni in feminum & brachiorum ossibus paucis exigua admodum: cætera tanta duritie, vt ignis elidatur, velut è silice. Et iis dura, quæ non pinguescunt: afinorum ad tibias canora. Delphinis ossa, non spinæ: animal enim pariunt: serpentibus spinæ. Aquatiliū mollibus nulla: sed corpus circulis carnis vinctum, vt sepia atque loligini. Et insectis negatur æquè esse vlla. Cartilaginea aquatiliū habent medullam in spina. Vituli marini cartilagineam, non ossa. Item omnium auriculæ ac nares, quæ modicum eminent, flexili mollitia, naturæ prouidentia, ne frangerentur. Cartilago rupta non solidescit. Nec præcisa ossa recrescunt, præterquam veterinis ab vngula ad suffraginem. Homo crescit in longitudinem ad annos vsque ter septenos: tum deinde ad plenitudinē. Maximè autem pubescens nodum quendam soluere, & præcipuè ægritudine, sentitur. Nerui orti à corde, bubulòque etiam circumuoluti, similem naturam & causam habent in omnibus lubricis applicati ossibus: nodosque corporum, qui vocantur articuli, aliubi interuentu, aliubi ambitu, aliubi transitu ligantes, hinc teretes, illic lati, vt in vnoquoque poscit figuratio. Neque ij solidantur incisi: mirumque, vulneratis summus dolor, præfectis nullus. Sine neruis sunt quædam animalia, vt pisces: arteriis enim constant. Sed neq; eæ molli piscium generi. Vbi sunt nerui, interiores conducunt membra, superiores reuocant. Inter hos latent arteriæ, id est, spiritus semitæ. His innatant venæ, id est, sanguinis riui. Arteriarum pulsus, in cacumine maximè membrorum euident, index ferè morborum, in modulos certos, legesque metricas, per ætates, stabilis, aut citatus, aut tardus, descriptus ab Herophilo medicinæ vate, miranda arte, nimiam propter subtilitatem desertus: obseruatione tamen crebri aut languidi ictus, gubernacula vitæ temperat. Arteriæ carèt sensu: nã & sanguine. Nec omnes vitalem continent spiritum: præcisisque torpescit tantum pars ca corporis. ^a Aues nec venas, nec arterias habent: item serpentes, testudines, lacertæ, minimūque sanguinis. Venæ in prætenuis postremò fibras subter totam cutem disperse, adeò in angustam subtilitatem tenuantur, vt penetrare sanguis non possit, aliudve quàm exilis humor ab illo, qui cacuminibus innumeris sudor appellatur. Venarum in vmbilico nodus ac coitus.

De sanguine, & quorum celerrimè siccetur, quorum non coëat, quorum grauisimus vel tenuissimus, quorum nullus.

CAP. XXXVIII.

Sanguis quibus multus & pinguis, iracunda: maribus, quàm fœminis, nigrior: & iuuentæ magis, quàm senio: & inferiore parte pinguior. Magna & in eo vitalitatis portio. Emissus spiritum secum trahit: tamen tactum non sentit. Animalium fortiora, quibus sanguis crassior: sapientiora, quibus tenuior: timidiora, quibus minimus: at quibus nullus, hebetia. Taurorum celerrimè coit atque durefcit, ideò pestifer potu maximè. Aprorum, & ceruorum, caprearumque, & bubalorum omnium non spissatur. Pinguissimus afinis, homini tenuissimus. Iis, quibus plus quaterni pedes, nullus. Obefis minùs copiosus, quoniam absumitur pingui. Profluuium eius vni fit in naribus homini, aliis nare altera, aliis vtraque, quibusdam per inferna: multis per ora statò tempore, vt nuper Macrino Visco viro Prætorio, & omnibus annis Volusio Saturnino vrbs præfecto, qui nonagesimum etiam excessit annum. Solum hoc in corpore temporarium sentit incrementum. Siquidem hostiæ abundantiorē fundunt, si prius bibere. Quæ animalium latere certis temporibus diximus, non habent tunc sanguinem, præter exiguas admodum circa corda guttas, miro opere naturæ: sicut in homine, vim eius ad minima momenta mutari, non modo tanto minore suffusi materia, verum ad singulos animi habitus, pudore, ira, metu, palloris pluribus modis, item ruboris. Alius enim iræ, & alius verecundiæ. Nam & in metu refugere, & nusquam esse certum est: multisque non transfluere transfossis: quod homini tantum euenit. Nam quæ mutari diximus, colorem alienum accipiunt quodam repercussu: homo solus in se mutat. Morbi omnes, morisque sanguinem

50
absument.

^a Mer. Apis. alias pugnat hoc cum Aristotelis sententia lib. 3. anim. cap. 4. ubi omnia sanguine prædita, venas habere asserit.

At in sanguine principatus, & de tergo, & pilis, & mammis.

CAP. XXXIX.

Sunt qui subtilitatem animi constare non tenuitate sanguinis putent, sed cute operimentisque corporum magis aut minus bruta esse, ut ostrea & testudines: bouum tergora, fetas suum obstare tenuitati immeantis spiritus, nec purum liquidumque transmitti: sic & in homine, cum crassior callosiorve excludat cutis: ceu verò non crocodilis & duritia tergoris tribuatur & solertia. Hippopotami corij crassitudo talis, ut inde torquentur hastæ, & tamen quædam ingenio medica diligentia. Elephantorum quoque tergora impenetrabiles cetras habent, cum tamen omnium quadrupedum subtilitas animi præcipua perhibeatur illis: Ergo cutis ipsa sensu caret, maximè in capite. Vbiunque per se, ac sine carne est, vulnerata non coit, ut in bucca cilióque. Quæ animal pariunt, pilos habent: quæ oua, pennas, aut squamas, aut corticem, aut testam, ut testudines: aut cutem puram, ut serpentes. Pennarum caules omnium caui, præcisique non crescunt: euulsæ renascuntur. Membranis volant fragilibus infecta, humentibus hirundines in mari, sicis inter tecta vesperilio. Horum alæ quoque articulos habent. Pili à cute exeunt crassa hirti, fœminis tenuiores, equis in iuba largi, in armis leoni: dasypodi & in buccis intus, & in pedibus, quæ vtraque Trogus & in lepore tradit, hoc exemplo libidinosiores hominum quoque hirtos colligēs. Villosissimum animalium lepus. Pubescit homo solus: quod nisi contingat, sterilis in gignendo est, seu mas, seu fœmina. Pili in homine partim simul, partim postea gignuntur. Congeniti autem non desinunt, sicut nec fœminis magnopere. Inuentæ tamen quædam defluuio capitis inualidæ, ut & lanugines oris, cum menstrui cursus steterit. Quibusdam post geniti viris sponte non gignuntur. Quadrupedibus pilum cadere atque subnasci, annum est. Viris crescunt maximè in capite, mox in barba. Recisi non, ut herba, ab ipsa incisura augentur, sed ab radice exeunt. Crescunt & in quibusdam morbis, maximè phthisi, & in senectate: defunctorum quoque corporibus. Libidinosi congeniti, maturius defluunt: agnati, celerius recrescunt. Quadrupedibus senectute crassescunt, lanæque rarescunt. Quadrupedum dorso pilosa, ventres glabri. Bouum coriis glutinum excoquitur, taurorumque præcipuum. Mammæ homo solus è maribus habet: cætera animalia mammarum notas tantum. Sed ne fœminæ quidem in pectore, nisi quæ possunt partus suos attollere. Oua gignentium nulli: nec lac, nisi animal parienti: volucrium vesperilionis tantum. Fabulosum enim arbitror de strigibus, vbera eas infantium labris immulgere. Esse in maledictis iam antiquis strigem conuenit: sed quæ sit auium, constare non arbitror.

Notabilia animalia quæ mammis.

CAP. XL.

Asinis à fœtu dolent: ideo sexto mense arcent partus, cum equæ anno propè toto præbeant. Quibus solida vngula, nec supra geminos fœtus, hæc omnia binas habent mammæ, nec aliubi, quàm in feminibus. Eodem loco bifulca & cornigera: boues quaternas, oues capræque binas. Quæ numeroso fœcunda partu, & quibus digiti in pedibus, hæc plures habent toto ventre duplici ordine, ut fues: generosæ duodenas, vulgares binis minus: similiter canes. Alia ventre medio quaternas, ut pantheræ: alia binas, ut leonæ. Elephas tantum sub armis duas: nec in pectore, sed citrà in alis occultas. Nulli in feminibus digitos habentium. Primis genitis in quoque partu fues primas præbent: eæ sunt faucibus proximæ: & suam quisque nouit in fœtu, quo genitus est ordine, eaque alitur, nec alia: Detracto illa alumno suo sterilefcit illico, ac resilit. Vno verò ex omni turba relicto, sola munifex, quæ genito fuerat attributa, descendit. Vrsæ mammæ quaternas gerunt. Delphini binas in ima aluo papillas tantum, nec euidentes, & paulò in obliquum porrectas. Neque aliud animal in cursu lambitur. Et balenæ autem vitulique mammis nutriunt fœtus.

De lacte, & unde caseus non fiat.

CAP. XLI.

Mulier ante septimum mensem profusum lac, inutile. Ab eo mense, quod vitalis est partus, salubre. Plerisque autem totis mammis, atque etiam alarum sinu fluit. Cameli lac

a Vtu. cod sic habent: Aut cortice, ut testudines: nulla t. sic mentione. Nam etiam si à testudines videtur denominata: proprie tamen loquendo, canes reguntur, non testa: ut sup. à docuit Pl. lib. 9. c. 12.

b melius sic: Quadrupedibus senectute crassescunt lanæ, quæquæ rarefcunt. Vide Arist. lib. 3. animal. cap. 11. unde hæc sunt translata.

lac habent, donec iterum grauescant. Suauissimum hoc existimatur, ad vnam mensuram tribus aquæ additis. Bos ante partum non habet. Ex primo semper à partu colostræ fiût: quæ, ni admisceatur aqua, in pumicis modum coëunt durtia. A sinæ prægnantes continuo lactescunt. Pullis earum, vbi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac gustasse lethale est. Genus mali vocatur colostratio. Caseus non fit ex vtrunque dentatis, quoniam eorum lac non coit. Tenuissimum camelis, mox equis: crassissimum a sine, vt quo coaguli vice vtantur. Conferre aliquid & candori in mulierum cute existimatur. Poppæa certè Domitij Neronis coniux, quingentas secum per omnia trahens fœtas, balnearum etiam folio totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cutem credens. Omne autem lac igne spissatur, frigore serescit. Bubulum caseo fertilius, quàm caprinum, ex eadem mensura penè altero tanto. Quæ plures quaternis mammas habent, caseo inutilia, & meliora quæ binas. Coagulum hinulei, leporis, hædi laudatum. Præcipuum tamen dasypodis, quod & profluuium alui medetur, vnius vtrunque dentatorum. Mirum barbaras gentes, quæ lacte viuunt, ignorare aut spernere tot seculis casei dotem, densantes id alioquin in acorem iucundum, & pingue butyrum: spuma id est lactis, concretiûsque quàm quod ferum vocatur. Non omittendum in eo olei vim esse, & barbaros omnes infantesque nostros ita vngi.

De diuersitate caseorum.

CAP. XLII.

LAus caseo Romæ, vbi omnium gentium bona cominus iudicantur, è prouinciis Ne-
 20 mausensi præcipua, Lesuræ Gabalicique pagis, sed breuis ac musteo tatum commenda-
 tio. Duobus Alpes generibus pabula sua approbant: Dalmaticæ Docleatem mittunt,
 Ceutronicæ Vatusicum. Numerosior Apennino. Cebanum hic è Liguria mittit, ouium
 maximè lactis: Æsinatem ex Umbria: mistoque Hetruriæ atq; Liguriæ confinio, Lunen-
 fem magnitudine conspicuum: quippe & ad singula millia pondo premitur. Proximum
 autem vrbi Vestinum, eumque è Cæditio campo laudatissimum. Et caprarum gregibus
 sua laus est, a recenti maximè, eam augente gratiam fumo: qualis in ipsa vrbe conficitur, a Agrigen-
 ti
 cunctis præferendus. Nam Galliarum sapor medicamenti vim obtinet. Trans maria ve-
 rò Bithynus ferè in gloria est. Inesse pabuli salem, etiam vbi non detur, ita maximè intel-
 30 ligitur, omni in salem caseo senescente: quales redire in musteum saporem, aceto & thy-
 mo maceratos, certum est. Tradunt Zoroastrem in desertis caseo vixisse annis viginti, ita
 temperato, vt vetustatem non sentiret.

Differentia membrorum hominis à cæteris animalibus.

CAP.

XLIII.

TErrestrium solus homo bipes. Vni iuguli, humeri, cæteris armi: vni vlnæ. Quibus
 animalium manus sunt, intus tantum carnosæ: extra ncruis & cute constant. Digi-
 ti quibusdam in manibus seni. M. Curiatij ex patritia gente filias duas ob id Sedigitas ap-
 pellatas accepimus, & Volcatium Sedigitum, illustrem in Poëtica. Hominis digiti ar-
 ticulos habent ternos, pollex binos, & digitis aduersus vniuersis flectitur: per se verò in
 obliquum porrigitur, crassior cæteris. Huic minimus mensura par est: duo reliqui sibi,
 40 inter quos medius longissimè protenditur. Quibus ex rapina victus quadrupedum, qui-
 ni digiti in prioribus pedibus, reliquis quaterni. Leones, lupi, canes, & pauca in postero-
 ribus quoque quinos vngues habent, vno iuxta cruris articulum dependente: reliqua,
 quæ sunt minora, digitos quinos. Brachia non omnibus paria secum. Studioso Thra-
 ci in C. Cæsaris ludo notum est dextram fuisse proceriorem. Animalium quædam, vt
 manibus, vtuntur priorum ministerio pedum: sedentque ad os illis admouentia cibos,
 vt sciuri.

De simiarum similitudine.

CAP. XLIIII.

NAm simiarum genera perfectam hominis imitationem continent, facie, naribus, au-
 ribus, palpebris, quas solæ quadrupedum & in inferiore habent gena. Iam mam-
 50 mas in pectore, & brachia, & crura in contrarium similiter flexa: in manibus vngues, di-
 gitos, longiorémque medium. Pedibus paulum differunt. Sunt enim, vt manus, b prælongi, b prælongæ,

& vestigium palmæ simile faciunt. Pollex quoque his & articuli, vt homini: ac præter genitale, & hoc in maribus tantum, viscera etiam interiora omnia ad exemplar.

De vnguibus.

CAP. XLV.

VNgues clausulæ neruorum summæ existimantur. Omnibus hi, quibus & digiti. Sed simiæ imbricati, hominibus lati, & defuncto crescunt: rapacibus vnci: cæteris recti, vt canibus, præter eum qui à crure plerisque dependet. Omnia digitos habent, quæ pedes, excepto elephanto. Huic enim informes numero quidem quinque, sed indiuisi, ac leuiter discreti, vngulisque haud vnguibus similes, & pedes maiores priores. In posterioribus articuli breues. Idem poplites intus flectit hominis modo. Cætera animalia in diuersum posterioribus articuli pedibus, quam prioribus. Nam quæ animal generant, genua ante se flectunt, & suffraginum artus in auersum. Homini genua & cubita contraria: Item vrsis & simiarum generi, ob id minimè perniciousibus. Oua parientibus quadrupedum, crocodilo, lacertis, priora genua post curuantur, posteriora in priorem partem. Sunt autem crura his obliqua, humani pollicis modo. Sic & multipedibus, præterquam nouissimâ salientibus. Aues, vt quadrupedes, alas in priora curuant, suffraginem in posteriora. Hominis genibus quædam & religio inest, obseruatione gentium. Hæc supplices attingunt: ad hæc manus tendunt: hæc, vt aras, adorant, fortassis quia inest iis vitalitas. Næque in ipsa genu vtriusque commissura, dextra læuâque à priore parte gemina quædam buccarum inanitas inest: qua perfossa, ceu iugulo, spiritus fugit. Inest & aliis partibus quædam religio: sicut dextra osculis auersa appetitur, in fide porrigitur. Antiquis Græciæ in supplicando mentum attingere mos erat. Est in aure ima memoriæ locus, quem tangentes attestamur. Est post aurem æquè dextram Nemesis, (quæ Dea Latinum nomen ne in Capitolio quidem inuenit) quò referimus tacto ore proximum à minimo digitorum, veniam sermonis à diis ibi recondentes. Varices in cruribus viro tantum, mulieri raro. C. Marius, qui septies Consul fuit, statem sibi extrahi passum vnum hominem, Oppius autor est. Omnia animalia à dextris partibus incedunt, sinistris incubant. Reliqua, vt libitum est, gradiuntur. Leo tantum & camelus pedatim, hoc est, vt sinister pes non transeat dextrum, sed subsequatur. Pedes homini maximi, fœminis tenuiores in omni genere. Suræ homini tantum, & crura carnosæ. Reperitur apud autores, quendam in Ægypto non habuisse furas. Vola homini tantum, exceptis quibusdam. Nanque & hinc cognomina inuenta, Planci, Plauti, Scauri, Pansæ, sicut à cruribus Vari, Vatiæ, Vatinij: quæ vitia & in quadrupedibus. Solidas habent vngulas, quæ non sunt cornigera: igitur pro eis telum vngula est illis. Nec talos habent eadem. At quæ bifulca sunt, habent. Iidem digitos habentibus non sunt: neque in prioribus pedibus omnino vlli. Camelo tali similes bubulis, sed minores paulo. Est enim bifulcus discrimine exiguo pes imus, vestigio carnosæ, vt vrsi: qua de causa in longiore itinere sine calciatu fatiscunt.

De vngulis.

CAP. XLVI.

VNgulæ veterino tantum generi renascuntur. Sues in Illyrico quibusdam locis solidas habent vngulas. Cornigera ferè bifulca. Solida vngula, & bicorne nullum. Vnicorne asinus tantum Indicus: vnicorne & bifulcum oryx. Talos asinus Indicus vnum solidipedum habet. Nam sues ex vtroque genere existimantur, ideo fœdi earum. Hominem qui existimarunt habere, facillè conuicti. Lynx tantum digitos habentium, simile quiddam talo habet: leo etiamnum tortuosius. Talus autem rectus est in articulo pedis ventre eminent, concaua in vertebra ligatus.

De pedibus auium & vnguibus.

CAP. XLVII.

AVium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes, aliæ inter vtrunque, diuisis digitis adiecta latitudine. Sed omnibus quaterni digiti, tres in priore parte, vnus à calce. Hic deest quibusdam longa crura habentibus. Iynx sola vtrinque binos habet. Eadem linguam serpētium similem in magna longitudinem porrigit. Collum circumagit in auersum. Vngues ei grandes, ceu gracculis. Auium quibusdam grauioribus, in cruribus additi radij. Nulli vncos habentium vngues, longi pedes. Porrectis ad caudam cruribus volant:

a Legendum videtur, Marculi breues, non Articuli. ex Arist. Hist. animal. lib. 2. cap. 1. Quo in loco Theodoras eorum malleolos vertit.
b Contrarietas Aristoteles lib. 2. animal. cap. 1. lacerte & crocodilo, ceterisque id genus quadrupedibus ova parientibus tam anteriora, quam posteriora crura visum videtur, hoc est, in anteriora flecti. Quo tamen in loco Theodoras videtur legisse, ceteris vniuersis, Retro flectuntur.

c Legendum, mutata distinctione: Auium quibusdam grauioribus in cruribus additi radij, sed nulli vncos habentium vngues. Longipedes porrectis ad caudam cruribus volat. Consul Aristoteles lib. 2. Hist. animal. cap. 22. unde totum hoc bene est desumptum.

lant: quibus breues, contractis ad medium. Qui negant volucrum vllā sine pedibus esse, confirmant & apodas habere, & ocn, & drepanin, in eis quæ rarissimè apparent. Visæ iam etiam serpentes anserinis pedibus.

De pedibus insectorum.

CAP. XLVIII.

Insectorum pedes primi longiores, duros habentibus oculos, vt subinde pedibus eos tergeant, ceu notamus in Muscis. Quæ ex his nouissimos habent longos, saliant, vt locustæ. Omnibus autem his seni pedes. Araneis quibusdam prælongi accedunt bini. Internodia singulis terna. Octonos & marinis esse diximus, polypis, sepiis, loliginibus, cancris, qui brachia in contrarium mouent, pedes in orbem aut in obliquum. Iidem soli animalium rotundi. Cætera binos pedes duces habent, cancri tantum quaternos. Quæ huc
10 numerum pedum excessere terrestria, vt plerique vermes, non infra duodenos habent, aliqua verò & centenos. Numerus pedum impar nulli est. Solidipedum crura statim iusta nascuntur mensura: postea exporrigentia se veriùs, quàm crescentia. Itaque in infantia scabunt aures posterioribus: quod addita ætate non queunt: quia longitudo superficiem corporum solam ampliat. Hac de causa inter initia pasci, nisi submissis genibus non possunt, nec vsque dum ceruix ad iusta incrementa perueniat.

De pumilionibus & genitalibus.

CAP. XLIX.

Pumilionum genus in omnibus animalibus est, atque etiam inter volucres. Genitalia
20 maribus quibus essent retro, satis diximus. Cæsa sunt lupis, vulpibus, mustelis, viueris: vnde etiam calculo humano remedia præcipua. Vrso quoq; simul atque expirauerit, cornescere aiunt. Camelino arcus intendere, Orientis populis fidissimum. Nec non aliqua gentium quoque in hoc discrimina, & sacrorum etiam, citra perniciem amputantibus Matris Deum Gallis. Contra mulierum paucis prodigiosa assimulatio: sicut hermaphroditis vtriusque sexus: quod etiam quadrupedum generi accidisse Neronis principatu primum arbitror. Ostentabat certè hermaphroditas subiunctas carpento suo equas, in Treuerico Gallia agro repertas: ceu planè visenda res esset, principem terrarum insidere portentis. Testes pecori armentoque ad cura decidui, subus adnexi: delphino prælongi vltima conduntur aluo, & elephanto occulti. Oua parientium lumbis intus adhærent: qualia ocyssima in Venere. Piscibus serpentil: usque nulli, sed eorum vice binæ ad
30 genitalia à renibus venæ. Buteonibus terni. Homini tantum iniuria, aut sponte naturæ franguntur: idque tertiū ab hermaphroditis & spadonibus semiuiri genus habent. Mares in omni genere fortiores, præterquam in pantheris & vrhis.

De caudis.

CAP. L.

Caudæ, præter hominem ac simias, omnibus ferè animalibus, & oua gignentibus, pro desiderio corporum: nudæ hirtis, vt apris: parua villosis, vt vrhis: prælongis fetosæ, vt equis. Amputatæ lacertis & serpentibus renascuntur. Piscium meatus gubernaculi modo regunt: atque etiam in dextram atque læuam motæ, vt remigio quodam impellunt. Lacertis inueniuntur & geminæ. Boum caudis longissimus caulis, atque in ima parte hirtus. Idem asinis longior, quàm equis, sed fetosus veterinis. Leoni infima parte, vt
40 bubus & forici: pãtheris nõ item: vulpibus & lupis villosus, vt ouibus, quibus procerior. Sues retorquent: canum degeneres sub aluum reflectunt.

De vocibus.

CAP. LI.

Vocem non habere, nisi quæ pulmonem & arterias habent, hoc est, nisi quæ spirant, Aristoteles putat. Idcirco & insectis sonum esse, non vocem, intus meante spiritu, & incluso sonante. Alia murmur edere, vt apes. Alia cum tractu stridorem, vt cicadas. Recepto enim vt duobus sub pectore cauis spiritu, mobili occurfante membrana intus, attritu eius sonare viscera, sat notum est. Cætera simul cum volatu & incipere audiri & desinere, vt muscas, apes. Sonum enim attritu & interiore aura, non anima, reddi. Locustas
50 pennarum & feminum attritu sonare, creditur sanè. Item aquatilium pectines stridere, cum volant. Mollia & crusta intacta, nec vocem nec sonum vllam habere. Sed &

ceteri pisces, quamuis pulmone & arteria careant, non in totum sine vilo sono sunt. Stridorem cum dentibus fieri cauillantur. Et is qui caper vocatur, in Acheloo amne, grunitum habet, & alij de quibus diximus. Oua parientibus sibilus, serpētibus longus, testudini abruptus. Ranis sonus sui generis, vt dictum est, nisi si & in his ferenda dubitatio est, qui mox in ore concipitur, non in pectore. Multum tamen in iis refert & locorum natura. Mutæ in Macedonia traduntur, muti & apri. Auium loquaciores, quæ minores, & circa coitus maximè. Aliis in pugna vox, vt coturnicibus: aliis ante pugnam, vt perdicibus: aliis cum vicere, vt gallinaceis. Iisdem sua maribus: aliis eadem, vt fœminis, vt luscinarum generi. Quædam toto anno canunt, quædam certis temporibus, vt in singulis dictum est. Elephas citra nares ore ipso, sternutamēto similem elidit sonum, per nares autem tubarum raucitati. Bubus tantum fœminis vox grauior: in omni alio genere exilior, quam maribus, in homine etiam castratis. Infantis in nascendo nulla auditur, antequam totus emergat vtero. Primus sermo anniculo est. Semeltris locutus est Cræsi filius in crepundiis: quo prodigio totum id concidit regnum. Qui celerius fari cœpere, tardiùs ingredi incipiunt. Vox roboratur x i i j. anno. Eadem in senecta exilior: neque in alio animalium sæpius mutatur. Mira præterea sunt de voce digna dictu. In theatrorum orchestris scobe aut harena superiecta deuoratur, & in rudi parietum circumiectu, doliis etiam inanibus: currit eadem concauo vel recto parietum spatio, quamuis leui sono dicta verba ad alterum caput perferens, si nulla inæqualitas impediatur. Vox in homine magnam vultus habet partem. Agnoscimus eam prius, quam cernamus, non aliter quam oculis, totidemque sunt eæ, quot in rerum natura mortales, & sua cuique, sicut facies. Hinc illa gentium totque linguarum toto orbe diuersitas: hinc tot cantus & moduli flexionesq; Sed ante omnia explanatio animi, quæ nos distinxit a feris, inter ipsos quoq; homines discrimen alterum æquè grande, quam à belluis, fecit.

a hinc tot
câribus mo-
duli flexio-
nēsq; Ex
reus. cod.

De agnascētib; membris, & dicta Aristotelis de vita hominis.

CAP. LII.

Membra animalibus agnata inutilia sunt, sicut sextus homini semper digitus. Placuit in Ægypto nutrire portentum, binis & in auersa capitis parte oculis hominem, sed iis non cernentem. Miror quidem Aristotelem non modò credidisse præscita vitæ esse aliqua in corporibus ipsis, verum etiam prodidisse. Quæ quanquam vana exilimo, nec sine cunctatione proferenda, ne in se quisque & auguria anxie quærat: attingam tamen, quæ tantus vir in doctrinis non spreuit. Igitur vitæ breuis signa ponit raros dentes, prælongos digitos, plumbeum colorem, pluresque in manu incisuras, nec perpetuas. Contra longæ esse vitæ incuruos humeris, & in manu vna duas incisuras longas habentes, & plures quam xxx i j. dentes, auribus amplis. Nec vniuersa hæc (vt arbitror) sed singula obseruat, friuola (vt reor) & vulgò tamen narrata. Addidit morum quoque aspectus simili modo apud nos Trogus, & ipse autor seuerissimus: quos verbis eius subiiciam: Frons vbi est magna, segnem animum subesse significat: quibus parua, mobilem: quibus rotunda, iracundum, velut hoc vestigio tumoris apparente. Supercilia quibus porriguntur in rectum, molles significant: quibus iuxta nasum flexa sunt, austeros: quibus iuxta tempora inflexa, derisores: quibus in totum demissa, maleuolos & inuidos. Oculi quibuscunque sunt longi, maleficos esse indicant. Qui carnosos à naribus angulos habent, malitiæ notam præbent. Candida pars extenta, notam impudentiæ habet: qui identidem operire solent, inconstantia. Oricularum magnitudo, loquacitatis & stultitiæ nota est. Hactenus Trogus.

De anima & de halitu animalium, & quæ gustata interimant, & de victu hominis, & quibus de causis non coquatur.

CAP. LIII.

ANimæ leonis virus graue, vrsi pestilens. Contacta halitu eius nulla fera attingit: citiusque putrescunt afflata reliquis. Hominis tantum natura infici voluit pluribus modis, & ciborum ac dentium vitiis, sed maximè senio. Dolorem sentire non poterat: tactu sensuque omni carebat, sine qua nihil sentitur. Eadem commeabat recēs assidue, exitura supremo

supremo, & sola ex omnibus superfutura. Denique hæc trahebatur è cælo. Huius quoque; tamen reperta pœna est, vt neque id ipsum, quo viuitur, in vita iuuaret. Parthorum populis hoc præcipuè, & à iuuenta, propter indiscretos cibos: nanque & vino fœtent ora nimio. Sed sibi proceres medentur grano Assyrij mali, cuius est suauitas præcipua, in esculenta addito. Elephatorum anima serpentes extrahit, ceruorum item vrit. Diximus hominum genera, qui venena serpentium suctu corporibus eximerent. Quin & subus serpentes in pabulo sunt, & aliis venenum est. Quæ insecta appellauimus, omnia olei aspersu necantur. ^a Vultures vnguento qui fugantur, alios appetunt odores, scarabæi rosam. Quasdam serpentes scorpio occidit. Scythæ sagittas tingunt viperina sanie, & humano sanguine: irremediabile id scelus, mortem illico adfert leui tactu. Quæ animalium pascerentur veneno, diximus. Quædam innocua alioquin, venenatis pasta noxia fiunt & ipsa. Apros in Pamphylia & Ciliciæ montosis, salamandra ab his deuorata, qui edere, moriuntur. Nec est intellectus vllus in odore, vel sapore. Et aqua vinumque interimit, salamandra ibi immortua, vel si omnino biberit, vnde potetur: item rana, quam rubetam vocat. Tatum insidiarum est vitæ. Vespæ serpente auidè vescuntur, quo alimèto mortiferos ictus faciunt. Ideoque magna differentia est victus: vt in tractu pisce viuentium Theophrastus prodidit, boues quoque pisce vesci, sed non nisi viuentem. Homini cibus vtilissimus simplex. Aceruatio saporum pestifera, & condimenta perniciosiora. Difficulus autem perficiuntur omnia in cibus acria, nimia, & auidè hausta, & æstate, quàm hyeme, difficilius, & in senecta, quàm in iuuenta. Vomitiones homini ad hæc in remedium excogitatæ, frigidiora corpora faciunt, inimicæ oculis maximè ac dentibus. Somno concoquere corpulentiam, quàm firmitati, vtilius. Ideo athletas malunt cibos ambulatione perficere. Peruigilio quidem præcipuè vincuntur cibi.

De corpulentia augenda vel minuenda, & quæ gustu famem ac sitim sedent.

C A P. L I I I I.

A Vgescunt corpora dulcibus, atque pinguibus & potu, minuuntur siccis & aridis, frigidisque, ac siti. Quædam animalia & pecudes quoque in Africa, quarto die bibunt. Homini ^b non vtique septimo letalis inedia: durasse & vltra vndecimum plerosque, certum est. Mori esuriendi semper inexplebili auiditate, animalium vni homini. Quædam rursus exiguo gustu famem ac sitim sedant, conseruantque vires, vt butyrum, hippace, glycyrrhizon. Perniciosissimum autem in omni quidem vita, quod nimium, præcipuè tamen corpori: minuique, quod grauat, quolibet modo vtilius. Verùm ad reliqua naturæ transeamus.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIÆ

L I B E R X I I.

P R O O E M I V M.



A N I M A L I V M omnium, quæ nosci potuerè, naturæ generatim membratimque ita se habent. Restant neque ipsa anima carentia (quandoquidem nihil sine ea viuit) terra edita, vt inde eruta dicantur, ac nullum fileatur rerum naturæ opus. Diu fuere occulta eius beneficia, summumque munus homini datum, arbores syluæque intelligebantur. Hinc primum alimentum, harum fronde mollior specus, libro vestis. Etiamnum gentes sic degunt. Quo magis ac magis admirari subit, ab iis principiis cædi montes in marmora, vestes ad Seras peti: vnionem in Rubri maris

^a Theophrastus lib. 6. de causis plant. 4. scribit vultures vnguento, scarabæos rosam necari. Quod videri sic legendum existimo: vultures vnguento quidè fugantur, alios appetunt odores, scarabæi rosam.

^b non ante septimum

profundo, smaragdum in ima tellure quæri. Ad hoc excogitata sunt aurium vulnera: nimirum quoniam parum erat collo crinibusque gestari, nisi infoderentur etiam corpori. Quamobrem sequi par est ordinem vitæ, & arbores ante alia dicere, ac moribus primordia ingerere.

De arborum honore, & quando platanus primum in Italia, & de natura earum.

CAPVT I.

HÆc fuere numinum templa, priscoque ritu simplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant. Nec magis auro fulgentia atque ebore simulacra, quam lucos, & in iis silentia ipsa adoramus. Arborum genera numinibus suis dicata perpetuo seruantur, vt Ioui esculus, Apollini laurus, Mineræ olea, Veneri myrtus, Herculi populus. Quin & Syluanos Faunosque, & dearum genera syluis, ac sua numina, tãquam & celo, attributa credimus. Arbores postea blandioribus fruge succis hominem mitigauere. Ex iis recreans membra olei liquor, virésque potus vini: tot deniq; sapores annui sponte venientes: & mensæ, depugnetur licet earum causa cum feris, & palti naufragorum corporibus pisces expetantur, etiamnum tamen secundæ. Mille præterea sunt vsus earũ, sine quibus vita degi non possit. Arbore fulcamus maria, terrasque admouemus, arbore edificamus tecta. Ex arbore & simulacra numinum fuere, nondum pretio excogitato belluarum cadaueri, antè, quàm, vt à Diis nato iure luxuriæ, eodem ebore numinũ ora spectarentur & mensarum pedes. Produunt Alpibus coërcitas, & tum inexuperabili munimento Gallias, hanc primum habuisse causam superfundèdi se Italiæ, quod Elico ex Heluetiis ciuis earum, fabrilè ob artem Romæ commoratus, ficum siccam & vuam, oleique ac vini præmissa remeans secum tulisset. Quapropter hæc vel bello quesisse venia sit. Sed quis non iure miretur, arborem vmbra gratia tantum ex alieno petitam orbe? Platanus hæc est, per mare Ionium in Diomedis insulam eiusdem tumuli gratia primum inuenta, inde in Siciliam transgressa, atque inter primas donata Italiæ: & iam ad Morinos vsq; peruecta, ad tributarium etiã pertinens solum, vt gentes vectigal & pro vmbra pendat. Dionysius prior, Siciliæ tyrannus, Rhegyum in urbem transtulit eas, domus suæ miraculum, vbi postea factum gymnasium: nec potuisse in amplitudinem adolescere, & alias fuisse in Italia, ac nominatim Hispania, apud autores inuenitur. Hoc actum circa captæ urbis ætatem: tantumque postea honoris increuit, vt mero infuso enutriantur: compertũ id maxime prodesse radicibus: docuimusque etiam arbores vina potare. Celebratę sunt primum in ambulatione Academiæ Athenis cubitorum xxxvj. vnus radice ramos antecedente. Nunc est clara in Lycia gelidi fontis socia amœnitate, itineri apposita, domicilij modo caual xxx. atque vnus pedum specu, nemoroso vertice, & se vastis protegens ramis, arborum instar, agros longis obtinens vmbri: ac ne quid desit speluncæ imagini, faxea intus crepidinis corona muscosos complexa pumices: tam digna miraculo, vt Licinius Mutianus tercos. & nuper prouinciæ eius Legatus, prodendum etiam posteris putarit, epulatum intra eam se cum duodeuicesimo comite, largè ipsa toros præbente fronde, ab omni afflatu securum, optantem imbrium per folia crepitus, lætiorem, quàm marmorũ nitore, picturæ varietate, laquearium auro, cubuisse in eadem. Aliud exemplũ Caij principis, in Veliterno rure mirati vnus tabulata, laxisque ramorum trabibus scamna patula, & in ea epulati, cum ipse pars esset vmbra, xv. conuiuiarum ac ministerij capace triclinio, quam cœnam appellauit ille nidum. Est Gortynæ in insula Creta iuxta fontem platanus vna, in signis vtriusque linguæ monumentis, nunquam folia dimittens: Statimque ei Græciæ fabulositas superfuit, Iouem sub ea cum Europa concubuisse: ceu verò nõ alia eius generis esset in Cypro: sed ex ea primum in ipsa Creta (vt est natura hominum nouitatis auida) platini satę regenerauere vitium: quandoquidem commendatio arboris eius non alia maior est, quàm Solem æstate arcere, hyememittere. Inde in Italiam quoque ac suburbana sua Claudio principe Marcelli Efernini libertus, sed qui se potentia causa Cæsaris libertis adoptasset, spado Thessalicus prædiues, vt merito dici possit is quoque Dionysius, transtulit id genus. Durantque etiam in Italia portenta terrarum,

terrarum, præter illa scilicet, quæ ipsa excogitauit Italia.

De chamæplatano, & quis primus totonderit viridaria.

C A P. I I.

NAnque & chamæplatani vocantur coactæ breuitatis: quoniam arborum etiam abortus inuenimus. Hoc quoque ergo in genere pumilionum infelicitas dicta erit. Fit autem & ferendi genere, & recidendi. Primus Cn. Matius ex equestri ordine, Diui Augusti amicus, inuenit nemora tonsilia intra hos lxx. annos.

De peregrinis arboribus, & malo Assyria.

C A P. I I I.

Peregrinæ & cerasi, Persicæque, & omnes quarum Græca nomina aut aliena: sed quæ ex his incolarum numero esse cœpere, dicentur inter frugiferas. In præsentia externas persequemur, à salutaris maximè orsi. Malus Assyria, quam alij vocant Medicam, venenis medetur. Foliū eius est vnedonis, intercurrentibus spinis. Pomum ipsum alias nō manditur: odore præcellit foliorum quoque, qui transit in vestes vnà cōditus, arcetque animalium noxia. Arbor ipsa omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturiscentibus, aliis verò subnascentibus. Tentauere gentes trāsferre ad sese propter remedij præstantiam fictilibus in vasis, dato per cauernas radicibus spiramento: qualiter omnia transitura longius, feri arctissimè transferriq; meminisse cōueniet, vt semel quæq; dicantur. Sed nisi apud Medos, & in Perside, nasci noluit. Hæc est autem, cuius grana Parthorum proceres incoquere diximus esculentis, commendandi halitus gratia. Nec alia arbor laudatur in Medis. Lanigeras Serum in mentione gentis eius narrauimus.

De India arboribus, & quando Romæ primum ebenus.

C A P. I I I I.

Item India arborum magnitudinem. Vnā è peculiaribus India Virgilius celebrauit ebenum, nusquam alibi nasci professus. Herodotus eam Æthiopiæ intelligi maluit, in tributi vicem regibus Persidis è materie eius centenas phalangas tertio quoque anno pensitasse Æthiopas cum auro & ebore, prodendo. Non omittendum id quoque, videnos dentes elephantorum grandes, quoniam ita significauit, Æthiopas eadem causa pendere solitos. Tanta eborei autoritas erat vrbs nostræ trecentesimo decimo anno: tunc enim autor ille historiam eam condidit Thurius in Italia. Quò magis mirum est, quod eidem credimus, qui Padum amnem vidisset, neminem ad id tempus Asiæ Græciæque, aut sibi cognitum. Æthiopiæ forma, vt diximus, nuper allata Neroni principi, raram arborem ebenum Meroën vsque à Syene sine imperij, per nongenta xcvi. M. passuū, nullamque aliam nisi palmarum generis esse docuit. Ideo fortassis in tributorum autoritate tertia res fuerit ebenus. Romæ eam Magnus Pompeius in triumpho Mithridatico ostendit. Accendi eam Fabianus negat: vritur tamen odore iucundo. Duo genera eius: raram id, quod melius, arboreum, trunco enodi, materie nigri splendoris, ac vel sine arte protinus iucundi: alterum fruticosum cytisi modo, & tota India dispersum.

De spina & ficu Indicis.

C A P. V.

Ibi & spina similis, sed deprehensa vel lucernis, igni protinus transiliente. Nunc eas exponam, quas mirata est Alexandri Magni victoria, orbe eo patefacto. Ficus ibi exilia poma habet. Ipsa se semper ferens, vastis diffunditur ramis: quorum imi adeò in terram curuantur, vt annuo spatio infigantur, nouamque sibi propaginem faciant circa parentem in orbem, quodam opere topiario. Intra sepem eam æstiuant pastores, opacam pariter & munitam vallo arboris, decora specie subter intuenti, proculve fornicato ambitu. Superiores eius rami in excelsum emicant, syluosa multitudine, vasto matris corpore, vt lx. p. pleræque orbe colligant, vmbra verò bina stadia operiant. Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet: ea causa fructum integens, crescere prohibet. Rarusq; est, nec fabæ magnitudinem excedens: sed per folia solibus coctus prædulci sapore, dignus miraculo arboris: gignitur circa Acesinem maximè amnem.

De arbore pala, & arboribus Indicis sine nominibus, & laniferis.

CAP. VI.

MAior alia, pomo & suauitate præcellentior, quo sapientes Indorum viuunt. Folium alas auium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine duum. Fructum cortice emittit, admirabilem succi dulcedine, vt vno quaternos satiet. Arbori nomen palæ, pomo arienæ. Plurima est in Sydracis, expeditionum Alexandri termino. Est & alia simili huic, dulcior pomo, sed interaneorum valetudini infesta. Edixerat Alexander, ne quis agminis sui id pomum attingeret. Genera arborum Macedones narrauerunt, maiore ex parte sine nominibus. Est & terebintho similis cætera, pomo amygdalis, minore tatum magnitudine, præcipuæ suauitatis. In Baëtris vtique hanc aliqui terebinthum esse proprii generis potiùs, quàm similem ei, putauerunt. Sed vnde vestes lineas faciunt, foliis, moro similis, calyce pomi cynorrhodo. Serunt eam in campis: nec est gratior vllarum prospectus. Oliua Indiæ sterilis, præterquàm oleastri fructu.

De piperis arboribus, de garyophyllo, & aliis pluribus.

CAP. VII.

PAssim verò quæ piper gignunt, iuniperis nostris similes: quanquam in fronte Caucasii solibus opposita gigni tantum eas aliqui tradidere. Semina à iunipero distant paruulis siliquis, quales in faseolis videmus. Hæ priusquàm dehiscant decerptæ, tostæque sole, faciunt quod vocatur piper longum: paulatim verò dehiscentes maturitate, ostendunt candidum piper: quod deinde tostum solibus, colore rugisque mutatur. Verùm & iis sua iniuria est, atque cæli intemperie carbunculantur, fiuntque femina cassa & inania, quod vocant brechmasin, sic Indorum lingua significante abortum. Hoc ex omni genere asperrimum est, leuissimùmque & pallidum. Gratius nigrum, leniùsque vtroque candidum. Non est huius arboris radix, vt aliqui existimauerunt, quod vocant zimpiberi, alij verò zingiberi, quanquam sapore simile. Id enim in Arabia atque Troglodytica in villis nascitur, paruæ herbæ radice candida. Celeriter ea cariem sentit, quamuis in tanta amaritudine. Pretium eius in libras vj. Piper longum facillimè adulteratur Alexandrinò sinapi. Emitur in libras x. xv. Album x. vj. nigrum x. iij. Vsum eius adeò placuisse mirum est. In aliis quippe suauitas cepit, in aliis species inuitauit: huic nec pomi nec baccæ commendatio est aliqua: sola placere amaritudine, & hanc in Indos peti. Quis illa prius experiri cibus voluit? aut cui in appetenda auiditate esurire non fuit satis? Vtrunque syluestre gentibus suis est, & tamen pondere emitur, vt aurum vel argentum. Piperis arborem iam & Italia habet, maiorem myrto, nec absimilem. Amaritudo grano eadem quæ piperi musteo creditur esse. Deest tosta illa maturitas, ideoque & rugarum colorisque similitudo. Adulteratur iuniperi baccis mirè vim trahentibus. In pondere quidem multis modis. Est etiamnum in India piperis grani simile, quod vocatur garyophyllon, grandius fragiliusque. Tradunt in Indico luco id gigni. Aduerhitur odoris gratia. Fert & spina piperis similitudinem, præcipua amaritudine, foliis paruis densisque cypri modo, ramis trium cubitorum, cortice pallido, radice lata, lignosaque, buxæ coloris. Hæc in aqua cum femine excepta in æreo vase medicamentum fit, quod vocatur Lycion. Ea spina & in Pelio monte nascitur, adulteratque medicamentum. Item asphodeli radix aut fel bubulum, aut absinthium, vel thus, vel amurca. Lycion aptissimùm medicinæ, quod est spumofum. Indi in vtribus camelorum aut rhinocerotum id mittunt. Spinam ipsam in Græcia quidam pyxacanthum Chironium vocant.

De macir, & saccharo, & arboribus Arianae gentis.

CAP. VIII.

ET macir ex India aduerhitur, cortex rubes radice magnæ, nomine arboris suæ. Qualis sit ea, incompertum habeo. Corticis melle decocti vsus in medicina ad dysentericos præcipuus habetur. Saccaron & Arabia fert, sed laudatius India. Est autem mel in harundinibus collectum, gummi modo candidum, dentibus fragile, amplissimum, nouis auellanæ magnitudine, ad medicinæ tantum vsus. Contermina Indis gens Ariana appellatur,

appellatur, cuius spina lacrymarum pretiosa, myrrhae similis, accessu propter aculeos anxio. Ibi & frutex pestilens raphani, folio lauri, odore equos inuitante, qui penè equitatu orbavit. Alexandrum primo introitu: quod & in Gedrosis accidit. Item laurino folio & ibi spina tradita est, cuius liquor aspersus oculis, cæcitatem infert omnibus animalibus. Necnon & herba præcipui odoris, referta minutis serpentibus, quarum ictu protinus moriendum esset. Onesicritus tradit in Hircaniæ conuallibus ficis similes esse arbores, quæ vocantur occhi, ex quibus defluat mel horis matutinis duabus.

De bdellio, & arboribus Persici maris.

C A P. I X.

Vicina est Bactriana, in qua bdellium nominatissimum. Arbor nigra est, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici naturæque. Gummi alij brochon appellant, alij malachram, alij maldacon. Nigrum verò & in offas conuolutum, hadrobolon. Esse autem debet translucidum simile ceræ, odoratum, & cum fricatur, pingue, gustu amarum citrà acorem. In sacris vino perfusum, odoratius. Nascitur & in Arabia, Indiæque, & Media, ac Babylone. Aliqui peraticum vocant ex Media aduectum. Facilius hoc & crustosius, amariusque: at Indicum humidius & gummosum. Adulteratur amygdala nuce. Cætera eius genera cortice scordasti. Ita vocatur arbor æmulo gummi. Sed deprehenduntur (quod semel dixisse & in cæteros odores satis sit) odore, colore, pondere, gustu, igne. Bactriano nidor siccus, multique candidi vngues. Præterea suum pondus, quod grauius esse aut leuius non debeat. Pretium syncero in libras x. terni. Gentes supra dictas Persis attingit, Rubro mari (quod ibi Persicum vocauimus) longè in terra æstus agente, mira arborum natura. Nanque erosæ sale, inuectis derelictisque similes, sicco litore radicibus nudis polyporum modo amplexæ steriles harenas spectantur. Eadem mari adueniente fluctibus pulsata, resistunt immobiles. Quin & pleno æstu operiuntur totæ: apparétque rerum argumentis asperitate aquarum illas ali. Magnitudo miranda est, species similis vnedonis, pomum amygdalis extra, intus contortis nucleis.

De arboribus Persicæ insulæ, & lanigeris arboribus.

C A P. X.

TYlos insula in eodem sinu est, repleta syluis, quæ spectat Orientem, quæque & ipsa æstu maris perfunditur. Magnitudo singulis arboribus fici, flos suauitate inenarrabili, pomum lupino simile, propter asperitatem intactum omnibus animalibus. Eiusdem insulæ excelso suggestu lanigeræ arbores alio modo, quàm Serum. His folia infœcunda: quæ, ni minora essent, vitium poterant videri. Ferunt cotonei mali amplitudine cucurbitas, quæ maturitate ruptæ ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo faciunt.

De gossampinis, & arboribus ex quibus vestes fiunt, & quibus modis constant arborum fructus.

C A P. X I.

Arbores vocant gossampinos, fertiliore etiam Tylo minore, quæ distat x. M. pas. Iuba circa fruticem lanugines esse tradit, linteaque ea Indicis præstantiora. Arabiæ autem arbores, ex quibus vestes faciant, cynas vocari, folio palmæ simili. Sic Indos suæ arbores vestiunt. In Tylis autem & alia arbor floret albæ violæ specie, sed magnitudine quadruplici, sine odore, quod miremur in eo tractu. Est & alia similis, folio fior tamè roseique floris: quem noctu comprimens, aperire incipit Solis exortu, meridie expandit. Incolæ dormire eum dicunt. Fert eadem insula & palmas, oleasque ac vites, & cum reliquo pomorum genere ficos. Nulli arborum folia ibi decidunt. Rigaturque gelidis fontibus, & imbres accipit. Vicina his Arabia flagitat quandam generum distinctionem, quoniam fructus is constat radice, frutice, cortice, succo, lacryma, ligno, furculo, flore, folio, pomo.

De costo, & nardo, & differentiis nardi.

C A P. X I I.

Radix & folium Indis est maximo pretio. Radix costi gustu feruens, odore eximio, frutice aliàs inutili. Primo statim introitu amnis Indi in Patale insula, duo sunt eius genera, nigrum, & quod melius, candidas. Pretium in libras xvj. De folio nardi plura dicipar est, vt principali in vnguentis. Frutex est graui & crassa radice, sed breui ac nigra,

fragilique, quamuis pingui, situm redolente, vt cyperi, aspero sapore, folio paruo den-
 fóque. Cacumina in aristas se spargunt: ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrant.
 Alterum eius genus apud Gangem nascens, damnatur in totum, ozænitidis nomine, vi-
 rus redolens. Adulteratur & pseudonardo herba, quæ vbique nascitur crassiore atque la-
 tiore folio, & colore languido in candidum vergente. Item sua radice permitta ponderis
 causa, & gummi, spumaque argenti, aut stibio, cyperive cortice. Syncerum quidem leui-
 tate deprehenditur, & colore ruffo, odorisque suauitate, & gustu maximè siccante os, sa-
 pore iucundo. Pretium spicæ in libras x. c. Folia diuisere annonam: ab amplitudine ha-
 drosphærum vocatur maioribus foliis x. x x x. Quod minore folio est mesosphærum ap-
 pellatur: emitur x. l x. Laudatissimum microsphærum è minimis folium: pretium eius x.
 l x v. Odoris gratia omnibus maior recentibus. Nardo color qui inueterauerit, nigri-
 ori melior. In nostro orbe proximè laudatur Syriacum, mox Gallicum, tertio loco Cre-
 ticum, quod aliqui agrium vocant, alij phu, folio olufatri, caule cubitali, geniculato, in
 pupura albicante, radice obliqua villosaque, & imitante auium pedes. Baccharis voca-
 tur nardum rusticum, de quo dicemus inter flores. Sunt autem ea omnia herbæ, præter
 Indicum. Ex iis Gallicum & cum radice vellitur, abluiturque vino. Siccatur in umbra,
 alligatur fasciculis in charta, non multùm ab Indico differens, Syriaco tamè leuius. Pre-
 tium x i i j. In his probatio vna, ne sint fragilia, & arida potiùs, quàm sicca, folia. Cum
 Gallico nardo semper nascitur herba, quæ hirculus vocatur, à grauitate odoris & simili-
 tudine, qua maximè adulteratur. Distat, quòd sine cauliculo est, & quòd minoribus fo-
 liis, quòdque radice neque amare, neque odoratæ.

De asaro, amomo, amomide & cardamomo.

C A P. X I I I.

Nardi vim habet & asarum: quod & ipsum aliqui syluestre nardum appellant. Est
 autem ederæ foliis rotundioribus tantùm mollioribusque, flore purpureo, radice
 Gallici nardi: Semen acinosum, saporis calidi ac vinosi. Montibus in umbrosis bis anno
 floret. Optimum in Ponto, proximum in Phrygia, tertium in Illyrico. Foditur cum folia
 mittere incipit, & in sole siccatur, celeriter situm trahens ac fenescens. Inuenta nuper &
 in Thracia herba est, cuius folia nihil ab Indico nardo distant. Amomi vna in vsu est, In-
 dica vite labrusca: vt alij existimauere, frutice^a myrtooso, palmi altitudine: carpiturque³⁰
 cū radice, manipulatim leniter cōponitur, protinus fragile. Laudatur quàm maximè Pu-
 nici mali foliis simile, nec rugosis, colore ruffo. Secunda bonitas pallido. Herbaceum
 peius, pessimumque candidum, quod & vetustate euenit. Pretium vna in libras x. lx. fria-
 to verò amomo x l v i i j. Nascitur & in Armeniæ parte, quæ vocatur Otene, & in Me-
 dia, & in Ponto. Adulteratur foliis Punicis, & gummi liquido, vt cohæreat, cōuoluatque
 se in vna modū. Est & quæ vocatur amomis, minùs venosa atque durior, ac minùs odo-
 rata: quo apparet, aut aliud esse, aut colligi immaturum. Simile his & nomine & frutice
 cardamomum, femine oblongo. Metitur eodem modo & in Arabia. Quatuor eius gene-
 ra: viridissimum ac pingue acutis angulis contumax fricanti, quod maximè laudatur:
 proximum è ruffo candicans: tertium breuius atque nigrius. Peius tamen varium & faci-
 le tritu, odorisque parui: qui verus, costo vicinus esse debet. Hoc & apud Medos nasci-
 tur. Pretium optimi in libras duodecim. Cinnamomo proxima gētilitas erat, ni prius A-
 rabiæ diuitias indicari conueniret, causasque, quæ cognomen illi felicitis ac beatæ dede-
 re. Principalia ergo in illa thus, & myrrha: hæc & cum Troglodytis communis.

De thurifera regione.

C A P. X I I I I.

THura, præter Arabiam, nullis, ac ne Arabiæ quidem vniuersæ. In medio eius ferè
 sunt Atramitæ pagus Sabæorum, capite regni Sabota, in monte excelso, à quo octo
 mansionibus distat regio eorum thurifera, Saba appellata, quod significare Græci my-
 sterium dicunt: Spectat ortus Solis æstiu, vndique rupibus inuia, & à dextera maris sco-
 pulis inaccessa. Id solum è rubro lacteum traditur. Sylvarum lōgitudō est schœnorum³⁰
 x x. latitudo dimidium eius. Schœnus patet Eratoſthenis ratione, stadia xl. hoc est, pass.
 quinque

^a Ios. Scal.
myrtilo,

quinque M. aliqui x x i j. stadia singulis schœnis dedere. Attoluntur colles alti, decurruntque & in plana arbores sponte natæ. Terram argillosam esse conuenit, raris fontibus ac nitrosis. Attingunt & Minæi pagus alius, per quos euehitur vno tramite angusto. Hi primi commercium thuris fecere, maximèque exercēt: a quibus & Minæum dictum est. Nec præterea Arabum alij thuris arborem vidēt, ac ne horum quidem omnes. Feruntque MMM. non ampliùs esse familiarum, quæ ius per successiones id sibi vendicēt. Sacros vocari ob id, nec vllò congressu fœminarum funerumque, cum incidāt eas arbores aut metant, pollui: atque ita religione merces augeri. Quidam promiscuum ius iis populis esse tradunt in syluis: alij per vices annorum diuidi. Nec arboris ipsius quæ sit facies, constat.

10 Res in Arabia gessimus, & Romana arma in magnam partem eius penetrauerunt: C. etiam Cæsar Augusti filius inde gloriam petiit, nec tamen ab vllò (quod equidem sciã) Latino arborum² etiam tradita est facies. Græcorum exempla variant. Alij folio pyri, minore² carum duntaxat, & herbidi coloris, prodidere. Alij lentisco similem subrutilo folio. Quidam te-rebinthum esse, & hoc visum Antigono regi allato frutice. Iuba rex iis voluminibus, quæ scripsit ad C. Cæsarem Augusti filium ardentem fama Arabiæ, tradit contorti esse caudicis, ramis aceris maximè Pontici. Succum amygdalæ modo emitte, talesque in Carmania apparere, & in Ægypto fatis studio Ptolemæorum regnãtium. Cortice lauri esse constat: quidam & folium simile dixere. Talis certè fuit arbor Sardibus. Nã & Asia reges ferendi curam habuerunt. Qui mea ætate legati ex Arabia venerunt, omnia incertiora fecerunt, quod iurè miremur, virgis etiam thuris ad nos commeātibus: quibus credi potest, matrem quoque teretem enodi fruticare trunco. Meti semel anno solebat, minore occasione vendendi iam questus alteram vindemiam affert. Prior atque naturalis vindemia circa Canis ortum flagrantissimo æstu, incidentibus quæ maximè videatur esse prægnans, tenuissimûsque tendi cortex. Laxatur hîc plaga, non adimitur. Inde profilit spuma pinguis. Hęc concreta densatur, vbi loci natura poscat tegere palmea excipiente, aliubi area circumpauita. Purius illo modo, sed hoc ponderosius. Quod in arbore hæsit, ferro depeçitur, ideo corticosum. Sylua diuisa certis portionibus, mutua innocentia tuta est. Neque vllus faucias arbores cûstodit. Nemo furatur alteri. At hercule Alexandria vbi thura interpolantur, nulla satis cûstodit diligentia officinas. Subligaria signatur opifici. Persona adicitur capiti, densûsve reticulus. Nudi emittuntur. Tanto minus fidei apud nos pœna, quàm apud illos syluæ habent. Autumno legitur ex æstiuo partu. Hoc purissimum, candidum. Secunda vindemia est vere, ad eam hyeme corticibus incisis. Rufum hoc exit, nec comparandum priori. Illud carpheotum, hoc dathiathum vocant. Creditur & nouellæ arboris candidius, sed veteris odoratius. Quidam & in insulis melius putant gigni. Iuba in insulis negat nasci. Quod ex eo rotunditate guttæ pependit, masculum vocamus, cum aliàs non ferè mas vocetur, vbi non fit fœmina. Religioni tributum, ne sexus alter vsurparetur. Masculum aliqui putant à specie testium dictum. Præcipua autem gratia est mammoso, cum hærente lacryma priore consecuta alia miscuit se. Singula hæc manum implere solita inuenio, cum minore diripiendi auiditate lentius nasci liceret. Græci stagoniam & atomum tali modo appellant, minorem autem orobiam. Miccas concussu elisas mannam vocamus. Etiamnum tamen inueniuntur guttæ, quæ tertiam partem ming, hoc est^b x x i x. denariorum pondus æquent. Alexandro Magno in pueritia sine parsimonia thura ingerenti aris, pædagogus Leonides dixerat, vt illo modo cum deuicisset thuriferas gentes, supplicaret. At ille Arabia potius, thure onustam nauem misit ei, exhortatus, vt largè Deos adoraret. Thus collectum Sabotam camelis conuehitur, porta ad id vna patente. Digredi via capitale leges fecere. Ibi decimas Deo, quem vocant Sabin, mensura, non pondere, sacerdotes capiunt. Nec antè mercari licet: inde impensæ publicæ tolerantur. Nam & benignè certo itinerum numero Deus hospites pascit. Euehi non potest, nisi per Gebanitas: itaque & horum regi penditur vectigal. Caput eorum Thomna abest à Gaza nostri litoris in Iudæa oppido lxx x. xvij. mill. passuum, quod diuiditur in mansiones camelorum lxxij. Sunt & quæ sacerdo-

tibus dantur portiones, scribisque regum certæ. Sed præter hos & custodes, satellitesque, & hostiarum, & ministri populantur. Iam quacumque iter est, aliubi pro aqua, aliubi pro pabulo, aut pro mansionibus, variisque portoriis pendunt, ut sumptus in singulos camelos denarium dclxxxviij, ad nostrum litus colligat: iterumque imperij nostri publicanis penditur. Itaque optimi thuris libra xvj. pretium habet: secunda xv. tertia xiiij. Apud nos adulteratur resinæ candidæ gemma perquam simili: sed deprehenditur, quibus dictum est, modis. Probatum candore, amplitudine, fragilitate carbone, ut statim ardeat. Item ne dentem recipiat potius, quam in micis frietur.

De myrrha, & arboribus myrrha.

CAP. XV.

MYRRHAM in iisdem syluis permixta arbore nasci tradidere aliqui, plures separatim. ¹⁰ Quippe multis in locis Arabiæ gignitur, ut apparebit in generibus. Conuehitur & ex ^a insulis laudata, petuntque eam etiam ad Troglodytas Sabæi transitu maris. Satiua quoque prouenit, multum syluestri prælata. Gaudet rastris atque ablaqueationibus, melior radice refrigerata. Arbori altitudo ad quinque cubita, nec sine spina, caudice duro & intorto, crassiore quam thuris, & ab radice etiam, quam reliqua sui parte. Corticem læuem similemque vnedoni: scabrum alij spinosumque dixerunt. Folium oliuæ, verum crispus, & aculeatum. Iuba olusatri. Aliqui similem iunipero, scabriorem tantum spinisque horridam, folio rotundiore, sed sapore iuniperi. Necnon fuere, qui è thuris arbore utrunque nasci mentirentur. Inciduntur bis & ipsæ, iisdemque temporibus, sed à radice usque ad ramos, qui valent. Sudant autem sponte prius, quam incidantur, ita ten dictam, cui ²⁰ nulla præfertur. Ab hac satiua, & in syluestri quoque melior æstiuæ. Non dant ex myrrha portiones Deo, quoniam & apud alios nascitur. Regi tamen Gebanitarum quartas partes eius pendunt. Cæterò passim à vulgo coemptam in folles cõfarciant, ipsique vnguentarij digerunt haud difficulter odoris atque pinguedinis argumentis.

De generibus myrrha, & natura, & pretio eius.

CAP. XVI.

GENERA complura: Troglodytica syluestrium prima. Sequens Minæa, in qua & Atramitica est, & Ausaritis Gebanitarum regno. Tertia Dianitis. Quarta collatitia. Quinta Sembracena, à ciuitate regni Sabæorum mari proxima. Sexta, quam Dufaritin vocant. Est & candida vno tantum loco, quæ in Messalum oppidum confertur. Probatum Troglodytica pinguitudine, & quò aspectu aridior est, sordidaque ac barbara, sed acrior cæteris. Sembracena prædictis caret vitis, ante alias hilaris, sed viribus tenuis. In plenum autem probatio est minutis glebis, nec rotundis, in concretu albicantis succi & tabescentis: utque fracta candidos vngues habeat, gustu leniter amara. Secunda bonitas intus variæ. Pessima intus nigra: peior si etiam foris. Pretia ex occasione eumentium varia. Stactæ verò à vj. ad l. Satiuæ summum ad xxxij. Erythrææ ad xvj. Hanc volunt Arabicam intelligi. Troglodyticæ nucleo ad xiiij. eius verò quam odorariam vocant, ad xiiij. Adulteratur lentisci glebis, & gummi. Item cucumeris succo amaritudinis causa, sicut ponderis spuma argenti. Reliqua vitia deprehenduntur sapore gummi dente lentescens. Falacissimè autem adulteratur Indica myrrha, quæ ibi de quadam spina colligitur. Hoc ³⁰ solùm peius India affert facili distinctione: tantò deterior est.

De mastiche, ladano, & bruta, enhamo, & strobo, & de styrace.

CAP. XVII.

ERGO transit in mastichen, quæ & ex alia spina fit in India, itemque in Arabia: lamam vocant. Sed mastiche quoque gemina est: quoniam & in Asia Græciæque reperitur herba radice folia emittens, & carduum similem malo, seminis plenum: lacrymaque erumpit incisa parte summa, vix ut dignosci possit à mastiche vera. Necnon & tertia in Ponto est, bituminis similior. Laudatissima autem Chia candida, cuius pretium in libras xx. nigra verò xij. Chia è lentisco traditur gigni gummi modo. Adulteratur, ut thura, resina. Arabia etiãnum & ladano gloriatur: fortè casuque hoc, & iniuria fieri odoris, plures ⁴⁰ tradidere. Capras maleficum aliàs frondibus animal, odoratorum verò fruticum appetentius, tanquam

tanquam intelligant pretia, carpere germinum caules prædulci liquore turgentes, distillantemque ab his casus mistura succum improbo barbarum villo abitergere. Hunc glomerari puluere, incoqui Sole. Et ideo in ladano caprarum pilos esse. Sed hoc non alibi fieri, quam in Nabataeis, qui sunt ex Arabia contermini Syriae. Recentiores ex autoribus strobos hoc vocant: traduntque sylvas Arabum pastu caprarum infringi, atque ita succum villis inhærescere: verum autem ladanum Cypri insule esse: ut obiter quæque genera odorum dicantur, quamuis non terrarum ordine. Similiter hoc & ibi fieri tradunt, & esse cæsyum hircorum barbibusque villosis inhærens, sed ederae flore deroso, partibus matutinis, cum est rorulenta Cypros. Deinde nebula sole discussa, puluerem mamentibus villis adhærescere, atque ita ladanum depecti. Sunt qui herbam in Cypro, ex qua id fiat, ledam appellant: etenim illi ledanum vocant. huius pingue insidere: itaque attractis funiculis herbam eam conuolui, atque ita offas fieri. Ergo in vtraque gente bina genera, terrenum & factitium. Id quod terrenum est, friabile: factitium, lentum. Nec non & fruticem esse dicunt in Carmania, & super Ægyptum per Ptolemæos trāsflatis plantis: aut (ut alij) generante & id thuris arbore: colligitque, ut gummi, inciso cortice, & caprinis pellibus excipi. Pretia sunt laudatissimo in libra asses x l. Adulteratur myrti baccis, & aliis animalium fordibus. Synceri odor debet esse ferus, & quodammodo solitudinem redolens: ipsum visu aridum, tactu statim mollescere, accensum fulgere, odore iucundo gratum. Myrtata deprehenduntur, crepitantque in igne. Præterea syncero calculi potius è rupibus inhærent, quam puluis. In Arabia & olea dotatur lacryma, qua medicamentum conficitur, Græcis enhæmon dictum, singulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus. In maritimis eam fluctibus æstuque operiuntur. Nec bacce nocetur, cum constet & in foliis saltem relinqui. Hæc sunt peculiaria Arabiae: & pauca præterea communia, alibi dicenda, quoniam in his vincitur. Peregrinos ipsa mirè odores & ad externos petit. Tanta mortalibus suarum rerum satietas est, & alienarum aueritas. Petunt igitur in Helimæos arborem brutam, cupresso fusæ similem, ex albidis ramis, iucundi odoris accensam, & cum miraculo historiis Claudij Cæsaris prædicatam. Folia eius inspergere portionibus Parthos tradit. Odorem esse proximum cedro, fumumque eius contra ligna alia remedio. Nascitur ultra Pasitigrin in finibus oppidi Sitace, monte Zagro. Petunt & in Carmanos arborem strobos ad suffitus, perfusam vino palmeo accedentes. Huius odor redit à cameris ad solum iucundus, sed aggrauans capita, citra dolorem tamen. Hoc somnum agris quærunt. His commerciis Carras oppidum aperuere, quod est illis nundinarium. Inde Gabbam omnes petere solebant, dierum x x. itinere, & Palæstinam Syriam. Postea Characem peti cœptum, ac regna Parthorum ex ea causa, autor est Iuba. Mihi ad Persas etiã prius ista portasse, quam in Syriam aut Ægyptum, videntur, Herodoto teste, qui tradit singula millia talentum thuris annua pensitasse Arabas regibus Persarum. Ex Syria reuehunt styracem, acri odore eius in focis abigentes suorum fastidium. Cæterò, non alia ligni genera sunt in usu, quam odorata: cibosque; Sabæi coquunt thuris ligno, alij myrrhæ, oppidorum vicorumque non alio, quam ex aris, fumo atque nidore. Ad hunc ergo sanandum vrunt styracem in pellibus hircinis, suffiuntque tecta. A deo nulla est voluptas, quæ non assiduitate sui fastidium pariat. Eundem ad serpentes fugandas vrunt, in odoriferis syluis frequentissimas.

De felicitate Arabiae.

C A P. X V I I I.

Non sunt eorum cinnamomum aut casia: & tamen Felix appellatur Arabia, falsa & ingrata cognominis, quæ hoc acceptum superis ferat, cum plus ex eo inferis debeat. Beatam illam fecit hominum etiam in morte luxuria, quæ Diis intellexerat genita, adhibens vrendis defunctis. Periti rerum asseuerant, non ferre tantum annuo fœtu, quantum Nero princeps nouissimo Poppææ suæ die concremauerit. Æstimantur postea toto orbe singulis annis tot funera, accruatimque congesta honori cadaverum, quæ Diis per singulas micæ dantur. Nec minus propitij erant mola falsa supplicantibus, imò verò (ut palam est) placatiores. Verum Arabiae etiamnum felicius mare est. Ex illo nanque margari-

tas mittit. Minimaque computatione millies centena millia festerium annis omnibus India & Seres, peninsulaque illa imperio nostro adimunt. Tanto nobis deliciae & foeminae constant. Quota enim portio ex illis ad Deos quaeso iam uti ad inferos pertinet?

De cinnamomo, & xylocinnamomo, & casia.

CAP. XIX.

Cinnamomum & casias fabulosa narravit antiquitas, princepsve Herodotus, auiū nidis, & priuatim phoenicis, in quo situ Liber pater educatus esset, ex inuis rupibus arboribusque decuti, carnis quam ipsae inferrent pondere, aut plumbatis sagittis. Idem casiam circa paludes propugnante vnguibus diro vespertilionum genere, aligerisque serpētibus: his cōmentis augentes rerum pretia. Cōmutata verò fabula est, ad meridiani solis repercussus inenarrabilem quendā vniuersitatis halitum è tota peninsula existere, tot generum auræ spirante concentu, Magniq; Alexandri classibus Arabiam odore primum nuntiatam in altum. Omnia falsa, siquidē cinnamomum, idēmq; cinnamum, nascitur in Æthiopia Troglodytis connubio permixta. Ii mercantes id à conterminis, vehunt per maria vasta ratibus, quas neque gubernacula regāt, neq; remi trahant vel impellant, non vela, non ratio vlla adiuuet, cū omnium instar ibi sint homo tantum & audacia. Præterea hybernum mare exigunt circa brumam, Euris tum maximè flantibus. Hi recto cursu per sinus impellunt, atque à promontorij ambitu Argeste deferunt in portum Gebanitarum, qui vocatur Ocila. Quamobrem illi maximè id petunt, produntque vix quinto anno reuerti negotiatores, & multos interire. Contra reuehunt vitrea, & athena, vestes, fibulasque cum armillis ac monilibus. Ergo negotiatio illa foeminarum maximè fide constat. Ipse frutex duum cubitorum altitudine amplissimus, palmique minimus, i i j. digitorum crassitudinis, statim à terra sex digitis furculosus, arido similis. Cū viret nō odoratus, folio origani, siccitate gaudens, sterilior imbre, cæduæ naturæ. Gignitur in planis quidem, sed densissimis in vepribus rubisque, difficilis collectu. Metitur non nisi permissit Deus. Iouem hunc intelligunt aliqui: Assabinum illi vocant. x l i i j. boum caprarumque & arietum extis impetratur venia cædendi. Nō tamen aut ante ortum Solis, aut post occasum licet. Sarmēta hasta diuidit sacerdos, Deoque partē ponit: reliquum mercator in nassas condit. Est & alia fama, cū Sole diuidi, ternasq; partes fieri, dein sorte cremia discerni: quodque Soli cesserit relinqui, ac sponte conflagrare. Præcipua bonitas virgultorum tenuissimis partibus, ad longitudinē palmi. Secunda proximis breuiore mēsurā, atq; ita ordine. Vilissimum, quod radicibus proximum, quoniā ibi minimum corticis, in quo summa gratiæ. Qua de causa præferuntur cacumina, vbi plurimus cortex. Ipsum verò lignum in fastidio est propter origani acrimoniā: xylocinnamomum vocatur. Pretium est in libras xx. Quidā cinnami duo genera tradidere, candidius, ^a nigriusq;. Quondam præferebatur cādīdum, nunc contra nigrum laudatur: atque etiā varium præferunt candido. Certissima tamen æstimatio, ne sit scabrum, atq; ut inter sese tritum tardè frietur. Damnatur in primis molle, aut cui albet cortex. Ius eius à Gebanitarū rege solo proficiscitur: is edicto mercatu vendit. Pretia quondā fuere in libras denarium mille. Aucum id parte dimidia est, incensis, ut ferunt, syluis ira barbarorum. Id accideritne ob iniquitatem præpotentium, an forte, nō satis constat. Austros ibi tam ardentē flare, ut æstatibus ⁴⁰ syluas accendāt, inuenimus apud autores. Coronas ex cinnamo interrasili auro inclusas, primus omnium in tēplis Capitolij atq; Pacis dicauit Imperator Vespasianus Augustus. Radicem eius magni pōderis vidimus in palatij tēplo, quod fecerat Diuo Augusto coniux Augusta, aureæ pateræ impositā: ex qua guttæ editę annis omnibus in grana durabātur, donec id delubrū incendio consumptū est. Frutex & casia est, iuxtaq; cinnami cāpos nascitur, sed in montibus crassiore sarmento, tenui cute veriūs, quā cortex, quē contra atque in cinnamo leuari & exinaniri pretium est. Amplitudo fruticis trium cubitorū. Colos triplex. Cū primū emicat, candidus pedali mensura: deinde rubescit addito semipede: vltra nigricās. Hæc pars maximè laudatur, ac deinde proxima: damnatur verò candida. Confecant furculos longitudine binū cubitorum. Mox præsuunt recentibus ^{co-} rris quadrupedum ob id interemptarum, ut iis putrescētibus vermiculi lignum erodant, & exca-

^a nigricās-
que.

& excauent corticem tutum amaritudine. Probatur recens maximè, & quæ sit odoris
 a mollissimi, gustuue quàm maximè feruens potius, quàm lento tepore leniter mordens, <sup>a graui-
mi,</sup>
 colore purpureo, quæque plurima minimum ponderis faciat, breui tunicarum fistula, &
 non fragili. Lactam vocant talem barbaro nomine. Alia est balsamodes, ab odore simili
 appellata, sed amara, ideoque vtior medicis, sicut nigra vnguentis. Pretia nulli diuersio-
 ra. Optimæ in libras x.l.cæteris x.v.

De isocinnamo, & cancamo, ac taro.

C A P. X X.

His addidere mangones, quam daphnoiden vocant, isocinnamon cognominatam:
 pretiumque eius faciunt x.c.c.c. Adulteratur styrace, & propter similitudinem cor-
 10 ticum lauri tenuissimis furculis. Quin & in nostro orbe feritur: extremoque in margine
 imperij, quæ Rhenus alluit, viuit in aluariis apum sata. Color abest ille torridus sole, &
 ob id simul idem odor. Ex confinio casie cinnamique & cancamum ac tarum inuehitur,
 sed per Nabatæos Troglodytas, qui consistere ex Nabatæis.

De serichato, & gabalio, & de myrobalano.

C A P. X X I.

Eo comportatur & serichatum, & gabalium, quæ intra se consumunt Arabes, nostro
 orbi tantum nominibus cognita, sed cum cinnamo casiaque nascentia. Peruenit ta-
 men aliquando serichatum, & in vnguenta additur ab aliquibus. Permutatur in libras x.
 vj Myrobalanum Troglodytis, & Thebaidi, & Arabiæ quæ Iudæam ab Ægypto dister-
 20 minat, commune est, nascens vnguento, vt ipso nomine apparet. Quo item indicatur &
 glandem esse arboris, heliotropio, quam dicemus inter herbas, simili folio. Fructus ma-
 gnitudo auellanæ nucis. Ex his in Arabia nascens Syriaca appellatur, & est candida. Cõ-
 trã in Thebaide nigra. Præfertur illa bonitate olei quod exprimitur: sed copia Thebaica.
 Inter hæc Troglodytica vilissima est. Sunt qui Æthiopicam iis præferant, glandem nigrã
 ac pinguem, nucleoque gracili, sed liquore, qui exprimitur, odoratori, nascentem in cam-
 pestribus. Ægyptiam pinguiorem esse, & crassiori cortice rubentem: & quamuis in palu-
 stribus nascatur, breuiorem sicciorẽque. E diuerso Arabicam viridem ac tenuiorem: &
 quoniam sit montosa, spissiorẽ. Longè autem optimam Petræam, ex quo diximus op-
 pido, nigro cortice, nucleo candido. Vnguentarij autem tantum cortices premunt: me-
 30 dici nucleos, tundentes affusa eis paulatim calida aqua.

De phœnicobalano, & calamo odorato.

C A P. X X I I.

Myrobalano in vnguentis similem proximumque vsus habet palma in Ægypto, quæ
 vocatur adipfos, viridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno. Colligitur autem pau-
 40 lò antè, quàm incipiat maturefcere. Quod relinquitur, phœnicobalanus vocatur, & nigre-
 scit, vescentisque inebriat. Myrobalano pretium in libras x. bini. Institores & fæcem vn-
 guenti hoc nomine appellant. Calamus quoque odoratus in Arabia nascens, communis
 Indis atque Syriæ est: in qua vincit omnes, à nostro mari centum l. stadiis. Inter Libanum
 montem, aliũque ignobilem, non (vt quidam existimauere) Antilibanum, in conualle
 modica iuxta lacum, cuius palustria æstate siccantur, tricenis ab eo stadiis calamus & iun-
 cus odorati gignuntur. Sanè enim dicamus & de iunco, quamuis alio herbis dicato volu-
 mine, quoniam tamen hîc vnguentorum materia tractatur. Nihil ergo à cæteris sui gene-
 ris differunt aspectu: sed calamus præstantior odore, statim è longinquo inuitat, mollior
 tactu, meliõrque qui minùs fragilis, & qui assulosè potius quàm raphani modo frangi-
 tur. Inest fistulæ araneum, quod vocant florem. Præstantior est, cui numerosius. Reliqua
 probatio, vt niger sit. Damnatur aliubi. Melior, quo breuior & crassior, lentusque in fran-
 gendo. Calamo pretium in libras x. iunco x. v. Traduntque iuncum odoratum & in Cã-
 pania inueniri. Discessimus à terris Oceanum spectantibus ad conuexas in nostra maria.

De Hammoniaco, & sphagno.

C A P. X X I I I.

Ergo Æthiopiæ subiecta Africa Hammoniacci lacrymam stillat in harenis suis: inde
 & nomine etiã ab Hammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor, quam metopion
 50 vocant, resinæ modo aut gummi. Genera eius duo. Thrauston, masculi thuris similitudi-
 ne, quod maximè probatur. Alterũ pingue & resinofum, quod phyrana appellant. Adul-

teratur harenis, velut nascendo apprehensis. Igitur quàm minimis glebis probatur, & quã purissimis. Pretium optimi in libras ^a asses x l. Sphagnos infra eos situs in Cyrenaica provincia maximè probatur. Alij bryon vocant. Secundum locum obtinet Cyprius, tertium Phœnicus. Fertur & in Ægypto nasci: quin & in Gallia: nec dubitauerim. Sunt enim hoc nomine cani arborum villi, quales in quercu maximè videmus, sed odore præstâtes. Laus prima candidissimis atque altissimis, secunda rutilus, nulla nigris. Et in insulis petrifq; nati improbantur, omnèsque quibus palmarum, atque non suus odor sit.

De cypro, & aspalatho, & maro.

CAP. XXIIII.

CYprus in Ægypto est arbor ziziphi foliis, femine coriandri, flore candido odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturque postea quod Cyprus vocatur. Pretium ei in libras quinque. Optimum habetur è Canopica in ripis Nili nata: secundum Ascalone Iudææ: tertium Cypro insula odoris suauitate. Quidam hanc esse dicunt arborem, quæ in Italia ligustrum vocetur. In eodem tractu aspalathos nascitur, spina candida, magnitudine arboris modicæ flore rosæ. Radix vnguentis expetitur. Tradunt, in quocunque frutice curuetur arqus cælestis, eandem, quæ sit aspalatho, suauitatem odoris existere, sed in aspalatho inenarrabilem quandam. Quidam eum Erysisceptrum vocant, alij sceptrû: probatio eius in colore ruffo vel igneo, tactuque spisso, & odore castorei. Permutatur in libras xv. In Ægypto nascitur & maron, peius quàm Lydium, maioribus foliis ac variis. Illa breuia ac minuta & odorata.

De balsamo, & opobalsamo, & xylobalsamo, & styrace, & galbano.

CAP. XXV.

SEd omnibus odoribus præfertur balsamum, vni terrarum Iudææ cõcessum, quondã in duobus tantum hortis, vtroque regio, altero iugerum xx. non amplius, altero pauciorum. Ostendere arbusculam hanc vrbi Imperatores Vespasiani. Clarumque dictu à Pompeio Magno: in triumpho arbores quoque duximus. Seruit nunc hæc, & tributa pendit cum sua gente, in totum alia natura, quàm nostri externiq; prodiderant. Quippe viti similior est, quàm myrto. Malleolis feri dicitur, nuper vincita, vt vitis: & implet colles vinearum modo, quæ sine adminiculis se ipsæ sustinent. Tondetur similiter fruticæs, ac rastro nitescit, properatque nasci, intra tertium annum fructifera. Folium proximum rutæ, perpetua coma. Sæuere in eandem Iudæi, sicut in vitam quoq; suam. Cõtra defendere Romani, & dimicatum pro frutice est. Seritque nunc eam fiscus: nec vnquam fuit numerosior, aut procerior. Proceritas intra bina cubita subsistit. Arbori tria genera. Tenui & capillacea coma, quod vocant eutheriston. Alterum scabro aspectu, incuruum, fruticosum, odoratius: hoc trachy appellant. Tertium eumeces, quia est reliquis procerius, læui cortice. Huic secunda bonitas, nouissima eutheristo. Semen eius vino proximũ gustu, colore ruffum, nec sine pingui: peius in grano, quod leuius atq; viridius. Ramus crassior, quàm myrto. Inciditur vitro, lapide, offeisque cultellis. Ferro lædi vitalia odit. Emortitur protinus, eadem amputari superuacua patiens. Incidētis manus libratur artificii temperamento, ne quid ultra corticem violet. Succus è plaga manat, quem opobalsamum vocant, suauitatis eximiæ, sed tenui gutta, ploratu lanis parua colligitur in cornua. Ex iis nouo fictili conditur crassiori similis oleo, & in musto candida. Rubescit deinde, simulq; durefcit è translucido. Alexandro Magno res ibi gerente, toto die æstiuo vnam cõcham impleri iustum erat. ^b Omni verò fœcunditate è maiore horto congios fenos, minore singulos, cum duplo rependebatur argento. Nunc etiam singularum arborum largior vena ter omnibus percutitur æstatibus, postea deputatur. Et sarmenta quoque in merce sunt. dccc. amputatio ipsa surculusque vanit intra quintum demum annum. Xylobalsamum vocatur, & coquitur in vnguentis. Pro succo ipsum substituere officinæ. Corticis etiam ad medicamenta pretium est. Præcipua autem gratia lacrymæ, secunda femini, tertia cortici, minima ligno. Ex hoc buxosum est optimum, quod est odoratissimum: è femine autem maximum & ponderosissimum, mordens gustu, feruensque in ore. Adulteratur Petræo hyperico, quod coarguitur magnitudine, inanitate, longitudine, odoris ignauia,

^b Anniverò fœcunditate è maiore horto congios fenos singulis annis, cum duplo &c.

ignauia, sapore piperis. Lacrymæ probatio, vt sit pinguis, tenuis, ac modicè ruffa, & in fricando odorata. Secundus candido colos, peior viridis crassiusque, pessimus niger. Quippe, vt oleum fenescit. Ex omni incisura maximè probatur, quod antè semè fluxit. Et aliàs adulteratur semine suo, vixque maleficium deprehenditur gustu amariore. Esse enim debet lenis, non subacidus, odore tantùm austerus. Vitiatur & oleo rosæ, cyperi, létifci, balani, terebinthi, myrti, resina, galbano, cera Cypria, prout quæque res fuit. Nequissimè autem gummi, quoniam ipsum quoque inhærescit manu inuersa, & in aqua sedit: quæ probatio eius gemina est. Debet syncerum & inhærescere: sed hoc & gummi addita fragili crusta euenit. Et gustu deprehenditur. Carbone verò, quod cera resinaque adulteratum est, nigriori flamma. Nam melle mutatum statim cōtrahit muscas. Præterea synceri densatur in tepida aqua gutta sidēs ad ima vasis, adulterata olei modo innatat: & si metopio vitiata est, circulo candido cingitur. Summa probatio est, vt lac coagulet, in veste maculas non faciat: nec manifestior alibi fraus. Quippe millibus denariūm sextarij empti: vendente fisco trecenis denariis vaneunt. In tantum expedit augere liquorem. Xylobalfamo pretium in libras v j. Proxima Iudææ Syria supra Phœnicen styracem gignit, circa Gabela & Marathunta & Casium Seleucię montem. Arbor est eodem nomine, cotoneo malo similis, lacrymę ex austero iucundioris, intus similitudo harundinis, succo prægnans. In hanc circa Canis ortum aduolant pennati vermiculi erodentes: ob id in scobe fordescit. Styrax laudatur post suprā dicta ex Pisidia, Sidone, Cypro, Cilicia, Creta minimè. Ex Amano Syriæ medicis, sed vnguentariis magis. Colos in quacunque natione præfertur ruffus, & pinguis lentus: deterior fursufosus, & cano situ obductus. Adulteratur cedri resina vel gummi, aliàs melle, aut amygdalis amaris: omniæque ea deprehenduntur gustu. Pretium optimo x i x. Exit & in Pamphylia, sed aridior, minúsque succosus. Dat & galbanum Syria in eodem Amano monte è ferula, quam eiusdem nominis resinæ modo stagonitin appellant. Quod maximè laudant, cartilaginofum, purum ad similitudinem Hammoniæ, minimèque lignofum. Sic quoque adulteratur faba aut sagapeno. Syncerum si vratur, fugat nidore serpentes. Permutatur in libras v. Medicinæ hoc tantùm.

De panace, & spondylion, & malobathro.

C A P. X X V I.

PAnacem & vnguentis eadem gignit, nascentem & in Psophide Arcadiæ, circaque Erymanthi fontes, & in Africa, & in Macedonia: ferula sui generis v. cubitorum, foliis primò quaternis, mox senis in terra iacentibus, ampla magnitudine rotundis, in cacumine verò oleagineis, semine in muscariis dependente, vt ferulæ: Excipitur succus inciso caule messibus, radice in autumnno. Laudatur candor eius coacti. Sequens pallido statera. Niger color improbatur. Pretium optimo in libras bini asses. Ab hac, ferula differt quæ vocatur spondylion, foliis tantùm, quia sunt minora, & platani diuisura. Non nisi in opacis gignitur. Semen eodem nomine silis speciem habet, medicinæ tantùm vtile. Dat & malobathron Syria, arborem folio conuoluto, arido colore: ex quo exprimitur oleum ad vnguenta, fertiliore eiusdem Ægypto. Laudatius tamen ex India venit. In paludibus ibi gigni tradunt lentis modo, odoratus croco, nigricans, scabrumque, quodam salis gustu. Minus probatur candidum. Celerrimè situm in vetustate sentit. Sapor eius nardo similis esse debet sub lingua. Odor verò in vino sufferuefacti antecedit alios. In pretio quidem prodigio simile est, à singulis ad ccc. peruenire libras: oleum autem ipsum in libras l x.

De oleo omphacio.

C A P. X X V I I.

Oleum & omphacium est. Fit duobus generibus, & totidem modis, ex olea, & vite: olea adhuc alba expressa: deterius ex druppa: ita vocatur priusquam cibo matura sit, iam tamen colorem mutans. Differentia, quòd hoc viride est, illud candidum. E vite fit psythia aut amminea, cum sint acini ciceris magnitudine ante Canis ortum. In prima lanugine demetitur vua, eiusque melligo. Reliquum corpus sole coquitur. Nocturni rores cauentur. In sicili condita melligo colligitur: subinde Cyprio ære seruatur. Optima, quæ ruffa, acriorque, & aridior. Pretium omphacio in libras v j. Fit & alio modo, cum in

mortariis vva immatura teritur: siccatâque in sole, postea digeritur in pastillos.

De bryo & ænanthe, & de elate arbore, & cinnamo caryopo.

CAP.

XXVIII.

Eodem & bryon pertinet, vva populi albæ. Optima circa Gnidum aut Cariam, in sitientibus aut siccis asperisque: secunda in Lyciæ cedro. Eodem & ænanthe pertinet. Est autem vitis labruscæ vva. Colligitur, cum floret, id est, cum optimè olet. Siccatur in umbra substrato linteo, atque in cados conditur. Præcipua ex Parapotamia: secunda ab Antiochia, atque Laodicea Syriæ, tertia ex montibus Medicis. Hæc vtilior medicinæ. Quidam omnibus iis præferunt eam, quæ in Cypro insula nascitur. Nam quæ in Africa fit, ad medicos tantum pertinet, vocaturque massaris. Omnis autem ex alba labrusca præstantior, quam è nigra. Est præterea arbor ad eadem vnguenta pertinens, quam alij elatam vocant, quod nos abietem, alij palmam, alij spathen. Laudatur Hæmoniaca maximè, mox Ægyptia. Dein Syriaca, duntaxat in locis sitientibus odorata, pingui lacryma, quæ in vnguenta additur ad domandum oleum. In Syria gignitur & cinnamum, quod caryopon appellant. Hic est succus nuci expressus, multum à furculo veri cinnami differens, vicina tamen gratia. Pretium in libras asses quadraginta.

C. PLINII SECVNDI NATVRA-¹⁰ LIS HISTORIÆ

LIBER XIII.

PROOEMIUM.



HACTENVS in odoribus habent pretia sylvæ: erantque per se mira singula: iuuitque luxuriam ea omnia miscere, & è cunctis vnum odorem facere: ita reperta sunt vnguenta.

De vnguentis, & quando primum sunt cognita nobis, & de compositione. 30

CAPVT I.

Quis primus inuenerit non traditur. Iliacis temporibus non erant: nec thure supplicabatur: Cedri tantum & citri suorum fruticum in sacris fumo conuolutum nidorem veriùs, quam odorem, nouerant, iam rosæ succo reperto. Nominatur enim id quoque in olei laude. Persarum esse debet gentis vnguetum. Illi mandent eo, & accersita commendatione, in gluuie natum virus extinguunt. Primum, quod equidem inueniam, castris Darii regis expugnatis, in reliquo eius apparatu Alexander cepit scrinium vnguentorum. Postea voluptas eius à nostris quoque inter laudatissima atque etiam honestissima vitæ bona admissa est. Honorisque is & ad defunctos pertinere cœpit. Quapropter plura de eo dicemus. Quæ ex his non erunt fruticum, ad præsens nominibus tantum indicabuntur: natura verò eorum suis reddetur locis. Vnguentis cognomina dedere aliis patriæ, aliis succi, aliis arbores, aliis cause. Primumque id scire conuenit, mutatam autoritatem, & sapius transisse gloriam. Laudatissimum fuit antiquitus in Delo insula, postea Mendesium. Nec mixtura & compositione tantum hoc accidit: sed iidem succi variè alibi atque alibi ad quælibet præualuere, aut degenerauere. Irinum Conrinthi diu maximè placuit, postea Cyzici: simili modo rhodinum Phaseli: quam gloriam abstulere Neapolis, Capua, Præneste. Crocinum in Solis Ciliciæ diu maximè laudatum, mox Rhodi. Oenanthium in Cypro, deinde in Ægypto præpositum, postea Adramyttio. Amaracinum in Coos: postea eodem loco prælatum est Melinum. Cyprinum in Cypro, deinde in Ægypto, vbi Mendesium & Metopium subito gratius factum est. Mox hæc abstulit Phœnice, & Cypri-

& Cyprini laudem Ægypto reliquit. Panathenaicon suum Athenæ perseueranter obtinere. Fuerat & Pardalium in Tarso: cuius etiam compositio & mistura oblitterata est. Narcissinum quoque ex flore narcissi desuit componi. Ratio faciendi duplex: succus, & corpus. Ille olei generibus ferè constat, hoc odorù. Hæc stymmata vocant, illa hedyfmata. Tertius inter hæc est colos, multis neglectus. Huius causa adduntur cinnabari & anchusa. Sal asperfus olei naturam coercet. Quibus anchusa adiecta est, sal non additur. Resina aut gummi adiiciuntur ad continendum odorem in corpore. Celerrimè is euane scit atque defluit, si non sint hæc addita. Vnguëtorum expeditissimum fuit, primùmque, vt verisimile est, è bryo & balanino oleo, de quibus supra diximus. Increuit deinde Men
10 desium, balanino resina mista, magisque etiamnum Metopio. Oleum hoc est, amygdalis amaris expressum in Ægypto. Cui addidere omphacium, cardamomum, iuncum, calamum, mel, vinum, myrrham, semen balsami, galbanum, resinam terebinthinã. Et è vilissimis quidem hodie est, ob id creditum & id in vetustissimis esse, quod constat oleo myrteo, calamo, cupressu, cypro, lentisco, malogranati cortice. Sed diuulgata maximè vnguëta crediderim rosa, quæ plurima vbique gignitur. Itaq; simplicissima rhodini mistura diu fuit, additis omphacio flore rosæ, crocino, cinnabari, calamo, melle, iunco, falis flore aut anchusa, vino. Similis ratio & in crocino, additis cinnabari, anchusa, vino. Similis & in sampsuchino, admittis omphacio, calamo. Optimum hoc in Cypro & Mitylenis, vbi plurima sampsuchus. Miscentur & viliora genera olei è myrto, lauro, quibus additur sampsu
20 chinum, lilium, fœnumgræcum, myrrha, casia, nardum, iuncus, cinnamomũ. E malis quoque cotoneis & strutheis fit oleum (vt dicemus) melinũ, quod in vnguenta transit, admittis omphacio, cyprino, sesamino, balsamo, iunco, casia, abrotano. Sufinum tenuissimum omnium est. Constat ex liliis, balano, calamo, melle, cinnamomo, croco, myrrha, aspalatho. Et idem cyprinum ex cypro, & omphacio, & cardamomo, calamo, aspalatho, abrotano. Aliqui & in cyprinum addunt myrrham & panacem. Hoc optimũ Sidone, mox Ægypto, si non addatur sesaminum oleum. Durat & quadriennio. Excitatur cinnamomo. Telinum fit ex oleo recenti, cypero, calamo, melilotu, fœnogræco, melle, melino, maro, amaraco. Hoc erat celeberrimum Menãdri Poëtæ Comici ætate. Postea multo successit propter gloriam appellatum megalium, ex oleo balanino, balsamo, calamo, iunco, xylo
30 balsamo, casia, resina. Huius proprietas, vt ventiletur in coquendo, donec desinat olere. Rursus refrigeratum, odorem suum caput. Singuli quoque succi nobilia vnguenta faciunt. In primis malobathrum, postea iris Illyrica, & Cyzicena amaracus. Herbarij in vtraque pauca, sed alia alij miscent: qui plurima, alterutri mel, falis florem, omphacium, agni folia, panacem, externa omnia & prodigiosa. Cinnamomino adiicitur balaninum oleum, xylo balsamum, calamus, iuncus, balsami semina, myrrha, mel odoratum. Vnguëtorum hoc crassissimum. Pretia ei à xxxv. ad xccc. Nardinum siue foliatum constat omphacio, balanino, iunco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo. In hoc genere cõueniet meminisse, herbarum, quæ nardum Indicum imitentur, species nouem à nobis esse dictas: tãta materia adulterandi est. Omnia autem acutiora fiunt costo, amomo, quæ maximè nares
40 feriunt: crassiora myrrha suauioraque: medicinæ autem vtiliora croco: acerrima per se amomo. Hoc & capitis dolores facit. Quidã satis habent aspergere, quæ sunt prætiosissima, cæteris decoctis, impendio parcetes: sed non eadem est vis, nisi vna decoctis. Myrrha & per se vnguentum facit sine oleo, ita cõte duntaxat: alioquin nimiam amaritudinem affert. Cyprino viride fit, susino vnguinosum, Medesio nigrum, rhodino candidũ, myrrha pallidum. Hæc sunt antiquæ inuentionis genera, & postea officinarum furta. Nunc dicetur cumulus ipse deliciarum, & summa autoritas rei.

Quod vnguentum regale vocetur, & quæ diapasmata, & qualiter seruentur.

C A P.

II.

ERgo regale vnguentum, appellatum, quoniam Parthorum regibus ita temperatur, constat myrobalano, costo, amomo, cinnamomo, comaro, cardamomo, nardi spica, maro, myrrha, casia, styrace, ladano, opobalsamo, calamo iuncoque Syrio, ænanthe,

malobathro, ferichato, cypero aspalatho, panace, croco, cypro, amaraco, colato melle, vino. Nihilque eius rei causa in Italia victrice omnium, in Europa verò tota, præter irin Illyricam, & nardum Gallicum, gignitur. Nam vinum, & rosa, & myrti folia oleumque, cõmunia ferè omnium terrarum intelliguntur. Siccis odoribus constant, quæ diapasmata vocantur. Nam facem vnguenti magna appellant. Inter omnes potētissimus odor, quifquis nouissimè additur. Vnguenta optimè seruantur in alabastris, odores in oleo: quod diurnitati eorum tantò vtilius est, quantò pinguius, vt ex amygdalis. Et ipsa vnguenta vetustate meliora. Sol inimicus his, quamobrem in vmbra coquuntur plumbeis vasis. Experimentum eorum inuersa manu capitur, ne carnosæ partis calor vitiet.

Quanta in vnguentis luxuria, & quando primum Romanis in vsu.

C A P.

III.

a quadrage
nos

HÆc est materia luxus è cunctis maximè superuacui. Margaritæ enim gemmæque ad hæredem tamen transeunt: vestes prorogant tempus: vnguenta illico expirant, ac suis moriuntur horis. Summa commendatio eorum, vt transeunte scemina odor inuitet etiam aliud agentes. Exceduntque a quadringenos denarios libræ. Tanti emitur voluptas aliena. Etenim odorem qui gerit, ipse non sentit. Sed & hæc aliqua differētia signanda sunt. In M. Ciceronis monumentis inuenitur, vngueta gratiora esse, quæ terrā, quam quæ crocum sapiant: quando etiam corruptissimo in genere, magis tamē iuuat quædam ipsius vitij seueritas. Sed quosdam crassitudo maximè delectat, spissum appellantes: linique iam non solùm perfundi vnguentis gaudent. Vidimus etiam vestigia pedum tingi: quod M. Othonem monstrasse Neroni principi ferebant. Quæso vt qualiter sentiretur, iuarētque ab ea parte corporis? Nec non aliquem ex priuatis audiuius iussisse spargi parietes balnearum vnguento, atque Caium principem folia temperari: ac ne principale videatur hoc bonum, & postea quendam ex seruis Neronis. Maximè tamen mirum est, hanc gratiam penetrasse & in castra. Aquilæ certè ac signa, puluerulenta illa & custodiis horrida, inunguntur festis diebus: vtinamque dicere possemus, quis primus instituit. Ita est, nimirum hac mercede corruptæ terrarum orbem deuicere aquilæ. Ista patrocinia querimus vitiiis, vt per hoc ius sumantur sub casside vnguenta. Quando id primum ad Romanos penetrauerit, non facilè dixerim. Certum est Antiocho rege Asiæque deuictis, vrbis anno quingentesimo sexagesimo quinto, P. Licinium Crassum, L. Iulium Cæsarem Censores edixisse, ne quis venderet vnguenta exotica: sic enim appellauere. At hercule iam quidam etiam in potus addunt: tantique amaritudo est, vt odore prodigo fruantur ex vtraque parte corporis. L. Plotium, L. Planci bis Consulibus Censorisque fratrem, proscripsum à Triumuiris, in Salernitana latebra vnguenti odore proditum constat: quo dedecore tota absoluta proscripção est. Quis enim non meritò iudicet periurissimales? Cæterum terrarum omnium Ægyptus accommodatissima vnguentis: ab ea Campania est, copia rosæ.

De palmis, & natura earum, & generibus.

C A P. IIII.

IVdæa verò inclyta est vel magis palmis: quarum natura nunc dicetur. Sunt quidem & in Europa, vulgòque Italia, sed steriles. Ferunt in maritimis Hispaniæ fructum, verum immitem: dulcem in Africa, sed statim euanescentem. Contra in Oriente ex his vina, gentiumque aliquibus panis: plurimis verò etiā quadrupedum cibus. Quamobrem iure dicentur externæ. Nulla est in Italia sponte genita, nec in alia parte terrarum, nisi in calida: frugifera verò nusquam, nisi in feruida. Gignitur leui sabulosaque terra, maiore in parte & nitrosa. Gaudet & riguis, totoque anno bibere cum amet, anno sitienti. A fimo quidam etiam lædi putant: & Assyriorum pars aliqua, si non riuis misceatur. Genera earum plura: & prima fruticem non excedentia: sterilem hunc, aliubi & ipsum fertilem, breuique ramorum orbe foliosum. Tectorij vicem hic parietibus plerisque in locis præstat contra aspergines. Procerioribus sylua arbore ex ipsa, foliorum aculeo fruticante circa totas pectinatim, quas syluestres intelligi necesse est. Incerta tamen libidine etiam

etiam mitioribus se miscent. Reliquæ teretes atque proceræ, densis gradatisq; corticum pollicibus, vt orbibus, faciles se ad scandendum Orientis populis præbent, vtilem sibi arborisque induiis circulum mira pernitate tum homine subeunte. Coma omnis in cacumine: & pomum est, non inter folia, vt in cæteris, sed suis inter ramos palmitibus racemosum, vtraque natura vuæ atque pomi. Folia cultrato mucrone, lateribus in sese bifidatis, bellas primùm demonstrauere gemmas: nunc ad funes vitiliumque nexus & capitula leuia vmbacula finduntur. Arboribus, imò potiùs omnibus quæ terra gignat, herbisque etiã, vtrunque sexum esse diligentissimi naturæ tradunt. Quod in plenum satis sit dixisse hoc in loco. Nullis tamen arboribus manifestius. Mas in palmite floret, foemina citra
10 florem germinat tantùm spinæ modo. Vtrisque autem prima nascitur pomi caro: postea lignum intus, hoc est semen eius. Argumentum, quòd paruè sine hoc reperiuntur in eodem palmite. Est autem oblongum, non, vt oliuis, orbiculatum. Præterea cæsum à dorso puluinata fissura, & in aluo media plerisque vmbilicatum. vnde primum spargitur radix. Seritur autem pronum, & bina iuxta composita semina, superque totidem, quoniã infirma singulis planta est: quaternæ coalescunt. Multis cãdidisque lignum hoc à carnibus discernitur tunicis, aliis corpori adhærentibus: laxèque distãs, tantùm cacumini filo adhæret. Caro maturescit anno. Quibusdam tamẽ in locis, vt in Cypro, quanquam ad maturitatem non perueniat, grato sapore dulcis est: & folium ibi latius, fructusque reliquis rotundior: nec vt deuoretur corpus, verùm vt expuatur, succo modò expresso. Et in Ara-
20 bia languidè dulces traduntur esse palmæ: quãquam Iuba apud Scenitas Arabas præfert omnibus saporibus, quam vocant dabulan. Cæterò non sine maribus gignere foeminas sponte edito nemore confirmant: circaque singulos plures nutare in eum pronas blandioribus comis. Illum erectis hispidum, afflatu visuque ipso & puluere etiam reliquas maritare. Huius arbore excisa viduas post sterilefcere foeminas. Adeoque est Veneris intellectus, vt coitus etiam excogitatus sit ab homine, ex maribus flore ac lanugine, interrim verò tantùm puluere insperfo foeminis. Seruntur autem palmæ & trunco, duùm cubitorum longitudine, à cerebro ipso arbori viridi fissuris diuiso atque defosso. Et ab radice auulsæ vitalis est satus, & ramorum tenerrimis. In Assyria, ipsa quoque arbor strata in solo humido tota radicitur, sed in frutices, non in arborem. Ergo plantaria instituunt,
30 anniculasque transferunt, & iterum bimas. Gaudent enim mutatione sedis, verna alibi, in Assyria autem circa Canis ortum. Nec ferro attingunt ibi nouellas: sed religant comas, vt in altitudinem exeant. Robustas deputant crassitudinis gratia, semipedales ramorum reliquentes truncos, qui decisi alibi necant matrem. Diximus falsum ab his solum diligi. Ergo vbi non est tale, salem aspergunt, non radicibus, sed longius paulò. Quædam in Syria & Ægypto in binos diuidunt se truncos: in Creta & ternos, quædam & in quinos. Ferunt statim in trimatu. In Cypro verò, Syria, Ægypto, quadrimæ aliæ, aliæ quinquennes, altitudine hominis, nullo intus pomi ligno, quamdiu sunt nouellæ, ob id spadonum accepto nomine. Genera earum multa. Sterilibus ad materias, operumque
40 lautiora vtitur Assyria, & tota Persis. Sunt & cæduæ palmarum quoque syluæ, germinantes rursus ab radice succisæ. Dulcis medulla earum in cacumine, quod cerebrum appellant: exemptaque viuunt, quod nõ aliæ. Vocantur autem chameropes, folio latiore ac molli, ad vitilia vtilissimo. Copiosæ in Creta, sed magis in Sicilia. E palmis prunæ viuaces, ignisque lentus. Fructiferarum aliis breuius lignum in pomo, aliis longius: his mollius, illis durius: quibusdam osseum lunatumque, dente contra fascinores religione politum. Aliud pluribus vestitum paucioribusve tunicis: aliud crassioribus tenuioribusve. Ita fiunt vndequinquaginta genera, si quis omnium persequi velit nomina etiã barbara, vinorumque ex iis differentias. Clarissime omnium, quas regias appellauere ab honore, quoniam regibus tantùm Persidis seruabantur, Babylone natæ vno in horto Bagou. Ita enim vocant spadones: qui apud eos etiam regnauere. Hortus ille nun-
50 quam nisi dominantis in aula fuit. At in meridiano orbe præcipuam obtinent nobilitatem syagri, proximamque margarides. Eæ breues, candidæ, rotundæ, acinis, quàm ba-

lanis, similiores. Quare & nomen à margaritis accepere. Vna earum arbor in Chora esse traditur, vna & syagrorum. Mirumque de ea accepimus, cum phœnice aue, quæ putatur ex huius palmæ argumento nomen accepisse, emori ac renasci ex seipsa: eratq; cum hæc proderem, fertilis. Ipsum pomum grande, durum, horridum, & à cæteris generibus distans sapore ferino, quem ferme in apris nouimus: euentissimèque causa est nominis. Quarta autoritas sandalidum, à similitudine appellatarum. Iam in Æthiopiæ sine quinque earum nec plures arbores tradunt, non raritate magis, quam suauitate mirabiles. Ab his caryotæ maximè celebrantur, & cibo quidem, sed & succo vberimæ. Ex quibus præcipua vina Orienti, iniqua capiti, vnde pomo nomen. Sed vt copia ibi atque fertilitas, ita nobilitas in Iudæa, nec in tota, sed Hierichunte maximè. Quamquam laudatæ & Archelaide, & Phaselide, atque Liuiade, gentis eiusdem conuallibus. Dos his præcipua succo pingui lactentibus, quodamque vini sapore in melle prædulci. Sicciores in hoc genere Nicolai, sed amplitudinis præcipue, quaterni cubitorum longitudinem efficiunt. Minus speciosæ, sed sapore caryotarum sorores, ob hoc adelphides dictæ, proximam suauitatem habent, non tamen eandem. Tertium ex his genus patet, nimio liquore abundat: rumpiturque se pomi ipsius, etiam in sua matre, ebrietas, calcatis similis. Suum genus è sicciore turba dactylis, prælonga gracilitate curuatis interim. Nam quos ex his honori Deorum dicamus, Chydæos appellauit Iudæa, gens contumelia numinum insignis. In totū arentes Thebaides atque Arabicæ, macròque corpore exiles, & assiduo vapore torrentes, crustam veriùs, quam cutem, obducunt. In ipsa quidem Æthiopia friatur (tanta est siccitas) & farine modo spissatur in panem. Gignitur autem in frutice ramis cubitalibus, folio latiore, pomo rotundo, sed maiore, quam mali, amplitudine: Cycas vocant. Triennio maturescunt. Sempèrque frutici pomum est subnascente alio. Thebaidis fructus extemplo in cados conditur, cum sui ardoris anima: ni ita fiat, celeriter expirat: marcescitque non retostus furnis. Ex reliquo genere plebeia videntur. Syri & Iuba tragemata appellant. Nam in aliqua parte Phœnices Ciliciæque, populari etiam nomine à nobis appellantur balani. Eorum quoque plura genera. Differunt figura rotunditatis aut proceritatis. Differunt & colore, nigriores ac rubentes. Nec pauciores ficu traduntur colores. Maxime tamen placent candidi. Distant & magnitudine: prout multi cubitum effecere. Quidam sunt non ampliores faba. Seruantur hi demum, qui nascuntur in salis atque sabulosis, vt in Iudæa, & Cyrenaica Africa. Non itè in Ægypto, Cypro, Syria, & Seleucia Assyriæ. Quamobrem fues, & reliqua animalia ex his saginantur. Vitiati aut vetusti eius pomi signum est, decidisse candidam verrucam, quæ racemo adhæserit. Alexandri milites palmis viridibus strangulati sunt. In Gedrosia id factum est pomi genere, alibi copia euenit. Est enim tanta musteis suauitas, vt finis mandendi non nisi periculo fiat.

De Syria arboribus.

CAP. V.

SYRIA præter hanc peculiare habet arbores. In nucum genere pistacia nota. Prodesse aduersus serpentium traduntur morsus, & potu & cibo. In ficorum autem caricas, & minores eius generis, quæ cottana vocant. Item pruna in Damasco mōte nata, & myxa: vtranque iam familiarem Italiæ. Ex myxis in Ægypto & vina fiūt. Iuniperi similem habent Phœnices & cedrum minorem. Duo eius genera Lycia & Phœnicia. Differunt folio. Nam quæ durum, acutum, spinosum habet, oxycedros vocatur, ramosa & nodis infesta. Altera odore præstat. Fructum ferunt myrti magnitudine, dulcem sapore. Et maioris cedri duo genera. Quæ floret, fructum non fert. Frugifera non floret: & in ea antecedentem fructum occupat nouus. Semen eius cupressi simile. Quidam cedrelaten vocant. Ex hac resina laudatissima. Materiæ verò ipsi æternitas. Itaque & simulacra deorū ex ea factitauerunt. Cedrinus est Romæ in delubro Apollo Sossianus, Seleucia aduectus. Cedro similis in Arcadia est arbor: in Phrygia frutex vocatur.

De terebintho.

CAP. VI.

SYRIA & terebinthum habet. Ex his mascula est sine fructu. Fœminarum duo genera. Alteri fructus rubet lentis magnitudine, alteri pallidus. Cum vite maturescit, non gran-

grandior faba, odore iucundior, tactu resinofus circa Idam Troadis. Sed in Macedonia brevis arbor hæc atque fruticosa, in Damasco Syriæ magna. Materies ei admodum lenta, ac fidelis ad vetustatem, eximij ac nigri splendoris: flos racemosus oliuæ modo, sed rubens: folia densa. Fert & folliculos emittentes quædam animalia, ceu culices, lëtorémque resinofum, qui & cortice erumpit. Etiã thus Syriæ mascula fert, sterili fœmina, folio vltimi paulò longiore & piloso, foliorum inter se semper contrariis pediculis, gracili breuique ramo. Pelles candidæ conficiuntur iis. Semen lenti simile, cum vva rubescit, quod vocatur thus, medicamentis necessarium.

De ficu Aegyptia, & Cypria.

CAP. VII.

10 **E**T in Aegypto multa genera, quæ non alibi. Ante omnia ficus, ob id Aegyptia cognominata. Arbor moro similis folio, magnitudine, aspectu. Pomum fert non ramis, sed caudice ipso. Idque ipsum ficus est prædulcis, sine granis interioribus, perquam fœcundo prouentu, scalpendo tantum ferreis vnguibus: aliter non maturefcit. Sed cum factum est, quarto die demetitur, alio subnascente: septenò ita numerosa partu, per singulas ætates multo lacte abundante. Subnascitur, etiam si non scalpatur, fœtus quater ætate, priorémque expellit immaturum. Materies propriij generis inter vtilissimas. Cæsa statim stagnis mergitur. Hoc est eius sicari. Et primo sedit, postea fluitare incipit: certoq; fugit eam alienus humor, qui aliam omnem rigat. Cum innatare cœperit, tempestiuè habet signû. Huic similis quadantenus quæ vocatur Cypria ficus in Creta. Nam & illa in caudice ipso fert pomum, & ramis, cum in crassitudinem adoleuere. Sed hæc germina emittit sine vllis foliis radices similia. Caudex arboris similis populo, folium vltimo. Fructus quaternos fundit: toties & germinat. Sed grossus eius non maturefcit, nisi incisura emisfolacte. Suauitas & interiora fici, magnitudo sorbi.

De Ceraunia siliqua.

CAP. VIII.

30 **S**imilis his siliqua, quam Iones cerauniam vocant: trunco & ipsa fertilis, sed pomò siliquæ. Ob id quidam Aegyptiam ficum dixere, errore manifesto. Non enim in Aegypto nascitur, sed in Syria Ioniâque, & circa Gnidum, atque in Rhodo, semper comâtibus foliis, flore candido, cum vehementia odoris: plantigera imis partibus, & ideo superficie flauescens, succum auferente sobole. Pomo antecedentis anni circa Canis ortus detracto, statim alterum parit: postea florem, per Arcturum hyeme fœtus enutriente.

De Persica Aegypti, & spina Aegyptia.

CAP. IX.

40 **A**Egyptus & Persicam arborem sui generis habet, similem pyro, folia retinentem. Fertilitas assidua ei, subnascente crastino fructu. Maturitas Etësiarum afflatu. Pomum longius pyro, inclusum amygdalæ putamine & corio colore herbido: sed vbi nuxilli, huic pomum, differens breuitate ac mollitie: & quamuis blandiatur prædulcis suauitas, innocuum. Materies bonitate, firmitudine, nigritia quoque nihil differens à loto. Simulacra ex ea factitauerè, non eadem gratia, quam fideli materie, vt ex arbore quam balanum appellauimus, magna ex parte contorta. Naualis itaque tantum est. At è diuerso 50 cucu in magno honore, palmæ similis, quando & eius foliis vtuntur ad textilia. Differt, quòd in brachia ramorum spargitur. Pomo magnitudo, quæ manum impleat, color fuluus, commendabilis succo ex austero dulci. Lignum intus grande, firmæque duritiæ, ex quo velares detornant annulos. In eo nucleus dulcis, dum recens est. Siccatus durefcit ad infinitum, vt mandi non possit, nisi pluribus diebus maceratus. Materies crispioris elegantia, & ob id Persis gratissima. Nec minus spina celebratur in eadem gente duntaxat nigra, quoniam incorrupta etiam in aquis durat, ob id vtilissima nauium costis. Candida facile putrescit. Aculeus spinarum & in foliis. Semen in siliquis, quo coria perficiuntur gallæ vice. Flos & coronis iucundus, & medicamentis vtilis. Manat & gummi ex ea. Sed præcipua vtilitas, quòd cæsa anno tertio resurgit. Circa Thebas hæc, vbi & quercus, & Persica, & oliua, CCC. à Nilo stadiis syluestri tractu, & suis fontibus riguo.

De pruno & arboribus circa Memphim.

C A P. X.

Ibi & prunus Ægyptia, non dissimilis spinæ proximè dictæ, pomo mespili, mature-
scens bruma, nec folia dimittens. Lignum in pomo grande, sed corpus ipsum natura co-
piaque mesium instar incolis. Purgatum enim tundit, seruântque eius offas. Syluestris
fuit & circa Memphim regio tam vastis arboribus, vt terni nequirent vel circumplecti,
vnius peculiari miraculo, nec pomum propter, vsumve aliquem, sed euentum. Facies e-
nim spinæ folia habet ceu pennas, quæ tactis ab homine ramis, cadunt protinus, ac post-
ea renascuntur.

De gummi generibus, & papyro.

C A P. XI.

Gummi optimum esse ex Ægyptia spina conuenit, vermiculatum, colore glauco, pu-
rum, sine cortice, dentibus adhærens. Pretium eius in libras x. i. j. Deterius ex amygd-
alis amaris & ceraso, pessimum ex prunis. Fluit & ex vitibus, infantium hulceribus aptif-
simum, & aliquando ex olea dentium dolori: vltimo etiam in Coryco monte Ciliciæ, ac
iunipero, ad nihil vtile: ex vltimi verò gummi & culices ibi nascuntur. Fit & ex sarcocol-
la (ita vocatur arbor) gummi vtilissimum pectoribus ac medicis, simile pollini thuris: &
ideo candidum, quàm ruffum, melius. Pretium eius, quod supra. Nondum palustria attigi-
mus, nec frutices amnium. Prius tamen, quàm digrediamur ab Ægypto, & papyri natu-
ra dicetur, cum chartæ vsu maximè humanitas vitæ constet & memoria. Et hanc Alexan-
dri Magni victoria repertam, autor est M. Varro, condita in Ægypto Alexandria. Antea
non fuisse chartarum vsu: in palmarum foliis primo scriptitatum: deinde quarundam
arborum libris. Postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & priuata lin-
teis confici cœpta, aut ceris. Pugillarium enim vsu fuisse etiam ante Troiana tempo-
ra inuenimus apud Homerum. Illo verò prodete, ne terram quidem ipsam totam fuisse,
quæ nunc Ægyptus intelligitur, cum in Sebennytico saltem eius nomo omnis charta na-
scatur: postea adaggeratam Nilo. Siquidem à Pharo insula, quæ nunc Alexandriæ ponte
iungitur, noctis dieique velifico nauigij cursu terram fuisse prodidit. Mox æmulatione
circa bibliothecas regum Ptolemæi & Eumenis, supprimente chartas Ptolemæo, idem
Varro membranas Pergami tradidit repertas. Postea promiscuè patuit vsus rei, qua con-
stat immortalitas hominum. Papyrus ergo nascitur in palustribus Ægypti, aut quie-
scentibus Nili aquis, vbi euagatæ stagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitū,
brachiali radicis obliquæ crassitudine, triangulis lateribus, decem non ampliùs cubitorū
longitudine in gracilitatem fastigiatum, thyrsi modo cacumen includēs. Semine nullo,
aut vsu eius alio, quàm floris ad deos coronandos. Radicibus incolæ pro ligno vtuntur:
nec ignis tantum gratia, sed ad alia quoq; vtensilia vasorum. Ex ipso quidem papyro na-
uigia texunt: & è libro vela, tegetesque, nec non & vestem, etiam stragulam, ac funes.
Mādunt quoque crudum decoctumque, succum tantum deuorantes. Nascitur & in Sy-
ria, circa quem odoratus ille calamus lacum. Neque aliis vsus est, quàm inde, funibus rex
Antigonus in naualibus rebus, nondum sparto communicato. Nuper & in Euphrate na-
scens circa Babylonem papyrus intellectum est eundem vsu habere chartæ. Et tamen
adhuc malunt Parthi vestibus literas intexere. Præparantur ex eo chartæ, diuiso acu in
prætenues, sed quàm latissimas, philuras.

*De generibus chartarum, & quomodo chartæ fiant, & de chartarum probatio-
ne, & virtus, & glutino earum.*

C A P.

XII.

Pincipatus medio, atque inde scissuræ ordine. Hieratica appellabatur antiquitus, re-
ligiosis tantum voluminibus dicata, quæ ab adulatione Augusti nomen accepit, sicut
secunda Liuiæ à coniuge eius. Ita descendit hieratica in tertium nomen. Proximum am-
phitheatricæ datum fuerat à cōfecturæ loco. Excepit hanc Romæ Fannij sagax officina,
tenuatamque curiosa interpolatione principalem fecit è plebeia, & nomen ei dedit. Quæ
non esset ita recurata, in suo māsī amphitheatrica. Post hanc Saitica, ab oppido, vbi ma-
xima fertilitas ex vilioribus ramentis: propiorque etiamnum cortici Tæniotica à vicino
loco

^a T. abluione
fuz. &c.

loco, pondere iam hæc, non bonitate, vænalis. Nam emporetica inutilis scribendo, in uolucris chartarum, segestriumque in mercibus vsus præbet, ideo à mercatoribus cognominata. Post hanc papyrus est, extremumque eius scripto simile, ac ne funibus quidem, nisi in humore, vtile. Texturæ omnes tabulæ madentes Nili aqua. Turbidus liquor vim glutini præbet, cum primo supina^b tabula scheda adlinitur, longitudine papyri, quæ potuit esse resegminibus vtrinque amputatis. Transuersa postea crates^c peragitur. Premitur deinde prælis, & siccantur Sole plagulæ, atque inter se iunguntur, proximarum semper bonitatis diminutione ad deterrimas. Nunquam plures scripto, quam vicenæ. Magna in latitudine earum differentia, x i j. digitorum optimis. Duo detrahuntur hieraticæ, Fatniana denos habet. Et vno minus amphitheatrica. Pauciores Saitica: nec malleo sufficit. Nam emporeticæ breuitas sex digitos non excedit. Præterea spectantur in chartis, tenuitas, densitas, candor, læuor. Primatum mutauit Claudius Cæsar. Nimia quippe Augustæ tenuitas, tolerandis non sufficiebat calamis. Ad hoc transmittens literas literarum metum afferebat^d aduersis, & aliàs indecoro visu^e pertranslucida. Igitur^f & secundo coloro statumina facta sunt è primo^g subtegmine. Auxit & latitudinem. Pedalis erat mensura, & cubitalis macrocolis. Sed ratio deprehendit vitium, vnius schedæ reuulsione plures infestante paginas. Ob hoc prælata omnibus Claudia: Augustæ in epistolis auctoritas relicta: Liuiana suam tenuit, cui nihil è prima erat, sed omnia^h è secunda. Scabritia læuigatur dente conchæ, sed caducæ literarum fiunt. Minus sorbet politura charta, magis splendet. Reberrat sæpe humor incuriosè datus, primoque malleo deprehenditur, aut etiam odore, cum fuerit indiligentior. Deprehenditur & lentigo oculis, sed inserta mediis glutinamentis tænia,ⁱ fungo papyri bibula, vix^k nisi litera fundente se: tantum inest fraudis. Alius igitur iterum texendis labor. Glutinum vulgare è pollinis flore temperatur feruente aqua, minimo aceti aspersu. Nam fabrile, gummisque fragilia sunt. Diligentior cura, molli panis fermentati colata aqua feruente: minimum hoc modo intergerij: atque etiam Nili lenitas superatur. Omne autem glutinum, nec vetustius esse debet vno die, nec recentius. Postea malleo tenuatur, & iterum glutino percurritur: iterumque constricta erugatur, atque extenditur malleo. Ita sunt longinqua monumenta Tiberij Caiique Graechorum manus, quæ apud Pomponium Secundum vatem ciuemque clarissimum vidi annos ferè post c c. Iam verò Ciceronis ac Diui Augusti Virgiliique sæpenumero videmus.

De libris Numæ.

CAP. XIII.

Ingentia quidem exempla contra Varronis sententiam de chartis reperiuntur. Namque Cassius Hemina, vetustissimus autor Annalium, quarto eorum libro prodidit, Cn. Terentium scribam agrum suum in Ianiculo repastinatem offendisse aream, in qua Numma, qui Romæ regnavit, situs fuisset. In eadem libros eius repertos P. Cornelio L. F. Cethego, M. Bebio, Q. F. Pamphilo Coss. ad quos à regno Numæ colliguntur anni d x x v. & hos fuisse è charta: maiore etiamnum miraculo, quòd tot infossi durauerunt annis. Quapropter in re tanta ipsius Hemine verba ponam: Mirabantur alij, quomodo illi libri durare potuissent. Ille ita rationem reddebat: Lapidem fuisse quadratum, circiter in media arca vincetum candelis quoquò versus. In eo lapide insuper libros impositos fuisse: propterea arbitrarier eos non computruisse. Et libros cedratos fuisse: propterea arbitrarier tineas non tetigisse. In his libris scripta erant philosophiæ Pythagoricæ. Eosque combustos à Q. Petilio Prætorè, quia philosophiæ scripta essent. Hoc idem tradit C. Piso Cenforius primo commentariorum: sed libros septem iuris pontificij, totidemque Pythagoricos fuisse. Tuditanus decimo tertio, Numæ decretorum fuisse. Libros duodecim fuisse, ipse Varro Humanarum antiquitatum quinque Antias secundo, duos pontificales Latinos, totidem Græcos præcepta philosophiæ continentes. Idem tertio ponit, quò comburi eos placuerit. Inter omnes verò conuenit, Sibylam ad Tarquinium Superbum treis libros attulisse. Ex quibus igni duo cremati ab ipsa, tertius cum Capitolio Syllanis temporibus. Præterea Mutianus ter Consul prodidit

a T. tabula madente
b T. tabulæ scheda
c T. peragit.

d T. ex auer-
fina
e T. per trāsfl.
f T. è
g T. subsemi-
na.

h T. expun-
git.

i T. inico
k Ios. Scal.
in uolucris san-
denti se tantū
est fraudi.

nuper se legisse, cum præsideret Lyciæ, Sarpedonis à Troia scriptam in quodam templo epistolæ chartam. Quod eò magis miror, si etiamnum Homero condente Ægyptus non erat: aut cur, si iam hic erat vsus, in ipsa illa Lycia Bellerophonti codicillos datos, non epistolas, prodidit? Sterilitatem sentit hoc quoque. Factumque iam Tiberio principe inopia chartæ, ut è Senatu darentur arbitri dispensandi: alias in tumultu vita erat.

De arboribus Æthiopiæ

CAP. XIII.

A Ethiopia Ægypto contermina insignes arbores non ferè habet, præter laniferas, quarum natura in descriptione Indorum, atque Arabiæ dicta est. Propior tamen huic natura lanæ, maiórque folliculus granati modo mali: similisque & inter se arbores ipsæ. Præter hanc palmæ, quales retulimus. Insularum arbores ambitu Æthiopiæ, & nemora odorata, in mentione earum dicta sunt.

De Atlantis arboribus, & cedrinis mensis, & quæ in his laudentur, & quæ vituperentur.

CAP. XV.

Atlas mons peculiari proditur sylva, de qua diximus. Confines ei Mauri, quibus plurima arbor^a cedri & mensarum infania, quas fœminæ viris contra margaritas regerunt.^b Extat hodie M. Ciceronis in illa paupertate, & quod magis mirum est, illo ævo empta H-s. x. memoratur & Galli Asinij, H-s. xj. Venundatæ sunt & duæ Iuba rege vendente: quarum alteri pretium fuit H-s. x v. alteri paulò minus. Interiit nuper incendio à Cethegis descendens. H-s. x i i j. permutata, latifundij taxatione, si quis prædia tanti mercari malit. Magnitudo amplissima adhuc fuit, vnius commissæ ex orbibus dimidiatis duobus, à rege Mauritaniæ Ptolemæo, quatuor pedum & semipedis per medium ambitum, crassitudinæ quadrantali. Maiúsque miraculum in ea est artis, latente iunctura, quàm potuisset esse natura solidæ. Item à Nomio Tiberij Cæsaris liberto cognomen trahentis, tribus sicilicis infra quatuor pedes, totidemque infra semipedem crassitudinis. Qua in re non omittendum videtur: Tiberio principi mensam quatuor pedes sextatæ & sicilico excedentem, tota verò crassitudine fescunciali, operimento laminæ vestitam fuisse, cum tam opima Nomio liberto eius esset, cuius materia erat tuber. Hoc est radicis vitium, maximèque in eo laudatum, quòd sub terra totum fuerit, & rarius quàm quæ superne, quæque gignuntur etiam in ramis proprièque quòd tanti emitur, arborum vitium est, quarum amplitudo ac radices æstimari possunt ex orbibus. Sunt autem cupresso fœminæ etiamnum sylvestri similes folio, odore, caudice. Anchorarius mons vocatur citerioris Mauritaniæ, qui laudatissimam dedit cedrum, iam exhaustus. Mensis præcipua dos in vena crispis, vel in vertice variis. Illud oblongo euenit discursu, ideòque tigrinæ appellantur: hoc intorto, & ideo tales pantherinæ vocantur. Sunt & vndatim crispæ, maiore gratia, si pavonum caudæ oculos imitentur. Magna verò post has gratia extra prædictas crispis densa veluti grani congerie, quas ob id à similitudine apiatas vocant. Summa verò omnium in colore. Hic maximè mulsi placet, suis refulgens venis. Post hæc amplitudo est iam totius caudicis. Iuuant plura quoque in vna mensa vitia: lignum, ita vocatur materia furda, & indigesta simplicitas, aut platani foliorum modo digesta: item ilignæ venæ similitudo, vel coloris: & quibus maximè obnoxias fecere æstus ventique, rimæ, aut capillamenta rimas imitata. Postea muræna nigro transcurrens limite, variisque corticum punctis apprehensus papauerum modo, & in totum atro propior color, maculæve discoloris. Virides terra condunt barbari, & illinunt cera. Artifices verò frumenti acervis imponunt septenis diebus, totidem intermissis: mirumque, ponderi quantum ita detrahant. Naufragia docuere nuper, hanc quoque materiam siccitam mari, duritie incorrupta spissari, non villo modo vehementius. Nutriuntur optimè, splendescuntque, manu sicca fricatæ à balineis maximè, nec à vinis læduntur, ut his genitæ. Inter pauca nitidioris vitæ instrumenta hæc arbor est: quapropter insistendum ei quoque paulum videtur.

^a Cuiac. citu

^b Budens lib.

3. de esse, non

procul à prin-

cipio hunc in

modum legit:

Extat hodie

M. Ciceronis

in illa

paupertate,

& quod magis

mirum

est, illo ævo

emptæ H-s.

XI. Memoratur

& Galli

Asinij H-s.

XI. venundatæ.

Sunt &

duæ à Iuba

rege pendentes:

quarum alteri

pretium fuit

H-s. XII.

alteri paulò

minus. Interiit

nuper incendio

À Cethegis

descendens H-s.

XIII. permutata

latifundij

taxatione.

&c.

Thya arbor quæ.

CAP. XVI.

NOta etiam Homero fuit: *θεῖον* Græcè vocatur, ab aliis thya. Hanc igitur inter odores vri tradit in deliciis Circes, quam Deam volebat intelligi, magno errore eorum, qui odoramenta in eo vocabulo accipiunt, cum præsertim eodem versu cedrum laricè mque vnà tradat: in quo manifestum est de arboribus tantum locutum. Theophrastus, qui primus à magni Alexandri ætate scribit, quæ circa vrbs Romæ quadragesimum quadragesimum gesta sunt annum, magnum iam huic arbori honorem tribuit, memoratas ex ea referens templorum veterum contignationes, quæ ad immortalitatem materiæ in tectis contra vitia omni incorruptæ. Radice nihil crispus, nec aliunde pretiosiora opera. Præcipuam autem esse eam arborem circa Hammonis delubrum. Nasci & in interiore Cyrenaicæ parte. De mensis tamen tacuit: & aliàs nullius ante Ciceronianam vetustior memoria est: ex quo nouitiæ apparent. Alia est arbor eodem nomine, malum ferens execratum aliquibus odore & amaritudine, aliis expetitur, domos etiam decorans, nec dicenda verbosius.

De arbore loto.

CAP. XVII.

EAdem Africa, quæ vergit ad nos, insignem arborem loton gignit, quam vocant celtin, & ipsam Italiæ familiarem, sed terra mutatam. Præcipua est circa Syrtes atque Nasamonas. Magnitudo, quæ pyro, quanquam Nepos Cornelius breuem tradat. Incisuræ folio crebriores: alioquin ilicis viderentur. Differentiæ plures, eæque maximè fructibus fiunt. Magnitudo huic fabæ, color croci, sed ante maturitatem alius atque alius, sicut in vuis. Nascitur densus in ramis myrti modo, non vt in Italia, cerasi: tam dulci ibi cibo, vt nomen etiam genti terræque dederit, nimis hospitali aduenarum obliuione patriæ. Ferunt ventris non sentire morbos, qui eum mandant. Melior sine interiore nucleo, qui in altero genere offeus videtur. Vinum quoque exprimitur illi, simile mulso, quod ultra denos dies negat durare idem Nepos: baccasque contusas cum alica ad cibos doliis condi. Quin & exercitus pastos eo accepimus, vltro citroque commeantes per Africam. Ligno colos niger. Ad tibiæ cantus expetitur. E radice cultellis capulos, breuesque alios vsus excogitant. Hæc ibi natura arboris. Est autem eodem nomine & herba, & in Ægypto caulis in palustrium genere. Recedentibus enim aquis Nili riguis, prouenit similis fabæ, caule, foliisque densa congerie stipatis, breuioribus tantum, gracilioribusque: cui fructus in capite papaueri similis incisuris, omnique alio modo, intus grana, ceu milium. Incolæ capita in acervis putrefaciunt: mox separant lauando & siccata tundunt, eoq; pane vtuntur. Mirum est, quod præter hæc traditur: Sole occidente papauera ea cõprimi, & integri foliis. Ad ortum autem aperiri, donec maturescat, flosque qui est candidus, decidat.

De scapo ipso, & radice loto.

CAP. XVIII.

HOc amplius in Euphrate tradunt, & scapum ipsum & florem vespera mergi vsque in medias noctes, totumque abire in altum, vt ne demissa quidem manu possit inueniri. Verti deinde, paulatimque subrigi, & ad exortum Solis emergere extra aquam, ac florem patefacere, atque etiamnum exurgere, vt planè ab aqua absit altè. Radicem lotos hæc habet mali cotonei magnitudine, opertâ nigro cortice, qualis & castaneas tegit. Interius candidum corpus, gratum cibus, sed crudo gratius decoctum, siue aqua, siue pruna. Nec aliunde magis, quam purgamentis eius, sues crassescunt.

De paliuro, & Punico malo, & de flore Punici mali.

CAP. XIX.

CYrenaica regio loton suæ postponit paliuro. Fruticosior hæc, fructuque magis rubens, cuius nucleus non simul manditur, iucundus per se, atque suauior è vino, quin & vina succo suo commendans. Interior Africa ad Garamantas vsque, & deserta, palmarum magnitudine & suauitate constat, nobilibus maximè circa delubrum Hammonis. Sed circa Carthaginem Punicum malum cognomine sibi vindicat. Aliqui granatum appellant. Diuisit & in genera, apyrinon vocando, cui lignosus nucleus abest. Sed candidior ei natura, & blandiores sunt acini, minusque amaris distincti mēbranis. Alia stru-

ctura eorum, vt in fauis, communis. Nucleos habentium v. species, dulcia, mista, acida, vinosa. Samia & Ægyptia, distinguuntur erythrocomis, & leuocomis. Corticis maior v. fus ex acerbis ad perficienda coria. Flos balauftium vocatur, & medicinis idoneus, & tingendis vestibus, quarum color inde nomen accepit.

De Asia & Græcia fruticibus.

C A P. X X.

IN Asia & Græcia nascuntur frutices, ^a Epicaetis, quem alij embolinen vocant, paruis foliis, quæ pota contra venena profunt, sicut Ericas contra serpentes.

^a Legendum
ex Dioscoride,
Epicaetis
quam alij el-
leborinen
appellant.

De thymelæa, siue chamelæa, & tragacanthæ, & de tragio, siue scorpione, & myrice, & brya, & galla.

C A P. X X I.

ET in quo nascitur granum Gnidium, quod aliqui linum vocant. Fruticem verò thymelæam, alij chamelæam, alij pyros achnen, alij cnestron, alij cneorō. Est similis oleastro, foliis angustioribus, gummosis si mordeantur, myrti magnitudine, semine colore & specie farris, ad medicinæ tantum vsum. Tragion fruticem sola Creta insula gignit, terebintho similem & semine, quod contra sagittarum ictus efficacissimum tradunt. Eadem & tragacanthem, spinæ albæ radice, multum prælatâ apud Medos aut in Achaia nascenti. Pretium eius in libras x i j. Tragion & Asia fert, siue scorpionem, veprem sine foliis, racemis rubentibus, ad medicinæ vsum. Myricen & Italia, quam alij tamaricen vocant, Achaia autem bryan syluestrem: insigne in ea, quod satiua tantum ferat gallæ similem fructum. In Syria & in Ægypto copiosa hæc est, cuius infelicia ligna appellamus, quæ tamen infeliciora sunt Græciæ. Gignit enim arborem ostryn, quam & ostryam vocant, solitariam circa saxa aquosa, similem fraxino cortice, & ramis, folio pyri, paulò tamen longioribus crassioribusque, ac rugosis incisuris, quæ per tota discurrunt: semine hordeo simili & colore. Materies est dura atque firma: qua in domum illata, difficiles partus fieri produnt, mortésque miseras.

De euonymo, & adrachne, coggygia, & thapsia.

C A P.

X X I I.

NEc auspiciator in Lesbos insula arbor quæ vocatur euonymos, non ab similis Punice arbori, inter eam & laurum folij magnitudine, figura verò & mollitia Punice, flore candidiore, statim pestem denuntians. Fert siliquas sesami similes, intus granum quadrangula figura, spissum, letale animantibus: nec non & in folio eadem vis. Succurrit aliquando præceps alui exinanitio. Alexander Cornelius arborem eonem appellauit, ex qua facta esset Argo, similem robori viscum ferenti, quæ nec aqua nec igni posset corrumpi, sicuti nec viscum, nulli alij cognitam, quod equidem sciam. Adrachnē omnes ferè Græci portulacæ nomine interpretantur, cum illa sit herba, & andrachne vocetur, vnus literæ diuersitate. Cæterum adrachne est syluestris arbor, neque in planis nascens, similis vnedoni, folio tantum minore, & nunquam decidente: cortice non scabro quidem, sed qui circungelatus videri possit: tam tristis aspectu est. Similis & coggygia folio, magnitudine minor. Proprietatem habet fructum amittendi lanugine (pappum vocant) quod nulli alij arborum euenit. Similis & aphaerce, bifera æquè quàm adrachne. Priorem fructum incipiente pubescere vna peragit, alterum initio hyemis: quales eos, non traditur. Et ferulam inter externas dixisse conueniet, arborumque generi ascripsisse: quoniam quarundam nature (sicut distinguemus) lignum omne corticis loco habet, hoc est forinsecus: ligni autem loco fungosam intus medullam, vt sambuci: quædam verò inanitatem, vt harundines. Ferula calidis nascitur locis, atque trans maria, geniculatis nodata scapis. Duo eius genera: Nartheca Græci vocant, assurgentem in altitudinem: Narthechiam verò semper humilem. A genibus exeuntia folia maxima, vt quæque terræ proxima. Cæterò natura eadem, quæ anetho, & fructu similis. Nulli fruticum leuitas maior: ob id gestatu facilior, baculorum vsum senectuti præbet. Semen ferulæ, thapsiam quidam vocauerunt: decepti eo, quoniam ferula sine dubio est thapsia, sed sui generis, foliis, sceniculi, inani caule, nec excedente baculi longitudinem. Semen quale ferulæ, radix candida. Incisa lacte manat, & contusa succo: nec corticem abdicant, omnia ea venena. Quippe etiam

etiam fodientibus nocet: si minima aspiret aura, intumescunt corpora, faciémque inuadunt ignes facri: ob id cerato prius illinunt. Quibusdam tamen morbis auxiliari dicunt medici, permista in aliis. Item in alopeciis suggillatísque ac liuentibus: ceu vero remedia desint, vt scelera contractent. Sed ista prætēxunt noxio instrumento: tātūque impudētiæ est, vt venenum artis esse persuadeant. Thapsia est in Africa vehementissima. Quidā causam incidunt per messes, & in ipsa excauāt radice, quo succus confluat, arefactūque tollunt. Alij folia, caulem, radicem tundunt in pila, & succum in sole coactum diuidunt in pastillos. Nero Cæsar claritatem ei dedit initio imperij, nocturnis grassationibus conuerberatam faciem illinens sibi cum thure^a cerâque & sequuto die contra famā^a curtem synceram circumferens. Ignem ferulis optimè feruari certum est, easque in Ægypto præcellere.

De capparí, siue cynosbato, aut ophcostaphyle, & de sari.

C A P. X X I I I.

Ibi & capparí, firmioris ligni frutex, seminísque & cibi vulgati, caule quoque vnâ plerūque decerpto. Cauenda eius genera peregrina. Siquidē Arabicum pestilens, Africum gingiuis inimicum, Marmaricum vuluis, & omnium inflationibus. Apulum vomitus facit: stomachum & aluum^b soluit. Quidam id cynosbaton vocāt, alij ophcostaphylen. Frutico si est generis & sari, circa Nilum nascens duorum fermè cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri, similique manditur modo: radice ferrariis officinis præcipua, carbonis vsu, propter duritiam.

De spina Babylonis regia, & de cytiso.

C A P. X X I I I I.

Non omittendum est & quod Babylone seritur in spinis, quoniam non aliubi viuit, sicut & viscum in arboribus: sed illud in spina tantum, quæ regia vocatur. Mirum, quòd eodem die germinat, quo iniectum est. Iniicitur autem ipso Canis ortu, & celerimè arborem occupat. Condiunt eo vina, & ideo serunt. Spina illa nascitur & Athenis in longis muris. Frutex est & cytisus, ab Aristomacho Atheniensi miris laudibus prædicatus pabulo ouium, aridus verò etiam suum: spondetque iugero eius annua H-s. MM. vel mediocri solo redditus. Vtilitas, quæ eruo, sed ocyor satietas, per quã modico pinguescente quadrupede, ita vt iumenta hordeum spernant. Non ex alio pabulo lactis maior copia aut melior, super omnia pecorum medicina à morbis omni vsu præstante. Quin & nutricibus in defectu lactis aridum, atque in aqua decoctum, potui cum vino dari iubet: firmiores celsioresque infantes fore. Viridem etiam gallinis, aut si aruerit, madefactum. Apes quoque nunquam defore cytisi pabulo contingente, promittunt Democritus & Aristomachus. Nec aliud minoris impendij est. Seritur cum hordeo, aut vere semine, vt porrum, vel caule autumnno ante brumam. Si semine, madidum: & si desint imbres, fatum spargitur. Plantæ cubitales seruntur scrobe pedali. Seritur per æquinoctia tenero frutice. Perficitur trienio. Demetitur verno æquinoctio, cum florere desit, vel pueri vel anus vilissima opera. Canus aspectu, breuiterque si quis exprimere similitudinem velit, angustioris trifolij frutex. Datur animalibus post biduum semper. Hyeme verò quod inaruit, madidum. Satiant equos denæ libræ, & portione minora animalia: obiterque inter ordines allium & cæpe feri fertile est. Inuentus hic frutex in Cythno insula, inde translatus est in omnes Cycladas, mox in vrbes Græcas, magno casei prouentu: propter quod maximè miror rarum esse in Italia. Non æstuum, non frigorum, non grandinum, aut niuis iniuriam expauescit. Adicit Hyginus, ne hostium quidem, propter nullam gratiam ligni.

De fruticibus & arboribus nostri maris, atque Rubri, & Indici.

C A P. X X V.

Nascuntur & in mari frutices arborésque, minores in nostro. Rubrum enim, & totus Orientis Oceanus refertus est syluis. Non habet lingua alia nomen, quod Græci vocant phycos: quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur: hic autem est frutex. Folia lata colore viridi gignit, quod quidam prason vocant, alij zostera. Alterum

genus eiusdem, capillaceo folio simile fœniculo, in faxis nascitur: superius in vadis haud procul litore: verno vtrunque: & interit autumnò. Circa Cretam insulam nato in petris purpuras quoque inficiunt, laudatissimo à parte Aquilonis, aut cum spongiis. Tertium est gramini simile, radice geniculata & caule, qualiter calami. Aliud genus fruticû bryon vocatur, folio lactucæ, rugosiore tantum, iam hoc interius nascens. In alto verò abies & quercus cubitali altitudine. Ramis earum adhærent conchæ. Quercu etiam tingi lanas tradunt. Glandem etiam quasdam ferre in alto: naufragis hæc deprehensa vrinantibusque. Et aliæ traduntur prægrandes circa Sicyonem. Vitis enim passim nascitur. Sed ficus sine foliis, rubro cortice. Fit & palma fruticum generis. Extra Herculis colunas porri fronde nascitur frutex, & alius lauri & thymi, qui ambo eiectione in pumicem transfigurantur. At in Oriente mirum est, statim à Copto per solitudines nihil gigni, præter spinam, quæ sitiens vocatur, & hanc raram admodum. In mari verò Rubro sylvas viuere, laurum maximè & oliuam ferentem baccas: & cum pluat, fungos, qui sole tacti mutantur in pumicem. Fruticum ipsorum magnitudo ternorum est cubitorum, caniculis referta, vt vix prospicere è naui tutum sit, remos plerumque ipsos inuadentibus. Qui nauigauere in Indos Alexandri milites, frondem marinarum arborum tradidere in aqua viridem fuisse, exemptam sole protinus in salem arescentem. Iuncos quoque lapideos perquam similes veris per litora, & in alto quasdam arbusculas colore bubuli cornus ramosas, & cacuminibus rubentes: cum tractarentur, vitri modo fragiles, in igne autem vt ferrum inardescentes, restinctis colore suo redeunte. Eodem tractu insularum sylvas operit æstus, quanquam altiores platanis populisque altissimis. Folia iis lauri, flos violæ & odore & colore. Baccæ, vt oleis, & ipsæ odoris iucundi autumnò nascentes, foliis nunquam deciduis. Harum minores totas integit mare. Maximarum cacumina extant, ad quæ naues religantur: & cum recessit æstus, ad radices. Alias quoque arbores in alto ab eisdem accepimus eodè in mari visas, semper folia retinentes: fructu earum lupino simili. Iuba tradit, circa Troglodytarum insulas fruticem in alto vocari Isidos plocamon, corallio similem sine foliis: præcisum mutato colore in nigrum durefcere. Cum cadat, frangi. Itè alium, qui vocatur charitoblepharon, efficacem in amatoriis. Spathalia eo facere & monilia fœminas. Sentire eum se capi, durarique cornus modo, & hebetare aciem ferri. Quod si fefellerint insidias, in lapidem transfigurari.

C. PLINII SECVNDI NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XIII.

In quo frugiferae arbores traduntur.

PROOEMIUM.



XTERNÆ arbores, indocilesque nasci alibi, quam vbi cœpere, & quæ in alienas non commeant terras, hætenus ferè sunt. Licetque iam de communibus loqui, quarum omnium peculiaris parens videri potest Italia. Noscentes tantum meminerint, naturas earum à nobis interim dici, non culturas: quam & colendi maxima in natura portio est. Illud satis mirari non queo, interisse quarundam memoriam, atque etiam nominum, quæ autores prodidere, notitiam. Quis enim non communicato orbe terrarum, maiestate Romani imperij profecisse vitam putet commercio rerum ac societate festæ pacis, omniaque etiam quæ occulta antè fuerant, in pro-

promiscuo vsu facta? At hercule non reperiuntur, qui norint multa ab antiquis prodita: tanto priscorum cura fertilior, aut industria felicitior fuit, ante millia annorum inter principia literarum Hesiodo præcepta agricolæ pandere orsa, subsecutisque non paucis hanc curam eius, vnde nobis creuit labor. Quippe cum requirenda sint non solum postea inuenta, verum etiam ea, quæ inuenerant prisci, desidia rerum interneçione memoriæ inducæta. Cuius somni causas quis alias, quàm publicas mundi, inuenerit? Nimirum alij subiere ritus, circæque alia mentes hominum detinentur, & auaritiæ tantum artes coluntur. Antea inclusis gentium imperiis intra ipsas, ideoque & ingeniis, quadam sterilitate fortunæ, necesse erat animi bona exercere: regesque innumeri honore artium colebatur, & in ostentatione has præferebant opum, immortalitatem sibi per illas prorogari arbitantes. Quare abundabant & præmia, & operæ vitæ. Posteris laxitas mundi & rerum amplitudo damno fuit, postquam Senator censu legi cœptus, iudex fieri cœsu, magistratum ducemque nil magis exornare, quàm cœsus: postquam cœpere orbitas in autoritate summa & potentia esse, captatio in quæstu fertilissimo, ac sola gaudia in possidendo: pessum iere vitæ pretia: omnesque à maximo bono liberales dictæ artes, in cōtrarium cecidere, ac seruitute sola profici cœptum. Hanc alius alio modo, & in aliis adorare, eodem tamē, habendi quò eat spes, omnium tendente voto. Passim verò etiam egregij aliena vitia, quæ bona sua, colere malle. Ergo hercule voluptas viuere cœpit, vita ipsa desiit. Sed nos oblitterata quoque scrutabimur. Nec deterrebit quarundã rerum humilitas, sicut nec in animalibus fecit. Quãquam videmus Virgilium præcellentissimum vatem, ea de causa horrorum dotes fugisse: è tantisque, quæ retulit, flores modò rerum decerpisse, beatum felicemque gratiæ x v. omnino generibus vuarum nominatis, tribus oleæ, totidē pyrorum, malo verò tantum Assyrio, cæteris omnibus neglectis. Vnde autem potius incipiemus, quàm à vitibus? quarum principatus in tantum peculiaris Italiæ est, vt vel hoc vno omnia gentium vicisse, quanquam odorifera, possit videri bona: quanquam vbiçunque a pubescen-^a T. florescen-
tium

De vitium natura, & quibus modis ferant.

C A P V T I.

Vites iure apud priscos magnitudine quoque inter arbores numerabantur. Iouis simulacrum in vrbe Populonia ex vna conspicimus, tot æuis incorruptum: Itē Massiliæ pateram. Metaponti templum Iunonis vitigineis columnis stetit. Etiam nunc scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur vite vna Cypria, vt ferunt, quoniam ibi ad præcipuam amplitudinem exeunt. Nec est ligno vlli æternior natura. Verum ista ex syluestribus facta crediderim, quando hæ vites tonsura annua coërcentur, & vis earum omnis euocatur in palmites, aut deprimitur in propagines, succiq; tantum gratia ex his pluribus modis ad cæli mores, solique ingenia. In Campano agro populis nubunt: maritæq; complexæ, atque per ramos earum procacibus brachiis geniculato cursu scandentes, cacumina æquant, in tantum sublimes, vt vindemiator autoratus rogum ac tumulum excipiat. Nullo fine crescunt, diuidique aut potius auelli nequeunt. Villas & domos ambiri singularum palmitibus, ac sequacibus loris quoque, memoria dignum inter prima Valerianus quoque Cornelius existimauit. Vna vitis Romæ in Liuiæ porticibus subdiales inambulationes vmbrosis pergulis opacat, eadem duodenis musti amphoris fœcunda. Vlmos quidem vbiçunque exuperant. Miratumque altitudinem earum Ariciæ ferunt legatū regis Pyrrhi Cineam facetè lusisse in austeriorem gustum vini, meritò matrē eius pendere in tant alta cruce. Rumbotinus vocatur, & alio nomine populus, arbor Italiæ Padum transgressis, cuius tabulata in orbem patula replent, puroque^b producto dracone in palmā eius, ^b T. producta
inde in subrectos ramorum digitos flagella dispergunt. Eadem modici hominis altitudine adminiculatæ sudibus^c horrent, vineamque faciunt: & aliæ improbo reptatu, papi-^c hærent,
norumque superfluitate peritia domini amplo discursu atria media cōplentes. Tot differentias vel sola tantum Italia recipit. Stat prouinciarum aliquarum per se vitis sine vlllo
50 pedamento, artus suos in se colligens, & breuitate crassitudinē pascens. Vetant hoc aliubi venti, vt in Africa & in Narbonēsis prouinciæ partibus. Excrefcere vltra suos pollices

prohibitæ, semperque passinatis similes, herbarum modo vagantur per arua, ac succum terræ passim vuis bibunt, quæ ob id magnitudinem infantium puerorum in interiore Africa parte exuperant. Vua non aliubi^a gratior callo, ut inde possit inuenisse nomē duracina. Nāque genera magnitudine, colore, saporibus, acinis, innumera, etiamnum multiplicatur vino. Hic purpureo lucent colore, illic fulgent roseo, nitentque viridi. Candicans enim nigerque vulgares. Tument verò mamarum modo bumasti. Prælogis dactyli porriguntur acinis. Est & illa naturæ lasciuia, ut prægrandibus adhæreant parui, mites, & suauitate certantes: leptoragas has vocant. Durat aliæ per hyemem, pensili cōcameratæ modo. Aliæ in sua tantum continentur anima ollis fictilibus, & insuper doliis inclusæ, stipatæ vinaceis circumfundantibus. Aliis gratiam, qui & vinis, fumus affert fabrilis, iisq; gloria¹⁰ præcipuam in fornacibus Africa Tiberij Cæsaris autoritas fecit. Ante eum Rhætici prior mensa erat, & vuis Veronensium agro. Quin & à patientia nomen acinis datur passis. Conduntur & musto vuæ, ipsæque vino suo inebriantur. Aliæ decoctæ in musto dulcescunt: aliæ verò sobolem nouam in matre ipsa expectant translucidæ vitro, additq; acinis eandem, quam in doliis amphorisve, duratricem illam firmitatem austeritas picis infusa pediculo. Iam inuenta vitis per se in vino picem respiciens, Viennensem agrum nobilitans, Aruerno, Sequanoque & Heluico generibus non pridem illustrata. Atque hæc Virgilij vatis ætate incognita, à cuius obitu x c. aguntur anni. Quid, quod^b infertæ castris summam rerum imperiumque^c continent? Centurionum in manu vitis, & opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit^d aquilas, atq; etiam in delictis pœnam ipsam honorat.²⁰ Necnon vineæ oppugnationum dedere rationem. Nam in medicaminibus adeo magnū obtinent locum, ut per sese vino ipso remedia sint.

De generibus vitium.

CAP. II.

Genera vitium numero comprehendi posse vnus existimauit Democritus, cuncta sibi Græciæ cognita professus. Cæteri innumera atque infinita esse prodiderunt: quod verius apparebit ex vinis. Nec omnia dicentur, sed maximè insignia: quippe quæ totidem penè sunt, quot agri. Quamobrem celeberrimas vitium, aut quibus est aliqua proprietate miraculum, ostendisse satis erit. Principatus datur ammineis propter firmitatem, fenioque proficientem vini eius vbique vitam. Quinque earum genera: ex iis germana minor acino melior deflorescit, imbres tempestatesq; tolerat: nō item maior, sed in arbore,³⁰ quam in iugo, minus obnoxia. Gemellarum, quibus hoc nomen vuæ semper gemine dedit, asperrimus sapor, sed vires præcipuæ. Ex iis minor Austro læditur, cæteris ventis alitur, ut in Vesuuio monte, Surrentinisque collibus. In reliquis Italiae partibus non nisi arbori accommodata. Quintum genus lanatæ, ne Seres miremur, aut Indos, adeo lanugo eā vestit. Prima ex ammineis maturescit, ocysiméque putrescit. Proxima dignitas Nomentanis rubete materia: quapropter quidam rubellas appellauere vineas. Ex minus fertiles vino, acinis & fæce nimia: contra pruinas fortissimæ, siccitate magis quam imbre, æstu quam algore vexantur. Quamobrem in frigidis humidisque principatum obtinent. Fertior, quæ minor acino, & folio scissa minus. Apianis apes dedit cognomen, præcipue earum auidæ. Ex his duo genera, lanugine & ipsa pubescunt. Distant, quod altera ce-⁴⁰ leriùs maturescit, quanquam & altera properante. Situs frigidus non respuunt: & tamen nullæ celeriùs imbre putrescunt. Vina primò dulcia, austeritatem annis^e accipiunt, & rubra fiunt. Nulla magis vite gaudet. Et hætenus potissima nobilitas datur peculiaribus atque vernaculis Italiae. Cæteræ aduenere Chio, Thasove. Græcula non inferior ammineis bonitate, prætenera acino: & vua tam parua, ut nisi pinguiissimo solo colere non profuit. Eugeniæ Taurominitani colles cum generositatis cognomine, misere Albano tantum agro: quoniam translata statim mutatur. Nanque est aliquibus tantus locorum amor, ut omnem in his gloriam suam relinquunt, nec vsquam transeant totæ. Quod & in Rhetica Allobrogicaq; quæ supra picatam appellauimus, euenit, domi nobilibus, nec agnoscendis alibi. Fœcundæ tamen, bonitatis vice copiam præstant: Eugeniæ feruentibus locis Rhæti-⁵⁰ ca temperatis, Allobrogica frigidis, gelu maturescens, & colore nigra. Ex his, quas adhuc dixi-

^e Mer. accipiunt. Ethru-ria nullam magis vite gaudet.

diximus, sed etiam è nigris vina vetustate in album colorem transcunt. Reliquæ ignobiles. Aliquando tamen cæli aut soli opera nō fallunt vetustatem, sicuti fecenia, & cum ea florens Biturica, acino rarior, nunquam floris obnoxij, quoniam antecedunt, ventisq; & imbris resistunt, meliores tamē argentibus locis, quàm calidis: humidis, quàm sitientibus. Vix vlla magis tam denso vuarum partu, impatiens variantis cæli, sed contra tenorem vnum in alboris æstusve constans. Quæ minor est ex eo genere, melior. In eligendo solo morosa, pingui putrescit, gracili omnino non prouenit. Mediam temperiem delicatè quærit, ob hoc Sabinis collibus familiaris. Vua eius indecora visu, sapore iucunda: nisi matura protinus rapiatur, etiam non putrescens cadit. Contra grandines eam tuetur foliorum amplitudo atque duritia. Insignes iam colore inter purpureas nigrasque medio heluolæ, sæpius varianti, & ob id varianæ à quibusdam appellatæ. Præfertur in his nigrior: vtraq; alternis annis fertilis: sed melior vino, cum parcior. Et præciæ duo genera magnitudine acini discernuntur: quibus materies plurima, vuæque ollis vtilissima folium apio simile. Basilicam Dyrrhachini celebrant, Hispaniæ cocolobin vocant. Rarior vua, æstus Austrosq; tolerat, capiti inimica, copia larga. Hispaniæ duo genera eius faciūt: vnum oblongo acino, alterum rotundo: nouissimas vindemiant. Quo dulcior cocolobis, hoc melior. Sed & austera transit in dulcem vetustate: & quæ dulcis fuit, in austeritatem: tūcque Albano vino æmulantur. Tradunt vesicæ vitiis vtilissimum ex his potum. Albuellis summis arboribus fertilior est, visula imis. Quamobrem circa easdem satæ diuersitate naturæ locupletant. Inerticula è nigris appellauere, iustiùs sobriam dicturi, inueterato præcipuè commendabilem vino, sed viribus innoxiam. Siquidem temulentiam sola non facit. Fertilitas commendat cæteras, principemque heluenacam. Duo eius genera: maior, quam quidam longam: minor quam arcam appellant, non tam sæcudam, sed gratiorem haustu. Discernitur folio circinato. Verum vtraque gracilis. Furcas subdere his necessarium: alioqui vbertatem suã non tolerant. Maritimo afflatu gaudent, roscido odore. Nulla vitium minus Italiam amat, rara, parua, putrescēs in ea: vino quoq; quod genuit, æstatem non exuperans. Nec alia macro solo familiarior. Græcinus, qui alioqui Cornelium Celsum transcripsit, arbitratur non naturam eius repugnare Italiæ, sed culturam, auidè palmites euocantium. Ob id fertilitatem suam absumi, si non præpinguis soli vbertas lascescentem sustineat. Carbunculari negatur, magna dote, si verum est, aliqua in vite cælo non esse ius. Æstum fert spionia, quam quidam spineam vocant, autumnisq; & imbris pinguescit. Quinimo nebulis vna alitur, ob id Rauennati agro peculiaris. Venicula inter optimè deflorescentes, & ollis aptissimam, Campani malunt sirculam vocare, alij staculam, Tarracina numisianam, nullas vires proprias habentem, sed totam perinde ac solum valeat. Surrentinis tamen efficacissima testis Vesuio tenus. Ibi enim murgentina è Sicilia potissima, quam Pompeianam aliqui vocant, Latio demum feracem: sicut horconia in Campania, tātum vilitatis cibariæ, sed vbertate præcipua. Tolerat & annos mœrica, contra omne sidus firmissima, nigro acino, vinis vetustate rubescentibus.

Item de vitium generibus secundum locorum & regionum proprietatem.

C A P. I I I.

ET hætenus publica sunt genera: cætera regionum locorumque, aut ex his inter se in situ mista. Siquidem Thuscis peculiaris est tudernis, atque etiam eius nominis florentia. Est opima Aretio talpana, & etesiaca, & confeminia. Talpana nigra candidum facit mustum. Etesiaca fallax, quæ quò plus tulit, eò laudabilius fundit: mirumque, sæcunditate cessat. Confeminia nigra, vino minimè durate, vua maximè: post xv. dies, quàm vlla alia metitur, fertilis, sed cibaria. Huius folia, sicut labruscæ, prius quàm decidant, sanguineo colore mutantur. Euenit hoc etiam quibusdam aliis, pessimi generis argumento. Irtiola Umbriæ, Meuanatique & Piceno agro peculiaris est, Amiternino pumula. Iisdem bānatica fallax est: amat tamen eam. Municipij vuã Pompeij nomine appellant: quãuis Clusinis copiosiore. Municipij & Tiburtes appellauere, quamuis oleaginam nuper inuenerint à similitudine oliuæ. Nouissima hæc vuarum ad hoc tempus reperta est. Vinaciolam

foli nouere Sabini & Laurenti. Nam Gauranas scio à Falerno agro translatas vocari Falernas, celerrimè vbique degenerantes. Nec non Tarentinum genus aliqui fecere, prædulci vua. Capnias & bucconiatis, & tarrupia, in Thurinis collibus non ante demetuntur, quã gelauerit. Pharia gaudent Pisæ, Mutina Prufinia, nigro acino, intra quadriennium albescente vino. Mirum, vbique cum Sole circumagi vuam, quæ ob id streptos vocatur. Et in Italia Gallicam placere, trans Alpes verò Picenam. Dixit Virgilius Thafias & Mareotidas, & lageas: complurésque externas, quæ non reperiuntur in Italia. Sed sunt etiamnum insignes vua, non vino, ambrosiaca, duracina, sine vllis vasis in vite seruabilis: tanta est contra frigora æstus tempestatesq; firmitas. Nec orthampelos indiget arbore aut palis, ipsa se sustinens: non item dactylides digitali gracilitate. Columbinæ^a acinosissimæ: & magis purpureæ cognomine bimamiæ, quando non racemos, sed vuas alias^b gerunt. Item tripedanea, cui nomen à mensura est. Item scirpula passio acino. Et Rhætica in maritimis Alpibus appellata, dissimilis laudatæ illi. Nanque hæc breuis, conferta acino, degener vino, sed cute omniū tenuissima, nucleo quem^c Chium vocāt, vno ac minimo, acinū prægrandem vnum alterumve habens: Est & nigra amminea, cui Syriacæ nomen imponūt. Item Hispana ignobilium probatissima. In pergulis verò feruntur escariæ appellatæ, edere acinis, albæ nigræque. Et bumasti totidem coloribus. At nōdum dictæ Ægia, & Rhodia, & vncialis, velut à pondere acini. Item pucina omnium nigerrima: & coronario naturæ lusu stephanitis, acinos foliis intercurfantibus: & quæ forenses vocātur, celeres prouentu, vendibiles aspectu, portatu faciles. Contra damnatur etiam visu cinerea, & rabuscula, & asinifca: minus tamen, caudas vulpium imitata, alopecis. Alexandrina appellatur vitis circa Phalacrā breuis, ramis cubitalibus, acinō nigro fabæ magnitudine, nucleo molli & minimo, obliquis racemis prædulcibus, folio paruo & rotundo, sine diuisuris. Septē his ann s, in Narbonensis prouinciæ Alba eluia inuenta est, vitis vno die deflorescens: ob id tutissima. Narbonicam vocant, quam nunc tota prouincia conferit.

Insignia cultura vinearum.

CAP. IIII.

Catonum ille primus, triūpho & Censura super cetera insignis, magis tamen etiānum claritate literarum, præceptisque omnium rerum expendarum datis generi Romano, inter prima verò agrum colendi, illius æui confessione optimus ac sine æmulo agricola, pauca attigit vitium genera, quarundam ex iis iam etiam nominibus abolitis. Separatim toto tractatu sententia eius indicāda est, vt in omni genere noscamus quæ fuerint celeberrima, anno sexcentesimo vrbis, circa captas Carthaginem ac Corinthum, cum supremum is diem obiit, & quantum postea cccxx. annis vita profecerit. Ergo de vitibus vuisque ita prodidit: Qui locus vino optimus dicitur esse, & ostentus solibus, ammineum minusculum & geminum eugenium, heluinum minusculum conferito. Qui locus crassior aut nebulosior, ammineum maius, aut murgentinum, Apicium, Lucanum ferito. Cæteræ vites miscellæ maximè in quemuis agrum conueniunt. In lora rectè conduntur. Quas suspendas duracinas, ammineas maiores, vel ad fabrum ferrarium pro passis hæ rectè seruātur. Nec sunt vetustiora de illa re Latinæ linguæ præcepta: tam propè ab origine rerum sumus. Ammineam proximè dictam, Varro scātianam vocat. In nostra ætate pauca exempla consummatæ huius artis fuere: verum eò minus omittenda, vt noscantur etiam præmia, quæ in omni re maximè spectantur. Summam ergo adeptus est gloriam Acilius Sthenelus è plebe libertina, l. x. iugerum non ampliùs vineis excultis in Nomentano agro atque cccc. nummum venūdatis. Magna fama & Vetuleno Ægiolo perinde libertino fuit in Campaniæ rure Linternino, maiorq; etiam fauore hominū, quoniam ipsum Africani colebat exilium.^d Sed maxima, eiusdē Stheneli opera, Rhemio Palæmoni, aliās Grammatica arte celebri, in hisce xx. annis mercato rus d. c. nummum in eodem Momētano, decimi lapidis ab vrbe diuerticulo. Est autem vsquequaque nota vilitas mercis per omnia suburbana, ibi tamē maxima, quoniam & neglecta per indiligentiam prædia parauerat, ac ne in pessimis quidem elegantioris foli. Hæc aggressus excolere, non virtute animi, sed vanitate primò, quæ nota mirè in illo fuit, pastinatis de

^d De loco hoc, atque adeo de toto hoc capite conside Budenū lib. 5. de Affe.

integro vineis, cura Stheneli dum agricolam imitatur, ad vix credibile miraculum per-
 duxit, intra octauum annum cccc. nummum emptori addita pēdente vindemia. Cu-
 curritque non nemo ad spectandas vuarum in iis vineis strues, literis eius altioribus
 contra id pigra vicinitate sibi patrocinate: nouissimè Anneo Seneca, principe tum
 eruditionis, ac potentia, quæ postremò nimia fuit super ipsum, minimè vtique mirato-
 ro tradere palmam eam, emptis quadruplicato vineis illis intra decimum ferè curæ an-
 num: digna opera, quæ in Cæcubis Setinisque agris proficeret: quando & postea sæpe
 numero septenos culeos singula iugera, hoc est amphoras centenas quadragenas musti
 10 dedere. Ac ne quis victam in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato denos culeos
 redire ex iugeribus scripsit, efficacibus exemplis non maria plus temerata conferre mer-
 catori, non in Rubrum litus Indicumve merces petitas, quam sedulum ruris larem. Vi-
 no antiquissima claritas Maroneo, in Thraciæ maritima parte genito, vt autor est Ho-
 merus. Neque enim fabulosa, aut de origine variè prodita consecramur, præterquam
 Aristæum primum omnium in eadem gente mel miscuisse vino, suauitate præcipua v-
 triusque naturæ sponte prouenientis. Maroneum viciis tantò addito aquæ miscendum
 Homerus prodidit. Durat etiam vis eadem in terra generi, vigorque indomitus. Quippe
 cum Mutianus ter Consul ex his qui nuperrimè prodidit, sextarios singulos octonis a-
 quæ misceri comperit præsens in eo tractu. Esse autem colore nigrum, odoratum, ve-
 20 tustate pinguescere. Et Pramnio, quod idem Homerus celebrauit, etiam nunc honos du-
 rat. Nascitur Smyrnæ regione, iuxta delubrum Matris Deum, In reliquis claritas generi
 non fuit alicui. Anno fuit omnium generum bonitas, L. Opimio Consule, cum C. Grac-
 chus Tribunus plebem seditionibus agitans interemptus, ea cæli temperies fulsit, quam
 cocturam vocant, solis opere, natali vrbis d c x x x i i j. Durantque adhuc vina ducentis
 ferè annis, iam in speciem redacta mellis asperi: etenim hæc natura vinis in vetustate est:
 nec potari per se queunt, si non peruincat aqua, vsque in amaritudinem carie indomita:
 sed cæteris vinis commendandis minima aliqua mistura medicamenta sunt: quo fit, vt
 eius temporis estimatione in singulas amphoras centeni nummi statuuntur. Ex his tamè
 vsura multiplicata semissibus, quæ ciuilis ac modica est, in C. Cæsaris Germanici filij
 30 principatu^b, annis clx singulas vncias vini constitisse nobili exemplo docuimus, referen-
 tes vitam Pomponij Secundi vatis, cœnamque quam principi illi dedit. Tantum pecu-
 niarum detinent vini apothecæ. Nec alia res maius incrementum sentit ad vicesimum
 annum, maiusve ab eo dispendium, non proficiente pretio. Rarò quippe adhuc fuere,
 nec nisi in nepotatu, singulis testis millia nummum: Viennenses soli picata sua, quorum
 genera diximus, pluris permutasse, sed inter sese amore patrio creduntur. Idque vinum
 frigidius reliquis existimatur in frigido potu.

2. Alii scin-
 uittro alias
 regiones, &
 ostentato.
 Quam lectio-
 nem agnoscit
 Bud. h. g.
 de Aff.

b. Refertur, an-
 no ceterisimo
 sexagesimo.
 ad stipulante
 eodem Eudæo
 loco iā citato.

De natura vini.

CAP. V.

40 VINO natura est, hausto accendendi calore viscera intus, foris infuso refrigerandi. Nec
 alienum fuerit commemorare hoc in loco, quod Androcydes sapientia clarus ad A-
 lexandrum Magnum scripsit, intemperantiam eius cohibēs: Vinum potaturus rex, me-
 memento te bibere sanguinem terræ: sicut cicuta homini venenum est, sic cicutæ vinum.
 Quibus præceptis si ille obtemperauisset, profectò amicos in temulentia non interemif-
 set. Prorsus vt iure dici possit, neque viribus corporis vtilius aliud, neque aliud^c volupta-
 tibus perniciosius, si modus absit.

c. M. volupta-
 tibus delendæ
 censet.

Vina generosa.

CAP. VI.

50 GENERA autem vini alia aliis gratiora esse, quis dubitet? aut non ex eodem lacu aliud
 præstantius altero germanitatem præcedere, siue testa, siue fortuito euentu? Quam-
 obrem de principatu se quisque iudicem statuatur. Iulia Augusta lxxxij. annos vitæ
 pucino retulit acceptos, non alio vsa. Gignitur in sinu Adriatici maris, non procul à Ti-
 mauo fonte, saxeo colle, maritimo afflatu paucas coquente amphoras. Nec aliud aptius

medicamentis iudicatur. Hoc esse crediderim, quod Græci celebrantes miris laudibus
 pycnanon appellauerunt ex Adriatico sinu. Diuus Augustus Setinum prætulit cunctis, &
 fere secuti principes, confessa propter experimenta, non temere creditatibus noxiis ab
 eo salua. Nascitur supra forum Appij. Antea Cæcubo erat generositas celeberrima in
 palultribus populetis, sinu Amyclano: quod iam intercidit & incuria coloni lociq; angu-
 stia, magis tamen fossa Neronis, quam a Baiano lacu Ostiam vsq; nauigabile inchoaue-
 rat. Secunda nobilitas Falerno agro erat, & ex eo maximè Faustiano. Cura culturæque id
 collegerat. Exolefcit hoc quoq; , copiæ potiùs, quàm bonitati, studentium. Falernus ager
 à ponte Campano læua petentibus vrbana coloniam Syllanã nuper Capuæ cõtributam
 incipit. Faustianus autem circiter quatuor milliaria à vico prope Cedias, qui vicus à Si-
 nuella vj. millibus abest. Nec vlli in vino maior autoritas: solo vinorum flamma accendi-
 tur. Tria eius genera, austerum, dulce, tenue. Quidã ita distinguat: summis collibus Gau-
 ranum gigni, mediis Faustianum, imis Falernum. Non omittendum autem nulli eorum,
 quæ celebrètur, iucundum saporem vix esse. Ad tertiam palmam variè venere Albana
 vrbi vicina, prædulcia ac rara in austero. Itè Surrentina in vineis tantum nascètia, conua-
 lescentibus maximè probata, propter tenuitatem salubritatemque. Tiberius Cæsar dice-
 bat consensisse medicos, vt nobilitatem Surrentino darent, alioquin esse generosum ace-
 tum. C. Cæsar, qui successit illi, nobile vappam. Certant Massica æquè, ex monte Gaura-
 no Puteolos Baiasque prospectantia. Nam Falerno Contermina Statana ad principatus
 venere non dubiè: palamque fecere sua quibusque terris tēpora esse, sicut rerum prouen-
 tus occasusque. Iuncta his præponi solebant Cæna, & quæ in vineis arbutisque nascun-
 tur, Fundana. Ex alia vicina vrbis Veliternina, Priuernatiaque. Nam quod Signiæ nasci-
 tur, austeritate nimia continendæ vtile aluo, inter medicamina numeratur. Quartum cur-
 riculum publicis epulis obtinere à Diuo Iulio (is enim primus autoritatem his tribuit,
 vt in epistolis eius apparet) Mamertina, circa Messanam in Sicilia genita. Ex iis Potula-
 na, ab autore dicta, in loco proximo Italiæ laudantur præcipuè. Est in eadem Sicilia &
 Taurominitanis honos, lagenis pro Mamertino plerunque subditis. Ex reliquis autem à
 supero mari Prætutia, atque Ancone nascentia, & quæ à palma vna fortè enata palmella
 appellantur. In mediterraneo verò Cefenatia ac Meccenatiana. In Veronensi item Rha-
 tica, Falernis tantum posthabita à Virgilio. Mox ab intimo sinu maris, Adriana. Ab in-
 fero autem Latinientia, Grauiscaua, Statoniensia. Hetruriæ palmam Luna habet, Liguriæ
 Genua: Inter Pyrenæum Alpèsque Massilia gemino sapore, quando & condiendis aliis
 pinguius gignit, quod vocant succosum. Beterrarum intra Gallias consistit autoritas. De
 reliquis in Narbonensi genitis asseuerare non est: quoniam officinam eius rei fecere tin-
 gentes fumo, vtinamque non & herbis, ac medicaminibus noxiis. Quippe etiam aloen
 mercantur, qua saporem colorémque adulterant. Verum & longinquiora Italiæ ab Au-
 sonio mari, non carent gloria, Tarentina, & Seruitiana, & Consentia genita, & Tempæ
 ac Babia, Lucanæque antecedentibus Thurinis. Omnium verò eorum maximè illustrata
 Messalæ potu & salute Lagarina, non procul Grumento nascentia. Campania nuper ex-
 citauit nouis nominibus autoritatem, siue cura, siue casu, ad quartum à Neapoli lapidem
 Trebellicis, iuxta Capuam Caulinis, & in suo agro Trebulanis: alioqui semper inter ple-
 beia & Trifolinis gloriata. Nam Pompeianis summum x. annorum incrementum est, ni-
 hil senecta conferente. Dolore etiam capitum in sextam horam diei sequentis infesta de-
 prehenduntur. Quibus exemplis, nisi fallor, manifestum est, patriam terramque referre,
 non vnam: & superuacua generum cõsectationem in numerum, cum eadē vitis aliud
 aliis in locis polleat. Hispaniarum Laletana copia nobilitantur, elegantia verò Tarraco-
 nensia, atque Lauronensia: & Balearica ex insulis, conferuntur Italiæ primis. Nec igno-
 ro, multa prætermissa plerosque existimaturos, quando suum cuique placet, & quocūq;
 catur, fabula eadem reperitur: Diui Augusti iudiciorum ac palati peritissimum è libertis,
 censuram vini in epulas eius facientem, dixisse hospiti de indigena vino, nouum quidem
 sibi gustum esse eum, atque non ex nobilibus, Sed Cæsarem nō aliud poturum. Nec ne-
 gauerim

gauerim & alia digna esse fama: sed de quibus consensus æui iudicauerint, hæc sunt.

Vina transmarina.

C A P. V I I.

NVnc simili modo transmarina dicemus. In summa gloria post Homericam illam de quibus supra diximus, fuere Thasium Chiumque. Ex Chio quod^a Aruifium vocant. ^a T. Aruifium
His addidit Lesbium Erasistrati maximi Medici autoritas, circiter dc. annum vr̄bis Romæ. Nunc gratia ante omnia est Clazomenio, postquam parcius mari cōdiunt. Lesbium sp̄ote naturæ suæ mare sapit. Nec Tmoliti per se gratia, vt vino: sed cuius dulci admisto, reliquorum duritia suauitatem accipiat, simul & ætatem, quoniam vetustiora protinus videntur. Ab his dignatio est Sicyonio, Cyprio, Telmesico, Tripolitico, Berytio, Tyrio, Sebēnytico. In Ægypto hoc nascitur tribus generibus vuarum ibi nobile, Thasia, æthalo, peuce. Post hæc autoritas hippodamantio, mystico, cantharitæ, protropo Gnidio, Catececaumenitæ, petritæ, Myconio. Nam mesogiten capitis dolores facere compertum est: nec Ephesium salubre esse, quoniam mari & defruto condiatur. Apamenum mulso præcipuè conuenire dicitur, sicut Prætutium in Italia. Est enim & hæc proprietas generum, vt dulcia vtique inter se nō congruant. Exoleuit & protagion, quod Italicis proximum fecerant Asclepiadis scholæ. Apollodorus medicus, in volumine, quo suasisit Ptolemæo regi quæ vina biberet, Italicis etiam tum ignotis, laudauit in Pōto Nasperceniten, mox Oroeticum, Oeneaten, Leucadium, Ambracioten, & quod cūctis prætulit^b Præpar^b T. Præpar^b ibium
rentium: sed minoris famæ esse dixit, quoniam post sex annos non placeret.

De vini falsi generibus septem.

C A P. V I I I.

Hætenuis bonitas vini nationibus debetur. Apud Græcos iure clarissimum nomen accepit, quod appellauerunt^c bion, ad plurimos valetudinum vsus excogitatum, vt ^c T. abion
docebimus in parte medicinæ. Fit autem hoc modo: Vuæ paulum ante maturitatem decerptæ, sicantur acri sole, ter die versatæ per triduum: quarto exprimuntur, dein cadis sole inueterantur. Cui marinam aquam largiorem miscent, à serui furto origine orta, sic mensuram explentis, idque trāslatum in album mustum^d leucochrūn appellatur. In aliis ^d T. leucocob
autem gentibus simili modo factum tethalassomenon vocant: Thalassiten autem vasis musti deiectis in mare, quo genere præcox fit vetustas. Necnō apud nos quoque Coum vinum ex Italico faciendi rationem Cato demonstrauit, super cætera in sole quadrien-
nio maturandum præcipiens. Rhodium Coo simile est. Phorineum falsius Coo. Omnia transmarina septem aut sex annis ad vetustatem mediam peruenire existimantur.

De dulcium generibus XIII.

C A P. I X.

Vinum omne dulce minus odoratum: quò tenuius, eò odoratius. Colores vinis quatuor: albus, fuluus, sanguineus, niger. Pphythium & melampsythiū passi genera sunt, suum saporem, nō vini referentia: Cissibilitis verò musti, in Galatia nascens, & Halyntiū in Sicilia. Nam siræum, quod alij hepsēma, nostri sapam appellant, ingenij, non naturæ opus est, musto vsq; ad tertiam partem mensuræ decocto: quod vbi factum ad dimidiam est, defrutum vocamus. Omnia in adulterium mellis excogitata. Sed priora vna terræque constant. Passum à Cretico Cilicium probatur, & Africum, & in Italia prouinciisque finitimis. Fieri certum est ex vua, quam Græci sticam vocant, nos apianam, item scirpula, diutiùs in vite sole adustis, aut feruente oleo. Quidam è quacunque dulci, dum præcocta alba faciunt ficcantes sole, donec paulò amplius dimidium pondus supersit, tufasque leniter exprimunt. Deinde quantum expressere, adiiciunt vinaceis aquæ puteanæ, vt & secundarium passum faciant. Diligentiores eodem modo ficcatis acinos eximunt: ac sine sarmentis madefactos vino excellenti, donec intumescant, premunt. Et hoc genus ante cætera laudant. Ac simili modo aqua addita, secundarium faciunt. Medium inter dulcia vinumque est, quod Græci aigleuces vocāt, hoc est, semper mustum. Id euenit cura, quoniam feruere prohibetur: sic appellant musti in vina transitum. Ergo mergunt è lacu protinus in aqua cados, donec bruma transeat, & cōsuetudo fiat algendi. Est etiā-
num aliud genus eius per se, quod vocat dulce Narbonensis prouincia, & in ea maxime Vocontij. Afferuatur eius gratia vua diutiùs in vite, pediculo intorto. Ab aliis ipse

palmes inciditur in medullam, ab aliis vva torretur in tegulis: omnia ex Heluenaca vite. His adiiciunt aliqui, quod vocant diachyton, vuis in sole siccatis loco clauso per dies septem, in cratibus, totidem pedes à terra altè, noctibus à rore defensis, octauo die calcatis. Ita fieri optimi odoris saporisque. Dulci è genere est & melitites. Distat à multo quod fit è multo, cum quinque congiis austeri multi, congiio mellis & salis cyatho sufferuefactis, austerum. Sed inter hæc genera potuum ponere debeo & protropum: ita appellatur à quibusdam mustum sponte defluens, antequam calcentur vva. Hoc protinus diffusum lagenis suis deferuere passi, postea in sole quadraginta diebus torrent ætatis secutæ ipso Canis ortu.

De deuteriis & secundariis, vini genera tria.

C A P. X.

NON possunt iure dici vina, quæ Græci deuteria appellant, Cato & nos loram, maceratis aqua vinaceis: sed tamen inter vina operaria numerantur. Tria eorum genera. Decima parte aquæ addita, quæ multi expressa sit, & ita nocte ac die madefactis vinaceis, rursusque prælo subiectis. Alterum, quomodo Græci factitauerunt, tertia parte eius quod expressum sit addita aquæ, expressoque decocto ad tertias partes. Tertium est, scilicet, quibus vini expressum, quod factum Cato appellat. Nulli ex his plus, quam anno, usus.

Quæ nuper in Italia generosa vina esse cæperunt.

C A P.

X I.

VERUM inter hæc subit mentem, cum sint genera nobilia, quæ propriè vini intelligi possint, lxx. ferè in toto orbe, duas partes ex hoc numero Italiæ esse, longè præterea antè cunctas terras. Et hinc deinde altius cura serpit, non à primordio hanc gratiam fuisse.

De vini obseruatione.

C A P. X I I.

AVTORITATEM post sexcentimum vrbis annum cœpisse. Romulum lacte, non vino, libasse, indicio sunt sacra ab eo instituta, quæ hodie custodiunt morem. Numeregis Posthumia lex est: VINO rogum ne respergito. Quod sanxisse illum propter inopiam rei nemo dubitet. Eadem lege, ex imputata vite libari vina diis, nefas statuit, ratione excogitata, vt putare cogerentur, aliàs aratores, & pigri circa pericula arbuti. M. Varro auctor est, Mezentium Hetruriæ regem auxilium Rutulis contra Latinos tulisse vini mercede, quod tum in Latino agro fuisset.

Qui vini usus antiquis, & de vinis antiquorum.

C A P. X I I I.

NON licebat id scæminis Romæ bibere. Inuenimus inter exempla, Egnatij Mecennij vxorem, quod vinum bibisset è dolio, interfectam fuisse à marito, eumque cædis à Romulo absolutum. Fabius Pictor in Annalibus suis scripsit: Matronam quod loculos, in quibus erant clauis vinariæ cellæ, resignauisset, à suis inedia mori coactam. Cato, ideo propinquos scæminis osculum dare, vt scirent an temetum olerent. Hoc tum nomen vino erat: vnde & temulentia appellata. Cn. Domitius iudex pronuntiauit, mulierem videri plus vini bibisse, quam valetudinis causa viro insciente, & dote multauit. Diuque eius rei magna parsimonia fuit. L. Papyrius Imperator aduersus Samnites dimicaturus votum fecit, si vicisset, Ioui pocillum vini. Denique inter dona sextarios lactis datos inuenimus, nusquam vini. Idem Cato, cum in Hispaniam nauigaret, vnde cum triumpho rediit, Non aliud, inquit, vinum bibi, quam remiges: in tantum dissimilis istis qui etiam conuiuio alia, quam sibi metipsis, ministrant, aut procedente mensa subiiciunt. Lautissima apud præfatos vina erant, myrrhæ odore condita, vt apparet in Plauti fabula, quæ Persa inscribitur, quanquam in ea & calamum addi iubet. Ideo quidam aromaticè delectatos maxime credunt. Sed Fabius Dorfenus his versibus decernit:

Mutebam vinum pulchrum, murrhinam.

Et in Acharistione.

Panem & polentam, vinum murrhinam.

Scæuolam quoque & Læthium & Atteium Capitonem in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo fit:

a aromaticis
ex rebus. cord.
vel. & fortassis
melius, aromaticis
matite: in
quam lectione
consentiant se-
re omnes.

*Quod si opus est, ut dulce promat
Indidem, ecquid habet? rogas?
Murrhinam, passum, defrutum, mella.*

Quibus apparet non inter vina modo murrhinam, sed inter dulcia quoq; nominatum.
De apothecis, & de vino Opimiano.

CAP. XIII.

APothecas fuisse, & diffundi solita vina anno d c x x i i j. vrbis apparet indubitato Opimiani vini argumento, iam intelligente suum bonum Italia. Nondum tamen ista genera in claritate erant. Itaque omnia tunc genita vnum habent Consulis nomen. Sic quoque postea diu transmarina in autoritate fuerunt, & ad auos vsque nostros: quin

10 & Falerno iam reperto, sicut apparet ex illo Comico versu,

Quinque Thasi vini inde depromam, Falerni bina.

P. Licinius Crassus, & L. Iulius Cæsar Censores anno vrbis cōditæ d c l x v. edixerūt, ne quis vinum Græcū aminineumq; octonis æris singula quadrantalia vēderet. Hæc enim verba sunt. Tāta verò vino Græco gratia erat, ut singulæ potiones in conuictu darentur. Quibus vinis autoritas fuerit sua in mensa, M. Varro his verbis tradit: L. Lucullus puer apud patrē nūquā lautum cōuiuium vidit, in quo plus semel Græcū vinū daretur. Ipse cum rediit ex Asia, millia cadūm congiariorū diuisit amplius centū. C. Sentius, quē Præ-

torem vidimus, Chium vinū in domū suā illatum dicebat tum primū, cum sibi cardio-

co medicus dedisset. Hortēsius super decē millia cadūm hēredi reliquit. Hactenus Varro.

20 *De liberalitate Cæsaris in vino.*

CAP. XV.

Quid, non & Cæsar Dictator triumphisui cœna vini Falerni amphoras, Chij cadōs in conuiuia distribuit? Idem Hispaniensi triumpho Chium & Falernum dedit. Epulo verò in tertio consulatu suo, Falernum, Chium, Lesbium, Mamertinum: quo primū tempore quatuor genera vini apposita constat. Postea ergo alia omnia in nobilitatem venerunt, circiter septingentesimum vrbis annum.

De vinis factitiis.

CAP. XVI.

ITaque non miror innumerabilia penè genera factitij reperta multis antè seculis, quæ nunc dicemus, omnia ad medicinæ vsū pertinentia. Omphacium quo modo fieret, propter vnguenta, diximus priori libro. Fit è labrusca, hoc est, vite syluestri, quod vocatur œnanthinum. Flores eius libris duabus in musti cado macerati, post xxx. dies mutantur. Præter hoc radix labruscæ & acini coria perficiunt. Ii paulò post quā defloruere, singulare remedium babent ad refrigerandos in morbis corporū ardores, gelidissima, ut ferunt, natura. Pars eorum æstu moritur, priusquam reliqui, qui solstitiales dicuntur. Vniuersi nunquā maturescunt: & si prius, quā tota maturescat, vua incocta detur, cibo gallinaceo generi, fastidium gignit vvas appetendi. Factitiorū primum fit ex ipso vino, quod vocant adynamon, hoc modo: Albi musti sextarij xx. aquæ dimidium, feruet donec excoquatur aquæ mensura. Alij marinæ sextarios decem, tātundem pluuiæ, in sole quadraginta diebus torrent. Dant ægris, quibus vini noxiam timent. Proximum fit è millij semine maturo, cum ipsa stipula libram & quadrantem in congios duos musti ma-

40 cerato, & post septimum mensem transfuso. Ex loto arbore, frutice, herba, dictum est vti quæque fierent. Fiūt & è pomis quæ dicemus, interpretationibus nō nisi necessariis additis: primūque è palmis, quo Parthi & Indi vtuntur, & Oriens totus, maturarum quas

vocant chydæas modio in aquæ cōgiis tribus macerato expressoque. Sic fit & fycites è fico, quem alij palmiprimū, alij catorchiten vocant. Aut si dulce esse nō libeat, pro aqua tantundem vinaceorum adiicitur. E Cypria fico & acetum fit præcellens, atque Alexandrino quoq; melius. Vinum fit & è filiqua Syriaca, & è pyris, malorūque omnibus generibus. Sed è Punicis, quod rhoiten vocant: & è cornis, mespilis, sorbis, moris siccis, nucleis pineis. Hi musto madidi exprimuntur: superiora per se mitia. Myrtiten Cato quemadmodum fieri docuerit, mox paulò indicabimus. Græci verò & alio modo. Ramis teneris cum suis foliis in albo musto decoctis, tusis, libram in tribus musti congiis deferuere faciunt, donec duo supersint. Quod ita syluestris myrti baccis factum est, myrtidanum

vocant. hoc manus tingit. Ex his quæ in hortis gignuntur fit vinum è radice, asparago, cunila, origano, apij semine, abrotano, mentastro, ruta, nepeta, serpillo, marrubio. Manipulos binos tundunt in cadum musti & sæpe sextarium, & aquæ marinæ heminam. Enapis fit, x j. denariorum pondere in sextarios binos musti addito. Item è scillæ radice. Inter flores ex rosæ foliis tusis, in linteolo in mustum colatis cum pondusculo vt fidat, xl. pondere denariorum in sextarios vicenos musti, nec ante tres menses vase aperto. Item è nardo gallico, & aliud è syluestri. Aromatiten quoque inuenio factitatum tantum non vnguentorum compositione, primò è myrrha, vt diximus, mox & nardo Celtico, calamo, aspalatho, offis in mustum aut dulce vinum defectis. Aliud è calamo, iunco, costo, nardo Syriaco, amomo, casia, cinnamomo, croco, palma, asaro, similiter & offa. Apud alios nardi, & malobathri felibris in musti cõgios duos additis: qualia nunc quoque fiunt pipere & melle addito, quæ alij condita, alij piperata appellant. Inuenitur & nectarites ex herba, quam alij helenion, alij medicam, alij symphyton, alij Idæam & orestion, alij nectarream vocant, radice ponderis xl. denariorum in sextarios, sex musti addita, similiter in linteo. Ex cæteris herbis fit absinthites^a in x l. sextarios musti absinthij Pontici libra decocta ad tertias partes, vel scopis absinthij in vinum additis. Similiter hyssopites è Cilicio hyssopo, vnciis tribus in duos congios musti cõiectis, aut tusis in vinum. Fiunt vtraque & alio modo, circa radices vitium fato. Sic & elleboriten fieri ex veratro nigro Cato docet. Sic fit & scammonites. Mira vitium natura, saporem alienum in se trahendi, qualem & salicum redolent Patauinorum in palustribus vindemiæ. Sic & elleborum feritur²⁰ in Thaso, aut cucumis syluester, aut scammonia, quod vinum phthorium vocat, quoniã abortus facit. Fit & ex herbis, quarum naturæ suo loco dicentur. E stœchade & radice gentianæ, & tragorigano, & dictamno, asaro, dauco, eleliphaco, panace, acoro, conyza, thymo, mandragora, iunco. Vocarunt & scyzinum, & iteomelin, & lectisphagiten, quarum iam oblitterata ratio est. Et fruticum verò è genere, cedri vtriusque, cupressi, laurus, iuniperi, terebinthi, calami, lentisci, baccas aut lignum recens musto decoquunt. Itè chamelææ, & chamæpityos, & chamædryos lignum. Eodem modo & ex flore, in congium musti decem denariorum pondere addito.

a XLVIII. sextariis musti, absinthij Pontici libra, decoctis ad tertias partes.

De hydromelite & oxymelite.

CAP. XVII.

Fit vinum & ex aqua ac melle tantum. Quinquennio ad hoc seruari cælestem iubent.³⁰ Aliqui prudentiores statim ad tertias partes decoquunt, & tertiam mellis veteris adiciunt: deinde xl. diebus Canis ortu in sole habent. Alij diffusa ita x. die obturant. Hoc vocatur hydromeli, & vetustate saporem vini assequitur, nusquam laudatius, quam in Phrygia. Quin & acetum melle temperabatur: adeò nihil intentatum vitæ fuit. Oxymeli hoc vocarunt, mellis x. libris, aceti veteris heminis quinque, salis marini libra, aquæ pluuiæ sextariis quinque, sufferuefactis decies, mox elutriatis atque ita inueteratis. Omnia ab Themisone summo autore damnata: & hercule coactus eorum vsus videri potest, nisi si quis naturæ opus esse credit aromatiten, & ex vnguentis vina composita, aut vt biberentur genuisse eam frutices. Ista sunt cognitu iucunda, solertia humani animi omnia exquirente. Nihil quidè ex his anno durare, præterquam quæ vetustate ipsa fieri diximus,⁴⁰ & plura ne tricenis quidem diebus, non erit dubium.

Prodigiosa genera vini.

CAP. XVIII.

Sunt & in vino prodigia. Dicitur in Arcadia fieri, quod fœcunditatè fœminis importet, viris rabiem. At in Achaia maximè circa Caryniam abigi partù vino, atque etiam si vuam edant gravidæ, cum differetia in gustatu non sit. Trœzenium vinum qui bibût, negantur generare. Thasios duo genera vini diuersa facere proditur: vnum quo somnus concilietur, alterum verò quo fugetur. Apud eosdem vitis theriace vocatur, cuius & vinum & vuam contra serpentium ictus medetur. Libanios thuris odore, ex qua Diis proliabant. E diuerso aspendios, damnata aris. Ferunt eã nec ab alite vlla attingi, Thasiã vuam Ægyptus vocat apud se prædulcem, quæ soluit aluum. Est contra in Lycia, quæ solutam⁵⁰ firmat. Ægyptus & echolada habet, abortus facientè. Vina in apothecis Canis ortu mutantur

tantur quædam, posteaque restituntur sibi. Sic & mari nauigato, cuius iactatus his, quæ durauerint, tantum vetustatis adicere sentitur, quantum habuerint.

Quibus uinis ad sacra uti fas non sit, & quibus generibus musta condiantur.

C A P. X I X.

ET quoniam religione vita constat, prolibare Diis nefastum habetur vina, præter imputatæ vitis, fulmine tactæ, quàmque iuxta hominis mors laqueo pependit, aut uulneratis pedibus calcata, & quod circumcisus vinaceis profluxerit, aut supernè deciduo immundiore lapsu aliquo polluta. Item Græca, quoniam aquam habeant. Vitis ipsa quoque manditur, decoctis caulibus summis, qui & condiantur in aceto ac muria. Verum & de apparatus vini dixisse conueniat, cum Græci priuatim ea præcepta cõdiderint, artémque fecerint, sicut Euphronius, & Aristomachus, & Coniades, & Hicesius. Africa gypso mitigat asperitatem, necnon aliquibus sui partibus calce. Græcia argilla, aut marmore, aut sale, aut mari, lenitatem excitat: Italiæ pars aliqua rabulana pice: ac resina condire musta vulgare est ei, prouinciisque finitimis. Nonnusquam prioris vini face acetove condiunt. Necnon & ex ipso musto fiunt medicamina: decoquitur, ut dulcescat portione virium. Nec durare ultra annum spatium tale proditur. Aliquibus in locis decoquunt ad sapa musta, infusisque his ferociam frangunt. Et in hoc tamen genere, & in omni alio subministrant vasa ipsa condimentis picis. Cuius faciendæ ratio proximo dicetur volumine.

De picis generibus, & resinis, & mustis condiendis, & de aceto,

& face.

C A P. X X.

ARborum succo manantium picem resinamque aliæ ortæ in Oriente, aliæ in Europa ferunt. Quæ interest Asia, utrinque quasdam habet. In Oriente optimâ tenuissimamque terebinthi fundunt: deinde lentisci, quam & mastichen vocat: postea cupressi, acerrimam sapore. Liquidam omnes, & tantum resinam: crassiorem verò & ad pices faciendas cedrus. Arabica resina alba est, acri odore, difficilis coquenti. Iudaica calliosior, & terebinthina quoque odoratior. Syriaca Attici mellis similitudinem habet. Cypria antecedit omnes: est autem melleo colore, carnosâ. Colophonia præter cæteras fulua: si teratur alba fit, grauior odore, ob id non utuntur ea vnguentarij. In Asia quæ fit è picea, admodum candida, spagas vocatur. Resina omnis dissoluitur oleo. Quidam & creta figlinarum hoc fieri arbitrantur. Pudetque confiteri, maximum iam honorem eius esse in euellendis virorum corpori pilis. Ratio autem condiendi musta, in primo feruore, qui nouem diebus cum plurimum peragitur, aspersu picis, ut odor vino contingat, & saporis quædam acumina. Vehementius id fieri arbitrantur crudo flore resinæ, excitarique lenitatem. E diuerso crapula compefci feritatem nimiam, frangique virus: aut ubi pigra lenitas torpeat, virus addi. Liguriæ maximè Circumpadanisq; mustis utilitas discernitur hoc modo: Pugnacibus mustis crapulæ plus inditur, lenibus parcius. Sunt qui ex utroque condiri velint. Necnon alia æquè multiplici natura. Vitiùmque musto quibusdam in locis, iterum sponte feruere: qua calamitate deperit sapor, vappæque accipit nomen, probrosum etiam hominum, cum degenerauerit animus. Aceti enim nequitie inest virtus magnos ad usus, & sine queis vita mitior degi non possit. Ceterò vinorû medicaminis tanta cura est, ut cinere apud quosdam, ceu gypso, alibi quibus diximus modis instaurentur. Sed cinerem è vitis sarmentis, aut quercu præferunt. Quin & marinam aquam eiusdem rei gratia ex alto peti iubet, feruarique ab æquinoctio verno, aut certè nocte solstitio & Aquilone flante hauriri, vel si circa vindemiam hauriatur, decoqui. Pix in Italia ad vasa vino condendo maximè probatur Brutia. Fit è piceæ resina, in Hispania autem è pinastris, minimè laudata. Est enim resina harum amara & arida, & graui odore. Differentiam rationemque faciendi proximo volumine demonstrabimus inter arbores feras. Vitia, præter suprâ dicta, acor, aut fumidum virus, picis autem adustio: experimentum verò, si fragmenta subluceant, ac sub dente lentescant acore iucundo. Asia picem Idæam maximè probat, Græcia Piericam, Virgilius Naryciam. Diligentiores admiscunt nigram mastichen, quæ in Ponto bituminis similis gignitur, & iris radicem oleumque.

Nam ceram accipientibus vasis compertum est vina accescere. Sed transferre in ea vasa, in quibus acetum fuerit, vtilius, quam in ea, in quibus dulce aut mulsum. Cato iubet vina concinnari (hoc enim vtitur verbo) cineris lixiuij cum defruto cocti parte quadragesima, pulegij vel salis sesquilibra, interim & tuso marmore. Facit & sulphuris mentionem, resinæ verò in nouissimis. Super omnia addi maturescete iam vino iubet mustum, quod ille tortium appellat, nos intelligimus nouissimè expressum: & adiaci mustis tingendi gratia coloris, vt pigmentum aliquod vini, atque ita pinguius fieri. Tot veneficiis place-re cogitur: & miramur noxium esse. In vitium inclinantis experimentum est, laminæ plumbeæ mutatus in ea colos. Proprium autem inter liquores vino, mucescere, aut in acetum verti: extantque medicinæ volumina. Et fax vini siccata recipit ignes, ac sine alio-mento per se flagrat. Cinis eius nitri naturam habet, easdemque vires, hoc amplius, quo pinguior sentitur.

De cellis vinariis.

C A P. X X I

Magna & collecto iam vino differentia in cella. Circa Alpes ligneis vasis condunt, circulisque cingunt, atque etiam hyeme gelida ignibus rigorem arcent. Mirum dictu, sed aliquando visum, ruptis vasis steteræ glaciatae moles prodigij modo, quoniam vini natura non gelascit, alias ad frigus stupens tantum. Mitiores plagæ doliis condunt, infodiuntque terræ tota, aut ad portionem situs. Item cælum præbent: alibi verò impositis tectis arcent: tradunturque & hæc præcepta: Latus cellæ vinariæ, aut certè fenestras obuerti in Aquilonem oportere, vel vtique in exortum æquinoctialem. Sterquilinia & arborum radices procul abesse, omniæque odoris euitandi, facillimo in vina transfutu: ficos vtique & caprificos. Doliis etiam interualla dari, ne inter sese vitia serpent, contagione vini semper occyssa. Quin & figuras referre. Ventrosa ac patula minus vtilia. Picari oportere protinus à Canis ortu, postea perfundi marina aqua aut salsa, dein cinere sarmenti aspergi vel argilla, absterfa myrrha suffiri, ipsasque sæpius cellas. Imbecilla vina demissis in terram doliis seruanda, valida expositis. Nunquam implenda: & quod super sit, passo aut defruto perungendum, admisto croco, pice veteri cum sapa: sic opercula doliorum medicanda, addita mastiche ac pice. Bruma aperiri vetant, nisi sereno die. Vetant Austro flante, Lunave plena. Flos vini candidus probatur: rubens triste signum est, si non vini colos sit. Item vasa incalescentia, operculave sudantia. Quod celes-riter florere cœperit, odorémque trahere, non fore diutinum. Ipsa quoque defruta ac sapa, cum sit cælum sine Luna, hoc est, in sideris eius coitu, neque alio die coqui iubent. Præterea plumbeis vasis, non æreis, nucibus iuglandibus additis: eas enim fumum excipere. Campaniæ nobilissima exposita sub dio cadis verberari Sole, Luna, imbre, ventis, aptissimum videtur.

De vitanda ebrietate.

C A P. X X I I.

AC si quis diligentius reputet, in nulla parte operosior vita est, ceu nõ saluberrimum ad potum aquæ liquorem natura dederit, quo cætera omnia animantia vtuntur. At nos vinum bibere & iumenta cogimus: tantoque opere, tanto labore & impendio constat, quod hominis mentem mutet, ac furorem gignat, millibus scelerum huic deditis tanta dulcedine, vt magna pars non aliud vitæ præmium intelligat. Quinimo vt plus capiamus, sacco frangimus vires: & alia irritamenta excogitantur: ac bibendi etiam causa venena conficiuntur, aliis cicutam præfumentibus, vt bibere mors cogat, aliis pumicis farinam, & quæ referendo pudet docere. Cautissimos ex his balineis coqui videmus, exanimésque efferri. Iam verò alios lectum expectare non posse, imò verò nec tunicam, nudos ibi protinus anhelos ingentia vasa corripere, velut ad ostentationem virium, ac planè infundere, vt statim euomant, rursusque hauriāt, idque iterum tertiumque: tanquam ad perdenda vina geniti, & tanquam effundi illa non possint, nisi per humanum corpus. Huc pertinent peregrinæ exercitationes, & volutatio in cœno, ac pectorosa ceruicis repandæ ostentatio. Per omnia hæc prædicatur sitis quæri. Iam verò quæ vasa adulteris cælata: tanquam per se parum doceat libidines temulentia. Ita vina ex libidine hauriuntur,

tur, atque etiam præmio inuitatur ebrietas. Et si diis placet, emitur alius, ut quantum biberit tantum edat: & pretium vinolentiæ lege accipit. Alius quantum alca quæserit tantum bibit. Tunc auidi matronam oculi licentur, graues produnt marito: tunc animi secreta proferuntur. Alij testamenta sua nuncupant: alij mortifera loquuntur, redituraſq; per iugulum voces non continent, quàm multis ita interemptis. Vulgòque veritas iam attributa vino est. Interea ut optimè cedat, Solem orientem non vident, ac minus diu viuunt. Hinc pallor, & genæ pendulæ, oculorum hulcera, tremulæ manus, effundètes plena vasa, & (quæ sit pœna præſens) furiales fomni, & inquietæ nocturna, præmiùmque funum ebrietatis libido portentosa, ac iucundum nefas. Postera die ex ore halitus cadi, ac ferè rerum omnium obliuio, mórſque memoriæ. Rapere se ita vitã prædicant, cum priorem diem quotidie perdant, illi verò & veniètem. Tib. Claudio principe ante hos annos xl. institutum, ut ieiuni biberent, potuſque vini antecederet cibos, externis & hoc artibus, ac medicorum placitis nouitate aliqua sese commendantium. Gloriam hac virtute Parthi quærunt, famam apud Græcos Alcibiades meruit, apud nos cognomen etiã Nouellius Torquatus Mediolanensis ad Proconsulatum vsque è Prætura honoribus gestis, tribus congiis (vnde & cognomen illi fuit) epotis vno impetu, spectante miraculi gratia Tib. principe in senectã iam seuerò atque etiam sæuo aliàs, sed ipsa iuuenta ad merum pronior fuerat. Eaque commendatione credidere L. Pisonem vrbis Romæ curæ ab eo delectum, quòd biduo duabusque noctibus perpotationem cõtinuasset apud ipsum iam principem. Nec alio magis Drusus Cæsar regenerasse patrem Tiberium ferebatur. Torquati rara gloria (quando & hæc ars suis legibus constat) non labasse sermone, nec leuatum vomitione, non altera corporis parte, dum biberet: matutinas obisse vigilias, plurimum haussisse vno potu: plurimum præterea aliis minoribus addidisse: optima fide non respirasse in hauriendo, neque expuisse: nihilque ad elidendum in pauimentis sonum ex vino reliquisse, diligenti scito legum contra bibendi fallacias. Tergilla Ciceronem M. filium binos congios simul haurire solitum ipsi obiicit: Marcòque Agrippæ à temulento scyphum impactum. Etenim hæc sunt ebrietatis opera. Sed nimirum hanc gloriam auferre Cicero voluit interfectori patris sui M. Antonio. Is enim ante eum auidissimè apprehenderat hanc palmam, edito etiam volumine de sua ebrietate: quo patrocinari sibi ausus, approbavit planè (ut equidem arbitror) quanta mala per temulentiam terrarum orbi intulisset. Exiguo tempore ante prælium Actiacum id volumen euomuit: quo facile intelligatur ebrius iam sanguine ciuium, & tanto magis eum sitiens. Nanque & hæc necessitas vitium comitatur, ut bibendi consuetudo augeat auiditatem. Scitumque est Scytharum legati, quanto plus biberint, tanto magis sitire Parthos. Est & Occidentis populis sua ebrietas, fruge madida: pluribus modis per Gallias Hispaniasque, nominibus aliis, sed ratione eadem. Hispaniã iam & vetustatem ferre ea genera docuerunt. Ægyptus quoque è fruge sibi potus similes excogitauit, Nullaque in parte mundi cessat ebrietas. Meros quippe hauriunt tales succos, nec diluendo, ut vina, mitigant. At hercule illic tellus fruges parere videbatur. Heu mira vitiorum solertia, inuentum est quemadmodum aqua quoque inebriaret. Duo sunt liquores corporibus humanis gratissimi, intus vini, foris olei, arborum è genere ambo præcipui, sed olei necessarius. Nec segniter vita in eo elaborauit. Quanto tamen in potu ingeniosior appareret, ad bibendum generibus centum nonagintaquinque, si species verò æstimentur, penè duplici numero excogitatis, tantòque paucioribus olei. De quo in sequenti volumine dicemus.

C. PLINII SECVNDI NA-
TVRALIS HISTORIÆ
LIBER XV.

Natura frugiferarum arborum.

CAPVT I.



OLEAM Theophrastus è celeberrimis Græcorum autoribus vrbis Romæ anno circiter quadringentesimo quadragesimo, negavit nisi intra xl. mil. passuum à mari nasci: Fenestella vero omnino non fuisse in Italia, Hispania, atque Africa, Tarquinio Prisco regnante, ab annis populi Romani c l x x i j. quæ nunc peruenit trans Alpes quoque, & in Gallias Hispaniasque medias. Vrbis quidem anno quingentesimo quinto, Appio Claudio Cæci nepote, L. Iunio Coss. olei libræ duodenæ assibus venire. Et mox anno sexcentesimo octogesimo, M. Seius L. F. Ædilis curulis olei denas libras singulis assibus præstitit populo Romano per totum annum. Minus ea miretur, qui sciat post annos x x i j. Cn. Pompeij i i j. Consulatu oleum prouinciis Italiam misisse. Hesiodus quoque in primis cultum agrorum docendam arbitratus vitam, negavit oleæ fatorem fructum ex ea percepisse quenquam. Tam tarda tunc res erat. At nunc etiam in plantariis ferunt, traslatarumque altero anno decerpuntur baccæ. Fabianus negat provenire in frigidissimis oleam, neque in calidissimis. Genera earum tria dixit Virgilius, orchites, & radios, & pausias: nec desiderare rastros, aut falcem, vllamve curam. Sine dubio & in iis solum maximè cælumque refert. Veruntamè & tondentur, cum & vites: atque etiam interradi gaudent. Cõsequens earum vindemia est, arsq; vel maior, oleum quam musta temperandi. Ex eadem quippe oliua differunt succi. Primum omnium è cruda, atque nondum inchoatæ maturitatis: hoc sapore præstantissimum. Quin & ex eo prima vnda præli laudatissima, ac deinde per diminutiones, siue (vt nuper inuentum est) exilibus regulis pede incluso. Quanto maturior bacca, tantò pinguior succus, minusq; gratus. Optima autem ætas ad decerpendum inter copiam bonitatèque, incipiente bacca nigrescere. Nostri vocant drupas, Græci verò drypetas. Cætero distat, an maturitas illa in torcularibus fiat, an ramis: rigua fuerit arbor, an suo tantum bacca succo, nihilque aliud quam rores cæli biberit.

De oleo.

CAP: II.

VETUSTAS oleo tædium affert, non item vt vino: plurimumque ætatis annuo est, prouida (si libeat intelligere) natura. Quippe temulentia nascentibus vinis, vti necesse non est: quinimo inuitat ad seruandum blanda inueterati caries. Oleo noluit parci, fecitque ea necessitate promiscuum & vulgo. Principatum in hoc quoque bono obtinuit Italia toto orbe, maximè agro Venafrano, eiusque parte quæ Licinianum fundit oleum: vnde & Liciniæ gloria præcipua oliuæ. Vnguenta hanc palmam dedere, accommodato ipsis odore. Dedit & palatum delicatiore sententia. De cætero baccas Liciniæ nulla auis appetit. Reliquum certamen inter Istriæ terram & Bæticæ par est. Vicina bonitas prouinciis, excepto Africæ frugifero solo. Cereri totum id natura concessit: oleum ac vinum non inuidit tantum: satisque gloriæ in messibus fecit. Reliqua erroris plena, quem in nulla parte vitæ numerosiore esse docebimus.

De natura oliuæ, & oleæ incipientis.

CAP. III.

OLIUÆ constant nucleo, oleo, carne, amurca: sanies hæc est eius amara. Fit ex aquis, ideo siccitatibus minima, riguis copiosâ. Suus quidem oliuæ succus oleum est, idque præcipuè ex immaturis intelligimus, sicut de omphacio docuimus. Augetur oleum ab Arcturi exortu x v j. calêdas Octobris: postea nuclei increfcunt, & caro. Cum sitienti im-
bres

bres copiosi accedere, vitiatur oleum in amurcam. Huius color oliuam cogit nigrescere. Ideoque incipiente nigritia minimum amurcæ, ante eam nihil. Et error hominum falsus, existimantium maturitatis initium, quod est vitij proximum. Deinde quod oleum crescere oliuæ carne arbitrantur, cum succus omnis in corpus abeat, lignumque intus grandescat. Ergo tum maximè rigantur. Quod vbi cura multa siue imbris accidit, oleum absimitur, nisi cõsecuta ferenitate, quæ corpus extenuet. Omnino enim, vt Theophrasto placet, est olei causa calor, quare & in torcularibus & iam in cellis multo igne quæritur. Tertia est culpa in parsimonia, quoniam propter impendium decerpenti expectatur vt decidat oliua. Qui medium temperamentum in hoc feruant, perticis decutiunt, cum iniuria arborum, sequentisque anni damno. Quippe oliuantibus lex antiquissima fuit: Oleam ne stringito, ne verberato. Qui cautissimè agunt, harundine leui ictu, nec aduersos percutiunt ramos. Sic quoque alternare fructus cogitur decussis germinibus. Nec minùs, si expectetur vt cadat. Hærendo enim vltra suum tempus, absument venientibus alimentum, & detinent locum. Argumentum est, quod nisi ante Fauonium collectæ, nouas vires resumunt, & difficiliùs cadunt. Prima ergo ab autumno colligitur, vitio operæ, non naturæ, pausia cui plurimum carnis: mox orchites, cui olei: post radius. Has enim ocyssimè occupatas, quia sunt tenerrimæ, amurca cogit decidere. Differuntur verò etiam in Martium mensem callosæ, contra humorem pugnaces, ob idque minimæ, Licinia, Cominia, Contia, Sergia, quam Sabini regiam vocant, non ante Fauonij afflatum nigrescentes, hoc est ad v j. Idus Febr. Tunc arbitratur eas maturescere, & quoniam probatissimum ex iis fiat oleum, accedere etiam ratio prauitati videtur. Feruntque frigore sterilitatem fieri, sicut copiam maturitate: cum sit illa bonitas non temporis, sed generis tardè putrescentium in amurcam. Similis error collectam seruandi in tabulatis, nec priusquam fudet premendi, cum omni mora oleum decrescat, amurca augeatur. Itaque vulgò non amplius senas libras singulis modiis exprimi dicunt. Amurcæ mēsuram nemo agit, quanto ea copiosior reperitur in eodem genere diebus adiectis. Omnino in vita error est publicus, timore oliuæ crescere oleum existimantium: præsertim cum magnitudine copiam olei non constare, indicio sint quæ regiæ vocantur, ab aliis maiorinæ, ab aliis phauliæ, gradissimæ, alioquin minimo succo. Et in Ægypto carnosissimis olei exiguum. Decapoli verò Syriæ perquam parvæ, nec cappari maiores, carne tamen commendantur. Quam ob causam Italicis transmarinæ præferuntur in cibus, cum oleo vincantur. Et in ipsa Italia cæteris Picenæ, & Sidicinæ. Sale illæ primùm condiuntur, & vt reliquæ, amurca sapave. Nec non aliquæ oleo suo sine accersita commédatione puræ innatant, colymbades: franguntur eadem herbarumque viridium sapore condiuntur. Fiunt & præcoces feruenti aqua perfusæ quamlibet immaturæ. Mirumque, dulcem succum oliuas bibere, & alieno sapore infici. Purpureæ sunt & in iis, vt vis in nigrum colorem transeuntibus, pausiæ. Sunt & superbæ, præter iam dicta genera. Sunt & prædulces, per se tantum siccatæ, vuisque passis dulciores, admodum raræ in Africa, & circa Emeritã Lusitaniæ. Oleum ipsum sale vindicatur à pinguitudinis vitio. Cortice oleæ conciso odorem accipit medicati: aliàs vt vino, palati gratia nulla est. Nec tam numerosa differentia: tribus vt plurimum bonitatibus distat. Odor in tenui argutior, & is tamen etiam in optimo brevis.

De natura olei.

CAP. IIII.

Oleo natura tepescere corpus, & contra algores munire. Eidemque feruores capitis refrigerare. Vsum eius ad luxuriam vertere Græci, vitiorum omnium genitores, in gymnasiis publicando. Notum est, magistratus honoris eius octogenis sestertiis strigmenta olei vendidisse. Oleæ honorem Romana maiestas magnum præbuit, turmas equitum Idibus Iuliis ex ea coronando: item minoribus triumphis ouantes. Athenæ quoque victores olea coronant, Græci verò oleastro Olympiæ.

De cultura oliuarum.

CAP. V.

Nunc dicentur Catonis placita de oliuis. In calido & pingui solo radium maiorem Salentinam, orchitem, pausiam, Sergianam, Cominianam, albiceram feri iubet.

Adiicitque singulari prudentia, quam earum in finitimis locis optimam esse dicant. In frigido autem & macro Liciniam. Pingui enim aut feruētī vitiari eius oleum, arborē inq; ipsam fertilitate consumi. Musco præterea rubro infestari. Spectare oliueta in Fauonium loco exposito solibus censet.

De seruandis oliuis, & quomodo faciendum oleum. CAP. VI.

NEc alio vllō modo laudat condi oliuas, optimē orchites & pausias, quā vel virides in muria, vel fractas in lentisco. Oleum quā acerbissima oliua optimum fieri. Cæterō quā primū è terra colligendam: si inquinata sit, lauandam: ficcari triduo factis esse. Si gelent frigora, quarto die premendam. Hanc & sale aspergi. Oleum in tabulato minui, deteriusque fieri. Item & in amurca & fracibus. hæ sunt carnes, & inde factes. Quare sæpius die decapulandum: præterea in conchas & plumbeas cortinas: ære vitiari. Feruentibus omnia ea fieri clausisque torcularibus, & quā minimē ventilatis. Ideo nec ligna ibi cædi oportere. Qua de causa è nucleis ipsarum ignis aptissimus. Et è cortinis in labra fundendum, vt fraces & amurca liquentur. Ob id crebrius vasa mundanda, fscinas spongia tergendas, vt quā maximē pura synceritas constet. Postea inuentum, vt lauerentur vtique feruenti aqua: protinus prælo subiicerentur solidæ (ita enim amurca exprimitur) mox trapetis fractæ premerentur. Iterum premi plus quā centenos modios, non probant. Factus vocatur. Quod verò post molam primum est, flos. Factus tergeminos ferè à quaternis hominibus nocte ac die premi iustum est.

a T. frages
b T. factus
tres gemino
foro

De oleo factitio.

CAP. VII.

NOn erat tum factitium oleum: ideoque arbitror nihil à Catone dictum. Nunc eius genera plura. Primūque persequemur ea, quæ ex arboribus fiunt, & inter illas ante omnes ex oleastro. Tenuē id, multoque amarius, quā oleæ, tantū ad medicamentum vtile. Simillimum huic est ex chamelæa frutice saxoso, non altiore palmo, foliis oleastri baccisque. Proximum fit & è cici, arbore in Ægypto copiosa: alij crotonem, alij trixin, alij sesamum syluestre appellant: ibique non pridem. Et in Hispania repentè prouenit altitudine oleæ, caule ferulaceo, folio vitium, femine vuarum gracilium, pallidarūque. Nostri eam ricinum vocant à similitudine feminis. Coquitur id in aqua, innatansque oleum tollitur. At in Ægypto, vbi abundat, sine igne & aqua sale aspersum exprimitur, cibis scædum, lucernis vtile. Amygdalinum, quod aliqui metopium vocant, ex amaris nucibus arefactis, & in offam contusis, aspersis aqua iterūque tuis, exprimitur. Fit & è lauro, admisto druparum oleo. Quidamque è baccis exprimunt tantū: alij foliis modo: alij folio & cortice baccarum. Necnon styracem addunt, aliosque odores. Optima laurus ad id latifolia, syluestris, nigra baccis. Simile est è myrto nigra: & hæc latifolia melior. Tunduntur baccæ aspersæ calida aqua, mox decoquantur. Alij foliorum mollissima decoquant in oleo, & exprimunt. Alij deiecta ea in oleum prius sole maturant. Eadem ratio & in fatiua myrto, sed præfertur syluestris minore femine, quam quidam oxymyrsinem vocant, alij chamemyrsinem, alij acaron à similitudine. Est enim breuis, fruticosa. Fit & ex citro, cupresso, nucibus iuglandibus, quod caryinon vocant: malis cedri, quod cedrelæon. Ex grano quoque Gnidio purgato femine & tuis. Item lentisco: nam & cyprinum è glande Ægyptia vt fieret odorum causa, dictum est. Indi ex castaneis & sesama atque oryza facere dicuntur: Ichthyophagi è piscibus. Inopia cogit aliquando luminum causa & è platani baccis fieri, aqua & sale maceratis. Et cœnanthinum fit de ipsa cœnanthe, vt dictum est in vnguentis. Gleucino mustum incoquitur vapore lento: ab aliis sine igne circundatis vinaceis diebus xxi. bis singulis, permistum: consumiturque mustum oleo. Aliqui non sampsuchum tantū admiscunt, sed etiam pretiosiora odoramenta. Et in gymnasiis quoque conditur odoribus, sed vilissimis. Fit & de aspalatho, calamo, balsamo, iri, cardamomo, meliloto, nardo Gallico, panace, sampsucho, helenio, cinnami radice, omnium succis in oleo maceratis expressisque. Sic & rhodinum è rosis: iuncinum è iunco, quod est rosaceo simillimum. Item hyoscymmo, lupinis, & narcisso. Plurimum autem in Ægypto è raphani femine, aut gramine

herba,

herba, quod chortinon vocant. Item sesama & vrtica, quod cnecinū appellant. E lilio & alibi fit sub dio sole, luna, pruina maceratū. Suis herbis componunt inter Cappadociam & Galatiam, quod Selgiticum vocant, neruis admodum vtile: sicut in Italia^a è gummi. E^a T. Iguini pice fit, quod picinum appellant, cū coquitur velleribus supra halitum eius expansis, atque ita expressis, probatum maximè è Brutia. Est enim pinguiissima & resinosisissima. Color oleo fuluus. Sponte nascitur in Syriæ maritimis, quod elæomeli vocant. Manat ex arboribus pingue, crassius melle, resina tenuius, sapore dulci, & hoc medicis. Veteri quoque oleo vsus est ad quædam genera morborum. Existimatur & ebori vindicando a carie vtile esse. Certè simulacrum Saturni Romæ intus oleo repletum est.

De amurca.

CAP. VIII.

Super omnia autem celebravit amurcam laudibus Cato. Dolia olearia cadōsque illa imbui, ne bibant oleum. Amurca subigi areas terendis messibus, vt formicæ rimæque absint. Quin & lutum parietum ac tectoria & pauimenta horreorum frumēti, vestiariū etiam contra teredines ac noxia animalia, amurca aspergi: femina frugum perfundi: morbis quadrupedum, arborum quoque illa medendum, efficaci ad hulcera interiora humani quoque oris. Lora etiam ac coria omnia, & calciamina, axēsque, decocta vngi, atque æramenta contra æruginem, colorisque gratia elegantioris: & totam supellectilem ligneam, ac vasa fictilia, in quæ ficum aridam libeat asseruare: aut si folia baccasque in virgis myrti, aliudve id genus simile. Postremò ligna macerata amurca, nullius fumi tædio ardere. Oleam si lambendo capra lingua contigerit, depaueritq; primo germinatu, steriles cere, autor est M. Varro. Et hætenus de olea, atque oleo.

Pomorum omnium genera, & natura.

CAP. IX.

Reliqui arborum fructus vix specie figurave, non modò saporibus, succisque toties permistis atque insitis, enumerari queunt.

Nucum pinearum genera III.

CAP. X.

Grandissimus pineis nucibus, altissimèque suspēsus, intus exiles nucleos lacunatis includit toris vestitos alia ferruginis tunica, mira naturæ cura molliter femina collocandi. Harum genus alterum^b Tarentinæ, digitis fragili putamine, auiumque^c furto in arbore. Tertium^d sapinæ è picea satiuā, nucleorum cute veriùs quàm putamine, adeò molli, vt simul mandatur. Quartum^e pityida vocant è pinastris, singularis remedij aduersus tussim. In melle decoctos nucleos Taurini aquicelos vocant. Pineæ corona victores apud Isthmum coronantur.

De malo cotoneo.

CAP. XI.

His proxima amplitudine mala quæ vocamus cotonea, & Græci cydonea, ex Cretæ insula aduecta. Incuruatos trahunt ramos, prohibētque crescere parentem. Pluræ eorum genera. Chrysomela, incisuris distincta, colore ad aurum inclinato. Quæ candidiora, nostratia cognominata, odoris præstantissimi. Est & Neapolitanis suus honos. Minora ex eodem genere struthea, odoratiùs vibrant, serotino prouentu, præcoci verò murestea. Strutheis autem cotonea insita suum genus fecere muluianum: quæ sola ex his vel cruda manduntur. Omnia iam & virorum salutariis cubilibus inclusa, simulacris noctium consciis imposita. Sunt prætereà parua syluestria, à strutheis odoratissima, in sepibus nascentia. Mala appellamus, quanquam diuersi generis, Persica, & granata, quæ in Punicis arboribus nouem generum dicta sunt. His acinus sub cortice intus: illis lignum in corpore. Necnon & quædam è pyris libralia appellata, amplitudinem sibi ponderis nomine asserunt.

De Persico, genera III.

CAP. XII.

Sed Persicorum palma duracinis. Nationum habent cognomen Gallica & Asiatica. Post autumnum maturescunt, æstate præcocia, intra xxx. annos reperta, & primò denariis singula venundata. Supernatia è Sabinis veniunt, popularia vndique. Pomum innocuum expetitur ægris: prætiūmque iam singulis triceni nummi fuere, nullius maiore:

quod miremur, quia non aliud fugacius. Longissima nanque decerpto bidui mora est: cogitque se venundari.

De pruno, genera XI.

CAP. XIII.

Ingens postea turba prunorum, versicolor, nigra, candidas. Hordearia appellata, à comitatu frugis eius. Alia eodem colore seriora maioraque, asinina cognominata à vilitate. Sunt & nigra, ac laudatiora cerina atque purpurea. Nec non ab externa gente Armeniaca, quæ sola & odore commendatur. Peculiaris impudètia est nucibus insectorum, quæ faciem parentis succumque adoptionis exhibent, appellata ab utroque nucipruna. Et hæc autem & persica, & cerina, ac sylvestria, ut vix, autumno cadis condita, usque ad aliam nascentiam ætatem sibi prorogant. Reliquorum velocitas citò mitescentium transuolat. Nuper in Bætica malina appellari cœperunt malis insita, & alia amygdalina amygdalis. His intus in ligno nucleus amygdalæ est: nec aliud pomum ingeniosius geminatum est. In peregrinis arboribus dicta sunt Damascena, à Syriæ Damasco cognominata, iam pridem in Italia nascentia, grandiore quanquam ligno, & exiliore carne, nec unquam in rugas siccata, quoniam soles sui desunt. Simul dici possunt populares eorum myxæ, quæ & ipsæ nunc cœpere Romæ nasci insitæ sorbis. In totum quidem Persica peregrina etiam Asiæ Græciæque esse, ex nomine ipso apparet, atque ex Perside aduecta. Sed pruna sylvestria ubique nasci certum est. Quo magis miror, huius pomi mentionem à Catone non habitam, præsertim cum condenda demonstraret quædam & sylvestria. Nam Persicæ arbores serò, & cum difficultate transiere, ut quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Ægypto earum fuerat hospitium. Falsum est, venenata cum cruciatu in Persis gigni, & pœnarum causa à regibus translata in Ægyptum, terra mitigata. Id enim de Persea diligentiores tradunt, quæ in totum alia est, myxis rubentibus similis, nec extra Orientem nasci voluit. Eam quoque eruditores negauerunt ex Perside propter supplicia translata, sed à Perseo Memphi fatam. Et ob id Alexandrum illa coronari victores ibi instituisse, in honorem atavi sui. Semper autem folia habet & poma, subnascentibus aliis. Sed pruna quoque omnia post Catonem cœpisse manifestum est.

De diuersis generibus malorum, genera XXIX.

CAP. XIII.

Malorum plura sunt genera. De citreis cum sua arbore diximus. Medica autem Græci vocant patriæ nomine. Æquè peregrina sunt zizipha, & tuberes, quæ & ipsa non pridem venere in Italiam, hæc ex Africa, illa ex Syria. Sext. Papinius, quem Consulem vidimus, primus utraque attulit, Diui Augusti nouissimis temporibus, in castrorum aggeribus fata, baccis similia, quam malis, sed aggeribus præcipuè decora, quoniam & in tecta iam syluæ scandunt. Tuberum duo genera: candidum, & à colore sericum dictum. Penè peregrina sunt in vno Italiæ agro Veronensi nascentia, quæ lanata appellantur. Lanugo ea obducit, strutheis quidem Persicisque plurima: his tamen peculiare nomen dedit, nulla alia commendatione insignibus. Reliqua cur pigeat nominatim indicare, cum conditoribus suis æternam propagauerint memoriam, tanquam ob egregium aliquod in vita factum? Nisi fallor, apparebit ex eo ingenium inferendi: nihilque tam paruum esse, quod non gloriam parere possit. Ergo habent originem à Matio, Gestioque & Manlio, item Claudio. Quibus cotoneo insito ab Appio & Claudia gente. Appiana sunt cognominata. Odor est his cotoneorum, magnitudo quæ Claudianis, color rubens. Ac ne quis id ambitu valuisse claritatis & familiæ putet, sunt & Sceptiana ab inuētore libertino, insignia rotunditate. Cato adiicit Quiriana, & quæ tradit in doliis condi, Scantiana. Omnium autem nuperrimè adoptata sunt parua, gratissimi saporis, quæ Petisia nominantur. Patrias nobilitauere Camerina, & Græcula. Cetera è causis traxere nomen: germanitatis cohærentia & gemella, nunquam singula in foetu, coloris serica, cognationis melappia. Mustea à celeritate mitescendi: quæ nunc melimela dicuntur, à sapore melleo. Orbiculata, à figura orbis in rotunditatem circumacti. Hæc in Epiro primum prouenisse, argumento sunt Græci, qui Epirotica vocant. Marmarum effigie orthomastica. A conditione castrati feminis, quæ spadonia appellant Belgæ.

gæ. Melofoliis folium vnum, aliquando & geminum erumpit è latere medio. Celerrimè in rugas marcescunt pannucea. Stolidè tument pulmonea. Sunt quibus sanguineus est color, origine ex mori insitu tracta. Cunctis verò, quæ fuerunt à sole, partes rubent. Sunt & parua gratia saporis, atque etiam acutiora odore, syluestria. Id peculiare improbitatis & acerbitalis conuicium, & vis tanta, vt aciem gladij perstringat. Dacis fermè vilissimis nomen, quanquam primis aduentu, decerpique properantibus.

De pyris, & insitorum varietate.

C A P. X V.

EAdem causa in pyris taxatur superbix cognomine. Parua hæc, sed ocysissima. Cunctis autem Crustumina gratissima. Proxima iis Falerna, à potu, quoniam tanta vis succi abundat. Lactea hæc vocantur, in iisque alia colore nigro donantur Syriæ. Reliquorum nomina aliter in aliis atque aliis locis appellantur. Sed confessis vrbis vocabulis autores suos nobilitauere Decimiana, & ex eo tractum quod pseudodecimianum vocat. Dolabelliana longissimi pediculi. Pompeiana cognomine mammosa, Liceriana, Seueriana: & quæ ex iis nata sunt Tyranniana, longitudine pediculi distantia. Fauoniana rubra, paulò superbis maiora. Lateriana, Anitiana post autumnalia acidulo sapore iucunda. Tiberiana appellantur, quæ maximè Tiberio principi placere. Colorantur magis sole, grandescuntque: alioquin eadem essent, quæ Liceriana. Patriæ nomina habent, serissima omnium Amerina, Picentina, Numantina, Alexandrina, Numidiana, Græca, & in iis Tarentina: Signina, quæ alij à colore testacea appellant, sicut onychina, purpurea. Ab odore, myrapia, laurea, nardina. A tempore, hordearia: collo ampullacea, & Coriolana. Brutæ gentilitatis cucurbitina, acidula succi. Incerta nominum causa est Barbaricis Venereisque, quæ colorata dicunt: regiis, quæ minimo pediculo fessilia, patriciis, voconiis, viridibus oblongisque. Præterea dixit volema Virgilius à Catone sumpta: qui & sementina, & mustea nominat. Pars hæc vitæ iam pridem peruenit ad culmen, expertis cuncta hominibus. Quippe cum Virgilius insitam nucibus arbutum, malis plantanum, cærasis vlmum dicat. Nec quicquam amplius excogitari potest. Nullum certe pomum nouum diu iam inuenitur. Neque omnia insita misceri fas est, sicut nec spinas inferi, quando fulgura expiari non queunt facile: quotque genera insita fuerunt, tot fulgura vno ictu pronuntiantur. Turbinatior pyris figura. In iis ferotina ad hyemem vsque ad matrem pendent gelu maturefcentia, Græca, ampullacea, laurea: sicut in malis Amerina, Scantiana. Conduntur verò pyra, vt vuæ, ac totidem modis: neque aliud in cadis, præterquam pruna. Pomis proprietates pyrisque vini: similiterque in ægris medentes cauent: ac vino & aqua coquantur, atque pulmentarij vicem implent: quod non alia præter cotonea, & struthea.

De pomis seruandis.

C A P. X V I.

IN vniuersum verò de pomis seruandis præcipitur: pomaria in loco frigido ac sicco cõtubulari: septentrionalibus fenestris sereno die patère: Austros specularibus arcere, Aquilonis quoque afflatu poma deturbante rugis. Colligi mala post æquinoctium autumnale, neque ante x v. lunam, neque ante primam horam. Cadiua separari, stramentis, storeis, paleisve susterni. Rara componi, vt limites peruij spiritum æqualem accipiant. Amerina maximè durare, melimela minimè.

De cotoneis, Punicis, pyris, & sorbis, & vuis seruandis.

C A P. X V I I.

COtoneis interclusis spiramentum omne adimendum, aut incoqui melle ea immergiverè oportere. Punica aqua marina feruente indurari: mox triduo sole siccata, ita ne nocturno rore contingantur, suspèdi. Cum libeat vti, aqua dulci perlui. M. Varro & in doliis harenæ seruari iubet, & immatura obrui terra in ollis fundo effracto sed spiritu excluso, ac furculo pice illito. Sic etiam crescere amplitudine maiore, quam possunt in arbore. Cætera mala foliis ficulnis, præterquam cadiuis, singula conuolui, cistisque vitilibus condi, vel creta figlinarum illini. Pyra in vasis fictilibus picatis inuersis obrui inter scobes. Tarentina ferissimè legi. Anitiana seruari & in passo. Sorba verò & in scrobibus gypsatò operculo, duum pedum terra superinducta, in loco apri-

co, in uersis uasis, & in doliis, ut uas, cum ramis suspendi. E proximis autoribus quidam altius curam petunt: deputarique statim poma ac uites ad hunc usum præcipiunt, decrescente luna post horam diei tertiam, cælo sereno, ac ficcis ventis. Similiter deligi & ex locis ficcis, & ante perfectam maturitatem, addito ut luna infra terram sit: uas cum malleolo sarmenti duro, demptis forfice corruptioribus acinis, in dolio picato recenti suspendi, exclusa omni aura operculo & gypso: sic & forba ac pyra, illitis omnium furculis pice. Dolia procul ab aqua esse. Quidam sic cum palmite in gypso condunt, capitibus eius scillæ infixis utrinque. Alij etiam uina habentibus doliis, dum ne contingant ea uas. Aliqui mala in patinis fictilibus fluitantia: quo genere & uino odorem acquiri putant. Aliqui omnia hæc in milio seruare malunt. Plerique uero in scrobe duum pedum altitudinis arena substrato, & fictili operculo, dein terra operto. Creta quidam etiam figlina uas illinunt, siccatasque sole suspendunt, in usu diluentes cretam. Eandem pomis uino subigunt. Mala uero generosissima eadem ratione crustant gypso vel cera: quæ nisi maturuerint, incremento calycem rumpunt. Semper autem in pediculos collocant ea. Alij decerpunt cum furculis, eosque in medullam sambuci abditos obruunt, ut supra scriptum est. Alij singulis malis pyrisque singula uasa fictilia assignant, & opercula eorum picata dolio iterum includunt. Necnon aliqui in floccis capsisque, quas luto paleato illinunt. Alij hoc quidem in patinis fictilibus: aliqui & in scrobe subiecta arena, ita sicca operiunt mox terra. Sunt qui cotonea cera Pontica illita melle demergant. Columella autor, in puteos cisternasue in fictilibus uasis pice diligenti cura illitis mergi. Liguria maritima Alpibus proxima, uas sole siccatas iunci fasciis inuoluit, cadisque conditas, gypso includit. Hoc idem Græci platani foliis, aut uitis ipsius, aut fici, uino die in umbra siccatas, atque in cado uinaceis interpositis. Quo genere Coa uas & Berytia seruantur, nullius suauitati postferendæ. Quidam, ut has faciant, in cinere lixiuo tingunt protinus quam detrahere uitis, mox in sole siccat: tum foliis (ut supra dictum est) inuolutas uinaceis stipant. Sunt qui malunt uas in scrobe ramentisue abietis, populi, fraxini seruare. Sunt qui suspendi procul malis, protinusque in granariis iubeant, quoniam optimè sit operimento puluis pensilibus. Contra uespas remedio est, oleo aspergi ex ore. De palmis diximus.

De ficis genera XXIX.

CAP. XVIII.

E Reliquo genere pomorum ficus amplissima est: quædamque & pyris magnitudine æmula. De Ægyptiæ Cypriæque miraculis retulimus inter externas. Idæa rubet oliuæ magnitudine, rotundior tantum, sapore mespili. Alexandrinam hanc ibi vocant, crassitudine cubitali ramosam, materiæ validam, lentam, sine lacte, cortice viridi, folio tiliæ, sed molli. Onesicritus tradit in Hyrcania multum nostris esse dulciores, fertilioresque, ut quæ modios cclxx. singulæ ferat. Ad nos ex aliis transiere gentibus, Chalcide, Chio: quarum plura genera. Siquidem & Lydiæ, quæ sunt purpureæ, & mamillanæ, similitudinem earum habent: & callistruthiæ parum sapore præstantiores, ficorum omnium frigidissimæ. Nam de Africanis, quas multi præferunt cunctis, magna quæstio est: cum id genus in Africam nuperrimè transferit, patriæ nomen obtinet. Nam Alexandrina è nigris est, candicante rima, cognomine delicatæ. Nigra & Rhodia est, & Tiburtina de præcocibus. Sunt & autorum nomina iis, Liuiæ Pompeiæ: siccatas hæc sole in annuos usus aptissima, cum mariscis, & quas harundinum folij macula variat. Est & Herculanea, & albicerata, & aratia alba, pediculo minimo, latissima. Primò autem prouenit porphyritis, longissimo pediculo. Comitatur eam è minimis & vilissimis, popularis dicta. Contra nouissima sub hyeme maturatur chelidonia. Sunt præterea eadem serotinæ & præcoces, biferæ, alba ac nigra, cum messe vindemiæque maturescentes. Serotinæ & à corio appellatæ duro: ex Chalcidicis quorundam trifero prouentu. Tarenti tantum prædulces nascuntur, quas uocant omas. Cato de ficis ita memorat: Ficos mariscas in loco cretoso aut aperto serito. In loco autem crassiore aut stercoreo Africanas, & Herculanæ, Saguntinas hybernas, Tellianas, atras pediculo longo. Postea tot subiere nomina

atque genera, ut vel hoc solum æstimantibus appareat, mutatam esse vitam. Sunt & hybernæ quibusdam provinciis, sicuti Mœsiæ, sed artis, non naturæ. Paruarum genus arborum post autumnum fimo contegunt, deprehensasque in his hyeme, grossos: quæ mitiore cælo refoffæ cum arbore atque in lucem remissæ, novos soles, aliosque, quam quibus vixere, auidè, tanquam iterum natæ, accipiunt: & cum venientium flore maturescunt, alieno præcoces anno, in tractu vel gelidissimo. Sed à Catone appellata iam tum Africana, admonet & Africæ, ad ingens documentum vso eo pomo. Nanque perniciali odio Carthaginis flagrans, nepotumque securitatis anxius, cum clamaret omni senatu Carthaginem delendam, attulit quodam die in curiam præcocem ex ea provincia ficum: ostendensque Patribus, Interrogo vos, inquit, quando hoc pomum demptum putetis ex arbore? Cum inter omnes recentem esse constaret, Atqui tertium, inquit, ante diem scitote decerptum Carthagine: tam propè à muris habemus hostem: statimque sumptum est Punicum tertium bellum, quo Carthago deleta est: quanquam Catone anno sequente raptò. Quid primum in eo miremur? curam ingenij, an occasionem fortuitam, celeritatemque cursus, an vehementiam viri? Supra omnia quiddam est, quo nihil equidem duco mirabilius, tantam illam urbem, & de terrarum orbe per cxx. annos, æmulam, vnus pomi argumento euersam: quod non Trebia aut Trasymenus, non Cannæ busto insignes Romani nominis perficere potuerunt: non castra Punica ad tertium lapidem vallata, portæque Collinæ adequitans ipse Annibal. Tanto propius Carthaginem pomo Cato admouit. Colitur ficus arbor in foro ipso ac comitio Romæ nata sacra fulguribus ibi conditis: magisque ob memoriam eius, quæ nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris appellata: quoniam sub ea inuenta est lupa infantibus præbens rumen (ita vocabant mammam) miraculo ex ære iuxta dicato, tanquam in comitium sponte transfisset.^b Adacto nauigio illico arefcit: rursusque cura sacerdotum feritur. Fuit & ante Saturni ædem, urbis anno cclx. sublata, sacro à Vestalibus factò, cum Syluani simulacrum subuerteret. Eadem fortuito fatu viuit in medio foro, quæ sidentia imperij fundamenta ostento fatali Curtius maximis bonis, hoc est virtute ac pietate, ac morte præclara expleuerat. Æquè fortuita eodem loco est vitis atque olea, vmbra gratia sedulitate plebeia fatæ. Ara inde sublata gladiatorio munere Diui Iulij, quod nouissimè pugnauit in foro. Admirabilis est pomi huiusce festinatio, vnus in cunctis, ad maturitatem properantis arte naturæ.

De caprifico, & caprificatione.

CAP. XIX.

Caprificus vocatur è syluestri genere ficus nunquam maturescens, sed quod ipsa non habet, aliis tribuens: quoniam est naturalis causarum transitus, atque è putrescentibus identidem generatur aliquid. Ergo culices parit: hi fraudati alimento in matre, putri eius tabe, ad cognatam volant: morsuque ficorum crebro, hoc est auidiore pastu aperientes ora earum, atque ita penetrantes, intus solem primò secum inducunt, cerealésque auras immittunt foribus apertis. Mox lacteum humorem, hoc est, infantiam pomi, absumunt: quod fit & sponte. Ideoq; ficetis caprificus permittitur ad rationem venti, ut flatus euolâtes in ficus ferat. Inde repertum, ut illatæ quoque aliunde, & inter se colligatæ iniicerentur fico: quod in macro solo & aquilonio non desideratur: quoniam sponte arefcunt loci situ, rimisq; eadè, quæ culicum opera, causa perficit: necnò vbi multus puluis: quod euenit maximè frequèti via apposita. Nanq; & pulueri vis siccandi, succumque lactis absorbendi: quæ ratio puluere & caprificatione hoc quoq; præstat, ne decidant, absumpto humore tenero, & cum quadã fragilitate pôderoso. Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus: succus maturefcuntibus lactis, percoctis mellis. Senescunt in arbore, anúsque distillât gûmi modo lacrymâ, siccanturq;. Honos laudatas seruat in capsis, Ebuso insula præstantissimas, amplissimasq; mox in Marrucinis. At vbi copia abundat, implentur orcæ in Asia, cadi autem in Ruspina Africæ vrbe: panisq; simul & obsonij vicem siccata implent: utpote cum Cato cibaria ruris operariis iusta ceu lege fanciès, minui iubeat per fici maturitatem. Cum recenti fico salitis vice casei vesci, nuper excogitatum est. Ex hoc

^a vrbi æmulam,

^b T. Attio Nauto augure illic arefcit.

genere sunt, vt diximus, cottana & carica, quæque conscendēti nauim aduersus Parthos omen fecere M. Crasso, venales prædicantis voce caunæ. Omnia hæc in Albēse rus è Syria intulit L. Vitellius, qui postea censor fuit, cum legatus in ea prouincia esset, nouissimis Tiberij Cæsaris temporibus.

De mēspilis, & eorum generibus tribus. CAP. XX.

MAlorum pyrorumque generi adnumerentur iure mēspila atque sorba. Mēspilis tria genera, anhedon, setania: tertium degenerat, tametsi anhedoni similius est, quod Gallicum vocant. Setaniæ maius pomum candidiusque, acini molliore ligno: cæteris minus pomum, sed odore præstantius, & quod diutius seruetur. Arbor ipsa de amplissimis. Folia, antequam decidant, rubescunt: radices multæ atque altæ, & ideo inextirpabiles. Nō fuit hæc arbor in Italia Catonis æuo.

De sorbis genera quatuor. CAP. XXI.

SOrbis quadruplex differentia. Aliis enim eorum rotunditas mali, aliis turbinatio pyri, aliis ouata species, ceu malorum aliquibus. Hæc obnoxia acori. Odore & suavitate rotunda præcellit: cæteris vini sapor. Generosissima, quibus circa pediculos tenera folia. Quartum genus torminale appellant, remedio tantum probabile, assiduum prouentu minimumque pomo, arbore dissimili, foliis planè platani. Non ferunt ante trimatum ex vilo genere. Cato & sorba sapa condi iubet.

De nucē iuglande. CAP. XXII.

AB his locum amplitudine vindicauerunt, quæ cessere autoritati, nuces iuglandes: quanquam & ipsæ nuptialium Fescenniorum comites, multum pineis minores vniuersitate, eademque portione ampliores nucleo. Necnō & honor his naturæ peculiaris, gemino protectis operimento, puluinati primū calycis, mox lignei putaminis. Quæ causa eas nuptiis fecit religiosas, tot modis foetu munito: quod est verisimilius, quam quia cadendo tripudium^a sonumve faciant. Et has è Perside à regibus translatas, indicio sunt Græca nomina. Optimum quippe genus earum Persicon atque Basilicon vocant. Et hæc fuere prima nomina. Caryon à capitis grauedine, propter odoris grauitatem conuenit dictum. Tinguntur cortice earum lanæ, & rufatur capillus primum prodeuntibus oculis. Id compertum infectis tractatu manibus. Pinguescunt vetustate. Sola differentia generum in putamine duro fragilive, & tenui ac crasso, loculoso & simplici. Solum hoc pomum natura compactili operimento clausit, Nanque sunt bifidæ putaminum carinæ, nucleorumque illis quadripartita distinctio, lignea intercusante membrana. Cæteris quicquid est, solidum est, vt in auellanis, & ipso nucum genere, quas antea^b abellinas patrio nomine vocabant. In Asiam Græciamque è Ponto venere, & ideo Ponticæ nuces vocantur. Has quoque mollis protegit barba. Sed putamini nucleisque solida rotunditas inest. Eæ & torrentur. Umbilicus illis intus in ventre medio. Tertia ab his natura amygdalis, tenuiore sed simili iugladium summo operimento: item secundo putaminis. Nucleus dissimilis latitudine, & acriore callo. Hæc arbor an fuerit in Italia Catonis ætate, dubitatur, quoniam Græcas nominat, quas quidam & in iuglandium genere seruant. Adicit præterea auellanas & galbas, Prænestinas, quas maxime laudat, & conditas ollis, in terra seruari virides tradit. Nunc Thasiæ & Albenfes celebrantur. Et Tarentinarum duo genera, fragili putamine, ac duro: quæ sunt & amplissimæ, & minime rotundæ. Præterea molluscæ putamen rumpentes. Sunt qui honoris nomen interpretentur, & Iouis glandem esse dicant. Nuper Consularem virum audiui, biferas & iuglandes nuces habere se profitentem. De pistaciis & ipsi retulimus. Et hæc autem idem vitellius in Italiam primus intulit eodem tempore: simulque in Hispaniam Flaccus Pompeius eques Romanus, qui cum eo militabat.

De castaneis genera octo. CAP. XXIII.

NVces vocamus & castaneas, quanquam accommodatiores glandium generi. Armatum iis echinato calyce vallum, quod inchoatum glandibus. Mirumque, vilissima esse: quæ tanta occultauerit cura naturæ. Trini quibusdam partus ex vno calyce, cortexque len-

^a T. & Iof. Scal. fontium

^b T. abella- 77. 40.

^c T. caluas P. 100.

tus. Proxima verò corpori membrana, & in his & in nucibus saporem, ni detrahatur, infestat. Torrere has in cibis gratius, Moluntur etiam, & præstant ieiunio fœminarû quandam imaginem panis. Sardibus eæ prouenere primùm. Ideo apud Græcos^a Sardonios balanos appellant.^b Nam Diuus Tiberius postea balanum nomen imposuit, excellētioribus fatu factis. Nunc plura earum genera. Tarentinæ faciles, nec operoso sunt cibo, planæ figura. Rotundior, quæ balanitis vocatur, purgabilis maximè & sponte profiliens. Pura & plana est ex eis & Salaria: Tarentina minus tractabilis: laudatior Corelliana, & ex ea facta, quo dicemus in insitis modo, meterana, quam rubens cortex præfert triangulis, & popularibus nigris, quæ coctiuæ vocantur. Patria laudatissimis Tarentum, & in Campania Neapolis. Cæteræ suum pabulo gignuntur, scrupulosa corticis intra nucleos quoque ruminatione.

De siliquis, & carnosis pomis, & moris, & de acinis, & baccis.

CAP. XXIII

HAud procul abesse videantur & prædulces siliquæ, nisi quod in iis cortex ipse manditur. Digitorû hominis longitudo illis, & interim falcata, pollicari latitudine. Glandes inter poma numerari non possunt: quamobrem in sua natura dicentur. Reliqua carnosæ sunt generis: ea baccis atque carnibus distât. Alia acinis caro, alia moris, alia vnedonibus: & alia acinis inter cutem succumque, alia myxis, alia baccis, vt oliuis. Moris succus, in carne vinosus: trini colores, candidus primo, mox rubens, maturis niger. In nouissimis florent, inter prima maturescût. Tingunt manus succo matura, eluunt acerba. Minimum in hac arbore ingenia profecerunt, nec nominibus, nec insitis, nec alio modo, quàm pomi magnitudine. Differunt mora Ostiensia & Tusculana Romæ. Nascuntur & in rubis, multùm differente callo. Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorû vnedoni: quod solum pomum simile fructui terræ gignitur. Arbor ipsa fruticosa. Fructus anno maturescit: paritèrque floret subnascens, & prior^c cogitur. Mas sit an fœmina sterilis, inter autores non constat. Pomum inhonorû, vt cui nomen ex argumento sit vnum tantùm edendi. Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, comaron & memecylon: quo apparet totidè esse genera & apud nos. Alio nomine arbutus vocatur. Iuba autor est, quinquagenûm cubitorum altitudine in Arabia esse eas. Acinorum quoque magna est differentia. Primùm inter vuas ipsas callo, teneritate, crassitudine, interiore ligno aliis paruo, & aliis etiam gemino, qui minimè feraces musti. Plurimùm verò differunt edera iambucique acini: & figura etiam Punici, angulosi quippe foli. Nec cutis vlla singulis, præter cõmunem, quæ est candida. Totisque succus & caro est, iis præcipuè, quibus paruulum inest ligni. Magna & baccis differentia. Aliæ nanque sunt oliuis, lauris: & alio modo loto, cornis: alio myrtis, létisco. Aquifolio enim ac spinæ sine succo: medióque etiamnum genere inter baccas acinósq; cerasis. Pomum his primò candidum, & ferè omnibus baccis. Mox aliis virescit, vt oliuis, lauris: rubet verò moris, cerasis, cornis. Deinde nigrescit moris, cerasis, oliuis.

De cerasis, genera octo.

CAP. XXV.

Cerasi ante victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia. Ad vrbis annum dclxxx. is primùm vexit è Ponto: annisque cxx. trans Oceanum in Britanniam vsque peruenere. Eadem, vt diximus, in Ægypto nulla cura potuere gigni. Cerasorum Aproniana maximè rubent: nigerrima sunt, vt Actia: Cæciliana verò & rotunda. Iulianis gratus sapor, sed penè tantùm sub arbore sua, adeò teneris, vt gestatum non tolerent. Principatus duracinis, quæ Pliniana Campania appellat: in Belgica verò Lusitanis. In ripis etiam Rheni. Tertius iis colos è nigro ac rubenti viridique, similis maturefcentibus semper. Minus quinquennium est, quòd prodiere quæ vocant laurea, non ingrata amaritudinis, insitæ in lauro. Sunt & Macedonica paruæ arboris, raroque tria cubita excedentis: & minore etiamnum frutice chamæcerasi. Inter prima hoc è pomis colono gratiam annuam refert. Septentrione frigidisque gaudet: siccatur etiam sole, conditurque, vt oliua, cadis.

De corno, & lentisco.

CAP. XXVI.

QVæ cura & cornis atque etiam lentisco adhibetur, ne quid non hominis ventri natum esse videatur. Miscentur sapor, & alio alius placere cogitur. Miscentur verò & terræ cæliq; tractus. In alio cibi genere India aduocatur, in alio Ægyptus, Creta, Cyrene, singulæque terræ. Nec cessat in veneficiis vita, dummodo omnia deuoret. Plinius hoc fiet in herbarum natura.

De generibus succorum, & de odore.

CAP. XXVII.

INTERIM quæ sunt communia & pomis omnibusque succis, saporum genera xii. reperiuntur, dulcis, suavis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, acidus, salsus. Præter hæc, tria sunt genera mirabili maxime natura. Vnum, in quo plures pariter sentiuntur sapor, vt vinis. Nanque in his & austerus, & acutus, & dulcis, & suavis, omnes alieni. Alterum est genus, in quo sit & alienus quidem, sed & suus quidam ac peculiaris, vt in lacte. Siquidem inest ei, quod tamen iure dici dulce, & pingue, & suaue non posset, obtinente lenitate, quæ ipsa succedit, in saporis vicem. Nullus hic aquis, ne succus quidem, vt tamen eo ipso fiat aliquis, ac suum genus faciat. Sentiri quidem aquæ sapor, vllum succum ve, vitium est. Magnum his omnibus in odore momentum, & magna cognatio, qui & ipse nullus est aquis: aut si sentitur, omnino vitium est. Mirum, tria naturæ præcipua elementa sine sapore esse, sine odore, sine succo: aquas, aëra, ignes.

De succis fructuum, & arborum, & coloribus, & odoribus, & natura pomorum, & de commendatione fructuum.

CAP. XXVIII.

ERGO succorum vinosus pyro, moro, myrto: minimè (quod miremur) vis. At pinguis oliuæ, lauro, nuci iuglandi, amygdalis: dulcis vis, ficis, palmis: aquosus prunis. Magna differentia & in colore succi. Sanguineus moris, cerasis, cornis, vis nigris. Idem albis candidus. Lacteus in capite ficis, in corpore non item: spumeus malis: nullus per ficis, cum præsertim duracina succo abundant: sed quis eius vllum dixerit colorem? Sua & in odore miracula. Malis acutus, Persicis dilutus, dulcibus nullus. Nam & vinum tale sine odore, tenuè odoratus. Multoque celerius talia ad nasum veniunt, quam pinguia. Quæ odorata, non eadem in gustu tenera: quia non sunt pariter odor & sapor. Quamobrem citreus odor acerrimus, sapor asperrimus: quadam tenuis & cotoneis: nullusque odor ficis. Et hætenus sint species ac genera pomorum: naturas arctius colligi par est. Alia siliquis gignuntur, siliquis dulcibus, semineque complexis amarum: cum in pluribus semina placeant, in siliqua damnentur. Alia baccis, quarum intus lignum, & extra caro, vt oliuis, cerasis. Aliquorum intus baccæ, foris lignum, vt his quæ in Ægypto diximus gigni. Quæ baccis natura, eadem & pomis. Aliorum intus corpus, & foris lignum, vt nucum. Aliis foris corpus, intus lignum, vt Persicis & prunis, vitiumque cinctum fructu, cum fructus alibi muniatur vitio. Putamine clauduntur nuces, corio castaneæ. Detrahitur hoc iis: at in mespilis manditur. Crusta teguntur glandes, cute vuarum, corio & membrana Punica. Carne & succo mora constat, cute & succo cerasi. Quædam statim à ligno recedunt, vt nuces & palmæ. Quædam adhærent, vt oliuæ laurique. Quorundam generi vtraque est natura, vt Persicis. Etenim duracina adhæret corpus, è ligno que auelli nequit, cum in ceteris facile separetur. Quibusdam nec intus, nec extra lignum, vt in palmarum genere. Aliquorum lignum ipsum in vsu & ponti vice, vt generi amygdale, quam in Ægypto gigni diximus: Quorundam extra gemina geminantur vitia, vt in castaneis, amygdalis nucibusque iuglandibus. Quorundam natura trigemina est, corpus, deinde lignum, rursusque semen in ligno, vt Persicis. Quædam inter se densa, vt vuarum, forba: quæ ramos circūdata ex omni parte vuarum modo degrauant. Alia rara, vt in Persicis. Quædam aluo continentur, vt granata. Dependent alia pediculis, vt pyra. Alia racemis, vt vuarum, palmæ. Alia & pediculis & racemis, vt edera, sambuci. Alia ramo adhærent, vt in lauro. Quædam vtroque modo, vt oliuæ. Nam & breues pediculi & longi. Quædam vasculis constant, vt punica & mespila, lotosque in Ægypto & Euphrate. Iam verò diuersa gratia & commendatio. Carne palmæ placent, crusta Thebaicæ, succo vuarum & cariotæ: callo pyra ac mala, corpore melimela, mora cartilagine, nuclei

nuclei grano. Quædam in Ægypto cute, vt caricæ. Detrahitur hæc ficis virētibus, vt putamē: eadem in ficcis maximè placet. In papyris & ferulis spināq; alba, caulis ipse pomū est. Sunt & ficulni caules. In fruticoso genere cum caule capparīs: in filiquis vero quod manditur, quid nisi lignum est? non omittenda feminis earum proprietate. Nam neque corpus, nec lignum, nec cartilago dici potest, neque aliud nomen inueniat.

De myrto, genera eius XI.

C A P.

X X I X.

Succorum natura præcipuam admirationem in myrto habet, quando ex vna omnium olei viniq; bina genera fiunt. Item myrtidanum, vt diximus. Et alius vsus baccæ fuit apud antiquos, antequam piper reperiretur, illius obtinens vicem, quodam etiam generosi obsonij nomine inde tracto, quod etiam nunc myrtatum vocatur. Eadēque origine aprorum sapor commendatur, plerunque ad intinctus additis myrtis. Arbor ipsa in Europæ citeriore cælo, quod à Cerauniis montibus incipit, primūm Circeis in Elpenoris tumulo visa traditur: Græcūmque ei nomen remanet, quo peregrinam esse apparet. Fuit vbi nunc Roma est, iam tum cum conderetur. Quippe ita traditur: myrtea verbena Romanos Sabinosque, cum propter raptas virgines dimicare voluissent, depositis armis purgatos in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant. Et in ea quoque arbore suffimenti genus habetur. Ideo tum electa, quoniam coniunctioni, & huic arbori Venus præest. Haud scio, an prima etiam omnium in locis publicis Romæ fata sit, fatidico quidem & memorabili augurio. Inter antiquissima namque delubra habetur Quirini, hoc est, ipsius Romuli: in eo sacræ fuere myrti duæ ante ædem ipsam per longum tempus, altera patritia appellata, altera plebeia. Patritia multis annis præualuit, flaccescente plebeia, exuberans ac læta: quandiu Senatus quoque floruit, illa vicens, plebeia retorrída ac squalida. Quæ posteaquam eualuit flaccescente patritia Marfico bello, languida autoritas patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit maieftas. Quin & ara vetus fuit Veneri Myrtæ, quam nunc Murtiam vocant. Cato tria genera myrti prodidit: nigram, candidam, coniugulam, fortassis à coniugiis, ex illo Cluacinæ genere. Nunc & alia distinctio, satiuræ, aut syluestris, & in vtraque latifoliæ. In syluestri propria oxymyrsine. Satiuarum genera topiarij faciunt. Tarentinam folio minuto, nostratem patulo, exoticam densissimo, senis foliorum versibus. Hæc non est in vsu: ramosa vtraque alia. Coniugulam existimo nunc nostratem dici. Myrtus odoratissima est in Ægypto. Cato docuit vinum fieri è nigra, siccata vsque in ariditatem in vmbra, atque ita mulso indita. Si non siccentur baccæ, oleum gigni. Postea compertum, & ex alba vinum fieri album, duobus sextariis myrti tusæ in vini tribus heminis maceratæ expressæque. Folia & per se siccantur in farinam ad hulcerum remedia in corpore humano, leniter mordaci puluere, ac refrigerandis sudoribus. Quinimo oleo quoque (mirum dictu) inest quidam vini sapor, simulque pinguis liquor, præcipua vi ad corrigēda vina, saccis antè perfusis. Retinet quippe facem, nec præter purum liquorem transire patitur, datque se comitem præcipua commendatione liquato. Virgæ quoque eius gestatæ manu viatori profunt in longo itinere pediti. Quin & virgei anuli expertes ferri inguinum tumori medentur. Bellicis quoque se rebus inseruit: triumphansq; de Sabinis Posthumius Tubertus in Consulatu (qui primus omnium ouans ingressus urbem est, quoniam rem leuiter sine cruore gesserat) myrto Veneris Victricis coronatus incessit, optabilēque arborem etiā hostibus fecit. Hæc postea ouantiū fuit corona, excepto M. Crasso, qui de fugitiuis & Spartaco laurea coronatus incessit. Massurius autor est, curru quoque triumphantes myrtea corona vsos. L. Piso tradit, Papyrium Massonem, qui primus in monte Albano triumphauit de Corsis, myrto coronatum ludos Circenses spectare solitū. Auis maternus Africani sequentis hic fuit. Marcus Valerius duabus coronis utebatur, laurea & myrtæ: qui & hoc vouerat.

De lauro, genera tredecim.

C A P. X X X.

Laurus triumphis propriè dicatur, vel gratissima domibus ianitrix Cæsarum Pontificūmque: quæ sola & domos exornat, & ante limina excubat. Duo eius genera tra-

dit Cato: Delphicam & Cypriam. Pompeius Lenæus adiecit quam mustacem appellauit, quoniam mustaceis subiiceretur. Hanc esse folio maximo, flaccidoque & albicante. Delphicam æquali colore, viridiorem, maximis baccis, atque è viridi rubentibus. Hac victores Delphis coronari, & triumphantes Romæ. Cypriam esse folio breui, nigro, per margines imbricato, crispam. Postea accessere genera: tinus, hanc syluestrem laurum aliqui intelligunt, nonnulli sui generis arborem. Differt colore: est enim ei cærulea bacca. Accessit & regia, quæ cœpit Augusta appellari, amplissima & arbore & folio, baccis gustatu quoque non asperis. Aliqui negant eandem esse, & suum genus regię faciunt longioribus foliis latioribusque. Iidem in alio genere baccaliam appellant hanc quæ vulgatissima est, baccarumque fertilissima. Sterilem verò earum (quod maximè miror) triumphalem, eaque dicunt triumphantes vti: nisi id à Diuo Augusto cœperit, vt docebimus, ex ea lauru, quæ ei missa è cælo minima est altitudine, folio crispo ac breui, inuentu rara. Accedit in topiario opere taxa, excrescente in medio folio paruulo, veluti lacinia folij. Et sine ea spondonia, mira opacitatis patientia. Itaque quantalibet sub vmbra solum implet. Est & chamædaphnæ syluestris frutex. Est & Alexandrina, quam aliqui Idæam, alij hippoglotion, alij daphnitin, alij carpophyllon, alij hypelaten vocant. Ramos spargit à radice dodrantales, topiarij ac coronarij operis, folio acutiore quàm myrti, molliore & candidiore, maiore semine inter folia rubro. Plurima in Ida, & circa Heracleam Ponti, nec nisi montosis. Id quoque, quod Daphnoides vocatur, genus, in nominū ambitu est. Alij enim Pelagum, alij eupetalon, alij stephanon Alexandri vocant. Et hic frutex est ramosus, crassiore ac molliore, quàm laurus, folio, cuius gustatu accenditur os atque guttur, baccis è nigro ruffis. Notatum antiquis, nullū genus lauri in Corsica fuisse: quod nūc satum & ibi prouenit. Ipsa pacifera, vt quam prætendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium. Romanis præcipuè lætitiæ victoriarumque nuntia additur literis, & militum lanceis, pilisque. Fasces Imperatorum decorat. Ex his in gremio Iouis optimi maximi deponitur, quoties lætitiā noua victoria attulit. Idque non quia perpetuò viret, nec quia pacifera est, præferenda ei vtroque olea: sed quia spectatissima in monte Parnasso. Ideoque etiam grata Apollini, assuetis eò dona mittere iam & regibus Romanis, teste L. Bruto. Fortassis etiam in argumentum, quoniam ibi libertatem publicam is meruisset, lauriferam tellurem illam osculatus ex responso: Et quia manu satarum receptarumque in domos, fulmine sola non icitur. Ob has causas equidem crediderim, honorem ei habitum in triumphis potius, quàm quia suffimentum sit cædis hostium & purgatio, vt tradit Massurius. Adeoque in profanis vsibus pollui laurum & oleam fas non est, vt ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria aræve debeant. Laurus quidem manifesto abdicat ignes crepitu, & quadam detestatione: interaneorum etiam vitia & neruorum ligno torquente. Tiberium principem tonante cælo coronari ea solitum ferunt contra fulminum metus. Sunt & circa Diuum Augustum euenta eius digna memoratu. Namque Liuiæ Drusillæ, quæ postea Augusta matrimonij nomen accepit, cū pacta esset illa Cæsari, gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abiecit in gremium illæsam. Intrepidèque miranti accessit miraculum, quoniam teneret rostro laureum ramum onustum suis baccis. Conseruari alitem & sobolem iussere aruspices, ramumque eum feri, ac rite custodiri. Quod factum est in villa Cæsarum, fluuio Tiberi imposita iuxta nonum lapidem Flaminia via, quæ ob id vocatur Ad gallinas: miræque sylua prouenit. Ex ea triumphans postea Cæsar, laurum in manu tenuit, coronamque capite gessit: ac deinde Imperatores Cæsares cuncti. Traditusque mos est ramos, quos tenuerunt, ferendi. Et durant syluæ nominibus suis discretæ, fortassis ideo mutatis triumphalibus. Vnius arborum Latina lingua nomen imponitur viris. Vnius folia distinguuntur appellatione. Lauream enim vocamus. Durat & in vrbe impositum loco, quando Loretum in Auentino vocatur, vbi sylua lauri fuit. Eadem purificationibus adhibetur: testatumque sit obiter & ramo eam feri, quoniam dubitauere Democritus & Theophrastus. Nunc dicimus syluestrium naturas.

C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ
LIBER XVI.

Syluestrium arborum natura.

PRO O E M I V M.



10 **D**OMIFERÆ Arbores, quæque mitioribus succis voluptatem primæ cibis attulerunt, & necessatio alimento delicias immiscere docuerunt, siue illæ vltro, siue ab hominè didicere blandos saporés adoptione & connubio, idque munus etiam feris volucribusque dedimus, intra prædictas constant. Proximum erat narrare glandíferas quoque, quæ primò victum mortaliū aluerunt, nutrices inopis ac feræ sortis, ni præuerti cogeret admiratio vsu comperta, quænam qualisque esset vitæ, sine arbore vlla, sine frutice viuentium:

20 *Gentes sine arbore, & miracula in Septentrionalis regionis arboribus.*

CAPVT I.

Diximus & in Oriente quidem iuxta Oceanum complures eâ in necessitate gentes. Sunt verò in Septentrione visæ nobis Cauchorum, qui maiores minoresque appellantur. Vasto ibi meatu, bis dierū noctiūque singularum interuallis, effusus in immensum agitur Oceanus, æternam operiens rerum naturæ controuersiam: dubiūque terræ sit, an parte in maris. Illic misera gens tumulos obtinet altos, aut tribunalia structa manibus ad experimenta altissimi æstus; casis ita impositis: nauigantibus similes, cum integat aquæ circumdata: naufragis verò, cum recesserint: fugientisque cum mari pisces circa turgia venantur. Non pecudem his habere, non lacte ali, vt finitimis, ne cum feris quidem dimicare contingit, omni procul abacto frutice. Vlua & palustri iunco funes nectunt ad prætexenda piscibus retia: captūque manibus lutum ventis magis, quam sole, siccantes terra cibos; & rigentia Septentrione viscera sua vrunt. Potus iis non nisi ex imbre seruato scrobibus in vestibulo domus. Et hæ gētes, si vincantur hodie à Po. Rom. seruire se dicunt. Ita est profectò, multis fortuna parcat in pœnam. Aliud è syluis miraculum: totam reliquam Germaniam replent, adduntque frigori umbras: altissimæ tamen haud procul supra dictis Cauchis, circa duos præcipuè lacus. Litora ipsa obtinent quercus, maxima auiditate nascendi: suffossæque fluctibus, aut propulsæ flatibus, vastas complexū radicū insulas secum auferunt: atque ita libratae stantes nauigant ingentium ramorum armamentis, sæpe territis classibus nostris, cum velut industria fluctibus agerentur in proras
40 stantium noctu, inopésque remedij illæ, prælium nauale aduersus arbores inirent.

De Hercyniæ sylvæ magnitudine.

CAP. I.

IN eadem Septentrionali plaga Hercyniæ sylvæ roborum vastitas intacta æuis, & congenita mundo, propè immortalis forte miracula excedit. Vt alia omittantur fide caritura, constat attolli colles occursantium inter se radicū percussu: aut vbi secuta tellus non sit, arcus ad ramos vsque, & ipsos inter se rixantes, curuari portarum patentium modo, vt turmas equitum transmittant.

De glandiferis.

CAP. III.

Glandiferi maxime generis omnes quibus honos apud Romanos perpetuus.

De ciuica corona, & qui frondea corona donati.

CAP. IIII.

50 **H**inc ciuicæ coronæ, militum virtutis insignè clarissimum: iam pridè verò & clementiæ Imperatorum, postquam ciuiliū bellorum profano meritum cœpit videri ci-

uem non occidere. Cedunt his murales vallarésque, & aureæ, quanquam pretio antecedentes. Cedūt & rostratæ, quamuis in duobus maximè ad hoc æui celebres: M. Varrone è piraticis bellis, dante Magno Pompeio: itémque M. Agrippa, tribuente Cæsare è Siculis: quæ & ipsa piratica fuere. Antea rostra nauium tribunali præfixa fori decus erant, veluti populo Ro. ipsi corona imposita. Postquàm verò tribunitiis seditionibus calcari ac pollui, cœpere, postquàm vires ex publico in priuatū^a magis singulisque ciuium quæri, & sacrosancta omnia profana fecere, tum à pedibus eorum subiere in capita ciuium rostra. Dedit hanc Augustus coronam Agrippæ: sed ciuicam à genere humano accepit ipse. Antiquitus quidem nulla, nisi Deo, dabatur: ob id Homerus cælo tantum eas & prælio vniuerso tribuit, viritim verò ne in certamine quidem vlli. Feruntque primum omnium Liberum patrem imposuisse capiti suo ex edera. Postea Deorum honori sacrificantes sumpserunt, victimis simul coronatis. Nouissimè & in sacris certaminibus vsurpatæ, in quibus hodièque non victori datur, sed patriam ab eo coronari pronūtiatur. Inde natum, vt etiam triumphaturis conferrentur in templis dicandæ: mox vt & ludis darentur. Lōgum est, nec instituti operis, differere quisnam Romanorū primus acceperit. Neq; enim alias nouerant, quàm bellicas. Quod certum est, vni gentium huic plura sunt genera, quàm cunctis. Romulus frondea coronauit Hostium Hostilium, quòd Fidenam primus irrupisset. Auus hic Tulli Hostilij regis fuit. P. Decium patrem, Tribunum militum, frōdea donauit exercitus ab eo seruatus, Imperatore Cornelio Cossò c o s. Samnitiū bello. Ciuiciligna primò fuit, postea magis placuit ex esculo Ioui sacra. Variatumque & cum quercu²⁰ est, ac data vbique, quæ fuerat, custodito tantum honore glandis. Additæ leges arctæ, & ideo superbæ, quâsque conferre libeat cum illa Græcorum summa, quæ sub ipso Ioue datur, cuique muros patria gaudens rumpit: Ciuem seruare, hostem occidere: Vtque eum locum, in quo sit actū, hostis obtineat eo die: Vtque seruatus fateatur: alias testes nil profunt: Vt ciuis fuerit. Auxilia, quamuis rege seruato, decus id non dant: Nec crescit honos idem Imperatore conseruato, quoniam cōditores in quocunque ciue summum esse uoluerunt. Accepta licet vtī perpetuo. Ludos incuntem semper assurgi etiam ab Senatu, in more est. Sedendi ius in proximo Senatui. Vacatio munerum omnium ipsi patrique, & auo paterno. Quatuordecim eas accepit Siccus Dentatus, vt retulimus suo loco: sex Capitolinus. Is quidem & de duce Seruilio. Africanus de patre accipere noluit apud Trebiam. O³⁰ mores æternos qui tanta opera honore solo donauerint: & cum reliquis coronas auro commendarent, salutem ciuis in pretio esse noluerint: ^b clara professione, seruari quidem hominem nefas esse lucri causa.

^b T. clarè
professi, ne seruari
quidem
hominem fas
esse lucri

De glande, genera XIII.

CAP. V.

Glandes opes esse nunc quoque multarum gentium, etiam pace gaudentium, cōstat. Nec non & inopia frugum arefactis molitur farina, spissaturq; in panis vsu. Quin & hodièque per Hispanias, secundis mensis glans inferitur. Dulcior eadem in cinere tosta. Cautum est præterea lege xij. tabularum, vt glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere. Genera earum multa. Distant fructu, situ, sexu, sapore. Nanque aliæ fageæ glandi figura, aliæ quernæ, & aliæ ilignæ: atque inter se quoque generū singulorum⁴⁰ differentiæ. Præterea sunt aliquæ syluestres, aliæ placidiores, quæ culta obtinēt. Iam etiā in montosis planisque distant: sicut & sexu mares ac foeminae. Item sapore. Dulcissima omnium fagi, vt qua obsessos etiam homines durasse in oppido Chio, tradat Cornelius Alexander. Genera distinguere non datur nominibus, quæ sunt alia alibi. Quippe cum robur quercumque vulgò nasci videamus, esculum non vbique. Quartam verò generis eiusdem, quæ cerrus vocatur, ne Italiæ quidem maiore ex parte notam esse. Distinguemus ergo proprietate naturæque: & vbi res coget, etiam Græcis nominibus.

De fagina glande, & reliquis glandibus, & carbone, & pastu porcorum.

CAP. VI.

Fagi glans nucleis similis, triangula cute includitur. Folium tenue, ac leuissimum, populo simile, celestemè flauescens: & media parte plerunq; gignens, supernè paruulam

bac-

baccam viridem, cacumine aculeatam. Fagi glans muribus gratissima est, & ideo animalis eius vnà prouentus. Glires quoque saginat. Expetitur & turdis. Arborum fertilitas omnium ferè alternat, sed maximè fagi. Glandem, quæ propriè intelligitur, ferunt robur, quercus, esculus, cerrus, ilex, suber. Continentur hispido calyce, per genera plus minuscut em complectente. Folia præter ilicem grauia, carnosa, procera, sinuosa lateribus, nec dum cadunt, flauescunt, vt fagi, pro differentia generum breuiora, vel longiora. Illicis duo genera. Ex iis in Italia folio non multum ab oleis distant, similes à quibusdã Græcis dictæ, in prouinciis aquifoliæ. Illicis glans vtriusque breuior & gracilior, quam Homerus acylon appellat, eoque nomine a glande distinguit. Masculas illices negant ferre. Glans optima in quercu atque grandissima, mox esculo: nam roboris parua: cerro tristis, horrida, echinato calyce, ceu castaneæ. Sed & in querna alia dulcior, molliorque fœminæ, maris spissior. Maximè autem probantur latifoliæ ex argumento dictæ. Distât autem inter se magnitudine, & cutis tenuitate. Itè quòd aliis subest tunica rubigine scabra, aliis protinus candidum corpus. Probatum & ea, cuius in balano vtrinque ex longitudine extrema lapidescit duritia: melior, cui in cortice, quàm cui in corpore, vtrunque non nisi mari. Præterea aliis ouata, aliis rotunda, aliis acutior figura. Sicut & colos nigrior, candidiorve, qui præfertur. Amaritudo in extremitatibus, mediæ dulces. Quin & pediculi breuitas proceritasque differentiam habet. In ipsis verò arboribus, quæ maximam fert, hemeris vocatur, breuior, & in orbem comosa, alâsque ramorum crebro cauata. Fortius lignum quercus habet & incorruptius: ramosa & ipsa, procerior tamen & crassior caudice. Excelsissima autem ægilops, incultis amica. Ab hac proxima latifoliæ proceritas, sed minùs utilis ædificiis: atque carbone dotata, vitiis obnoxia est. Quamobrem solida vtuntur carboni, ærariorum tantùm officinis compendio: quoniam desinente flatu protinus, emoriens, sæpius recoquitur: ceterò plurimis scintillis. Idè è nouellis melior. Acerui confertis taleis recentibus luto caminantur: accensaque strue contis pungitur durefcens calyx, atque ita sudorem emittit. Pessima & carboni & materiæ haliphleos dicta, cui crassissimus cortex atque caudex, & plerunque cauus fungosusque. Nec alia putrescit ex hoc genere, etiam cum viuit. Quin & fulmine sæpissimè icitur, quamuis altitudine nō excellat: ideo ligno eius nec ad sacrificia vti fas habetur. Eidem raro glans, & cum tulit, amara, quam præter fues nullum attingat animal: ac ne eæ quidem, si aliud pabulum habeant. Hoc quoque inter reliqua neglectæ religionis est, quòd emortuo carbone sacrificatur. Glans fagea suam hilarem facit carnem coquibilem ac leuem & vtilem stomacho: iligna suam angustam, nitidam, strigosam, pōderosam: querna diffusam & grauissimam, & ipsa glandium æquè dulcissima. Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia sordidiorē carnem, sed duram. Iligna tentari fues, nisi paulatim detur. Hanc nouissimam cadere. Fungosam carnem fieri esculo, robore, subere. Quæ glandem ferunt, omnes & gallam, alternis que annis glandem. Sed gallam hemeris optimam, & coriis perficiendis aptissimā. Similem huic latifolia, sed leuiorem, multoque minus probatam. Fert & nigram. Duo enim genera sunt. Hæc tingendis vtilior.

De galla, & quam multa præter glandem eadem ferant arbores.

C A P.

V I I.

Nascitur autem galla sole de Geminis exeunte, erumpens noctu semper vniuersa. Crescit vno die candidior. Et si æstu recepta est, arefcit protinus, neque ad iustum incrementum peruenit: hoc est, vt nucleum fabæ magnitudine habeat. Nigra diutius viuet, crescitque vt interdum mali compleat magnitudinem. Optima Comagena, deterri-
ma ex robore. Signum eius, quòd cauernæ translucent. Robur, præter fructum, plurima & alia gignit. Nanq; fert & gallæ vtrunq; genus, & quædam veluti mora, ni distarent arida duritie, pelrunque tauri caput imitantia, quibus fructus inest nucleis oliuæ similis. Nascuntur in eo & pilulæ, nucibus nō ab similes, intus habentes floccos molles, lucernarum
luminibus aptos. Nam & sine oleo flagrât, sicuti galla nigra. Fert & aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore melligeni succi. Gignunt & alæ ramorum eius

s

pilulas, corpore, non pediculo, adhærentes, candicantes umbilicis. Cætera nigra varietate dispersa. Media cocci colorem habent. Apertis amara inanitas est. Aliquando & pumices gignit: necnon & è foliis conuolutas pilulas: & in folio rubente aquosos nucleos candicantes & translucidos, quam diu molles sint, in quibus & culices nascuntur: maturefcunt in modum gallæ.

De cachrye, & cocco grano, & agarico, & subere.

CAP. VIII.

Ferunt robora & cachryn: ita vocatur pilula in medicina vrendi vim habens. Gignitur & in abiete, larice, picea, tilia, nuce, platano, postquam folia cecidere, hyeme durans. Continet nucleum pineis similem. Is crescit hyeme, aperitur vere pilula tota. Cadit, cum folia cœperint crescere. Tam multifera sunt, & tot res præter glandem pariunt robora. Sed & boletos suillosque, gulæ nouissima irritamenta, quæ circa radices gignuntur: quercus probatissimos, robur autem & cupressus, & pinus, noxios. Robora ferunt & viscum, & mella, vt autor est Hesiodus. Constâtque, rores melleos è cœlo, vt diximus, cadentes, nõ aliis magis insidere frondibus. Cremati quoque roboris cinerem nitrosum esse certum est. Omnes tamen has eius dotes ilex solo prouocat cocco. Granum hoc, primoque ceu ^{a T. scabies} ascapus fruticis parue aquifoliæ ilicis: cusculium vocant: pensionem alteram tributi pauperibus Hispaniæ donat. Vsum eius gratiorem in conchylij mentione tradidimus. Gignitur & in Galatia, Africa, Pisidia, Cilicia, pessimum in Sardinia. Galliarum glandiferæ maximè arbores agaricum ferunt. Est autem fungus candidus, odoratus, antidotis efficax, in fummis arboribus nascens, nocte relucens. Signum hoc eius, quo in tenebris decerpitur. E glandiferis sola quæ vocatur ægilops, fert panos arentes, musculo villo canos, non in cortice modo, verum & è ramis depedentes cubitali magnitudine, odoratos, vt diximus inter vnguenta. Suberi minima arbor, glans pessima, rara, cortex tatum in fructu præcassus ac renascens, atque etiam in denos pedes vndique explanatus. Vsum eius ancoralibus maximè nauium, piscantiumque tragulis, & cadorum obturamentis: prætereà in hyberno scæminarum calceatu. Quamobrem non infacetè Græci corticis arborem appellant. Sunt & qui scæminam ilicem vocent: atque vbi non nascitur ilex, pro ea subere vtantur, in carpentariis præcipuè fabricis, vt circa Elin & Lacedæmonem. Nec in Italia tota nascitur, aut in Gallia omnino.

Quarum sint in usu cortices.

CAP. IX.

Cortex & fagis, tiliæ, abieti, piceæ, in magno vsu agrestium. Vasa, corbesque, ac patentiore quædam meslibus conuchendis vindemiisque faciunt, atque prætexta turgurorum. Scribit in recenti ad duces explorator, incidens literas à succo. Necnon in quodam vsu sacrorum religiosus est fagi cortex. Sed non durat arbor ipsa.

De scandulis, & pinu, pinastro, abiete, picea, larice, teda, taxo.

CAP. X.

Scandulæ è robore aptissimæ, mox è glandiferis aliis, fagoque: facillimæ ex omnibus quæ resinam ferunt, sed minimè durant, præterquam è pino. Scandula contectam fuisse Romam, ad Pyrrhi vsque bellum annis quadringentis lxx. Cornelius Nepos autor est. Sylvarum certè distinguebatur insignibus, Fagutali Ioui etiam nunc, vbi lucus fageus fuit, porta querquetulana, colle in quem vinina petebantur, totque lucis, quibusdam & geminis. Q. Hortensius Dictator, cum plebs secessisset in Ianiculum, legem in esculeto tulit, vt quod ea iussisset, omnes Quirites teneret. Peregrinæ tunc videbatur, quoniam non erant suburbanæ, pinus atque abies, omnesque quæ picem gignunt, de quibus nunc dicemus, simul vt tota cõdiendi vina origo cognoscatur. Quædam ferunt in Asia, aut Oriente, è prædictis picem. In Europa sex genera cognatarum arborum ferunt. Ex iis pinus atque pinaster folium habent capillamenti modo prætenue, longumque, & mucrone aculeatum. Pinus fert minimum resinæ, interdum & nucibus ipsis, de quibus dictum est, vix vt ascribatur generi. Pinaster nihil aliud est, quam pinus sylvestris, mira altitudine, & à medio ramosa, sicut pinus in vertice. Copiosiore dat hæc resinam, quo dicemus modo. Gignitur & in planis. Easdem arbores alio nomine esse per oram Italiæ, quos tibulos

tibulos vocant, plerique arbitrantur, sed graciles succinctorumque, & enodes, liburnicarum ad vsus, penè sine resina. Picea montes amat atque frigora: feralis arbor, & funebri indicio ad fores posita, ac rogis virens: iam tamen & in domos recepta, tonsili facilitate. Hæc plurimam resinam fundit, interueniente candida gemma, tam simili thuris, vt mista visu discerni non queat: vnde fraus Seplassæ. Omnibus his generibus folia breui seta & crassiore duraque, ceu cupressis. Piceæ rami penè statim ab radice modici, velut brachia, lateribus inhærent. Similiter abieti expetitæ nauigiis. Situs in excelso montium, ceu maria fugerit: nec forma alia. Materies verò præcipua trabibus, & plurimis vitæ operibus. Resina ei vitium, vnde fructus vnus piceæ: exiguumque fudat aliquando cōtactu solis. E diuerso materies, quæ abieti pulcherrima, piceæ ad fissiles scandulas, cupasque, & pauca alia fecamenta. Quinto generi situs idem, eadem facies: larix vocatur. Materies præstantior longè, incorrupta vis, emori contumax, rubens præterea, & odore acrior. Plusculum huic erumpit liquoris, melleo colore, atque lentiore, nunquam durentis. Sextum genus est teda propriè dicta, abundantior succo, quàm reliqua, parcior liquidiorque quàm picea, flammis ac lumini sacrorum etiam grata. Hæc, mares duntaxat, ferunt & eam, quam Græci sycen vocant, odoris grauissimi. Laricis morbus est, vt teda fiat. Omnia autem hæc genera accensa, fuligine immodica, carbonem repente expuunt cum eruptionis crepitu, eiaculanturque longè: excepta larice, quæ nec ardet, nec carbonem facit, nec alio modo ignis vi consumitur, quàm lapides. Omnia ea perpetuo virent, nec facile discernuntur in fronde, etiam à peritis. Tanta natalium mixtura est: sed picea minùs alta, quàm larix. Illa crassior, leuiorque cortice, folio villosior, pinguior, & densior, molliorque flexu. At piceæ rariora siccioraque folia, & tenuiora, ac magis argentia: totaque horridior est, & perfusa resina. Lignum abietis similius. Larix vltis radicibus non repullulat, picea repullulat, vt in Lesbo accidit, incenso nemore Pyrrhæo. Alia etiamnum generibus ipsis in sexu differentia. Mas breuior & durior: fœmina procerior, pinguioribus foliis & simplicibus, atque non rigidibus. Lignum maribus durum, & in fabrilis opere contortum: fœminæ mollius, publico discrimine in securibus. Hæc in quocumque genere deprehendunt marem: quippe respiciuntur, & fragosius sidunt, ægrius reuelluntur. Ipsa materies retorrída, & nigrior maribus radix. Circa Idem in Troade & alia differentia est, montanæ maritimæque. Nã in Macedonia & Arcadia, circaque Elin permutant nomina: nec constat autoribus, quod cuique generi attribuant: nos ista Romano discernimus iudicio. Abies è cunctis amplissima est, & fœmina etiam prolixior: materie mollior vtiliorque, arbore rotundior, folio pinnato densa, vt imbres non transmittat, atque hilarior in totum. E ramis generum horum panicularum modo nucamenta squamatim compacta dependent, præterquam larici. Hæc abietis masculæ, primori parte nucleos habent, nõ item fœminæ. Piceæ verò totis paniculis, minoribus gracilioribusque, minimos ac nigros. Propter quod Græci phthiophorõ eã appellant. In eadem nucamenta compressiora maribus sunt, ac minus resina roscida. Similishis etiamnum aspectu est, ne quid prætereat, taxus, minùs virens, gracilisque & tristis, ac dira, nullo succo, ex omnibus sola baccifera. Mas noxio fructu. Letale quippe bacis, in Hispania præcipuè, venenum inest. Vasa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuisse compertum est. Hanc Sestius smilacem à Græcis vocari dixit: & esse in Arcadia tam præsentis veneni, vt qui obdormiant sub ea, cibumve capiant, moriantur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus sagittæ tingantur. Repertum, innoxiam fieri, si in ipsam arborem clauus æreus adigatur.

Quibus modis fiant genera picis, & quomodo fiat cedrium, & de spissa pice quomodo fiat, & quibus modis resina coquatur.

C A P. X I.

Pix liquida in Europa è teda coquitur, naualibus muniendis, multosque alios ad vsus. Lignum eius concisum, furnis vndique igni extrà circumdato, feruet: primus sudor aquæ modo fluit canali: hoc in Syria cedrium vocatur, cui tanta vis est, vt in Ægypto corpora hominum defunctorum eo perfusa feruentur. Sequens liquor, crassior iam, pi-

cem fundit. Hæc rursus in cortinas æreas cõiecta, aceto spissatur: & coagulata Brutia cognomen accepit, doliis duntaxat vasisque cæteris utilis, lentore ab alia pice differens: item colore rutilante, & quod pinguior est. E teda omnia illa fiunt. E picea resina, feruentibus cocta lapidibus, in alueis validi roboris: aut si alvei non sint, struis cõgerie, veluti in carbonis vñu. Hæc in vinum additur, farinæ modo tusa, nigrior colore. Eadem resina si cum aqua leuius decoquatur coleturque, rufo colore lentescit, ac stillatitia vocatur. Seponuntur autem in id ferè vitia resinæ cortexque. Alia temperies ad crapulam. Nanq; flos crudus resinæ, cum multa assula tenui breuique auulsus, conciditur ad ^a cribri minuta: deinde feruenti aqua, donec coquatur, perfunditur. Huius expressum pingue, præcipua resina fit, atque rara, nec nisi paucis in locis Subalpinæ Italiæ, conueniens medicis. Resinæ albæ ¹⁰ congiû in duobus aquæ pluuiæ coquunt. Alij vttilius putant sine aqua coquere læto igne tota die, vtique vase æris albi. Item terebinthinam in sartagine referuenti, hanc cæteris præferentes. Proxima ex lentisco.

^a T. cribrum
in minuta:

De Zopissa, & sapio, & quarum arborum materia in pretio.

C A P. X I I.

NON omittendum, apud eosdem zopissam vocari derafam nauibus maritimis picem cum cera, nihil non experiente vita, multò efficaciorum ad omnia, quibus pices resinæque profunt, videlicet adiecto salis callo. Aperitur picea è parte solari, non plaga, sed vulnere ablati corticis, cum plurimum bipedali hiatu, vt à terra cubito cum minimum absit. Nec corpori ipsi parcitur, vt in cæteris, quoniã astula in fructu est. Verùm hæc ²⁰ teræ proxima laudatur: altior amaritudinem affert. Postea humor omnis è tota confluit in hulcus. Item in teda. Cùm id manare desiit, simili modo ex alia parte aperitur, ac deinde alia. Postea tota arbor succiditur, & medulla eius vritur. Sic & in Syria terebintho detrahunt cortices, ibi quidem & è ramis ac radicibus, cum resina damnetur ex his partibus. In Macedonia laricem masculam vrunt, fœminæ radices tantum. Theopompus scripsit, in Apolloniatarum agro picem fossilem, nõ deteriore Macedonica, inueniri. Pix optima vbique ex apri cis Aquilonis situ. Ex opacis horridior, virusque præferens. Frigida hyeme deterior, ac minùs copiosa, & decolor. Quidam arbitrantur in montosis copia præstantiorem ac colore, & dulciorem fieri, odorem quoque gratiorem, dum resina sit: decoctã autem minus picis reddere, quoniam in serum abeat: tenuioresq; esse ipsas arbores, quàm ³⁰ in planis: sed has & illas ferentate steriliores. Fructum quædam proximo anno ab incisu largiuntur, aliæ secundo, quædam tertio. Expletur autem plaga resina, nõ cortice, nec ^b catrice, quæ in hac arbore non coit. Inter hæc genera proprium quidam fecere ^b sapium, quoniam ex cognatione earum feritur, qualis dicta est in nucleis. Eiusq; arboris ¹ mas partes tedas vocat, cùm sit illa arbor nil aliud, quàm picea, feritate paulum mitigata satu: ^c sapius autem materies cæsarum è genere fiat, sicuti docebimus.

^b T. sapium.

^c T. sapini
autem materies
cæsa regenerata
sit. sicuti
&c.

De fraxino genera eius quatuor.

C A P. X I I I.

MATERIÆ enim causa reliquas arbores natura genuit, copiosissimamq; fraxinû. Procerâ hæc ac teres, pennata & ipsa folio: multumque Homeri præconio, & Achillis ⁴⁰ hasta nobilitata. Materies est ad plurima utilis. Ea quidem, quæ fit in Ida Troadis, intantum citro similis, vt ementes fallat cortice ablato. Græci duo genera eius fecere: longam, enodem: alterã, breuem, duriorum fusciorumq;, laureis foliis. Bumeliam vocant in Macedonia amplissimam lentissimamque. Alij situ diuisere. Campestem enim esse crispã, montanam spissam. Folia earum iumentis mortifera, cæteris ruminantiû innocua, Græci prodidere. In Italia nec iumentis nocent. Contra serpentes verò succo expresso ad potum, & imposta hulceribus, opifera, ac nihil æquè, reperiuntur. Tãtãque est vis, vt ne matutinas quidem, occidentesve vmbas quã sunt longissimæ, serpens arboris eius attingat, adeo ipsam procul fugiat. Experti prodimus: si fronde ea gyro claudatur ignis & serpens, in ignem potius, quàm in fraxinum fugere serpentẽ. Mira naturæ benignitas, prius quàm ⁵⁰ hæc prodeant, florere fraxinum, nec ante conditas folia dimittere.

De

De tilia, genera duo.

CAP. XIII.

IN tilia mas & foemina differunt omni modo. Nanque & materies maris dura, ruffior-
que ac nodosa, & odoratior. Cortex quoque crassior, ac detractus inflexibilis. Nec se-
men fert aut florem, vt foemina, quæ crassior arbore, materie candida præcellensque est.
Mirum in hac arbore, fructum à nullo animalium attingi: foliorum corticisque succum
esse dulcem. Inter corticem ac lignum tenues tunicas multiplici mēbrana, è quibus vir-
cula tiliæ vocantur: tenuissimæ earum Philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquo-
rumque honore. Materies terebinem nõ sentit, proceritate perquam modica, verù utilis.

De aceris generibus X.

CAP. XV.

ACer eiusdem ferè amplitudinis, operum elegantia ac subtilitate, cedro secundum. ^{a Cui. citro}
Plura eius genera. Album quod præcipui candoris, vocatur Gallicum, in Transpada-
na Italia, trānsque Alpes nascens. Alterum genus crispo macularum discursu, qui cum
excellensior fuit, à similitudine caudæ pavonum nomen accepit, in Istria Rhætiaq; præ-
cipuum. E viliori genere crassiuenum vocatur. Græci situ discernunt. Campestre enim
candidum esse, nec crispum, quod glinon vocant: montanum verò crispus duriusque,
etiamnum è mascula crispus ad lautiora opera. Tertium genus zygiam, rubentem, fissili
ligno, cortice liuido, & scabro. Hoc alij generis propriij esse malunt, & Latine carpinum
appellant.

De brusco, mollusco, & staphylo dendro, & buxo genera tria.

CAP. XVI.

Plucherrimum verò est bruscum, multoque excellentius etiamnum molluscum. Tu-
ber vtrunque arboris eius: bruscum intortius crispum: molluscū simplicius sparsum.
Et si magnitudinem mensarum caperet, haud dubiè præferretur ^{b T. cedro.} ^{Cuius. surr.} ^{scribit.} ^b citro. Nūc intra pugil-
lares lectorumque filicios aut laminas raro vsu spectatur. E brusco fiunt & mensæ nigre-
scentes. Reperitur & in alno tuber: tantò deterius, quantò ab acere alnus ipsa distat. Ace-
ris mares prius florent. Etiamnum in siccis natæ præferuntur aquaticis, sicut & fraxini.
Est & trans Alpes arbor, simillima aceri albo materia, quæ vocatur staphylo dendron.
Fert filiquas, & in iis nucleos sapore nucis auellanæ. In primis verò materies honorata
buxo est, rarò cispicanti, nec nisi radice: cæterò lenis quies materiæ, silentio quodam &
duritie ac pallore commendabilis: in ipsa verò arbore topiario opere. Tria eius genera:
Gallicum, quod in metas emittitur, amplitudinēque proceriorem. Oleastrum in omni
vsu damnatum, grauem præfert odorem. Tertiū genus nostrates vocāt sylvestre, vt cre-
do, mitigatum satū: diffusius, & densitate parietum virens semper ac tōsile. Buxus Pyre-
næis, ac Cytoriis montibus plurima, & Berecyntio tractu: crassissima in Corsica, flore nõ
spemendo: quæ causa amaritudinis mellis. Semen illius cunctis animantibus inuisum.
Hæc in Olympo Macedoniae gracilior, sed brevis. Amat frigida, aprica. In igni quoque
duritia, quæ ferro, nec flamma, nec carbone vtilis.

De ulmo, genera quatuor.

CAP. XVII.

INter has atque frugiferas, materie vitiumque amicitia, accipitur ulmus. Græci duo eius
genera nouere: montosam, quæ sit amplior: campestre, quæ fruticosa. Italia Atinias
vocat excelsissimas, & ex iis siccanas præfert, quæ nõ sint riguæ. Alterum genus Gallicas.
Tertium nostrates, densiore folio, & ab eodem pediculo numerosiore. Quartum sylue-
stre. Atiniae non ferunt samara: ita vocatur ulmi semen: omnesque radicum plantis pro-
ueniunt, reliquæ femine.

De arborum natura per situs.

CAP. XVIII.

Nunc celeberrimis arborum dictis, quædam in vniuersum de cunctis indicanda sunt.
Montes amant cedrus, larix, teda, & cæteræ è quibus resina gignitur. Item aquifolia,
buxus, ilex, iuniperus, terebinthus, populus, ornus, cornus, carpinus. Est & in Apenni-
no frutex qui vocatur cotinus, ad lineamenta modo, conchylij colore insignis. Mōtes &
valles diligit abies, robur, castanæ, tilia, ilex, cornus. Aquosis montibus gaudet acer, fra-
xinus, forbus, tilia, cerasus. Non temere in mōtibus visæ sunt prunus, Punicæ, oleastri, iu-

glans, morus, sambuci. Descendunt & in plana, cornus, corylus, quercus, ornus, acer, fraxinus, fagus, carpinus. Subeunt & in mōtosa, vlmus, malus, pyrus, laurus, myrtus, sanguinei frutices, ilex, tingendisque vestibibus nascentes genistæ. Gaudet frigidis forbus, & magis etiam betulla. Gallica hæc arbor mirabili candore atq; tenuitate, terribilis magistratuum virgis. Eadem circulis flexilis, item corbium^a sportis. Bitumen ex ea Galliæ excoquant. In eisdem situs comitatur & spina, nuptiarum facibus auspiciatissima, quoniam inde fecerint pastores qui rapuerunt Sabinas, vt autor est Massurius. Nunc facibus carpinus & corylus familiarissimæ. Aquas odere cupressi, iuglandes, castaneæ, laburnum. Alpina & hæc arbor, nec vulgò nota, dura ac candida materie, cuius florem cubitalem longitudine apes non attingunt. Odit & quæ appellatur Iouis barba, in opere topiario tonsilis, & in rotunditatem spissa, argenteo folio. Non nisi in aquosis proueniunt salices, alni, populi, filer, ligustra tesseriis vtilissima. Item vaccinia, Italiæ in aucupiiis fata: Galliæ verò etiam^b purpurea, tingendi causa ad seruitiorum vestes. Quæcunque communia sunt montibus planisque, maiora fiunt, aspectuque pulchriora in campestribus, meliora materie crispioraque in montibus, exceptis malis, pyrisque.

Diuisio generum.

CAP. XIX.

PRæterea arborum aliis decidunt folia: aliæ sempiterna coma virent. Quam differentiam antecedit necesse est prior. Sunt enim arborum quædã omnino syluestres, quædam vrbaniore: quas his placet nominibus distinguere. Ergo mites, quæ fructu, aut aliqua dote vmbraumve officio humanius iuuant, non improbè dicantur vrbane.

Quibus folia non decidant, & de rhododendro.

CAP. XX.

HArum generi non decidunt, oleæ, lauro, palmæ, myrto, cupressi, pinis, ederæ, rhododendro. Et quamuis herba dicatur Sabina rhododendron, vt nomine apparet, à Græcis venit. Alij nerion vocarunt, alij rhododaphnen, sempiternum frōde, rosæ similitudine caulibus fruticosum. Iumentis caprisque & ouibus venenum est. Idem homini contra serpentium venena remedio.

Item quibus folia non decidant, & quibus non omnia folia cadant, & quibus locis nulli arborum.

CAP. XXI.

Syluestrium generis folia non decidunt abieti, larici, pinastro, iunipero, cedro, terebintho, buxo, ilici, aquifolio, suberi, taxo, tamarici. Inter vtraque genera sunt adrachne in Græcia, & vbique vnedo. Reliqua enim folia decidunt his, præterquam in cacuminibus. Non decidunt autem & in fruticum genere cuidam rubo, & calamo. In Thurino agro, vbi Sybaris fuit, ex ipsa vrbe prospiciebatur quercus vna, nunquam folia dimittens, nec ante mediam ætatem germinans. Idque mirum est, Græcis autoribus proditum, apud nos postea fileri. Nam locorum tanta vis est, vt circa Memphim Ægypti, & in Elephantine Thebaidis nulli arbori decidant, ne vitibus quidem.

De natura foliorum cadentium, & quibus foliorum varij colores.

CAP. XXII.

CÆteræ omnes extra prædictas (etenim enumerare longum est) folia deperdunt: obseruatumque non arescere, nisi tenuia, & lata, & mollia. Quæ verò non decidant, callo crassa & angusta esse. Falsa definitio est, non decidere his, quarum succus pinguior sit. Quis enim potest in ilice intelligere? Decidere Timæus Mathematicus sole Scorpionē transeunte, sideris vi, quodam veneno aëris, putat. Cur ergo non eadem causa aduersum omnes polleat, iure miremur. Cadunt plurimis autumnis. Quædam tardiùs amittunt, atque in hyemes prorogant moras. Nec interest maturiùs germinasse, vtpote cum quædam primæ germinent, & inter nouissimas nudetur: vt amygdalæ, fraxini, sambuci. Morus autem nouissimè germinat, cum primis folia dimittit. Magna & in hoc vis foli. Priùs decidunt in siccis macrisque, & vetustæ priùs arbori: multis etiam, antequam maturescat fructus. In ferotina ficu, & hyberna pyro, & malo granato est pomum tantum aspici in matre. Neque his autem, quæ semper retinent comas, eadem folia durant: sed subnascētib^{aliis}

aliis, tum arescunt vetera: quod euenit circa solstitium. Maximè foliorũ vnitas in suo cuique genere permanet, præterquam populo, ederæ, crotoni, quam & cici diximus vocari.

De populo tria genera, & quorum foliorum figura mutetur.

C A P. X X I I I.

POpuli tria genera, alba, nigra, & quæ Libica appellatur, minima folio, ac nigerrima, fungis que enascentibus laudatissima. Alba folio bicolor, supernè candicans, inferiore parte viridi. Huic nigræ, vt crotoni, folia in iuuenta circinata rotunditatis sunt: vetustiora in angulos exeunt. E contrario ederæ angulosa rotundantur. Populorũ foliis grandissima lanugo. Euolat candida (tradita folio numerosiore candida) vt iulus. Folia granatis & amygdalis rubentia. Mirum in primis id, quod vlmo tiliæque, & oleæ, & populo albæ, & salici euenit. Circumaguntur enim folia earum post solstitium. Nec alio argumento certius intelligitur sidus confectum.

Quæ folia versentur omnibus annis, quæ foliorum è palmis cura & vsus, & foliorum mirabilia.

C A P. X X I I I I.

ESt & publica omnium foliorum in ipsis differentia. Nanque pars inferior à terra herbidio viret colore. Ab eadem læuora, neruos callumque & articulos in superiore habent parte: incisuras verò subter, vt manus humana. Oleæ supernè candidiora, & minùs læuia: item edere. Sed omnium folia quotidie ad solem oscitant, interiores partes tepesceri voluntia. Superior pars omnium lanuginem quantulancunque habet, quæ in aliis generum lana est. In Oriente funes validos è palmæ foliis fieri dictum est, eosque in humore vtiliores esse. Et apud nos ferè palmis à messe decerpuntur. Ex his meliora, quæ sese non diuiserint. Siccantur sub tecto quaternis diebus: mox in sole expanduntur, & noctibus relicta, donec candore inarescât, postea in opera finduntur. Latissima fico, viti, platano: angusta myrto, Punicæ, oleæ: capillata pino, cedro: aculeata aquifolio, & ilicum generi: nam iunipero spina pro folio est: carnosæ cupresso, tamarici: crassissima alno: longa harundini, salici, palmæ etiam duplicia: circinata pyro, mucronata malo, angulosa ederæ, diuisa platano: insecta pectinum modo piceæ, abieti: sinuosa toto ambitu robori: spinosa cute, rubo. Mordacia sunt quibusdam, vt vtricis. Pungentia pino, piceæ, abieti, larici, cedro, aquifoliis. Pediculo breui oleæ, & ilici: longo vitibus: tremulo populis, & iisdem foliis inter se crepitanzia. Iam & in pomo ipso, mali quodam in genere, parua mediis emicant folia, interrim & gemina. Præterea aliis circa ramos, aliis & in cacumine ramorum, robori & in caudice ipso. Iam densa, ac rara: semperque lata rariora. Disposita myrto, concava buxo, inordinata pomis. Plura eodem pediculo exeuntia malis pyrisque. Ramulosa vlmo, & cytifo. Quibus adiicit Cato decidua, populea quernaque, animalibus iubens dari non perarida: bubus quidem & ficulnea, ilignaque & ederacea. Dantur & ex harundine, ac lauro. Decidunt sorbo vniuersa, cæteris paulatim. Et de foliis hætenus.

De ordine naturæ in satis, & de flore arborum, & conceptu, & germinatione, & partu, & quo ordine floreat.

C A P. X X V.

ORdo autem naturæ annuus ita se habet. Primus est conceptus, flare incipiente vento Fauonio circiter ferè vj. Idus Feb. Hoc enim maritantur viuescencia è terra, quo etiam equæ in Hispania, vt diximus. Hic est genitalis spiritus mundi, à fouendo dictus, vt quidam existimauere. Flat ab Occasu æquinoctiali, ver inchoans. Catulitionem rusticici vocant, gestiente natura semina accipere, eoque animam inferente omnibus satis. Conciunt variis diebus, & pro sua quæque natura. Alia protinus, vt animalia: tardiùs aliqua, & diutius grauida partus gerunt: quod germinatio ideo vocatur. Pariùt verò cum florent, flosque ille ruptis constat vtriculis. Educatio in pomo est: hoc & germinatio. Arborum flos est pleni veris indicium, & anni renascentis, flos gaudium arborum. Tunc senouas, aliàsque quàm sunt, ostendunt: tunc variis colorum picturis in certamen vsque luxuriant. Sed hoc negatum plerisque. Non enim omnes florent, & sunt tristes quædam, quæque non sentiant gaudia annorum. Nam neque ilex, picea, larix, pinus, vllo flore ex-

hilarantur, natalésve pomorum recurfus annuos verficolori nuntio promittunt: nec fici atque caprifici. Protinus enim fructum flores gignunt. In ficis mirabiles sunt & abortus, qui nunquam maturefcunt. Nec iuniperi florent. Quidam earum duo genera tradunt: alteram florere, nec ferre: quæ verò non floreat, ferre protinus baccis subnascantibus, quæ biennio hæreât. Sed id falsum: omnibusque iis dura facies semper. Sic & hominum multis fortuna sine flore est. Omnes autem germinât, etiam quæ non florêt, magna & locorum differentia. Quippe cû ex eodê genere quæ sunt in palustribus, priora germinêt: mox cæpestria, nouissima in syluis. Per se autem tardiùs pyri syluestres, quàm cætera. Primo Faunonio germinat cornus, proximè laurus, pauloq; ante æquinoctium tilia, acer. Inter primas verò populus, vlmus, salix, alnus, nuces. Festinat & platanus. Cæteræ vere cœpturo, aquifolium, terebinthus, paliurus, castanea, glâdes. Serotino autem germine malus, tardissimo suber. Quibusdã germinatur germinatio, nimia soli vbertatè, aut inuitâtis cæli voluptate: quod magis in herbis segetum euenit. In arboribus tamè nimia germinatio elafescit. Sunt aliæ naturales quibusdã, præterque vernas, quæ suis constant sideribus, quorum ratio aptiùs reddetur tertio ab hoc volumine. Hyberna Aquilæ exortu, æstiuâ Canis ortu, tertiâ Arcturi. Has duas quidam omnibus arboribus communes putant: sentiri autem maximè in fico, vite, Punicis: causam afferentes, quoniam in Thessalia Macedoniaq; plurima tum ficus exeat. Maximè tamen in Ægypto apparet hæc ratio. Et reliquæ quidè arbores, vt primum cœpere, cõtinuant germinationem. Robur, & abies, & larix intermittunt tripartitò, ac terna germina edunt: ideo & inter squamas corticum spargunt: quod omnibus arboribus in germinatione euenit, quoniã prægnantiũ rûpitur cortex. Est autem prima earum incipiente vere, circiter xv. diebus. Iterum germinât transeûte Geminos sole. Sic fit, vt quima cacumina impelli secutis appareat, geniculato incremento. Tertia est earundè ad solstitium breuissima, nec diutius septenis diebus. Clarèque & tûc cernitur excrefcientium cacuminum articulatio. Vitis sola bis parturit, cûm primùm emittit vnam, iterum cûm digerit. Eorum quæ non florent, partus tâtum est, & maturitas. Quædam statim in germinatione florent, properântque in eo, sed maturefcunt tardè, vt vites. Serotino quædam germinatu florêt, maturântque celeriter, sicuti morus, quæ nouissima vrbana germinat, nec nisi exacto frigore, ob id dicta sapientissima arborum. Sed cûm cœpit, intâtum vniuersa germinatio erûpit, vt vna nocte peragat etiam cum strepitu. Ex his, quæ hyeme Aquila exoriente (vt diximus) concipiunt, floret prima omnium amygdala mense Ianuario: Martio verò pomum maturat. Ab ea proximè florent Armeniaca, dein tuberes, & præcoces: illæ peregrinæ, hæ coactæ. Ordine autem naturæ, syluestrium primæ sambucus, cui medulla plurima: & cui nulla, cornus mascula: vrbana malus, paruoque post, vt simul videri possit, pyrus, & cerasus, & prunus. Sequitur laurus, illamque cupressus: dein Punica, fici. At vites & oleæ florêtibus iam iis germinant. Concipiunt Vergiliarum exortu. Hoc fidus illarum est. Floret autem solstitio vitis, & quæ paulo seriùs incipit, olea. Deflorescunt omnia septenis diebus, non celeriùs: quædam tardiùs, sed nulla pluribus bis septenis. Omnia & intra viij. Idus Iulij, Et esiarum præcursu. Nec statim fructus sequitur in aliquibus.

De corno, & quo tempore quæ ferant, & quæ fructum non ferant, & quæ infelices existimantur, & quæ facillimè fructum perdunt, & quibus fructus, antequam folium, nascantur.

C A P. X X V I.

Cornus enim circa solstitia reddit primò candidum, postea sanguineum. Ex eo genere fœmina post autumnum fert baccas acerbæ, & ingustabiles cunctis animantibus: ligno quoque fungosa & inutilis, cûm mas è fortissimis quoque sit: tanta differentia ab eodem genere fit. Sed & terebinthus messibus reddit semen, & acer, & fraxinus: nuces & mala, & pyra, præterquàm hyberna aut præcocia, autumno. Glandiferæ seriùs etiamnum, Vergiliarum occasu: esculus tantum, autumno. Incipiente autem hyeme quædam genera mali pyrique, & suber. Abies flores croci colore circa solstitium, semen reddit

reddit post Vergiliarum occasum. Pinus autem & picea præueniunt germinatione xv. ferè diebus. Semen verò post Vergilias & ipsæ reddunt. Citreæ & iuniperus & ilex anniferæ habentur, nouisq; fructus in his cum annotino pendet. In maxima tamen admiratione pinus est. Habet fructum maturescentem: habet proximo anno ad maturitatem venturum, ac deinde tertio. Nec vlla arborum auidius se promittit. Quo mense ex ea nux decerpitur, eodem maturescit alia: & sic dispesatur, vt nullo non mense maturescât. Quæ se in arbore ipsa diuisere, zamia vocantur: læduntque cæteras, nisi detrahuntur. Fructum arborum solæ nullum ferunt, hoc est, ne semen quidem, tamarix scopis tantum nascens, populus, alnus, vlmus Atinia, alaternus, cui folia inter ilicem & oliuam. Infelices autem existimantur, damnatæque religione, quæ neque feruntur vnquam, neque fructum ferunt. Cremutius autor est, nunquam virere arborem, ex qua Phyllis se suspende-
 10 rit. Quæ gummi gignunt, post germinationem aperiuntur: gummi verò non nisi fructu detractò spissatur. Nouellæ arbores carent fructu, quandiu crescunt. Perdunt facillimè ante maturitatem, palma, ficus, amygdala, malus, pyrus. Item Punica, quæ etiam roribus nimis & pruinis florem amittit. Qua de causa inflectunt ramos eius, ne^a subiecti humorem infestum excipiant, atque contineant. Pyrus & amygdala, etiam si non pluat, sed fiat Austrinum celum, aut nubilum, amittunt florem & primos fructus, si cum defloruere tales dies fuerint. Ocyssimè autem salix amittit semen, antequàm omnino maturitatem sentiat, ob id dicta Homero frugiperda: secutæque ætas scelere suo interpretata est hanc
 20 sententiam, quando semen falicis mulieri sterilitatis medicamentum esse constat. Sed in hoc quoque prouidens natura, facilè nascenti & depactò furculo, incuriosius semen dedit. Vna tamen proditur ad maturitatem perferre solita, in Creta insula, ipso descensu Iouis speluncæ, toruum ligneumque magnitudine ciceris. Fiunt verò quædam & loci vitio infructuosa, sicut in Paro sylua cædua, quæ nihil fert. Persicæ arbores in Rhodo, florent tantum. Fit hæc differentia & ex sexu: in iisque mares non ferunt. Aliqui hoc permutantes, mares esse, quæ ferant, tradunt. Facit & densitas sterilitatem. Gignentium autem quædam & lateribus ramorum & cacuminibus ferunt, vt pyrus, Punica, ficus, myrtus. Cæterò eadem natura, quæ frugibus. Nanque & in eis spica in cacumine nascitur, legumina in lateribus. Palma sola (vt dictum est) in spathis habet fructum, racemis propendentem. Reliquis sub folio pomum, vt protegatur, excepta fico, cui folium maximum
 30 umbrosissimumque, & ideo supra id pomum: eidemque serius foliū nascitur, quàm pomum. Insigne proditur in quodam genere Ciliciæ, Cypri, Helladis, ficos sub folio, grossos verò post folium nasci. Ficus & præcoces habet, quas Athenis prodromos vocant. In Laconico genere maximæ sunt.

De biferis & triferis, & quæ celerrimè senescant, & de ætatibus earum. CAP. XXVII.

Sunt & biferæ in eisdem. In Cea insula caprifici triferæ sunt. Primo foetu sequens euocatur, sequenti tertius. hoc fici caprificantur. Et caprifici autem ab aduersis foliis nascuntur. Biferæ & in malis ac pyris quædam, sicut & præcoces. Malus syluestris biferæ.
 40 sequens eius fructus post Arcturum in apricis maximè. Vites quidem & triferæ sunt, quas ob id insanas vocant: quoniã in iis alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent. M. Varro autor est, vitem fuisse Smyrnæ apud mare biferam, & malum in agro Cõsentino. Hoc autem euenit perpetuo in Tacapensi Africæ agro, de quo plura aliàs, ea est soli fertilitas. Trifera est & cupressus. Nanque baccæ eius colliguntur mense Ianuario, & Maio, & Septembri: ternasque earum gerit magnitudines. Est verò & in ipsis arboribus etiã onustis peculiaris differentia. Summa sui parte fertilior est arbutus: quercus inferiore, iuglandes, fici, mariscæ. Omnes, quò magis senescunt, hòc maturius ferunt, & in apricis locis, nec pingui terra. Syluestriora omnia tardiora. Quædã ex iis omnino non maturescunt. Item
 50 quæ subarantur, aut quæ ablaqueantur, celeriora neglectis: hæc & fertiliora. Est etiam ætatis differentia. Amygdala enim & pyrus in senectæ fertilissimæ, vt glandifere, &

quoddam genus ficorum. Cæteræ in iuuenta, tardiùsque maturantes: quod maximè notatur in vitibus. Vetustioribus enim vinù melius, nouellis copiosius. Celerrimè verò senescit, & in senecta deteriozem fructum gignit malus. Nanque & minora poma proueniunt, & vermiculis obnoxia. Quin & in ipsa arbore nascuntur. Ficus sola ex omnium arborum foetu, maturitatis causa medicatur: iam quidem ex portentis, quoniã maiora sunt pretia præposteris. Omnia autem celerius senescunt præfecunda. Quin & protinus moriuntur aliqua, cælo foecunditatem omnem eblandito: quod maximè vitibus euenit.

De moro.

C A P. XXVIII.

Contrà morus tardissimè senescit, fructibus minimè laborans. Tardè & quorum crispa materies, vt acer, palma, populus. Et subarata ocys senescunt.

De syluestribus.

C A P. XXIX.

Syluestria autem tardissimè. Atque in totum, omnis cura fertilitatem aduicit, fertilitas senectam: ideo & præfiorient talia & prægerminant, atque in totum præcocia fiunt: quoniam omnis infirmitas cælo magis obnoxia est. Multæ verò plura gignunt, vt diximus in glandiferis: inter quas laurus vuas suas: maximeq; sterilis, quæ nõ gignit aliud: ob id à quibusdam mas existimatur. Ferunt & auellanæ iulos compactili callo, ad nihil vitiles.

De buxo, & faba Græca, siue loto.

C A P. XXX.

Plurima verò buxus. Nam & fermen suum, & granum, quod carthegon vocant, & à Septentrione viscum, à Meridie hyphear: de quibus plura mox paulò. Interdumque pariter res quaternas habent. Arborum quædam simplices, quibus à radice caudex vnus, & rami frequentes, vt oliuæ, fico, viti. Quædam fruticosi generis, vt paliurus, myrtus. Item nux auellana: quinimò melior est & copiosior fructu, in plures dispersa ramos. In quibusdam omnino nullus, vt in suo genere buxo, loto transmarinæ. Quædam bifurcæ, atque etiam in quinas partes diffusæ. Quædam diuiduæ, nec ramosæ, vt sambuci. Quædam indiuiduæ, ramosæ, vt piceæ. Quibusdam ramorum ordo, sicut piceæ, abieti. Aliis inconditus, vt robori, malo, pyro. Et abieti quidem subrecta diuisura, ramique in cælum tendentes, non in latera proni. Mirum, cacuminibus eorum decisis moritur, totis verò detruccatis durat. Et si infra, quàm rami fuere, præcidatur, quod superest, viuit: si verò cacumen tantum auferatur, tota moritur. Alia ab radice brachiata, vt vlmus. Alia in cacumine ramosa, vt pinus, lotos, siue faba Græca: quam Romæ à suauitate fructus syluestris quidem, sed cerasorum penè natura, loto appellat. Præcipuè domibus expetitur ramorum petulantia, breui caudice, latissima expatiantiu vmbra, & in vicinas domos sæpe transfiliendum. Nulli opacitas breuior: nec aufert solem hyeme, decidentibus foliis. Nulli cortex iucundior, aut oculos excipiens blandius. Nulli rami longiores validiorésque, aut plures, vt dixisse totidem arbores liceat. Cortice pelles tingunt, radice lanas. Malis proprium genus. Ferarum enim rostra reddunt, adhærentibus vni maximo minoribus. Ramorum aliqui cæci, qui non germinant: quod natura fit, si non eualuere: aut pœna, cum deputatos cicatrix hebetavit. Quæ diuiduis in ramo natura est, hæc viti in oculo, harundini in geniculo. Omnium terræ proxima crassiora. In longitudinem excrescunt abies, larix, palma, cupressus, vlmus, & si qua vnistirpia. Ramosarum cerasus etiam in xl. cubitorum trabes, æquali per totum duum cubitorum crassitudine reperitur.

De ramis, & cortice, & radicibus arborum.

C A P. XXXI.

Quædam statim in ramos sparguntur, vt mali. Cortex aliis tenuis, vt lauro, tiliæ: aliis crassus, vt robori. Aliis læuis, vt malo, fico. Idem scaber robori, palmæ. Omnibus in senecta rugosior. Quibusdam rumpitur sponte, vt viti: quibusdam etiam cadit, vt malo, vnedoni: carnosus, suberi, populo: membranaceus, vt viti, harundini: libris similis, ceraso: multiplex tunicis, vt vitibus, tiliæ, abieti. Quibusdam simplex, vt fico, harundini. Magna & radicum differentia. Copiosæ fico, robori, platano: breues & angustæ, malo: singulares abieti, larici. Singulis enim innituntur, quanquam minimis in latera dispersis. Crassiores lauro & inæquales: Item olcæ, cui & ramosæ. At robori carnosæ. Robora suas in profundum agunt. Si Virgilio quidem credimus, esculus, quantum corpore eminet, tantum

tantum radice descendit. Oleæ, malis, & cupressis per summa cæspitum. Aliis recto meatu, vt lauro, oleæ: aliis flexuoso, vt fico. Minutis hæc capillamentis hirsuta, vt abies, multæque syluestrium: è quibus montani prætenuia fila decerpentes, spectabiles lagenas, & alia vasa nectunt. Quidam, non altius descendere radices, quam solis calor tepesciat, idque natura loci tenuioris crassiorisve, dixere: quod falsum arbitror. Apud autores certè inuenitur, abietis planta cum transferretur, viij. cubitorum in altitudine: nec tota refoffam, sed abruptam. Maxima spatio atque plenitudine & citri est. Ab ea platani, roboris, & glandiferarum. Quarundam radix viuacior superficie, vt lauri. Itaque cum trunco inaruit, recisa, etiam lætius fruticat. Quidam breuitate radicum celerius senescere arbores putant: quod coarguunt fici, quarum radices longissimæ, & senectus ocyslima. Falsum arbitror & quod aliqui prodidere, radices arborum vetustate minui. Visa etenim est annosa quercus euerfa vi tempestatis, & iugerum foli amplexa. Prostratas restitui plerunque, & quadam terræ cicatrice reuiuiscere, vulgare est. Et familiarissimum hoc platanis, quæ plurimum ventorum concipiunt propter densitatē ramorū: quibus amputatis, leuatæ onere in sua scrobe reponuntur. Factumque iam est hoc in iuglandibus oleisque, ac multis aliis:

De prodigiosis arboribus, & quibus modis sponte nascantur, & quod non omnia ubique nascantur, & quæ non alibi nascantur arbores.

C A P. XXXII.

Est in exemplis, & sine tempestate, vllave causa alia, quam prodigij, cecidisse multas, ac sua sponte surrexisse. Factum hoc populo Rom. Quiritibus ostentum Cimbricis bellis Nuceria in luco Iunonis, vltimo, postquam etiam cacumen amputatum erat, quoniam in aram ipsam procumbebat, restituta sponte, ita vt protinus floreret: à quo deinde tempore maiestas populi Rom. surrexit, quæ antè vastata cladibus fuerat. Memoratur hoc idem factum & in Philippis, salice procidua atque detruncata: & Stagiris in Musæo populo alba, omnia fausti ominis. Sed maximè mirum, Antandri platanus etiam circumdolis lateribus restibilis sponte facta, vitæque reddita longitudine xv. cubitorum, crassitudine quatuor vlnarū. Arbores, quas naturæ debeamus, tribus modis nascuntur: sponte, aut semine, aut ab radice. Cura numerosior existit: de qua suo dicemus volumine: nunc enim totus sermo de natura est, multis modis mirisque memorabili. Nanque non omnia in omnibus locis nasci docuimus, nec translata viuere. Hocque aliàs fastidio, aliàs contumacia, sæpius imbecillitate eorum, quæ transferuntur, euenit: aliàs cælo inidente, aliàs solo repugnante. Fastidit balsamum alibi nasci. Assyria malus alibi ferre: nec non & palma nasci ubique, aut nata parere: vel cum promisit etiam ostenditque, ea educare, quæ tanquam inuita peperit. Non habet vires frutex cinnami in Syriæ vicina perueniendi. Non ferunt amomi nardique deliciae, ne in Arabia quidem ex India naue peregrinari. Tentauit enim Seleucus rex. Illud maximè mirum, ipsas arbores plerunque exorari vt viuant, atque transmigrant: aliquando & à solo impetrari, vt alienas alat, aduenasque nutrit: cælum nullo modo flecti. Viuit in Italia piperis arbor: casia verò etiam in Septentrionali plaga: vixit & in Lydia thuris. Sed vnde sorbètes succum omnem ex iis soles, coquentesque lacrymam? Illud proximè mirum, mutari naturam in iisdem locis, atque proindiuiso valere. Cedrum æstuosis partibus dederat: at in Lyciis Phrygiisque montibus nascitur. Frigus inimicum lauro fecerat: sed in Olympo copiosior nulla est. Circa Bosphorum Cimmericum in Panticapæo vrbe, omni modo laborauit Mithridates rex, & cæteri incolæ, sacrorum certè causa laurum myrtumque habere: non contigit, cum teporis arbores abundant ibi, puniceæ ficique, iam mali & pyri laudatissimæ. Frigiditas eodem tractu non genuit arbores, pinum, abietem, piceam. Et quid attinet in Pontum abire? Iuxta Romam ipsam castaneæ cerasique ægrè proueniunt, Persica in Tusculano: nec non nuce Græcæ cum tædio inferuntur, Tarracina syluis scatente earum.

De cupresso: & quod ex terra noua aliqua sæpe nascantur, quæ in ea antè non fuerunt.

C A P. XXXIII.

50 Cupressus aduena, & difficillimè nascentium fuit, vt de qua verbosius sæpiusque, quam de omnibus aliis, prodiderit Cato. Natu morosa, fructu superuacua, baccis

torua, folio amara, odore violenta, ac ne vmbra quidem gratiosa, materie rara, vt penè fruticosi generis, Diti sacra, & ideo funebri signo ad domos posita. Fœmina sterilis diu. Metæ demum aspectu non repudiata, distinguendis tatum pinorum ordinibus: nunc verò tonsilis facta in densitate parietum, coërcitaque gracilitate perpetuo tenera. Trahitur etiam in picturas opere historiali: venatus classésve, & imagines rerum tenui folio, breuique, & virenti superuestiens. Duo genera earum: Meta in fastigium conuoluta, quæ & fœmina appellatur. Mas spargit extra se ramos, deputaturque & accipit vitem. Vtraque autem immittitur in perticas asserésve amputatione ramorum, qui xii j. anno denariis singulis vaneunt. Quæstuosissima in satus ratione sylua: vulgòque dotem filiarum anti- qui plantaria appellabant. Huic patria insula Creta, quanquam Cato Tarentinam eam appellat, credo, quòd primum eò venerit. Et in Ænaria succisa regerminat. Sed in Creta quocunque loco terram mouerit quispiam, nisi feratur alia, hæc gignitur, protinusque emicat. Illa verò etiam non appellato solo, ac sponte, maximèque in Idæis montibus, & quos Albos vocant, summisque iugis, vnde niues nunquam absunt, plurima: quod miremur, alibi non nisi in tepore proueniens, & nutricem magnopere fastidians. Nec terræ tantum natura circa has refert, aut perpetua cæli, verum & quædam temporaria vis. Imbres aliquæ plerunque semina afferunt, & certo fluunt genere, aliquando etiam incognito: quod accidit Cyrenaicæ regioni, cum primum ibi laferpitium natum est: vt in herbarum natura dicemus. Nata est & sylua vrbi ei proxima imbre piceo crassòque, circiter vrbis Romæ annum ccccxxx.

De edera.

CAP. XXXIII.

EDera iam dicitur in Asia nasci. Negauerat Theophrastus, nec in India, nisi in monte Mero. Quin & Harpalum omni modo laborasse, vt fereret eam in Medis, frustra: Alexandrum verò ob raritatem ita coronato exercitu, victorem ex India rediisse, exemplo Liberi patris: cuius Dei & nunc adornat thrysos, galeasq; etiam & scuta, in Thraciæ populis in solènis sacris. Inimica arbori fatisque omnibus, sepulcraque ac muros rupens: serpētium frigori gratissima, vt mirum fit vllum honorem habitum ei. Duo genera eius prima, vt reliquarum, mas, & fœmina. Maior traditur mas corpore, & folio durore etiam ac pinguiore, & flore ad purpuram accedente. Vtriusque autem flos similis est rosæ syluestri, nisi quòd caret odore. Species horum generum tres. Est enim candida & nigra edera, tertiæque quæ vocatur helix. Etiamnum hæc species diuiduntur in alias: quoniam est aliqua fructu tantum candida, alia & folio: fructum quoque candidum ferentium aliis densus acinus, & grandior, racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi. Item selenitiu, cuius est minor acinus, sparsior racemus. Simili modo in nigra. Alicui & semen nigrum, alij crocatum: cuius coronis Poëtæ vtuntur, foliis minus nigris, quæ quidam Nyssiam, alij Bacchicam vocant, maximis inter nigras corymbis. Quidam apud Græcos etiamnum duo genera huius faciunt, à colore acinorum erythranum & chrysocarpum. Plurimas autem habet differentias helix, quoniam folio maximè distat. Parua sunt & angulosa concinnioraque, cum reliquorum generum simplicia sint. Distat & longitudine internodiorum, præcipuè tamen sterilitate, quoniã fructum non gignit. Quidam hoc ætatis esse, non generis existimant: primòque helicem esse, fieri ederam vetustate. Horum error manifestus intelligitur, quoniã helices plura genera reperiuntur, sed tria maximè insignia: herbacea ac virens, quæ plurima est: altera candido folio: tertia versicolor, quæ Thracia vocatur. Etiamnum herbacæ tenuiora folia, in ordinè digesta, densioraque. In alio genere diuersa omnia. Et in versicolori alia tenuioribus foliis, & similiter ordinatis densioribusque est: alteri generi neglecta hæc omnia. Maiora quoque aut minora sunt folia, macularumque habitu distant: Et in candidis alia sunt candidiora. Adolefcit in longitudinem maximè herbacea. Arborea autem necat candida: omnemque succum auferendo tanta crassitudine augetur, vt ipsa arbor fiat. Signa eius folia maxima atque latissima, mammas erigentis, quæ sunt cæteris inflexæ: racemi stantes, ac subrecti. Et quanquam omnium ederarum generi radicata brachia, huic tamen maximè ramosa ac robusta: ab ea nigræ.

nigræ. Sed proprium albæ, quòd inter media folia emittit brachia vtrinque semper amplectens: hoc & in muris, quamuis ambire non possit. Itaque etiam pluribus locis intercisâ, viuit tamen duratque: & totidem initia radicum habet, quot brachia, quibus incolumis & solida arbores fugit ac strangulat. Est & in fructu differentia albæ nigræque ederæ: quoniam aliis tanta amaritudo acini, vt aues non attingant. Est & rigens edera, quæ sine adminiculo stat, sola omnium generum ob id vocata cissos. E diuerso nunquam nisi humi repens chamæcissos.

De edera, quæ vocatur smilax.

C A P. XXXV.

Smilis est ederæ, è Cilicia quidem primùm profecta, sed in Græcia frequentior, quam vocant smilacem, densis geniculata caulibus, spinosis fruticosa ramis, folio ederaceo paruo, non anguloso, à pediculo emittente pampinos, flore candido, olente liliû. Fert racemos labruscæ modo, nõ ederæ, colore rubro, complexa acinis maioribus nucleos ternos, minoribus singulos, nigros durósque: infaulta omnibus sacris & coronis: quoniã sit lugubris, virgine eius nominis propter amoré iuuenis Croci, mutata in hûc fruticem. Id vulgus ignoras, plerunq; festa sua polluit, ederã existimãdo: sicut in Poëtis, aut Libero patre, aut Sileno, quis omnino nescit quibus coronetur? E smilace fiût codicilli. Propriûq; materiæ est, vt admota auribus leuè sonum reddat. Ederæ mira proditur natura ad experienda vina: si vas fiat ex ligno eius, vina trãsfluere, ac remanere aquã, si qua fuerit mista.

De aquaticis calamis, & fruticibus.

C A P. XXXVI.

Inter ea, quæ frigidis gaudent, & aquaticos frutices dixisse conueniat. Principatû in his tenebunt harundines, belli pacisque experimētis necessaria, atq; etiã deliciis gratæ. Tegulo earum domus suas Septentrionales populi operiût: durântque æuis tecta alta. Et in reliquo verò orbe cameras leuissimè suspēdunt. Chartisque seruiût calami, Ægyptij maximè, cognatione quadam papyri. Probatiores tamen Gnidij, & qui in Asia circa Anaiticum lacum nascuntur. Nostratibus fungosior subest natura, cartilagine bibula, quæ cauo corpore intus, supernè tenui inarescit ligno: fissilis, præacuta semper acie, geniculata. Cæterò gracilitas nodis distincta, læui fastigio tenuatur in cacumina, crassiore pãniculæ coma, neq; hac superuacua. Aut enim pro pluma strata cauponarû replet: aut vbi limosiore callo induruit, sicut in Belgis, cõtusa & interiecta nauiû cõmissuris ferruminat textus, glutino tenacior, rimisque explēdis fidelior pice. Calamis Oriētis populi bella cõficiunt. Calamis spicula addunt irreuocabili hamo noxia. Mortem accelerant pinna addita calamis. Fitque & ex ipso telum aliud fracto in vulneribus. His armis solem ipsum obumbrant. Propter hoc maximè serenos dies optât: odere ventos & imbres, qui inter illos pacem esse cogût. Ac si quis Æthiopas, Ægyptum, Arabas, Indos, Scythas, Bactros, Sarmatarum tot gentes, & Orientis, omniãque Parthorû regna diligētius computet, æqua ferè pars hominum in toto mundo calamis superata degit. Præcipuus hic vsus in Creta bellatores suos præcipitauit. Sed in hoc quoque, vt cæteris in rebus, vicit Italia: quãdo nullus sagittis aptior calamus, quàm in Rheno Bononiēsi amne, cui plurima inest medulla, pondusque volucres: contra flatus quoque peruicax libra. Quippe non eadem gratia Belgicis. Hæc & Creticis cõmendatioribus: quanquàm præferantur Indi, quorum alia quibusdam videtur natura, quãdo & hastarum vicem præbent additis cuspidibus. Harundini quidē Indicæ arborea amplitudo: quales vulgo in templis videmus. Differre mares ac fœminas in his quoq; Indi tradunt. Spissius mari corpus, fœminæ capacius. Nauigiorumque etiã vicè præstât (si credimus) singula internodia. Circa Acesinē amnem maximè nascuntur. Harundo omnis ex vna stirpe numerosa. Atque etiã recisa fœcundiùs resurgit. Radix natura viuax, geniculata & ipsa. Folia Indicis tantùm breuia. Omnibus verò à nodo orsa, complexu tenues per ambitû inducunt tunicas: atque à medio internodio cû plurimum desinunt vestire, procubuntque. Latera harundini calamoque in rotûditatē bina, supernodos alterno semper inguine, vt alterum ad dextra fiat, alterû superiore geniculo ad læua per vices. Inde exeût aliquãdo rami, qui sunt calami tenues. Plura autem genera. Alia spissior dēfiorq; geniculis, breuibus internodiis. Alia rarior maioribus, tenuiorq; & ipsa.

Calamus verò alius totus concavus, quem syringiam vocât, vtilissimus fistulis, quoniam nihil est ei cartilaginis atque carnis. Orchomenius est continuo foramine peruius, quem auleton vocant. hic tibiis vtilior, fistulis ille. Est alius crassiore ligno, & tenui foramine. Hunc totum fungosa replet medulla. Alius breuior, alius procerior, exilior, crassiorque. Fruticosissimus, qui vocatur donax, non nisi in aquaticis natus: quoniam & hæc differentia est, multum prælata harundine, quæ in siccis proueniat. Suum genus sagittario calamo, vt diximus, sed Cretico longissimis internodiis, obsequentique quò libeat flecticafactò. Differentias faciunt & folia, non multitudine, verùm robore & colore. Valida Læconicis, & ab vna parte densiora: quales in totum circa stagna gigni putant, dissimiles annicis, longisque vestiri tunicis, spatiosius à nodo scandente complexu. Est & obliqua harundo, non in excelsum nascens, sed iuxta terram fruticis modo se spargens, suauissima in teneritate animalibus. Vocatur à quibusdam elegia. Est & in Italia nascens ad arca nomine, palustris: & cortice, tantum sub ipsa coma, vtilissima dentibus: quoniã vis eadem est, quæ sinapi. De Orchomenij lacus harundinetis accuratius dici cogit admiratio antiqua. Characiam vocabant crassiorē firmiorēque, plotiam verò subtiliorem, hæc in insulis fluitantibus natam, illam in ripis expatiantis lacus. Tertia harundo est tibialis calami, quem auleton dicebant. Nono hic anno nascebatur. Nam & lacus incrementa hoc temporis spatium seruabat, prodigiosus si quando amplitudinem biennio extendisset: quod notatum apud Cheroniam in fausto Atheniensium prælio, & apud Lebadiam sæpe notatur influente Cephisso. Cùm igitur anno permansit inundatio, proficiunt in aucupatoria quoque amplitudinē: vocabantur zeugitæ. Contrà bombyciæ maturius reciproco, graciles, fœminarum latiore folio atque cædidiore, modica lanugine, aut omnino nulla, spadonum nomine insignibus. Hinc erant armamenta ad inclusos cantus, nõ silendo & reliquo curæ miraculo, vt venia sit, argento iam potius cani. Cædi solebant tempestiue vsque ad Antigenem tibicinem, cùm adhuc simplici musica vterentur, sub Arcturo: sic præparatæ aliquot post annos vtilis esse incipiebant. Tunc quoque multa domandæ exercitatione, & canere tibiæ ipsæ docendæ, cõprimentibus se ligulis, quod erat illis theatrorum moribus vtilius. Postquam varietas accessit, & cætus quoque luxuria, cædi ante solstitia cœptæ, & fieri vtilis in trimatu, apertioribus earum ligulis ad flectendos sonos: quæ inde sunt & hodie. Sed tum ex sua quanque tantum harundine congruere persuasum erat: & eam, quæ radicem antecesserat, læuæ tibiæ cõuenire: quæ cacumē, dextræ: immesum, quantum prælatis, quas ipse Cephissus abluisset. Nunc sacrificæ Thuscorum è buxo, ludicræ verò loto, ossibusque asininis & argento fiunt. Aucupatoria harundo à Panhormo laudatissima, piscatoria Abaritana ex Africa. Harundinis Italiæ vsus ad vineas maximè. Cato feri eam iubet in humidis agris, bipalio subactò prius solo, oculis dispositis intervallo ternorum pedum. Simul & corrudã, vnde asparagi fiant: cõcordare enim amicitia.

De salice, eius genera octo, & quæ præter salicem sint vtilia ligaturis, & de rubis.

C A P.

X X X V I I.

Salicem verò circa, qua nulla aquaticarum vtilior, licet populi vitibus placeant, & Cæcuba educant: licet alni sepibus muniant, contraque erumpentium amnium impetus, riparum muro in tutela ruris excubent in aqua fatæ, cæsæque densius in numero hæde profint. Salicis statim plura genera. Nanque & in proceritate magnam emittunt iugis vinearum perticas, pariuntque baltheo corticis vincula: & aliæ virgas sequacis ad vincuras lentitiæ. Aliæ prætenues viminibus texendis spectabili subtilitate. Rursus aliæ firmiores corbibus, ac plurimæ agricolarum supellectili: cædidiore ablato cortice, leuique tractatu, vtilioribus vasis quam vt è corio fiât, atque etiam supinarum in delicias cathedrarum aptissimæ. Cædua salici fertilitas, densior tonsura ex breui pugno verius, quam ramo, non, vt remur, in nouissimis curanda arbore. Nullius quippe tutior est reditus minorisve impendij, aut tempestatum securior. Tertium locum ei in æstimatione ruris Cato attribuit, priorēque quam oliuetis, quàmque frumento, aut pratibus: nec quia desint alia vincula. Siquidem & genistæ, & populi, & vlini, & sanguinei frutices, & betulæ, & harundo

harundo fissa, & harundinum folia, vt in Liguria, & vitis ipsa, recisísque aculeis rubi alligant, & intorta corylus. Mirúmque contuso ligno alicui maiores ad vincula esse vires. Salici tamen præcipua dos. Finditur Græca rubens, candidiorque Amerina, sed paulò fragilior, ideo solido ligat nexu. In Asia tria genera obseruant. Nigram, vtiliorem viminibus: candidam agriculturalum vsibus: tertiam, quæ breuissima est, helicem vocant. Apud nos quoque multi totidem generibus nomina imponunt: vimineam vocât, eandem purpuream. Alteram nitelinam à colore, quæ sit tenuior. Tertiam Gallicam, quæ tenuissima. Nec in fruticum, nec in veprium cauliumve, neq; in herbarum, aut alio vllò, quàm suo genere, numerentur iure scirpi fragiles palustrésque ad tegulum tegetésque, è quibus detracto cortice, candelæ luminibus & funeribus seruiunt. Firmior quibusdam in locis earum rigor. Nanque iis velificant non in Pado tantùm nautici, verùm & in mari piscator Africanus, præpostero more vela intra malos suspendens. Et mapalia sua Mauri tegunt: proximéque æstimanti hoc videantur esse, quo inferiore Nili parte papyri sunt vsu. Sed fruticosi generis sunt inter aquaticas & rubi, atque sambuci fungosi generis, aliter tamen, quàm ferulæ. Quippe plus ligni vtique sambuco. Ex qua magis canoram buccinam tubámque credit pastor ibi cæsa, vbi gallorum cantum frutex ille non exaudiat. Rubi mora ferunt, & alio genere similitudinem rosæ, qui vocatur cynosbatos. Tertium genus Idæum vocât Græci à loco. Tenuius est, quàm cætera, minoribusq; spinis, & minùs aduncis. Flos eius contra lippitudines illinitur ex melle & igni sacro. Cõtra stomachi quoque vitia bibitur ex aqua. Sambuci acinos habent nigros atque paruos, humoris lenti, inficiendo maximè capillo: qui & ipsi aqua decocti manduntur.

De succis arborum, & natura materiarum, & de cadendis arboribus.

C A P. X X X V I I I.

HVmor & cortici arborum est, qui sanguis earum intelligi debet, non idem omnibus. Ficis lacteus: huic ad caseos figurandos coaguli vis. Cerasis gummosus, vlmis saliuosus, lentus ac pinguis malis, vitibus ac pyris aquosus. Viuaciora, quibus lentior. Atque in totum corpore arborum, vt reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nerui, venæ, ossa, medullæ. Pro cute cortex. Mirum, hic in moro medicis succum quærentibus, ferè hora diei secunda, lapide incussus manat: altius fractus siccus videtur. Proximi plerisque adipēs. ij vocantur à colore alburnum: mollis ac pessima pars ligni, etiam in robore facile putrescens, teredini obnoxia: quare semper amputabitur. Subest huic caro, cui ossa: id est, materiæ optimum. Alternant fructus, quibus siccus lignum, vt olea, magis quàm quibus carnosum, vt cerasus. Nec omnibus adipēs carnésve largæ, sicuti nec animalium acerrimis. Neutrum habet buxus, cornus, olea: nec medullam, minimúmque etiã sanguinis: sicut ossa non habent sorba, carnem sambuci, & plurimam ambæ medullam: nec harundines maiore ex parte. In quarundam arborum carnibus pulpæ venæque sunt. Discrimen earum facile. Venæ latiores candidiorésque pulpæ fissilibus insunt. Ideo fit, vt aure ad caput trabis quamlibet prælongæ admota, ictus ab altero capite vel graphij sentiatur, penetrante rectis meatibus sono. Vnde deprehenditur, an torta sit materies, nodisq; concisa. Quibusdam sunt tubera, sicut sunt in carne glandia. In iis nec vena, nec pulpa, quodam callo carnis in se conuoluto. Hoc pretiosissimum in cedro & acere. Cætera mensarum genera fissis arboribus circinantur in pulpam: alioqui fragilis esset vena in orbem arboris cæsa. Fagis peçtines transfuersi in pulpa. Apud antiquos inde & vasis honos. Manius Curius iurauit se ex præda nihil attigisse, præter guttum faginum, quo sacrificaret. Lignum in longitudinem fluctuatur, vt quæ pars fuit ab radice, validius sedit. Quibusdam pulpa sine venis, mero stamine & tenui constat. Hæc maximè fissilia. Alia frangi celeriora, quàm findi, quibus pulpa non est, vt oleæ, vites. At è cõtrario, totum è carne corpus fico. Tota ossæa est ilex, cornus, robur, cytisus, morus, ebenus, lotos, & quæ sine medulla esse diximus. Cæteris nigricans color. Fulua cornus, in venabulis nitet incisuris nodata propter decorem. Cedrus, & larix, & iuniperus rubent.

De larice, & abiete, & sapino, & cæteris huiusmodi arboribus cædendis.

CAP.

XXXIX.

Larix foeminam habet, quam Græci vocant ægida, mellei coloris. Inuentum est pictorum tabellis immortale nullisque filile rimis hoc lignum. Proximum medullæ est. In abiete leufon Græci vocauerunt. Cedrus quoque durissima, quæ medullæ proxima, ut in corpore ossa, derafo modò limo. Et sambuci interiora mirè firma traduntur. Nanque qui venabula ex ea faciunt, præferunt omnibus. Constat enim ex cute & ossibus. Cædi tempestiuum quæ decorticentur, ut teretes, ad templa cæteraque vsus rotundi, cum germinant, aliàs cortice inextricabili, & carie subnascente ei, materiæque nigrescente. Tigna, & quibus aufert securis corticem, à bruma ad Fauonium: aut si præuenire cogamur, Arcturi occasu, & ante eum Fidiculæ. Nouissima ratione solstitio. Dies siderum horum reddentur suo loco. Vulgò satis putant obseruare, ne quæ dedolandæ arbores sternantur ante editos suos fructus. Robur vere cæsum, teredinem sentit: bruma autem neque viatur, neque pandatur, aliàs obnoxium etiam ut torqueat sese findatque: quod in subere tempestiuè quoque cæso euenit. Infinitum refert & lunaris ratio: nec nisi à vicesima in tricesimam cædi volunt. Inter omnes verò cõuenit, vtilissimè in coitu eius sterni, quem diem alij interlunium, alij silentis lunæ appellant. Sic certè Tib. Cæsar, concremato ponte naumachiario, larices ad restituendum cædi ex Rhætia præfinit. Quidam dicunt, ut in coitu & sub terra sit luna: quod fieri non potest, nisi noctu. At si competant coitus in nouissimum diem brumæ, illa sit æterna materies: proximè, cum supra dictis sideribus, Quidam & Canis ortum addunt, & sic cæfas materies in forum Augustum. Nec nouellæ autem ad materiem, nec veteres vtilissimæ. Circuncisas quoque ad medullam aliqui non inutiliter relinquunt, ut omnis humor stantibus defluat. Mirum, apud antiquos primo Punico bello classem Duelli Imperatoris ab arbore excisa lx. die nauigasse. Contra verò Hieronem regem ccxx. naues effectas diebus xlv. tradit L. Piso. Secundo quoque Punico bello, Scipionis classis xl. die à securi nauigauit. Tantum tempestiuitas etiam in rapida celeritate pollet. Cato hominum summus in omni vsu, de materiis hæc adicit: Prælum è sapino atra potissimum facito. Vlmeam, pineam, nuceam, hanc atque aliam materiem omnem cum effodias, luna decrescente eximito post meridiem, sine vento Austro. Tunc erit tempestiua, cum semen suum maturum erit. Caueto, ne per rorem trahas, aut doles. Idemque mox: Nisi intermestri luna atque dimidiata, ne tangas materiem. Tunc ne effodias, aut præcidas abs terra. Diebus quatuor proximis, quibus luna plena fuerit, optimè eximitur. Omnino caueto nigram materiam doles, nève cædas, nève tangas, nisi siccam, nève gelidam, nève rorulétam. Tiberius idem & in capillo tondendo seruauit interlunia. M. Varro aduersus defluuia præcepit obseruandum id à pleniluniis. Larici & magis abieti succisis, humor diu defluit. Hæ omnium arborum altissimæ ac rectissimæ. Nauium malis antenisque propter leuitatem præfertur abies. Communia his pinoque, ut quadripartitos venarum cursus bifidosque habeant, vel omnino simplices. Ad fabricorum intestina opera medulla scetilis. Optima quadripartitis materies, & mollior, quàm cætera. Intellectus in cortice protinus peritis. Abietis quæ pars à terra fuit, enodis est: hæc, qua diximus, ratione fluuiata decorticatur, atque ita sapinus vocatur: superior pars nodosa, duriórque, fusterna. Et in ipsis autem arboribus robustiores Aquiloniæ partes. Et in totum deteriores ex humidis opacisque: spissiores ex apricis ac diurnæ. Ideo Romæ infernas abies supernati præfertur. Est per gentium quoque regiones in iis differentia. Alpibus Apenninoque laudatissima: in Gallia Iura ac monte Vogefo: in Corsica, Bithynia, Ponto, Macedonia. Deteriores Æneatica & Arcadica. Pessima Parnassia, & Euboica, quoniam ramosæ ibi & contortæ, putrescentisque facile. At Cedrus in Creta, Africa, Syria laudatissima. Cedri oleo peruncta materies, nec tineam, nec cariem sentit. Iunipero eadem virtus, quæ cedro. Vasta hæc in Hispania, maximè que bæccæ eius. Medulla eius vbicunque solidior etiam, quàm cedrus. Publicum omnium unum vocant spiras, vbi conuoluere se venæ atque nodi. Inueniuntur in quibusdam, sicut in mar-

in marmore, centra: id est duritia clauo similis, inimica ferris. Et quædam fortè accidunt, lapide comprehenso aut recepto in corpus, aut alterius arboris ramo. Megaris diu stetit oleaster in foro, cui viri fortes affixerant arma, quæ cortice ambiente ætas longa occultauerat. Fuitque arbor illa fatalis excidio vr̄bis, præmonitæ oraculo, cum arbor arma peperisset: quod succisæ accidit, ocreis galeisque intus repertis. Ferunt lapides ita inuentos, ad continendos partus esse remedio.

De materiis, de magnitudine arborum, & quæ cariem & ruina non sentiunt, & de perpetuitate materialium.

C A P. X L.

AMplissima arborum ad hoc æui existimatur Romæ visa, quam propter miraculum Tiberius Cæsar in eodem ponte naumachiario exposuerat aduectam cum reliqua materie: durauitque ad Neronis principis amphitheatrum. Fuit autem trabs è larice longa pedes cxx. bipedali crassitudine æqualis. Quo intelligebatur vix credibilis reliqua altitudo fastigium ad cacumen æstimantibus. Fuit memoria nostra & in porticibus septorum à M. Agrippa relicta, æquè miraculi causa, quæ diribitorio superfuerat xx. pedibus breuior, sesquipedali crassitudine. Abies admirationis præcipuæ visa est in naui, quæ ex Ægypto Caij principis iussu, obeliscum in Vaticano circo statutum, quatuorque trûcos lapidis eiusdem ad sustinendum eum adduxit: qua naue nil admirabilius visum in mari certum est. cxx. M. modiûm lentis pro saburra ei fuere. Longitudo spatium obtinuit magna ex parte Ostiensis portus latere læuo. Ibi nanque demersa est à Claudio principe, cum tribus molibus, turrium altitudine in ea exædificatis obiter Puteolano puluere, aduectisque. Arboris eius crassitudo quatuor hominum vlnas complectentium implebat. Vulgòque auditur octoginta nummorum & pluris malos venundari ad eos vsus, rates verò connecti quadraginta sestertiis plerasque. At in Ægypto & Syria reges inopia abietis cedro ad classes feruntur vsi. Maxima ea in Cypro traditur ad vndecimem Demetrii succisa centum triginta pedum, crassitudinis verò ad trium hominum complexum. Germaniæ prædones singulis arboribus cauatis nauigant, quarum quædam & triginta homines ferunt. Spississima ex omni materie, ideo & grauissima, iudicatur ebenus, & buxus, graciles natura: neutra in aquis fluitat, nec suber, si dematur cortex, nec larix. Ex reliquis siccissima lotos, quæ Romæ ita appellatur. Deinde robur exalburnatum: & huic nigricans color, magisque etiam cytiso, quæ proximè accedere ebenum videtur. Quanquam non desint, qui Syriacas terebinthos nigriores affirmant. Celebratur & Thericles nomine, calices ex terebintho, solitus facere torno, per quem probatur materies. Omnium hæc sola vngi vult, meliòrque oleo fit. Colos mirè adulteratur iuglande ac pyro syluestri tinctis, atque in medicamine decoctis. Omnibus, quæ diximus, spissa firmitas. Ab his proxima est cornus: quanquam non potest videri materies propter exilitatem, sed lignum non aliò penè, quam ad radios rotarum, vtile: aut si quid cuncandum sit in ligno, clauisve figendum ceu ferreis. Ilex item & oleaster, & olea, atque castanea, carpinus, populus. Hæc & crispa aceris modo, si vlla materies idonea esset ramis sæpe deputatis: castratio illa est, adimitque vires. De cætero plerisque eorum, sed vtrique 40 robori tanta duritia est, vt terebrari nisi madefactum non queat, & ne sic quidem adactus auelli clauus. E diuerso clauum non tenet cedrus. Mollissima tilia, eadem videtur & calidissima: argumentum afferunt, quod citissimè ascias retundat. Calidæ & morus, laurus, edera, & omnes è quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc vsus in castris, pastorumque reperit, quoniam ad excudendum ignem non semper lapidis occasio est. Teritur ergo lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis, fungi, vel foliorum facillimè conceptum. Sed nihil edera præstantius quæ teratur, lauro quæ terat. Probatum & vitis syluestris, alia quam labrusca, & ipsa ederae modo arborem scandens. Frigidissima quæcunque aquatica: lentissima autem, & ideo scutis faciendis aptissima, quorum plaga contrahit se protinus, cluditque suum vulnus, & ob id contumacius transmittit ferrum: in quo sunt genere fici, salix, tilia, betulla, sambucus, populus vtraque. Leuissima ex his ficus & salix, ideoque vtilissima. Omnes autem etiam ad cistas, quæque flexi-

li crate constant. Habent & candorem rigoremque, & in sculpturis facilitatem. Est lentitia platano, sed madida, sicut alno. Siccior eadem ulmo, fraxino, moro, ceraso, sed ponderosior. Rigorem fortissimè seruat ulmus, ob id cardinibus assamentisque portarum vitillissima, quoniam minimè torquetur: permutanda tantùm sic, ut cacumen ab inferiore sit cardine, radix superior. Palmæ est mollis, & suberis: spissæ & malus, pyrusque, nec non acer: sed fragiles, & quæcunque crispa. In omnibus syluestria & mascula differentias cuiusque generis augent. Et infœcunda firmiora fertilibus, nisi quo in genere mares ferunt, sicut cupressus & cornus. Cariem vetustatèque non sentiunt cupressus, cedrus, ebenus, lotos, buxum, taxus, iuniperus, oleaster, & olea. Et ex reliquis tardissimè larix, robur, suber, castanea, iuglans. Rimam fissuramque non capit sponte cedrus, cupressus, olea. Buxum maximè æternam putant, ebenum & cupressum, cedrumque, claro de omnibus materiis iudicio in templo Ephesiæ Dianæ, utpote cum tota Asia extruente quadringentis annis peractum sit. Cõuenit tectum eius esse è cedrinis trabibus. De ipso simulacro Deæ ambigitur. Cæteri ex ebena esse tradunt. Mutianus ter Consul, ex his qui proximè viso eo scripsere, vitigineum & nunquam mutatum, septies restituto templo. Hæc materiam elegisse eandem, Canetiam nomè artificis nuncupas: quod equidè miror, cum antiquiorem Minerua quoque non modò Libero patre vetustatem ei tribuat. Adicit multis foraminibus nardo rigari, ut medicatus humor alat, teneatque iuncturas, quas & ipsas esse modico admodum miror. Valuas esse è cupresso, & iam quadringentis propè annis durare materiã omnem nouæ similem. Id quoque notandũ, valuas in glutinis compage quadringentis annis fuisse. Cupressus in eas electa, quoniam præter cætera vno in genere materiæ nitore maximè valeat æternus. Nõne simulacrũ Veiovis in arce è cupresso durat, à cõdita Vrbe quingentesimo quinquagesimo primo anno dicatum? Memorabile & Vtica tẽplum Apollinis, vbi Numidicarum cedrorum trabes durat, ita ut positæ fuere prima vrbis eius origine, annis mille centũ octoginta octo. Et in Hispania Sagũti aiunt templum Dianæ a Zacyntho aduectæ cũ conditoribus, annis ducentis ante excidiũ Troiæ, ut autor est Boechus, infraque oppidũ ipsum id haberi. Cui pepercit religione inductus Annibal: iuniperi trabibus etiã nunc durantibus. Super omnia memoratur ædes in Aulide eiusdè Deæ, seculis aliquot ante Troianum bellum exædificata: quoniam genere materiæ scientia oblitterata. In plenum dici potest, utique quæ odore præcellant, ea æternitate præstare. A prædictis morus proximè laudatur, quæ vetustate etiam nigrescit. Et quædam tamen in aliis diuturniora sunt vsibus, quàm alia. Ulmus in perflatu firma, robur defossum, & in aquis quercus obruta. Eadem supra terrã rimosa facit opera torquendo sese. Larix in humore præcipua, & alnus nigra. Robur marina aqua corrumpitur. Non improbat & fagus in aqua, & iuglans, hæc quidem in his, quæ defodiuntur, vel principales. Item iuniperus: eadem & subdialibus aptissima. Fagus & cerrus celeriter marcescunt. Esculus quoque humoris impatiens. Contra adacta in terram in palustribus alnus æterna, onerisque quãtilibet patiens: cerasus firma: ulmus & fraxinus lentæ, sed facile pandantur, flexiles tamen, stantèscque à circuncisura siccatae fideiores. Laricem in maritimis nauibus obnoxiam teredini tradunt: omniaq; præterquam oleastrum & oleam. Quædam enim in mari, quædam in terra vitis opportuniore.

De teredinibus.

CAP. XLII.

Infestantium quatuor genera. Teredines capite ad portionem grauissimo, rodunt dentibus. Hæ tantùm in mari sentiuntur: nec aliam putant teredinem propriè dici. Terrestres tineas vocant: culicibus verò similes, thripas. Quartum est & è vermiculorum genere, quorum quidem alij putrescente sacco ipsa materie: alij pariuntur, sicut in arboribus, ex eo qui cerastes vocatur. Cũ tantum eroserit, ut circumagat se, generat alium. Hæc nasci prohibet in aliis amaritudo, ut cupresso: aliis duritia, ut buxo. Tradunt & abietem circa germinationes decorticatam, qua diximus luna, aquis non corrumpi. Alexandri Magni comites prodiderunt, in Tylo Rubri maris insula arbores esse, ex quibus naues fierent, quas c. annis durantes inuentas: & si mergerentur, incorruptas. In eadem esse

esse fruticem baculis tātum idoneæ crassitudinis, varium tigrum maculis, ponderosum & cū in spissiora decidat, vitri modo fragilem.

De materiis architecti, & quæ materies ad quid utilis, & quæ firmior materia in tectum.

CAP. XLII.

A Pud nos materiæ finduntur aliquæ sponte: ob id architecti eas fimo illitas ficcari iubent, vt afflatus non noceant. Ponderus sustinere validè, abies, larix, etiam in transfuersum positæ. Robur, olea, incuruantur ceduntque ponderi. Illæ remittuntur, nec temere rumpuntur: priusque carie, quàm viribus, deficiunt. Et palmæ arbor inualida: in diuersum enim curuatur. At populus contra omnia inferiora pādatur: palma è cōtrario fornicatur. Pinus & cupressus aduersus cariem tineasque firmissimæ. Facile pandatur iuglans. ¹⁰ sūt enim & ex ea trabes: si angique se prænuntiat strepitu: quod in Antandro accidit, cū è balneis territi sono profugerunt. Pinus, piceæ, alni, ad aquarum ductus in tubos cauantur. Obrutæ terra, plurimis durant annis. Eadē si non integantur, citò senescūt: mirū in modum fortiores, si humor extrā quoque super sit. Firmissima ad tectum abies. Eadē valuarum repagulis, & ad quæcunque libeat intestina opera aptissima, siue Græco, siue Cāpano, siue Siculo fabricæ artis genere spectabilis, ramentorum crinibus pampinato semper orbe se voluens ad incitatos runcinarum raptus. Eadem & curribus, maximè sociabilis glutino, in tantum, vt findatur antè, quæ solida est.

De glutinanda materia, & lignis sectilibus.

CAP. XLIII.

²⁰ **M**agna autem & glutini ratio, propter ea quæ sectilibus laminis, ac in alio genere operiuntur. Stamineam in hoc vsu probant venam, & vocant fertilem, argumento similitudinis, quoniam lacrymosè crispa. In omni genere & glutinum abdicant quædam, & inter se & cum aliis infociabilia glutino, sicut robur. Sed nec ferè cohærent, nisi similia natura, vt si quis lapidem lignumque coniungat. Cornum maximè audit forbus, carpinus, buxus, poltea tilia. Cuicunque operi facilia, flexilia omnia, quæ lenta diximus, præterque morus & caprificus. Durabilia ac sectilia, quæ modicè humida. Arida enim ³⁰ latius, quàm viridia, ferris cedunt, præter robur & buxum, quæ pertinacius resistunt, serarumq; dentes replent æqualitate inertis: qua de causa altera inclinatione egerunt scobem. Obedientissima quocunque in opere fraxinus, eadēque hastis corylo melior, cornu leuior, forbo lentior. Gallica verò etiam ad currus flexibilis. Vitè æmularetur vlmus, ni pondus esset in culpa. Facilis & fagus, quanquam fragilis & tenera. Eadem sectilibus laminis in tenui flexilis, capsisque ac scriniis sola utilis. Secatur in laminas prætenues & ⁴⁰ ilex, colore quoque non ingrata: sed maximè fida iis quæ terantur, vt rotarum axibus: ad quos lentore fraxinus utilis, sicut duritia ilex, & vtroque legitur vlmus. Sunt verò & parui vsus fabrilium ministeriorum insignes. Ideoque proditum, terebris vaginas ex oleastro, buxo, ilice, vlmō, fraxino vtilissimas fieri. Ex iisdem malleos, maiores quoque è pinu & ilice. Et his autem maior ad firmitatem causa tempestiuæ cæsuræ, quàm immaturæ: quippe cū ex olea durissimo ligno cardines in foribus diutius immoti, plantæ modo germinauerint. Cato vectes aquifolios, laureos, vlmēos fieri iubet. Hyginus manubria rusticis carpinea, iligna, cerrea. Quæ in laminas secantur, quorumque operimento vestia- ⁵⁰ tur alia materies, præcipua sunt citrū, terebinthus, aceris genera, buxū, palma, aquifolium, ilex, sambuci radix, populus. Dat & alnus, vt dictū est, tuber sectile, sicut citrum acérque. Nec aliarum tubera in pretio. Mediæque pars arborum crispior, & quò propior radici minoribus magisque flexilibus maculis. Hæc prima origo luxuriæ, arborè alia integri, & viliores ligno pretiosiores cortice fieri, vt vna arbor sæpius væniret. Excogitatæ sunt & ligni bractæ, nec fatis: cœpere tingi animalium cornua, dentes secari: lignumque ebore distingui, mox operiri. Placuit deinde materiè & in mari queri. Testudo in hoc secta. Nuperq; portentosis ingeniis principatu Neronis inuentum, vt pigmentis perderet se, plurisque væniret imitata lignum. Sic lectis pretia quærentur: sic terebinthum vinci iubent, sic citrum pretiosius fieri, sic acer decipi. Modò luxuria non fuerat contenta ligno: iam lignum emi testudinem facit.

De arborum ætate, & quæ genera arborum minime durant. Similiter de visco & Druidis.

C A P. XLIIII.

VIta arborum quarundam immensa credi potest, si quis profunda mundi & saltus inaccessos cogitet. Verùm ex his quas memoria hominum custodit, durãt in Linternino Africani prioris manu satã oliuã. Item myrtus eodem loco conspicuã magnitudinis. Subest specus, in quo manus eius custodire traco traditur. Romã verò lotos in Lucinã area, anno qui fuit sine magistratibus c c c l x i x. vrbis æde condita, incertum ipsa quantò vetustior. Esse quidem vetustiorẽ non est dubium cum ab eo luco Lucina nominetur. Hęc nunc circiter annum c c c c l. habet. Antiquior illa est, sed incerta eius ætas, quã capillata dicitur, quoniam Vestalium virginũ capillus ad eam defertur. Verùm altera lotos in Vulcanali, quod Romulus constituit ex victoria de decumis æquã uã vrbis intelligitur, vt autor est Massurius. Radices eius in forum vsque Cæsaris per stationes municipiorum penetrant. Fuit cum ea cupressus æqualis, circa suprema Neronis principis prolapsa atque neglecta. Vetustior autem vrbe in Vaticano ilex, in qua titulus æreis literis Hetruscis, religione arborem iam tunc dignam fuisse significat. Tiburtes quoque originem multò ante vrbem Romam habent. Apud eos extant ilices tres, etiam Tiburto conditore eorum vetustiores, apud quas inauguratus traditur. Fuisse autem eum tradunt filium Amphiarai, qui apud Thebas obierit vna ætate ante Iliacum bellum. Sunt autores, & Delphicam platanum Agamemnonis manu satam: & alteram in Caphyis Arcadiæ luco. Sunt hodie ex aduerso Iliensium vrbis iuxta Hellepontum in Protefilai sepulcro arbores, quã omnibus ephებიis eius cum intantum accreuerunt vt Ilium aspiciant, inarescunt, rursusque adolefcunt. Iuxta vrbem autem quercus in Ili tumulo tunc satã dicuntur, cum cœpit Ilium vocari. Argis olea nunc etiam durare dicitur, ad quam Io in vaccam mutatam Argus alligauerit. In Ponto circa Heracleam arã sunt Iouis Stratij cognomine, ibique quercus duã ab Hercule satã. In eodem tractu portus est, Amyco Berycum rege interfecto clarus. Eius tumulus à supremo dic lauro tegitur, quam insanam vocant: quoniam si quid ex ea decerptum inferatur nauibus, iurgia fiant, donec abiiciatur. Regionem Aulocrenen diximus, per quam ab Apamia in Phrygiam itur: ibi platanus ostenditur, ex qua pependit Marsya victus ab Apolline, quã iam tum magnitudine electa est. Necnon palma Deli ab eiusdem Dei ætate conspicitur. Olympiã oleaster, ex quo primus Hercules coronatus est, & nunc custoditur religiosè. Athenis quoque olea durare traditur in certamine edita à Minerua. E diuerso breuissima vita est Punicis, fico, malis: & ex his præcocibus breuior quàm ferotinis, dulcibus quàm acutis, & dulciori in Punicis. Item in vitibus, præcipuè que fertilibus. Græcinus autor est, sexagenis annis durasse vites. Videntur & aquaticæ celeriùs interire. Senescunt quidem velociter, sed è radicibus repullulant, laurus & mali, & Punicæ. Firmissimæ ergo ad viuendum oleã, vt quas durare annis c c. inter autores conueniat. Est in suburbano Tusculani agri colle, qui Corne appellatur, lucus antiqua religione Dianæ sacratu à Latio, velut arte tonsili coma fagei nemoris. In hoc arborem eximiam ætate nostra adamauit Passienus Crispus, bis Consul, orator: Agrippinæ matrimonio & Nerone priuigno clarior postea, osculari complectique eam solitus, non modò cubare sub ea vinumque illi affundere. Vicina luco est ilex, & ipsa nobilis, x x v. pedum ambitu caudicis, x. arbores mittens singulas magnitudinis visendæ: syluamque sola facit. Edera necari arbores certum est. Simile quiddam & in visco: tametsi tardiorẽ earum iniuriam arbitrantur. Nãque & hoc præter fructus agnoscutur non in nouissimis mirabile. Quædam enim in terra gigni non possunt, & in arboribus nascuntur. Nanque cum suam sedem non habeant, in aliena viuunt, sicut viscum. Est & in Syria herba, quã vocatur cadytas, non tantum arboribus, sed ipsis etiam spinis circumuoluens sese. Item circa Tempe Thessalica, quã polypodion vocatur, & quã dolichos ac serpillium. Oleastro quoque deputato quod gignatur, vocant phaunos. Quod verò in spina fullonia hippophæston, calyculis inanibus, foliis paruis, radice alba, cuius succus ad detractiones in comitali morbo utilissimus habetur. Visci tria genera.

Nanque

Nanque in abiete ac larice stelin dicit Eubœa nasci, hyphear Arcadia. Viscum autem in quercu, robore, ilice, pruno syluestri, terebintho, nec aliis arboribus adnasci, plerique. Copiosissimum in quercu, quod dryos hyphear vocant. In omni arbore, excepta ilice & quercu, differentiam facit odor utriusque: & folium non iucûdi odoris in utroque, visco amarum & lentum. Hyphear ad faginanda pecora vtilius. Vitia modò purgat primò: dein pinguefacit, quæ suffecere purgationi. Quibus sit aliqua tabes intus, negant durare. Ea medendi ratio æstatis quadragenis diebus. Adiciunt discrimen, visco in his quæ folia amittant, & ipsi decidere: contra inhærere nato in æterna fronde. Omnino autem satum vllò modo nascitur, nec nisi per aluum auium redditum, maximè palumbis ac turdi. Hæc est natura, vt nisi maturatum in ventre auium, non proueniat. Altitudo eius non excedit cubitalem, semper fruticosi ac viridis. Mas fertilis, fœmina sterilis. Aliquando non fert. Viscum confit ex acinis qui colliguntur messium tempore immaturi. nam si accessere imbres, amplitudine quidè augètur, visco verò marcescūt. Siccantur deinde, & aridi tunduntur, ac cõditi in aqua putrescūt duodenis ferè diebus. Vnùmque hoc rerū putrescèdo gratiã inuenit. Inde in profluète rursus malleo tusi, amissis corticibus interiore carne lentescūt. Hoc est viscū pēnis auium tactu ligandis, iuglandis oleo subactū, cum libeat insidias moliri. Nō est omittenda in ea re & Galliarū admiratio. Nihil habent Druidæ (ita suos appellant Magos) visco, & arbore in qua gignatur (si modò sit robur) sacratius. Iã per se roborū eligūt lucos: nec vlla sacra sine ea frõde cõficiunt, vt inde appellati quoq; interpretatione Græca possint Druidæ videri. Enimuero quicquid adnascatur illis, è cælo missum putāt, signumq; esse electæ ab ipso Deo arboris. Est autè id rarum admodū inuentu, & re-
 10
 20
 30
 pertū magna religione petitur: & ante omnia sexta luna, quæ principia mensiū annorūq; his facit, & seculi post tricesimū annum, quia iam virium abundè habeat, nec sit sui dimidia. Omnia sanantē appellantur suo vocabulo, sacrificiis epulisque rite sub arbore præparatis, duos admouet cãdidi coloris tauros, quorū cornua tunc primū vinciantur. Sacerdos candida veste cultus arborē scandit. Falce aurea demetit. Candido id excipitur sago. Tum deinde victimas immolant, precantes vt suum donum Deus prosperum faciat his quibus dederit. Fœcunditatem eo potò dari cuicunque animali sterili arbitrantur, contraque venena omnia esse remedio. Tanta gentium in rebus friuolis plerunque religio est.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIÆ
 LIBER XVII.

PRO O E M I V M.

Arborum pretia mirabilia.

CAPVT I.

NATVRA arborum, terra marique sponte sua prouenientium, dicta est. Restat earum, quæ arte & humanis ingeniis fiunt verius quam nascuntur. Sed prius mirari succurrit, quæ abstulimus penuria pro indiuiso possessa a feris, depugnante cum iis homine circa caducos fructus, circa pendentes verò & cum alitibus, in tanta deliciarum pretia venisse, clarissimo (vt equidem arbitror) exemplo L. Crassi atque Cn. Domitij Ænobarbi. Crassus orator fuit in primis nominis Romani: domus ei
 40
 50
 magnifica: sed aliquanto præstantior in eodem palatio Q. Catuli, qui Cimbro cum C. Mario fudit. Multò verò pulcherrima consensu omnium ætate ea in colle viminali C. Aquilij equitis Romani, clarioris illa etiam, quam Iuris ciuilis scientia, cum tamen obie-

cta Crasso sua est. Nobilissimarum gentium ambo Crassus atque Domitius Censuram post Consulatum simul gessere, anno conditæ vrbis d c l x i j. frequentem iurgii propter dissimilitudinem morum. Tum Cn. Domitius, vt erat vehemens natura, præterea accensus odio, quod ex æmulatione auidissimum est, grauius increpuit tanti Censorem habitare, a pro domo eius festertium millies identidem promittens. Et Crassus, vt præfens ingenio semper, & faceto lepore solers, addicere se respondit, exceptis sex arboribus. ac ne vno quidem denario, si adimerentur, emptam volente Domitio: Crassus, Vtrumne igitur ego sum, inquit, quæso Domiti, exemplo grauis & ab ipsa mea Censura notandus, qui in domo quæ mihi hæreditate obuenit, comiter habitæ: an tu, qui h-s millies sex arbores æstimes? Eæ fuere loti, patula ramorum opacitate lasciuæ, Cecina Largo è proceribus crebrò in iuuenta nostra eas in domo sua ostentante. Duraueruntque, quoniam & de longissimo æuo arborum diximus, ad Neronis principis incendia, quibus cremauit vrbem, annis c l x x x. postea, cultu virides iuuenesque, ni princeps ille accelerasset etiam arborum mortem. Ac ne quis vilem de cætero Crassi domum, nihilque in ea iurgante Domitio fuisse dicendum præter arbores iudicet, iam columnas quatuor Hymetrii marmoris, Ædilitatis gratia ad scenam ornandam aduectas, in atrio eius domus statuerat, cum in publico nondum essent vllæ marmoreæ. Tam recens est opulentia: tantoque tunc plus honoris arbores domibus afferebant, vt sine illis ne inimicitarum quidem pretium seruauerit Domitius. Fuere ab iis & cognomina antiquis: Fronditio militi illi, qui præclara facinora, Vulturum transnatans, fronde capiti imposita, aduersus Annibalem edidit: Stolonum Licinæ genti: ita enim appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis: vnde & pampinatio inuenta primo Stoloni dedit nomen. Fuit & arborum cura legibus prisca: cautumque est x i j. tabulis, vt qui iniuria cecidisset alienas, lueret in singulas æris x x v. Quid existimamus, futuræne eas credidisse ad supra dictam æstimationem illos, qui frugiferas tanti taxauerant? Nec minùs miraculum in pomo est, multarum circa suburbana fructu annuo addito binis millibus nummum, maiore singularum reditu, quàm erat apud antiquos prædiorum. Ob hoc insita, & arborum quoque adulteria excogitata sunt, vt nec poma pauperibus nascerentur. Nunc ergo dicemus, quo maximè modo tantum ex his vectigal contingat, veram colendi rationem absolutamque prodituri. Et ideo non vulgata tractabimus, nec quæ constare animaduertimus, sed incerta atque dubia, in quibus maximè fallitur vita. Nam diligentiam in superuacuis affectare, nõ nostrum est. Ante omnia autem in vniuersum, & quæ ad cuncta arborum genera pertinent in commune, de cælo terraque dicemus.

De natura cæli ad arbores, & quam partem cæli spectare debeant.

C A P. I I.

Aquilone maximè gaudent, densiores ab afflatu eius lætioresque, & materiæ firmioris. Qua in re plerique falluntur, cum in vineis pedamenta non sint à vento eo opponenda, & id tantum à Septentrione seruandum. Quinimo tempestiua frigora plurimum arborum firmitati cõferunt, & sic optimè germinant: alioqui si blandiantur Austri, defatiscunt, ac magis etiam in flore. Nam si cum defloruere, protinus sequantur imbres, in totum poma depereunt: adeò vt amygdalæ & pyri, etiã si omnino nubilum fuit, Austrinusve flatus, amittant fœtus. Circa Vergilias quidem pluere, inimicissimum viti & oleæ: quoniam tunc coitus est earum. hoc est illud quatrimum oleis decretorium, hic articulus Austrinus nubili spurci, quod diximus. Fruges quoque peiùs maturescunt Austrinis diebus, sed celerius. Illa sunt noxia frigora, quæ Septentrionibus aut præposteris fiunt horis. Hyemem quidem Aquiloniam esse, omnibus satis vtilissimum. Imbres verò tunc expectandi euidentis causa est, quoniam arbores fœtu exinanitas, & foliorum quoque amissione languidas, naturale est auidè esurire. Cibus autem earum imber. Quare tepidam esse hyemem, vt absumpto partu arborum, sequatur protinus cõceptus, id est germinatio, ac deinde alia florescendi exinanitio, inutilissimum experimentis creditur. Quinimo si plures ita continuantur anni, etiam ipsæ moriuntur arbores, quando nemini dubia pœna est in fame

a In vetustis
codic. numerus
desideratur, ex
Val. Max. re-
stituendus, qui
lib. 9. cap. 1. de
luxuria, hanc
Crassi domum
sexagies
h-s, æstimat,
hoc est, Coro-
natorum cẽ-
tum quin-
quaginta
millibus.
Nã quod hic
nonnulli sup-
ponendũ pu-
tarunt, h-s.
millies, ma-
iorẽ efficit sum-
mam, quàm vs-
fidem merea-
tur. Vide Bu-
deum in lib. 3.
de Assẽ.

Yame laborantium. Ergo qui dixit hyemes serenas optandas, non pro arboribus vota fecit. Nec per solstitia imbres vitibus conducunt. Hyberno quidem puluere lætiores fieri messes, luxuriãtis ingenij fertilitate dictum est. Alioqui vota arborum frugumque communia sunt, niues diutinas federe. Causa, non solum quia animã terræ, euanescentem exhalatione, includunt & comprimunt, retróque agunt in vires frugum atque radices: verum quod & liquorem sensim præbêt, purum præterea leuissimùmque, quãdo nix aquarum cælestium spuma est. Ergo humor ex his non vniuersus ingurgitans diluensque, sed quomodo sititur distillans, velut ex vbere alit omnia quæ non inundat. Tellus quoque illo modo fermentescit, & succi plena ac lactescentibus satis non effceta, cum tempus aperit, tepidis arridet horis. Ita maximè frumenta pinguescunt, præterquam vbi calidus semper aër est, vt in Ægypto. Continuatio enim & ipsa cõsuetudo, idem quod modus aliubi efficit: plurimùmque prodest vbi cūque, nõ esse quod noceat. In maiore parte orbis, cum præcoces excurrere germinationes, euocatæ indulgentia cæli, secutis frigoribus exuruntur. Qua de causa ferotina hyemes noxiæ syluestribus quoque, quæ magis etiam dolent virgente vmbra sua, nec adiuuante medicina: quoniã vestire teneras intorto stramento in syluestribus non est. Ergo tempestiuæ aquæ hybernis primùm imbribus, deinde germinationem antecedentibus. Tertium tempus est, cum educant poma, nec protinus, sed iam valido foetu. Quæ fructus suos diutius continent, longiorisque desiderant cibos, his & ferotina aquæ vtilis, vt viti, oleæ, Punicis. Hæ iam pluuiæ generis cuiusque arboribus diuerso modo desiderantur, aliis alio tempore maturantibus. Quapropter iisdem imbribus quædam lædi videas, alia iuuari, etiam in eodem genere, sicut in pyris: alio die hyberna quærunt pluuias, alio verò præcocia, vt pariter quidem omnia^a desiderent. Hybernum tempus est ante germinationem, quæ Aquilonem Austro vtiliorem^b facit. Ratio eadem mediterranea maritimis præfert (sunt enim plerunque frigidiora) & montosa planis, & nocturnos imbres diurnis. Magis fruuntur aquis sata, non statim auferente eas sole. Connexa & situs vinearum, arborumque ratio est, quas in oras debeant spectare. Virgilius ad Occasus feri damnauit. Aliqui sic malucere quàm in Exortu. A pluribus meridiem probari aduerto: nec arbitror perpetuum quicquam in hoc præcipi posse. Ad soli naturam, ad loci ingenium, ad cæli cuiusque minores dirigenda solertia est. In Africa Meridiem vineas spectare, & si viti inutile, colono salubre est, quoniã ipsa meridianæ subiacet plagæ: quapropter qui ibi in occasum aut Septentriones conferret, optimè miscebit solum cælo, cum Virgilius Occasus improbet. Nec de Septentrione relinqui dubitatio videtur. Atqui in Cisalpina Italia magna ex parte vineis ita positis, compertum est nullas esse fertiliores. Multum rationis obtinent venti. In Narbonensi prouincia atque Liguria, & parte Hetruriam, contra Circium ferere imperitia existimatur: eundemque obliquum accipere, prouidentia. Is nanque æstates ibi temperat, sed tanta plerunque violentia, vt auferat tecta.

De societate cæli & terræ ad arbores.

CAP. III.

Quidam cælum terræ parere cogunt: vt quæ in siccis serantur, Orientem ac Septentriones spectent: quæ in humidis, Meridiem. Nec non ex ipsis vitibus causas mutantur, in frigidis præcoces ferendo, vt maturitas antecedit algorem. Quæ poma vitisque rores oderint, contra Ortus, vt statim auferat sol: quæ ament, ad Occasus, vel etiam ad Septentriones, vt diutius eo fruuntur. Cæteri verò ferè rationem naturæ secuti, in Aquilonem obuertas vitis & arbores poni suasere. Odorationem etiam fieri talem fructum Democritus putat.

De qualitate regionum.

CAP. IIII.

Aquilonis situm, ventorumque reliquorum, diximus in secundo volumine, dicimusque proximo plura cælestia. Interim manifestum videtur salubritatis argumentum, quoniam in Meridiem etiam spectantium semper antè decidant folia. Similis & in maritimis causa. Quibusdam locis afflatus maris noxi, in plurimis iisdem vtilis: quibusdam satis è longinquo aspicere maria, iucundum: propius admouere salis halitum: inutile. Si milis & flu minum stagnorumque ratio. Nebulis adurunt, & æstuantia refrige-

rant opacitate, atque etiam rigore gaudent, quæ diximus. Quare experimentis optimè creditur. A cælo proximum est terræ dixisse rationem, haud faciliore tractatu. Quippe non eadem arboribus conuenit & frugibus plerunque: nec pulla, qualem habet Campania, vbi que optima vitibus, aut quæ tenues exhalat nebulas: nec rubrica multis laudata. Cretam in Albensium Pompeianorum agro & argillam cunctis ad vineam generibus anteponunt, quanquam præpingues, quod excipitur in eo genere. Inuicem fabulum album in Ticinensi, multisque in locis nigrum, itémque rubrum etiam pingui terræ permixtum, infœcundum est. Argumenta quoque iudicantium sæpe fallunt. Non utique letum solum est, in quo proceræ arbores nitent, præterquam illis arboribus. Quid enim abiete procerius? aut quæ vixisse possit alia in loco eodem? Nec luxuriosa pabula pinguis soli semper indicium habent. Nam quid laudatius Germaniæ pabulis? & tamen statim subest harena tenuissimæ cæspitum corio. Nec semper aquosa est terra, cui proceritas herbarum, non Hercule magis, quam pinguis, adhærens digitis, quod in argillis arguitur. Scrobes quidem regeſta in eos nulla complet, vt densa atque rara ad hunc modum deprehendi possit: ferrôque omnis rubiginem obducit. Nec grauis aut leuior iusto deprehenditur pondere. Quod enim pondus terræ iustum intelligi potest? Nec fluminibus aggeſta semper laudabilis, quando senescant fata quædam aqua. Sed neque illa quæ laudatur, diu, præterquam falici, utilis sentitur. Inter argumēta stipulæ crassitudo est, tanta alioquin in Laborino Campaniæ nobili campo, vt ligni vice vtantur. Sed idem solum vbi cunque arduum opere, difficile cultu, bonis suis acrius penè quam vitis posset, affligit agricolam. Et carbunculus, terra quæ ita vocatur, emendari vite macra putatur. Nam tophus scaber natura friabilis expetitur quoque ab autoribus. Virgilius & quæ silicem ferat, non improbat vitibus. Salsæque terræ multa melius creduntur, tutiora à vitis in nascētium animalium. Nec colles opere nudantur, si quis peritè fodiat. Nec campi omnes minus soles atque perflatus, quam opus sit, accipiunt. Et quasdam pruinis ac nebulis pasci dicimus vites. Omnium rerum sunt quædam in alto secreta, & suo cuique corde peruidenda. Quid, quod mutantur sæpe iudicata quoque, ac diu comperta? In Thessalia circa Larissam emisso lacu frigidior facta ea regio est, oleæque desierunt, quæ prius fuerant. Item vites aduri, quod non antea, Ænos sensit admoto Hebro. Et circa Philippos cultura siccata regio mutauit cæli habitum. At in Syracusano agro aduena cultor elapidato solo perdidit fruges luto, donec regeſsit lapides. In Syria leuem tenui fulco imprimunt vomerem; quia subest saxum exurens æstare semina. Iam in quibusdam locis similes æstus immodici, & frigori effectus. Est fertilis Thracia frugum rigore, æstibus Africa & Ægyptus. In Chalcia Rhodiorum insula locus quidam est in tantum fœcundus, vt suo tempore fatum demetant hordeum, sublatumque protinus ferant, & cum aliis frugibus metant. Glareosum oleis solum aptissimum in Venafrano, pinguiſſimum in Bætica. Pucina vina in saxo coquuntur. Cæcubæ vites in Pontinis paludibus madent. Tanta est argumentorum & foli varietas ac differentia. Cæsar Vopiscus, cum causam apud Censores ageret, campos Roseæ dixit Italiæ fumen esse, in quibus perticas pridie relictas gramen operiret. Sed non nisi ad pabulum probantur. Non tamen indociles natura nos esse voluit, & vitia confessa fecit, etiam vbi bona certa non fecerat. Quamobrem primùm crimina dicamus.

Genera terrarum.

CAP. V.

TERRAM amaram siue macrā si quis probare velit, demonstrat eam atræ degeneresque herbæ: frigidam autem retorridè nata. Item viginosam, tristia: rubricam oculi argillamque, operi difficillimas, quæque rastros ac vomeres ingentibus glebis onerent: quam non quod operi, hoc & fructui sit aduersum. Item è contrario cineraceam, & fabulum album. Nā sterilis densa callo facilè deprehenditur vel vno ictu cuspidis. Cato breuiter atque ex suo more vitia determinat: Terrā cariosam caue: nève plauſtro, nève pecore impellas. Quid putamus hac appellatione ab eo tantopere reformidari, vt penè vestigiis quoque interdicat? Redeamus ad ligni cariæ, & inueniemus illa, quæ in tantū abominatur, vitia

vitia, aridæ, fistulosæ, scabre, canescētis, excæsæ, & pumicosæ. Plus dixit vna significatione, quàm possit vlla copia sermonis enarrari. Est enim interpretatione vitiorum quædam non ætate (quæ nulla in ea intelligi potest) sed natura sua, anus terra: & ideo infœcûda ad omnia, atque imbecilla. Idem agrum optimum iudicat ad radicem montium planitie in meridiem excurrente, qui est totius Italiæ situs: terram verò teneram, quæ vocetur pulla. Erit igitur hæc optima & operi^a fatior. Intelligere modo libeat dicta mira significatione ^{a T. Scral. dicata.} tenerâ: & quicquid optari debet, in eo vocabulo inuenietur. Illa temperatæ vbertatis, illa mollis facilisque culturæ, nec madida, nec fitiens. Illa post vomerem nitescens: qualem fons ingeniorum Homerus in armis à Deo cælatam dixit, addiditque miraculum nigrescentis, quamuis fieret in auro. Illa, quam recentem exquirunt improbæ alites vomerem comitantes, coruque aratoris vestigia ipsa rodentes. Reddatur hoc in loco luxuriæ quoque sententia, & aliqua in propositû. Certè Cicero lux doctrinarum altera, Meliora, inquit, vnguenta sunt, quæ terrâ, quàm quæ crocum sapiunt. Hoc enim maluit dixisse, quàm redolent. Ita est profectò: illa erit optima, quæ vnguenta sapiet. Quod si admonendi sumus, qualis sit terræ odor ille qui quæritur, contingit sæpe etiam quiescente ea sub occasum Solis, in quo loco arcus cælestis deiecerit capita sua: & cum à siccitate continua immaduit imbre: tunc emittit illum suum halitum diuinum ex Sole conceptum, cui cõparari suauitas nulla possit. Is esse odor in commota debebit, repertusq; neminem fallat: ac de terra odor optimè iudicabit. Talis ferè est in noualibus cæsa vetere sylua, quæ cõsensu laudatur. Et in frugibus quidem serendis eadem terra vtilior intelligitur, quoties intermissa cultura quieuit: quod in vineis non fit. Eoque diligentius eligenda est, ne vera existat opinio eorum, qui iam Italiæ terram existimauere lassam. Operis quidem facultas in aliis generibus constat & cælo: nec potest arari post imbres aliqua, vbertatis vitio lentescens. Contrâ, in Byzacio Africæ illum centena quinquagena fruge fertilem campum, nullis, cum siccus est, arabilem tauris, post imbres vili asclo, & à parte altera iugianu vomerem trahente vidimus scindi. Terram enim terra emendari (vt aliqui præcipiunt) super tenuem pingui iniecta, aut gracili bibulâque super humidam ac præpinguem, demētia operæ est. Quid enim potest sperare, qui talem colit?

De terra, quam Britannia & Gallia amat.

C A P. VI.

Alia est ratio, quam Britannia & Gallia inuenere alendi cam ipsa: quod genus vocant margam. Spissior vbertas in ea intelligitur. Est autem quidam terræ adeps, ac velut glandia in corporibus, ibi densante se pinguitudinis nucleo.

De Cracorum circa hæc doctrina.

C A P. VII.

Non omisere & hoc Græci. Quid enim intentatum illis? Leucargillon vocant candidam argillam, qua in Megarico agro vtuntur, sed tantum in humida frigidâque terra. Illas Gallias Britanniasque locupletantes cum cura dici conuenit. Duo genera fuerant. Plura nuper exerceri cœpta proficiētibus ingeniis. Est enim alba, ruffa, columbina, argillacea, tophacea, harenacea. Natura duplex, aspera, aut pinguis. Experimenta vtriusque ⁴⁰ in manus, vsusque geminus, aut vt fruges tantum alant, aut edant & pabulum. Fruges alit tophacea alba: quæ si sit inter fontes reperta, est ad infinitum fertilis, verum aspera tractatu: & si nimia iniecta est, exurit solû. Proxima est ruffa, quæ vocatur capnumargos, intermisso lapide terræ minutæ, harenosæ. Lapis cõtunditur in ipso campo: primisque annis stipula difficulter cæditur propter lapides. Impendio tamē minimo leuitate dimidio minoris, quàm cæteræ, inuehitur. Inspergitur rara: sale eam misceri putant. Vtrūque hoc genus semel iniectum in l. annos valet, & frugum & pabuli vbertate.

De terrarum generibus.

C A P. VIII.

Quæ pingues esse sentiuntur, ex his præcipua alba. Plura eius genera. Mordacissimum, quod supra diximus. Alterum genus albæ cretæ argentaria est. Petitur ex alto, ⁵⁰ in centenos pedes actis plerunque puteis, ore angustatis, intus, vt in metallis, spatiâte vena. Hac maximè Britannia vtitur. Durat annis lxxx. Neq; est exemplum vllius, qui bis

in vita hanc eidem iniecerint. Tertium genus candidæ glifchromargon vocāt. Est autem creta fullonia mista pingui terra, pabuli quàm frugum fertilior, ita vt messe sublata ante fementem alteram lætissimā fecetur. Dum in fruge est, nullū aliud gramen emittit. Durat x x x. annis: densior iusto cymini modo strangulat solum. Colūbinam Gallia suo nomine eglecopalam appellat: glebis excitatur lapidum modo: sole & gelatione ita soluitur, vt tenuissimas bracteas faciat. Hæc ex æquo fertilis. Harenacea vtuntur, si alia nō sit: in vliginosis verò, & si alia sit. Vbios gētium solos nouimus, qui fertilissimum agrum colentes, quacunque terra infra tres pedes effossa, & pedali crassitudine iniecta lætificent. Sed ea non diutius annis x. prodest. Hedui & Piætones calce vberimos fecere agros: quæ fanè & oleis, & vitibus vtilissima reperitur. Omnis autem marga arato iniicienda est, vt medicamentum rapiatur: & fimi desiderat aliquantulum quæ primò plus aspera, & quæ in herbas non effunditur: alioqui nouitate, quæcunque fuerit, solum lædet, ne sic quidè primo pòst anno fertilis. Interest & quali solo quærat. Sicca enim humido melior, arido pinguis. Temperatæ alterutra, cretâ vel columbina conuenit.

De cineris usu, & de fimo, & quæ sata vberiore terram faciant, & que vrant.

C A P. I X.

TRanspadanis cineris vsus adeò placet, vt anteponant fimo iumentorum: quod quia leuissimum est, ob id exurunt. Vtroque tamen pariter non vtuntur in eodem aruo, nec in arbutis cinere, nec quasdam ad fruges, vt diximus. Sunt qui puluere quoque vvas ali iudicēt, pubescentésque puluerent, & vitium arborumque radicibus aspergāt. Quod certum est Narbonēsi prouinciæ, & vindemias certius sic eo coqui, quia plus puluis ibi, quàm sol, confert. Fimi plures differentiæ: ipsa res antiqua. Iam apud Homerum regius fenex agrum ita suis manibus lætificans reperitur. Augeas rex in Græcia excogitasse traditur: diuulgasse verò Hercules in Italia, quæ regi suo Stercutio Fauni filio ob hoc inuentum immortalitatem tribuit. M. Varro principatum dat turdorū fimo ex auariis. Quod etiã pabulo bouum suumque magnificat: neque alio cibo celerius pinguescere asseruat. De nostris moribus bene sperare est, si tanta apud maiores fuere auaria, vt ex his agri stercorarentur. Proximum Columella columbariis, mox gallinariis facit, natantium alitum damnato. Cæteri autores consensu humanas dapes ad hoc in primis aduocant. Alij ex his præferunt hominum potus, in coriariorum officinis pilo madefacto. Alij per sese, aqua iterum, largiúsque etiam, quàm cum bibitur, admista. Quippe plus iam ibi male domandum est, cum ad virus illud vini homo accesserit. Hæc sunt certamina, quibus inuicem ad tellurem quoque alendam vtuntur homines. Proximè spurcicias suum laudant. Columella solus damnat. Alij cuiuscunque quadrupedis ex cytiso. Aliqui columbaria præferunt. Proximum deinde caprarum est, ab hoc ouium, deinde bouum, nouissimū iumentorum. Hæc fuere apud priscos differentiæ, simulque præcepta (vt inuenio) re tali vtendi, quando & hic vetustas vtilior: visumque iam est apud quosdam prouincialium, in tantum abundante geniali copia pecudum, farinae vice cribris superiniici, foetore aspectuque temporis viribus in quandam etiam gratiam mutato. Nuper repertum, oleas gaudere maximè cinere è calcariis fornacibus. Varro præceptis adiicit, equino, quod sit leuissimum, segetes alendas: prata verò grauiore, & quod ex hordeo fiat, multasque gignat herbas. Quidam etiam bubulo iumentorum præferunt, ouillumque caprino: omnibus verò asininum, quoniam lentissimè mandant. E contrario vsus aduersus vtrunq; pronuntiat. Inter omnes autem constat nihil esse vtilius lupini segete, priusquam siliquetur, aratro vel bidentibus versa, manipulisve desectæ circa radices arborum ac vitium obrutis. Etiam vbi non sit pecus, culmo ipso, vel etiam filice stercorare arbitrantur. Cato stercus vnde fiat, stramenta, lupinum, paleas, fabalia, ac frondes ilignas, quernasq;. E segete euel lito ebulum, cicutam, & circum salicta herbam auctam, vluamque: ea substernito ouibus, frondemque putridam. Vineæ si macruerit, sarmenta sua comburito, & ibidem inarato. Itémque vbi saturus eris frumentum, oues ibi delectato. Necnon & satis quibusdam ipsis pasci terram dicit. Segetem stercorant fruges, lupinum, faba, vicia. Sicut è con-

è contrario cicer, quia vellitur, & quia falsum est, hordeum, fœnum Græcum, eruum, hæc omnia segetem exurunt, & omnia, quæ velluntur. Nucleos in segete ne indideris. Virgilius & lino segetem exuri, & auena, & papauere arbitratur. Fimeta sub dio cōcauo loco, & qui humorem colligat, stramento intecta, ne in sole arefcāt, palo è robore depacto fieri iubet. Ita fore ne innascentur his serpentes. Fimum miscere terræ, plurimum refert Fauonio flante, ac luna sitiente. Id plerique prauè intelligunt à Fauonij ortu faciendum, ac Februario mense tantùm, cùm id pleraque fata aliis postulent mensibus. Quocunq; tempore facere libeat, curandum vt ab Occasu æquinoctiali flante vento fiat, lunaque decrefcente ac sicca. Mirum in modum augetur vbertas effectusque eius obseruatione tali.

De satione arborum, & quod auulsione nascuntur arbores.

C A P. X.

A Bundè prædicta ratione cæli ac terræ, nunc de his arboribus dicemus, quæ cura hominum atque arte proueniunt. Nec pauciora propè sunt genera: tam benignè naturæ gratiam retulimus. Aut enim semine proueniunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut auulsione, aut furculo, aut insito & confecto arboris trunco. Nam folia palmarum apud Babylonios feri, atque ita arborem prouenire, Trogum credidisse demiror. Quædam autem pluribus generibus feruntur, quædam omnibus. Ac pleraque ex his natura ipsa docuit, & in primis semen ferere, cùm decidens exceptumque terra viuifceret. Sed quædam non aliter proueniunt, vt castanæ, iuglandes, cædis duntaxat exceptis. Et
 20 semine autem, quanquàm dissimili, ea quoque, quæ & aliis modis feruntur, vt vites, & mala, atque pyra. Nanque iis pro semine nucleus, non vt supra dictis fructus ipse. Et mespila semine nasci possunt. Omnia hæc tarda prouentu, ac degenerantia, & insito restituenda. Interdum etiam castanæ. Quibusdã natura contra, omnino non degenerandi, quoquo modo ferantur, vt cupressis, palmis, lauris. Nanque & laurus pluribus modis feritur. Genera eius diximus. Ex his augusta, & baccalis, & tinus simili modo feruntur. Baccæ mense Ianuario Aquilonis afflatu ficcante leguntur, expandunturque raræ, ne calefiant aceruo. Postea quidam fimo ad satum præparatas, vrina madefaciunt. Alij in qualo pedibus in profluente deculcant, donec auferatur cutis. Alioquin vlgo infestat, nec patitur nasci. In sulco repastinato palmi altitudine, vicanæ ferè aceruatim mense Martio: eadem &
 30 propagine feruntur: triumphalisque talea tantùm. Myrti genera omnia in Campania baccis feruntur, Romę propagine Tarentina. Democritus & alio modo feri docet, grandissimis baccarum tuis leuiter, ne grana frangantur, eaque intrita restem circumlini atque ita feri: parietem fore densitatis, ex quo virgulæ differantur. Sic & spinas sepis causa ferunt, tomice moris spinarum circumlita. Pilas autem laurus & myrti inopia à trimatu tempestiuum est transferre. Inter ea quæ semine feruntur, Mago in nucibus operosus est. Amygdala in argylla molli meridiem spectante feri iubet. Gaudere & dura calidæque terra: in pingui aut humida mori, ac sterilefcere. Serendas quàm maximè falcatas & è nouella, fimoque diluto maceratas per triduum, aut pridie quàm ferantur, aqua mulsæ. Mucrone defigi, aciem lateris in Aquilonem spectare: ternas simul ferendas trian-
 40 gula ratione, palmo inter se distantes: denis diebus adaquari, donec grandescant. Iuglandes nuces porrectæ feruntur commissuris iacentibus. Pineæ nucleis septenis ferè in ollas perforatas additis: aut vt laurus, quæ baccis feritur. Citrea grano & propagine: forba semine, & à radice planta, & auulsione proueniunt. Sed illa in calidis: forba & in frigidis & humidis. Natura & plantaria demōstrauit, multarum radicibus pullulante sobole densa, & pariente matre, quas enecet. Eius quippe vmbra turba indigesta premitur, vt in lauris, Punicis, platanis, cerasis, prunis. Paucorum in hoc genererami parcunt soboli, vt vlmorum palmarumque. Nullis verò tales pulluli proueniunt, nisi quarum radices amore solis atque imbris in summa tellure spatiantur. Omnia ea non statim moris est in
 50 sui locari, sed prius nutrice dari, atque in seminariis adulescere, iterumque migrare. Qui transitus mirum in modum mitigat etiam syluestres: siue arborum, quoque vt hominum natura, nouitatis ac peregrinationis auida est: siue discedentes virus relinquunt,

manfueſcuntque tractatu, ceu feræ, dum radici auellitur planta. Et aliud genus ſimile natura monſtrauit: auulſique arboribus ſtolones vixere. Quo in genere & cum perna ſua auelluntur, partemque aliquam è matris quoque corpore auferunt ſecum ſimbriato corpore. Hoc modo plantantur Punicæ, coryli, mali, ſorbi, meſpili, fraxini, ſici, in primis que vites. Cotoneum ita ſatum degenerat. Ex eodem inuentum eſt furculos abſciſſos ferere. Hoc primo ſepis cauſa factum, ſambucis, cotoneo, & rubis depactis: mox & culturæ, vt populis, alnis, ſalici, quæ vel inuerſo furculo feritur. Iam eæ ibi diſponuntur, vbi libeat eſſe eas. Quamobrem ſeminarij curam antè conuenit dici, quàm tranſeatur ad alia genera. Namque ad id præcipuum eligi ſolum refert, quoniam nutricem indulgentiorem eſſe, quàm matrem, sæpe cõuenit. Sit ergo ſiccum ſuccoſumque; bipalio ſubauctum, aduenis hoſpitale, & quàm ſimillimum terræ, in quam tranſferendæ ſint. Ante omnia elapidatum, munitumque ad incurſum etiam gallinacei generis. Quàm minimè rimofum, ne penetrans ſol exurat fibras. Interuallo ſeſquipedum ^a feri, ne ſe inter ſe contingant. Præter alia vitia etiã verminofa fiunt: ideo farriri conuenit sæpius, herbæſque euelli. Prætereã ſemina ipſa fructantia ſupputare, ac falcem pati conſueſcere. Cato & furcis crates imponi iubet, altitudine hominis, ad ſolem recipiendum: atque integri culmo ad frigora arcenda. Sic pirorum malorumque ſemina nutriri, ſic pineas nuceſ, ſic cupreſſos, ſemine ſatas & ipſas. Minimis id granis conſtat, vt vix perſpici quædam poſſint: non omittendo naturæ miraculo, è tam paruo gigni arbores, tanto maiore tritici & hordei grano, ne quis fabam reputer. Quid ſimile originis ſuæ habent malorum pyrorumque ſemina: hiſ principiis reſpueñt ⁴⁰ ſecures materiem naſci, in domita ponderibus immèſis præla, arbores velis, turribus muris que impellendis arietes. Hæc eſt naturæ vis, hæc potentia. Super omnia erit, è lacryma naſci aliquid, vt ſuo loco dicemus. Ergo è cupreſſo fœmina (mas enim, vt diximus, non gignit) pilulæ collectæ, quibus docui mēſibus ſiccatur ſole: ruptæque; emittunt ſemen, formicis mirè expetitur: ampliato etiã miraculo, tantuli animalis cibo abſumi natalè tantarum arborum. Seritur menſe aprili, area æquata cylindris, aut volgiolis, denſum: terraque; cribris ſupercernitur pollicis craſſitudine. Contra immane pondus attollere ſe non valet, retorqueturque ſub terra. Ob hoc parcitur veltigiis. Leniter rigatur à ſolis occaſu intrinis diebus, vt æqualiter bibat, donec erumpant. Differuntur poſt annum dodratali ſilo, cuſtodita temperie, vt viridi cælo ſerantur, ac ſine aura. Mirumque; dictu, periculum eo ³⁰ tantum die eſt, ſi rorauerit quantuluncunquẽ imbrem, aut ſi afflauerit. De reliquo tutæ ſunt perpetua ſecuritate, aquasque poſtea odere. Et zizipha grano ſeruntur menſe Aprilis. Tuberes melius inferuntur in pruno ſylueſtri, & malo cotoneo, & in calabrice: ea eſt ſpina ſylueſtris. Quæcunquẽ optimè & myxas recipit, vtiliter & ſorboſ.

De tranſferendis ſeminariis, & vlmis ſerendis, & ſcribibus.

C A P. X I.

Plantas ex ſeminario tranſferre in aliud, priuſquam ſuo loco ponantur, operoſè præcipi arbitror, licet translatione folia latiora fieri ſpondeant. Vlmorum, priuſquam folio veſtiantur, ſamara colligenda eſt circa Martias Calend. cum flauereſcere incipit. Deinde biduo in vmbra ſiccata ſerèda, deſa in refracto, terra ſuper minutatim cribrata craſſitudine quæ in cupreſſis. Pluuiæ ſi non adiuuent, rigandum. Differendæ ex arcarum ⁴⁰ venis poſt annum in vlmaria, interuallo pedali in vnãquamque; partem. Maritas vlmos autumno ferere vtilius, quia carent ſemine. Nam eæ è plantis ſeruntur. In arbuſtum quinquennes ſub vrbe tranſferunt, aut (vt quibuſdam placet) quæ vicenum pedum eſſe cœperunt. Sulco, qui nouenarius dicitur, altitudine pedum trium, pari latitudine, & eo amplius circa poſitas pedes terni vndique è ſolido adaggerantur. Arulas id vocant in Campania. Intervalla ex loci natura ſumuntur. Aridiores ſerèdas in campeſtribus conuenit. Populos & fraxinos, quia feſtinantiuſ germinat, diſponi quoque; maturiuſ conuenit, hoc eſt, ab Idibus Feb. plantis & ipſas naſcentes. In diſponèdis arboribus arbuſtiſque ac vineis, quincuncialis ordinum ratio vulgata & neceſſaria, non per flatu modo vtilis, verum & aſpectu grata, quocunquẽ modo intueare, in ordinẽ ſe porrigente verſu. Populis eadem ratio ſemine, qua vlmos, ſerendi: tranſferendi quoque è ſeminariis eadem & ſyluis. Ante omnia ⁵⁰ igitur

igitur in similem transferri terram aut meliorem oportet. Nec è tepidis aut præcõcibus in frigidos aut ferotinos fitus, vt neque ex his in illos. Præfodere scrobes antè (si fieri posset) tantò priùs, donec pingui cæspite obducantur. Mago ante annum iubet, vt solè pluuiasque combibât: aut si id conditio largita nõ sit, ignes in medio fieri ante menses duos, nec nisi post imbres in his feri. Altitudinem eorum in argilloso aut duro solo triù cubitorum esse in quamque partem. In prunis palmo amplius, & vbique caminata fossura ore compressiore sint. Nigra verò terra duo cubita, & palmum quadratis angulis. Eadè mensura Græci autores consentiunt, non altiores quino semipede esse debere, nec latiores duobus pedibus. Nusquam verò sesquipede minùs altos, quoniam in humido solo ad vicina aquæ perueniat. Cato, si locus aquosus sit, inquit, latos pedes ternos in faucibus, imòsque palmum & pedem, altitudine i i j. pedũ. eos lapide consterni: aut si nõ sit, periticis salignis viridibus. Si neque eæ sint, sarmentis, ita vt in altitudinem semipedè trahantur. Nobis adiiciendum videtur ex prædicta arborum natura, vt altiùs demittantur ea quæ summa tellure gaudent, tãquã fraxinus, olea. Hæc & similia quaternos pedes oportet demitti. Cæteris fat est, si altitudinis pedes ternos effecerint. Excide, inquit, radicem istam Papyrius Cursor imperator, ad terrorem Prænestinorũ Prætoris. ^{a Ly. Distrin-} Delstringi secu- ^{gi scroba sed} rius se teste, innoxiiũ abradi partes, quæ se nudauerint terra. Aliqui lapides rotundos sub- ^{& innoxium} iici malunt, qui & cõtineant humorem, & transmittant: non item planos facere, & à terreno arcere radicem, existimantes. Glarea substrata inter vtranque sentetiam fuerit. Ar- ^{abradi.} borem nec minorem bima, nec maiorem trima transferri quidam præcipiunt: alij, cùm annum impleat: Cato crassiorẽ quinq; digitis. Nõ omisisset idem, si attineret, Meridianam cæli partem signare in cortice, vt trãslata in iisdem & assuetis statueretur horis: ne Aquiloniæ Meridianis oppositæ solibus finderentur, & algerent Meridianæ Aquilonibus. Quod è diuerso affectant etiam quidam in vite ficoq; permutantes in contrariũ. Densiores enim folio ita fieri, magisque protegere fructum, & minùs amittere: ficumq; sic etiam scansilem fieri. Plerique id demum cauent, vt plaga deputati cacuminis meridiem spectet, ignari fissuris nimij vaporis opponi. Id quidem in horam diei quintam vel octauam spectare maluerim. Æquè latet non negligendum, ne radices mora inarescant, neve à Septentrionibus, aut ab ea parte cæli vsque ad Exortum brumalem vento flante ³⁰ effodiantur arbores, aut certè non aduersæ iis ventis radices præbeantur: propter quod emoriuntur, ignaris causæ agricolis. Cato omnes vêtos, & imbrem quoque in tota trãslatione damnat. Et hoc proderit, quamplurimũ terræ, in qua vixerint, radicibus cohærere, ac totas cæspite circunligari: cùm ob id Cato in corbibus transferri iubeat. Proculdubio vtilissimè quidam summam terrã cõtentus est subdi. Quidam Punicis malis substrato lapide non rumpi pomum in arboribus tradũt. Radices inflexas poni meliùs. Arborem ipsam ita locari, vt media sit totius scrobis, necessarium. Ficus si scilla (bulborum hoc genus est) seratur, ocyssimè ferre traditur pomũ, neque vermiculationi obnoxium: quo vitio non carent reliqua poma, similiter fata. Radicum eius magnam adhibendam curam, vt exemptas appareat, non euulsas, quis dubitet? Qua ratione & reliqua confessa ⁴⁰ omittimus, sicuti terram circa radices fistucato spissandam, quod Cato primum in ea re esse censet: plagam quoque à trunco oblini fimo, & foliis præligari præcipiens.

De interuallis plantandarum arborum, & umbris, & stillicidiis, & vbi plantari debeant.

C A P.

X I I.

Huius loci pars est ad interualla pertinens. Quidam punicas, & myrtos, & lauros densiores feri iusserunt, in pedibus ramen nouenis. Malos amplius paulò, vel magis etiam pyros, magisque amygdalas, & ficus: quod optimè diiudicabit ramorum amplitudinis ratio, locorũque, & umbræ cuiusque arboris: quoniam has quoq; obseruari oportet. Breues sunt, quamuis magnarum arborum, quæ in orbem ramos circinent, vt in malis, pyrĩsque. Eadem enormes cerasis, lauris. Iam quædam umbrarum proprietas. Iuglãdium grauis & noxia, etiam capiti humano, omnibũsque iuxtà satis. Necat germina & ⁵⁰ pinus, sed ventis vtraq; resistit, quoniam & protecta vinearũ ratione egent. Stillicidia pi-

a Reſinis, dif-
funditur. In
quam lectio-
nem conſen-
ſiunt ſerè o-
mnes antiqui
codices.

nus, quercus, ilicis ponderoſiſſima. Nullum cupreſſi, vmbra minima, & in ſe conuoluta. Ficorum leuis, quamuis ſparſa: ideóque inter vineas ſeri non vetantur. Ulmorum leuis, etiam nutriēs, quacunq; opacat. Attico hæc quoque videtur è grauiffimis: nec dubito, ſi emittantur in ramos: Conſtrictæ quidem vllius noxiam eſſe non arbitror. Iucunda & platani, quanquam craſſa. Licet gramini credere non ſoli, haud alia lætius operiente toros. Populo nulla, ludentibus foliis. Pinguis alno, ſed paſcens ſata. Vitis ſibi ſufficit, mobili folio, iactatúque crebro ſolem vmbra temperans: eodem graui protegens in imbre. Omnium ſerè leuis vmbra, quorum pediculi longi. Non faſtidienda hæc quoque ſcientia, atque non in vltimis ponenda, quando quibuſque ſatis vmbra aut nutritrix, aut nouerca eſt. Iuglandium quidem, pinorumque, & picearum, & abietis, quæcúque attigere, non dubiè venenum eſt. Stillicidij breuis definitio eſt. Omnium quæ proiectu frõdis ita deſcendunt, vt per ipſas non deſtuant imbres, ſtilla ſæua eſt. Ergo plurimum intererit hæc in quæſtione, terra in qua ſeremus, in quantum arbores quaſq; alat. Iam per ſe colles minora quærunt interualla. Ventofis locis crebriores ſeri conducit. Olea tamè maximo interuallo, de qua Catonis Italica ſententia eſt: in xxv. pedibus minimum, plurimum xxx. ſeri. Sed hoc variatur locorum natura. Non alia maior in Bætica arbor. In Africa verò (fides penes autores erit) miliarias vocari multas narrant à pondere olei, quod ferant annuo prouentu. Ideo lxxv. pedes Mago interuallo dedit vndique: etiam in macro ſolo ac duro, atque ventoſo, cùm minimum xlv. Bætica quidem vberrimas meſſes inter oleas metit. Illam inſcitiam pudendam eſſe conuenit, adultas interlucare iuſto plus, & in ſenectam præcipitare, aut (plerunq; ipſis qui poſuere, coarguētibus imperitiam ſuam) totas excidere. Nihil eſt fœdus agricolis, quam geſtæ rei pœnitentia, multò vt præſtet laxitate delinquere.

Quæ arbores tardè creſcant, & quæ celeriter: & de Sabina.

C A P. X I I I.

QVædam autem natura tardè creſcunt, & in primis ſemine tantùm naſcentia, & longo æuo durantia. At quæ citò occidunt, velocia ſunt, vt ficus, Punica, prunus, malus, pyrus, myrtus, ſalix: & tamen antecedunt diuitiis. In trimatu enim ferre incipiunt, oſtendentes & antè. Ex his lentiffima pyrus. Ocyſſima omnium cypirus, & pſeudocypirus frutex. Protinus enim floret, ſeménque profert. Omnia verò celeriùs adoleſcunt ſto- lonibus ablatis, vnámque in ſtirpem redactis alimentis. Eadem natura & propagines docuit. Rubi nanque curuati gracilitate & ſimul proceritate nimia, deſigunt rurfus in terrâ capita, iterúmque naſcuntur ex ſeſe, repleturi omnia, ni reſiſtat cultura, prout vt poſſint videri homines terræ cauſa geniti. Ita peſſima atque execranda res, propaginem tamen docuit, ac viuiradicem. Eadem autem natura eſt ederis. Cato propagari præter vitem tradit ficum, oleam, Punicam, malorum genera omnia, laurum, prunos, myrtos, nuceſ auellanas, & præneſtinas, platanum. Propaginú duo genera: ramo ab arbore depreſſo in ſcrobem quatuor pedum quoquò, & poſt biennium amputato flexu, plátáque tranſlata poſt trimatum: quas ſi longiùs ferre libeat, in qualis ſtatim, aut vaſis fictilibus defodere propagines aptiſſimum, vt in iis transferantur. Alterum genus luxurioſius, radices in ipſa arbore ſolicitando, traiectis per vaſa fictilia vel qualos ramis, terráque circumpaſtis: atque hoc blandimento impetratis radicibus, inter poma ipſa & cacumina (in ſumma enim cacumina hoc modo petuntur) audaci ingenio arborem aliam longè à tellure faciendi, eodem, quo ſuprà, biennij ſpatio abſciſſa propagine, & cum qualis illis ſata. Sabina herba propagine ſeritur & auulſione. Tradunt ſæce vini, aut è parietibus latere tuſo mirè ali. Iiſdem modis roſmarinum ſerunt & ramo, quoniam neutri ſemen. Rhododendron propagine & ſemine.

De ſatione arborum, & inſitione, & quomodo inuenta ſit tenera inſerendi emplaſtatio.

C A P. X I I I I.

SEmine quoque inſerere natura docuit, raptim auiú fame deuorato, ſolidóque, & alui tepore madido, cum fœcundo ſimi medicamine abiectò in mollibus arborum lecti-

cis, & ventis sæpe translato in aliquas corticum rimas: vnde vidimus cerasum in falice, platanum in lauro, laurum in ceraso, & baccas simul discolors. Tradunt & monedulam condentem semina in thesauros cauernarum, eiusdem rei præbere causas. Hinc nata inoculatio futoriæ simili fistula aperiendi in arbore oculus cortice exciso, seménque includendi eadem fistula sublatum ex alia. In ficis autem & malis hæc fuit inoculatio antiqua. Virgiliana quærit sinum in nodo gemmæ expulsi corticis, gemmámque ex alia arbore includit. Et hæc natura ipsa docuit. In sitionem autem casus, magister alius, & penè numerosior, ad hunc modum: Agricola sedulus casam sepi munimento cingens, quò minus putrescerent fudes, limen subdidit ex edera. At illæ viuaci morfu apprehensæ, suam ex alieno fecere vitam, apparuitque truncum esse pro terra. Aufertur ergo serra æqualiter superficies: læuigatur falce truncus. Ratio postea duplex: Et prima inter corticem lignumque inserendi. Timebant prisca truncum findere: mox inforare ausi medio. Ipsique medullæ calamum imprimebant, vnum inferentes: neque enim plures capiebat medulla. Subtilior postea ratio vel fenos adiicit, mortalitati eorum & numero succurrere persuasa, per media trunco leniter fisco, cuneoque tenui fissuram custodiète, donec cuspidatim decifus descendat in rimam calamus. Multa in hoc seruanda. Primum omnium, quæ patitur coitum talem arbor, & cuius arboris calamus. Variè quoque & non iisdem in partibus subest omnibus succus. Vitibus ficisque media sicciora, & è summa parte conceptus, ideo illinc furculi petuntur. Oleis circa medias succus: inde & furculi: cacumina sitionunt. Facillimè coalescunt, quibus eadem corticis natura, quæque pariter florentia eiusdem horæ germinationem succorumque societatem habent. Lenta enim res est, quoties humidis repugnant sicca, mollibus corticum duri. Reliqua obseruatio, ne fissura in nodo fiat: repudiat quippe aduenam inhospitalis duritia: vt in parte nitidissima, ne longior multo tribus digitis, ne obliqua, ne translucens. Virgilius ex cacumine inferi vetat. Certumque est, ab humeris arborum orientem æstiuum spectantibus furculos petendos, & è feracibus, & è germine nouello, nisi vetustæ arbori inferantur. ij enim robustiores esse debent. Præterea vt prægnantes, hoc est, gemmatione turgentes, & qui parere illo sperauerint anno. Bimi vtrique, nec tenuiores digito medio. Inferuntur autem & inuersi, cum id agitur, vt minor altitudo in latitudinem se fundat. Ante omnia gemmantes nitere cõueniet, nihil nusquam hulcerosum esse aut retorridum. Spei fauet medulla calami commissuræ, si in matre ligni corticisque iungatur. Id enim satius, quàm foris cortici æquari. Calami exacutio medullam ne nudet. Tenui tamen fistula detegat, vt fastigatio læui descendat cuneo, tribus non ampliore digitis. Quod facillimè contingit, tinctum aqua radentibus. Ne exacuatur in vento, nec cortex à ligno decedat alterutri. Calamus ad corticem vsque suum deprimatur. Ne luxetur, dum deprimatur: ne cortex replicetur in rugas. Ideo lacrymantes calamos inferi non oportet, non hercule magis, quàm aridos: quia illo modo labat humore nimio cortex, hoc vitali defectu non humescit neque concorporatur. Id etiam religionis seruant, vt luna crescente, vt calamus vtraque deprimatur manu. Et alioquin in hoc opere duæ simul manus minus nituntur, necessario temperamento. Validius enim demissi tardius ferunt, fortius durant: contraria ex diuerso. Ne hiscat nimium rima, laxèque capiat, aut ne parum: & exprimat, aut compressum necet. Hoc maxime præcauendum, vt præualidè accipientis trunco in media fissura relinquatur. Quidam vestigio fissuræ falce in truncis factò, falice præligant marginem ipsum. Postea cuneos figunt, continente vinculo libertatem dehiscendi. Quædam in plantario insita eodem die transferuntur. Si crassior truncus inferatur, inter corticem & lignum inferi melius, cuneo optimè offeo, ne cortice rumpatur laxato. Cerasi libro dempto finduntur. Hæ solæ & post brumam inferuntur. Dempto libro habent veluti lanuginem, quæ si comprehendit insitum, putrefacit. Incolumi cuneo adactum vtilissimè adstringitur. Inferere aptissimum quàm proximum terræ. si patiat nodorù trunciq; ratio. Eminere calami sex digitorum longitudine non amplius debent. Cato argillæ, vel cretæ harenam, fimumq; bubulum admisceri, atq; ita vsque ad lentorem subigi iubet, idque interponi & circunlini. Ex iis quæ

commentatus est, facile apparet illa ætate inter lignum & corticem, nec alio modo inferere solitos, aut vltra latitudinem duum digitorum calamos demittere. Inferi autem præcipit pyra ac mala per ver, & post solstitium diebus l. post vindemiam. Oleas autem & ficos per ver tantum, luna sitiente, hoc est, sicca. Præterea post meridiem, ac sine vëto Austro. Mirum, quod non contentus insitum munisse, vt dictum est, & cæspite ab imbre frigoribusque protexisse, ac mollibus bifidorum viminu fascibus, lingua bubula (herbæ id genus est) insuper obtegi iubet, eamque illigari opertam stramentis. Nunc abunde arbitrantur paleato luto libros farcire, duos digitos insito extante. Verno inferentes tempus vrget, incitantibus se gemmis, præterquam in olea, cuius diutissime oculi parturiunt minimumque succi habet sub cortice, qui nimius insitis nocet. Punicam verò & ficum, quamquam aliàs sicca sint, recrastinare minimè vtile. Pyrum vel florentem inferere licet, & in Maium quoque mensem protendere insitionem. Quod si longius afferantur pomorum calami, rapo infixos optimè custodire succum arbitrantur: seruari inter duos imbrices iuxta riuos vel piscinas, vtrinque terra obstructos.

De vite inferenda.

CAP. XV.

Vitium verò in scrobibus ficcis stramento opertos, ac deinde terra obrutos, vt cacumine existant. Cato vitem tribus modis inferit. Præfectam findi iubet per medullam, in eam furculos exacutos (vt dictum est) addi, medullas iungi. Altero, si inter sese vites contingant, vtriusque in obliquum latere cõtrario adrafo, iunctis medullis colligari. Tertium genus est, terebrare vitem in obliquum ad medullam, calamosque addere longos pedes binos: atque ita ligatum insitum, intritaque illitum operire terra, calamis subrectis. Nostra ætas correxit, vt Gallica vteretur terebra, quæ excauat, nec vrit: quoniam adustio omnis hebetat: atque vt gemmascere incipiens legatur calamus. Nec plus quam binis ab insito emerit oculis, vltimo vimine alligatus, binaque cicucideretur acie à duabus partibus, vt inde potius distillaret mucor, qui maximè vites infestat. Deinde cū euulsiessent flagella pedes binos, vinculum insiti incideretur, vbertati crassitudine permilla. Vitibus inferendis tempus dedere ab æquinoctio autumno ad germinationis initia. Satiuæ plantæ syluestrium radicibus inferuntur natura ficcioribus. Si satiuæ syluestribus inferantur, degenerat in feritatem. Reliqua cælo constant. Aptissima insitis siccitas. Huius enim remedium appositis ficilibus vasis modicus humor per cinerem distillat. Inoculatio rores amat leueis.

De emplastratione.

CAP. XVI.

Emplastri ratio & ipsa ex inoculatione nata videri potest. Crasso autem maximè cortici conuenit, sicut est ficis. Ergo amputatis omnibus ramis, ne succum auocent, nitidissima in parte, quaque præcipua cernatur hilaritas, exempta scutula (ita ne descendat vltra ferrum) cortici, imprimitur ex alia cortex par cum sui germinis mamma, sic compage densata vt cicatrici locus non sit, & statim fiat vnitas, non humorem, non afflatum recipiens: nihilominus tamen & luto munire, & vinculo melius. Hoc genus non pridem repertum volunt, qui nouis moribus fauent. Sed id etiam apud veteres Græcos inuenitur, & apud Catonem, qui oleam ficumque sic inferi iussit, mensura etiam præfinita secundum reliquam diligentiam suam: cortices scalpro excidi quatuor digitorum longitudine, & trium latitudine, atque ita coagmentari, & illa sua intrita oblini. eadem ratione & in malo. Quidam huic generi miscuere fissuram in vitibus, exëpta cortice tessella, furculo à latere plano adigendo. Tot modis insitam arborem vidimus iuxta Tiburtes Tulas, omni genere pomorum onustam, alio ramo nucibus, alio baccis, aliunde vite, ficis, pyris, Punicis, malorumque generibus. Sed huic breuis fuit vita. Nec tamen omnem experimentis assequi naturam possumus. Quædam enim nasci, nisi sponte, nullo modo queunt: eaque immitibus tantum & desertis locis proueniunt. Capacissima insitorum omnium dicitur platanus, postea robur: verum vtraque sapores corrumpunt. Quædam omni genere inferuntur, vt ficus & punicæ. Vitis non recipit emplastra, nec quibus tenuis ac caudus rimosusque cortex. Neque inoculationem siccæ, aut humoris exigui. Fertilissima omnium

omnium inoculatio, postea emplastratio. Sed vtraque infirmissima. Et quæ cortice nituntur tantum, vel leui aura ocyssimè deplantantur. Inferere firmissimum, & fœcundius, quàm ferere.

Exemplum huius rei.

CAP. XVII.

NON est omittenda raritas vnius exempli. Corellius eques Rom. Ateste genitus, inferuit castaneam suomet ipsam furculo in Neapolitano agro. Sic facta est castanea, quæ ab eo nomen accepit inter laudatas. Postea hæres eiusdem libertus Corellianam iterum inferuit. Hæc est inter eas differentia, illa copiosior, hæc Corelliana melior. Reliqua genera casus ingenio suo excogitavit, ac defractus ferere ramos docuit, cum pali defixi radices cepissent. Multa sic feruntur, in primis que ficus, omnibus aliis modis nascens, præterquam talea: optimè quidem, si vastiore ramo pali modo exacuto adigatur altè, exiguo super terram relicto capite, eoque ipso harena cooperto. Ramo feruntur & Punica, palis laxato prius meatu: item myrtus. Omnium horum longitudine trium pedum, crassitudine minus brachiali, cortice diligenter seruato, trunco exacuto. Myrtus & taleis feritur: morus talea tantum, quoniam ramo eam feri religio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum fatu nunc dicendum est. Seruandum in eo ante omnia, vt taleæ ex feracibus fiant arboribus: ne curuæ, neve scabræ, aut bifurcæ: neve tenuiores, quàm vt manum impleant: ne minores pedalibus: vt illibato cortice: atque vt sectura inferior ponatur semper, & quod erit ab radice: accumulaturque germinatio terra, donec robur planta capiat.

De cultura olearum, & quibus temporibus insitio fiat.

CAP. XVIII.

QUÆ custodienda in olearum cultura Cato iudicauerit, ipsius verbis optimè præcipiemus: Taleas oleaginas, quas in scrobe faturus eris, tripedaneas facito. Diligenterque tractato, ne liber laboret, cum dolabis aut secabis. Quas in seminario faturus eris, pedales facito: eas sic inserito: locus bipalio subactus sit, benèque glutus. Cum taleam demittis, pede taleam opprimito. Si parum descendat, malleo aut mateola adigito: cauetoque, ne librum scindas. Cum adigis, palo prius locum feceris, quò taleam demittas: ita melius viuet talea. Et vbi^a trinæ sunt, tum denique curæ sint, vbi liber se^a vertet. Si in scrobibus aut in sulcis seras, ternas taleas ponito. Eas diuatico supra terram, ne plus quatuor digitos transfuersos emineant, vel oculos ferito. Diligenter eximere oleam oportet, & radices quâ plurimas cum terra ferre. Vbi radices bene operueris, calcare bene ne quid noceat. Si quis quærat quod tempus oleæ ferendæ sit, agro sicco per sementem, agro læto per ver. Oliuetum diebus xv. ante æquinoctium vernum incipito putare. Ex eo die dies xl. rectè putabis. Id hoc modo putato. Quà locus rectè ferax erit, quæ arida erunt, & si quid ventus interfregerit, ea omnia eximito. Quà locus ferax non erit, id plus concidito, aratoque bene, enodatoque, stirpèsque leues facito. Circum oleas autumnò ablaqueato, & sterco addito. Qui oliuetum sæpissime & altissimè miscbit, is tenuissimas radices exarabit. Radices si sursum abibunt, crassiores fient, & eò in radices vires oleæ abibunt. Quæ genera olearum, vel in quo genere terræ viuere & feri debeant, quòque spectare oliueta, diximus in ratione olei. Mago in colle & siccis, & argilla, inter autumnum & brumam feri iussit. In crasso aut humido, aut subriguo, à messe ad brumam. Quod præcepisse eum Africæ intelligitur. Italia quidem nunc vere maximè ferit. Sed si & autumnò libeat, post æquinoctium xl. diebus ad Vergiliarum occasum. xiiij. foli dies sunt, quibus feri noceat. Africæ peculiare quidem in oleastro est inferere. Quidam æternitate consenscunt proxima adoptione virga emissa, atq; ita alia arbore ex eadem iuuenescète: iterumque & quoties opus sit, vt æuis eadem oliueta constent. Inferitur autem oleaster calamo & inoculatione. Olea, vbi quercus effossa sit, malè ponitur: quoniam vermes qui raucæ vocantur, in radice quercus nascuntur & transeunt. Non inhumare taleas, aut siccare prius quàm ferantur, vtilius compertum. Vetus oliuetum ab æquinoctio verno intra Vergiliarum exortu interradi alternis annis, melius in-

^a Reponendum, trinæ, ex Catone de Re rustica, cap. 43.

uentum: Item muscum circundare radici. Circunfodi autem omnibus annis à solstitio duum cubitorum scrobe pedali altitudine: stercoreari tertio anno. Mago idem amygdalas ab occasu Arcturi ad brumam feri iubet. Pyra nõ eodem tempore omnia, quoniam non æquè floreat. Eadem oblonga, aut rotunda, ab occasu Vergiliarum ad brumam. Reliqua genera media hyeme, ab occasu Sagittæ, Subsolanum, aut Septentrionem spectantia. Laurum ab occasu Aquilæ ad occasum Sagittæ. Connexa enim de tempore ferendi æquè ratio est. Vere & autumno id magna ex parte fieri decreuere. Est & alia hora circa Canis ortus, paucioribus nota, quoniam non omnibus locis pariter utilis intelligitur, sed haud o-mittenda nobis, non tractus alicuius rationem, verum naturæ totius indagantibus, In Cyrenaica regione sub Etesiarum flatu conferunt: necnon & in Græcia, oleam maximè in Laconia Cos insula & vites tunc ferit. Cæteri apud Græcos inoculare & inferere non dubitant, sed arborem non ferunt. Plurimumque in eo locorum natura pollet. Nanque in Ægypto omni ferunt mense, & vbicunque imbres æstiuæ non sunt, vt in India & Æthiopia. Necessariò post hæc autumno feruntur arbores. Ergo tria tempora eadem germinationis, ver, & Canis, Arcturique ortus. Neque enim animalium tantum est ad coitus auiditas, sed multo maior est terræ ac satorum omnium libido: qua tempestiuè vti, plurimum interest conceptus. Peculiare vti que in infitis, cum sit mutua cupiditas vtriusque coeundi. Qui ver probant, ab æquinoctio statim admittunt, prædicantes germina parturire, ideo faciles corticum esse complexus. Qui præferunt autumni, ab Arcturi ortu, quoniam statim radicem quandam capiant, & ad ver parata veniant, atque non protinus germinatio auferat vires. Quædam tamen statutum tempus anni habent vbique, vt cerasi & amygdalæ circa brumam, ferendi vel inferendi. De pluribus locorum situs optimè iudicabit. Frigida enim & aquosa verno conferi oportet, sicca & calida autumno. Communis quidem Italiæ ratio tempora ad hunc modum distribuit: Moro ab Idibus Februariis in æquinoctium, pyro autumni, ita vt brumam x v. nec minùs diebus antecedant. Malis æstiuæ & cotoneis, item sorbis, prunis, post mediam hyemem in Idus Februarias. Siliquæ Græcæ & Persicis ante brumam per autumni. Nucibus, iuglandi, & pineæ, & avel-lanæ, Græcæ, atque Castanæ, à Calendis Martiis ad Idus eisdem. Salici, genistæ, circa Martias Calendas. Hanc in siccis femine, illam in humidis virga feri diximus.

Quæ arbores societate gaudeant, & de disciplina ablaqueandi & accumulandi.

C A P. X I X.

ESt etiam noua inferendi ratio, ne quid sciens quidem præteream, quod vsquam inuen-nerim, Columellæ excogitata, vt affirmat ipse, qua vel diuersæ infociabilesque naturæ arborum copulentur, vt fici atque oleæ. Iuxta hanc feri ficum iubet, non ampliore interuallo, quàm vt contingi largè possit ramo oleæ quàm maximè sequaci atq; obedituro: eumque omni interim tempore edomari meditatione curuandi. Postea fico adepta vires (quod euenire trimæ aut vti que quinquenni solet) detruncata superficie, ipsumque deputatum, & vt dictum est, adraso cacumine: defigi in crure fici, custoditum vinculis, ne curuatura fugiat. Ita quodam propaginum infitorumque temperamento, triennio communi inter duas matres coalescere. Quarto anno abscissum totum adoptantis esse, non dum vulgata ratione, mihi certè satis comperta. Cæterò eadem illa de calidis frigidisque, & humidis & siccis supra dicta ratio, & scrobes fodere monstrauit. In aquosis enim neque altos, neque amplos facere expediet: aliter in æstuoso solo & sicco, vt quàm maximè accipiant aquam contineantque. Hæc & veteres arbores colendi ratio est. Feruentibus enim locis accumulans æstate radices operiuntque, ne solis ardor exurat. Aliubi ablaqueant, perflatúsque admittunt. Iidem hyeme cumulis à gelu vindicant. Contrà illi hyeme aperiunt, humorémque sitientibus quærunt. Vbicunque circunfodiendi arbores ratio in circuitu pedes in orbem ternos, neque id in pratis, quando amore solis humorisque in summa tellure oberrant. Et de arboribus hæc quidem fructus gratia ferendis inferendis-que in vniuersum sint dicta.

De salicis, & harundinetis, & cæteris cæduis ad perticas, palos.

C A P.

X X.

Hinc restat earum ratio, quæ propter alias feruntur, ac vineas maximè, cæduo ligno. Principatum in iis obtinent salices, quarum ratio fit loco madido: tamè refosso duos pedes & semipedè, talea sesquipedali, vel pertica, quæ utilior, quò plenior. Interuallo esse debent pedes seni. Trimæ pedibus binis à terra putatione coercètur, vt se in latitudinem fundant, ac sine scalis tondeantur. Salix enim fœcùdior est, quò terræ propior. Has quoque omnibus annis confodi iubent mense Aprili. Hæc est viminalium cultura. Perticalis & virga & talea feritur fossura eadem. Perticas ex ea cædi iustum est, quarto ferè anno. Et eæ autem senescentium propagine farciunt locum, pertica immersa, ac post annum recisa. Salicis viminalis iugera singula sufficiunt x x v. vineæ iugeribus. Eiusdem rei causa populus alba feritur bipedaneo pastinatu, talea sesquipedali, biduo siccata, palmipede interuallo, terra superiniecta duorum cubitorum crassitudine. Harundo etiamnum dilutiore, quàm hæ, solo gaudet. Seritur bulbo radice, quem alij oculum appellant, dodrantali scrobe, interuallo duùm pedum & semipedis: reficiturque ex sese vetere harundineto extirpato: quod utilius repertum, quàm castrare, sicut antea. Nanque inter se radices serpūt, mutuòque discursu nentur. Tempus inferendi, priusquàm oculi harundinum intumescant, ante Calen. Martias. Crescit ad brumam vsque, desinitque cùm durefcere incipit. Hoc signum, quod tempestiuam habet cæsuram: & hanc autem, quoties & vineam fodiendam putant. Seritur & transfuersa, non altè terra condita: erumpuntq; singulis oculis totidem plantæ. Seritur & deplantata pedali sulco binis obruptis gemmis, vt tertius nodus terram attingat prono cacumine, ne rores concipiat. Cæditur decrecente luna. Vineis anno siccata utilior, quàm viridis. Castanea pedamentis omnibus præfertur facilitate tractatus, perdurandi peruicacia, regerminatione cædua vel salice lætior. Quærit solum facile, nec non harenosum, maximèque sabulum humidum aut carbunculum, vel tophi etiam farinam, quamlibet opaco septétrionali que & præfrigido situ, vel etiam decliui. Recusat eadem Gallicam, rubricam, cretam, omnémque terræ fœcunditatem. Seri nuce diximus, sed nisi ex maximis non prouenit, nec nisi quinis aceruatim satis. Perfringi solū debet suprà ex Nouembri mense in Februariū: quo solutæ, sponte cadunt ex arbore, atque subnascuntur. Interualla sint pedalia vndique sulco dodrantali. Ex hoc seminario transferuntur in aliud, bipedali interuallo, plus biennio. Sunt & propagines, nulli quidem faciliores. Nudata enim radice, tota in sulco prosternitur. Tunc ex cacumine super terram relicto renascitur, & alia ab radice. Sed translata nescit hospitari, pauétque nouitatem. Biennio ferè postea profilit. Ideo nucibus potiùs, quàm viuiradicibus, plantaria cædua implentur. Cultura non alia, quàm suprà dictis fodiendis supputandisque per biennium sequens: de cætero ipsa se colit, vmbra stolonos superuacuos enecante. Cæditur intra septimum annum. Sufficiunt pedamèta iugeri vnus vicenis vinearum iugeribus, quando etiam ea bifida stirpe fiunt, durántque vltra alteram syluæ suæ cæsuram. Esculus similiter prouenit, cæsuræ triennio ferior, nimis morosa nasci. In quacūque terra feritur, nascitur è balano, sed non nisi esculi, scrobe dodrantali, interuallis duorū pedum feritur leuiter quater anno. Hoc pedamétum minimè putrescit, læsumque maximè fruticat. Præter hæc sunt cædua, quæ diximus, fraxinus, laurus, Persica, corylus, malus: sed tardiùs nascuntur, terramq; defixa vix tolerant, non modò humorem. Sambucus contra firmissima ad palum, taleis feritur, vt populus. Nam de cupresso satis diximus.

De culturis, & disciplina colendarum vinearum.

C A P.

X X I.

ET prædictis velut armamentis vinearum, restat ipsarū natura præcipua tradenda cura. Vitium surculi, & quarundam arborum, quibus fungosior intus natura est, geniculatis scaporum nodis interfepiunt medullam. Ferulæ ipsæ breues, & ad summa breuiiores, articulis vtique duobus internodia includunt. Medulla, siue illa vitalis anima est, ante se tendit, longitudinem impellens, quandiu nodis peruia patet fistula. Cùm verò cōcreti ademere transitum, repercussa erumpit, ab ima sui parte, iuxta priorem nodum, alternis

laterum semper inguinibus, ut dictum est in harundine ac ferula, quorum dextrum ab imo intelligitur articulo, læuum in proximo, atque ita per vices. Hoc vocatur in vite gemma, cum ibi cæspitem fecit. Antè verò quam faciat, in concauo oculus: & in cacumine ipso, germen. Sic palmites, nepotes, vuæ, folia, pampini gignuntur. Mirumque, firmiora esse in dextra parte genita. Hos ergo in furculis nodos, cum feruntur, medios secare oportet, ita ne profluat medulla. Et in fico quidem dodrantaes paxillo solo patefacto feruntur, sic ut descendant quæ proxima arbori fuerint, duo oculi extra terram emineant. Oculi autem in arborum furculis propriè vocantur vnde germinant. Hac de causa & in plantariis aliquando eodem anno ferunt, quos fuere laturos fructus in arbore: cum tempestiuè sati prægnantes, inchoatos conceptus aliubi pariunt. Ita satas ficos, tertio anno transferre facile. Hoc pro senescendi celeritate attributum huic arbori, ut citissimè proueniat. Vitium numerosior satas. Primum omnium nihil feritur ex his, nisi inutile, & deputatum in farmento. Opputatur autem, quicquid proximo tulit fructum. Solebat capitulatus vtrinque è duro furculus feri: eoque argumento malleolus vocatur etiam nunc. Postea auelli cum sua calce cœptus est, ut in fico: neque est aliud viuacius. Tertium genus adiectum etiamnum expeditius sine calce, propter quod sagittæ vocantur, cum intorti panguntur: iidem cum recisi nec intorti, trigemmes. Plures autem ex eodem furculo hoc modo fiunt. Serere è pampinariis sterile est: nec nisi fœcudo oportet. Quæ raros habet nodos, infœcunda iudicatur. At densitas gemmarum, fertilitatis indicium est. Quidam feri vetat, nisi eos, qui floruerint, furculos. Sagittas ferere minus vitale, quoniam in transferendo facile rumpitur, quod intortum fuit. Seruntur pedali, non breuioribus, longitudine, quinque, sexve nodorum. Pauciores tribus gemmis in hac mensura esse non poterunt. Inseri eodem die, quo deputentur, vtilissimum. Si multo postea necesse sit ferere custoditos, uti præcepimus, cauere utique, ne extra terram positi sole inarescant, ventoque aut frigore hebetentur. Qui diutius in sicco fuerint, prius quam ferantur, in aqua pluribus diebus reuifescant. Solum apricum & quam amplissimum in seminario, siue in vinea, bidente pastinari debet ternos pedes, bipalio alto marra reici quaternum pedum ferramento, ita ut in pedes binos fossa procedat. Fossam purgari, & extendi, ne crudum relinquatur: verum exigui mensura. Male pastinatum deprehendunt scamna inæqualia. Metienda est & ea pars, quæ interiacet, puluini. Surculi feruntur & in scrobe & in sulco longiore, super quos tenerrima ingeritur terra. Sed in gracili solo frustra, nisi substrato pinguiore. Nec minus, quam duos, integri oportet, & proximam attingi terram, & eodem paxillo deprimi & spissari. Interesse in plantario sesquipedes inter bina femina in latitudinem, in longitudinem semisses. Ita satas malleolos xxiij. mense recidere ad imum articulum, nisi ipsi parcat. Oculorum inde materia emicat, cum qua xxxvj. mense viuira dix transfertur. Est & luxuriosa ratio vites ferendi, ut quatuor malleoli vehemèti vinculo colligentur in parte luxuriosa: atque ita vel per ossa bubuli cruris, vel per cocta fictilia tracti, obruantur binis eminentibus gemmis. Humescunt hoc modo, recisiq; palmitè emittunt. Postea fistula fracta radix liberè capit vires, vuamque fert, & omnium corporum suorum acinos. In alio genere inuentu nouitio finditur malleolus, medullaque erasa, in se colligantur ipsi caules, ita ut gemmis parcatur omni modo. Tum malleolus in terra fimo mista feritur, & cum spargere cœpit caules, deciditur, foditurque sæpius. Talis vuæ acinos nihil intus ligni habituros Columella promittit, cum viuere femina ipsa perquam mirum sit, & medulla adempta nasci. Surculis etiam quibusnam sit articulatio arboris, non omittendum videtur. Nanque buxi tenuissimis quinque senisve colligatis depacti proueniunt. Quondam in obseruatione erat, ut defringeretur ex imputata buxo, aliter viuere non crediti. detraxere hoc experimenta. Seminarij curam sequitur vincarum ratio. Quinque generum hæ: Sparsis per terram palmitibus, aut per se vite subrecta, vel cum adminiculo sine iugo, aut pedatæ simplici iugo, aut compluuiatæ quadruplici. Quæ pedatæ ratio erit, eadè intelligitur eius quoq; in qua sine adminiculo vitis per se stabit. Id enim non fit, nisi pedamenti inopia. Simplici iugo constat porrecto ordine, quem canterium appel-

appellant. Melior ea vino, quando sibi ipsa nō obumbrat, assiduóque sole coquitur, & afflatum magis sentit, & celerius rorem dimittit: pampinationi quoq; & occationi, omniq; operi facilior. Super cætera deflorescit vtilius. Iugum fit pertica, aut harundine, aut crine, funiculóve, vt in Hispania, Brundisióque. Compluuiata copiosior vino est, dicta à cauis ædium compluuiis. Diuiditur in quaternas partes totidem iugis. Huius ferendi ratio dicetur, eadem valitura in omni genere, in hoc verò numerosior tantum. His verò tribus feritur modis: Optimè in pastinato, proximè in sulco, nouissimè in scrobe. De pastinatione dictum est.

De sulco, & vinearum putatione.

C A P. X X I I.

Sulco latitudo palæ satis est: scrobibus ternorum pedum in quaque partem. Altitudo in quocunque genere tripedalis, ideo nec vitis minor transferri debet, extatura etiamnum duabus gemmis. Emolliri terram minutis in scrobe ima sulcis, fimoque misceri, necessarium. Cliuosa altiores poscunt scrobes, præterea puluinatis à deuexitate labris. Qui ex his longiores fient, vt vites binas accipiant è diuerso, aluei vocabuntur. Esse vitis radicem in media scrobe oportet: sed ipsam innixam solido in Oriëtem æquinoctialem spectare: adminicula prima è calamo accipere. Vineas limitari decumano x v i i j. pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum transitus, aliisque transuersis limitibus denum pedum distingui per media iugera. Aut si maior modus sit, totidem pedum cardine, quot decumano, limitari. Semper verò quintanis feminari, hoc est, vt quinto quoque palo singulæ iugo paginæ includantur. Solo spisso, non nisi repastinato, nec nisi viuiradicem ferri: tenero & soluto, vel malleolum sulco, vel scrobe. In colles sulcos agere tranuersos, meliùs quàm pastinare, vt defluuia palis eorū cõtineantur. Aquoso cælo, vel sicco solo, malleolos ferere autumno, nisi si tractus ratio mutauit. Siccus enim & calidus autumno poscit feri, humidus frigidusque etiam veris exitu. In arido solo viuiradix quoque frustra feritur. Malè & in siccis malleolus, nisi post imbrem. At in riguis, vel frondes vitis, & vsque ad solstitium rectè, vt in Hispania. Quiescere ventos sationis die vtilissimum. Plerique Austros optant, Cato abdicat. interesse medio temperamento inter binas vites oportet pedes quinos: minimum autem læto solo pedes quaternos: tenui plurimū octonos. Vmbri & Marfi ad vicenos intermittunt arationis gratia in his quæ vocât porculeta. Pluuio & caliginoso tractu rariores poni, sicco densiores congruit. Subtilitas parsimonix compendia inuenit, cum vinea in pastinato feritur, obiter seminarium faciendi, vt viuiradix loco suo, & malleolus qui transferatur, inter vites & ordines feratur. Quæ ratio in iugero circiter xv j. m. viuiradicum donat. Interest autem biennium fructus, quo tardius in satouenit, quàm in translato. Viuiradix posita in vinea post annum refecatur vsque ad terrâ, vt vnus tantum emineat oculus, adminiculo iuxta affixo, & fimo addito. Simili modo & secundo anno reciditur, virésque cōcipit, & intra se pascit suffecturas oneri: aliàs festinatione pariendi gracilis ac emucida, ni cohibeatur castigatione tali, in foetum exeat tota. Nihil auidius nascitur: ac nisi ad pariendum vires seruentur, tota fit foetus. Pedamenta optima quæ diximus, aut ridicæ robore, oleaque: aut si nō sint, pali è iunipero, cupressoso, laburno, sambuco. Reliquorum generum sudes omnibus annis reciduntur. Saluberima in iugo harundo cōnexa fasciculis, durat quinis annis. Cùm breuiores palmites farmento iunguntur inter se funium modo, ex hoc arcus funeta dicuntur. Tertius vineæ annus palmitem velocem robustumq; emittit, & quem faciat ætas vitem. Hic in iugum insilit. Quidam tunc excæcant eum, supina falce auferendo oculos, vt noxia iniuria longiùs euocent. Vtilior enim consuetudo pariendi, satiùsque pampinos adiugatæ detergere, vsquequo placeat roborari eam. Sunt qui vetant tangi proximo anno quàm translata sit, neque ante lx. mensem falce curari: tunc autem ad tres gemmas recidi. Alij & proximo quidem anno recidunt, sed vt ternos quaternosve singulis annis adiciant articulos, quarto demum perducant ad iugum. Id vtrunque fructum tardum, præterea retorridum & nodosum reddit, pumilionum incremento. Optimum autem, matrem esse firmam, postea foetum audacem. Nec tutum est quod cicatricosum, magno imperitiæ

errore. Quicquid est tale, plagis nascitur, non è matre. Totas enim habet illa vires dum roboratur: & annuos accipit tota fœtus, cum permissum fuerit nasci. Nil natura portionibus parit. Quæ cum excreuerit, satis firma protinus in iugo collocari debet: si etiamnum infirmior erit, sub ipso iugo hospitari recisa: viribus, non ætate decernitur. Temerarium est, ante crassitudinem pollicarem viti imperare. Sequenti anno palmites saluentur pro viribus matris singuli aut gemini. Iidem & secuto, si cogit infirmitas, nutriantur: tertioque demum duo adiiciantur. Nec sunt plures quaternis vnquam permitendi. Breuitérque, non indulgendum est, & semper inhibenda fœcunditas. Ea est enim natura, vt parere malit, quàm viuere. Quicquid materiæ adimitur, fructui accedit. Illa femina mauult, quàm fructum gigni: quoniam fructus caduca res est. Sic perniciosè luxuriat: nec ampliat se, sed egerit. Dabit consilium & soli natura. In macro etiam si vites habeat, recisa intra iugum moretur, vt omnis fœtura sub eo exeat. Minimum id esse debet interuallum, vt attingat iugum, sperétque, nō teneat: adeò non recumbat in eo, nec delicatè se spargat. Ita temperetur hic modus, vt crescere etiam malit, quàm parere. Palmes duas trësve gemmas sub iugo habere debet ex quibus materia nascatur: tunc per iugum mergi alligarique, vt sustineatur iugo, non pendeat. Vinculo mox astrictus à tertia gemma alligari: quoniam & sic coercetur impetus materiæ, densioresq; citrà pampini exultant: cacumen religari vetant. Natura hæc est, deiecta pars aut præligata fructum dat, plurimùmque ipsa curuatura. Quod citrà est, materiem mittit, offensante crebro spiritu, & illa, quam diximus, medulla. Quæ ita emicuerit materia, fructum dabit anno sequente. Sic duo genera palmitum: Quod è duro exit, materiàmque in proximum annum promittit, pampinarium vocatur: at vbi supra cicatricem est, fructuarium. Alterum ex anniculo palmitis, semperque fructuarium relinquitur sub iugo, & qui vocatur custos. Hic est nouellus palmes non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, si vitis luxuria se consumpserit. Et alius iuxta eum verrucæ magnitudine, qui furunculus appellatur, si fortè custos fallat. Vitis antequàm septimum annum à furculo compleat, euocata ad fructum euanescit, ac moritur. Nec veterè placet palmitem in longū, & ad quartum vsque pedamentum emitti, quod alij dracones, alij iuniculos vocant, vt faciant quæ masculata appellât. Cum induruit vitis, pessimum in vinea traducere. Quinto anno & ipsi palmites intorquentur, singulæque è singulis materiæ emittuntur, ac deinde è proximis, priorèque amputantur. Semper custodem relinqui meliùs: sed is proximus viti esse debet, nec longior, quàm dictum est: & si luxuriauerint palmites, intorqueri: vt quatuor materias, vel duas, si vni iuga erit vinea, emittat. Si per se vitis ordinabitur sine pedamento, qualecunque initio adminiculum desiderabit, dū stare cōdiscat, & recta surgere. Cætera à primordio eadem. Diuidi autem putatione pollices æquali examine vndique, ne prægrauet fructus parte aliqua, obiter idem deprimens prohibebit in excelsum emicare. Huic vineæ trium pedum altitudo excelsior nutat, cæteris à quinto, dum ne excedat hominis longitudinem iustam. Iis quoque, quæ sparguntur in terra, breues ad innitendum caueas circundant, scrobibus per ambitum factis, ne vagi palmites inter se pugnent occursantes: maiórque pars terrarum ita supinam in tellure vindemiam metit. Siquidem & in Africa, & in Ægypto Syriæque, ac tota Asia, & multis locis Europæ hic mos præualet. Ibi ergo iuxta terram comprimi debet vitis, eodem modo & tempore nutrita radice, quo in iugata vinea, vt semper pollices tantùm relinquuntur, fertili solo cum tribus gemmis, graciliore quinis: præstâtque multos esse, quàm longos. Quæ de natura soli diximus, tanto potentiora sentientur, quanto propior fuerit vna terræ. Genera separari, ac singulis cōseri tractibus, vtilissimum. Mistura enim generum etiam in vino, nō modo in musto, discors. Aut si misceantur, nō alia, quàm pariter maturefcentia, iungi necessarium. Iuga altiora, quò lætior ager, & quò planior: item roscido, nebuloso, minùsque ventoso cōueniunt. Cōtrà, humiliora gracili & arido, æstuoso, ventisque exposito. Iuga ad pedamentum quàm arctissimo nodo vinciri oportet, vitem leui cōtineri. Quæ genera vitiù, & in quali solo cæloq; essent cōserenda, cum enumeraremus naturas earum & vinorum, notauimus: De reli-

reliquo cultu vehementer ambigitur. Plerique æstate tota post singulos rores confodi iubent vineam. Alij verant gemmantem: decuti enim oculos, tractuque intrantium deteri: & ob id arcendum procul omne quidem pecus, sed maximè lanatum, quoniam facillimè auferat gemmas: Inimicos & pubescente vua rastros: satisque esse vineam ter anno cõfodi, ab æquinoctio verno ad Vergiliarum exortum, & Canis ortu, & nigrescente acino. Quidam ita determinant: Veterem semel à vindemia ante brumam, cum alij ablaqueare & stercoreare fati putent. Iterum ab Idibus Aprilis, antequàm cõcipiat, hoc est, in v. Idus Maias. Deinde prius quàm florere incipiat, & cum defloruerit, & variante se vua. Peritiores affirmant, si iusto sæpius fodiat, in tantum tenerescere acinos, vt rumpantur. Quæ
 10 fodiantur, ante feruentes horas diei fodiendas conuenit: sicuti lutum neque arare, neque fodere: Fossione puluerem excitatum contra soles nebulasque prodesse. Pampinatio verna in confesso est, ab Idibus Maiis intra dies x. vtique antè quàm florere incipiat: & eam infra iugum debere fieri. De sequente variant sententiæ. Cum defloruerit, aliqui pampinandum putant: alij sub ipsa maturitate. Sed de his Catonis præcepta decernent. Nanque & putationū tradenda ratio est. Protinus hanc à vindemia, vbi cæli tepor indulget, adoriuntur. Sed hoc fieri nunquàm debet ratione naturæ ante Aquilæ exortum, vt in siderū causis docebimus proximo volumine. Imò verò fauonio, quoniam anceps culpa sit præproperæ festinationis. Si faucias recenti medicina mordeat quædam hyemis ruminatio, certum est gemmas earum frigore hebetari, plagasque findi, & cæli vitio exuri oculos lacryma distillante. Nam gelu fragiles fieri quis nesciat? Operarum ista computatio est in latifundiis, non legitima naturæ festinatio: quò maturius putantur aptis diebus, eò plus materiæ fundunt: quò serius, eò fructum vberiore. Quare macras prius conuenit putare, validas nouissimè. Plagam omnem obliquam fieri, vt facilè decidant imbres: & ad terram verti, quàm leuissima cicatrice acie falcis exacta, plagaque conuelata. Recidi autem semper inter duas gemmas, ne sit vulnus oculis in recisa parte. Nigram esse eam existimant: & donec ad syncera veniatur, recidendam: quoniam è vitiosa materie utilis non exeat. Si macra vitis idoneos palmites non habeat, ad terram recidi eam, nouosque elici vtilissimum. In pampinatione non hos detrahere pampinos, qui cum vua sint: id etenim
 20 uas supplantat, præterquàm in nouella vinea. Inutiles iudicantur in latere nati, non ab oculo: quippe etiam vua, quæ nascatur è duro rigescente, vt nisi ferro detrahi non possit. Pedamentum quidam inter duas vites vtilius putant statui: & facilius ablaqueantur ita: meliusque est vni iugæ vineæ, si tamè & ipsi iugo sint vires, nec flatu infesta regio. In quadripartita quàm proximum oneri adminiculum esse debet: ne tamen impedimentū sentiat ablaqueatio, cubito abesse, non ampliùs: ablaqueari autem prius, quàm putari, iubet. Cato de omni cultura vitium ita præcipit. Quàm altissimam vineam facito, alligatoque rectè, dum ne nimium constringas. hoc modo eam curato: Capita vitium putata circumfodito, arare incipito. Vltrò citroque fulcos perpetuos ducito. Vites teneras quamprimum propagato: veteres quàm minimū castrato. Potiùs, si opus fuerit, deiicito, biennioque post præcidito. Vitem nouellam refecari tum erit tempus, vbi valebit. Si vinea ab
 30 te caluata erit, fulcos interponito, ibique viuiradicem ferito. Vmbra à fulcis remoueto: crebroque fodito. In vinea veteri ferito ocymum. Si macra erit, quod granū capit, ne ferito: & circum capita addito sterco, paleas, vinaceas aut aliquid horunce. Vbi vinea frondere cœperit, pampinato. Vineas nouellas alligato crebro, ne caulis præfringatur. Et quæ iam in perticam ibit, eius pampinos teneros alligato leuiter, porrigitoque. Quæ vbi rectè steterint, vbi vua varia fieri cœperit, vites subligato. Vitis insitio vna est per ver, altera cū vua floret: ea optima est. Vineam veterem si in alium locum transferre voles, duntaxat brachium crassum primum deputato. Binas gemmas, nec ampliùs, relinquito. Ex radicibus bene effodito. Et caue radices ne faucies. Ita vti fuerit, ponito in scrobe, aut in sulco, operitoque, & bene occulcato. Eodemque modo vineam statuminato, alligato, laxatoque
 40 vti fuerat, crebroque fodito. Ocymum, quod in vinea feri iubet, antiqui appellabant pabulum, ymbræ patiens, quòd celerrimè proueniat.

SEquitur arbuti ratio, mirum in modum damnata Sarfennæ patri filioque, celebrata Scrofæ, vetustissimis post Catonem, peritissimisque: ac ne à Scrofa quidem, nisi vni Italiæ, concessa: cum tam longo iudicetur æuo, nobilia vina non nisi in arbutis gigni, & in his quoque laudatiora summis, sicut vberiora imis: adeò excelitate proficitur. Hac ratione & arbores eliguntur. Prima omnium vlmus, excepta propter nimiam frondem atinia. Deinde populus nigra, eadem de causa, minus densa folio. Non spernunt plerique & fraxinum, ficumque, etiam oleam, si non sit vmbrosa ramis. Harum satus cultusque abundè tractatus est. Ante tricesimum sextum mensem attingi falce vetantur. Alterna feruantur brachia: alternis putantur annis: sexto anno maritantur. Transpadana Italia, præter supra dictas, cornu, populo, tilia, acere, orno, carpino, quercu, arbutat agros: Venetia falice, propter vlginem foli. Et vlmus detruncata à media in ramorù scamna digeritur, nulla ferè x x. pedum altiore arbore. Tabulata earum ab octauo pede altitudinis dilatantur in collibus siccisque agris, à x i j. in campestribus & humidis. Meridianum solem spectare palmæ debent. Rami à proiectu digitorum modo subrigi, tonsili in his tenuium quoque virgultorum barba, ne obumbrent. Interuallum iustum arborum, si aretur solum, quadrageni pedes in terga frontemque, in latera viceni. Si non aretur, hoc in omnes partes. Singulis dena sæpe adnutriunt vites, damnato agricola minus ternis. Maritare, nisi validas, inimicum, enecante veloci vitium incremento. Serere tripedaneo scrobe necessarium, distantes inter sese arborémque singulis pedibus. Nihil ibi malleolis atque pastinationi, nulla fodiendi impendia: utpote cum arbuti ratio hac peculiari dote præitet, quòd in eodem solo feri fruges & vitibus prodest. Superque, quòd vindicans se altitudo, non, ut in vinea, ad arcendas animalium iniurias pariete, vel sepe, vel fossarum utique impendio muniri se cogat. In arbuto è prædictis sola viuiradicum ratio, item propaginum, & hæc gemina, ut diximus. Quorum in ipso tabulato maxime probata, quoniam à pecore tutissima est. Altera, deflexa vite vel palmite iuxta suam arborem, aut circa proximam cælibem. Quod supra terram est è matre, radi iubetur, ne fruticet. In terra non pauciores gemmæ quatuor obruuntur ad radicem capiendam: extrà in capite binæ relinquuntur. Vitis in arbuto quatuor pedes in longo constat, omni sulco tres lato, alto duos cum semipede. Post annum propago inciditur ad medullam, ut paulatim radicibus suis assuescat. Caulis à capite ad duas gemmas reciditur. Tertio totus mergus abscinditur, reponiturque altius in terram, ne ex reciso frondeat. Tolli viuiradix à vindemia protinus debet. Nuper repertum, draconem serere iuxta arborem: ita appellamus palmitem emeritum, pluribusque induratum annis. Hunc præcisum quàm maxima amplitudine tribus partibus longitudinis derafo cortice, quatenus obruatur, (vnde & rasilem vocant) deprimere sulco, reliqua parte ad arborem erecta, ocyllimum in vite. Si gracilis sit vitis aut terra, vsitatum est quàm proximè solum decidi, donec firmetur radix: sicut neque roscidam feri, neque à Septentrionis flatu. Vites Aquilonem spectare debent ipsæ, palmites autem earum Meridiem. Non est festinandum adputationem nouellæ, sed primò in circulos materies colligenda, nec nisi validæ putatio admouenda. Seniora ferè anno ad fructum arbuta, quàm vitis iugata. Sunt qui omnino putari vetant, priusquàm arborum longitudinem æquauerit. Prima falce sex pedes à terra recidatur, flagello infra relicto, & nasci coacto incuruatione materia. Tres ei gemmæ, non ampliùs, deputato supersint. Ex his emissi palmites proximo anno imis inferantur scamnis, ac per singulos annos ad superiora scandant relicto semper duramento in singulis tabulatis, & emissario vno, qui subeat, vsque quo placuerit. De cætero putatione omni, flagella quæ proximè tulerint, recidantur: noua circuncisis vndique capreolis spargantur in tabulatis. Vernacula putatio deiectis per ramos vitium crinibus circumuestit arborem, crinésque ipsos vuis: Gallica in traduces porrigitur, Æmilia viæ in ridicas, atinearum ambitu frondem earum fugiens. Est quorundam imperitia sub ramo vinculo suspendendi, suffocante iniuria: quando cõtineri debet vimine, non arctari

arctari. Quinimo etiam quibus falices superfunt, molliore hoc vinculo facere malunt: herbæque, Siculi quam vocant ampelodesimon: Græcia verò vniuersa iūco, cypero, vlua. Liberatam quoque vinculo per aliquot dies vagari, & inconditam spargi, atque in terra, quam per totum annum spectauerit, recumbere. Nanque vt veterina a iugo, & canes a cursu volutatio iuuat, ita tum & vitium porrigi lumbos. Arbor quoque ipsa gaudet assiduo leuata onere similis respiranti. Nihilque est in opere naturæ, quod nō exemplo dierum noctiumque aliquas vices feriarum velit. Ob id protinus à vindemia putari, & lassas etiamnum fructu edito, improbat, vt putatæ rursus alligentur alio loco. Nanque orbitas vinculi sentiunt vexatione non dubia. Traduces Gallica cultura bini vtrinque lateribus, si pes quadrageno distet spatio, quaterni si viceno, inter se obuij miscentur, alliganturque vnà conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati quæ deficiant: aut si breuitas non patiat, ipsorum, ad alligato protenduntur in viduam arborem vnco. Traducè bimum præcidere solebant. Oneratis enim vetustate melius donare tempus, vt trāsilem faciant, si largiatur crassitudo: aliàs vtile toros futuri draconis pasci. Vnum etiamnum genus est medium inter hoc & propaginē, totas supplantandi in terram vites, cuneisque findendi, & in sulcos plures simul ex vna propagādi, gracilitate singularum firmata circumligatis hastilibus, nec recisis qui à lateribus excurant pampinis. Nouariensis agricola traducum turba non contentus, nec copia ramorum, impositis etiamnum patibulis palmites circumuoluit. Itaq; præter soli vitia, cultura quoque torua fiunt vina. Alia cul-
 20 pa iuxta urbem Varacinis, quæ alternis putantur annis, non quia id viti conducatur, sed quia vilitate redditum impendia exuperent. Medium temperamētum in Carfeolano sequuntur: cariosasque tantum vitis partes incipientes inarescere deputando, cæteris ad vnam relictis, detracto onere superuacuo pro nutrimento omni est raritas vulneris. Sed nisi pingui solo talis cultura degenerat in labruscam. Arbuta arari quam altissimè desiderant, et si tantum frumenti ratio non exigit. Pampinari ea non est moris: & hoc compendium operæ. Deputantur cum vite pariter interlucata densitate ramorum; qui sint superuacui, & absumentur alimenta. Plagas ad Septentriones, aut ad Meridiem spectare vetuimus. Melius, si neque in Occasus Solis. Diu dolent talia quoque hulcera, & difficilè sanescunt, algendo nimis æstuandove. Non eadem in vite, quæ in arbutis, libertas, quoniam
 30 niam certa latera est faciliùs abscondere, quam detorquere, quò velis, plagas. In arborum tonsura supiniore velut calices faciendi, ne consistat humor. Viti adminicula addenda, quæ scandat apprehensa, si maiora sint.

De seruandis vuis, & morbis arborum.

C A P. XXIII.

Vitium generosarum pergulas quinquatribus putandas, & quarum seruare vvas libeat, decrecente Luna tradunt. Quæ verò interlunio sint putatæ, nullis animalium obnoxias esse. Alia ratione plena Luna noctu tondendas, cum sit ea in Leone, Scorpione, Sagittario, Tauro: atque in totum ferendas plena, aut crescente vtique, censent. Sufficiunt in Italia cultores deni in centena iugera vinearum. At abundè fatu cultuque arborum tractato, quoniam de palmis ac cytiso in peregrinis arboribus affatim diximus, ne quid desit, indicanda reliqua natura sit, magnopere pertinens ad omnia ea. In-
 40 festantur nanque & arbores morbis. Quid enim genitum caret his malis? Et syluestrium quidem perniciosos negant esse, vexarique tantum grandine in germinatione aut flore. Aduri quoque feruore, aut flatu frigidiorè præpostero die: quoniam suo frigora etiam profunt, vt diximus. Quid ergo? nonne & vites algore intereunt? Hoc quidem est, quo deprehendatur soli vitium, quoniam non euenit, nisi in frigido. Itaque per hyemes cæli rigorem probamus, non foli. Nec infirmissimæ arbores gelu periclitantur, sed maximæ: vexatisque ita cacumina prima inarescunt, quoniam præstrictus gelu non potuit eò peruenire humor. Arborum quidam communes morbi, quidam priuati generum. Communis vermiculatio est, sideratio, & dolor membrorum. Vnde partium debilitas,
 50 societate nominum quoque cum hominum miseris. Trunca dicimus certè corpora, & oculos germinum exustos, ac multa simili sorte. Itaq; laborant & fame, & cruditate, quæ

fiunt humoris quantitate. Aliquæ verò & obesitate: vt omnia quæ refinam ferunt, nimia pinguitudine in tedam mutantur: & cum radices quoque pinguescere cœpere, intereunt, vt animalia, nimio adipe: aliquando & pestilentia per genera, sicut inter homines, nunc feruitia, nunc plebs vrba vel rustica. Vermiculantur magis minúsve quædam, omnes tamen ferè: idque aues caui corticis sono experiuntur. Iam quidem & in hoc luxuria esse cœpit: prægrandesque roborum delatiore sunt in cibo: coffos vocant: atque etiam farina saginati, hi quoque altiles fiunt. Maximè autem arborum hoc sentiunt pyri, mali, ficis: minús, quæ amaræ sunt & odoratæ. Eorum qui in ficis existunt, alij nascuntur ex ipsis, alios parit qui vocatur cerastes. Omnes tamen in cerasten figurantur, sonumque edunt paruuli stridoris. Et forbus arbor infestatur vermiculis ruffis pilosis, atque ita emoritur. Mespilus quoque in senecta obnoxia ei morbo est. Sideratio tota cælo constat. Quapropter & grando in his causis intelligi debet, & carbunculatio, & quod pruinarum iniuria euenit. Hæc enim verno tepore inuitatis, & erumpere audētibus satis mollibus insidens, adurit lactescentes germinum oculos, quod in flore carbunculum vocant. Pruinæ perniciosior natura, quoniam lapsa perfidet, gelatque, ac ne aura quidem vlla depellitur, quia non fit nisi immoto aère & sereno. Proprium tamen siderationis est, ab ortu Canis siccitatum vapor, cum insitæ ac nouellæ arbores moriuntur, præcipuè ficus, & vites. Olea præter vermiculationem, quam æquè ac ficus sentit, clauum etiam patitur, siue fungum placet dici, vel patellam. Hæc est Solis exustio. Nocere tradit Cato & muscum rubrum. Nocet plerunque vitibus atque oleis nimia & fertilitas. Scabies communis omnium est. Impetigo, & quæ adnasci solent, cochleæ, peculiaria ficorum vitia: nec vbique. sunt enim quædam ægritudines & locorum. Verùm vt homini neruorum cruciatus, sic & arbori, ac duobus æquè modis. Aut enim in pedes, hoc est, radices erumpit vis morbi: aut in articulos, hoc est, cacuminum digitos, qui longissimè à toto corpore exeunt. Inarescunt ergo, & sunt apud Græcos sua nomina vtrique vitio. Vndique primò dolor, mox & macies earum partium fragilis, postremò tabes morbúsque non intrante succo, aut nõ perueniente: maximèque id fici sentiunt. Caprificus omnibus immunis est, quæ adhuc diximus. Scabies gignitur roribus lentis post Vergilias. Nam si rariores fuere, perfundunt arborem, non scalpunt scabie. Cæterùm si cadunt, siue imbres nimij fuere, alio modo ficus laborat radicibus madidis. Vitibus præter vermiculationem & siderationem morbus peculiaris articulatio, tribus de causis: vna, vi tempestatum germinibus ablatis: altera, vt notauit Theophrastus, in supinum excisis: tertia, culturæ imperitia læsis. Omnes enim earum iniuriæ in articulis sentiuntur. Siderationis genus est in his deflorescētibus roratio. Aut cum acini, priusquam crescant, decoquuntur in callum. Ægrotât & cum alere, læsis vredine attonsarum oculis. Et calore hoc euenit intempestiuo: quoniã omnia modo constant, certoque temperamento fiunt. Et culpa vinitorum colentiũ, cum præstringuntur, vt dictum est. Aut circumfossor iniurioso icu verberauit. Vel etiam subarator imprudens luxauit radices, corpúsve desquamauit. Est & quædam contusio falcis hebetioris. Quibus omnibus causis difficilius tolerant frigora aut æstus: quoniam in hulus penetrat omnis à foris iniuria. Infirmissima verò malus, maximèque quæ dulcis est. Quibusdam debilitas sterilitatem, non necem, affert, vt si quis pino cacumen auferat vel palmæ. Sterilescunt enim, nec moriuntur. Ægrotant aliquando & poma ipsa per se sine arbore, si necessariis temporibus imbres aut tepores vel afflatus defuere, aut contra abundaere. Decidunt enim, aut deteriora fiunt. Pessimum est inter omnia, cum deflorescentem vitem & oleam percussit imber, quoniam simul defluit fructus. Sunt ex eadem causa nascentes & erucæ dirum animal, eroduntque frondem, aliæ florem, oliuarum quoque, vt in Mileto: ac depastam arborem turpi facie relinquunt. Nascitur hoc malum tepore humido, & lento. Fit aliud ex eodem, si Sol acrior insecutus inussit ipsum vitium, ideoque mutauit. Est etiamnum peculiare oliuis & vitibus (araneũ vocât) cum veluti telæ inuoluunt fructum & absumunt. Adurunt & flatus quidam eas maximè, sed & alios fructus: vermiculationem & poma ipsa per se quibusdam annis sentiunt, mala, pyra, mespila, punica

punica. In oliua ancipiti euentu, quādo subeunt nati, fructum adimunt: augent, si in ipso nucleo fuere erodentes eum. Gigni illos prohibent pluuiæ, quæ fiunt post Arcturum. Eadem si Austrinæ fuere, generant, in drupis quoque, quæ maturescētes tunc sunt præcipuè caducæ. Id riguis magis euenit, etiam si non cecidere, fastidiendis. Sunt & culicum genera aliquibus molesta, vt glandibus, fico, qui vidētur ex humore nasci, tunc dulci subdito corticibus. Et ægrotatio quidem ferè in his est. Quædam temporum causæ, aut locorum non propriè dicuntur morbi, quoniam protinus necant, sicut tabes cum inuasit arborem, aut vredo: vel flatus alicuius regionis proprius, vt est in Apulia Atabulus, in Eubœa Olympias. Hic enim, si flauit circa brumam, frigore exurit arefaciens, vt nullis
10 postea solibus recreari possint. Hoc genere conualles & apposita fluminibus laborant, præcipuè que vitis, olea, ficus. Quod cum euenerit, detegitur statim in germinatione: in oliua tardiùs. Sed in omnibus signum est reuiuiscendi, si folia amiserit: alioquin, quas putres præualuisse, emoriuntur. Nonnunquam inarescunt folia, eademque reuiuiscunt. Aliæ in septentrionalibus, vt Põto, Phrygia, frigore aut gelu laborant, si post brumam continuauere xl. diebus. Et ibi autem, & in reliquis partibus, si protinus editis fructibus gelatio magna consecuta est, etiam paucis diebus necat. Quæ iniuria hominum constant, secundas habent causas. Pix, oleum, adeps, inimica præcipuè nouellis. Cortice in orbem detracto necantur, excepto subere, quod sic etiam iuuatur. Crassescens enim præstringit & strangulat. Nec adrachne offenditur, si non simul incidatur & corpus. Alioquin & cera-
20 sus, & tilia, & vitis corticem mittunt, sed nõ vitalem, nec proximum corpori, verum eum, qui subnascēte alio expellitur. Quarundam natura rimofus cortex, vt platanis. Tilia renascitur paulo minus, quàm totus. Ergo his, quarum cicatricem trahit, medentur luto fimoque. Et aliquando profunt, si nõ vehementior frigorū aut calorū vis secuta est. Quædam tardiùs ita moriuntur, vt robora & quercus. Refert & tēpus anni. Abieti enim & pino si quis detraxerit Sole Taurum vel Geminos transeunte, cum germinant, statim moriuntur. Eandem iniuriam hyeme passæ diutius tolerant. Similiter ilex, & robur, & quercus. Quod si angusta decorticatio fuit, nihil nocetur supra dictis. Infirmiores quidē & in solo gracili, vel ab vna tantum parte detractus interimit. Similem & decacuminatio rationem habet, cupressi, piceæ, cedri. hæ enim detracto cacumine, aut ignibus adusto
30 intereunt. Similem & depastio animalium. Oleam quidem etiam si lambat capra, sterilescere, autor est Varro, vt diximus. Quædam hac iniuria moriuntur. Aliqua deteriora tantum fiunt, vt amygdalæ: ex dulcibus enim transfigurantur in amaras. Aliqua verò etiam vttiliora, vt apud Chios pyrus, quam Phocida appellant. Nam detructio diximus quibus prodesset. Intereunt pleraque & fissa stirpe, exceptis vite, malo, fico, Punica. Quædam vel ab hulcere tantum. Ficus hæc iniuriam spernit, & omnia quæ resinam gignunt. Radicibus amputatis mori, minimè mirum est. Pleræque tamen non omnibus, sed maximis, aut quæ sunt inter illas vitales abscissis, moriuntur. Necant inuicem inter sese vmbra, vel densitate, atque alimenti rapina. Necat & edera vinciens. Nec viscum prodest, & cytissus, nec auro, quod alimon vocant Græci. Quorūdam natura non necat quidem,
40 sed lædit odore, aut succi mistura, vt raphanus & laurus vitem. Olfactatrix enim intelligitur, & tangi odore mirum in modum: ideo cum iuxta sit, auerti & recedere, saporemq; inimicum fugere. Hinc sumpsit Androcydes medicinam contra ebrietates, raphanum mandi præcipiens. Odit & caulem & olus omne, odit & corylum, ni procul absint, tristis atque ægra. Nitrum quidem & alumen, marina aqua calida, & fabæ putamina vel erui, vltima venena sunt.

De variis prodigiis siue ostentis in arboribus: de que oliueto publicam viam olim transgresso.

C A P. X X V.

INter vitia arborum, est & prodigiis locus. Inuenimus enim sine foliis natas: vitem & malum Punicam stirpe fructum tulisse, non palmite, aut ramis, vitem vuas sine foliis,
50 oleas quoque amississe folia baccis hærentibus. Sunt & miracula fortuita. Nam & oliua in totum ambusta reuixit: & in Bœotia derosæ à locustis ficus iterum germinauere. Mu-

tantur arbores & colore, fiuntque ex nigris candidæ, non semper prodigiosæ, & maxime quæ ex femine nascuntur, ut populus alba in nigram transit. Quidam & forbum, si in calidiora loca venerit, sterilefcere putant. Prodigio autem fiunt ex dulcibus acerba poma, aut dulcia ex acerbis, è caprifico ficis: aut contra, graui ostento, cum in deteriora mutantur, ex olea in oleastrum, ex candida vua & fico in nigras: ut Laodiceæ, Xerxis aduentu platano in oleam mutata: qualibus ostentis Aristandri apud Græcos volumen scætet, ne in infinitum abeamus: apud nos verò C. Epidij commentarij, in quibus arbores locutæ quoque reperiuntur. Subfedit in Cumano arbor graui ostento, paulò ante Pompeij Magni bella ciuilia, paucis ramis eminentibus. Inuentum Sibyllinis libris internicionem hominum fore, tantòque eam maiorem, quantò propius ab vrbe postea facta esset. Sunt prodigia, & cum alienis locis enascuntur, ut in capitibus statuarum, vel aris, & cum in arboribus ipsis alienæ. Ficus in lauro nata est Cyzici ante obsidionem. Simili modo Tralibus palma in basi Cæsaris Dictatoris circa bella ciuilia eius. Necnon & Romæ in Capitolio in capite bis bello Persei enata palma, victoriam triumphosque portendit: hac tempestatibus prostrata, eodem loco ficus enata est, M. Messalæ C. Cassij Censurum lustro. A quo tempore pudicitiam subuersam Piso grauis autor, prodidit. Super omnia, quæ vnquam audita sunt, erit prodigium in nostro æuo Neronis principis ruina factum in agro Marrucino, Vestij Marcelli è primis equestris ordinis oliucto vniuerso viam publicam transgresso, aruisque inde è contrario in locum oliueti profectis.

De remedijs morborum arborum.

C A P. XXVI.

Nunc expositis arborum morbis, consentaneum est dicere & remedia. Ex his quædam sunt communia omnium, quædam propria quarundam. Communia ablaqueatio, accumulatio, afflari radices, aut cooperiri, riguis dato potu vel ablato, fimi succo resectis, putatione leuatis onere. Item succo emisso quædam veluti detractio sanguinis, circumrasio corticis, vitium extenuatio, & domitura palmitum. Gemmas si frigus retortidas hirtasque fecerit, repumicatio, & quædam politura. Arborum iis aliæ magis, aliæ minus gaudent, veluti cupressus & aquam aspernatur, & fimum, & circumfossuram, amputationemque, & omnia remedia odit: quinetiam necatur. Riguis & vites, & Punicæ præcipuè aluntur. Ficus arbor ipsa riguis alitur, pomum verò eius marcescit. Amygdalæ si colantur fossione, florem amittunt. Nec infitas circumfodere oportet, priusquam validæ ferre cœperint poma. Plurimæ autem amputari sibi volunt onerosa ac superuacua, sicut nos vngues & capillum. Reciduntur veteres totæ, ac rursus à stolone aliquo resurgunt: sed non omnes, nec nisi quarum naturam pati diximus. Rigua æstiuus vaporibus vtilia, hyeme inimica, autumnò varia & ex natura soli: quippe cum vindemiator Hispaniarum stagnante solo vuas demetat. Cæteras maiore in parte orbis etiam pluuias autumnò aquas eriuari conuenit. Circa Canis ortum rigua maxime profunt, ac ne tunc quidem nimia, quoniam inebriatis radicibus nocent. Et ætas modum temperat. Nouellæ enim minus sitiunt. Desiderant autem maxime rigari, quæ assueuere. Contra siccis locis genita non expetunt humorem, nisi necessarium. Asperiora vina rigari utique cupiunt in Sulmo-nensi Italiæ agro, pago Fabiano, vbi & arua rigantur: mirumque, herbæ aqua illa necantur, fruges aluntur, & riguus pro sarculo est. In eodem agro bruma, tanto magis si niues iaceant gelétve, ne frigus vites adurat, circumfundunt riguis, quod ibi tepidare vocant, memorabili natura in amne solo. Sed idem ætate vix tolerandi rigoris.

De caprificatione, & stercoreatione.

C A P. XXVII.

Arbunculi ac rubiginum remedia demonstrabimus volumine proximo. Interim est & scarificatio quædam in remedijs: cum macie corticis ex ægritudine astringente se, iustoque plus vitalia arborum comprimente, exactam falcis aciem vtraque manu imprimentes, perpetuis incisuris deducunt, ac veluti cutem laxant. Salutare id fuisse, argumèto sunt dilatata cicatrices, & internato corpore expletæ. Magnaque ex parte similis hominum medici-

medicina & arborum est, quando earum quoque terebrantur ossa. Amygdalæ ex amaris dulces fiunt, si circumfosso stipite, & ab ima parte circumforato defluens pituita abstergeatur. Et vlmis detrahitur succus inutilis, supra terram foratis vsque ad medullam in se-necta, aut cum alimento nimio abundare sentiuntur. Idem & ficorú turgido cortice incifuris in obliquum leuibus emittitur. Ita fit ne decidant fructus. Pomiferis, quæ germinant, nec ferunt fructum, fissâ radice inditur lapis, fertilésque fiút. Hoc idem & amygdalis, è robore cuneo adacto. In pyris forbísque è teda, ac cinere & terra cooperto. Etiâ radices circuncidisse prodest vitium luxuriantium ficorúmque, & circuncisis cinerem addidisse. Fici serotinæ fiunt, si primæ grossi, cum fabæ magnitudinem excessere, detrahantur. Subnascuntur enim, quæ serius maturescunt. Eadem cum frôdere incipiunt, si cacumina rami cuiusque detrahantur, firmiores fertiliorésque fiunt. Nam caprificatione maturata, in ea culices nasci è grossis manifestum est: quoniâ cum euolauere, non inueniuntur intus grana, quæ in eos versa apparet. Exeundi tanta est auiditas, vt plerique aut pede relicto aut penna, pariter erumpant. Est & aliud genus culicum quos vocant centrinas, facis apum similes ignauia malitiâque, cû pernicie verorum & vtilium. Interimunt enim illos, atque ipsi moriuntur. Vexant & tincæ semina ficorum. Contra quas remedium, in eodem scrobe defodere Italicam lentiscum, inuersa parte quæ fuerit à cacumine. Vberri-
 10 tur. Subnascuntur enim, quæ serius maturescunt. Eadem cum frôdere incipiunt, si cacumina rami cuiusque detrahantur, firmiores fertiliorésque fiunt. Nam caprificatione maturata, in ea culices nasci è grossis manifestum est: quoniâ cum euolauere, non inueniuntur intus grana, quæ in eos versa apparet. Exeundi tanta est auiditas, vt plerique aut pede relicto aut penna, pariter erumpant. Est & aliud genus culicum quos vocant centrinas, facis apum similes ignauia malitiâque, cû pernicie verorum & vtilium. Interimunt enim illos, atque ipsi moriuntur. Vexant & tincæ semina ficorum. Contra quas remedium, in eodem scrobe defodere Italicam lentiscum, inuersa parte quæ fuerit à cacumine. Vberri-
 20 mas autem ficus rubrica amurca diluta, & cum fimo infusa radicibus frondere incipientium facit. Caprificorum laudantur maximè nigræ, & in petrosis, quoniam fruméta plurima habeant: caprificatio ipsa post imbrem. In primis autem cauendum, ne ex remediis vitia fiât: quod euenit nimia aut intempestiua medicina. Interlucatio arboribus prodest: sed omnium annorum trucidatio inutilissima. Vitis tantum tonsuram annuam quærit, alternam verò myrtus, Punicæ, oleæ, quia celeriter fruticescūt. Cæteræ rariùs tondêtur, nulla autumno. Ac ne radûtur quidem, nisi vere putatione. Plagæ ad vitalia sunt omnia, quæcunque non superuacua. Similis fimi ratio. Gaudent eo, sed cauendum ne in feruore folis admoueat, ne immaturû, ne validius quàm opus sit. Vrit vineas suillum, nisi quin quennio interposito, præterquàm si riguis diluatur. Et è coriariorum sordibus, nisi admista aqua. Item largius. Iustum existimant in denos pedes quadratos tres modios. Id quidem foli natura decernet. Columbino ac suillo plagis quoque arborum medêtur. Sed
 30 mala punica acida nascantur, ablaqueatis radicibus fimum suillum adhibent: eo anno vinolenta, proximo dulcia futura. Alij vrina hominis aqua mista riganda censent quater anno, singulis amphoris: aut cacumina spargi vino lasere diluto. Si findantur in arbore, pediculum intorqueri. Ficis vtique amurcam affundi. Cæteris arboribus ægris, sæcem vini: ac lupinum circa radices earum feri. Aqua quoque lupini decocti circumfusa, pomis prodest. Fici, cum Vulcanalibus tonuit, cadunt. Remedium est, vt antè stipula hordeacea aræ stringantur. Cerasos præcoces facit, cogitque maturefcere calx admota radicibus. Et hæc ante omnia poma interuelli melius est, vt quæ relicta sunt, grandescant.

De diuersis medicamentis arborum contra venenata animalia, & contra formicas, & contra noxia animalia.

C A P. X X V I I I.

40 QVædam pœna emendantur, aut morfu excitantur, vt palmæ & lentisci. Salsis enim aquis aluntur. Salis vim & cinis, sed leniorem, habet. Ideo ficis asperguntur ruta, ne fiant verminosæ, néve radices putrescant. Quin & vitium radicibus aquam salsam iubêt affundi, si sint lacrymosæ. Si verò fructus rarum decidant, cinerem aceto aspergi, ipsasq; illini, aut sandaracha, si putrescat vva. Si verò fertiles non sunt, aceto acri subacto cinere rigari atque oblini. Quod si fructum non maturent: priùs inarescentem, præcisarum ad radices plagam, fibrâsque, aceto acri & vrina vetusta madefacere, atque eo luto obruere, sæpe fodere. Olearum, si parum promiserit fructus, nudatas radices hyberno frigori opponunt, eaque castigatione proficiūt. Omnia hæc annua cæli ratione cõstant: & aliquândo ferius poscuntur, aliquando celeriùs. Necnõ ignis aliquid prodest, vt harundini. Am-
 50 busta namque densior mitiôrque surgit. Cato & medicamenta quædâ cõponit, mensuræ quoque distinctione, ad maiorum arborum radices amphoram, ad minorû vrnâ amur-

cæ, & aquæ portionem æquam, ablaqueatis priùs radicibus paulatim affundi iubens. In olea hoc amplius, stramētis antea circumpositis: item fico. Huius præcipuè veterem terram adaggerari radicibus: ita futurum, vt non decidant grossi, maiórque fœcunditas nec scabra proueniat. Simili modo, ne conuoluulus fiat in vinea, amurcæ cōgios duos decoctos in crassitudinem mellis, rursusque cum bituminis tertia parte, & sulphuris quarta sub dio coqui, quoniam exardescat sub tecto. Hoc vites circa capita ac sub brachiis vngi: ita non fore conuoluolum. Quidam contenti sunt fumo huius misturæ suffire vineas secundo fiatu, continuo triduo. Plerique non minus auxiliij & alimenti arbitrātur in vrina, quàm Cato in amurca, addita modo aquæ pari portione, quoniã per se noceat. Alij voluocem appellant animal prærodens pubescentes vuas: quod ne accidat, falces, cum sint exacutæ, fibrina pelle detergent, atque ita putant. Aut sanguine vrsino liniri volunt postputationem easdem. Sunt arborum pestes & formicæ. Has abigunt, rubrica ac piceliquida perunctis caudicibus. Necnon & pisce suspenso iuxta in vnum locum congregant. Aut lupino trito cum oleo radices linunt. Multi & has & talpas amurca necant: contraq; erucas, & mala ne putrescant, lacertæ viridis felle tangi cacumina iubent. Priuatim autem contra erucas ambiri arbores singulas à muliere incitati mensis nudis pedibus recincta. Item ne quod animal pastu malefico decerpit frondem, fimo bouum diluto aspergi folia, quoties imber intèruiat, quoniam ita abluatur virtus medicaminis, mira quædam excogitante solertia humana. Quippe cum auerti carmine grandines credant plerique: cuius verba inferere non equidem seriò ausim, quanquam à Catone prodita, contra luxata membra iungenda harūdinum fissuræ. Idem arbores religiosas lucosq; succidi permisit, sacrificio priùs factò: cuius rei rationem quoque eodem volumine tradidit.

C. PLINII SEC V N D I N A T V R A L I S H I S T O R I Æ

L I B E R X V I I I .

P R O O E M I V M .

Quod antiquis maximum studium agriculturæ fuit, & de horrorum singulari diligentia.

C A P V T I .



EQVITVR natura frugum hortorumque ac florum quæque alia præter arbores aut frutices benigna tellure proueniunt, vel per se tantum herbarum immensa contemplatione, si quis æstimet varietatem, numerum, flores, odores, coloresque & succos ac vires earum, quas salutis aut voluptatis hominum gratia gignit. Qua in parte primum omnium patrocinari terræ, & adesse cunctorum parenti iuuat, quanquam inter initia operis defensæ. Quoniam tamen ipsa materia intus accendit ad reputationem eiusdem parentis & noxia, nostris eam criminibus vrgemus, culpamque nostram illi imputamus. Genuit venena: sed quis inuenit illa, præter hominem? Cauere ac refugere alitibus ferisque satis est. Atque cum arbore exacuant liméntque cornua elephanti, & saxo rhinoceros, & vtroque apri dentium ficas, sciántque ad nocendum se præparare animalia: quod tamen eorum tela sua, excepto homine, venenis tingit? Nos & sagittas vngimus, ac ferro ipsi nocētius aliquid damus. Nos & flumina inficimus, & rerum naturæ elemēta. Ipsum quoque, quo viuitur, aërem in perniciem vertimus. Neque est vt putemus ignorari ea ab animalibus, quæ quidem quæ præpararent contra serpentium dimicationem, quæ post prælium ad medendum excogitarent, indicauimus. Nec ab villo, præter hominem, veneno pugnatur alieno. Fateamur ergo culpam, ne iis quidem, quæ nascun-

nascuntur, contenti: etenim complura eorum genera humana manu fiunt. Quid? non & homines quidem vt venena nascuntur? Atra ceu serpentium lingua vibrat, tabesque animi contrectata adurit culpātiū omnia, ac dirarum alitum modo, tenebris quoque suis & ipsarum noctium quieti inuidētium gemitu (quæ sola vox eorum est) vt inauspicatarum animantium vice obuij quoque vetent agere, aut prodesse vitæ. Nec vllū aliud abominati spiritus præmium nouere: quàm odisse omnia. Verùm & in hoc eadem naturæ maiestas, tanto plures bonos genuit ac frugi, quanto fertilior in iis quæ iuuant aliūque, quorum æstimatione & gaudio nos quoque, relictis æstuationi suæ istis hominum turbis, pergemus excolere vitam: eoque constantius, quò operæ nobis maior, quàm famæ, gratia expetitur. Quippe fermo circa rura est, agrestesque vsus, sed quibus vita honosque apud priscos maximus fuerit.

Quæ corona prima Romæ.

C A P. I I.

ARuorum sacerdotes Romulus in primis instituit, seque duodecimum fratrem^a appellauit inter illos, ab Acca Laurētia nutrice sua, spicea corona, quæ vitta alba colligaretur, in sacerdotio ei pro religiosissimo insigni data, quæ prima apud Rom. fuit corona: honosque is non nisi vita finitur, & exules etiam captosque comitatur. Bina tunc iugera Pop. Roma. satis erāt, nullique maiorem modum attribuit: quo seruos paulò antè principis Neronis, contemptis huius spatij viridariis, piscinas iuuat habere maiores: gratumque, si nō aliquem & culinas. Numa instituit Deos fruge colere, & mola falsa supplicare, atque (vt autor est Hemina) far torrere, quoniam tostum cibo salubrius esset. Id vno modo consecutum, statuendo nō esse purum ad rem diuinam, nisi tostum. Is & Fornacalia instituit farris torrendi ferias, & æquè religiosas terminis agrorum. Hos enim Deos tunc maximè nouerant: Seiāmque à ferendo, Segestam à segetibus appellabant: quarum simulachra in Circo videmus. ^b Tertiā ex iis nominare sub tecto religio est. Ac ne degustabant quidem nouas fruges aut vina, antequam sacerdotes primitias libassent.

^a T. appellauit. Inter illos Acca Laurētia nutrice suæ genitor:

^b Hanc Macrobius lib. 1. Saturn. c. 16. Tutulmam nominat: ideoque à Romanis cultam ait, vt conditas iā fruges incorruptas tuereur. Vide Cael. Rhod. Antiq. lib. 1. cap. 30.

De iugere, & actu, & legibus circa pecora, & quoties, & quibus temporibus fuit summa vitæ annona, & qui agricultura illustres.

C A P. I I I.

IVgerum vocabatur, quod vno iugo boum in die exarari posset. Actus, in quo boues agerentur, cum aratur, vno impetu iusto. Hic erat c x. pedum: duplicatusque in longitudinem iugerum faciebat. Dona amplissima Imperatorum ac fortium ciuium, quantum quis vno die plurimum circumarauisset. Item quartarij farris, aut hemiræ, conferente populo. Cognomina etiam prima inde, Piloni, qui pilum pistrinis inuenerat: Pisonis, à pisendo. Iam Fabiorum, Lætulorum, Ciceronum, vt quisque aliquod optimè genus fereret. Iuniorum familiæ Bubulcum nominauerunt, qui bubus optimè utebatur. Quin & in sacris nihil religiosius confarrationis vinculo erat: nouæque nuptæ farreum, præferabant. Agrum malè colere, Censorium probum iudicabatur. Atque (vt refert Cato) quem virum bonum colonum dixissent, amplissimè laudasse existimabant. Hinc & locupletes dicebant, loci, hoc est, agri plenos. Pecunia ipsa à pecore appellabatur. Etiam nunc in tabulis Censoriis pascua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solum vectigal fuerat. Mulctatio quoque nō nisi ouium bouumque impendio dicebatur: non omittenda prisca legum beneuolentia. Cautum quippe est, ne bouem, priusquam ouem, nominaret, qui indiceret mulctam. Ludos bouum causa celebrantes, bubetios vocabant. Seruius rex, ouium bouumque effigie primus æs signauit. Frugem quidem aratro quæsitam furtim noctu pauisse, ac tecuisse, puberi x i j. tabulis capitale erat: suspensumque Cereri necari iuebant grauius quàm in homicidio conuictū: impubem Prætoris arbitrato verberari, noxamve duplionemve decerni. Iam distinctio honosque ciuitatis ipsius non aliunde erat. Rusticæ tribus laudatissimæ eorum qui rura haberent. Urbanæ verò in quas transferri ignominia esset, desidia probro. Itaque quatuor solæ erant à partibus vrbis, in queis habitabāt, Suburrana, Pallatina, Collina, Exquilina. Nūdinis vrbem reuisitabant. & ideo comitia nudinis haberi non licebat, ne plebs rustica auocaretur. Quies somnusque in stramentis erat. Gloriam denique ipsam à farris

honore adorem appellabant. Equidem etiam verba priscae significationis admiror. Ita enim est in commentariis Pontificum: Augurio canario agendo dies constituentur, priusquam frumenta vaginis exeant, & antequam in vaginas perueniant. Ergo iis moribus non modo sufficiebant fruges, nulla provinciarum pascente Italiam, verumetiam annonae vilitas incredibilis erat. Manius Marcius Aedilis plebis primum frumentum populo in modios assibus donauit. Minutius Augurinus, qui Sp. Melium coarguerat, farris pretium in trinis nundinis ad assem redegit vndecimus plebei Tribunus: qua de causa statua ei extra portam Trigeminam, à populo stipe collata statuta est. Trebius in Aedilitate assibus populo frumentum praestitit. Quam ob causam & ei statuae in Capitolio ac Palatio dicatae sunt. Ipse supremo die populi humeris portatus in rogam est. Verum quo anno Mater Deum aduecta Romam est, maiorem ea aetate, quam antecedentibus annis x. factam esse tradunt. M. Varro autor est, cum L. Metellus in triumpho plurimos duxit elephantos, assibus singulis farris modios fuisse, item vini congios, ficique siccae pondo xxx. olei pondo x. carnis pondo xij. Nec è latifundiis singulorum contingebat arcentium vicinos. Quippe etiam lege Stolonis Licinij incluso modo diiugerum, & ipso sua lege damnato, cum substituta filij persona amplius possideret. Luxuriantis iam Reipublicae fuit ista mensura. Manij quidem Curij post triumphos immensumque terrarum adiectum imperio nota concio est, perniciosum intelligi ciuem, cui septem iugera non essent satis. Haec autem mensura plebei post exactos reges assignata est. Quanam ergo tantae vbertatis causa erat? Ipsorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri (vt fas est credere) gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore: siue illi eadem cura femina tractabant, qua bella, eademque diligentia arua disponebant, qua castra: siue honestis manibus omnia laetius proueniunt, quoniam & curiosius fiunt. Serentem inuenerunt dati honores Serranum, vnde cognomen. Aranti quatuor sua iugera in Vaticano, quae prata Quintia appellantur, Cincinnato Viator attulit Dictaturam, & quidem vt traditur nudo, plenoque pulueris etiamnum ore. Cui Viator, Vela corpus, inquit, vt proferam Senatus populique Romani mandata. Tales tum etiam Viatores erant: quod ipsum nomen inditum est subinde & ex agris Senatum ducisque accersentibus. At nunc eadem illa vinciti pedes, damnatae manus, inscripti vultus exercent: non tamen furda tellure, quae parens appellatur, colique dicitur & ipsa: honore his asumpto, vt non inuita ea, & indignè ferente, credatur id fieri. Sed nos miramur erga cultorum non eadem emolumenta esse, quae fuerint Imperatorum. Igitur de cultura agri praecipere principale fuit etiam apud externos. Siquidem & reges fecere, Hiero, Philometor, Attalus, Archelaus: & duces, Xenophon, & Pœnus etiam Mago: cui quidem tantum honorem Senatus noster habuit Carthagine capta, vt cum regulis Africae bibliothecas donaret, vnus eius duodetriginta volumina censeret in Latinam linguam transferenda, cum iam M. Cato praepcepta condidisset: peritisque linguae Punicae dandum negotium, in quo praecessit omneis vir clarissimae familiae D. Syllanus. Sapietes verò complures, quos sequentes praetexuimus in hoc volumine, non ingratè nominando M. Varrone, qui octogesimum primum vitae annum agens, de ea re prodendum putauit.

Ratio de agricultura.

CAP. IIII.

A pud Romanos multo serior vitium cultura esse coepit. Primoque, vt necesse erat, arua tantum coluere. Quorum nobis ratio nunc tractabitur non vulgari modo, verum, vt adhuc fecimus, & vetustis & postea inuentis omni cura perquisitis, causaque rerum & ratione simul eruta. Dicemus & sydera, syderumque ipsorum terrestria signa dabimus indubitata. Quandoquidem qui adhuc ea diligentius tractauere, quibusvis oratoribus potius, quam agricolis scripsisse possunt videri. Ac primum omnium oraculis maiore ex parte agemus, quae non in alio vitae genere plura certiorave sunt. Cur enim non videantur oracula, à certissimo die, maximèque veridico vsu profecta? Principium autem à Catone sumemus.

^f Ly. Deo,

LAW

Laus agricolarum, & quæ obseruanda in agro parando.

C A P.

V.

Fortissimi viri & milites strenuissimi ex agricolis gignuntur, minimèque malè cogitantes. Prædium ne cupide emas. In re rustica operæ ne parcas, in agro emendo minime. Quod malè emptum est, semper pœnitet. Agrum paraturos ante omnia intueri oportet^a aquarum vim, & vicinum. Singula magnas interpretationes habêt, nec dubias. Cato in conterminis hoc amplius æstimari iubet, quo pacto niteât. In bona^b est, inquit, regione bene nitere. Attilius Regulus ille Punico bello bis Consul aiebat, neque fœcundissimis locis insalubrem agrum parandum, neque effœtis saluberrimum. Salubritas loci non semper incolarum colore detegitur, quoniam assueti etiam in pestilentibus durant. Prætereà sunt quædam partibus anni salubria: nihil autem salutare est, nisi quod toto anno salubre. Malus est ager, cum quo dominus luctatur. Cato inter prima spectari iubet, vt solum sua virtute valeat, qua dictum est positione. Vt operariorum copia propè sit, oppidumque validum: Vt nauigiorum euectus vel itinerum: Vt bene ædificatus & cultus, in quo falli plerosque video. Segnitiam enim prioris domini pro emptore esse arbitrantur. Nihil est damnosius deserto agro. Itaque Cato, De bono domino melius emi nec temere contemnendam alienam disciplinam: agròque, vt homini, quamuis quæstuosus sit, si tamen & sumptuosus, non multum superesse. Ille in agro quæstuosissimam indicat vitè, non frustra, quoniam ante omnia de impensæ ratione cauit. Proximè hortos riguos: nec id falsò, si sub oppido sint. Et prata, antiqui parata dixere. Idemque Cato interrogatus, quis esset certissimus quæstus, respondit, Si bene pascas. Quis proximus? Si mediocriter pascas. Summa omnium in hoc spectando fuit, vt fructus is maximè probaretur, qui quàm minimo impendio constaturus esset. Hoc ex locorum occasione aliter alibi decernitur. Eodemque pertinet, quòd agricolam vendacem esse oportere dixit. Fudum in adolescentia conferendum sine cunctatione, ædificandum non nisi cõsito agro. Tunc quoque cunctanter: optimumque est (vt vulgò dixere) aliena infania frui, sed ita, vt villarum tutela non sit oneri. Eum tamen qui bene habitet, sæpius ventitare in agrum, frontemque domini plus prodesse quàm occipitium, non mentiuntur.

De villarum positione, & præcepta antiquorum de agro colendo.

C A P.

V I.

Modus hic probatur, vt neque fundus villam quærat, neque villa fundum. Non vt fecerunt iuxta diuersis eadem ætate exemplis L. Lucullus & Q. Scæuola, cum villa Scæuolæ^c fundus careret, villa Luculli agro. Quo in genere Censoria castigatio erat, minus arare, quàm verrere. Nec hoc sine arte quadam est. Nouissimus villam in Misfenensi posuit C. Marius septies Consul, sed peritia castrametandi, sicut comparatos ei cæteros etiam Sylla Felix cæcos fuisse diceret. Conuenit nec iuxta paludes ponendam esse, neque aduerso amne. Quanquam Homerus omnino è flumine semper antelucanas auras insalubres verissimè tradidit. Spectare in æstuosis locis Septentriones debet, Meridiem in frigidis. In temperatis exortum æquinoctialem. Agri ipsius bonitas, quibus argumentis iudicanda sit, quanquam de terræ optimo genere differentes abundè dixisse possumus videri, etiamnum tamen traditas notas subsignabimus, Catonis maximè verbis: Ebulum, vel prunus syluestris, vel rubus, bulbus minutus, trifolium, herba pratensis, quercus, syluestris pyrus, malusque, frumentarij soli notæ. Item nigra terra, & cinerei coloris. Omnis creta coquit, nisi permacra. Sabulum etiam, nisi id pertenuè est: & multo campestribus magis, quàm cliuosis, respondent eadem. Modum agri in primis seruandum antiqui putauere. Quippe ita censebant, Satius esse minus ferere, & melius arare. Qua in sententia & Virgilium fuisse video. Verumque confitentibus latifundia perdidere Italiam: iam verò & prouincias. Sex domini semissem Africae possidebant, cum interfecit eos Nero princeps: non fraudando magnitudine hac quoque sua Cn. Pompeio, qui nunquam agrum mercatus est conterminum. Agrio emptò domum vendendam inclemèter, atque non ex vtilitate publici status Mago censuit, hoc exordio præcepta pandere ingressus,

x

vt tamen appareat assiduitatem desideratam ab eo. Dehinc peritia villicorum in cura habenda est: multaque de iis Cato præcipit. Nobis satis sit dixisse, quàm proximum domino ^a cordi esse debere, & tamen sibimetipsi non videri. Coli rura ergastulis pessimum est, & quicquid agitur à desperantibus. Temerarium videatur vnam vocem antiquorû potuisse, & fortassis incredibile penitus existimetur, Nihil minùs expedire, quàm agrum optimè colere. L. Tarius Rufus infima natalium humilitate, Consulatum militari industria meritis, antiquæ aliàs parsimoniæ, circiter milies H-s liberalitate Diui Augusti congestum, vsque ad detrectatione hæredis exhaust, agros in Piceno coëmendo, colendoque in gloriam. Internicionem ergo famemque censemus? Imò hercule iudico modû rerum omnium vtilissimum. Bene colere necessarium est, optimè damnosum, præterquam ^b sole sua, colonove pascendis. Alioqui domino aliquas messes colligere non expedit, si computetur impendium operæ. Nec temere oliuam. Nec quasdam terras diligenter colere, sicut in Sicilia tradunt. Itaque decipi aduenas. Quonam igitur modo vtilissimè colentur agri? ex oraculo scilicet, malis bonis. Sed defendi æquum est ab auos, qui præceptis suis prospexere vitæ. Nam cum dicerent malis, intelligere voluere vilissimos. Summum prouidentia illorum fuit, vt quàm minimum esset impendij. Præcipiebant enim ista, qui triumphali denas argenti libras in supellectile crimini dabant: qui mortuo villico relinquere victorias, & reuerti in sua rura postulabant: quorum ^c prædia colenda suscipiebant res publica exercitusque ducebant, Senatu illis villicante. Inde illa reliqua oracula: Nequam agricolam esse, quisquis emeret, quod præstare ei fundus posset. Malum patrem familias, quisquis interdium faceret, quod noctu posset, nisi intèpestate cæli. Peiorem, qui profestis diebus ageret, quod feriatis deberet. Pessimum, qui sereno die sub tecto potius operaretur, quàm in agro. Nequeo mihi temperare, quò minùs vnum exemplum antiquitatis afferam, ex quo intelligi possit, apud populum etiam de culturis agendi morem fuisse, qualiter defendi soliti sint illi viri. C. Furius ^d Crespinus è seruitute liberatus, cum in paruo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quàm ex amplissimis vicinitas, inuidia magna erat, ceu frugès alienas pelliceret veneficiis. Quãobrem à Sp. Albino curuli die dicta, metuens damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, & adduxit filiã validam, atque (vt ait Piso) bene curatam ac vestitam, ferramenta egregiè facta, graues ligones, vomeres pòderosos, boues saturos. Postea dixit: Veneficia mea Quirites hæc sunt: nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere lucubrationes meas vigiliasque & sudores. Omnium sententiis absolutus. Itaque est profectò, opera, nõ impensa, cultura cõstat. Et ideo maiores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt. Reliqua præcepta reddentur suis locis, quæ propria generum singulorum erunt. Interim cõmunia quæ succurrunt, non omittemus. Et in primis Catonis humanissimum & vtilissimum, Id agendum, vt diligant vicini. Causas redditille, quas existimamus nulli esse dubias. Inter prima idem cauet, ne familiae male sint. Nihil sero faciendum in agricultura omnes censent: iterumque suo quæque tempore facienda. Et tertio præcepto, prætermissa frustra reuocari. De terra cariola execratio Catonis abundè indicata est. Quanquam prædicere nõ cessat is. Quicquid per asellum fieri potest, vtilissimè cõstat. Filix biennio moritur, si frõdem agere non patiaris. Id efficacissimè cõtingit, germinantis ramis baculo decussis. Succus enim ex ipsa defluens, necat radices. Aiunt & circa solstitium auulsas non renasci, nec harundine sectas, aut exaratas vomeri harundine imposita. Similiter & harundinem exarari filice vomeri imposita præcipiunt. Iuncos usager verti pala debet, at in faxoso bidentibus. Fruteta igni optimè tolluntur. Humidiorem agrum fossis cõcidi atque ficcari, vtilissimum est: fossas autem cretosis locis apertas relinquere: in solutiore terra sepibus firmari, ne procidant, aut supinis lateribus procumbere: quasdam occæcari, & in alias dirigi maiores patentioresque: si sit occasio, filice vel glarea sterni. Ora autem earum. binis vtrinque lapidibus statu minari, & alio superintegi. Syluæ extirpanda rationem Democritus prædidit, lupini flore in succo cicutæ vno die macerato, sparsisque radicibus.

^a T. corde esse debent,

^b suo colono pascendum.

^c T. heredia

^d T. Crespinus

^e T. in reprobus aut

ET quoniam præparatus est ager, natura nunc indicabitur frugum. Sunt autem duo prima earum genera, Frumenta, vt triticum, hordeum: & legumina, vt faba, cicer: Differentia verò notior, quàm vt indicari deceat. Frumenti ipsius totidem genera per tempora fatu diuisa. Hyberna, quæ circa Vergiliarum occasum fata terra per hyemem nutriuntur, vt triticum, far, hordeum. Æstiuæ, quæ æstate ante Vergiliarum exortum feruntur, vt milium, panicum, sesamâ, horminum, irio, Italiæ duntaxat ritu. Alioquin in Græciâ & Asia omnia Vergiliarum occasu feruntur. Quædam autem vtroque tempore in Italia. Ex his quædam & tertio, veris scilicet. Aliqui verna, milium, panicum, lentem, cicer, aliam appellant: Sementiuæ autem triticum, hordeum, fabam, napum, rapam. Et in tritici genere pars aliqua pabuli est, quadrupedum causa fati, vt farrago: & in leguminibus, vt vicia. At commune quadrupedum hominumque vsui, lupinum. Legumina omnia singulas habent radices, præter fabam, easque furculosas, quia non in multa diuiduntur: altissimas autem cicer. Frumenta multis radicanur fibris sine ramis. Erumpit à primo fatu hordeum die septimo: legumina quarto, vel cum tardissimè septimo: faba à xv. ad xx. legumina in Ægypto tertio die. Ex hordeo alterum caput grani in radicem exit, alterum in herbam, quæ & prior floret. Radicem crassior pars grani fundit, tenuior florem. Cæteris seminibus eadem pars, & radicem & florem. Frumenta hyeme in herba sunt, verno tempore fastigiantur in stipulam, quæ sunt hyberni generis: at milium & panicum in culmum geniculatum & concauum, sesamâ verò in ferulaceum. Omnium fatorum fructus, aut spicis continetur, vt tritici, hordei, muniturque vallo aristarum quadruplici: aut includitur siliquis, vt leguminum: aut vasculis, vt sesamæ, ac papaueris. Milium, ac panicum tantum pro indiuiso, & paruis auibus exposita sunt. Indefensa quippe membranis continentur. Panicum à paniculis dictum, cacumine languidè nutante, paulatim extenuato culmo penè in furculum, prædensis aceruatur grani, ^a cum longissima pedali obba. Milij ^a T. cum longi-
pedali soba,
aut Ioba.
comæ granum complexæ fimbriato capillo curuantur. Sūt & panico genera: ^b Mammo-
fo, è pano paruis ^c racemato paniculis, & cacumine gemino. Quin & colore distinguuntur, ^b T. mammo-
candido, nigro, ruffo, etiam purpureo. Panis multifariè & è milio fit, è panico rarius. Sed ^c T. racematâ
nullum frumentum ponderosius est, aut quod coquendo magis crescat. lx. enim pondo
panis è modio reducunt, modiumque pultis ex tribus sextariis madidis. Milium intra
hos decem annos ex India in Italiam inuectum est, nigrum colore, amplum grano harundineum culmo. Adolescit ad pedes altitudine septem prægrandibus culmis: ^d lobas
vocat: omnium frugum fertilissimum. Ex vno grano terni sextarij gignuntur. Seri debet ^d Iof. Scal:
in humidis. Frumenta quædam in tertio geniculo spicam incipiunt concipere, quædam ^e Theophras-
in quarto, sed etiamnum occultam. Genicula autem sunt tritico quaterna, farri sena, ^e Theophras-
hordeo octona. Sed non ante suprâ dictum geniculorum numerum conceptus est spica: qui vt spem sui fecit, quatuor aut quinque tardissimè diebus florere incipiunt: totidemque aut paulo pluribus deflorescunt. hordea verò cum tardissimè septem. Varro quater nouenis diebus fruges absolui tradit, & mense nono meti. Fabæ in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt, nullis distinctum internodiis. Reliqua legumina furculosa sunt. Ex his ramosa, cicer, eruum, lens. Quorundam caules sparguntur in terram, si non habeant adminiculum, vt pisorum. Quod si non habuere, deteriora fiunt. Leguminum vnicaulis faba sola, vnus & lupinis: cæteris ramosus prætenui furculo: omnibus verò fistulosus. Folium quædam ab radice mittunt, quædam à cacumine. Frumentum & hordeum vtrunque, & quicquid in stipula est, in cacumine vnum folium habet. Sed hordeo scabra sunt, cæteris læuia. Multiplicia contra fabæ, ciceri, piso. Frumentis folium harundineum, fabæ rotundum, & magnæ leguminum parti. Longiora eruiliæ & piso. Fafeolis venosa, sesamæ & irioni sanguinea. Cadunt folia lupino tantum, papaueri. Legumina diutius florent, & ex his eruum ac cicer, sed diutissimè faba xl. diebus. Non autem singuli scapi tandiu, quoniam alio desinente alius incipit: nec tota seges, sicut frumenti, pariter. Siliquantur verò omnia diuersis diebus, & ab ima primùm parte, paulatim flore

fubeunte. Frumenta, cum defloruere, crassescunt, maturanturque cum plurimum diebus quadraginta: item faba: paucissimis cicer. Id enim à semente diebus xl. perficitur. Milium, & panicum, & sesama, & omnia æstiuæ, xl. diebus maturantur à flore, magna terræ cælique differentia. In Ægypto enim hordeum sexto à satumense, frumenta septimo metuntur. In Hellade hordeum. In Peloponneso octauo, & frumenta etiamnum tardius. Grana in stipula crinito textu spicantur. In faba leguminibusque, alternis lateribus siliquantur. Fortiora ad hyemes frumenta, legumina in cibo. Tunicæ frumento plures. Hordeum maximè nudum, & arinca, sed præcipuè auena. Calamus altior frumento, quam hordeo. Arista mordacior hordeo. In area exteruntur triticum, & siligo, & hordeum. Sic
^a T. molitur, & feruntur pura, qualiter ^a moliuntur, quia tosta non sunt. E diuerso far, milium, panicum purgari, nisi tosta, non possunt. Itaque hæc cum suis folliculis feruntur cruda. Et far in vaginulis suis seruant ad satumense, atque non torrent. Leuissimum ex his hordeum, raro excedit xv. libras, & faba xxi. Ponderosius far, magisque etiamnum triticum. Far in Ægypto ex olyra conficitur. Tertium genus spicæ hoc ibi est. Galliæ quoque suum genus faris dedere: quod illhic ^b bræce vocant, apud nos ^c sandalum, nitidissimi grani. Et alia differentia est, quod ferè quaternis libris plus reddit panis, quam far aliud. Populum Romanum farre tantum è frumento ccc. annis vsus, Verrius tradidit. Tritici genera plura, quæ fecere gentes. Italico nullum equidem comparauerim candore ac pondere, quo maximè discernitur: montanis modò comparetur Italiæ agris externum, in quo principatum tenuit Bœotia, deinde Sicilia, mox Africa. Tertium pondus erat Thracio Syrioque, deinde Ægyptio, athletarum cum decreto, quorum capacitas iumentis similis, quem diximus ordinem fecerat. Græcia & Ponticum laudauit, quod in Italianam non peruenit. Ex omni eadem genera grani prætulit dracontiam, strangiam & Senelufium, argumento crassissimi calami: itaque pingui solo hæc genera assignabat. Leuissimum & maximè inane, seu tenuissimi calami, in humidis feri iubebat, quoniam multo egeret alimento. Hæc fuere sententiæ Alexandro Magno regnante, cum clarissima fuit Græcia, atque in toto terrarum orbe potentissima: ita tamen, vt ante mortem eius annis ferè cxl. Sophocles Poëta in fabula Triptolemo frumentum Italicum ante cuncta laudauerit, ad verbum translata sententia,

Et fortunatam Italiam frumento canere candido.

Quæ laus peculiaris hodièque Italico est. Quo magis admiror, posteros Græcorum nullam mentionem huius fecisse frumenti. Nunc ex his generibus quæ Romam inuehantur, leuissimum est Gallicum, atque è Cherfoneso aduectum: quippe non excedunt in modium vicenas libras, ^d si quis granum ipsum ponderet. Adicit Sardum selibras, Alexandrinum & trientes: hoc & Siculi pondus. Bœoticum totam libram addit, Africum & dodrantes. In transpadana Italia scio vicenas quinas libras farris modios pendere: circa Clusium & senas. Lex certa naturæ, vt in quocunq; genere panis militari tertia portio ad grani pondus accedat: sicut optimum frumentum esse, quod in subactu cõgium aquæ capiat. Quibusdam generibus per se pondus, sicut Balearico: modio tritici panis pondo xxx. reddit. Quibusdam in binis mistis, vt Cyprio & Alexandrino, xx. propè libras non excedentibus. Cyprium fuscum est, panemque nigrum facit: itaque miscetur Alexandrinum candidum, redduntque xxv. pondo. Thebaicum libras adicit. Marina aqua subigi, quod blerique maritimis in locis faciunt occasione lucrandi salis, inutilissimum. Nõ alia de causa opportuniora morbis corpora existunt. Galliæ & Hispaniæ frumeto in potum resoluta, quibus diximus generibus, spuma ita concreta pro fermento vtuntur. Qua de causa leuior illis, quam cæteris, panis est. Differentia, est & calami. Crassior quippe melioris est generis. Plurimis tunicis Thracium triticum vestitur, ob nimia frigora illi plagæ exquisitum. Eadem causa & trimestria inuenit, detinentibus terras niuibus, quod tertio ferè à satumense & in reliquo orbe metitur. Totis hoc Alpibus notum, & hyemalibus prouinciis nullum hoc frumento lætius. Vnicalamum prætereà, nec vsquam capax: feriturque non nisi tenui terra. Est & bimestre circa ^e Thraciũ sinũ, quod quadragesimo die, quam
^f satum

fatum est, maturefcit: mirumque, nulli frumento plus esse ponderis, & furfuribus carere. Vtitur eo & Sicilia & Achaia, montosis vtraque partibus. Eubœa quoque circa Carystum. Intantum fallitur Columella, qui ne trimeltris quidem proprium genus existima-
 uerit esse, cum sit antiquissimum. Græci^a trimenon vocant. Tradunt in Bactris grana tā-
 20 tā magnitudinis fieri, vt singula spicas nostras æquent. Primum ex omnibus frumentis
 feritur hordeum. Dabimus & dies ferendi cuique generi, natura singulorum exposita,
 Hordeum Indis fatium & syluestre, ex quo panis apud eos præcipuus. Italica maximè
 quidem oryza gaudent, ex qua ptisanam conficiunt, quam reliqui mortales ex hordeo.
 Oryzæ quidem folia carnosæ porro similia, sed latiora: altitudo cubitalis, flos purpureus,
 10 radix gemmæ rotunditatis. Antiquissimum in cibus hordeum, sicut Atheniensium ritu
 Menandro autore apparet, & gladiatorum cognomine, qui hordearij vocabantur. Polen-
 tam quoque Græci non aliunde præferunt. Pluribus fit hæc modis: Græci perfusum aqua
 hordeum siccant nocte vna, ac postero die frigunt, deinde molis frangunt. Sunt qui vehe-
 mentius tostum rursus exigua aqua aspergant, siccantque prius, quàm molant. Alij verò
 virentibus spicis decussum hordeum recēs purgant, madidumque in pila tundunt, atque
 in sorbibus eluunt, ac ficcatum sole rursus tundunt, & purgatum molunt. Quocunque
 autem genere præparato, vicenis hordei libris, ternas feminis lini, & coriandri selibras, fa-
 lisque acetabulo, torrentes ante omnia miscunt in mola. Qui diutius volunt feruare, cum
 polline ac furfuribus suis condunt nouis fistilibus. Italia sine perfusione tostum in subti-
 20 lem^b formam molit, iisdem additis, atque etiã milio. Panem ex hordeo antiquis vsitatum^b
 vita damnauit, quadrupedumque^c tradidit refectibus. Ptisanæ inde vsus validissimus sa-
 25 luberrimusque, tantopere probatur. Vnum laudibus eius volumen dicauit Hippocrates,
 è clarissimis medicinæ scientia. Ptisanæ bonitas præcipua Vticensi. In Ægypto verò ea
 est, quæ fit ex hordeo cui sunt bini anguli. In Bætica & Africa genus, ex quo fiat, hordei,
 glabrum appellat Turannius. Idem olyram & oryzam eandem esse existimat. Ptisanæ cõ-
 ficiendæ vulgata ratio est. Simili modo ex tritici semine tragram fit, in Campania dunta-
 xat & Ægypto. Amylum verò ex omni tritico ac siligine, sed optimū è trimestri. Inuen-
 tio eius Chio insulæ debetur: & hodie laudatissimum inde est, appellatum ab eo quòd si-
 ne mola fiat. Proximū è trimestri quodam minimè ponderoso tritico. Madescit dulci a-
 30 qualigneis vasis, ita vt integatur, quinquies in die mutata. Melius si & noctu, ita vt mi-
 sceatur pariter emollitum, prius quam acescat. Linteo aut sportis ficcatum tegulæ infun-
 ditur illitæ fermēto, atque ita in sole densatur. Post Chium maximè laudatur Creticum,
 mox Ægyptium. Probatur autem leuitate ac læuore, atque vt recens sit, iam & Catoni
 dictum. Apud nos hordei farina & ad medendū vtuntur. Mirumque, in vsu iumentorum
 ignibus durato, ac postea molito, offisque humana manu demissis in aluum, maiores vi-
 res, torosque corporis fieri. Spicæ quædam binos ordines habent, quædam plures vsque
 ad senos. Grano ipsi aliquot differentiæ, longius, leuiusq; aut breuius, aut rotundius, can-
 didius, nigrius, vel cui purpura est. Vltimo ad polentam, contra tempestates candido ma-
 xima infirmitas. Hordeum frugum omnium mollissimum est: feri non vult, nisi in sicca
 40 & soluta terra, ac nisi læta. Palea ex optimis: stramēto verò nullum cõparatur. Hordeum
 ex omni frumento minimè calamitosum, quia tollitur antequam triticum occupet rubi-
 go. Itaque sapientes agricolæ triticum cibariis tantum ferunt. ^d Hordeum sarculo feri di-
 cunt, propterea celerrimè redit, fertilissimumque: quod in Hispaniæ Carthagine Aprili
 mense collectum est, hoc feritur eodem mense in Celtiberia, eodémque anno bis nasci-
 tur. Rapitur omne à prima statim maturitate festinantiùs, quàm cætera. Fragili enim sti-
 pula & tenuissima palea granum continetur. Meliorem etiam polentam fieri tradunt, si
 non^e excocta maturitate tollatur.

Non omnia frumenti genera vbiq; nasci, & de reliquis in Oriente generibus.

C A P.

V I I I.

50 FRUMENTI genera non eadem vbiq; neque vbi eadem sunt, iisdem nominibus. Vulga-
 tissima far, quod adorem veteres appellauere, filigo, triticum. Hæc plurimis terris

communis. Arinca Galliarum propria, copiosa & Italiæ est. Ægypto autem ac Syriæ, Ciliciæque & Asiæ, ac Græciæ peculiare zea, olyra, tiphe. Ægyptus similaginem conficit è tritico suo, nequaquam Italiciæ parem. Qui zea utuntur, non habent far. Est & hæc Italiæ in Campania maximè, semènque appellatur. Hoc habet nomen res præclara, ut mox docebimus: propter quam Homerus *Ζείδωπος ἀπειρα* dixit: non ut aliqui arbitrantur, quoniam vitam donaret. Amylú quoque ex ea fit, priore crassius. Hæc sola differentia est. Ex omni genere durissimum far, & contra hyemes firmissimum. Patitur frigidissimos locos, & minùs subactos vel æstuosos, sitiētésque. Primus antiquis Latio cibus, magno argumento in adoræ donis, sicuti diximus. Pulte autem, non pane, vixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam inde & pulmentaria hodièque dicuntur. Et Ennius antiquissimus vates obsidionis famem exprimens, offam eripuisse plorantibus liberis patres commemorat. Et hodie sacra prisca atque natalium pulte fitilla conficiuntur: videturque tam puls ignota Græciæ fuisse, quàm Italiæ polenta. Tritici semine autem nullum est, nec quod plus alimenti trahat. Siliginem propriè dixerim tritici delicias: candor est, & sine virtute, & sine pondere, conueniens humidis tractibus, quales Italiæ sunt & Galliæ comatæ. Sed & trans Alpes in Allobrogum tantum ^a Meninorumque agro pertinax. in cæteris ibi partibus biennio in triticum transit. Remediú, ut grauißima quæque grana eius ferantur.

^a T. Remorumque

De pistoriis, & molitura, & farina.

C A P. I X.

E Siligine lautissimus panis, pistrinarumque opera laudatissima. Præcellit in Italia, si Cæ-²⁰pana Pisis natæ misceatur, Ruffior illa, at Pisana candidior, ponderosior verò cretacea. Iustum est è grano Campanæ, quã vocant castratam, è modio redire sextarios quatuor siliginis, vel è gregali sine castratura sextarios quinque, præterea floris semodium. Et cibarij, quod secundarium vocant, sextarios quatuor: furfuris sextarios totidem. E Pisana autem siliginis sextarios quinque, cætera paria sunt. Clusina, Aretinæque etiamnum sextarios siliginis assumunt: in reliquis pares. Si verò pollinem facere libeat x v j. pondo panis redeunt, & cibarij tria, furfurumque semodium. Molæ discrimine hoc constat. Nam quæ sicca moluntur, plus farinæ reddunt: quæ salsa aqua sparsa, candidiorem medullâ, verum plus retinent in fufure. Farinã à farre dictam nomine ipso apparet. Siliginæ farinæ modius Gallicæ x x ij. libras panis reddit, Italiciæ duabus tribusve amplius in artopticio pane. ³⁰ Nam furnaceis binas adiiciunt libras in quocunque genere.

De similagine, siligine, & aliis generibus, & de pistura.

C A P. X.

Similago ex tritico fit laudatissima. Ex Africo iustum est è modis redire semodios, & pollinis sextarios quinque. Ita autem appellant in tritico, quod florem in siligine. Hoc ærariæ officinæ chartariæque utuntur. Præterea secundarij sextarios quatuor, furfurumque tantundem. Panes verò è modio similaginis c x x i j. è floris modio c x v i j. Pretium huius annona media in modios farinæ x l. asses. similagini castratæ octonis assibus amplius, siligini castratæ duplum. Est & alia distinctio ^b. Similago l. pollin autem x v i j. pondo panis reddere visa, tritici x x x. cum triente, & secundarij panis quinas selibras, totidem cibarij, ⁴⁰ & furfurum sextarios sex. Siligo nunquam maturefcit pariter, nec vlla fegetum minus dilationem patitur propter teneritatem, iis quæ maturuere, protinus granum dimittentibus. Sed minùs, quàm cætera frumeta, in stipula periclitatur, quoniam semper rectam habet spicam: nec rorem continet, qui rubiginem faciat. Ex arinca dulcissimus panis, ipsa spissior, quàm far, & maior spica, eadem & ponderosior. Rarò modius grani non x v j. libras implet. Exeritur in Græcia difficulter: ob id iumentis dari ab Homero dicta. Hæc enim est, quam olyram vocat. Eadem in Ægypto facilis fertilisque. Far sine arista est. Item ^c siligo, excepta quæ Laconica appellatur. Adiiciuntur his genera, bromos, siligo exceptitia, & tragos, externa omnia ab Oriente inuecta, oryzæ similia. Tiphe & ipsa eiusdem generis, ex qua fit in nostro orbe oryza. Apud Græcos est zea. Traduntque eam ac tiphen, ⁵⁰ cum sint degeneres, redire ad frumentum, si pistæ ferantur, nec protinus, sed tertio anno Tritico.

^b T. semel tē-
pore L. Pauli
nota pōde pa-
ni redit re vi-
sa xviii. Ter-
tia x i x. cum
&c.

^c T. siligo ex-
cepta,

Tritico nihil est fertilius: hoc ei natura tribuit, quoniam eo maximè alat hominem: ut pote cum è modio, si sit aptum solum, quale in Byzacio Africæ campo, centeni quinquageni modij reddantur. Misit ex eo loco Diuo Augusto procurator eius ex vno grano (vix credibile dictu) quadringenta paucis minùs germina, extantq; de ea re epistolæ. Misit & Neroni similiter c c x l. stipulas ex vno grano. Cum centesimo quidem & Leontini Siciliae campi fundunt, alii que, & tota Bætica, & in primis Ægyptus. Fertilissima tritici genera, ramosum, ^a aut quod centigranum vocant. Inuentus est iam & scapus vnus centum ^a T. quod a-
pud nos, trionis
vocat.

fabis onustus. Æstiuæ frumenta diximus, sesamam, milium, panicum. Sesama ab Indis ve-
nit: ex ea & oleum faciunt. Color eius candidus. Huic simile est in Asia Græciæque erysi-
mū: idemq; erat nisi pinguius esset, quod apud nos vocant irionem, medicaminibus an-
numerandum potiùs, quam frugibus. Eiusdem naturæ & horminum à Græcis dictum, sed
cymino simile, feritur cum sesama: hoc & irione nullum animal vescitur virëtibus. Pistu-
ra nõ omniũ facilis: quippe & Hetruria spicam farris tosti pisente pilo præferrato, fistula
ferrata, & stella intus denticulata, ^b ut nisi intenti pisant, cõcidantur grana, ferròque fran-
gantur. Maior pars Italiae ruidò vtitur pilo, rotis etiam quas aqua verset obiter, & molat.
De ipsa ratione pisendi Magonis proponetur sententia. Triticũ antè perfundi aqua mul-
ta iubet, postea eualli, deinde sole siccatum pilo repeti. Simili modo hordeũ. Huius sex-
tarios x x. spargi duobus sextariis aquæ. Lentem torrere priùs, deinde cum surfuribus le-
uiter pisi. Aut addito in sextarios x x. lateris crudi frustro, & harenæ semodio. Eruiam
iisdem modis, quibus lentem. Sesamã in calida maceratam exporrigi: deinde cõfricari, fri-
gidæ immergi, vt paleæ fluctuent, iterumque exporrigi in sole super lintea. Quod nisi fe-
ritinató peragatur, lurido colore mucescere. Et ipsa autem, quæ euallitur, variam pistura-
rum rationem habent. Acus vocatur, cum per se pisitur spica tantum aurificum ad vsus.
Si verò in area teritur cum stipula, palea, vt ^c maiore in terrarum parte ad pabula iumen-
torum. Mili, & panici, & sesamæ purgamenta, appludam vocat, alibi aliis nominibus. Mi-
lio Campania præcipuè gaudet, pultemq; candidã ex eo facit. Fit & panis prædulcis. Sar-
matarum quoque gentes hac maximè pulte aluntur, & cruda etiam farina, equino lacte
vel sanguine è cruris venis admisto. Æthiopes non aliam frugem, quàm milij hordeiq;
nouere. Panico Gallia quædam, præcipuè Aquitania vtitur. Sed & circumpadana Italia
addita faba, sine qua nihil conficiunt. Ponticæ gentes nullum panico præferunt cibum.
Cæterò æstiuæ frumenta riguis magis etiam, quàm imbribus, gaudēt. Milium & panicum
aquis minimè, cum in folia exeunt. Vetant ea inter vites arborésve frugiferas feri, terram
^d emacrari hoc fatu existimantes.

*De fermentis, & panis faciendi ratio, & genera, & quando primum pistores
Roma, & de cribris, & alica.*

C A P. X I.

Milij præcipuus ad fermenta vsus, è multo subacti in annum tēpus. Simile fit ex tri-
tici ipsius surfuribus minutis & optimis, è multo albo triduo ^e maturato subactis, ^e T. macerato
ac sole siccatis. Inde pastillos in pane faciendò dilutos, cum ^f similagine feminis feruefa-
ciunt, atque ita farinæ miscent, sic optimum panem fieri arbitantes. Græci in binos se-
modios farinæ satis esse besse fermenti constituere. Et hæc quidē genera vindemiis tan-
tum fiunt. Quo libeat verò tempore, ex aqua hordeoque bilibres offæ feruenti foco, vel
fictili patina torrentur cinere & carbone, vsque dum rubeant. Postea operiuntur in va-
sis, donec acefcant: hinc fermentum diluitur. Cum fieret autem panis hordeaceus, ^g erui-
liæ aut cicerculæ farina ei præfermentabatur: iustumque erat, duæ libræ in quinque se-
modios. Nunc fermentum fit ex ipsa farina quæ subigitur, priùs quàm addatur sal, ad
pultis modum decocta, & relicta, donec acefcant. Vulgò verò nec sufferuefaciunt, sed
tantum pridie asseruata materia vtuntur. Palamque ^h natura est acore fermentari: sicut &
ⁱ validiora esse corpora, quæ fermentato pane alantur: quippe cum apud veteres ponde-
rosissimo cuique tritico, præcipua salubritas perhibita sit. Panis ipsius varia genera per-
sequi superuacuum videtur: aliàs ab obsoniis appellati, vt ostrearij: aliàs à deliciis, vt ar-

^d T. emacrari

^e T. macerato

^f T. similagi-
nis feminis

^g T. erui
cicerculæ Far-
ina ipse femē-
tabatur

^h T. naturati

ⁱ T. euallitis

tolagani: aliàs à festinatione, vt speustici : nec non à coquendi ratione, vt furnacei, vel artoptitij, aut in clibanis cocti: non pridem etiam è Parthis inuecto, quem aquaticum
 a T. à tenui vocant, quoniam aqua trahitur, ^a tenuem & spongiosa inanitate, alij Parthicum. Summa laus, filiginis bonitate & cribri tenuitate constat. Quidam & ouis aut lacte subigunt. Butyro verò gentes etiam pacatæ, ad operis pistoriij genera transeunte cura. Durat sua Pi-
 b T. macerato ceno in panis inuentione gratia, ex alicæ materia: Eum nouem diebus ^b macerant: decimo ad speciem tractæ subigunt vix passæ succo: postea in furnis, ollis inditum, quæ rumpantur ibi, torrent. Neque est ex eo cibus, nisi madefacto: quod fit lacte maximè multo. Pistores Romæ non fuerunt ad Persicum vsque bellum, annis ab vrbe condita super d l x x x. Ipsi panem faciebant Quirites: mulierumque id opus erat, sicut etiam nunc in plurimis gentium. Artoptam Plautus appellat in fabula, quam Aululariam scripsit: magna ob id concertatione eruditorum, an is versus Poëtæ sit illius: certumque fit, Atteij
 c T. cocostum Capitonis sententia, ^c tostum panem lautioribus coquere solitos: pistoresque tantum eos, qui far pinsebant, nominatos. Nec cocos verò habebant in seruitiis, eosque ex macello conducebāt. Cribrorum genera Galli è fetis equorum inuenere, Hispani è lino excussoria & pollinaria, Ægyptus è papyro atque iunco. Sed inter prima dicatur & alicæ ratio, præstantissimæ saluberrimæque: ^d quæ palma frugum indubitanter Italiam contingit. Fit sine dubio & in Ægypto, sed admodum spernenda. In Italia verò pluribus locis, sicut Veronensi Pisanoq; agro, in Campania tamen laudatissima. Campus est subiacens mōtibus nimboris totis quidem xl. M. pass. planitie. Terra eius ^e (vt protinus soli natura dicatur) ²⁰ puluerea summa, inferior bibula, & pumicis vice fistulans: mōtium quoque culpa in bonum cedit. Crebros enim imbres percolat atque transmittit: nec dilui aut madere voluit propter facilitatem culturæ. Eadem acceptum humorem nullis fontibus reddit, sed temperat, & concoquens intra se vice ^f succi continet. Seritur toto anno, panico semel, bis farre. Et tamen vere segetes, quæ interquieuerunt, fundunt rosam odoratiorem satiuæ: adeo terra non cessat parere. Vnde vulgò dictum, Plus apud Campanos vnguenti, quam apud cæteros olei fieri. Quantum autem vniuersas terras campus Campanus antecedit, tantum ipsum pars eius, quæ Laboriæ vocantur, quem Phlegræum Græci appellant. Finiuntur Laboriæ via ab utroque latere Cōsulari, quæ à Puteolis, & quæ à Cumis Capuam ducit. Alica fit è Zea, quam semen appellauimus. Tunditur granum eius in pila lignea: nam lapidis duritia conteritur. Nobilius, vt notum est, pilo vincitorum pœnali opera. Primori inest pyxis ferrea: excussis inde tunicis, iterum iisdem armamentis nudata cōciditur medulla. Ita fiunt alicæ tria genera, minimum, ac secundarium: grandissimum verò aphærema appellant. Nondum habent candorem suum quo præcellunt, iam tamen Alexandrinæ præferuntur. Postea (mirum dictum) admiscetur creta, quæ transit in corpus, colorémque & teneritatem affert. Inuenitur hæc inter Puteolos & Neapolim in colle Leucogæo appellato. Extatque Diui Augusti decretum, quo annua vicena millia Neapolitanis pro eo numerari iussit è fisco suo, coloniam deducens Capuam. Adiecitque causam afferendi, quoniam negassent Campani alicam cōfici sine eo metallo posse. In eodem reperitur & sulphur: emicantque fontes ^g Oraxi oculorum claritati, & vulnerum medicinæ, dentiumque ⁴⁰ firmitati. Alica adulterina fit maximè quidem è zea, quæ in Africa degenerat. Latiores eius spicæ, nigrioresque, & breui stipula. Pisunt cum harena, & sic quoque difficulter deterrunt vtriculos, fitque dimidia nudi mensura. Posteaque gypsi pars quarta inspargitur, atque vt cohæsit, farinario cribro subcernunt. Quæ in eo remansit, exceptitia appellatur, & grandissima est. Rursus quæ transit, arctiore cernitur, & secundaria vocatur. Item cribraria, quæ simili modo in tertio remansit cribro angustissimo, & tantum harenas transmittente. Alia ratio vbique adulterandi: Ex tritico candidissima & grandissima eligunt
 h Vetus lectio, fit pulchrius, quæ ex tritico granatum, T. tragum
 grana, ac semicocta in ollis, postea arefaciunt Sole ad initium, rursusq; leuiter aspersa molis frangunt. Ex zea ^h pulchrius, quam ex tritico, fit granum, quamuis id alicæ vitium sit. Candorem autem ei pro creta lactis incocti mistura confert.

Sequitur natura leguminum, inter quæ maximus honos fabæ: quippe ex qua tentatus
 sic etiam panis. Lomentum appellatur farina ea, aggrauaturque pōdus illa^a ex omni^a T. 6^o
 legumine. Iam verò & pabulo venalis. Fabæ multiplex vsus omnium quadrupedū geni-
 eri, præcipuè homini. Frumento etiam miscetur apud plerasque gentes, & maximè panico
 solida, ac delicias fracta. Quin & prisco ritu^b fabacia suæ religionis Di's in sacro est,^b T. fabata
 præualens pulmentari cibo, & hebetare sensus existimata, insomnia quoque facere. Ob
 hæc Pythagorica sententia damnata: vt alij tradidere, quoniam mortuorum animæ sint
 in ea. Qua de causa parentando vtique assumitur. Varro & ob hæc Flaminem ea non ve-
 sci tradit, & quoniam in flore eius literæ lugubres reperiantur. In eadem peculiaris reli-
 gio. Nanque fabam vtique è frugibus referre mos est auspicij causa, quæ ideo^c refrina ap-^c Ios. Seal.
 pellatur. Et auctioribus eam adhiberi lucrosam putant. Sola certè frugum etiã exesa re-
 pletur crescente Luna. Aqua marina, aliãve falsa non percoquitur. Seritur ante Vergilia-
 rum occasum leguminum prima, vt antecedit hyemem. Virgilius eam per ver feri iubet,
 circumpadanæ Italiæ ritu. Sed maior pars malunt fabalia maturæ satiationis, quàm trime-
 stem fructum eius. Nanq; siliquæ caulesque gratissimo sunt pabulo pecori. Aquas in flo-
 re maximè concupiscit: cum verò defloruit, exiguas desiderat. Solum, in quo fata est, læti-
 ficat stercoreis vice. Ideò circa Macedoniam Thessaliãque, cum florere incepit, vertunt
 arua. Nascitur & sua sponte plerisque in locis, sicut septentrionalis Oceani insulis, quas
 ob id nostri Fabarias appellat. Item in Mauritania sylvæstris passim, sed prædura, & quæ
 percoqui non possit. Nascitur & in Ægypto spinoso caule: qua de causa crocodili ocu-
 lis timentes refugiunt. Longitudo scapo quatuor cubitorum est, amplissima crassitudo.
^d Nec genicula habet molli calamo. Simile caput papaueri, colore roseo. In eo fabæ non^d T. digit
 supra tricenas: folia ampla: fructus ipse amarus & odore: sed radix perquam^e lauta inco-
 larum cibis, cruda, & omnino decocta, harundinum radicibus similis. Nascitur & in Sy-
 ria, Ciliciãque, & in Torone Chalcidis lacu. Ex^f leguminibus autem Nouembri seruntur^f T. legumi-
 lens, & in Græcia pisum. Lens amat solum tenue magis, quàm pingue, cælum vtique sic-
 cum. Duo genera eius in Ægypto, alterum rotundius nigriusque, alterum sua figura.
 Vnde vario vsu translatum est in lenticulas nomen. Inuenio apud autores, æquanimita-
 tem fieri vescentibus ea. Pisum in apricis feri debet, frigoribus impatientissimum. Ideo in
 Italia, & in auctiore cælo non nisi verno tempore, terra facili ac soluta. Ciceris natura
 est gigni cum falsilagine: ideo solum vrit. Nec nisi madefactum pridie, feri debet. Diffe-
 rentiæ plures, magnitudine, figura, colore, sapore. Est enim arietino capiti simile, vnde ita
 appellatur, albū nigrumque. Est & columbinū, quod alij Venerium vocant, candidum,
 rotundum, leue, arietino minus, quod religio peruigiliis adhibet. Est & cicercula minuti
 ciceris, inæqualis angulosi, veluti pisum. Dulcissimum autem id, quod eruo simillimum:
 firmiusque quod nigrum & rufum, quàm quod album. Siliquæ rotundæ ciceri, cæteris le-
 guminum longæ, & ad figuram seminis latæ: piso cylindracæ. Faseolorū cum ipsis man-
 duntur granis. Serere eos qua velis terra licet ab Idibus Octobris in Calend. Nouemb. Le-
 gumina, cum maturefcere cæperint, rapienda sunt, quoniam citò exiliunt, latèntque cum
 decidere, sicut & lupinum.

Quamquam prius de rapis dixisse conueniat. In transcursu ea attigere nostri, pau-
 lò diligentius Græci, & ipsi tamen inter hortensia: si iustus ordo fiat, à frumento
 protinus aut certè faba dicendis, quando alij vsus præstantior ab his non est. Ante om-
 nia nanque cunctis animalibus nascuntur, nec in nouissimis fatiant ruris alitum quoq;
 genera, magisque si decoquantur aqua. Quadrupedes & fronde eorum gaudent. Et ho-
 mini non minor rapaciorum suis horis gratia, quàm cymarum: flaccidorum quoque, &
 in horreis enecatorum, vel maior quàm virentium. Ipsa verò durant & in sua terra fer-
 uata: & postea passa, penè ad aliū prouentum, famémque sentiri prohibent. A vino atque
 messe tertius hic Transpadanis fructus. Terram non morosè eligit, penè vbi nihil aliud

feri possit. Nebulis & pruinis ac frigore vltro aluntur amplitudine admirabili. Vidi xl. libras excedentia. In cibis quidem nostris pluribus modis commendatur: durantque ad alia, sinapis acrimonia domita, etiam coloribus picta præter suum sex aliis, purpureo quoque: neque aliud in cibis tingi decet. Genera eorum Græci duo prima fecere, masculum fœmininumque, & ea ferendi modo ex eodem femine. Dēfiore enim fatu masculoscere, item in terra difficili. Semen præstantius, quo subtilius. Species verò omnium tres. Aut enim in latitudinem fundi, aut in rotunditatē globari. Tertiam speciem syluestrem appellauere, in longitudinem radice procurrente, raphani similitudine, & folio anguloso scabrōque, succo acri: qui circa messem exceptus oculos purget, medeatūque caligini admisto lacte mulierum. Frigore dulciora fieri existimantur, & grandiora: tepore in folia exeunt. Palma in Nursino agro nascētibus. Taxatio in libras sextertij singuli, & in penuria bini. Proxima in Algido natis. Napi verò Amiternini, quorum eadem ferè natura, gaudent æquè frigidis. Seruntur & ante Calend. Martias in iugero sextarij quatuor. Diliigentiores quinto sulco napum feri iubent, rapa quarto, vtrunque stercoreato. Rapa lactiora fieri, si cum palea feminentur. Serere nudum volunt, precantem sibi & vicinis ferere se. Satus vtrique generi iustus, inter duorum numinum dies festos, Neptuni atque Vulcani. Feruntque subtili obseruatione, quota Luna præcedēte hyeme nix prima ceciderit, si totidem luminum die intra prædictum temporis spatium serantur, mirè provenire. Seruntur & vere in calidis atque humidis.

De lupino.

CAP. XIII.

20

LVpino est vsus proximus, cum sit & homini, & quadrupedum generi vngulas habenti, communis. Remedium eius, ne metentes fugiat exiliēdo, vt ab imbre tollatur. Nec vllius, quæ feruntur, natura assensu terræ mirabilior est. Primum omnium cum Sole quotidie circumagitur, horasque agricolis etiam nubilo demōstrat. Ter præterea floret. Terram amat, terraque operiri non vult. Et vnum hoc feritur non^a arato. Querit maximè sabulosa, & sicca, atque etiam harenosa. Coli vtrique nō vult. Tellurem adeo amat, vt quamuis fructuoso^b solo coniectum inter folia vepræsque, ad terram tamen radice perueniat. Pinguescere hoc fatu arua vineasque diximus. Itaque adeo nō eget fimo, vt optimè repræsentet. Nihilque aliud nullo impendio constat, vt quod ne ferendi quidem gratia opus sit afferre. Protinus feritur ex aruo: ac ne spargi quidem postulat decidens sponte. Primumque omnium feritur, nouissimum tollitur: vtrunque Septembri ferè mēse, quia si non antecessit hyemem, frigoribus obnoxium est. Impunè præterea iacet, vel derelictū etiam, si non protinus secuti obruant imbres, ab omnibus animalibus amaritudine sua tutum. Plerunque tamen leui sulco integunt. Ex densiore terra rubricam maximè amat. Ad hanc alendam post tertium florem verti debet, in sabulo post secundum. Cretofa tantum limosaque odit, & in iis non provenit. Maceratum calida aqua homini quoque in cibo est. Nam bouem vnū modij singuli satiant, validūque præstant: quādo etiam impositum puerorum ventribus, pro remedio est. Condi in fumo maximè cōuenit, quonia in humido vermiculi vmbilicum eius in sterilitatem castrant. Si depastum sit in fronde, inarari protinus solum opus est.

^a T. arato, si fuerit max.

^b T. loco iacuum

De vicia, & eruo.

CAP. XV.

ET vicia pinguescunt arua, nec ipsa agricolis operosa: vno sulco sata, non sarritur, non stercoreatur, nec aliud quàm deoccurat. Sationis eius tria tempora: Circa occasum Arcturi, vt Decembri mense pascatur, tunc optimè feritur in semen. Æquè nanq; fert depasta. Secunda satio mense Ianuario est: nouissima Martio, tum ad frondem vtilissima. Siccitatem ex omnibus, quæ feruntur, maximè amat: non aspernatur etiam vmbrosa. Ex femine eius, si lecta matura est, palea ceteris præfertur. Vitibus præripit succum: languescuntque, si in arbusculo feratur. Nec erui operosa cura est. Hoc amplius, quàm vicia, runcatur, & ipsum medicaminis vim obtinens. Quippe per eruum Diuum Augustum curatum, epistolis ipsius memoria extat. Sufficiunt singulis bouum iugis modij qui-
ni sati. Martio mense satum, noxium esse bubus aiunt, item autumnò grauedinosum: inno-

innoxium autem fieri primo vere fatum.

De fœno Græco, & farragine, & de ocymo, & medica, & cytiso.

C A P. X V I.

ET filicia, hoc est fœnum Græcum, scarificatione feritur, non altiore quatuor digitorum fulco: quantoq; peius tractatur, tanto prouenit melius. Rarum dictu, esse aliquid cui pro sit negligentia. Id autem quod fecale atque farrago appellatur, occari tantum desiderat. Secale Taurini sub Alpibus asiam vocant, deterrimum, & tantum ad arcendam famem vtile: fœcunda, sed gracili stipula, nigritia triste, sed pondere præcipuum. Admifcetur huic far, vt mitiget amaritudinem eius: & tamen sic quoque ingratiſſimum ventri est. Nascitur qualicunque solo cum centesimo grano: ipsumque pro lætamine est. Farrago ex recrementis farris prædensa feritur, admista aliquando & vicia. Eadem in Africa fit ex hordeo. Omnia hæc pabularia: degenerasque ex leguminibus quæ vocatur cracca: in tantum columbis grata, vt pastas ea, negēt fugitiuas illius loci fieri. Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato^a ocymum vocat, quod sistebant aluū bubus. Id erat è pabulis, segete viridi defecta, antequam gelaret. Sura^b Mælius id aliter interpretatur, & tradit fabæ modios decem, viciæ duos, tātundem eruiliæ in iugero autumno misceri & feri solitum. Melius & auena Græca, cui non cadit semen, admista. Hoc vocitatum ocymum, boūmque causa feri solitum. Varro appellatum à celeritate proueniendi, è Græco quod *ωκύς* dicunt. Medica externa etiam Græciæ, vt à Medis aduecta per bella Persarum, quæ Darius intulit: sed vel in primis dicenda. Tanta dos eius est, cum vno fatu amplius quam tricenis annis duret. Similis est trifolio, caule foliisq; geniculata: quicquid in caule assurgit, folia contrahuntur. Vnum de ea & cytiso volumen Amphilocho^c fecit cōfusum. Solum, in quo seratur, elapidatum purgatumque subigitur autumno: mox aratum & occatum integitur crate iterum & tertium, quin diebus interpositis, & fimo addito. Poscit autem ficcum succosumque, vel riguum. Ita præparato feritur mense Maio, aliàs pruinis obnoxia. Opus est densitate seminis omnia occupari, internascentisque herbas excludi. Id præstant in iugera modia vicena: Cauendum ne adurat, terraque protinus^f integri debet. Si sit humidum solum herbosumve, vincitur, & desciscit in pratum. Ideo protinus altitudine vnciali herbis omnibus liberanda est manu potius, quam sarculo. Secatur incipiens florere, & quoties reffloruit. Id sexies euenit per annos, cum minimum quater. In semen matureſcere prohibēda est, quia pabulum vtilius est vsque ad trimatum. Verno feri debet, liberarique cæteris herbis: ad trimatum marris ad solum radi. Ita reliquæ herbæ intereunt sine ipsius damno, propter altitudinem radicum. Si cuicerint herbæ, remedium vnicum est aratio, sæpius vertendo, donec omnes aliæ radices intereant. Dari non ad fatietatem debet, ne deplere sanguinē necesse sit. Et viridis vtilior est. Arescit furculosè, ac postremo in puluerem inutile extenuatur. De cytiso, cui & ipsi principatus datur in pabulis, affatim diximus inter frutices. Et nunc frugum omnium natura peragenda est: cuius in parte de vitiis quoque dicatur.

De vitis frugum, & remediis, quid in quoque terræ genere debeat feri.

C A P. X V I I.

PRimum omnium frumenti vitium auena est: & hordeum in eam degenerat: sicut ipsa frumenti fit instar: quippe cum Germaniæ populi serant eam, neque alia pulte viuunt. Soli maximè cælique humore hoc euenit vitium. Sequentem causam habet imbecillitas feminis, cum diutius retentum est terra, prius quam erumpat. Eadem est ratio, si cariosum fuit cum sereretur. Prima autem statim eruptione agnoscitur: ex quo apparet in radice esse causam. Est & aliud ex vicino auenæ vitium, cum amplitudine inchoata granum, sed nondum, matura, prius quam roboretur corpus, afflatu noxiosum & inane in spica euanescit quodam abortiuo. Venti autem tribus temporibus nocent frumento & hordeo: in flore, aut protinus cum defloruere, vel matureſcere incipientibus. Tum enim exinaniūt grana: prioribus causis nasci prohibēt. Nocet & Sol creber è nube. Nascuntur & vermiculi in radice, cum sementem imbribus secutis, in cluſis

repentinus calor humorem. Gignuntur & in grano, cum spicæ^a pluuiis calor inferuefcit. Est &^b cantharis dictus scarabæus paruus, frumenta erodens. Omnia ea animalia cum cibo deficiunt. Oleum, pix, adeps, contraria feminibus, cauendumq; ne contacta eis ferantur. Imber in herba utilis tantum: florentibus autem frumento & hordeo nocet, leguminibus innocuus, præterquam ciceri. Maturefcencia frumenta imbre læduntur, & hordeum magis. Nascitur & herba alba, panico fimilis, occupans arua, pecori quoque mortifera. Nam lolium & tribulos, & carduos, lappasque, non magis quam rubos, inter frugum morbos potius, quam inter ipsius terræ pestes numerauerim. Cæleste frugum vinarumque malum, nullo minus noxium est rubigo. Frequentissima hæc in roscido tractu, conuallibusque, ac perflatum non habentibus. E diuerso carent ea ventosa & excelsa. Inter vitia segetum & luxuria est, cum onerata fertilitate procumbunt. Commune autem omnium satorum vitium^c vrica, etiam ciceris, cum falsilaginem eius abluendo imber dulcius id facit. Est herba, quæ cicer enecat & eruum, circumligando se: vocatur orobanche: Triticum simili modo æra: Hordeum festuca, quæ vocatur ægilops: Lentem herba^d securidaca, quam Græci à similitudine peleciton vocant. Et hæc quidem complexu necant. Circa Philippos ateramnon nominant in pingui solo herbam, qua faba necatur: teramnon, qua in macro, cum vdam quidam vêtus affluit. Æræ granum minimum est in cortice aculeato. Cum est in pane, celerrimè vertigines facit: aiuntque in Asia & Græcia balneatores, cum velint turbam pellere, carbonibus id semen iniicere. Nascitur & phalangion in eruo, bestiola aranei generis, si hyems aquosa sit. Limaces nascuntur in vicia: & aliquando è terra cochleæ minutæ, mirum in modum erodentes eam. Et morbi quidem ferè hi sunt. Remedia eorum, quæcunque pertinent ad herbas, in sarculo, & cum semen iactatur, cinere. Quæ verò in semine & circa radicem cõsistunt, præcedente cura cauentur. Vina antè semine perfusa, minus ægrotare existimant. Virgilius nitro & amurca perfundi iubet fabam: sic etiam grandescere promittit. Quidam verò, si triduo ante satum vrina & aqua maceretur, præcipuè adollescere putant. Ter quidem^e farritam modium fractæ è modio solidæ reddere. Reliqua semina cupressi foliis tufis si misceantur, non esse vermiculis obnoxia, nec si interlunio ferantur. Multi ad milij remedia, rubetam noctu aruo circumferri iubent, prius quam farratur, defodique in medio inclusam vase fictili: ita nec passerem, nec vermem nocere: sed eruendam prius quam metatur, alioqui^f amarum fieri. Quin & armo talpæ cõtacta semina vberiora esse. Democritus succo herbæ, quæ appellatur aizoon, in tegulis nascens^f tabulisve, Latinè verò sedum aut digitellum, medicata feri iubet omnia semina. Vulgò verò, si dulcedo noceat, & vermes radicibus inhæreant, remedium est, amurca, pura, ac sine sale spargere, deinde farrare. Si in articulum seges ire cœperit, runcare, ne herbæ vincant. Pestem à milio atque panico sturnorum passerumve agmina scio abigi herba, cuius nomen ignotum est, in quatuor angulis segetis defossa: mirum dictu, vt omnino nulla auis intret. Mures abiguntur cinere multellæ, vel felis diluto, & semine sparso, vel decoctarum aqua. Sed redolet virus animalium eorum etiam in pane. Ob id felle bubulo semina attingi vtilius putant. Rubigo quidè, maxima segetum pestis, lauri ramis in aruo defixis, transit in earum folia ex aruis. Luxuria segetum castigatur dente pecoris in herba duntaxat: & depastæ quidem, vel sæpius, nullam in spica iniuriam sentiunt. Retonsarum etiam semel, omnino certum est, granum longius fieri, sed inane cassumque, ac satum non nasci. Babylone tamen bis secant, tertio depastant: alioquin folia tantum fieret. Sic quoque cum quinquagesimo scenore messes reddidit^g exilitas soli: verum diligentioribus cum centesimo quinquagesimo. Neque est cura difficilis, quam diutissimè aqua rigandi, vt præpinguis & dèsa vbertas diluatur. Limu autem non inuehunt Euphrates Tigrisq; sicut in Ægypto Nilus. Nec terra ipsa herbas gignit. Vbertatis tamen tantæ sunt, vt sequente anno sponte restibilis fiat seges, impressis vestigio feminibus: quæ tanta foli differentia admonet terræ genera in fruges describere. Igitur Catonis hæc sententia est: In agro crasso & læto frumentum feri. Si verò nebulosus sit idem, raphanum: milium, panicum in frigido & aquoso prius serendum, postea in calido.

^a T. pluuiis
^b T. cantharis
rida.

^c T. eruca

^d T. securidaca

^e T. farram

^f T. cabulis
hesu.

^g Indeus legit, Felicitas
Ioli. ex Theophrasto lib. 8.
de Plantis.

^h Preposita
verborum in
terpunctio
sensum hic
prorsus pertinet
hoc modo
restituendum:

Si verò nebulosus sit idem, raphanum, milium, panicum. In frigido & aquoso prius serendum, postea in calido. Vide Catonem de Rust. cap. 6. & 34. unde hæc sunt desumpta.

lido. In solo autem rubricoso, vel pullo, vel harenoso, si nō sit aquosum, lupinum. In creta & rubrica, & aquosiore agro adorem. In sicco & non herbofo, nec umbroso, triticum. In solo valido fabam. Viciam vero quā minimē in aquoso herbidoq; Siliginem & triticum in loco aperto editoque, qui sole quā diutissimē torreatur. Lētem in fruteoso & rubricoso, qui non sit herbidofo. Hordeū in nouali, & in aruo, quod restibile possit fieri: trimestre, vbi fementem maturam facere non possit, & cuius crassitudo sit restibilis. Subtilis & illa sententia, Serenda ea in tenuiore terra, quæ non multo indigent succo, vt cytifus & cicer, exceptis leguminibus quæ velluntur è terra, non subsecantur. Vnde & legumina appellata, quia ita legūtur. In pingui autem, quæ cibi sunt maioris, vt olus, triticum, filigo, linum. Sic ergo tenue solum hordeo dabitur: minus enim alimenti radix poscit: leuior terra densiorque tritico. In loco humili far adorem, potius quā triticū, feretur: temperato & triticum & hordeum. Colles robustius, sed minus, reddunt triticum. Far & filigo, & cretosum & vliginosum solum fortiuntur.

De prodigijs frugum, & arandi disciplina, & vomerum generibus.

C A P.

X V I I I.

ET frugibus ostentum semel (quod equidem inuenerim) accidit, P. Ælio, Cn. Cornelio Coss. quo anno superatus est Annibal. In arboribus enim tum nata produntur frumenta. Et quoniam de frugum terræque generibus abundè diximus, nunc de arandi ratione dicemus, ante omnia Ægypti facilitate commemorata. Nilus ibi coloni vice fungens, euagari incipit, vt diximus, à solstitio aut noua Luna, ac primò lentè, deinde vehementiùs, quā diu in Leone sol est. Mox pigrescit in Virginem transgresso, atque in Libra refidet. Si duodecim cubita non excessit, fames certa est. Nec minus, si xv j. exuperauit. Tanto enim tardiùs decedit, quāto abundantius creuit, & semētē arcet. Vulgò credebatur, ab eius decessu serere solitos, mox sues impellere vestigijs femina deprimentes in madido solo: & credo antiquitus factitatum. Nunc quoque non multo grauiore opera: sed tamē inarari certum est abiecta priùs femina in limo digressi amnis, hoc est, Nouembri mense incipiente: postea pauci runcant, quod botanistæ vocant. Reliqua pars non nisi cum falce arua visit paulo ante Calend. Aprilis. Peragitur autem messis Maio, stipula nunquam cubitali. Quippe sabulum subest, granumque limo tantum continetur. Excellentius Thebaidis regioni frumentum, quoniam palustris Ægyptus. Similis ratio, sed felicitas maior Babyloni ac Seleuciæ, Euphrate atque Tigri restagnantibus, quoniā rigandi modus ibi manu temperatur. Syria quoque tenui sulco arat, cum multifariam in Italia octoni boues ad singulos vomeres anhelent. In omni quidem parte culturæ, sed in hac quidem maximè valet oraculum illud, Quid quæque regio patiat. Vomerum plura genera: Culter vocatur, prædensam, prius quā proscindatur, terram secās, furis que sulcis vestigia præscribens incisuris, quas resupinus in arando mordeat vomer. Alterum genus est vulgare, rostrati vectis. Tertiū in solo facili, nec toto porrectum dentali, sed exigua cuspidè in rostro. Latior hæc quarto generi, sed exacutior in mucronem fastigiata, eodèque gladio scindens solum, & acie laterum radices herbarum secans: id non pridè inuentum in Rhætia. Galliæ duas addiderunt tali rotulas, quod genus vocant^a planarati. Cuspis effigiem palæ habet. Serunt ita nō nisi culta terra, & ferè noua. Latitudo vomeris cæspites versat. Semē protinus iniiciunt, cratèsque dentatas super trahunt. Nec sarrienda sunt hoc modo sata: sed^b porcellis binis ternisque sic arant. Vno bouum iugo censer^b anno facilis soli quadragena iugera, difficilis tricena, iustum est.

De temporibus arandi, & iunctione bouum.

C A P. X I X.

IN arando magnopere seruandum est Catonis oraculum: Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Bene arare. Quid tertium? Stercorare. Sulco vario ne ares: Tempestiuè ares. Tepidioribus locis à bruma proscindi arua oportet, frigidioribus ab æquinoctio verno. Et maturius sicca regione, quā humida. Maturius densa terra, quā soluta, pingui quā macra. Vbi sicca & graues æstates, terra cretosa aut gracilis, vtilius

inter solstitium & autumnæ æquinoctium aratur. Vbi leues æstus, frequētes imbres, pingue herbosumque solum, ibi melius caloribus. Altum & graue solum etiam hyeme moueri placet: tenue valde & aridum, paulo ante sationis tempus. Sunt & hic suæ leges. Lutosam terram ne tangito. Vi omni arato: prius quam ares, proscindito. Hoc vtilitatē habet, quod inuerso cæspite herbarum radices necantur. Quidam vtique ab æquinoctio verno proscindi volunt. Quod vere semel aratum est, à temporis argumento veruactum vocatur. Hoc in nouali atque requieto necessarium est. Nouale est, quod alternis annis feritur. Araturos boues quam arctissimè iungi oportet, vt capitibus sublatis arēt: sic minimè colla contundunt. Si inter arbores vitæque aretur, fiscellis capistrari, ne germinū tenera præcerpant. Securiculam insitiuam pendere, qua intercidantur radices. Hoc melius, quam cōuelli aratro, bouesque luctari. In arando versum peragi, nec^a striare in actu sapius. Iustum est proscindi fulco dodrantali iugerum vno die, iterari sesquiiugerum, si sit facilitas soli: si minus, proscindi semissem, iterari assem: quando & animalium labori natura leges statuit. Omne aruum rectis fulcis, mox & obliquis subigi debet. In collibus transuerso tantum monte aratur, sed modò in superiora, modò in inferiora rostrante vomere. Tantumque est laboris homini, vt etiam bouum vice fungatur. Certè sine hoc animali montanæ gentes sarculis arant. Arator, nisi incuruus, præuaricatur. Inde translatum hoc crimen in forum. Ibi itaque caueatur, vbi inuētum est. Purget vomerem subinde stimulus cuspidatus^b rulla. Scamna inter duos sulcos cruda ne relinquuntur, glebæ ne exultent. Malè aratur aruum, quod fatis frugibus occandū est. Id demum rectè subactum²⁰ erit, vbi non intelligitur vtro vomer ierit. In vsu est, & collicias interponere, si ita locus poscat, ampliore sulco, quæ in fossas aquam deducant.

^a T. frigare
in actu stri-
turi.

^b T. rallo.

De occando, & quodam arationis genere, & de iteratione & refectione.

C A P. X X.

A Ratione per transuersum iterata, occatio sequitur, vbi res poscit, crate vel rastro, & fato semine iteratio. Hæc quoque vbi consuetudo patitur, crate dentata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, operientes femina: vnde primum appellata deliratio est. Quarto feri sulco Virgilius existimatur voluisse, cum dixit optimam esse segetem, quæ bis solem, bis frigora sensisset. Spissius solum, sicut plerunque in Italia, quinto sulco feri melius est, in Thuscis vero nono. At fabam & viciam non proscisso ferere sine damno, cōpendium operæ est. Non omitteremus vnam etiam num arandi rationem, in transpadana Italia bellorum iniuria excogitatam. Sailassi cum subiectos Alpibus depopulerentur agros, panicum miliumque iam excrescens tentauerunt. Postquam respuebat natura, inararunt. At illæ messes duplicatæ docuere, quod nunc vocant artrare, id est aratrare, vt credo tunc dictum. Hoc fit vel incipiente culmo, cum iam is bina ternæ emiserit folia. Nec recens subtrahemus exemplum, in Treuerico agro tertio ante hunc annum compertum. Nam cum hyeme prægelida captæ segetes essent, reseuerunt, resarrientes campos mense Martio, vberrimasque messes habuerunt. Nunc reliqua cultura tradetur per genera frugum.

De cultura terræ.

C A P. X X I.

S Iliginem, far, triticum, semen, hordeum occato, farrito, runcato quibus dictum erit diebus. Singulæ operæ cuique generi in iugero sufficient. Sarculatio induratum hyberno rigore soli tristitiam laxat temporibus vernis, nouosque soles admittit. Qui farriet, caueat ne frumenti radices suffodiat. Triticum, hordeum, semē, fabam bis farrire melius. Runcatio, cum seges in articulo est, euulsis inutilibus herbis, frugum radicem vindicat, segetemque discernit à cæspite. Leguminum cicer eadem, quæ far, desiderat. Faba runcari non gessit, quoniam euincit herbas: lupinum runcatur tantum. Milium, panicum occatur & farritur, non iteratur, non runcatur: filicia & faseoli occantur tantum. Sunt genera terræ, quarum vbertas pectinari segetem in herba cogat. Cratis & hoc genus, dentatæ stylis ferreis. Eadem nihilominus & depascuntur. Quæ depasta sunt, sarculo iterum excitari necessarium. At in Bactris, Africa, Cyrene, omnia hæc superuacua fecit indulgentia cæli, &

li, & à femente non nisi nonis mēſibus in aream redeūt: quia ſiccitas coërcet herbas, fruges nocturno tactas rore nutriens. Virgilius alternis ceſſare arua ſuadet, & hoc, ſi patiantur ruris ſpatia, vtiliſſimum procul dubio eſt. Quod ſi neget conditio, ſar ſerendum, vnde lupinum, aut vicia, aut faba ſub ata ſint, & quæ terram faciant lætiorē. In primis que & hoc notandum, quædam propter alia ſeri obiter: ſed parum prouenire priori diximus volumine, ne eadem ſæpius dicantur. Plurimum enim refert ſoli cuiusque ratio.

De ſumma fertilitate, & biferâ vite, & aquarum differentia.

C A P. X X I I.

Ciuitas Africæ in mediis harenis, petentibus Syrteis Leptinque magnam, vocatur Ta-
 10 cape, felici ſuper omne miraculum riguo ſolo: ternis ferè mil. paſſ. in omnem partem
 fons abundat, largus quidem, ſed certis horarum ſpatiis diſpenſatus inter incolas. Palmæ
 ibi prægrandi ſubditur olea, huic ficus, fico Punica, illi vitis: ſub vite ſeritur frumentum,
 mox legumē, deinde olus, omnia eodem anno: omniâque aliena vmbra aluntur. Quater-
 na cubita eius ſoli in quadratum, nec vt à porrectis metiâtur digitis, ſed in pugnum con-
 tractis, quaternis denariis venundantur. Super omnia eſt, biferam vitem bis anno vinde-
 miare. Et niſi multiplici partu exinaniatur vbertas, pereunt luxuria ſinguli fructus. Nunc
 verò toto anno metitur aliquid. Conſtatque fertilitati non occurrere homines. Aquarū
 quoque differentia magna riguis eſt. In Narbonenſi prouincia nobilis fons Orge nomi-
 20 ne eſt: in eo herbæ naſcuntur in tantum expetitæ bubus, vt merſis capitibus totis eas
 quærant. Sed illas in aqua naſcentes certum eſt non niſi imbribus ali. Ergo ſuam quiſque
 terram aquamque nouerit.

De qualitate terræ & ſtercoratione.

C A P. X X I I I.

Si fuerit illa terra quam appellauimus teneram, poterit ſublato hordeo milium ſeri,
 eo condito raphanus: his ſublatis hordeum vel triticum, ſicut in Campania: fatiſ-
 que talis terra aratur, cùm ſeritur. Alius ordo: vt vbi adoreum fuerit, ceſſet i i j. men-
 ſibus hybernis, & vernam fabam recipiat, aut ante hyemalem ne ceſſet. Nec non mi-
 nus pinguis alternari poteſt ita, ſi frumento ſublato legumen tertio ſeratur. Gracilior
 & in annum tertium ceſſet. Frumentum quidam ſeri vetant, niſi in ea quæ proximo an-
 30 no quieuerit. Maximam huius loci partem ſtercorationis obtinet ratio, de qua & prio-
 ri diximus volumine. Hoc tantum vnum in conſeſſo eſt, niſi ſtercorato ſeri non oportere:
 quanquam & hic leges ſunt propriæ. Milium, panicum, rapa, napus, niſi in ſterco-
 rato non ſerantur. Non ſtercorato frumentum potius quàm hordeum ſerito. Item in no-
 ualidus, tametſi in illis fabam ſeri volunt, eandem vbicunque quàm recentiſſimè ſterco-
 rato ſolo. Autumno aliquid ſaturus, Septembri menſe ſimum inaret poſt imbrem. Vtiq;
 ſi verno erit ſaturus, per hyemem ſimum diſponat. Iuſtum eſt vehes xvij. iugero tribui:
 diſpergere autem prius quàm areſcat, aut iactato ſemine. Si hæc omiſſa ſit ſtercoratio, ſe-
 quens eſt, prius quàm ſerat, ante puluerem. Quod vt hanc quoque curam determine-
 mus, iuſtum eſt ſingulas vehes ſimi denario ire, in ſingulas pecudes minores, in maiores
 40 denas: niſi contingât hoc, malè ſubſtrauiſſe pecori colonum appareat. Sunt qui optimè
 ſtercorari putent, ſub dio retibus incluſa pecorum manſione. Ager ſi non ſtercoratur,
 alget: ſi nimium ſtercoratus eſt, aduritur: fatiùſque eſt id ſæpe, quàm ſupra modum face-
 re. Quò calidius ſolum eſt, eò minus addi ſtercoris, ratio eſt.

*De bonitate ſeminum, & diſciplina ſeminandi, & quantum ex quoque genere frumenti,
 in iugero ſerendum, & temporibus ſerendi.*

C A P. X X I I I I.

Semen optimum anniculum, bimum deterius, trimum peſſimū, vltra ſterile: & in vno
 omnium definita genere ratio eſt. Quod in ima arca ſubſedit, ad ſemen reſeruandum
 50 eſt. Id enim optimum, quoniam grauiſſimum: neque alio modo vtilius diſcernitur. Quæ
 ſpica per interualla ſemina habebit, adiicietur. Optimum granum quod rubet, & denti-

bus fractum eundem habet colorem: deterius, cui plus intus albi est. Certum terras alias plus feminis recipere, alias minus. Religiosumque inde primum colonis augurium, cum auidius accipiat, esurire creditur, & comesse semen. Sationem locis humidis celerius fieri ratio est, ne semen imbre putrescat. Siccis ferius, ut pluuia sequantur: ne diu iacens atque non concipiens, euanescat. Itemque festinata satione densum spargi semen, quia tarde concipiat. Serotina rarum, quia densitate nimia necetur. Artis quoque cuiusdam est, aequaliter spargere. Manus utique congruere debet cum gradu, semperque cum dextro pede. Fit quoque quorundam occulta ratione, quod fors genialis atque foecunda est. Non transferendum est ex frigidis locis semen in calida, neque ex praecocibus in serotina: idque in contrarium praecipere quidam falsa diligentia. Serere in iugero temperatioli iustum est tritici aut siliginis modios v. farris aut feminis (quod frumenti genus ita appellamus) x. hordei vj. Fabae quintam partem amplius quam tritici, viciae xi j. ciceris & cicerulae & pisi i i j. lupini x. lentis i i j. sed hanc cum fimo arido feri volunt, erui vj. siliciae vj. faseolorum i i j. pabuli x x. milij, panici sextarios quatuor. Pingui solo plus, gracili minus. Est & alia distinctio. In denso, aut cretoso, aut vliginoso solo, tritici aut siliginis modios sex: in soluta terra & nuda, & sicca, & laeta, quatuor. Macies enim soli maior, nisi rarum culmum habeat, spicam minutam facit & inanem. Pingua arua ex vna feminis radice fruticem numerosum fundunt, densamque segetem e raro semine emittunt. Ergo inter quatuor & sex modios pro natura soli, alij quinque non minus feri, pluresve praecipiant: item in confito, aut cliuoso, ut in macro. Huc pertinet oraculum illud magno-pere custodiendum, Segetem ne defruges. Adiecit iis Accius in praxidico, ut sereretur, cum Luna esset in Ariete, Geminis, Leone, Libra, Aquario. Zoroastres Sole xi j. partes Scorpionis transgresso, cum Luna esset in Tauro. Sequitur huc dilata & maxima indiges cura de tempore fruges ferendi quaestio, magnaque ex parte ratione siderum connexa. Quamobrem sententias omnium in primis ad id pertinentes exponemus. Hesiodus, qui princeps omnium de agricultura praecipit, vnum tempus ferendi tradidit a Vergiliarum occasu. Scribebat enim in Baeotia Helladis, vbi ita feri diximus. Inter diligentissimos conuenit, ut in alitum quadrupedumque genitura, esse quosdam ad conceptum impetus & terrae. Hos Graeci ita definiunt, cum sit calida & humida. Virgilius triticum & far a Vergiliarum occasu feri iubet, hordeum inter aequinoctium autumnii & brumam: viciae vero faseolos & lentem, Boote occidente: Quo fit, ut horum siderum aliorumque exortus & occasus digerendi sint in suos dies. Sunt qui & ante Vergiliarum occasum feri iubeant, duntaxat in arida terra, calidisque prouinciis. Custodiri enim semen corrumpente humore, & a proximo imbre vno die erumpere. Alij statim ab occasu Vergiliarum sequi imbres, a septimo ferè die. Aliqui in frigidis ab aequinoctio autumnii: in calidis ferius, ne ante hyemem luxurient. Inter omnes autem conuenit circa brumam ferendum non esse, magno argumento: quoniam hyberna semina, cum ante brumam nata sint, septimo die erumpant: si post brumam, vix xl. Sunt qui properent, atque ita pronuntient, festinam sementem saepe decipere, serotinam semper. E contrario alij, vel vere potius ferendum, quam male in autumno. Atque vbi fuerit necesse, inter Fauonium & vernum aequinoctium. Quidam omissa caelesti cura, ut inutili, temporibus definiunt. Vere linum & auenam, & papauer: atque uti nunc etiam transpadani seruant, vsque in Quinquatrus: fabam, siliginem Nouembri mense: far Septembri extremo vsque in Idus Octobris. Alij post hunc diem in Calendas Nouemb. Ita his nulla naturae cura est: illis nimia & ideo caeca subtilitas: cum res inter rusticos geratur, literarumque expertes, non modo siderum. Et confitendum est, caelo maxime constare ea: quippe Virgilio iubente praedisci ventos ante omnia, ac siderum mores, neque aliter, quam nauigantibus, seruari. Spes ardua & immensa, misceri posse caelestem diuinitatem imperitiae: sed tentanda tam grandi vitae emolumento. Prius tamen sideralis difficultas, quam sensere etiam periti, subiicienda contemplationi est: quod deinde laetior mens discedat a caelo, & facta sentiat, quae futura praenosci non possint.

Digestio siderum in noctes & dies.

CAP. XXV.

PRIMUM omnium dierum ipsorum anni, Solisque motus propè inexplicabilis ratio est. Ad
 c c c l x v. adiiciunt etiam nū intercalarios diei noctisque quadrantes. Ita fit, vt tradi
 non possint certa siderum tempora. Accedit confessa rerum obscuritas, nunc præcurren
 te, nec paucis diebus, tempestatum significatu, quod prochimazin Græci vocant: nunc
 postueniente, quod epichimazin: & plerunque aliàs citiùs: aliàs tardiùs cæli effectū ad
 terram deciduo: vnde vulgo serenitate reddita, confectum sidus audimus. Præterea
 cum omnia hæc stasis sideribus cæloque affixis constent, interueniunt motu stellarum
 grandines, imbres, & ipsi non leui effectū, vt docuimus, turbantque conceptæ spei ordi
 nem. Idque ne nobis tantum putemus accidere, & reliqua fallit animalia sagaciora circa
 hoc, vt quo vita eorum constet: æstiuasque; alites præposteri aut præproperi rigores necant,
 hyernas æstus. Ideo Virgilius errantium quoque siderum rationem ediscendam præci
 pit, admonens obseruandum frigidæ Saturni stellæ transitum. Sunt qui certissimum ve
 ris indicium arbitrentur ob infirmitatem animalis, papilionis prouentum. Id eo ipso an
 no, cum commentaremur hæc, notatum est, prouentum eorum ter repetito frigore extin
 ctum, aduenasque volucres ad v i. Calend. Februarij spem veris attulisse, mox sæuissima
 hyeme conflictatas. Res anceps primum omnium à cælo peti legem, deinde eam argu
 mentis esse quærendam. Super omnia est mundi conuexitatis, terrarumque globi diffe
 rentia, eodem sidere alio tempore aliis aperiente se gentibus: quo fit vt causa eius non iis
 dem diebus vbiq; valeat. Addidere difficultatem & auctores diuersis in locis obseruando,
 mox etiam in iisdem diuersa prodendo. Tres autem fuere sectæ, Chaldæa, Ægyptia, Græ
 ca. His addidit apud nos quartam Cæsar Dictator, annos ad Solis cursum redigens singu
 los, Sofigene perito scientiæ eius adhibito. Et ea ipsa ratio postea comperto errore cor
 recta est: ita vt x i i. annis continuis non intercalaretur, quia cæperat sidera annus mora
 ri, qui priùs antecedebat. Et Sofigenes ipse trinis commentationibus, quanquam diligen
 tior esset cæteris, non cessauit tamen addubitare, ipse semet corrigendo. Auctores prodid
 ere ea, quos prætexuimus volumini huic, raro vllius sententia cum alio congruente. Mi
 nus hoc in reliquis mirum, quos diuersi excusauerint tractus. Eorum qui in eadem regio
 ne discedere, vnam discordiam ponemus exempli gratia: Occasum matutinum Vergilia
 rum Hesiodus (nam huius quoque nomine extat Astrologia) tradidit fieri, cum æquino
 ctium autumnii conficeretur: Thales xxv. die ab æquinoctio: Anaximander x x i x. Eucte
 mon x l v i i j. Nos sequemur obseruationem Cæsaris: maximèque hæc erit Italiæ ratio.
 Dicemus tamen & aliorum placita: quoniam non vnus terræ, sed totius nature inter
 pretes sumus, nō autoribus positus (id enim verbum est) sed regionibus: vt legētes tan
 tum meminerint, breuitatis gratia, cum Attica nominata fuerit, simul intelligere Cy
 cladas insulas: cum Macedonia, Magnesium, Thraciam: cum Ægyptus, Phœnicen,
 Cyprum, Ciliciam: cum Bœotia, Locridem, Phocidem, & finitimos semper tractus: cum
 Hellepontus, Cherrhonesum, & continentia vsque Atho montem: cum Ionia, Asiam,
 & insulas Asiæ: cum Peloponnesus, Achaiam, & ad Hesperum iacentes terras. Chaldæi
 Assyriam & Babyloniam demonstrabunt. Africam, Hispanias, Gallias fileri non erit mi
 rum. Nemo enim obseruauit in iis, qui siderum proderet exortus. Non tamen difficili
 ratione dignoscuntur in illis quoque terris digestionem circularum, quam in sexto volumi
 ne fecimus: qua cognatio cæli, non gentium modo, verum, vrbium quoque singula
 rum intelligitur, nota ex his terris, quas nominauimus, sumpta conuexitate circuli, per
 tinentis ad quas quisque quæret terras, & ad earum siderum exortus, per omnium circu
 lorum pares vmbas. Indicandum & illud, tempestatas ipsas ardores suos habere quadri
 nis annis: & easdem non magna differentia reuerti ratione Solis: octonis verò augeri
 easdem, centesima reuolvente se Luna. Omnis autem ratio obseruata est tribus modis,
 exortu siderum occasuque, & ipsorum temporum cardinibus. Exortus occasusque binis
 modis intelliguntur. Aut enim aduentu Solis occultantur stellæ & conspici desinunt, aut
 eiusdem abscessu proferunt se. Emersum hoc melius, quam exortum consuetudo di

y

xisset: & illud occultationem potius, quàm occasum. Alio modo, quo die incipiunt apparere vel desinunt, oriente Sole, aut occident, ematutini vespertiniue cognominati, prout alterutris eorum manè vel crepusculo contingit. Dodrantes horarum, cum minimum, interualla ea desiderant ante Solis ortum, vel post occasum, vt aspicì possint. Præterea bis quædam exoriuntur & occidunt. Omnisque sermo de his est stellis, quas adherere cælo diximus. Cardo temporum quadripartita anni distinctione constat, per incrementa lucis. Augetur hæc à bruma, & æquatur noctibus verno æquinoctio diebus x c. horis tribus. Deinde superat noctes ad solstitium diebus x c i i j. horis x i j vsque ad æquinoctium autumnii. Et tum æquata die procedit ex eo ad brumam diebus l x x i x. horis i i j. Horæ nunc in omni accessione æquinoctiales, non cuiuscunque diei significantur: 10 omnesque eæ differentia fiunt in octauis partibus signorum. Bruma Capricorni, ad v i i j. Calend. Ianuarij ferè: æquinoctium vernum, Arietis: solstitium, Cancri: alterumque æquinoctium, Libræ: qui & ipsi dies rarò non aliquos tempestatum significatus habent. Rursus hi cardines singulis etiamnum articulis temporum diuiduntur, per media omnes dierum spatia. Quoniam inter solstitium & æquinoctium autumnii, Fidiculæ occasus autumnum inchoat die x l v. At ab æquinoctio eo ad brumam, Vergiliarum matutinus occasus hyemem die x l i j. Inter brumam & æquinoctium die x l v. status Fauonij vernum tempus. Ab æquinoctio verno initium æstatis die x l v i i j. Vergiliarum exortus matutinus. Nos incipiemus à sementibus frumenti, hoc est, Vergiliarum occasu matutino. Nec deinde paruorum siderum mentione concidenda ratio est, & difficultas re- 20 rum augenda, cum sidus vehemens Orionis iisdem diebus longo decedat spatio. Sementibus tempora plerique præsumunt, & ab x j. die autumnalis æquinoctij fruges ferunt, adueniente Coronæ exortu, continuis diebus certo propè imbrium promisso. Xenophon non antequam Deus signum dederit. Hoc Cicero Nouembris imbre fieri interpretatus est, cum sit vera ratio non priùs ferendi, quàm folia cœperint decidere. Hoc ipso Vergiliarum occasu fieri putant. Aliqui ad i i j. Idus Nouembris, vt diximus, seruant: quoniam id sidus etiam vestis institoris est, & est in cælo notatu facillimum. Ergo ex occasu eius de hyeme augurantur, quibus est cura insidiandi negotiatoris avaritia. Nubilo occasu pluuiosam hyemem denuntiat: statimque augent lacernarum pretia: sereno asperam, & reliquarum vestium accendunt. Sed ille indocilis cæli agricola, hoc signum habeat: 30 inter suos vepres, humumque suam aspiciens, cum folia viderit decidua. Sic indicatur anni temperies, alibi tardius, alibi maturius. Ita enim sentitur, vt cæli locique afficit natura: idque in hac ratione præcellit, quod eadè & in mundo publica est, & vnicuique loco peculiaris. Miretur hoc, qui non meminerit ipso brumali die pulegium in carnariis florere: adeò nihil occultum esse natura voluit. Et serendi igitur hoc dedit signum. Hæc est vera interpretatio, argumentum naturæ secum afferens. Quippe sic terram peti suadet, promittitque quandam stercoris vicem, & contra rigores terram flatumque operiri à se nuntiat, & monet festinare. Varro in fabæ vtique satum hanc obseruationem custodiri præcepit. Alij plena Luna serendam. Lentem verò à x x v. ad x x x. Viciam quoque iisdem Lunæ diebus. Ita demum sine limacibus fore. Quidam pabuli causa sic feri iubent, seminis 40 autem vere. Est & alia manifestior ratio, mirabiliore naturæ prouidentia, in qua Cicero nis sententiam ipsius verbis sub signabimus.

Iam vero semper viridis semperque grauata

Lentiscus, triplici solita est grandescere særu:

Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.

Ex his vnum hoc erit idem & lino ac papaueri serendo. Cato de papauere ita tradit: Virgas & sarmenta, quæ tibi in satatione superat, in segete comburito. Vbi eas cõbuseris, ibi papauer serito syluestre: quod in miro vsu est melle decoctum ad faucium remedia. Visq; somnifera etiam satiuo. Et hætenus de hyberna semente.

Replica

Replicatio totius culturæ, & quid quoque mense in agro fieri oporteat.

C A P. X X V I.

VERUM vt pariter omnis culturæ quoddam bræuiarium peragatur, eodem tempore conuenit & arbores stercoreare, accumulare item vineas: sufficit in iugerum opera: & vbi patietur loci ratio, arbuta ac vineas putare, feminariis solū bipalio præparare, incilia aperire, aquam de agro pellere, torcular leuare & recondere. A Calend. Nouemb. gallinis oua supponere nolito, donec bruma conficiatur. In eum diem ternadena subiicito æstate tota hyeme pauciora, non tamen infra nouena. Democritus talem futuram hyemem arbitratur, qualis fuerit brumæ dies, & circa eum terni: item solstitio æstatem.

10 Circa brumam plerisque bis septem halcyonum fœtura ventorum quiete mollius cælū: sed & in his & in aliis omnibus ex euentu significationum intelligi sidera debebunt, non ad dies vtique præfinitos expectari tempestatum vadimonia. Per brumam vitem ne colito. Vina tum defæcari, vel etiam diffundi Hyginus suadet, à confecta ea septimo die, vtique si septima Luna competat. Cerasa circa brumam feri. Bubus glandem tunc aspergi conuenit in iuga singula modios. Largior valetudinem infestat, & quocunque tempore detur, si minus xxx. diebus continuis data sit, narrant verna scabie pœnitere. Materiei cædendæ tempus hoc dedimus. Reliqua opera nocturna maximè vigilia constant, cum sint noctes tanto ampliores. Qualos, crates, fiscinas texere. Faces incidere. Ridicas præparare interdiu xxx. palos lx. in lucubratione vespertina ridicas v. palos x. totidem ante-

20 lucana. A bruma in Fauonium Cæsari nobilia sidera significant, ij. Calend. Ianuarij matutino Canis occidens. Quo die Atticæ & finitimis regionibus Aquila vesperi occidere traditur. Pridie Nonas Ianuarij Cæsari Delphinus matutino exoritur, & postero die Fidicula, quo Ægypto Sagitta vesperi occidit. Item ad v. Idus Ianuarij eiusdem Delphini vespertino occasu continui dies hyemāt Italiæ, & cum Sol in Aquarium sentiatur transire, quod ferè xv. Calend. Feb. euenit: vi. Calend. stella regia appellata Tuberoni in pectore Leonis occidit matutino. Et pridie Nonas Feb. Fidicula vesperi. Huius tēporis nouissimis diebus, vbi cūque patietur cæli ratio, terram ad rosarum & vineæ solum vertere bipalio oportet. Iugero operæ lx. sufficiunt. Fossas purgare, aut nouas facere. Antelucanis ferramenta acuere, manubria aptare, dolia quassa sarcire, ipsorumque laminas scabendo

30 purgare, aut nouas facere. A Fauonio in æquinoctiū vernum Cæsari significat xv. Calend. Martij triduum variè. Et vi. Calend. hirundinis visu, & postero die Arcturi exortu vespertino. Itē ij. Nonas Martij Cæsari Cancris exortu id fieri obseruauit. Maior pars autorum Vindemiatoris emerfu vi. Idus aquilonij piscis exortu, & postero die Orionis. In Attica Miluium apparere obseruatur. Cæsari & Idus Martias ferales sibi annotauit Scorpionis occasu: xv. verò Calend. Aprilis Italiæ Miluum ostendi, xi. Calend. Equum occidere matutino. Hoc interuallum temporis vegetissimum agricolis, maximèque operosum est, in quo præcipuè falluntur. Neque enim eo die vocantur ad munia, quo Fauonius flare debeat, sed quo cœperit. Hoc acri intentione seruandum est. Hoc illo mense signum Deus habet, obseruatione minimè fallaci aut dubia, si quis attendat. Vnde autem

40 spiret iis ventus, quaque parte veniat, diximus secūdo volumine, & dicemus mox paulo operosius. Interim ab eo die (quisquis ille fuerit) quo flare cœperit, non vtique xv. Idus Feb. sed siue antè, quando præuernat, siue post, quando hyemat: post eam diem, inquam, innumera rusticos cura diltringat, & prima quæque peragantur, quæ differri nequeunt. Trimestria ferantur. Vites putentur qua diximus ratione. Oleæ curentur. Poma ferantur inferanturque. Vineæ pastinentur. Semina digerantur, instaurantur alia. Harundines, salices, genistæ ferantur cædanturque. Serantur verò vlmis, populi, platani, vt dictum est. Tum & segetes conuenit purgare, sarcire hybernas fruges, maximèque far. Lex certa in eo, cum quatuor fibrarum esse cœperit. Faba verò non antequàm trium foliorum. Tunc quoque leui sarculo purgare verius, quam fodere. Florentem vtique xv. primis diebus non attingere. Hordeū nisi sicco, ne serito. Putationem æquinoctio peractam habeto: Vineæ iugerum quaternæ operæ putant, alligantque: in arbuta singulæ operæ arbores xv. Eodem

hoc tempore hortorum rosariumque cura est, quæ separatim proximis voluminibus dicitur: eodem & topiariorum. Tunc optimè scrobes fiunt. Terra in futurum profcinditur, Virgilio maxima autore, vt glebas Sol coquat. Vtilior sententia, quæ non nisi temperatum solum in medio vere arari iubet: quoniam in pingui statim sulcos occupant herbar, gracili infecuti æstus exiccant: tum nanque succum venturis feminibus auferunt. Talia autumnò melius arari certum est. Cato verna opera sic definit: scrobes fieri, feminaria propagari in locis crassis & humidis: vltimos, ficos, poma, oleas, prata stercoreari Luna sitiente: Quæ rigua non erunt, ab afflatu Fauonij defendi, purgari herbas, malas radicatus erui, ficus interpurgari, feminaria fieri, & vetera sarciri. Hæc, antequàm vinea flores incipiat. Itémque pyro florente arare incipiat macra harenosaque. Postea vtique grauiissima & aquosissima. Ita postremo arato. Ergo hæc aratio has habebit notas, lētifici primum fructum ostendentis, ac pyri florentis. Erit & tertia in bulborum fatu scillæ. Item in coronamentorum narcissi. nanque & hæc ter florent: primòq; flore primam arationem ostendunt, medio secundam, tertio nouissimam, quando inter sese alia aliis notas præbent. Ac non in nouissimis cauetur, ne fabis florētibus attingatur edera. Id enim noxium & exitiale ei est tēpus. Quædam verò & suas habent notas, sicuti ficus. Cum folia pauca in cacumine acetabuli modo germinent, tunc maximè ferendas ficus. Æquinoctium verum ad v i i j. Calend. Aprilis peragi videtur. Ab eo ad Vergiliarum exortum matutinū, Cæsari significant Calend. Aprilis. i i j. Nonas Aprilis in Attica Vergiliæ vesperi occultantur. Eadem postridie in Bœotia. Cæsari autem & Chaldæis Nonis, Ægypto Orion & gladius eius incipiunt abscondi. Cæsari sexto Idus significatur imber Libræ occasu: decimo quarto Calend. Maij Ægypto Suculæ occidunt vesperi, sidus vehemens, & terra mariq; turbidum, decimo sexto Atticæ, x v. Cæsari, continuòq; triduo significat. Assyriæ autem x i j. Calend. Hoc est vulgo appellatum sidus Palilicium, quoniam x j. Calend. Maij vrbis Romæ natalis, quo ferè serenitas redditur, claritatē obseruationi dedit, nimborem argumento Hyadas appellantis Græcis has stellas. Quod nostri à similitudine cognominis Græci propter sues impositum arbitantes, imperitia appellauere Suculas. Cæsari ad v i i j. Calend. notatur dies. v i j. Calend. Ægypto Hædi exoriuntur: v j. Calend. Bœotie & Atticæ Canis vesperi occultatur, Fidicula manè oritur: v. Calendas. Assyriæ Orion totus absconditur, tertio autem Canis: v j. Nonas Maij Cæsari Suculæ matutino exoriuntur, & v i i j. Idus Capella pluuiialis. Ægypto autem eodē die Canis vesperi occultatur. Sic ferè in v j. Idus Maij qui est Vergiliarum exortus, decurrunt sidera. In hoc tēporis intervallo. x v. diebus primis agricolæ rapienda sunt ea, quibus peragendis ante æquinoctium nõ suffecerit, dum n sciat inde natam exprobrationem fœdam putantium vites per imitationem cantus alitis temporarij, quem cuculū vocant. Dedecus enim habetur, opprobriumque meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehēdi, vt ob id petulantia sales etiam cū primo vere ludantur. Auspicio tamen detestabiles videntur. Adeo minima quæq; in agro naturalibus trahuntur argumentis. Extremo autem hoc tempore panici milisique satio est. Iustum est hoc seri maturato hordeo, atque etiam in eodem aruo. Estq; signum illius maturitatis, & horum sationis commune, lucentes vespere per arua cicindelæ. Ita appellant rustici stellantes volatus, Græci verò lampyridas, incredibili benignitate naturæ.

Ne agricolæ aspiciant stellas, sed magis tempora ferendæ frugis, & ortus occasusq; sideris, in quibusdam herbis, & de stellarum ortu & occasu.

C A P. X X V I I.

IAm Vergilias in cælo notabiles caterua fecerat: non tamen his contenta, terrestres fecit alias, veluti vociferans: Cur cælum intuearis agricolæ? Cur sidera quæras rustice? iam te breuiore somno fessum premunt noctes. Ecce tibi inter herbas tuas spargo peculiare stellas, easque vespere & ab opere disiungenti ostendo: ac ne possis præterire, miraculo sollicito. Vidēsne vt fulgor igni similis alarum compressu tegatur, secumque lucem habeat & nocte? Dedi tibi herbas horarum indices: & vt ne sole quidem oculos tuos à terra auoces, heliotropium ac lupinum circumaguntur cum illo. Cur etiam nunc altius spectas,

ſpectas, ipſumque cælum ſcrutaris? Habes ante pedes tuos ecce Vergilias. In certis eæ diebus proueniunt, durantque fœdere ſideris huiuſce: partumque eas illius eſſe certum eſt. Proinde quiſquis æltiuos fructus ante illas ſeuerit, ipſe fruſtrabitur ſeſe. Hoc interuallo & apicula procedens fabam florere indicat: fabaque florefcens eam euocat. Dabitur & aliud finiti frigoris indicium. Cùm germinare videris morum, iniuriam poſteà frigoris timere nolito. Ergo opera, talcas oliuarum ponere, ipſasque oleas interrudere, rigare prata æquinoctij diebus primis. Cùm herba creuerit in feſtucam, arcere aquas. Vineas pampinare. Et huic lex ſua, cùm pampini quatuor digitos longitudine expleuerint. Pampinat vna opera iugerum. Segetes iterare. Sarritur verò diebus viginti. Ab æquinoctio ſatura nocere & vineæ & fegeti exiſtimatur. Et oues lauandi hoc idem tempus eſt. A Vergiliarum exortu ſignificant Cæſari poſtridie Arcturi occaſus matutini, tertio Idus Maij Fidiculæ exortus. x i j. Calend. Iunij Capella veſperi occidens & in Attica Canis. x j. Calend. Cæſari Orionis gladius occidere incipit: tertio Nonas Iunij Cæſari & Aſſyriæ Aquila veſperi oritur: octauo Idus Arcturus matutino occidit: Italiae ſexto, & quarto Idus Delphinus veſperi exoritur: decimoſeptimo Calendas Iulij gladius Orionis exoritur, quod Ægypto poſt quatrimum. x j. Calend. eiſdem Orionis gladius Cæſari occidere incipit. v i i j. Calen. Iulij verò longiſſima dies totius anni, & nox breuiſſima ſolſtitium conficiunt. In hoc temporis interuallo vineæ pampinantur, curaturque; vt vinea vetus ſemel foſſa ſit, bis nouella. Oues tondentur: lupinum ſtercorandi cauſa vertitur: terra proſcinditur: vicia in

De pratis & reparatione prati, & cotibus, & falcibus, & deſcriptio frugum & ſiderum.

C A P. X X V I I I.

PRata circa Calend. Iunij cæduntur, quorum facillima agricolis cura, ac minimi impendij, hæc de ſe poſtulat dici. Relinqui debent in læto ſolo, vel humido, vel riguo, eaque aqua pluuiæ rigari via publica. Vtiliſſimum ſimul & herbæ arare, deinde cratire, ſerere florem ex fœnilibus, atque ex præſepibus fœno dilapſum ſpargere, prius quàm cratiantur. Nec primo anno rigari, nec paſci ante ſecunda fœniſecia, ne herbæ vellantur, obtritumque hebetentur. Senefcunt prata, reſtituimque debent faba in his ſata, vel rapis, vel milio. Mox inſequenti anno frumento, ruruſque in prata tertio relinqui. Prætereà quoties ſecta ſint, ſiciliri, hoc eſt quæ fœniſeces præterierunt, ſecari. Eſt enim in primis inutile, enaſci herbas ſementaturas. Herba optima in prato trifolij, proxima graminis, peſſima mimuli: ſiliqua etiam dira fœniſecis: inuiſa & equiſelis eſt, à ſimilitudine equinæ ſetæ. Secandi tempus, cùm ſpica deflorefcere cœpit, atque roborari: ſecundum, antequàm inareſcat. Cato, fœnum, inquit, ne ſerò feces, prius quàm ſemen maturum ſit, ſecato. Quidam pridie rigant, vbi ſunt rigua. Noctibus roſcidis ſecari melius. Quædam partes Italiae poſt meſſem ſecant. Fuit hoc quoque maioris impendij apud priores, Creticis tantum tranſmariniſque cotibus notis, nec niſi oleo falcis aciem excitantibus. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœniſex incedebat. Italia aquarias cotes dedit, limæ vicem imperantes ferro. Sed aquaria protinus viret. Fal-

cium ipſarum duo genera. Italicum breuius, ac vel inter vepres quoque tractabile. Galliarum latifundia maioris compendij, quippe medias cædunt herbas, breuioréſque prætereunt. Italus fœniſex dextera vna manu ſecat. Iuſtum eſt vna opera iugerum in die deſecari, alligarique manipulos mille ducentos ^a quaterna pondo. Sectum verti ad ſo-

a quaternum pondo.

dies creuerunt sex mensibus. Sed ipse ad Aquilonem scandens, ac per ardua enisus, ab ea meta incipit flecti, & digredi ad Austrum, aucturus noctes aliis sex mensibus, ablaturusque diei mensuram. Ex hoc deinde rapiendi conuehendique fructus alios atque alios tempus, & præparandi se contra sæuam feramque hyemem: decebatque hoc discrimen indubitatis notis signasse naturam. Quam ob rem eas manibus ipsis agricolarum ingessit, vertique iussit ipsa die folia, & esse confecti sideris signum: nec syluestrium arborum remotarumque, ne in saltus deuios montesque cundum esset quærentibus signa: non rursus urbanarum, quæque topiario tantum coluntur, quanquam & in his illa visantur: Vertit oleæ ante pedes satæ, vertit tiliæ ad mille vsus petendæ: vertit populi albæ etiam vitibus nuptæ. Adhuc parum est, inquit, vltimum vite dotatam habes,¹⁰ & huius vertam. Pabulo folia eius stringis, vitem deputas. Aspice, & tenes fidus. Alia parte cælum respiciunt, quam qua spectauere pridie. Salice omnia alligas, humillima arborum, ipse toto capite altior: & huius circumagam. Quid te rusticum quereris? Non stat per me, quo minus cælum intelligas, & cælestia scias. Dabo & auribus signum. Palumbum vtique exaudi gemitus. Transisse solstitium caueto putes, nisi cum incubantem videris palumbum. A solstitio ad Fidiculæ occasum vj. Calendas^a Iunij Cæsari Orion exoritur, Zona autem eius i i j. Nonas Assyriæ, Ægypto verò Procyon matutino æstuosus: quod fidus apud Romanos non habet nomen, nisi Caniculam hanc velimus intelligi, hoc est minorem Canem: sanè vt in astris pingitur. Est autem magnopere pertinens, sicut paulo mox docebimus. i i j. Nonas Chaldæis Corona occidit matutino. Atticæ²⁰ Orion totus eo die exoritur. Pridie Idus Iulij & Ægyptiis Orion definit exoriri. x vj. Calend. Augusti Assyriæ^b Procyon exoritur. Dein postridie, ferè vbique confessum inter omnes sidus indicans, quod Canis ortum vocamus, sole partem primam Leonis ingresso. Hoc fit post solstitium x x i i j. die. Sentiant id maria & terræ, multæ verò & feræ, vt suis locis diximus. Neque est minor ei veneratio, quam descriptis in Deos stellis. Accenditque solem, & magnam æstus obtinet causam. x v i i j. Calend. Augusti Ægypto Aquila occidit matutino, Etesiarumque prodromi flatus incipiunt, quod Cæsar x. Calendas sentire Italiam existimauit. Aquila Atticæ matutino occidit. i i j. Calendas regia in pectore Leonis stella matutino Cæsari immergitur. v i i j. Idus Augusti. Arcturus medius occidit. i i j. Idus Fidicula occasu suo autumnum inchoat, vt is adnotat: sed vt³⁰ vera ratio id fieri inuenit, v j. Idus eiusdem. In hoc temporis interuallo res summa vitium agitur, decretorio vis fidere illo, quod Caniculam appellauimus. Vnde carbunculare dicuntur, vt quodam vredinis carbone exustæ. Non comparantur huic malo grandines, procellæ, quæque nunquam annonæ intulere caritatem. Agrorum quippe mala sunt illa. Carbunculus autem regionum latè patentium, non difficili remedio, nisi calumniari naturam rerum homines, quam sibi prodesse, mallent. Ferunt Democritum, qui primus intellexit ostenditque cum terris cæli societatem, spernentibus hanc curam eius opulentissimis ciuium, præuisa olei caritate ex futuro Vergiliarum ortu, qua diximus ratione, ostendemusque iam plenius, magna tum utilitate propter spem oliuæ, coëmisse in toto tractu omne oleum, mirantibus qui paupertatem & quietem doctrinarum ei sciebant in primis cordi esse. Atque vt apparuit causa, & ingens diuitiarum cursus, restituisse mercedem anxæ & auidæ dominorum pœnitentiæ, contentum ita probasse, opes sibi in facili, cum vellet, fore. Hoc postea Sextius è Romanis sapientiæ affectatoribus Athenis fecit eadem ratione. Tanta literarum occasio est: Quas equidem miscebo agrestibus negotiis, quam potero, dilucidè atque perspicuè. Plurique dixere rorem iniustum Sole acri, frugibus rubiginis causam esse, & carbunculi vitibus. Quod ex parte falsum arbitror, omnemque vredinem frigore tantum constare, Sole innoxio. Id manifestum fiet attendentibus. Nam primum omnium nõ hoc euenire, nisi noctibus & ante solis ardorem, deprehenditur, totumque lunari ratione constat: quoniam talis iniuria non fit nisi interlunio, plenave luna, hoc est præualète: vtroque enim habitu plena est, vt sapius⁴⁰ diximus. Sed interlunio omne lumen, quod à sole accepit, cælo regerit. Differentia vtri-

usque

usque habitus magna, sed manifesta. Nanque interlunio æstate calidissima est, hyeme gelida. E diuerso in plenilunio æstate gelidas facit noctes, hyeme tepidas. Causa euidens, sed alia redditur à Fabiano, Græcisque autoribus. Æstate enim interlunio necesse est cum Sole nobis proximo circulo currat, igne eius cominus recepto candens: eadè-
 que interlunio absit hyeme, quando abscedit & Sol. Item plenilunio æstiuo procul abeat aduersa Soli: hyeme autem ad nos per æstiuum circulum accedat. Ergo per se roscida quoties alget, infinitum quantum illo tempore cadentes pruinas congelat. Ante omnia autem duo genera esse cælestis iniuriæ meminisse debemus. Vnum quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraque similia intelliguntur: quæ
 10 cum, acciderint, vis maior appellatur. Hæc ab horridis sideribus exeunt, vt sæpius
 diximus, veluti Arcturo, Orione, Hædis. Alia sunt illa, quæ silente cælo serenif-
 que noctibus fiunt, nullo sentiente, nisi cum facta sunt. Publica hæc, & magnæ dif-
 ferentiæ à prioribus, aliis rubiginem, aliis vredinem, aliis^b carbunculum appellantibus,
 omnibus verò sterilitatem. De his nunc dicemus, à nullo ante nos prodita, priusque
 causas reddemus.

^a Iun. pleni-
 lunio accide-
 rint, vi maio-
 re impellitur.

^b T. canicu-
 lam

De tempestatibus vtriusque temporis, & remediis sterilitatum

C A P. X X I X.

DVæ sunt præter lunarum, paucisque cæli locis constant. Nanque Vergiliæ priua-
 tim attinent ad fructus, vt quarum exortu ætas incipiat, occasu hyems, semestri
 20 spatio intra se messes vindemiâsque & omnium maturitatem complexæ. Est præterea in
 cælo, qui vocatur lacteus circulus, etiam visu facilis. Huius defluuio, velut ex vbere ali-
 quo, fata cuncta lactescunt, duorum siderum obseruatione, Aquilæ in Septentrionali
 parte, & in Austrina Caniculæ, cuius mentionem suo loco fecimus. Ipse circulus fer-
 tur per Sagittarium atque Geminos, Solis centro bis æquinoctialem circulum secans,
 commissuras eorum obtinente hinc Aquila, illinc Canicula. Ideo effectus vtriusque ad
 omnes frugiferas pertinent terras: quoniam in his tantum locis Solis terræque centra
 congruunt. Igitur horum siderum diebus, si purus atque mitis aër genitalem illum la-
 ctæumque succum transmiserit in terras, læta adolefcunt fata. Si Luna, qua dictum est
 ratione, roscidum frigus asperferit, admista amaritudo, vt in lacte, puerperium necat.
 30 Modus in terris huius iniuriæ, quem fecit in quacunque conuexitate comitatus vtrius-
 que causæ. Et ideo non pariter in toto orbe sentitur, vt nec dies. Aquilam diximus in
 Italia exoriri ad xi i j. Calend. Ianuarij. Nec patitur ratio naturæ quicquam in satis an-
 te eum diem spei esse certæ. Si verò interlunium incidat, omnes hybernos fructus &
 præcoces lædi necesse est. Rudis fuit prisorum vita, atque sine literis: non minus ta-
 men ingeniosam fuisse in illis obseruationem apparebit, quàm nunc esse rationem. Tria
 nanque tempora fructibus metuebant, propter quod instituerunt ferias, diésque festos.
 Rubigalia, Floralia, Vinalia. Rubigalia Numa constituit anno regni sui x j. quæ nunc a-
 guntur ad v i j. Calend. Maij, quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat. Hoc tempus
 Varro determinat Sole Tauri partem decimam obtinente, sicut tunc ferebat ratio. Sed
 40 vera causa est, quod post dies vndeuginti ab æquinoctio verno, per id quadriduum, va-
 ria gentium obseruatione in i i j. Calend. Maij, Canis occidit, sidus & per se vchemens,
 & cui præoccidere Caniculam necesse sit. Itaque iidem Floralia i i j. Calend. eiusdem
 instituerunt, vrbis anno quingentesimo sextodecimo, ex oraculis Sibyllæ, vt omnia bene
 deflorescerent. Hunc diem Varro determinat, Sole Tauri partem quartamdecimam
 obtinente. Ergo si in hoc quadriduum incidit plenilunium, fruges & omnia quæ flore-
 bunt, lædi necesse erit. Vinalia priora, quæ ante hos dies sunt i x. Calend. Maij degu-
 standis vinis instituta, nihil ad fructus attinent. Nec quæ adhuc diximus, ad vites oleâs-
 que, quoniam earum conceptus exortu Vergiliarum incipit ad v j. Idus Maij, vt docui-
 mus. Aliud hoc quadriduum est, quod neque rore sordere velint: exhorrent enim frigi-
 dum sidus Arcturi postridie occidens: & multo minus plenilunium incidere. i i j. Nonas
 50 Iunij iterum Aquila exoritur vesperi decretorio die florentibus oleis vitibusque, si ple-

nilunium in eum incidat. Equidem & solstitium vii j. Calendas Iulij in simili causa duxerim, & Canis ortum post dies à solstitio xxi j. sed interlunio accidente, quoniam vapore constat culpa, acinique præcoquantur in callum. Rursus plenilunium nocet ad i i j. Nonas Iulij, cum Ægypto Canicula exoritur: vel certè xv j. Calendas Augusti cum Italiæ. Item xii j. Calendas Augusti cum Aquila occidit, vsque in x. Calendas eiusdem. Extra has causas sunt Vinalia altera, quæ aguntur ad xii j. Calendas Septembris. Et Varro à Fidicula incipiente occidere manè, determinat, quod vult initium autumnii esse, & hunc diem festum tempestatibus leniendis institutum. Nunc Fidiculam occidere ad sextum Idus Augustas feruatur. Intra hæc constat cælestis sterilitas. Neque negauerim posse eam permutari arbitrio legentium, locorum æstimantium naturas. Sed à nobis rationem demonstratam esse satis est: reliqua obseruatione cuiusque constabunt. Alterutrum quidem fore in causa, hoc est plenilunium aut interlunium, non erit dubium. Et in hoc mirabilem admirari benignitatem naturæ succurrit: iam primùm hanc iniuriam omnibus annis accidere non posse, propter statos siderum cursus: nec nisi paucis noctibus anni, idque quando futurum sit, facile nosci. Ac ne per omnes menses timeretur, earum quoque lege diuisum, æstate interlunia præterquam biduo secura esse, hyeme plenilunia: nec nisi æstiuis breuissimisque noctibus metui, diebus non idem valere. Præterea tam facile intelligi, vt formica minimum animal interlunio quiescat, plenilunio etiam noctibus operetur. Auem parram oriente Sirio, ipso die non apparere, donec occidat. E diuerso vireonem prodire ipso die solstitij. Neutrum verò Lunæ statum noxium esse, ne noctibus quidem, nisi serenis, & omni aura quiescente: quoniam neque in nube, neque in flatu cadunt rores: sic quoque non sine remedio. Sarmenta, aut palarum aceruos, & euulsas herbas fruticesque, per vineas camposque, cum timebis, incendito: fumus medebitur. Hic è paleis & contra nebulas auxiliatur, vbi nebulæ nocent. Quidam tres caneros viuos cremari iubent in arbuftis, vt carbunculi non noceant. Alij filuri carnem leuiter vi à vento, vt per totam vineam fumus dispergatur. Varro autor est, si fidicula occasu, quod est initium autumnii, vna picta confecretur inter vites, minus nocere tempestatibus. Archibius ad Antiochum Syriæ regem scripsit: Si fictili nouo obruatur rubeta rana in media fegete, non esse noxias tempestatibus. Opera rustica huius interualli, terram iterare, arbores circumfodere, vbi æstuosa regio poscat, accumulare. Germinantia, nisi in solo luxurioso, fodienda non sunt. Seminaria purgari sarculo. Messem hordeaceam facere. Aream ad messem creta præparare, Catonis sententia amurca temperata, Virgilij operosius. Maiore ex parte æquant tantum, & fimo bubulo dilutiore illinunt. Id fatis ad pulueris remedium videtur.

De messe, & tritico, & palea, & frumento seruando.

C A P. X X X.

MEssis ipsius ratio varia. Galliarum latifundiis valli prægrandes dentibus in margine infestis, duabus rotis per fegetem impelluntur, iumento in contrarium iuncto: ita direptæ in vallum cadunt spicæ. Stipulæ alibi mediæ falce præciduntur, atque inter duas mergites spica distringitur. Alibi ab radice vellunt: quique id faciunt, proscindi ab se obiter agrum interpretantur, cum extrahant succum. Differentia hæc, vbi stipula domos contegunt, quàm longissimam seruant. Vbi sceni inopia est, stramento paleam quærunt. Paniculi culmo non tegunt. Milij culmum ferè inurunt. Hordei stipulam bubus gratissimam seruant. Panicum & milium singillatim peccine manuali legunt Gallia. Messis ipsa alibi tribulis in area, alibi equarum gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur. Triticum, quò seriùs metitur, copiosius inuenitur: quo celerius vero, hoc speciosius ac robustius. Lex aptissima, antequàm granum indurescat, & cum iam traxerit colorem. Oraculum verò, biduo celerius messem facere potius, quàm biduo ferius. Siliginis & tritici etiam ratio in area horreoque. Far, quia difficulter excutitur, conuenit cum palea sua condi: & stipula tantum, & aristis liberatur. Palea plures gentium pro sceno vtuntur.

tur. Melior ea, quæ tenuior minutiórque, & pulueri propior: ideo optima è milio, proxima ex hordeo, pessima ex tritico, præterquam iumentis opere laborantibus. Culmum saxosis locis, cum inaruit, baculo frangunt substratu animalium. Si palea defecit, & culmus teritur. Ratio hæc: maturius defectus muria diu respersus, dehinc siccatus in ma-² respergitur,² nipulos conuoluitur, atque ita pro fœno bubus datur. Sunt qui accendant in aruo & stipulas, magno Virgilij præconio. Summa autem eius ratio, vt herbarum semen exurant. Ritus diuersitatem magnitudo facit inessium, & caritas operarum. Connexa est ratio frumenti seruandi. Horrea operosa tripedali crassitudine, pariete lateritio, exædificari iubent aliqui. Præterea supernè impleri, nec afflatus admittere, aut fenestras habere vllas. Alij ab exortu tantum æstiuo, aut Septentrione, eaque sine calce construi, quoniam sit frumento inimicissima. Nam quæ de amurca præceperint, indicauimus. Alij bi contra suspendunt granaria lignea columnis, & perflari vndique malunt, atque etiam à fundo. Alij omnino pendente tabulato extenuari granum arbitrantur: & si tegulis subiaceat, conferuescere. Multi ventilari quoque vetant. Curculionem enim non descendere infra quatuor digitos, nec amplius periclitari. Columella & Fauonium ventum conferre frumento præcipit: quod miror equidem, siccissimum alioqui. Sunt qui rubeta rana in limine horrei pede è longioribus suspensa, inuehere iubeant. Nobis referre plurimum tempestiuitas condendi videbitur. Nam si parum tostum atque robustum collectum sit, aut calidum conditum, inimica innasci necesse est. Diurnitatis causæ plures. Aut in ipsius grani corio, cum est numerosius, aut milio, aut succi pinguedine, qui pro humore sufficit tantum, vt sesamæ: aut amaritudine, vt lupino & cicerulæ. In tritico maximè crescunt animalia, quoniam spissitate sua concalescit, & furfure crasso vestitur. Tenuior hordeo palea, exilis & legumini: ideo non generant. Faba crassioribus tunicis operitur, ob hoc efferuescit. Quidam ipsum triticum diurnitatis gratia aspergunt amurca, mille modios quadrantali. Alij Chalcidica aut Carica creta, aut etiam absinthio. Est & Olynthi, ac Cerinthi Eubœæ terra, quæ corrumpi non sinat. Nec ferè condita in spica læduntur. Vtilissimè tamen seruantur in scrobibus, quos siros vocant, vt in Cappadocia, & in Thracia. In Hispania & Africa, ante omnia vt sicco solo fiant curant: mox vt palea substernatur. Præterea cum spica sua conduntur. Ita frumenta si nullus spiritus penetret, certum est nihil maleficum nasci. Varro autor est, sic conditum triticum durare annis quinquaginta, milium verò centum. Fabam & legumina in oleariis cadis oblita cinere, longo tempore seruari. Idem fabam à Pyrrhi regis ætate, in quodam specu Ambraciæ vsque ad piraticum Pompeij Magni bellum durasse, annis circiter cxx. Ciceri tantum nullæ bestiolæ in horreis innascuntur. Sunt qui vrceis cinere substratis & illitis acetum habentibus, leguminum acervos superingerant, ita non nasci maleficia credentes. Alij, qui in falsamentariis cadis gypso illinant. Alij, qui lentem aceto laserpitiato respergant, siccataque oleo inungant. Sed breuissima obseruatio, quod vitiis carere velis, interlunio legere. Quare pulcherrimum refert, condere quis malit, an vendere. Crescente enim luna frumenta
40 grandescunt.

De vindemia, & autumnii temporibus.

C A P. XXXI.

SEquitur ex diuisione temporum autumnus à Fidiculæ occasu ad æquinoctium, ac deinde Vergiliarum occasum, initiumque hyemis. In his interuallis significatur, pridie Idus August. Atticæ Equus oriens, vesperi Ægypto & Cæsari Delphinus occidens. x j. Calend. Septemb. Cæsari & Assyriæ stella quæ Vindemiator appellatur, exoriri manè incipit, vindemiæ maturitatem promittens. Eius argumētum erunt acini colore mutati. Assyriæ v. Calend. & Sagitta occidit, & Etesiæ desinunt. Vindemiator Ægypto Nonis exoritur. Atticæ Arcturus matutino, & Sagitta occidit manè. Quinto Idus Septembr.
50 Cæsari Capella oritur vesperi. Arcturus verò medius pridie Idus, vehementissimo significatu terra marique per dies quinque. Ratio eius hæc traditur: Si Delphino occi-

dente imbres fuerint, non futuros per Arcturum. Signum orientis eius sideris seruetur hirundinum abitus: nanque deprehensæ intereunt. Decimosexto Calend. Octob. Egypto Spica quam tenet Virgo, exoritur matutino, Etelsiæque desinunt. Hoc idem Cæsari x i i j. Calend. x i i j. Assyriæ significant: & x j. Calend. Cæsari commissura Piscium occidens, ipsūque æquinoctij fidus v i i j. Calend. Octobr. Deinde consentiunt (quod est rarum) Philippus, Callippus, Dositheus, Parmeniscus, Conon, Critō, Democritus, Eudoxus, Ion, i i i j. Calend. Octobr. Capellam matutino exoriri, & i i j. Calend. Hædos. Sexto Nonas Octobr. Atticæ Corona exoritur manè. Asiæ & Cæsari v. Calend. Heniochus occidit matutino. Tertio Calendas Cæsari Corona exoriri incipit: & postridie occidunt Hædi vesperi. v i i j. Idus Octobris Cæsari fulgens in Corona stella oritur. Et i i j. Idus Vergiliæ vesperi. Idibus Corona tota. Sexto Calend. Nouembr. Suculæ vesperi exoriuntur. Pridie Calend. Cæsari Arcturus occidit: & Suculæ exoriuntur cum Sole. Quarto Nonas Arcturus occidit vesperi. Quinto Idus Nouembris Gladius Orionis occidere incipit. Deinde i i j. Idus Vergiliæ occidunt: In his temporum interuallis operarustica, napsos, rhapsanos ferere, quibus diebus diximus. Vulgus agreste & rapa post ciconiæ discessum malè feri putat. Nos omnino post Vulcanalia, & præcocia cum panico. A Fidiculæ autem occasu viciam, faseolos, pabulum. hoc silente Luna feri iubēt. Et frondis præparandæ tempus hoc est. Vnus frondator quatuor frondarias fiscinas completere in die iustum habet. Si decrescente Luna præparetur, non putrescit. Aridam colligi non oportet. Vindemiam antiqui nunquam existimauere maturam ante æquinoctium: iam passim rapi cerno. Quam ob rem & huius tempora notis argumentis que signentur. Leges ita se habent: Vnam calidam ne legito, hoc est in eius siccitate, ac nisi imber interuenerit. Hanc ne legito rorulentam, hoc est, si ros nocturnus fuerit, nec prius, quam sole discutiatur. Vindemiare incipito, cum ad palmitem pampinus procumbere coeperit, aut cum exempto acino ex densitate interuallum non compleri apparuerit, acinum non augeri. Acino plurimum refert, si contingat crescente Luna vindemiare. Pressura vna culeos x x. implere debet. Hic est pes iustus. Ad totidem culeos & lacus x x. iugibus vnum sufficit torculum. Premunt aliqui singulis, vtilius binis, licet magna sit vtilitas singulis. Longitudo in his refert, non crassitudo. Spatiosa melius premunt. Antiqui funibus vitis que loreis ea detrahebant & vectibus. Intra c. annos inuenta Græcanica, mali rugis per cochleas bullantibus, pulis affixa arbori stella, à palis arcas lapidum attollente secum arbore: quod maximè probatur. Intra x x i j. hos annos inuentum, paruis prælis, & minori torculari, ædificio breuiore, & malo in medio decreto, tympana imposita vinaceis, supernè toto pondere vrgere, & super præla construere congeriem. Hoc & poma colligendi tempus, & obseruatio, cum aliquod maturitate, non tempestate, deciderit: hoc & facies exprimendi: hoc & defrutum coquendi, silente Luna noctu: aut si interdiu, plena. Cæteris diebus aut ante exortum Lunæ, aut post occasum. Nec de nouella vite aut palustri, nec nisi è matura vua, nec nisi foliis despumandum: quia si ligno contingatur vas, adustum ac fumosum fieri putant. Iustum vindemiæ tempus ab æquinoctio ad Vergiliarum occasum dies x l i i j. Ab eo die oraculum occurrit, frigidum picari pro nihilo ducentium. Sed iam & Calendis Ianuarij defectu vasorum vindemiantes vidi, piscinis que musta condi, aut vina effundi priora, vt dubia reciperētur. Hoc non tam sæpe prouentu nimio euenit, quam sæuitia insidiantium caritati ciuili. Sed æquipatrisfamiliās modus est, annona cuiusque anni vti. Id peræque etiam lucrosissimum. Reliqua de vinis affatim dicta sunt. Item vindemia facta oliuam esse rapiendam, & quæ ad oleum pertinent, quæque ad Vergiliarum occasum agi debent.

De Lunari ratione.

C A P. X X X I I.

HIs, quæ sunt necessaria, adiicientur de Luna, ventis que & præfagiis, vt fit tota sideralis ratio perfecta. Nanque Virgilius etiam in numeros Lunæ digerenda quædam putauit, Democriti secutus ostentationem. Nos legum vtilitas, quæ in toto opere, in hac

hac quoque mouet parte. Omnia quæ caduntur, carpuntur, conduntur, innocentius decreſcente Luna, quàm creſcente fiunt. Stercus, niſi decreſcente Luna, ne tangito. Maximè intermenſtrua dimidiâque ſtercorato. Verres, iuuenſcos, arietes, hœdos decreſcente Luna caſtrato. Oua Luna noua ſupponito. Scrobes Luna plena noctu facito. Arborum radices Luna plena operito. Humidis locis interlunio ferito, & circa interlunium quatruiduo. Ventilari quoque frumenta ac legumina, & condi circa extremam Lunam iubent. Seminaria, cùm Luna ſupra terram ſit, fieri: Calcari muſta, cùm Luna ſub terra. Item materies cædi, quæque alia ſuis locis diximus. Neque facilior eſt obſeruatione, ac iam dicta à nobis ſecundo volumine: ſed quod intelligere vel ruſtici poſſint, quoties ab occidente Sole cernetur, prioribusque noctis horis lucebit, creſcens erit, & oculis dimidiata iudicabitur: cùm verò occidente Sole orietur ex aduerſo, ita vt pariter aſpiciantur, tum erit plenilunium. Quoties ab ortu Solis orietur, prioribusque noctis horis detrahet lumen, & in diurnas extendet, decreſcens erit, iterumque dimidia. In coitu verò (quod interlunium vocant) cùm apparere deſierit. Supra terras autem erit, quandiū & Sol, interlunio, & prima tota die: ſecunda, horæ noctis vnus^a dextante ſicilico: ac deinde tertia vſque ad quintamdecimam, multiplicatis horarum iſdem portionibus: quintadecima tota ſupra terras noctu erit, eadẽmque ſub terris tota die Decimaſexta ad primæ horæ nocturnæ dextantem ſicilicum ſub terra aget, eaſdemque portiones horarum per ſingulos dies adiiciet vſque ad interlunium. Et quantum primis partibus noctis detraxerit, quòd ſub terris agat, tantundem nouiſſimis ex die adiiciet ſupra terram. Alternis autem menſibus xxx. implebit numeros, alternis verò detrahet ſingulos. Hæc erit ratio lunaris.

^a Dextate ſicilico vnus horæ, id eſt, decẽ vnus, cum quarta vnice parte, interprete Eudoco lib. 1. de Aſſe.

De ventorum ratione.

CAP. XXXIII.

Ventorum paulò ſcrupuloſior. Obſeruato Solis ortu quocunque libeat die, ſtantibus hora diei ſexta, ſic vt ortum eum à ſiniſtro humero habeant, contra mediam faciem Meridies, à vertice Septentrio erit. Qui ita limes per agrum currit, cardo appellatur. Circumagi deinde melius eſt, vt vmbra ſuam quiſque cernat: alioqui poſt hominem erit. Ergo permutatis lateribus, vt ortus illius diei à dextro humero fiat, occaſus à ſiniſtro, tunc erit hora ſexta, cùm minima vmbra contra medium fiet hominem. Per huius mediam longitudinem duci farculo fulcum, vel cinere lineam, verbi gratia pedum 30 xx. conueniet: mediamque menſuram, hoc eſt in x. pede, circunſcribi circulo paruo, qui vocetur vmbilicus. Quæ pars fuerit à vertice vmbra, hæc erit ventus ſeptentrionalis. Illò tibi putator arborum plagæ ne ſpectent, nève arbuſta vineæve, niſi in Africa, Cyrenis, Ægypto. Illinc flante ne arato, quæque alia præcipimus. Quæ pars lineæ fuerit à pedibus vmbra, Meridiem ſpectas, hæc ventum Auſtrum dabit, quem à Græcis Notum diximus vocari. Illinc flatu veniente, materiam vineamque agricola ne tractes. Humidus aut ætuoſus Italiae eſt. Africae quidem incendia cum ſerenitate affert. In hunc Italiae palmites ſpectent, ſed non plagæ arborum vitiũve. Hunc oliueti metator Vergiliarum quatruiduo, hunc caueat inſitor calamis, gemmiſque inoculator. De ipſa regionis eius hora præmo- 40 nuiffe conueniet. Frondem media die arborator ne cædito. Cùm meridiem adèſſe ſenties paſtor æſtate contrahente ſe vmbra, pecudem à Sole in opaca cogito. Cùm ætate paſces, in Occidentem ſpecta ante meridiem, poſt meridiem in Orientem. Aliter noxium, ſicut hyeme & vere, ſi in rorulentum duceres. Nec contra Septentrionem paueris ſuprà dictum. Clodunt ita, lippiuntve ab afflatu, & aluo cita pereunt. Qui ſcæminas concipi voles, in hunc ventum ſpectantes iniri cogito.

De limitatione agrorum.

CAP. XXXIII.

Diximus vt in media linea deſignaretur vmbilicus. Per hunc medium tranſuerſa currat alia. Hæc erit ab exortu æquinoctiali ad occaſum æquinoctialem: & limes qui ita ſecabit agrum, decumanus vocabitur. Ducantur deinde aliæ duæ lineæ in decuſſeis 50 obliquæ, ita vt à Septentrionis dextra læuâque ad Auſtri dextram læuamque descendant. Omnes per eundem currant vmbilicum, omnes inter ſe pares ſint, omnium inteualla

paria. Quæ ratio semel in quoque agro ineunda erit: vel si sæpius libeat vti, è ligno facienda, regulis paribus in tympanum exiguum, sed circinatum adactis. Ratione qua doceo, occurrendum ingeniis quoque imperitorum est. Meridiem excuti placet, quoniam semper est idem: Sol autem quotidie ex alio cæli momento, quàm pridie, oritur: ne quis fortè ad exortum capiendam putet lineam. Ita cæli exacta parte, quod fuerit lineæ caput Septentrioni proximum à parte exortiuæ, solstitialem habebit exortum, hoc est longissimi diei, ventumque Aquilonem, Boream Græcis dictum. In hunc ponito arbores vitæque. Sed hoc flante ne arato: frugem ne ferito: semen ne iacito. Præstringit enim atque percellit hic radices arborum, quas positurus afferes. Prædoctus esto: alia robustis profunt, alia infantibus. Nec sum oblitus, in hac parte ventum Græcis poni, quem Cæciam vocant. Sed idem Aristoteles vir immensæ subtilitatis, qui id ipsum fecit, rationem contextitatis mundi reddit, qua contrarius Aquilo Africo flat. Nec tamen eum toto anno in prædictis timet agricola. Mollit sidera æstate media, mutatque nomen, & Etesias vocatur. Ergo cum frigidum senties, caueto, ac quacunque Aquilo prædicitur, tanto perniciosior Septentrio est. In hunc Asiæ, Græciæ, Hispaniæ, maritimæ Italiæ, Campaniæ, Apuliæ arbuta vineæque spectent. Qui mares concipi voles, in hunc pascito, ut sic² ineuntem ineat. Ex aduerso Aquilonis ab occasu brumali Africus flabit, quem Græci Liba vocant. In hunc à coitu cum se pecus circumegerit, fœminas conceptas esse scito. Tertia à Septentrione linea, quam per latitudinem vmbre duximus, & decumanam vocauimus, exortum habebit æquinoctialem, ventumque Subsolanum, Græcis Apelioten dictum.²⁰ In hunc salubribus locis villæ vineæque spectent. Ipse leniter pluuius, tamen est siccior Fauonius, ex aduerso eius ab æquinoctiali occasu, Zephyrus Græcis nominatus. In hunc spectare oliueta Cato iussit. Hic ver inchoat, aperitque terras tenui frigore saluber. Hic vites putandi, frugisque curandi, arbores ferendi, poma inferendi, oleas tractandi ius dabit, afflatumque nutricium exercebit. Quarta à Septentrione linea, eadem Austro ab exortiuæ parte proxima, brumalem habebit exortum, ventumque Vulturum, Eurum Græcis dictum, sicciorem & ipsum tepidiorémque. In hunc apiaria & vineæ Italiæ, Galliarumque spectare debent. Ex aduerso Vulturum flabit Corus, ab occasu solstitiali & occidentali latere Septentrionis, Græcis dictus Argestes, ex frigidissimis & ipse, sicut omnes qui à Septentrionis parte spirant. Hic & grandines infert, cauendus & ipse non secus ac Septentrio. Vulturum si à serena cæli parte cœperit flare, non durabit in noctem: at Subsolanus in maiorem partem noctis extenditur. Quisquis erit ventus, si feruidus sentietur, pluribus diebus permanebit. Aquilonem prænuntiat terra siccescens repente, Austrum humescens rore occulto.

Prognostica tempestatum.

CAP. XXXV.

ET enim prædicta ventorum ratione, ne sæpius eadem dicantur, transire conuenit ad reliqua tempestatum præfagia, quoniam & hoc placuisse Virgilio magnopere video. Siquidem in ipsa messe sæpe concurrere prælia ventorum damnosa imperitis refert. Tradunt eundem Democritum metente fratre eius Damaso ardentissimo æstu orasse, ut reliquæ segeti parceret, raperetque defecta sub tectum, paucis mox horis sæuo imbri vaticinatione approbata. Quinimo & harundinem non nisi impendente pluuiæ feri iubent, & fruges infecuturo imbri. Quamobrem & hæc breuiter attingemus, scrutati maximè pertinentia: primumque à Sole capiemus præfagia. Purus oriens atque non feruens serenum diem nuntiat: at hybernæ pallidus grandinem. Si & occidit pridie serenus, & oritur, tanto certior fides serenitatis. Concauus oriens pluuias prædicit: item ventos, cum ante exorientem eum nubes rubescunt, quod si & nigra rubentibus interuenerint, & pluuias. Cum orientis atque occidentis radij rubent, coire pluuias. Si circa occidentem rubescunt nubes, serenitatem futuræ diei spondent. Si in exortu spargentur partim ad Austrum, partim ad Aquilonem, pura circa ea cum serenitas sit licet, pluuiam tamen ventosque significabunt. Si in ortu aut in occasu

casu contracti cernentur radij, imbrem. Si in occasu eius pluet, aut radij in se nubem trahent, asperam in proximum diem tempestatem significabunt. Cùm oriente radij non illustres eminebunt, quamuis circumdati nube non sint, pluuiam portendent. Si ante exortum nubes globabuntur, hyemem asperam denuntiabunt. Si ab ortu repellentur, & ad occasum abibunt, serenitatem. Si nubes Solem circumcludent, quanto minus luminis relinquunt, tanto turbidior tempestatem erit: si verò etiam duplex orbis fuerit, eo atrocior. Quod si in exortu fiet ita vt rubescant nubes, maxima ostendetur tempestatem. Si non ambibunt, sed incumbent, à quocunq; vento fuerint, eum portendēt. si a meridie, & imbrem. Si oriens cingetur orbe, ex qua parte is se aperit, expectetur ventus. Si totus defluerit æqualiter, serenitatem dabit. Si in exortu longè radios per nubes porriget, & medius erit inanis, pluuiam significabit. Si ante ortum radij se ostendent, aquam & ventum. Si circa occidentem candidus circulus erit, noctis leuem tempestatem. Si nebula, vehementiorem. Si candente Sole, ventum. Si ater circulus fuerit, ex qua regione is ruperit se ventum magnum. Proxima sint iure Lunæ præfagia. Quartam eam maximè obseruat Ægyptus. Si splendens exorta puro nitore fulsit, serenitatem: si rubicunda, ventos: si nigra, pluuias portendere creditur. In quinta cornua eius obtusa, pluuiam: erecta & infesta ventos semper significant: quarta tamen maximè. Cornu eius Septentrionale acuminatum atque rigidum, illum præfagit ventum. Inferius Austrum: vtraque recta, noctem ventosam. Si quartam orbis rutilus cingit, ventos & imbres præmonebit. Apud Varronem ita est: Si quarto die Luna erit directa, magnam tempestatem in mari præfagiet, nisi si coronam circa se habebit, & eam synceram: quoniam illo modo non ante plenam Lunam hyematurum ostendit. Si plenilunio per dimidium pura erit, dies serenos significabit: si rutila, ventos: nigrescens, imbres. Si caligo orbis nubem incluserit, ventos, quæ se ruperit: si gemini orbis cinxerint, maiorem tempestatem. Et magis, si tres erunt, aut nigri, aut interrupti atque distracti. Nascens Luna, si cornu superiore obatro surget, pluuias decrescens dabit: si inferiore, ante plenilunium: si in media nigritia illa fuerit, imbrem in plenilunio. Si plena circa se habebit orbem, ex qua parte is maximè splendebit, ex ea ventum ostendet. Si in ortu cornua crassiora fuerint, horridam tempestatem. Si ante quartam non apparuerit, vento Fauonio flante, hyemalis toto mense erit. Si xv j. vehementius flammea apparuerit, asperas tempestates præfagiet. Sunt & ipsius Lunæ octo articuli, quoties in angulos Solis incidit, plerisque inter eos tantum obseruantibus præfagia eius, hoc est, tertia, septima, vndecima, decima quinta, decima nona, vigesima tertia, vigesima septima, & interduanium. Tertio loco stellarum obseruationem esse oportet. Discurrere eæ videntur interdum: ventique protinus sequuntur. In quarum parte ita præfagiunt: Cælum cùm æqualiter totum erit splendidum, articulis temporum, quos proposuimus, autumnum ferenum præfagibunt & frigidum. Si ver & æstas non sine riguo aliquo transferint, autumnum ferenum & densum minusque ventosum facient. Autumni serenitas ventosam hyemem facit. Cùm repente stellarum fulgor obscuratur, & id neque nubilo, neque caligine, pluuiam aut graues denuntiantur tempestates. Si volitare plures stellæ videbuntur, quò ferentur albescentes, ventos ex iis partibus nuntiabunt. Aut si cursitabunt, certos: si id in pluribus partibus fiet, inconstantes ventos effundent. Si stellarum errantium aliquam orbem incluserint, imbres. Sunt in signo Cancri duæ stellæ parua. Afelli appellatæ, exiguum inter illas spatium obtinente nubecula, quam Præsepia appellant. Hæc cùm cælo sereno apparere desierit, atrox hyems sequitur. Si alteram earum Aquiloniam caligo abstulit. Auster sæuit: si Austrinam, Aquilo. Arqus cùm sunt duplices, pluuias nuntiant. A pluuiis serenitatem non perinde certam. Circuli noui circa sidera aliqua, pluuiam. Cùm æstate vehementius tonuit quam fulsit, ventos ex ea parte denuntiat: contra si minus tonuit, imbrem. Cùm sereno cælo fulget, pluuiæ erunt & tonitrua, & hyemabit. Atrocissimè autem, cùm ex omnibus quatuor partibus cæli fulgurabit. Cùm ab Aquilone tantum, in posterum diem aquam portendit.

Cùm à Septentrione, ventum eum. Cùm ab Austro vel Coro, aut Fauonio nocte serena fulgurauerit, vêtum & imbrem ex iisdem regionibus demonstrabit. Tonitrua matutina ventum significant, imbrem meridiana. Nubes cùm sereno cælo feruntur, à quacunque parte id fiet, expectentur venti: si eodem loco globabuntur, appropinquante Sole discutientur. Et hoc si ab Aquilone fiat, ventos: si ab Austro, imbres portentent. Sole occidente, si ex vtraque parte eius cælum petent, tempestatem significabunt. Vehementius atræ ab oriente, in noctem aquam minantur: ab occidete, in posterû diem. Si nubes, vt veller lanæ, spargentur multæ ab oriente, aquam in triduum præfagient. Cùm in cacuminibus montiû nubes concident, hyemabit. Si cacumina pura fient, differenabit. Nube grauida candicâte, quod vocant tempestatem albam, grando imminebit. Cælo quamuis sereno, nubecula quamuis parua, ventum procellosum dabit. Nebulæ è montibus descendentes, aut cælo cadentes, vel in vallibus sedentes, serenitatem promittunt. Ab his terreni ignes proximè significant: pallidi nanque murmurantésque tempestatum nuntij sentiuntur: pluuię etiam, in lucernis fungi. Si flexuosè volitet flamma, ventum. Et lumina cùm ex sese flāmas elidunt, aut vix accenduntur. Item cùm in eo pendentes coaceruantur scintillæ: vel cùm tollentibus ollas carbo adhærescit: aut cùm contactus ignis è se fauillam discutit, scintillamve emittit: vel cùm cinis in foco concreuit, & cùm carbo vehementer perlucet. Est & aquarum significatio. Mare si tranquillum in portu à cursu stabit, & murmurauerit intra se, ventum prædicat. Si identidem, & hyemem, & imbrem. Litora ripæque si resonabunt tranquillo, asperam tempestatem: item maris ipsius tranquillo sonitus, spumæve dispersæ, aut aquæ bullantes. Pulmones marini in pelago, plurimum dierum hyemem portentunt. Sæpe & silentio intumescit, flatuque altius solito iam intra se esse ventos fatetur. Equidem & montium sonitus, nemorûmque mugitus prædicunt: & sine aura, quæ sentiatur, folia ludentia. Lanugo populi aut spinę volitans, aquilę; pluma innatans. Atque etiam in campis tempestatem venturam præcedens suus fragor: cæli quidem murmur, non dubiam habet significationem. Præfagiunt & animalia. Delphini tranquillo mari lasciuentes flatum, ex qua veniunt parte: item spargentes aquam turbato, tranquillitatem. Loligo volitans, conchæ adhærescentes, echini affigentes sese, aut harena saburrantes, tempestatis signa sunt. Ranæ quoque vltra solitum vocales. Et fulicæ matutino clangore. Item mergi anatésque, pennas rostro purgantes, ventum. Ceteræque aquaticæ aues concursantes. Grues in mediterranea festinantes. Mergi maria aut stagna fugientes, grues silentio per sublime volantes, serenitatem: sic noctua in imbre garrula: at sereno, tempestatem. Coruique singultu quodam latrantes, seque concutientes, si continuabunt, vêtos: si verò carptim vocem resorbebunt, ventosum imbrem. Graculi serò à pabulis recedentes, hyemem. Et albæ aues, cùm congregabuntur. Et cum terrestres volucres contra aquam clangores dabunt, perfundentes sese: sed maxime cornix. Hirundo tam iuxta aquam volitans, vt penna sæpe percutiat. Quæque in arboribus habitant, fugitantes in nidis suis. Et anseres continuo clangore intempestiui. Ardea in mediis harenis tristis. Nec mirum, aquaticas, aut in totum volucres præfagia æris sentire. Pecora exultantia, & indecora lasciua ludentia, eandem significationem habent. Et boues cælum olfactantes, seque lambentes contra pilum. Turpésque porci alienos sibi manipulos sceni lacerantes: segnitérque & contra industriam suam absconditæ formicæ, vel concursantes, aut oua progerentes. Item vermes terreni erumpentes. Trifolium quoque inhorrescere, & folia contra tempestatem subrigere certum est. Necnon & in conuiujs mensisque nostris, vasa quibus esculentum additur, sudorem repositoriis linquentia, diras tempestatem prænuntiant.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIÆ

LIBER XIX.

PROOEMIUM.



10 **S**IDERVM quoque tempestatumque ratio, vel imperitis facili, atque indubitato modo monstrata est: verèque intelligentibus non minus conferunt rura deprehendendo cælo, quam fideralis scientia agro colendo. Proximam multi hortorum curam fecere. Nobis non protinus transire ad ista tempestiuum videtur. Miramurque quosdã scientiæ gratia, eruditionis suæ gloriam ex his petentes tam multa præterisse, nulla mentione habita tot rerum sponte curave prouenientium, præsertim cum plerisque earum pretio vsuque vitæ maior etiam, quàm frugibus, perhibeatur autoritas. Atque vt à confessis ordiamur vtilitatibus, quæque nõ solum terras omnes, verùm etiam maria repleuere: feritur, ac dici neque inter fruges, neque inter hortensia potest, linum. Sed in qua non occurret vitæ parte, quòdve miraculum maius, herbam esse quæ admo-
 20 ueat Ægyptum Italiæ: in tantum, vt Galerius à freto Siciliæ Alexandriam septima die peruenerit, Babilius sexta, ambo præfecti: æstate verò proxima Valerius Marianus ex Prætorii Senatoribus, à Puteolis nono die lenissimo flatu herbam esse, quæ Gadeis ad Herculis columnas septimo die Ostiam afferat, & citeriorem Hispaniam quarto, prouinciam Narbonensem tertio, Africam altero: quod etiam mollissimo flatu contigit C. Flacco legato Vibij Crispi Proconsulis? Audax vita, scelerum plena, aliquid feri, vt ventos procellasque recipiat: & parum esse fluctibus solis vehi. Iam verò nec vela satis esse maiora nauigiis. Sed quamuis amplitudini antennarum singulæ arbores sufficiant, super eas tamen addi velorum alia vela: præterque alia in proris, & alia in puppibus pandi, ac tot modis prouocari mortem. Denique tam paruo semine nasci, quod orbem terrarum
 30 vltro citroque portet, tam gracili auena, tam non altè à terra tolli: neque id viribus suis necti, sed passum tusumque & in mollitiem lanæ coactum, iniuria naturæ, ac summa audacia, & quò peruenire nulla execratio sufficit, cõtra inuentorem dictum suo loco à nobis: cui satis non fuit hominem in terra mori, nisi periret & insepultus. At nos priore libro imbres & flatus cauendos, frugum causa victusque, præmonebamus. Ecce feritur hominis manu, metitur eiusdem hominis ingenio, quod ventos in mari optet. Præterea vt sciamus fauisse pœnas, nihil gignitur facilius, vt sentiamus nolente id fieri natura: vrit agrum, deteriorèmq; etiam terram facit.

De lini satione, & generibus eius, & quomodo perficiatur, & de mappis, & lino non ardente, & quando primum in theatris vela.

CAPVT I.

40 **S**eritur fabulosis maximè, vnòque sulco, nec magis festinat aliud. Vere satum æstate vellitur: hanc quoque terræ iniuriam facit. Ignoscat tamen aliquis Ægypto serenti, vt Arabiæ Indiæque merces importet: itane & Galliæ censentur hoc reditu? montesq; mari oppositos esse non est satis, & à latere Oceani obstare ipsum quod vocant inane? Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges, vltimique hominum existimati Morini, imò vero Galliæ vniuersæ vela texunt. Iam quidem & transrhenani hostes, nec pulchriorem aliam vestem eorum sceminæ nouere. Qua admonitione succurrit, quod M. Varro tradit, in Serranorum familia gentilitium esse, sceminas linea veste non uti. In Germania autem defossi atque sub terra id opus agunt. Similiter & in Italia^a ratione alia inter Padum
 50 Ticinumque amnes, vbi à Setabi tertia in Europa lino palma: secundam enim in vicino Allianis capeffunt Retouina, & in Æmilia via Fauentina. Candore Allianis semper cru-

^a T. regione aliena

dis Fauentina præferuntur: Retouinis tenuitas summa densitasque, candor æquè vt Fauentinis, sed lanugo nulla: quod apud alios gratiam apud alios offensionem habet. Neruo sitas filo æqualior penè quàm araneis, tinnitúsque, cum dente libeat experiri: ideo duplex, quàm cæteris, pretium. Et Hispania citerior habet splendorem lini præcipuum, torrentis in quo politur natura, qui alluit Tarracóné. Et tenuitas mira, ibi primùm carbasus repertis. Non dudum ex eadem Hispania Zœlicum venit in Italiam, plagis vtilissimum. Ciuitas ea Callæciæ & Oceano propinqua. Est sua gloria & Cumanò in Campania, ad piscium & alitum capturam. Eadè & plagis materia. Neque enim minores cunctis animalibus infidias, quàm nobismetipsis linò tendimus. Sed Cumanæ plagæ concidunt apros, & hæ casésve ferri aciem vincūt. Vidimusq; iam tantę tenuitatis, vt anulum hominis cum epidromis transfirent, vno portante multitudinē qua saltus cingerentur. Nec id maximè mirum, sed singula earum stamina centeno quinquageno filo constare, sicut paulo ante Iulio Lupo, qui in præfectura Ægypti obiit. Mirentur hoc, ignorātes in Ægyptij quondā regis, quem Amasim vocant, thorace in Rhodiorum insula ostendi in templo Mineruæ ccc l xv. filis singula fila constare. Quod se expertum nuper Romæ prodidit Mutianus ter Consul, paruásque iam reliquias eius superesse hac experientium iniuria. Italia & Peliginis etiamnum linis honorem habet, sed fullonum tantum in vsu. Nullum est cædius, lanæve similius: sicut in culcitris præcipuam gloriam Cadurci obtinent. Galliarum hoc & tomenta pariter inuentum. Italiæ quidem mos etiam nunc durat in appellatione stramenti. Ægyptio lino minimum firmitatis, plurimum lucri. Quatuor ibi genera: Tanniticum, ac Pelusiaticum, Buticum, Tentyriticum, cum regionum nominibus, in quibus nascuntur. Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui gossipion vocant, plures xylon, & ideo lina inde facta xylyna. Paruus est, similémque barbatae nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec vlla sunt eis candore mollitiæve præferenda. Vestes inde sacerdotibus Ægypti gratissimæ. Quartum genus Orchomeniū appellant. Fit è palustri velut harundine, duntaxat pannicula eius. Asia è genista facit lina ad retia præcipua, in piscando durantia, frutice madefacto x. diebus. Æthiopes Indique è malis, Arabes cucurbitis, in arboribus, vt diximus, genitis. Apud nos maturitas eius duobus argumētis intelligitur, intumescente semine, aut colore flavescente. Tum euulsum, & in fasciculos manuales colligatū, siccat in Sole pendens conuersisq; supernè radicibus vno die, mox quinque aliis, in contrarium inter se versis fascium cacuminibus, vt semen in medium cadat. Inter medicamina huic vis, & in quodam rustico ac prædulci Italiæ transpadanæ cibo, sed iam pridem sacrorum tantum gratia. Deinde post messem triticeam virgæ ipsæ merguntur in aquam solibus tepefactam, pondere aliquo depressæ. Nulli enim leuitas maior. Maceratas, indicio est membrana laxatior. Iterumq; inuersæ, vt prius, Sole siccantur. Mox arefactæ in saxo tunduntur stupario malleo. Quod proximum cortici fuit, stupa appellatur, deterioris lini, lucernarū ferè luminibus aptior. Et ipsa tamè peccitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. Medullæ numerosior distinctio, cādore, mollitia Linumque nere & viris decorū est. Cortices quoq; decussi clibanis & furnis præbent vsum. Ars depectendi digerendique: Iustum è quinquagenis fascium libris quinas denas carminari. Iterum deinde in filo politur, illisum crebro in silice ex aqua: textumque rursus tunditur clauis, semper iniuria melius. Inuentum iam est etiam, quod ignibus non absumeretur. Viuum id vocant, ardentésque in focis conuiuiorū ex eo vidimus mappas, sordibus exustis splendescentes igni magis, quàm possent aquis. Regum inde funebres tunicæ, corporis fauillam ab reliquo separant cinere. Nascitur in desertis adultisq; Sole Indiæ, vbi non cadunt imbres, inter diras serpentes: affluesciturque viuere ardendo, rarum inuentu, difficile textu propter breuitatem. Rufus de cætero colos splendescit igni. Cùm inuētum est, æquat pretia excellentium margaritarum. Vocatur autem à Græcis asbestinū ex argumento naturæ, Anaxilaus autor est, linteo circumdatam arborem, surdis ictibus, & qui nō exaudiantur, cædi. Ergo huic lino principatus in toto orbe. Proximus byssino, mulierum maximè deliciis circa Elim in Achaia genito

genito: quaternis denariis scripula eius permutata quondam, vt auri, reperio. Linteorum lanugo, è velis nauium maritimarum maximè, in magno vsu medicinæ est: & cinis spodij vim habet. Est & inter papauera genus quoddam, quo candorè lintea præcipuum trahunt. Tentatum est tingi lnum quoque, & vestiũ infaniam accipere, in Alexandri Magni primùm classibus, Indo amne nauigantis, cū duces eius ac præfecti in certamine quodam variaffent insignia nauium: itupuerunt que litora flatu versicoloria implēte. Velo purpureo ad Actium cum M. Antonio Cleopatra venit, eodémque effugit. Hoc fuit imperatorix nauis in signe. Postea in theatris tantum vmbra fecere: quod primus omnium inuenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret. Carbasina deinde vela primus in teatro duxisse traditur Lentulus Spinter Apollinaribus ludis. Mox Cæsar Dictator totum forum Romanum intexit, viamque sacram ab domo sua ad cliuum vsque Capitolinum: quod munere ipso gladiatorio mirabilius visum tradunt. Deinde & sine ludis Marcellus Octavia sorore Augusti genitus, in Ædilitate sua auunculo x j. Consule Calend. Augusti, velis forum inumbravit, vt salubrius litigantes consisterent: quantum mutatis moribus Catonis Censorij, qui sternendum quoque forum muricibus censuerat. Vela nuper colore cæli stellata per rudentes, terra etiam in amphitheatris principis Neronis rubente: in cauis ædium, & muscum à sole defendunt. Cæterò mansit candori pertinax gratia. Honor etiam & Troiano bello. Cur enim nõ & præliis intersit, vt naufragiis? Thoracibus lineis paucos tamen pugnasse, testis est Homerus. Hinc fuisse & nauium armamenta apud eundem interpretantur eruditiores: quoniam cum sparta dixit, significauerit fata.

De sparti natura, & quando primùm vsus eius, & quomodo perficiatur, & qua sine radice nascantur, & vuant.

C A P.

I I.

Sparti quidem vsus multa post secula cœptus est: nec ante Pœnorũ arma, quæ primùm Hispaniæ intulerunt. Herba & hæc sponte nascens, & quæ non queat feri, iuncusque propriè aridi foli, vni terræ dato vitio. Nanque id malum telluris est: nec aliud ibi feri aut nasci potest. In Africa exiguum & inutile gignitur. Carthaginiensis Hispaniæ citerioris portio, nec hæc tota, sed quatenus parit, montes quoque sparto operit. Hinc strata rusticis eorum, hinc ignes facèsque, hinc calceamina, & pastorum vestis, animalibus noxium, præterquam cacuminum teneritate. Ad reliquos vsus laboriosè euellitur, ocreatis cruribus, manibusque tectis manicis, conuolutum offeis ligneisve conamētis. Nunc iã in hyemem vix. Facillimè tamen ab Idibus Maiis in Iunias: hoc maturitatis tempus. Vulsus fascibus in acervo animatum biduo, tertio resolutum, spargitur in sole, siccaturque, & rursus in fascibus redit sub tecta. Postea maceratur aqua, marina optimè, sed & dulci, si marina desit. Siccaturque Sole iterũ rigatur, si repenti vigeat desiderium, perfusum calida in solio, ac siccatur stans cõpendium operæ fatetur. Hoc autem tunditur, vt fiat vtile, præcipuè in aquis marique inuictum. In sicco præferunt è cannabi funes. At spartum alitur etiam demersum, veluti nataliũ sitim pensans. Est quidem eius natura interpollis: rursusque quàm libeat vetustum nouo miscetur. Veruntamen cõplectetur animo, qui volet miraculum æstimare, quanto sit in vsu omnibus terris nauium armamētis, machinis ædificationum, aliisque desiderijs vitæ. Ad hos omnes vsus quæ sufficiant, minus xxx. M. pass. in latitudinem à litore Carthaginis nouæ, minusque in longitudinem esse reperientur. Longius vehi impendia prohibent. Iunco Græcos ad funes vsos nomini credamus, quo herbam eam appellant: postea palmarum foliis philuræque, manifestum est: & inde translaturum à Pœnis sparti vsus, perquam simile veri est. Theophrastus autor est, esse bulbi genus circa ripas amnium nascens, cuius inter summum corticem eamque partem qua vescuntur, esse laneam naturam ex qua mapalia vestesque quædam conficiantur. Sed a ^{Tempora} neque regionem, in qua id fiat, neque quicquam diligentius, præterquam erio-phoron id appellari, in exemplaribus, quæ quidem inuenerim, tradit: neque omnino vllam mentionem habet sparti, cuncta cura magna persecutus ccccxc. annis ante nos, vt iam & alio loco diximus. quo apparet, post id temporis spatium in vsus

Z

venisse spartum. Et quoniam à miraculis rerum cœpimus, sequemur eorum ordinem, in quibus vel maximum est, aliquid nasci aut viuere sine vlla radice. Tuberæ hæc vocantur, vndique terra circumdata, nullisque fibris nixa, aut saltem capillamentis, nec vtique extuberante loco in quo gignuntur, aut rimas agente: neque ipsa terræ cohærent. Cortice etiam includuntur, vt planè nec terrâ esse possimus dicere, nec aliud quàm terræ callum. Siccis hæc ferè & sabulosis locis fructosisque nascuntur. Excedunt sæpe magnitudinem mali cotonei, etiam libræ pondere. Duo eorum genera, harenosa dentibus inimica, & altera syncera. Distinguuntur & colore, ruffo nigroque, & intus candido, laudatissima Africa. Crescant, an vitium id terræ (neq; enim aliud intelligi potest) ea protinus globetur magnitudine, qua futurum est: & viuantne, an non, haud facile arbitror intelligi posse. Putrescendi enim ratio communis est iis cum ligno. Lartio Licinio Prætorio viro iura reddenti in Hispania Carthagine, paucis his annis scimus accidisse, mordenti tuber, vt deprehensus intus denarius primos dentes inflecteret. Quo manifestum erit, terræ naturam in se globari: quod certum est ex iis quæ nascantur, & feri non possint.

De misy, & tuberibus: de fungis pezicis, laferpitio & magydari, & rubia, & radícula.

C A P.

I I I.

a T. mison

b T. ison.

Simile est & quod in Cyrenaica prouincia vocant^a misy, præcipuum suauitate odoris ac saporis, sed carnosius: & quod in Thracia^b ceraunium. De tuberibus hæc traduntur peculiariter: Cum fuerint imbres autumnales, ac tonitrua crebra, tunc nasci, & maxime è tonitribus: nec vltra annum durare: tenerrima autem verno esse. Quibusdam locis accepta riguis feruntur: sicut Mitylenis negat nasci, nisi exundatione fluminum inuecto semine ab Tiaris. Est autem is locus, in quo plurima nascuntur. Asiæ nobilissima circa Lampfacum & Alopeconnesum, Græciæ verò circa Elin. Sunt & in fungorum genere à Græcis dicti pezicæ, qui sine radice aut pediculo nascuntur. Ab his proximum dicitur autoritate clarissimum laferpitium, quod Græci silphion vocant, in Cyrenaica prouincia repertum: cuius succum vocant laser, magnificum in vsu medicamentisque, & ad pòdus argentei denarij pensum. Multis iam annis in ea terra non inuenitur: quoniam publicani, qui pascula conducunt, maius ita lucrum sentientes, depopulantur pecorum pabulo. Vnus omnino caulis nostra repertus memoria, Neroni principi missus est. Si quando incidit pecus in spem nascentis, hoc deprehenditur signo: oue, cum comederit, dormiente protinus, capra sternuente. Diuque iam non aliud ad nos inuehitur laser, quàm quod in Pefide aut Media & Armenia nascitur largè, sed multo infra Cyrenaicum: id quoque adulteratum gummi, aut sagapeno, aut faba fracta. quo minus omittendum videtur, C. Valerio, M. Herennio C o s s. Cyrenis aduecta Romam publicè laferpitij pondo xxx. Cæsarem verò Dictatorem initio belli ciuilib, inter aurum argentumq; protulisse ex ærario laferpitij pondo cxj. Id apud autores Græciæ euidentissimos inuenimus natum imbre piceo repente madefacta tellure, circa Hesperidum hortos Syrtinque maiorem, septem annis ante oppidum Cyrenarum, quod conditum est vrbs nostræ anno cxlij. Vim autem illam per quatuor millia stadium Africæ valuisse. In ea laferpitium gigni solitum, rem feram ac cõtumacem: & si coleretur, in deserta fugientem: radice multa crassaque, caule ferulaceo, haud simili crassitudine. Huius folia maspetum vocabant, apio maxime similia. Semen erat foliaceum, folium ipsum vere deciduum. Vesca pecora solita, primòque purgari, mox pinguescere, carne mirabilè in modum iucunda. Post folia amissa, caule ipso & homines vescebantur decocto, asso, elixoque: eorum quoque corpora xl. primis diebus purgante à vitiis omnibus. Succus duobus modis capiebatur, è radice atque caule. Et hæc duo erant nomina, rhizias, atque caulias, vilior ille ac putrescens. Radice cortex niger & ad mercis adulteria. Succum ipsum in vasa coniectum, admisto fure, subinde concutiendo ad maturitatem perducebant: ni ita fecissent, putrescentem. Argumentum erat maturitatis, color, siccitasque sudore finito. Alij tradunt laferpitij radicem fuisse maiorem cubitali, tuberq; in ea super terram. Hoc inciso, profluere solitum succum, ceu lactis, supernato caule, quem magydarin vocarunt. Folia aurei coloris pro
semine

femine fuisse, cadentia à Canis ortu, Austro flante. Ex his laserpitium nasci solitum, annuo spatio & radice & caule consummantibus sese. Hoc & circumfodi solitum prodidere. Nec purgari pecora, sed ægra sanari, aut protinus mori, quod in paucis accidere. Perfico silphio prior opinio congruit. Alterum genus est quod magydaris vocatur, tenerius & minus vehemens, sine succo: quod circa Syriam nascitur, non proueniens in Cyrenai-
 ca regione. Gignitur & in Parnasso mōte copiosius, quibusdam laserpitium vocantibus: per quæ omnia adulteratur rei saluberrimæ vtilissimæque autoritas. Probatio synceri prima, in colore modicè ruffo, & cum frangitur, candido intus, mox translucente: gutta aqua saluaque liquefit. Vfus in multis medicaminibus. Sunt etiamnum duo genera, non nisi sordido nota vulgo, cum quæstu multum polleant. In primis rubia, tingēdis lanis & coriis necessaria. Laudatissima Italica, & maximè suburbana: & omnes penè prouinciæ scātēt ea. Sponte prouenit, seriturque similitudine eruilæ. Verùm spinosus ei caulis: geniculatus hic est, quinque circa articulos in orbe foliis. Semen eius rubrum est. Quos in medicina vfus habeat, suo dicemus loco. At quæ vocatur radícula, lauandis demum lanis succum habet: mirum, quantum conferens candori mollitiæque. Nascitur fatiua vbi-
 que, sed sponte præcipua in Asia Syriæque, saxosis & asperis locis. Trans Euphratem tamen laudatissima, caule ferulaceo tenui, & ipso cibus indigenarum expetito, & tingenti quicquid sit, cum quo decoquatur, folio oleæ, Struthion Græci vocant, floret æstate, grata aspectu: verùm sine odore, spinosa, & caule lanuginoso. Semen ei nullum, radix magna,
 quæ conciditur ad quem dictum est vsum.

De hortorum cura, & digestio terræ nascentium, præter fruges & frutices.

C A P.

I I I I.

AB his superest reuerti ad hortorum curam, & suapte natura memorandum, & quoniam antiquitas nihil prius mirata est, quàm Hesperidum hortos, ac regum Adonis & Alcinoi, itémque pētiles, siue illos Semiramis, siue Assyriæ rex Cyrus fecit, de quorum opere alio volumine dicemus. Romani quidem reges ipsi coluere. Quippe etiam Superbus Tarquinius nuntium illum sæuum atque sanguinarium filio remisit ex horto. In xij. tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in significatione ea hortus: in horti verò hæredium. Quam rem comitata est & religio quædam: hortosque & fores tantum contra inuidentium effascinationes dicari videmus. In remedio satyrica signa, quanquam hortos tutelæ Veneris assignante Plauto. Iam quidem hortorum nomine in ipsa vrbe delicias, agros, villasque possident. Primus hoc instituit Athenis Epicurus otij magister. Vsq̄ ad eum, moris non fuerat in oppidis habitari rura. Romæ quidem per se hortus ager pauperis erat. Ex horto plebei macellum, quanto innocentiore victu! Mergi enim, credo, in profunda satius est, & ostrearum genera naufragio exquiri, aues vltra Phasidem amnem peti, & fabuloso quidē terrore tutas, imò sic pretiosiores, alias in Numidiam atque Æthiopiæ sepulchra: aut pugnare cum feris, mandique capientem quod mandat alius. At hercule quam vilia hæc, quàm parata voluptati satietatique, nisi eadem quæ vbi que indignatio occurreret! Ferendum sanè fuerit exquisita nasci poma, alia fapore, alia magnitudine, alia monstro, pauperibus interdita: inueterari vina, saccisque castri: nec cuiquam adeo longam esse vitam, vt non ante se genita poterit: è frugibus quoque quoddam alimentum sibi excogitasse luxuriã, ac medullam tantum earum, superq̄; pistrinarum operibus & cælaturis viuere, alio pane procerum, alio vulgi, tot generibus vsque ad infimam plebem descendente annona. Etiã in herbis discrimen inuentum est, opesque differētiam fecere in cibo, etiam vno asse vernali? In his quoque aliqua sibi nasci tribus negant, caule in tantum saginato, vt pauperis mensa non capiat. Syluestres fecerat natura corrudas, vt quisque demeteret passim. Ecce atiles spectantur asparagi. Et Rauenna ternos libris rependit. Heu prodigia ventris. Mirum esset non licere pecori carduis vesci: non licet plebei. Aquæ quoque separantur: & ipsa naturæ elementa vi pecuniæ discreta sunt. Hi niues, illi glaciem potant, pœnasque montium in voluptatem gulæ vertunt. Seruatur algor æstibus, excogitaturq̄; vt alienis mensibus nix algeat. Deco-

quunt alij aquas: mox & illas hyemant. Nihil itaque homini sic, quomodo rerum naturæ placet. Etiamne herba aliqua diuitiis tantum nascitur? Nemo Sacros Auentinosque montes, & iratæ plebis secessus circumsperxit. Mors enim certè æquabit, quos pecunia separauerit. Itaque hercule nullum macelli vestigal maius fuit Romæ, clamore plebis incusantis apud omnes principes, donec remissum est portorium mercis huius: cõpertumque non aliter quæstuosius censum haberi aut tutius, ac minore fortunæ iure, cum credatur pensio ea pauperum. Is in solo sponsor est, & sub dio reditus, super ficiisque cælo quocumque gaudens. Hortorum Cato prædicat caules. Hinc primum agricolæ æstimabatur profici, & sic statim faciebant iudicium, nequam esse in domo matrem familiam (etenim hæc cura fœminæ dicebatur) ubi indiligens esset hortus. Quippe è carnario aut macello viuendum esse. Nec caules, ut nunc, maximè probabant, damnantes pulmentaria quæ egerent alio pulmentario. Id erat oleo parcere. Nam gari desideria etiam in exprobratione erant. Horti maximè placebant, quia non egerent igni, parcerentque ligno, expedita res & parata semper: unde & acetaria appellantur, facilia concoqui, nec oneratura sensum cibo, & quæ minimè accenderent desiderium panis. Pars eorum ad condimenta pertinens, fateatur domi versuram fieri solitam. atque non Indicum piper quæsitum, quæque trans maria petimus. Iam in fenestris suis plebs urbana in imagine hortorum quotidiana oculis rura præbebant, antequam præfigi prospectus omnis coëgit multitudinis innumeratæ sæua latrocinatio. Quam ob rem sit aliquis & his honos, neve autoritatem rebus utilitas adimat, cum præfertim etiam cognomina procerum inde nata videamus: Laetucinosque in Valeria familia non puduisse appellari: & contingat aliqua gratia operæ curæque nostræ, Virgilio quoque confesso, quàm sit difficile verborum honorem tam paruis perhibere. Hortos villæ iungendos non est dubium, riuosque maximè habendos, si cõringat a profiuo amne: b si minus, è puteo pertica, organisve pneumaticis, vel tollenonum haultu rigandos. Solum profcindendum à Fauonio: in autumnum præparandum est post xiiij. dies, iterandumque ante brumam. Octo iugerum operis palari iultum est, fimum tres pedes altè cum terra misceri, areis distingui, easque resupinis puluorum toris, ambiri singulas tramitum sulcis, quæ detur accessus homini, scatebrisque decursus. In hortis nascuntur alia bulbo commendantur, alia capite, alia caule, alia folio, alia utroque; alia semine, alia cortice, alia cute, aut cartilagine, alia carne, alia tunicis carnosiss. Aliorum fructus in terra est, aliorum & extra, aliorum non nisi extra. Quædam iacent crescuntque, ut cucurbitæ & cucumis. Eadem pendent, quanquam grauiora multo etiam iis quæ in arboribus gignuntur. Sed cucumis cartilagine. Cortex huic vni maturitate transit in lignum. Terra conduntur raphani, napique, & rapa, atque alio modo inulæ, sifer, pastinacæ. Quædam vocabimus ferulacea, ut anethum, maluas. Nanque tradunt autores, in Arabia maluas septimo mense arborefcere, baculorum usum præbere extemplo. Sed & arbor est malua in Mauritania Lixi oppidi æstuario, ubi Hesperidum horti fuisse produntur c c. pass. ab Oceano, iuxta delubrum Herculis, antiquius Gaditano, ut ferunt. Ipsa altitudinis pedum xx. crassitudinis quam circumplecti nemo possit. In simili genere habebitur & cannabis. Necnon & carnosæ aliqua appellabimus, ut spongas in humore pratorum enascentes. Fungorum enim callum, in ligni arborumque natura diximus, & alio genere tuberum paulo antè.

Natura & genera, & historia nascentium in hortis rerum.

C A P.

V.

Cartilaginei generis, extraque terram est cucumis, mira voluptate Tiberio principi expetitus. Nullo quippe non die contigit ei, pensiles eorum hortos promouentibus in Solem rotis olitoribus: rursusque hybernis diebus intra specularium munimenta reuocantibus. Quin & lacte mulso semine eorum biduo macerato, apud antiquos Græciæ autores scriptum est feri oportere, ut dulciores fiant. Crescunt qua coguntur forma. In Italia virides, & quàm minimi: in prouinciis quàm maximi, & citrini, aut nigri. Placent copiosissimi Africæ, grandissimi Mœsiæ: cum magnitudine excessere, pepones vocantur.

cantur. Viuunt hausti in stomacho in posterum diem, nec perfici queunt in cibis, non in-
 salubres tamen plurimum. Natura oleum odere mirè: nec minus aquas diligunt. Defecti
 quoque, ad eas modicè distantes adrepunt: contra oleum refugiunt: aut si quid obstet,
 vel si pendeant, curuantur: idque vel vna nocte deprehenditur, si vas cum aqua subiicia-
 tur à quatuor digitorum interuallo descendentibus ante posterum diem: at si oleum eò-
 dem modo sit, in hamos curuatis. Iidem in fistula flore demisso, mira longitudine cre-
 scunt. Ecce cū maximè noua forma eorum in Campania prouenit, mali cotonei effigie.
 Fortè primò natum ita audio vnum: mox femine ex illo genus factum, melopeponas vo-
 cant. Non pendent hi, sed humi rotundantur. Mirum in his, præter figuram colorèmque,
 10 & odorem, quòd maturitatem adepti, quanquam non pendent, statim à pediculo rece-
 dunt. Columella suum tradit cōmentum, vt toto anno contingant. Fruticem rubi quàm
 vastissimum in apricum locum transferre, & recidere, duum digitorum relicta stirpe,
 circa vernum æquinoctium: ita in medulla rubi femine cucumeris insito, terra minuta
 fimòque circumaggeratas resistere frigori radices. Cucumerum Græci tria genera fece-
 re: Laconicum, Scytalicum, Bœoticum. Ex his tantum Laconicum aqua gaudere. Sunt
 qui herba, quæ vocatur culix nomine, trita, semen eorum maceratum feri iubeant, vt sine
 femine nascantur. Similis & cucurbitis natura, duntaxat in nascendo. Æquè hyemem
 odere. Amant rigua ac fimum. Seruntur ambo femine in terra sesquipedali fossura, inter
 æquinoctium vernum & solstitium: Parilibus tamen aptissimè. Aliqui malunt ex Calend.
 20 Martij cucurbitas, & Nonis cucumeres, & per Quinquatrus ferere, simili modo reptan-
 tibus flagellis, scandentes parietum aspera in tectum vsque, natura sublimitatis auida.
 Vires sine adminiculo standi non sunt, velocitas pernix, leui vmbra cameras ac pergu-
 las operiens. Inde hæc duo prima genera: Camerarium, & plebeium, quod humi repit.
 In priore mirè tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. Cucurbita quoque omni
 modo fastigiatur, vaginis maximè vitilibus, coniecta in eas postquam defloruit. Crescit
 qua cogitur forma, plerunque & draconis intorti figura. Libertate verò pensili, conces-
 sa, iam visa est^a nouem pedum longitudinis. Particulatim cucumis floret, sibi ipse super-
 30 florens, & sicciore locos patitur, candida lanugine obductus, magisque, cū crescit.
 Cucurbitarum numerosior vsus. Et primus caulis in cibo. Atque ex eo totum natura di-
 uersa. Nuper in balnearum vsum venere vrceorum vice, iam pridem verò etiam cado-
 rum ad vina condenda. Cortex viridi tener. Deraditur nihilominus in cibis.^b Cibis sa-
 luber ac lenis pluribus modis existimatur, qui perfici humano ventre nō queant, sed non
 intumescant. Semina quæ proxima collo fuerint, proceras pariunt: item ab imis, sed non
 comparandas suprà dictis: quæ in medio, rotundas: quæ in lateribus, crassas breuiorèf-
 que. Siccantur in vmbra, & cū libeat ferere, in aqua macerantur. Cibis, quò longio-
 40 restenuioresq; eò gratiores. Et ob id salubriores, quæ pendendo creuere: minimumque
 feminis tales habent, duritia eius in cibis gratiam terminante. Eas quæ semini seruentur,
 ante hyemem præcidi non est mos. Postea fumo siccantur, condendis hortensiorum se-
 minibus rusticæ supellectili. Inuenta est ratio, qua cibis quoque seruarentur: eodèmque
 modo cucuminis, vsque ad alios penè prouetus: & id quidem in muria fit. Sed & scrobe,
 opaco in loco harena substrato, scenoque sicco opertos, ac deinde terra, virides seruari
 tradunt. Sunt & syluestres in vtroque genere, & omnibus ferè hortensius. Sed & his me-
 dica tantum natura est. Quam ob rem differentur in sua volumina. Reliqua cartilagi-
 num naturæ terra occultantur omnia. In quibus de rapis abundè dixisse poteramus vi-
 deri, nisi medici masculini sexus facerent in his rotunda: latiora verò concaua & fœmi-
 ni, præstantiora suauitate, & ad condiendum faciora: quæ sæpius fata transeunt in ma-
 rem. Iidem naporum quinque genera fecere: Corinthium, Cleonæum, Liothasiū, Bœo-
 ticum, & quod per se viride dixerunt. Ex iis in amplitudinem adolescit Corinthium, nuda
 ferè radice. Solum enim hoc genus supernè tendit, non, vt cætera, in terram. Liothasium
 50 quidam Thracium appellant, frigorum patientissimum. Ab eo Bœoticum dulce est, ro-
 tunditate etiam breui notabile, neque vt Cleonæum prælongum. In totum quidè, quo-

^a ternorū pe-
dum

^b Ver. codic.
paulò aliter,
eodem tamen
seruato scro-
Cibo salu-
bres ac lenes
pluribus mo-
dis existimā-
tur.

rum tenuiora folia, ipsi quoque dulciores: quorum scabra & angulosa & horrida amariores. Est præterea genus sylvestre, cuius folia sunt crucæ similia. Palma Romæ Amiterni datur, inde Nursinis, tertia nostratibus. Cætera de satu eorum in rapis dicta sunt. Cortice & cartilagine constant raphani: multisque eorum cortex crassior etiam, quam quibusdam arborum. Amaritudo plurima illi est, & pro crassitudine corticis. Cætera quoque aliquando lignosa. Et vis mira colligendi spiritum, laxâdique ructum. Ob id cibus illiberalis, utique si proximè olus madatur: si verò cum oliuis drupis, rarior ructus fit, minusque foetidus. Ægypto mirè celebratur propter olei fertilitatem, quod è femine eius faciunt. Hoc maximè cupiunt ferere, si liceat: quoniam & quæritus plus quam à frumento, & minus tributus est, nullumque copiosius oleum. Genera raphani Græci fecere tria foliorum differentia, crispi, atque læuis, & tertium sylvestre. Atque huic læuia quidem, sed breviora ac rotunda, copiosaque atque fruticosa: sapor autem asper, & medicamenti instar ad eliciendas aluos. Et in prioribus tamen differentia feminis est, quoniam aliqua peius, aliqua admodum exiguum ferunt. Hæc vitia non cadunt, nisi in crispa folia. Nostris alia fecere genera: Algidense à loco, longum atque translucidum. Alterum rapi figura, quod vocant Syriacum, suavissimum ferè ac tenerimum, hyemisque patiens. Præcipuum tamen est, quod è Syria non pridem aduectum apparet, quoniam apud autores non reperitur: id autem tota hyeme durat. Etiamnum vnum sylvestre Græci agrion vocant, Pontici armon, alij leucen, nostri armoraciam, fronde copiosius quam corpore. In omnibus autem probandis maximè spectantur caules. Immitium enim rotundiores crassioresque, ac longis canalibus. Folia ipsa tristiora, & angulis horrida. Seri vult raphanus terra soluta, humida. Fimum odit, palea contentus. Frigore adeo gaudet, ut in Germania infantium puerorum magnitudinem æquet. Seritur post Idus Febr. ut vernus sit: iterumque circa Vulcanalia, quæ fatio melior. Multi & Martio & Aprili ferunt & Septembri. Incipiente incremento, confert alterna folia circumobruere, ipsos verò accumulare. Nam qui extra terram emerit, durus fit atque fungosus. Aristomachus detrahi folia per hyemem iubet, & ne lacunæ stagnet accumulare: ita in æstatem grandescere. Quidam prodidere, si palo adacto cauerna palea infernatur sex digitorum altitudine, a deinde in semen fimumque & terra congeratur, ad magnitudinem scrobis crescere. Præcipue tamen falsis aluntur. Itaque etiam talibus aquis irrigantur, & in Ægypto nitro sparguntur, ubi sunt suauitate præcipui. In totum quoque falsugine amaritudo eorum eximitur, suntque coctis similes. Nanque & cocti dulcescunt, & in naporum vicem transeunt. Crudos medici suadent ad colligenda acria viscerum dandos cum sale ieiunis esse, atque ita vomitionibus præparant meatum. Tradunt & præcordiis necessarium hunc succum: quando phthisin cordi intus inhærentem, non alio potuisse depelli compertum sit in Ægypto, regibus corpora mortuorum ad scrutandos morbos inscantibus. Atque ut est Græca vanitas, fertur in templo Apollinis Delphis adeo cæteris cibus prælatus raphanus, ut ex auro dicaretur, beta ex argento, rapum è plumbo. Scires non ibi genitum Manium Curium Imperatorem, quem Samnitium legatis aurum repudiaturum afferentibus, rapum torrentem in foco inuentum Annales nostri prodidere. Scripsit & Moschion Græcus vnum de raphano volumen. Vtilissimi in cibus hyberno tempore existimantur: iidemque dentibus semper inimici, quoniam atterant. Eboræ certè poliunt. Odium hic cum vite maximum, refugitque iuxta fatos. Lignosiora sunt reliqua, in cartilaginum genere à nobis posita. Mirumque, omnibus vehementiam saporis inesse. Ex his pastinacæ vnum genus agreste sponte prouenit: staphylinos Græcè dicitur. Alterum feritur radice vel femine, primo vere vel autumno, ut Hygino placet Februario, Augusto, Septembri, Octobri, solo quam altissimè refosso. Annicula utilis esse incipit, bima utilior, gratior autumno, patinisque maximè. & sic quoque virus illi intractabile est. Hibiscum à pastinacæ gracilitate distat, damnatum in cibus, sed medicinæ utile. Est & quartum genus in eadem similitudine pastinacæ, quam nostri Gallicam vocant. Græci verò daucon: cuius genera etiam quatuor fecere. Inter medica dicendum sifer: & ipsum Tiberius princeps

a deinde semen fimumque & terra congeratur,

princeps nobilitauit, flagitans omnibus annis à Germania. Gelduba appellatur castellum Rheno impositum, vbi generositas præcipua. Ex quo apparet frigidis locis cõuenire. Inest longitudine neruus, qui decoctis extrahitur amaritudinis tamen magna parte relicta: quæ mulso in cibis temperata, etiam in gratiam vertitur. Neruus idem & pastinacæ maior, duntaxat anniculæ. Siferis fatus mensibus Februario, Martio, Aprili, Augusto, Septembri, Octobri. Breuior his est, sed torosior amariorque, ^a inula, per se stomacho inimicissima: eadem dulcibus mistis saluberrima. Pluribus modis austeritate victa gratiam inuenit. Nanque & in pollinem tunditur arida, liquidoque dulci temperatur: & decocta posca, aut asseruata, vel macerata pluribus modis, & tunc mista defruto, aut subacta melle, vultu ^{ve} passis, aut pinguibus cariotis. Alio rursus modo cotoneis malis, vel sorbis, aut prunis, aliquando pipere aut thymo variata, defectus præcipuè stomachi excitat, illustrata maxime Iuliæ Augustæ quotidiano cibo. Superuacuum eius semen, quoniam oculis ex radice excisis, vt harundo feritur. Et hæc autem feritur, & sifer, & pastinaca vtroque tẽpore, vere & autumno magnis seminum interuallis, nullave minus quàm ternorum pedum, quoniam spatiosè fruticat. Sifer autem transferre melius. Proxima his est bulborum natura, quos Cato in primis ferendos præcepit, celebrans Megaricos. Verùm nobilissima est scilla, quanquam medicamini nata, acetoque exacuẽdo. Nec vlli amplitudo maior, sicut nec vis asperior. Duo genera medica: masculus albis foliis, fœmina nigris. Et tertiũ genus est cibis gratum: Epimenidium vocatur, angustius folio, ac minus aspero. Seminis plurimum ²⁰ omnibus. Celerius tamen proueniunt fatæ bulbis circa latera natis. Et vt crescant, folia quæ sunt his ampla, deflexa circa obruuntur. Ita succum omnẽ in se trahunt capita. Sponte nascuntur copiosissimè in Balearibus Ebusoque insulis, ac per Hispanias. Vnum de iis volumen condidit Pythagoras philosophus, colligens medicas vires, quas proximo reddemus libro. Reliqua bulborum genera differunt colore, magnitudine, suauitate. Quippe cum quidam crudi mandantur, vt in Cherrhoneso Taurica. Post hos in Africa nati maxime laudantur, mox Apuli. Genera Græci hæc fecere. Bulbinen, fetanion, pythion, acrorion, ægilopa, sisyrynchion. In hoc mirum, imas eius radices crescere hyeme: verno autem, cum apparuerit viola, minui & contrahi, tum deinde bulbum pinguescere. Est inter genera & quod in Ægypto aron vocant, scillæ proximũ amplitudine, foliis lapathi, caule ³⁰ recto duum cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris naturæ, quæ edatur & cruda. Effodiuntur bulbi ante ver, aut deteriores illico fiunt. Signum maturitatis, folia inarescentia ab imo. Vetusiores improbant: item paruos & longos. Contrà rubicundis rotundioribusque laus, & grandissimis. Amaritudo plerisque in vertice est. Media eorum dulcia. Bulbos non nasci, nisi ex semine, priores tradiderunt. Sed & Prænestinis campis sponte nascuntur, ac sine modo etiam in Rhemorum aruis.

De hortensium herbarum radicibus, foliis, floribus, coloribus.

C A P.

V I.

⁴⁰ **H**ortensis omnibus ferè singulæ radices, vt raphano, betæ, apio, maluæ. Amplissima autem lapatho, vt quæ descẽdat ad tria cubita. Syluestri minores, tumidæ. Effosita quoque diu viuit. Quibusdam tamen capillatæ, vt apio, maluæ. Quibusdam surculosa, vt ocimo. Aliis carnosæ, vt betæ, aut magis etiamnum croco. Aliquibus ex cortice & carne constant, vt raphano, rapis. Quorundam geniculatæ sunt, vt graminis. Quæ rectam non habent radicem, statim plurimis nascuntur capillamentis, vt atriplex, & blitum. Scilla autem, & bulbi, & cæpe, & allium, non nisi in rectũ radicantur. Sponte nascentium quædam numerosiora sunt radice, quàm folio, vt aspalax, perdicium, crocum. Florent cum fraxino serpillum, abrotanum, napi, raphani, menta, ruta, & cætera quidem cum cœpere, deflorescunt. Ocimum autem particulatim & ab imo incipit: qua de causa diutissimè floret. Hoc & in heliotropio herba euenit. Flos aliis candidus, aliis luteus, aliis ⁵⁰ purpureus. Folia cadunt à cacuminibus, origano, inulæ, & aliquando rutæ iniuria læsæ. Maxime concava sunt cæpe, gethio. Allium cæpæque inter Deos in iureiurando habet

Z 4

Ægyptus. Cæpæ genera apud Græcos, Sardia, Samothracia, alsidena, fetania, schista, Ascalonia, ab oppido Iudææ nominata. Omnibus etiam odor lacrymosus, & præcipuè a turum Cypriis, minimè Gnidiiis. Omnibus corpus totum pinguitudinis earum cartilagine. E cunctis fetania minima, excepta Tusculana, sed dulcis. Schista autem & Ascalonia condiuntur. Schistam hyeme cum coma sua relinquunt, vere folia detrahunt, & alia subnascuntur iisdem diuisuris: vnde & nomen. Hoc exemplo reliquis quoque generibus detrahi iubent, vt in capita crescant potiùs, quàm in femina. Ascaloniarum propria natura. Etenim velut steriles sunt ab radice, & ob id femine feri illas, non deponi, iussere Græci. Præterea ferius circa ver, cum germinant, transferrunt: ita crassescere, & tunc properare præteriti temporis pensitatione. Festinandum autem in his est, quoniam maturæ celeriter putrescunt. Si deponantur, & caulem emittunt & semen, ipsæque euanescent. Est & colorum differentia. Samo enim & Sardibus candidissimæ proueniunt. Sunt in honore & Creticæ, de quibus dubitant, an eadem sint, quæ Ascaloniæ: quoniam satis capita crassescunt: depositis, caules & femina. Distat sapore tantum dulci. Apud nos duo prima genera: Vnum condimentariæ, quam illi gethyon, nostri pallacanam vocant. Seritur mensibus Martio, Aprili, Maio. Alterum capitata, quæ ab æquinoctio autumnii, vel à Fauonio. Genera eius austeritatis ordine, Africana, Gallica, Tusculana, Amiternina. Optima autem, quæ rotundissima. Item rufa acrior, quàm candida: sicca, quàm viridis: & cruda, quàm cocta: sicca, quàm condita. Seritur Amiternina frigidis & humidis locis, & sola alij modo capite, reliquæ femine. Proximæque æstate nullum semen emittunt, sed caput tantum, quod inarescit. Sequenti autem anno permutata ratione semen gignitur, caput ipsum corrumpitur. Ergo omnibus annis separatim semen cæpæ causa feritur, separatim cæpe feminis. Seruantur autem optimè in paleis. Gethyum penè sine capite est, cervicis tantum longæ, & ideo totum in fronde: sæpiùsque refecatur, vt porrum. Ideo & illud ferunt, non deponunt. Cæterò cæpas ter fossio solo feri iubent, extirpatis radicibus herbarum in iugera denas libras. Internisceri satureiam, quoniam melius proueniat. Runcari præterea, & farriri, si non sepius, quater. Ascaloniam mense Februario ferunt nostri. Semen cæparum nigrescere incipiens, antequam marcescat, metunt. Et de porro in hac cognatione dici conueniat, præsertim cum sectiuo nuper auctoritatem dederit princeps Nero, vocis gratia, ex oleo statim mensium omnium diebus, nihilque aliud, ac ne pane quidem vescendo. Seritur femine ab æquinoctio autumnii: si sectiuum facere libuit, densius. In eadem area secatur, donec deficiat, stercoraturque semper: nutritur in capita, antequam secetur. Cum increuit in aliam aream transfertur, summis foliis leuiter recisis ante medullam, & capitibus retractis, tunicisve extremis. Antiqui silice vel tegula subiecta capita dilatabant. Hoc item in bulbis. Nunc sarculo leuiter conuelluntur radices, vt delumbatæ alant, neque distrahant. Insigne, quòd cum fimo lætoque solo gaudeat, rigua odit, & tamen proprietate quadam soli constant. Laudatissimus in Ægypto, mox Orthiæ atque Ariciæ. Sectiuum duo genera: Herbaceum folio incisuris eius euidentibus, quo vtuntur medicamentarij. Alterum genus suauioris folij, rotundiorisque, incisuris leuioribus. Fama est, Melam equestris ordinis reum ex procuratione à Tiberio principe accersitum, in summa desperatione succo porri ad trium denariorum argenteorum pondus hausto, confestim expirasse sine cruciatu. Ampliorem modum negant noxium esse. Allium ad multa ruris præcipuè medicamenta prodesse creditur. Tenuissimis & que separantur, in vniuersum velatur membranis: mox pluribus coagmentatur nucleis, & his separatim vestitis. Asperi saporis: quo plures nuclei fuere, hoc est asperius. Tædium huic quoque halitu, vt cæpis, nullum tamen coctis. Genus differentia in tempore. Præcox maturescit sexaginta diebus. Tum in magnitudine. Vlpicum quoque in hoc genere Græci appellauere allium Cyprium, alij antiscorodon, præcipuè Africæ celebratum inter pulmentaria ruris, grandius allio. Tritum in oleo & aceto, mirum quantum increscat spuma. Quidam vlpicum & allium in plano feri veritant, castellatimque grumulis imponi, distatibus inter se pedes ternos. Inter grana ^{digiti} interesse

interesse debent, simulatque tria folia eruperint, farriri. Grandescunt, quò sæpius farruntur. Maturefcentium caules depressi in terram obruuntur: ita cauetur ne in frondem luxurient. In frigidis vtilius vere feri, quam autumnò. Cæterùm vt odore careãt, omnia hæc iubetur feri cum luna sub terra sit, colligi, cum in coitu. Sine his Menander è Græcis auctor est, alliũ edentibus, si radicem betæ in pruna tostam superederint, odorem extingui. Sunt qui & allium & vlpicum inter Compitalia ac Saturnalia feri aptissimè putent. Allium & semine prouenit, sed tardè. Primo enim anno porri crassitudine caput efficitur: sequenti diuiditur, tertio cõsummatur: pulchriusq; tale existimant quidã. In semen exire non debet, sed intorqueri caulis sationis gratia, vt caput validius fiat. Quod si diutius alium cæpamque inueterari libeat, aqua salsa tepida capita intingenda sunt. Ita diuturniora fient, melioraque vsui, sed in satù sterilia. Alij cõtenti sunt primò super prunas suspendisse, abundèque ita profici arbitrantur ne germinent. Quod facere allium cæpamq; extra terram quoque certum est, & cauliculo actò euanescere. Aliqui & allium palea optime seruari putant. Allium est & in aruis sponte nascens, alum hoc vocant: quod aduersus improbitatem alitum depascentium semina coctũ, ne renasci possit, abiicitur: statimque quæ deuorauere aues, stupentes manu capiuntur, & si paulum commorauere, sopitæ. Est & syluestre, quod vrsinum vocant, odore molli, capite prætenui, foliis grandibus.

Quoto die quæq; herba nascuntur: seminum natura: quomodo quæq; serantur, & quorum singula genera sint, & quorum plura.

CAP. VII.

IN horto satorum celerrimè nascuntur ocimum, blitum, napus, eruca: tertio enim die erumpunt: anethum quarto, lactuca quinto, raphanus sexto, cucumis & cucurbitæ septimo, prior cucumis: nasturtium ac sinapi quinto, beta æstate sexto, hyeme decimo, atriplex octauo, cæpe xix. aut xx: gethium x. aut xij. Contumacius coriandrum. Cuni- la quidem & organum post xxx. diem. Omnium autem difficillimè apium: quadragesimo enim die cum celerrimè, quinquagesimo maiore ex parte emergit. Aliquid & seminum ætas confert, quoniam recentiora maturius gignuntur, in porro, gethio, cucumere, cucurbita: ex vetere autem celerius proueniunt apium, beta, cardamum, cuni- la, organum, coriandrum. Mirum in betæ semine: non enim totum eodem anno gignit, sed aliquid sequente, aliquid tertio. Itaque ex copia feminis, modicè nascitur. Quædam anno tantum suo pariunt, quædam sæpius, sicut apium, porrum, gethium. Hæc enim semel sata pluribus annis restibili fertilitate proueniunt. Semina plurimis rotunda, aliquibus oblonga, paucis foliacea & lata, vt atriplici. Quibusdam angusta & canaliculata, vt cumino. Differunt & colore, nigro candidoque: item duritie. Surculacea in folliculo sunt raphano, sinapi, rapo. Nudum semen apij, coriandri, anethi, fœniculi, cumini. Cortice obducta bliti, betæ, atriplicis, ocimi. At lactucis in lanugine. Nihil ocimo fœcundius: cum maledictis ac probris ferendum præcipiunt, vt lætius proueniat: sato pauit terra. Et cuminum qui ferunt, precantur ne exeat. Quæ in cortice sunt, difficillimè inarescunt, maximèque ocimum & gith. siccantur omnia, ac sunt fœcunda. Vtique meliora nascuntur aceruatim sato semine, quàm sparso. Ita certè porrum & allium ferunt in lacinis colligatum. Apium etiam paxillo cauerna facta, ac sato ingestò. Nascuntur autem omnia aut semine, aut auulsione. Quædam semine & furculo, vt ruta, organum, ocimum: præcidunt enim & hoc cum peruenit ad palmum altitudinis. Quædam & radice & semine, vt cæpa, allium, bulbi, & si quorum radicem anniferorum relinquunt. Eorum verò quæ à radice nascuntur, radix diuturna & fruticosa est, vt bulbi, gethi, scillæ. Fruticant alia & non capite, vt apium & beta. Caule reciso ferè quidem omnia regerminant, exceptis quæ non scabrum caulè habent: & in vsu verò ocimum, raphanus, lactuca. Hæc etiam suauiore putant à regerminatione. Raphanus vtiq; iucundior detractis foliis antequàm decaulescat. Hoc & in rapis. Nam & eadem direptis foliis cooperta terra crescunt, durantque in æstate. Singula genera sunt ocimo, lapatho, blito, nasturtio, erucæ, atriplici, coriandro, anetho. Hæc enim vbiq; eadè sunt, neque aliud alio melius vsquã.

Rutam furtiuam tantum prouenire fertilius putant, sicut apes furtiuas pessimè. Nascuntur etiam non fata, mentastrum, nepeta, intubum, pulegium. Cōtra plura genera sunt eorum quæ diximus dicemusque, & in primis apio.

Natura & genera, & historia ad condimenta in horto satarum rerum

XXXVI. CAP. VIII.

ID enim quod sponte in humidis nascitur, heleoselinum vocatur, vno folio, nec hirsutum. Rursus in siccis hipposelinum, pluribus foliis, simile heleoselino. Tertium est oreoselinum, cicutæ foliis, radice tenui, semine anethi, minutiore tantum. Et satiui autem differentiæ in folio, denso, crispo, aut rariore & leuiore. Item caule tenuiore aut crassiore. & caulis aliorum candidus est, aliorum purpureus, aliorum varius. Lactucæ Græci tria ferere genera: vnum lati caulis, adeo vt hostiola olitoria ex his factitari prodiderint. Folium his paulo maius herbaceo & angustissimum, vt alibi consumpto incremento. Alterum rotundi caulis: tertium sessile, quod Laconicon vocant. Alij colore & tempore satui genera discreuere. Esse enim nigras, quarum semen mense Ianuario feratur: albas, quarum Martio: rubentes, quarum Aprili. Et omnium earum plantas post binos menses differri. Diligentiores plura genera faciunt, purpureas, crispas, Cappadocas, Græcas. Longioris has folij, caulisque lati, præterea longi & angusti, intubi similis. Pessimum autem genus cum exprobratione amaritudinis appellauere picrida. Est etiamnum alia distinctio atræ, quæ meconis vocatur, à copia lactis soporiferi, quanquam omnes somnum parere creduntur. Apud antiquos Italiæ hoc solum genus earum fuit, & ideo lactucæ nomen adeptæ. Purpuream maximæ radice, Cæcilianam vocant. Rotundam verò ac minima radice, latis foliis, astylida: quidamque eunuchion, quoniam hæc maximè refragetur Veneri. Est quidem natura omnibus refrigeratrix, & ideo æstate gratè stomacho fastidium auferunt, cibi que appetentiam faciunt. Diuus certè Augustus lactuca conseruatus in egritudine fertur, prudentia Musæ medici. Cùm priores cauerent, religione nunc omni caret, in tantum recepta commendatione, vt seruari etiam in alienos menses eas oxymelite repertum sit. Sanguinem quoque augere creduntur. Est etiamnum quæ vocatur caprina lactuca, de qua dicemus inter medicas. Ecce cùm maximè cœpit irrepere satiuis admodum probata, quæ Cilicia vocatur, folio Cappadocæ, nisi crispum latiusque esset. Nec ex eodem genere possunt dici neque ex alio intubi, hyemi impatientiores, virisque præferentes, sed caule non minus grati. Seruntur verno plantæ eorum: vltimo vere transferuntur. Est & erraticum intubum, quod in Ægypto cichorium vocant, de quo plura aliàs. Inuentum omnes thyrsos vel folia lactucarum prorogare vt ceis conditos, ac recentes in patinis coquere. Seruntur lactucæ anno toto lætis & riguis stercoreatisque, binis mensibus inter semen plantamque & maturitatem. Legitimum tamen, à bruma semen iacere, plantam Fauonio transferre: aut semen Fauonio, plantam æquinoctio verno. Albæ maximè hyemem tolerant. Humore omnia hortensia gaudent, & stercore, præcipuè lactucæ, & magis intubi. Seri etiam radices illitas fimo interest, & repleri ablaqueata humo. Quidam & aliter amplitudinem augent, recisis cùm ad semipedem excreuerint, fimoque fuillo recenti illitis. Candorem verò putant contingere iis dūtaxat quæ sint feminis albi, si harena de litore à primo incremento congeratur in medias, atque incrementa folia contra ipsas religuntur. Beta hortensiorum leuissima est. Eius quoque à colore duo genera Græci faciunt, nigrum, & candidius, quod præferunt, parcissimi feminis: appellântque Siculum, candoris sanè discrimine præferentes & lactucæ. Nostri betæ genera faciunt, vernum & autumnale, à temporibus satiuis, quanquam & Iunio feritur. Transferuntur autem in planta hæc quoque, & oblini fimo radices suas, locumque similiter madidum amant. Vfus iis & cum lente ac faba, idemque qui oleris: & præcipuus, vt lenitas excitetur acrimonia sinapis. Medici nocentiorum quam olus, esse iudicauerunt. Quamobrem appositas non nemini degustare etiam religio est, vt validis potius in cibo sint. Gemina iis natura, & oleris, & capite ipso exilientis bulbi. Species summa in latitudine. Ea contingit, vt in lactucis, cùm cœperint colorem

a T. cameli
religionum die
omni mandu-
carent,

rem trahere imposito leui pondere. Neque alij hortensiorum latitudo maior. In binos pedes aliquando se pandunt, multum & foli natura conferente. Hæ quidem in Circeiensi agro amplissimæ proueniunt. Sunt qui betas Punica malo florente optimè feri existiment, transferri autem, cum quinque foliorum esse cœperint. Mira differentia, si vera est, candidis folui aluos modicè, nigris inhiberi. Et cum brassica corrumpatur in dolio vini sapor, odore betæ foliis demersis restitui. Oulus caulésque, quibus nûc principatus horum, apud Græcos in honore fuisse non reperiō. Sed Cato brassicæ miras canit laudes, quas in medendi loco reddemus. Genera eius facit tria: vnam extentis foliis, caule magno: alteram crispo folio, quam apianam vocat: tertiam minutis caulibus, lenē, teneram, 10 minimè probat. Brassica toto anno feritur, quoniam & toto secatur. Vtilissimè tamen ab æquinoctio autumnī. Trāsferitur, cum quinque foliorum est. Cymas a prima sectione præstat proximo vere. Hic est quidam ipsorum caulium delicatior teneriorque cauliculus, Apicij luxuria, & per eum Druso Cæsari fastiditus, non sine castigatione Tiberij patris. Post cymam ex eadem brassica contingunt æstiuū autumnalésque cauliculi, mox hyberni, iterumque cymæ, nullo æquè genere multifero, donec sua fertilitate consumatur. Tertia circa solstitium, ex qua si humidior locus est, æstate, si siccior, autumnō plantatur. Humor fimusque si defuere, maior saporis gratia est: si abundauere, lætior fertilitas. Fimum asininum maximè conuenit. Est hæc quoque res inter opera ganæ, quapropter non pigebit verbosius persequi. Præcipuus fit caulis sapore ac magnitudine, 20 primum omnium si in repastinato feras: dein si terram fugientes cauliculos secas, à terraque; proceritate luxuriosa attollentes se, exaggerando aliam accumules, ita ne plus quam cacumen emineat. Tritianum hoc genus vocatur, bis computabili impendio tædióque. Cætera genera complura sunt. Cumanum sessili folio, capite patulum, Aricinum altitudine non excelsius, folio numerosius, quam tenuius. Hoc vtilissimum existimatur, quia sub omnibus pene foliis fruticat cauliculis peculiaribus. Pompeianum procerius, caule ab radice tenui, intra folia crassescit. Rariora hæc angustioraque, sed teneritas in dote, si frigora non tolerat: quibus etiam aluntur Brutiani, prægrandes foliis, caule tennes, sapore acuti. Sabellico vsque in admirationem crispa sunt folia, quorum crassitudo caulem ipsum extenuat: sed dulcissimi perhibentur ex omnibus. Nuper subiere 30 lacuturres ex conualle Aricina, vbi quondam fuit lacus turrisque quæ remanet: capite prægrandes, folio innumeri. Alij in orbem porrecti, alij in latitudinem torosi. Nec plus vllis capitibus post Tritianum, cui pedale aliquando conspicitur, & cyma nullis ferior. Cuiuscunque autem generi pruinæ plurimum suauitatis cōferunt: & nisi obliquo vulnere defendatur medulla, plurimum nocent. Semini destinati non secantur. Est etiam sua gratia nunquam plantæ habitum excellentibus: halmyridia vocant, quoniam nisi in maritimis non proueniunt, nauigatione quoque longinqua viridibus adseruatis. Statim defecti ita ne humum attingant, in cados olei quàm proximè ficcatos, obturatosque conduntur omni spiritu excluso. Sunt qui plantam in transferendo alga subdita pediculo, nitro ve trito, quod tribus digitis capiatur, celeriore ad maturitatem fieri putent. Sunt qui 40 semen trifolij nitrumque simul tritum aspergant foliis. Nitrum in coquendo etiam viriditatem custodit: aut Apiciana coctura, oleo ac sale, prius quam coquantur, maceratis. Est inter herbas genus inferendi, præcis germinibus caulis, & in medullam semine ex aliis addito. Hoc & in cucumere syluestri. Nec non olus quoque syluestre est trifoliorum, Diui Iulij carminibus præcipuè iocisque militaribus celebratū. Alternis quippe versibus exprobrauere lapsana se vixisse apud Dyrrachium, præmiorum parsimoniam cauillantes. Est autem id cyma syluestris: Omnium hortensiorum lautissima cura asparagis. De origine eorum in syluestribus curis abunde dictum, & quomodo eos iubere Cato in harundinetis feri. Est & aliud genus incultius asparago, mitius corruda, passim etiam montibus nascens, refertis superioris Germaniæ campis, non infaceto Tiberij Cæsaris dicto, herbam ibi quandam nasci simillimam asparago. Nam quod in 50 Nelide Campaniæ insula sponte nascitur, longè optimum existimatur. Hortensium se-

ritur spongiis. Est enim plurimæ radicis, altissimæque germinat. Viret thyrso primùm emicante: qui caulem educens, tempore ipso fastigiatus in toros striatur. Potest & femine feri. Nihil diligentius comprehendit Cato, nouissimùmque libri est, vt appareat repentiam ac nouitiam viro curam fuisse. Locum subigi iubet humidum & crassum. Semipedali vndique interuallo feri, ne calcetur. Præterea ad lineam granabina aut ternapaxillo dimitti: videlicet femine tum tantum sciebantur. Id fieri secundum æquinoctium vernum. Stercore satiari, crebrò purgari, cauere ne cum herbis euellatur asparagus. Primo anno stramento ab hyeme protegi. Vere aperiri, sarriri, runcari. Tertio incendi verno. Quò maturius incensus est, hoc melius prouenit. Itaque harundinetis maxime conuenit, quæ festinant incendi. Sarriri iubet idem, non antequam asparagus natus fuerit, ne in sarriendo radices vexentur. Ex eo velli asparagum ab radice. Nam si defringatur, stirpescere, & in termori. Velli, donec in semen eat. Id autem maturefcere ad ver, incendi que: ac rursus, cum apparuerit asparagus, sarriri ac stercoreari. Ac post annos nouem, cum iam vetus sit, digeri subacto solo stercoreatòque. Tum spongiis feri, singulorum pedum interuallo. Quin & ouillo fimo nominatim vti quoniam aliud herbasceret. Nec quicquam postea tentatum vtilius apparuit, nisi quod circa Idus Febr. defosso femine aceruatis paruulis scrobibus ferunt, plurimum maceratum fimo. Dein nexis inter se radicibus, spōgias factas post æquinoctium autumnii disponunt pedalibus interuallis, fertilitate in denos annos durante. Nullum gratius his solum, quam Rauēnatum hortorum. Indicauimus & corrudam. Hunc enim intelligo syluestrem asparagum, quem Græci orminum aut myacanthon vocāt, aliisve nominibus. Inuenio nasci & arietis cornibus tuis atque defossis. Poterant videri dicta omnia quæ in pretio sunt, nisi restaret res maximi quæstus, non sine pudore dicenda. Certum est quippe carduos apud Carthaginem magnam, Cordubamque præcipuè, festertia fena millia, vt parcius, reddere: quoniam portenta quoque terrarum in ganeam vertimus, etiam ea quæ refugiunt quadrupedes conscia. Carduos ergo duobus modis ferunt: autumno planta, & femine ante Nonas Martias: plantæque ex eo disponuntur ante Idus Nouembris, aut in locis frigidis circa Fauonium. Stercorantur etiam, si diis placet, lætiusque proueniunt: condiunturque aceto, melle diluto, addita laseris radice, & cumini, ne quis dies sine carduo sit. Cætera in transcurso dici possunt. Ocimum Parilibus optimè feri ferunt. Quidam & autumno: iubentque, cum hyeme feratur, aceto semen perfundi. Eruca quoque & nasturtium, vel ætate vel hyeme facillimè nascuntur. Eruca præcipuè frigorum contemptrix, diuersa est, quam lactuca, naturæ, concitatrix Veneris: idcirco iungitur illi ferè in cibus, vt nimio frigori par feruor immixtus temperamentum æquet. Nasturtium nomen accepit à narium tormento. Et inde vigoris significatio pro uerbio id vocabulum vsurpauit, veluti torporem excitantis. In Arabia miræ amplitudinis dicitur gigni. Ruta quoque seritur Fauonio, & ab æquinoctio autumnii: odit hyemem & humorem ac fimum. Apricis gaudet & siccis, terra quàm maxime lateraria. Cinere vult nutriri. hic & femini miscetur, vt careat erucis. Autoritas etiam peculiaris apud antiquos ei fuit. Inuenio mustum rutatum populo datum à Cornelio Cethego, in Consulatu collega Quintij Flaminini, comitiis peractis. Amicicia est ei & cum fico, in tantum, vt nusquam lætior proueniat, quàm sub hac arbore. Seritur & furculo, melius in perforatam fabam indito, quæ succo nutrit comprehendendo furculum. Seritur & à seipsa. Nanque incuruato cacumine alicuius rami, cum attigerit terram, statim radicitur. Eadem & ocimo natura, nisi quòd difficilior crescit. Sed durata runcatur non sine difficultate, prouenientibus hulceribus, ni munitis manibus id fiat, oleo uel defensis. Conduntur autem & eius folia, seruanturque fasciculis. Ab æquinoctio verno seritur apium, femine paululum in pila pulsato. Crispus sic putant fieri, aut si fatum calcetur cylindro pedibusve. Proprium ei, quòd colorem mutat. Honos ipsi in Achaia, coronare victores sacri certaminis Nemeæ. Eodem tempore seritur menta planta: vel si nondum germinat, spongia. Minus hæc humido gaudet. Ætate viret, hyeme flauescit.

Genus eius sylvestre, mentastrum est. Et hoc propagatur, ut vitis, vel si inuersi rami ferantur. Mentæ nomen suauitas odoris apud Græcos mutauit, cum alioqui mintha vocaretur: unde veteres nostri nomen declinauerunt. Grato menta mentas odore percurrit in rusticis dapibus. Semel fata, diutina ætate durat. Congruit pulegio, cuius natura in carnariis refflorescens sapius dicta est. Hæc quoque seruantur simili genere, mentam dico pulegiūque & nepitam. Condimentorum tamē omnium fastidiis cuminum amicissimum. Nascitur in summa tellure vix hærens, & in subline tendens. In putridis & calidis maximè locis, medio ferendum vere. Alterum eius genus sylvestre, quod rusticum vocant, alij Thebaicum: si tritum ex aqua potetur, in dolore stomachi prodest.

10 In Carpetania nostri orbis maximè laudatur: alioqui Æthiopico Africóque palma est. Quidam huic Ægyptium præferunt. Sed præcipuè olusatrum miræ naturæ est. Hippofelinum Græci vocant, alij smyrneum. E lacryma caulis sui nascitur. Seritur & radice. Succum eius qui colligunt, myrrhæ saporem habere dicunt. Autorque est Theophrastus, myrrha fata natum. Hippofelinum veteres præceperant in locis incultis, lapidosis, iuxta maceriam feri: nunc & repastinato seritur, & à Fauonio post æquinoctium autumni. Quippe cum capparibus quoque seratur siccis maximè, area in defossu cauata, ripisque vndique circumstructis lapide: aliàs euagatur per agros, & cogit solum sterilefcere. Floret ætate. Viret vsque ad Vergiliarum occasum, sabulosis familiarissimum. Vitia eius, quòd trans maria nascitur, diximus inter peregrinos frutices. Peregrinum &

20 Careum, gentis sui nomine appellatum, culinis principale. In quacunque terra feri vult, ratione eadem, qua olusatrum. Laudatissimum tamen in Caria, proximum Phrygia. Ligusticum sylvestre est in Liguriæ suæ montibus: seritur vbique: suauius satium, sed sine viribus. Panacem aliqui vocant. Crateuas apud Græcos cunilam bubulam eo nomine appellat. Cæteri ferè conyzoides, cunilaginem: thymbram verò, quæ sit cunila. Hæc apud nos habet vocabulum & aliud, satireia dicta in cõdimentario genere. Seritur mense Februario, origano æmula. Nusquam vtrunque additur, quippe similis effectus. Sed cunilæ Ægyptium origanum tantum præfertur. Peregrinum fuit & lepidium. Seritur à Fauonio: dein cum fruticauit, iuxta terram præciditur: tunc runcatur, stercoreaturque per biennium hoc. Postea iisdem fruticibus vtuntur, si nõ sæuitia hyemis ingrauat,

30 quando impatientissimum est frigorum. Exit & in cubitalem altitudinem, foliis laurinis, sed mollibus: vsusque eius nõ sine lacte: Gith pistinis, anisum & anethum culinis & medicis nascuntur. Sacopenium & ipsum in hortis quidem, sed medicinæ tantum. Sunt quædam comitantia aliorum satus, ut papauer. Nanque cum brassica seritur, ac portulaca, & eruca cum lactuca. Papaueris fatiui tria genera: Candidum, cuius semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur. Hoc & panis rustici crustæ inspergitur affuso ouo inhærens, vbi inferiorem crustam apium githque cereali sapore condiunt. Alterum genus est papaueris nigrum, cuius scapo inciso lacteus succus excipitur. Tertium genus rhœam vocant Græci, id nostri erraticum. Sponte quidem, sed in aruis cum hordeo maximè nascitur, erucæ simile, cubitali altitudine, flore rufo & protinus

40 deciduo: unde & nomen à Græcis accepit. De reliquis generibus papaueris sponte nascentis dicemus in medicinæ loco. Fuisse autem in honore apud Romanos semper, indicio est Tarquinius Superbus, qui legatis à filio missis decutiendo papauera in horto altissima, sanguinarium illud responsum hac facti ambage reddidit. Rursus alio comitatu æquinoctio autumni seruntur coriandrum, anethum, atriplex, malua, lapathum, cærefolium, quod pæderota Græci vocant: & acerrimum sapore, ignei effectus ac saluberrimum corpori, sinapi, nulla cultura, melius tamen planta tralata. Quin è diuerso vix est fato semel eo liberare locum, quoniam semen cadens protinus viret. Vsus eius etiam pro pulmentario in patellis decocto, citra intellectum acrimoniæ. Coquantur & folia, sicut reliquorum olerum. Sunt autem trium generum: Vnum gracile, alterum simile

50 le rafi foliis, tertium erucæ. Semen optimum Ægyptium. Athenienses napy appellaerunt, alij thapsi, alij saurion. Serpyllo & sifymbrio mōtes plerique scatent, sicut in Thra-

cia, vbi aquæ deferunt ex iis auulsos ramos feruntque. Item Sicyone ex suis montibus, & Athenis ex Hymetto. Simili modo & sisymbrium ferunt. Latissimum nascitur in puteorum parietibus, & circa piscinas ac stagna.

De fœniculo & cannabe.

C A P. I X.

Reliqua sunt ferulacei generis, ceu fœniculum, anguibus (vt diximus) gratissimum, ad condienda plurima, cum inaruit. Eique perquam similis thapsia, de qua diximus inter externos frutices. Deinde vtilissima funibus cannabis feritur à Fauonio. Quod densior est, eò tenerior. Semen eius cum est maturum, ab æquinoctio autumnii distringitur, & Sole aut vento aut fumo siccat. Ipsa cannabis vellitur post vindemiam, ac lubricationibus decorticata purgatur. Optima Alabandica, plagarum præcipue vsibus. Tria eius ibi genera. Improbatur cortici proximum, aut medullæ: laudatissimum est è medio, quæ mæsa vocatur. Secunda Mylasea. Quod ad proceritatem quidem attinet, Rosea agri Sabini arborum altitudinem æquat. Ferulæ duo genera in peregrinis fruticibus diximus. Semen eius in Italia cibus est. Conditur quippe duratque in vrceis, vel anni spatio. Duo eius genera: caules, & racemi. Corymbiam hanc vocant, corymbosque quos condiunt.

De morbis horrorum, & remedia circa formicas, erucas, & culices.

C A P.

X.

Morbos hortensia quoque sentiunt, sicut reliqua terræ fata. Nanque & ocimum fœnecæ degenerat in serpyllum, & sisymbrium in calamintham. Et ex femine brassicæ veteris rapa fiunt, atque inuicem. Et necatur cuminum ab imo dorso, nisi repletur. Est autem vnicaule, radice bullo simili, non nisi in solo gracili nascens. Alias priuatim cumini morbus scabies. Et ocimum sub Canis ortu pallefcit. Omnia verò accessu mulieris menstrualis flauescunt. Bestiolarum quoque genera innascuntur. Napis culices, raphano erucæ, & vermiculi: item lactucis & oleri: vtrisque hoc amplius limaces & cochleæ. Porro verò priuatim animalia, quæ facillimè stercore iniecto capiuntur, condentia in id se. Ferro quoque non expedire tangi rutam, cunilam, mentam, ocimum, autor est Sabinus Tyro in libro Cepericôn, quem Meccenati dicauit. Idem contra formicas, non minimum horrorum exitium, si non sint rigui, remedium monstrat, limum marinum aut cinerem obturandis earum foraminibus. Sed efficacissimè heliotropio herba necantur. Quidam & aquam diluto latere crudo inimicam eis putant. Naporum medicina est, siliquas vnà feri, sicut olerum cicer. Arcet enim erucas. Quo si omisso iam nata sint, remedium est absinthii succus decocti inspersus, & fedi quam aizoum vocant genus hoc herbæ diximus. Semen olerum si succo eius madefactum feratur, olera nulli animalium obnoxia futura tradunt. In totum verò nec erucas, si palo imponatur in hortis ossa capitis ex equino genere fœminæ duntaxat. Aduersus erucas & cancrum fluuatilem in medio horto suspensum auxiliari narrant. Sunt qui sanguineis virgis tangunt ea, quæ nolunt his obnoxia esse. Infestant & culices hortos riguos præcipue, si sint arbusculæ aliquæ. Hi galbano accenso fugantur.

Quæ magis sint fortia vel minus, & quibus salsa aquæ prosunt.

C A P. X I.

Nam quod ad permutationem seminum attinet, quibusdam ex iis firmitas maior est, vt coriandro, betæ, porro, nasturtio, sinapi, erucæ, cunilæ, & ferè acribus. Infirmiora autem sunt atriplici, ocimo, cucurbitæ, cucumi: & æstiuæ omnia hybernis magis durant, minimè autem gethyum. Sed ex his quæ sunt fortissima, nullum vltra quadrimum vtile est, duntaxat ferendo. Cunilis & vltra tempestiuæ sunt. Peculiaris medicina raphano, betæ, rutæ, cunilæ, in salsis aquis, quæ & alioqui plurimum suauitati & fertilitati conferunt. Cæteris dulcium aquarum rigua prosunt. Vtilissima ex iis, quæ frigidissime, & quæ potu suauissima. Minus vtilis è stagno, & quas elices inducunt, quoniam herbarum semina inuehant. Præcipue tamen imbres alunt. Nam & bestiolarum innascentes necantur.

Ratis

*Ratio rigandorum hortorum, & quæ translata meliora fiunt, & de succis hortensium
& saporibus.*

C A P. XII.

HIs horæ rigandi matutina atque vespera, ne inferuescat aqua Sole. Ocimo tantum
& meridiana: etiam satum celerrimè erumpere putant, inter initia feruenti aqua as-
persum. Omnia autem translata meliora grandioraque fiunt, maximè porri napique. In
translatione & medicina est, desinuntq; sentire iniurias, vt gethyum, porrum, raphani,
apium, lactucæ, rapæ, cucumis. Omnia autem syluestria ferè sunt & foliis minora & cau-
libus, succo acriora, sunt cunila, organū, ruta. Solum verò ex omnibus lapathū syluestre
melius: hoc in fatiuis rumex vocatur, nasciturque fortissimū: traditur certè semel satum
durare, nec vinci vnquam à terra, maximè iuxta aquam. Vfus eius cum ptisana tantum in
cibus leuiorem gratiorémque saporem præstat. Syluestre ad multa medicamina vtile est.
Adeoq; nihil omisit cura, vt carmine quoq; comprehensum reperiam, in fabis caprini fi-
mi singulis cauatis, si porri, erucæ, lactucæ, apij, intubi, nasturtij semina inclusa ferantur,
mirè prouenire. Quæ sunt & syluestria, eadem in fatiuis sicciora intelliguntur & acriora.
Nanq; & succorū saporumque dicēda differētia est, vel maior in his, quàm pomis. Sunt
autem acres cunilæ, organi, nasturtij, sinapis. Amari, ab sinthij, cetaurei. Aquatiles, cucu-
meris, cucurbitæ, lactucæ, Acuti ^atātum cunilæ. Acuti & odorati, apij, anethi, fœniculi. Sal
sus tantum è saporibus non nascitur: aliquando extrā insidit pulueris modo, & circulis
tantum aquæ: vt intelligatur vana, ceu plerunq; vitæ persuasio. Panax piperis saporē red-
dit, & magis etiam siliquastrū, ob id piperitidis nomine accepto. Libanotis odorem thu-
ris, murrha myrrhæ. De panace abundè dictū est. Libanotis locis putribus & macris ac
roscidis feritur semine. Radicem habet olusatrici, nihil à thure differentem. Vfus eius post
annum stomacho saluberrimus. Quidā eā nomine alio rosmarinum appellant: Et smyr-
nium olus feritur iisdem locis, myrihāmque radice respicit. Eadē & siliquaastro satio. Reli-
qua à cæteris & odore & sapore differunt, vt anethum. Tātāque est diuersitas atq; vis, vt
non solum aliud alio mutetur, sed etiam in totum auferatur. Apio eximunt coqui obso-
niis acetum, eodem cellarij in faccis odorem vino grauem. Et hætenus hortensia dicta
sint, ciborum gratia duntaxat. Maximum quidem opus in iisdem naturæ restat, quoniam
prouentus tantum adhuc, summāsque quasdam tractauimus. Vera autem cuiusque na-
tura nō nisi medico effectu pernosci potest, opus ingēs occultumque diuinitatis, & quo
nullum reperiri possit maius. Ne singulis id rebus cōtexeremus iusta fecit ratio, cū ad
alios medendi desideria pertinerent, lōgis vtriusq; dilationibus futuris, si miscuissemus.
Nunc suis quæque partibus constabunt, poteruntque à volentibus iungi.

^a T. sans ca-
nula,

C. PLINII SECVNDI NA- TVRALIS HISTORIÆ

L I B E R X X.

P R O O E M I V M.



MAXIMUM hinc opus naturæ ordiemur, & cibos suos homi-
ni narrabimus, faterique cogemus ignota esse, per quæ viuat. Ne-
mo id paruum ac modicum existimauerit, nominum vilitate
deceptus. Pax simul in his aut bellum naturæ dicetur, odia a-
micitiæque rerum surdarum ac sensu carentium. Et quo magis
miremur, omnia ea hominum causa (quod Græci sympathiam
appellauere) quibus cuncta constant, ignes aquis restinguenti-
bus, aquam Sole deutorante, Luna pariente, altero alterius in-
iuria deficiente sidere. Atque vt à sublimioribus recedamus, ferrum ad se trahente

magnete lapide, & alio rursus abigente à sese: adamantem opum gaudium, infragilem omni cætera vi & inuictum, sanguine hircino rumpente, quæque alia in suis dicemus locis, paria vel maiora mira. Tantum venia sit, à minimis, sed à salutaribus ordienti, primumque ab hortensibus.

De cucumere sylvestri & elaterio.

CAPUT I.

Cucumim sylvestrem esse diximus, multo infra magnitudinem fatiui. Ex eo fit medicamentum, quod vocatur elaterium, succo expresso è semine. Cuius causa nisi maturius incidatur, semen exilit, oculorum etiam periculo. Seruatur autem decerptus vna nocte: postero die inciditur harundine. Semen quoque cinere conspergitur, ad coërcendam succi abundantiam: qui expressus suscipitur aqua cælesti, atque subsidit, deinde Sole cogitur in pastillos, ad magnos mortalium vsus. Obscuritates & vitia oculorum sanat, genarumque hulcera. Tradunt hoc succo tactis radicibus vitium, non attingi vuas ab auibus. Radix autem ex aceto cocta podagris illinitur, succoque dentium dolori medetur. Arida cum resina impetiginem & scabiem, quæ pforam & lichenas vocant, parotidas & panos sanat, & cicatricibus colorem reddit. Et foliorum succus auribus surdis cum aceto instillatur. Elaterium tempestiuum est autumno. Nec vllum ex medicamentis longiore æuo durat. Incipit à trimatu. Si quis recentiore uti velit, pastillos in nouo fictili igne lento in aceto domet. Melius, quò vetustius: fuitque iam ducētis annis seruatu, ut autor est Theophrastus. Et vsque ad quinquagesimum lucernarum lumina extinguit. Hoc enim veri experimentum est, si admotum prius quàm extinguat, scintillare sursum ac deorsum cogat. Pallidum ac læue herbaceo ac scabro melius, ac leniter amarum. Putant conceptus ad alligato semine adiuuari, si terram non attigerit: partus verò, si in arietis lana alligatum inscientis lumbis fuerit, ita ut protinus ab exitu rapiatur extra domū. Ipsum cucumim qui magnificant, nasci præcipuum in Arabia, mox Cyrenis, alij in Arcadia tradunt, similem heliotropio, cuius inter folia & ramos prouenire magnitudine nucis iuglâdis semen. Esse autem ad speciem scorpionis cauda reflexa, sed candida. Aliqui etiam ab eo scorpionium cucumim vocant, efficacissimum contra scorpionum ictus & semine & elaterio, & ad purgandum vterum, aluosque. Modus portione virium ab dimidio obolo ad solidū. Copiosius necat. Sic & contra phthiriasin bibitur & hydropises. Illitum anginas & arterias cum melle & oleo vetere sanat.

De anguino cucumere, siue erratico, & de fatiui, & de pepone.

CAP.

II.

Multi hunc esse apud nos qui anguinus vocatur, ab aliis erraticus, arbitrantur. Quo decocto sparsa mures de eius medicina non attingunt. Idem podagris cum articulorum morbis decoctum in aceto, illinūt præsentaneo remedio. Lumborum verò dolori semine solo siccato, dein trito triginta denariorum pondere in hemina dato aqua. Sanat & tumores subitos illitum cum lacte mulierum. Purgat eas elaterium. Sed grauidis abortum facit, Suspiriosis prodest. Morbo vero regio in nares coniectum. Lentigines ac maculas è facie tollit in Sole illitum. Multi eadem omnia fatiuis attribuunt. Magnum etiam in eis momentum. Nanque & eorum semen, quantum tres digiti apprehenderint, cum cumino tritum, potumque in vino tusliētibus auxiliatur. Sed & phreniticis in lacte mulieris. Et dysentericis acetabuli mensura. Purulenta autem expuentibus cum cumino pari pondere, & iocineris vitis in aqua mulsa. Vrinam mouet ex vino dulci, & in renum dolore clysteribus simul cum cumino infunditur. Pepones qui vocantur, refrigerant maximè in cibo, & emolliunt aluum. Caro eorum epiphoris oculorum aut doloribus imponitur. Radix sanat hulcera concreta in modum faui, quæ ceria vocant. Eadem contra vomitiones siccatur, & in farinam tusa datur quatuor obolis in aqua mulsa, ita ut qui biberit, quingentos postea passus ambulet. Hæc farina & in smegmata adicitur. Cortex quoque vomitionem mouet, faciem purgat. Hoc & folia cuiuscunque fatiui illita. Eadem cum melle epinyctidas sanant: cum vino, canis morsus. Item millepedæ, spea Græci vocant, oblongam, pilosis pedibus, pecori præcipuè nociuam. Morsum tumor

tumor insequitur, & putrescit locus. Ipse cucumis odore defectum animi. Coctos derafo cortice, ex oleo, aceto, & melle, iucundiores esse certum est.

De cucurbita sylvestri, & rapo.

CAP. III.

Cucurbita quoque sylvestris inuenitur, somphos à Græcis appellata, inanis, (vnde & nomen) digitali crassitudine, non nisi in saxosis nascens. Huius commanducatę succus stomacho admodum prodest. Colocynthis vocatur alia, ipsa plena, sed minor quàm satiua. Vtilior pallida, quando eius sunt medicinæ. Herbacea arefacta per se inanit aluü. Infusa quoq; clysteribus, intestinorũ omnium vitiis medetur & renum, & lumborũ, & paralyfi. Eiecto semine, aqua mulsa in ea decoquitur ad dimidias : sic tussienti infunditur obolis quatuor. Prodest & stomacho, farinæ aridæ pilulis cum decocto melle sumptis. In morbo regio vtiliter semina eius sumuntur, & protinus aqua mulsa. Carnes eius cum absinthio & sale dentium dolorẽ tollunt. Succus verò cum aceto calefactus mobiles sistit. Item spinæ & lumborum ac coxendicum dolores, cum oleo si infricetur. Præterea mirum dictu: semina eius, si fuerint pari numero adalligata febribus, sanare dicuntur quas Græci periodicas vocant. Satiuæ quoque rasæ succus tepesfactus auribus medetur. Caro eius interior sine semine, clavis pedum, & suppurationibus quæ Græci vocant apostemata. Decoctæ autem vniuersæ succus, dentium motus stabilit, & dolores inhibet. Vinum cum ea feruesfactum, oculorum etiam impetus. Folia eius cum recentibus cupressi, contusa, & imposita : ipsa quoque tosta in argilla, ac trita cum adipe anseris vulneribus medetur. Necnon ramentis corticis recentes podagras refrigerat, & ardores capitis, infantium maximè. Et ignes sacros de strigmentis, vel his impositis, vel feminibus. Succus ex strigmentis illitus cum rosaceo & aceto, febrium ardores refrigerat. Aridæ cinis impositus mirè combusta sanat. Chrysippus medicus damnabat eas in cibis. Sed omnium consensu stomacho vtilissimæ iudicantur, & interaneorum vesicarumque exulcerationibus. Est & rapo vis medica. Perniones feruens impositum sanat. Item frigus pellit è pedibus aqua decoctum. Et ius feruens podagris etiam frigidis medetur: & crudum tusum cum sale, cuicumque vitio pedum. Semen illitum & potum in vino, contra serpentes & toxica salutare esse proditur. A multis verò antidoti vim habere in vino & oleo. Democritus intotum ea abdicauit in cibis, propter inflationes. Diocles magnis laudibus tulit, etiam Venerem stimulari ab eis professus: Item Dionysius: magisque, si eruca condirentur. Costa quoque articulorum dolori cum adipe prodesse. Sylvestre rapum in aruis maximè nascitur, fruticosum, semine candido, duplo maiore, quàm papaueris. Hoc ad læuigandam cutem in facie, totoque corpore, vtuntur, mista vrina pari mēsurā. Erui, hordei, tritici, & lupini radix ad omnia inutilis.

De naporum differentiis, & raphano sylvestri, & de raphano satiuo, & pastinaca.

CAP. IIII.

Naporum duas differentias & in medicina Græci seruant. Angulosis foliorum caulibus florentis, quod bunion vocant, purgationibus sceminarum, & vesicæ & vrinæ vtile decoctum, potum ex aqua mulsa, vel succi drachma. Semen dysentericis tostum, tritumque in aqua calida, è cyathis quatuor. Sed vrinam inhibet, si non lini semen vnà bibatur. Alteru genus buniada appellant, & raphano & rapo simile: feminis præclari contra venena: ob id & in antidotis vtuntur illo. Raphanum & sylvestrẽ esse diximus. Laudatissimum in Areadia, quanquam & alibi nascitur, vtilior vrinæ duntaxat ciendæ. Cæterò bilem detrahunt. Præterea cortices in vino. Præter ea, quæ circa eos dicta sunt, stomachum purgant, pituitam extenuant, vrinam concitant. Est & satiui vsus in Italia, & armoraciam vocant. Et satiui verò decocti manè poti ad ternos cyathos, comminuunt & eiciunt calculos. Iidem in posca decocti contra serpentium morsus illinuntur. Ad tussim etiam manè ieiunis raphanus prodest cum melle : Semen eorum tostum ipsamque commanducatum, ad lagonoponon : Aquam foliis eius decoctis bibere, vel succum cum ipsius cyathis binis contra phtiriasas : phlegmonij ipsos illinire tusos, liuori verò recenti corticem cum melle : veternosius autem quàm acerrimos mandere, semēque

A

toftum, dein contritum cum melle, fufpiriofis. Iidē & contra venena profunt. Ceterò & fcorpionibus aduerfatur: vel ipfo vel femine infectis manibus impunè tractabis: impofitòque raphano fcorpiones moriuntur. Salutare & contra fungorum aut hyofcyami venena æquè, vt Nicander tradit. Et contra vifcum quoq; dari Apollodori duo iubent, fed Citieus femen ex aqua tritum, Tarētinus fuccum. Lienem item extenuant: iocineri profunt, & lumborū doloribus. Hydropicis quoque ex aceto aut finapi fumpti, & lethargicis. Praxagoras & iliofis dandos cenfet, Pliftonicus & cœliacis. Inteftinorum hulcera fanant: at purulenta præcordiorum, fi cum melle edantur. Quidam ad hæc coquere eos in luto illitos malunt: fic & fœminas purgari. Ex aceto & melle fumpti, inteftinorū animalia detrahunt. Item ad tertias decocto eorū potio cum vino, enterocelis profunt, fanguinem quoq; inutilem fic extrahunt. Medius ad hæc & fanguinem excreantibus coctos dari iubet: & puerperis ad lactis copiam augendam. Hippocrates capitis mulierum defluuia fricari raphanis: & fuper vmbilicum imponi, contra tormenta vuluæ. Reducunt & cicatricem ad colorem. Semen quoq; ex aqua impofitum, fiftit hulcera quæ phagedænas vocant. Democritus Venerem hoc cibo ftimulari putat: ob id fortaffis voci nocere aliqui tradiderunt. Folia quæ in oblongis duntaxat nafcuntur, excitare oculorum aciem dicuntur. Vbi verò acrior raphani medicina admota fit, hyffopum dari protinus imperant. Hæc antipathia eft. At aurium grauitati fuccum raphani inftillant. Nam vomituris fummo cibo effe eos, vtilliffimum eft. Pafinacæ fimile hibifcū, quod molochè agrian vocant, & aliqui pliftolochiam, hulceribus cartilaginis & offibus fractis medetur. Folia eius ex aqua pota aluum foluunt, ferpentes abigūt. Apum, vefparum, crabronum ictibus illita medentur. Radicem eius ante Solis ortum erutam inuoluunt lana coloris, quem natiuū vocant, prætereà ouis quæ fœminam peperit, ftrumifq; vel fuppuratis alligant. Quidam ad hunc vsum auro effodiendam cenfent, cauendumq; ne terrā attingat. Celfus & podagris quæ fine tumore fint, radicem eius ex vino decoctam imponi iubet.

De ftaphylino fuae pafinacæ, & gingidio, & fifere, & feſeli, & inula, & de cape.

C A P. V.

Alterum genus eft ftaphylinos, quod pafinacam erraticam vocant. Eius femen contritum & in vino potum, tamentem aluum, & fuffocationes mulierum dolereſque lenit, in tātum vt vuluas corrigat, illitum quoque è paſſo ventri earum proſit: viris vero prodeſt, cum panis portione aqua tritum, ex vino potum contra ventris dolores. Pellit & vrinam & phagedænas hulcerum fiftit recens cum melle impofitum, vel aridum farina inſperſum. Radicem eius Dieuches contra iocineris ac lienis, ilium, lumborum, & renum vitia, ex aqua mulſa dari iubet. Cleophātus & dyſentericis veteribus. Philitio in lacte coquit, & ad ſtranguriam dat radicis vncias quatuor: Ex aqua hydropicis, fimiliter & opifthotonicis, & pleuriticis, & comitialibus. Habentes eam, feriri à ſerpentibus negatur: aut qui antè guſtauerint, non lædi. Percuſſis imponitur cū axungia. Folia contra cruditates māduntur. Orpheus amatorium inefſe ftaphylino dixit, fortaffis quoniam Venerem ftimulari hoc cibo certum eſt: ideo conceptus, adiuuare aliqui prodiderūt. Ad reliqua & fatiua pollet. Efficacior tamen ſylueſtris, magifque in petroſis nata. Semen fatiua: quoque contra ſcorpionum ictus, ex vino aut poſca, ſalutare eſt. Radice eius circūſcalpti dentes, dolore liberantur. Syria in hortis operoſiſſima eſt. Indèque prouerbiū Græcis: Multa ſtororum olera. Simillimam ftaphylino herbam ferit, quam alij gingidion vocant, tenuius tantum & amarius, eiufdémque effectus. Eſtur coctum crudumque ſtomachi magna vilitate. Siccat enim ex alto omnes eius humores. Siſer erraticum fatiuo fimile eſt & effectus: ſtomachum excitat, faſtidium abſtergit. Ex aceto laſerpitiato ſumptum, aut ex piperis & mulſo, vel ex garo, vrinam ciet, vt Opion credit, & Venerem. In eadē ſententia eſt & Diocles. Prætereà cordi conuenire conualeſcentium, aut poſt multas vomitiones perquam vtile. Heraclides contra argentum viuum dedit, & Veneri ſubinde offeſanti, ægrifque ſe recolligentibus. Hicēſius ideo ſtomacho vtile videri dixit, quoniam nemo tres ſiferes edendo continuaret: eſſe tamen vtile conualeſcentibus ad vinum tranſ-

transeuntibus. Satiui priuatim succus cum lacte caprino potus sistit aluum. Et quoniam plerósq; similitudo nominum Græcorum confundit, contexamus & de fili: sed hoc est vulgaris notitiæ. Optimum Massiliense: lato enim grano & fuluo est. Secundum Æthiopicum, nigrius. Creticum odoratissimum omnium. Radix iucundi odoris est. Semē eius esse & vultures dicuntur. Prodest homini ad tussim veterem, rupta, cōuulsa, in vino albo potum. Item opisthotonicis, & iocinerum vitiis, & torminibus, & stranguriæ, duarū aut trium ligularum mensura. Sunt & folia vtilia, vt quæ partus adiuuent etiam quadrupedum. Hoc maximè pasci dicuntur ceruæ parituræ. Illinitur & igni sacro. Multumque in summo cibo concoctionibus confert, vel folio vel semine. Quadrupedum quoq; aluum sistit, siue tritum potui infusum, siue mandendo cōmanducatū è sale. Boum morbis tritum infunditur. Inula quoque à ieiunis commanducata, dentes confirmat, si vt eruta est, terram non attingat: condita tussim emendat. Radicis verò decoctæ succus tineas pellic: siccata autem in vmbra farina tussi, & conuulsis, & inflationibus, & arteriis medetur. Venenatorum morsus abigit. Folia ex vino lumborum dolori illinuntur. Cεπε syluestres non sunt. Satiue olfactu ipso & delacrymatione caligini medentur, magis verò succi inunctione. Somnum etiam facere traduntur, & hulcera oris sanare, commanducata cum pane. Et canis morsus, virides ex aceto illitæ, aut sicca cum melle & vino, ita vt post diem tertium soluantur. Sic & trita sanant. Coctam in cinere & epiphoris multi imposuerunt cum farina hordeacea, & genitalium hulceribus. Succo & cicatrices oculorum & albugines, & argema inunxere: & serpētium morsus, & omnia hulcera cum melle. Item auricularum cum lacte mulierum: & in iisdem sonitum ac grauitatem emendantes, cum adipe anserino, aut cum melle stillauere. Et ex aqua bibendum dedere repete obmutescentibus. In dolore quoque ad dentes colluendos instillauere, & plagis bestiarum omnium, priuatim scorpionū. Alopecias fricere & psoras tufis capis. Coctas dysentericis vescedas dedere, & contra lumborum dolores, purgamenta quoque earū cremata in cinerem illinentes ex aceto serpētium morsibus, ipsasque multipedæ ex aceto. Reliqua inter medicos mira diuersitas. Proximi inutilia esse præcordiis & concoctioni, inflationemque & sitim facere dixerunt. Asclepiadis schola, ad colorem quoque validum profici hoc cibo. Et si ieiuni quotidie edant, firmitatem valetudinis custodiri: stomacho vtilia esse, spiritus agitatione: ventrem mollire, hæmorrhoidas pellere subditas pro balanis: succum cū succo fœniculi contra incipientes hydropises mirè proficere. Item contra anginas, cum ruta & melle. Excitari eisdem lethargicos. Varro, quæ sale, & aceto pista est arefactaq; , vermiculis non infestari, autor est.

De porro sectiuo, & capitato, & de allio.

C A P. V I.

POrrum sectiuum profluua sanguinis sistit in naribus, contrito eo obturatis, vel gallæ misto, aut mentæ: Item ex abortu profluua potu succo cum lacte mulierum. Tussi etiam veteri ac pectoris & pulmonis vitiis medetur. Illitis foliis sanantur & ambusta, & epinyctides: ^a ita vocatur hulus, quæ & syce, in angulo oculi perpetuo humore manans. ^a ita vocatur hulus aciem hebetans, & in angulo ^{est}.
 Quidam eodem nomine appellant pustulas liuentes, ac noctibus inquietates. Et alia hulcera cum melle trito. Vel bestiarum morsus ex aceto: item serpentium. Aurium verò vitia cū felle caprino, vel pari mensura mulsi: stridores cum lacte mulieris: capitis dolores, si in nares fundatur: dormiturisve, in aurem duobus succi cochlearibus, vno mellis. Succus & ad serpentium scorpionumque ictus bibitur cum mero, & ad lumborum dolores cum vini hemina potus. Sanguinem verò excreantibus & phthisicis, distillationibus longis, vel succus, vel ex ipso cibus prodest. Item morbo regio, vel hydropicis. Et ad renum dolores, cum ptisanæ succo acetabuli mensura. Idem modus cum melle, vuluas purgat. Estur verò & contra fungorum venena: imponitur & vulneribus. Venerem stimulat: sitim sedat: ebrietates discutit. Sed oculorum aciem hebetare traditur: inflationem quoque facere, quæ tamen stomacho non noceat, ventremq; molliat. Voci splendorem affert. Capitato maior est ad eadem effectus. Sanguinem reicientibus succus eius cū gallæ

aut thuris farina, vel acacia datur. Hippocrates & sine alia mistura dari iubet: vuluâsque contractas aperire putat: fecunditatem etiam fœminarum hoc cibo augeri. Contritum ex melle hulcera purgat. Tussim & distillationes thoracis, pulmonis & arteriæ vitia sanat, datû in sorbitione ptisanæ vel crudum, præter capita, sine pane, ita vt alternis diebus sumatur: vel si purulenta excreentur. Sic & voci vel Veneri, somnôque multû cõfert. Capita his aqua mutata cocta, aluum sistunt, & fluxiones veteres. Cortex decoctus illitisque inficit canos. Allio magna vis, magnæ vtilitates cõtra aquarum & locorum mutationes. Serpentes abigit, & scorpiones odore: atque, vt aliqui tradidere, & bestiarum omnium ictibus medetur, potu vel cibo, vel illitu: priuatim cõtra hæmorrhoidas prodest, cum vino redditum vomitu. Ac ne contra araneorum murium venenatum morsum valere miremur, aconitum, quod alio nomine pardalianches vocatur, debellat: ite hyoscyamum: canum morsus, in quæ vulnere cum melle imponitur. Ad serpentium quidẽ ictus potum cum restibus suis, efficacissimè ex oleo illinitur: attritisque corporum partibus, vel si in vesicas intumuerint. Quin & suffitu eo, secundas partus euocari existimauit Hippocrates: cinere eorû cum oleo, capitis hulcera manantia sanitati restituens. Suspiriosis coctû, aliqui crudû id dedere. Diocles hydropicis cû centaurio, aut in fico duplici ad euacuandam aluum: quod efficacius præstat viride cû coriandro in mero potum. Suspiriosis aliqui & tritum in lacte dederunt. Praxagoras & contra morbum regium vino miscuit: & contra ileum in oleo & pulte, sic illinens strumis quoque. Antiqui & insanientibus dabant crudum. Diocles phreneticis elixum. Contra anginas tritum imponi, & gargarizare prodest. Dentiû dolorem tribus capitibus in aceto tritis imminuit, vel si decocti aqua colluantur, addaturq; ipsum in caua dentium. Auribus etiam instillatur succus cum adipe anserino: phthiriasis & prurigines potum, tufum item cum aceto & nitro compefcit: distillationes cum lacte coctum, vel tritum permistumve caseo molli: quo genere & rauricitatem extenuat: Vel phthisin, in fabæ sorbitione. In totum autem coctû vtilius est crudo, elixumque tosto: sic & voci confert. ^a Tineas & reliqua animalia interaneorû pellit, in aceto mulso coctum. Tenesmo in pulte medetur: Temporum doloribus illitum elixum, & pustulis coctum cum melle, deinde tritum: Tussi cum adipe vetusto decoctum, vel cum lacte: Aut si sanguis etiam excreetur, vel purulenta, sub pruna coctum, & cum mellis pari modo sumptum: Conuulsis ruptis cum sale & oleo. Nam cum adipe tumores suspectos sanat. Extrahit fistulis vitia cum sulphure & resina, etiam harudines cum pice. Lepras, lichenas, lentigines exhulcerat, sanâtque cum origano, vel cinis eius ex oleo & garo illitus. Sic & sacros ignes. Suggillata aut liuentia ad colorem reducit, combustum ex melle. Credunt & comitalem morbû sanare, si quis eo in cibo utatur ac potione. Quartanas quoque excutere potum caput vnum cû lacerpitij obolo in vino austero. Tussim & alio modo ac pectorum suppurationes quanta slibet sanat, fracta incoctum fabæ, atq; ita in cibo sumptum, donec sanitatẽ restituat. Facit & somnos, atque in totum rubicundiora corpora. Venerem quoq; stimulat cû coriandro viridi tritum, potumque è mero. Vitia eius sunt, quòd oculos hebetat, inflationes facit, stomachum lædit copiosius sumptum, sitim gignit. Cæterò contra pituitam, & gallinis & gallinaceis prodest mistum farre in cibo. Iumenta vrinam reddere, atque non torqueri tradunt, si trito natura tangatur.

De lactuca syluatica siue caprina, & esopo, & isati, & lactuca farina.

C A P. V I I.

Lactucæ sponte nascentis primum est genus eius, quam caprinam vocant, qua pisces in mare deiecta protinus necantur, qui sunt in proximo. Huius lac spissatû, mox in aceto pondere obolorû duum, adiecto aquæ vno cyato, hydropicis datur. Caule & foliis contusis, asperso sale, nerui incisi sanantur. Eadem trita ex aceto, collutâ matutinis bis mense, dentiû dolorem prohibet. Alterû est genus, quod Græci esopon vocant. Huius folia trita, & cû polenta illita, hulceribus medentur. Hæc in aruis nascitur. Tertium genus est in syluis nascens, isatin vocant. Huius folia trita cû polenta, vulneribus pro-

sunt. Quarto infectores lanarum vtuntur, quod glastum vocant: simile erat lapathum sylvestri foliis, nisi quod plura habet & nigriora. Sanguinem fistit. Phagedænas & putrescētia hulcera, quæ serpunt, sanat: item tumores ante suppurationem. Contra ignem sacrum radice vel foliis prodest, vel ad lienes pota. Hæc propria singulis. Communia autem sponte nascentibus, candor, caulis interdum cubitali longitudine, & ipso, & foliis scabritia. Ex his rotūda folia & breuia habentem sunt qui hieraciam vocent: quoniam accipitres scalpendo eam, succoq; oculos tingendo, obscuritatem, cum sensere, discutiant. Succus omnibus candidus, viribus quoq; papaueri similis: carpitur per messes inciso caule: conditur in fictili nouo, ad multa præclarus. Sanat omnia oculorum vitia cum lacte mulierum. Arcet nubeculas, cicatrices adustionēsq; omnes, præcipuè caligines. Imponitur etiam oculis in lana contra epiphoras. Idem succus aluum purgat, in posca potus ad duos obolos. Serpentium ictibus medetur in vino potus. Et folia tosta thyrsiq; triti ex aceto bibuntur. Vulneri illinuntur maximè contra scorpionum ictus. Verum contra phalangia, commisto vino ex aceto. Aliis quoque venenis resistunt, exceptis quæ strangulando necant, aut iis quæ vesicæ nocent: item psimmythio excepto. Imponuntur & ventri ex melle atque aceto, ad detrahenda vitia alui. Vrinæ difficultates succus emendat. Crateuas eum & hydropicis obolis duobus in aceto & cyatho vini dari iubet. Quidam & è satiuis colligunt succum minus efficacem. Peculiares earum vires partim iam dictæ sunt, somnum faciendi, Veneremque inhibendi, æstum refrigerandi, stomachum purgandi, sanguinem augendi. Non pauca restant: quoniam & inflationes discutunt, ructusq; lenes faciunt, concoctiones adiuuant. Cruditatem ipsæ nequaquam faciunt. Nec vlla res in cibus auiditatem incitat inhibetque eadem: in causa alterutraque modus est. Sic & aluum copiosiores soluunt, modicæ fistunt. Lentitiam pituitæ digerunt, atque vt aliqui tradiderunt, sensus purgant. Stomachi dissoluti vtilissimè adiuuantur: in eo vsu & oxypori obolis asperitatem addito dulci ad intinctū aceti temperantes, si crassior pituita sit, scillite aut vino absinthite, si & tussis sentiatur, hyssopite admisto. Dantur cœliacis cum intubo erratico, & ad duritiam præcordiorū. Dantur & melancholicis candidæ copiosiores, & ad vesicæ vitia. Praxagoras & dysentericis dedit. Ambustis quoq; profunt recentibus, priusquam pustulæ fiant, cum sale illitæ. Hulcera etiam, quæ serpunt, coercēt, initio cum aphronitro, mox in vino. Tritæ igni sacro illinuntur. Conuulsa & luxata caulibus tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt. Eruptiones papularum ex vino & polenta. In cholera quoq; coctas patinis dederūt: ad quod vtilissimæ quàm maximi caulis & amaræ. Quidam lacte infundūt. Deferuefacti hi caules & stomacho vtilissimi tradūtur, sicut somno satiuæ maximè lactuca, & amara lactenq; quæ meconidem vocauimus. Hoc lac & oculorum claritati cum muliebri lacte vtilissimū esse præcipitur, dum tempestiuè capiti inunguntur. Oculorum quoq; vitiis, quæ frigore in iis facta sunt. Miras & alias inuenio laudes: Thoracis etiā vitiis prodesse, non secus quàm abrotonum, cum melle Attico. Purgari & scæminas hoc cibo. Semen satiuarū cōtra scorpiones, dari. Semine trito ex vino potu & libidinum imaginationes in somno compefci. Tentantes aquas non nocere lactucam edentibus. Quidam tamen frequentiores in cibo officere claritati oculorum tradiderunt.

De generibus betæ, & intubis, & cichorio, & seri, genera duo.

C A P. V I I I.

NEc beta sine remedio est vtraque. Siue candidæ, siue nigræ, radix recens, & madafacta, suspenfa funiculo, contra serpentium morsus efficax esse dicitur. Candida beta cocta, & cum allio crudo sumpta, contra tineas. Nigræ radices ita in aqua coctæ, porriginem tollunt: atque in totum efficacior esse traditur nigra. Succus eius capitis dolores veteres & vertigines, item sonitum aurium sedat, infusus iis: ciet vrinam. Medetur dysentericis iniecta, & morbo regio. Dolores quoq; dētium sedat illitus succus. Et contra serpentium ictus valet, sed huius radici duntaxat expressus. Ipsa verò decocta, per nionibus occurrit. Albæ succus epiphoras sedat, fronte illita: aluminis pauco admisto,

ignem sacrum. Sine oleo trita licet, adustis medetur. Et contra eruptiones papularum, coctaque eadem contra hulcera quæ serpunt, illinitur: & alopeciiis cruda, & hulceribus quæ in capite manant. Succus eius cum melle naribus inditus caput purgat. Coquitur & cum lenticula addito aceto, ut ventrem molliat. Validius cocto fluxiones stomachi sistit & ventris. Est & beta syluestris, quam limonion vocant, alij neuroides, multum minoribus tenuioribusque ac densioribus foliis, undecim sæpe caulium. Huius folia am-
 bustis vtilia, guttantia astringunt. Semen acetabuli mensura dysentericis prodest. Aqua & è radice coctæ maculas vestium elui dicunt, item membranarum. Intubi quoque non extra remedia sunt. Succus eorum cum rosaceo & aceto capitis dolores lenit. Idem cum vino potus, iocinoribus & vesicæ, & epiphoris imponitur. Erraticum apud nos quidam ambugiam appellauere. In Ægypto cichorium vocant, quod syluestre sit. Satiuum autem serin, quod est minus & venosius. Cichorium refrigerat. In cibo sumptum & illitum collectiones, succisque decocti ventrem soluit. Iocinori & renibus, & stomacho prodest. Item si in aceto decoquatur, urinæ tormina discutit. Item morbum regium è mulso, si sine febre sit. Vesicam adiuuat. Mulierum quidem purgationibus decoctum in aqua adeò prodest, ut emortuos partus trahat. Adiciunt Magi, succo totius cum oleo perunctos fauorabiliores fieri, & quæ velint, facilius impetrare. Quod quidem propter singularem salubritatem aliqui chreston appellant, alij pancration. Et syluestre genus, alij hedypnoida vocant, latioris folij. Stomachum dissolutum astringit cocta: crudaque sistit aluum. Et dysentericis prodest, magis cum lente. Rupta & conuulsa utroque genere iuuantur. Item quibus genitura valetudinis morbo effluat. Seris & ipsa lactuca simillima, duorum generum est: syluestris melior. Nigra ista, & æstiuæ. Deterior hyberna, & candidior. Vtraque tamen stomacho vtilissima, præcipue quem humor vexat. Cum aceto in cibo refrigerant vel illitæ, discutiuntque & alios, quam stomachi. Cum polenta syluestrium radices stomachi causa sorbentur: & cardiacis illinuntur super sinistram mammam ex aceto. Omnes hæ & podagricis vtilis, & sanguinem reiicientibus. Item quibus genitura fluit, alterno dierum potu. Petronius Diodotus, qui antilegomena scripsit, in totum damnauit serin multis modis arguens. Sed aliorum omnium opinio resistit.

De brassica, & lapsana, & de brassica marina, & scilla, & de bulbis, & bulbine.

C A P. I X.

BRASSICÆ laudes longum est exequi, cum & Chrysippus medicus priuatim volumen ei dicauerit per singula membra hominis digestum, & Dieuches: ante omnes autem Pythagoras & Cato non parcius celebrarint. Cuius sententiam vel eò diligentius persequi par est, ut noscatur qua medicina vsus sit annis d c. Ro. populus. In tres species diuisere eam Græci antiquissimi. Crispam, quam, a selinada vocauerunt, à similitudine apij foliorum, stomacho vtilem, aluum modicè mollientem. Alteram leam, latis foliis è caule exeuntibus. Vnde caulodem quidam vocauerunt, nullius in medicina momenti. Tertia est propriè appellata crambe, tenuioribus foliis, & simplicibus densissimisque, anterior, sed efficacissima. Cato crispam maximè probat, dein leuem grandibus foliis, caule magno. Prodesse tradit capitis doloribus, oculorum caligini scintillationibusque, vel stomacho, præcordiis, crudam ex aceto & melle, coriandro, ruta, mentha, laseris radice sumptam acetabulis duobus matutino: tantamque esse vim, ut qui terat hæc, validiorem fieri se sentiat. Ergo vel cum his tritam, sorbendam, vel ex hoc intinctu fumentam. Podagræ autem, morbisque articulariis illini cum rutæ, coriandri, & salis mica, hordei farina. Aqua quoque eius decocta, neruos articulósque mirè iuari. Si foueantur vulnera, & recentia & vetera, etiam carcinomata, quæ nullis aliis medicamentis sanari possint. Foueri prius aqua calida iubet, ac bis die tritam imponi. Sic etiam fistulas eluxatas, & tumores euocari, quæque discuti opus sit. Insomnia etiam, vigiliæque tollere decoctam, si ieiuni edant quamplurimam ex oleo & sale. Tormina si decocta iterum decoquatur, addito oleo, sale, cumino, polenta. Si ita fumatur sine pane, magis profuturam.

Inter

a selinoidea, siue selinoidæ, ex Cato. ne cap. 157. de Re rust. b lieni, stomacho, præcordiis,

Inter reliqua bilem detrahi per vinum nigrum pota. Quin & vrinam eius qui brassicam esitauerit, asseruari, calefactamque neruis remedio esse. Verba ipsius subiiciam, ad exprimendam sententiam: Pueros pusillos si laues ea vrina, nūquam debiles fieri. Auribus quoque ex vino succum brassicę tepidum instillari suadet. Idque etiam tarditati audientium prodesse asseuerat. Et impetigines eadem sanari sine hulcere. Gręcorum quoq; opiniones iam & Catonis causa poni conuenit, in iis duntaxat, quę ille prætermiserit. Biles detrudere non percoctam putant. Item aluum soluere, eadēque bis coctam sistere. Vino aduersari, vt inimicam vitibus. Antecedente in cibis caueri ebrietatem: postea sumpta crapulam discuti. Hunc cibum & oculorum claritati conferre multum: succum verò crudę vel angulis tantum tactis cum Attico melle, plurimum. Facillimè concoqui, cibóque eo sensus purgari. Erasistrati schola clamat, nihil esse vtilius stomacho neruisque, 10 ideo & paralyticis & tremulis dari iubet, & sanguinem excreantibus. Hippocrates cęliacis & dysentericis bis coctam cum sale. Item ad tenesmon & renum causas, lactis quoque vbertatem puerperis hoc cibo fieri iudicans, & purgationem fęminis. Crudus quidem caulis si mandatur, partus quoque emortuos pellit. Apollodorus aduersus fungorum venena semen aut succum bibendum censet. Philistió opisthotonicis succum ex lacte caprino cum sale & melle. Inuenio & à podagra liberatos edendo eam, decoctęque ius bibendo. Hoc & cardiacis datum & comitialibus morbis addito sale. Item spleneticis in vino albo per dies xl. Ictericis, necnon & phreneticis radicis crudę succum gargarizandum bibendumque demonstrat. Contra verò singultus cum coriandro & anetho, & melle ac pipere, ex aceto. Illitam quoque prodesse inflationibus stomachi. Item serpentium ictibus, & fordidis hulceribus, ac vetustis, vel ipsam aquam cum hordeacea farina: succum ex aceto, vel cum fęno Gręco. Sic aliqui & articulis, podagrisque imponunt. Epinyctidas ac quicquid aliud serpit in corpore, imposta leuat. Item repētinas caligines: has & si manditur ex aceto. Suggillata verò & alios liuores pura illita. Lepras, & pforas cum alumine rotundo ex aceto. Sic & fluentes capillos retinet. Epicharmus testium & genitalium malis hanc vtilissimè imponi asserit. Efficacius eandem cum faba trita. Item conuulsis cum ruta. Contra ardorem febrium & stomachi vitia cum rutę femine: & ad secundas. Et muris aranei morsus, foliorum aridorum farina alterutra parte exinanit. Ex omnibus brassicę generibus suauissima est cyma, etsi inutilis habetur, difficilis 30 in coquendo, & renibus contraria. Illud quoque non est omittendum, aquam decoctę ad tot vsus laudatam fętere humi effusam. Stirpium brassicę aridorum cinis, inter caustica intelligitur. Ad coxendicum dolores cum adipe peruetusto. At cum lasere & aceto in vicem psilothi euulsis illitus pilis: nasci alios prohibet. Bibitur & cum oleo subferuefactus, vel per se elixus ad conuulsa & rupta intus, lapsumque ex alto. Nulla ergo sunt crimina brassicę? imò verò apud eosdem animę grauitatem facere, dentibus & gingiuis nocere: & in Ægypto propter amaritudinem nō estur. Syluestris, siue erraticę immenso plus effectus laudat Cato, adeò vt aridę quoque farinam in olfactorio collectam, vel odore tantum naribus raptò, vitia earum graueolentiámque sanare affirmet. Hanc alij 40 petręam vocant, inimicissimam vino, quam præcipuè vitis fugiat: aut si non possit fugere, moriatur. Folia habet bina, parua, rotunda, læuia, plantis oleris similior, cãdidior fatiua & hirsutior. Hanc inflationibus mederi, melancholicis quoq; ac vulneribus recentibus, cum melle, ita ne soluantur ante diem septimum: strumis, fistulis, in aqua contritam, Chrysiippus autor est. Et alij verò compefcere mala corporis quę serpent: nomas vocant. Item excrescentia absumere. Cicatrices ad planum redigere. Oris hulcera & tonsillas manducatam & coctam succo gargarizato cum melle tollere. Item pforas & lepras veteres, ipsius tribus partibus cum duabus aluminis in aceto acri illitis. Epicharmus fati esse eam contra canis rabiosi morsum imponi. Melius, si cum lasere & aceto acri. Necari quoque canes ea, si detur ex carne. Semen eius tostum auxiliatur contra serpentes, 50 fungorumque venena, tauri sanguinem. Folia cocta spleneticis in cibo data, & cruda illita cum sulphure & nitro profunt. Item mammarum duritię. Radicum cinis vuę in fau-

cibus tumentis tactu medetur : & parotidas cum melle illitus reprimat : serpentium morsus sanat. Virium brassicæ vnum & magnum argumentum addemus & mirabile. Crustæ si occupent intus vasa omnia in quibus aquæ feruent, in tantum, vt non sit eas auclere, si brassica in iis decoquatur abscedunt. Inter syluestres brassicas & lapsana est, pedalis altitudinis, hirsutis foliis, napi simillimis, nisi candidior esset flore. Coquitur in cibo. Aluum leniter emollit. Marina brassica vehementissimè ex omnibus aluum ciet. Coquitur propter acrimoniam cum pingui carne, stomacho inimicissima. Scillarum in medicina alba est quæ masculus, fœmina nigra. Quæ candidissima fuerit, vtilissima erit. Huic aridis tunicis direptis, quod reliquum è viuo est, confectum suspenditur lino modicis interuallis. Postea arida frustra in cadum aceti quam asperrimi pendentia¹⁰ immerguntur, ita ne vlla parte vas contingant. Hoc fit ante solstitium diebus xlviii. Gypso deinde oblitus cadus ponitur sub tegulis, totius diei Solem accipientibus. Post eum numerum dierum tollitur vas, scilla eximitur, acetum transfunditur. Hoc clariorem oculorū aciem facit. Salutare est stomachi laterumque doloribus, parum sumptum binis diebus. Sed tanta vis est, vt auidius haustum extinctæ animæ momèto aliquo speciem præbeat. Prodest & gingiuis & dentibus, vel per se commanducata. Tineas & reliqua ventris animalia pellit ex aceto & melle sumpta. Linguae quoque recens subiecta præstat, ne hydropici sitim sentiant. Coquitur plurimis modis: in olla, quæ coniiciatur in clibanum aut furnum, vel adipe aut luto illita, aut frustatim in patinis. Et cruda siccatur, deinde conciditur, coquiturque in aceto, tum serpentium ictibus²⁰ imponitur. Tosta quoque purgatur, & medium eius iterum in aqua coquitur. Vfus sic coctæ ad hydropicos. Ad vrinam ciendam tribus obolis cum melle & aceto potæ. Item ad spleneticos & stomachicos, si non sentiant hucus, quibus innatet cibus. Ad tormina, regios morbos, tussim veterem cum suspirio. Discutit & foliis strumas, quadridenis diebus soluta. Furfures capitis, & hulcera manantia illita^a ex eo coctæ. Coquitur & in melle cibi gratia, maxime vti coctionem facias. Sic & interiora purgat. Rimas pedum sanat in oleo coctæ, & mista resinæ. Semen eius lumborum dolori ex melle imponitur: Pythagoras scillam in limine quoque ianuxæ suspensam malorum medicamentorum introitum pellere tradit. Cæterum bulbi ex aceto & sulphure vulneribus in facie medentur. Per se verò triti neruorum contractioni, & ex vino porrgini: cum melle³⁰ canum morsibus. Erasistrato placet cum pice. Sanguinem idem eos sistere tradit illitos cum melle. Alii si è naribus fluat, coriandrum & farinam adiiciunt. Theodorus & lichenas ex aceto bulbis curat, & erumpentia in capite cum vino austero aut ouo. Et bulbos epiphoris idem illinit, & sic lippitudini medetur. Equè vitia quæ sunt in facie, eorum rubentes maximè, in Sole illiti, cum melle & nitro emendant: lentiginem cum vino, aut cucumi cocto. Vulneribus quoque mirè profunt per se, aut (vt Damion) ex mulso, si quinto die soluantur. Iisdem & auriculas fractas curat, & testium pituitas. In articulorum doloribus miscet farinam. In vino cocti illiti ventri, duritiem præcordiorum emolliunt. Dysentericis in vino ex aqua cælesti temperato dantur. Ad conuulsa intus, cū silphio pilulis fabæ magnitudine. Ad sudorē tussi illinuntur. Neruis vtilis: Ideo⁴⁰ & paralyticis dantur. Luxata in pedibus, qui sunt rufi ex his, citissimè sanant cum melle & sale. Venerem maximè Megarici stimulant. Hortensij partum cum sapa aut passo sumpti. Syluestres interaneorum plagas & vitia cum silphio pilulis deuoratis sedant. Et fatiuorum semen contra phalangia bibitur in vino. Ipsi ex aceto illinuntur contra serpentium ictus. Semen antiqui bibendum insanientibus dabāt. Flos bulborum tritus crurum maculas varietatésque igne factas emendat. Diocles oculos hebetari ab iis putat. Elixos afflis minus vtilis esse adiicit, & difficile concoqui ex vi vniuscuiusque naturæ. Bulbinem Græci vocant herbam porraceis foliis, rubicundo bulbo. Hæc traditur vulneribus mirè vtilis, dontaxat recentibus. Bulbus, quem vomitorium vocāt ab effectu, folia⁵⁰ habet nigra, cæteris longiora.

^a ex oleo
coctæ.

De asparagis & corruda, & Libyco, & orminio.

C A P. X.

Vtilissimus stomacho cibus asparagi, vt traditur. Cumino quidem addito inflatio-
 nes stomachi colique discutunt, iidem oculis claritatem afferunt. Ventrem leniter
 molliunt. Pectoris & spinę doloribus intestinorumque vitis profunt, vino cum coquū-
 tur addito. Ad lumborum & renum dolores, semen trium obolorum pondere, pari cu-
 mini bibitur. Venerem stimulant. Vrinam cient vtilissimè, præterquam quod vesicam
 exulcerant. Radix quoque plurimorum prædicatione trita, & ex vino albo pota, calcu-
 los quoque exturbat, lumborum & renum dolores sedat. Quidam & ad vuluę dolorem
 radicem cum vino dulci propinant. Eadem in aceto decocta contra elephantiasin profi-
 cit. Asparago trito cum oleo perunctum pungi ab apibus negant. Syluestrem asparagum
 10 aliqui corrudam, aliqui Libycum vocant, Attici orminium. Huius ad suprà dicta omnia
 efficacior vis, & candidiori maior. Regium morbum extenuat. Veneris causa aquam eo-
 rum decoctam bibi iubent ad heminam. Ad idem & semen valet cum anetho, ternis v-
 trunque obolis. Datur & ad serpentium ictus succus decoctus. Radix miscetur radici ma-
 rathri inter efficacissima auxilia. Si sanguis per vrinam reddatur, semen asparagi, & apij, &
 cumini ternis obolis in vini cyathis duobus, quin diebus Chrysippus dari iubet. Sic &
 hydropicis contrarium esse, quamuis vrinam moueat, docet: Item Veneri: Vesicę quo-
 que, nisi decoctum: quę aqua si canibus detur, occidi eos. In vino decoctę radicis succū,
 si ore contineatur, dentibus mederi.

De apio, & apiastro, & heleofelino, & oreofelino.

C A P. XI.

A Pio gratia vulgò est. Nanque rami largis portionibus per iura innatant, & in con-
 dimentis peculiarem gratiam habent. Præterea oculis illitum cum melle, ita vt sub-
 inde foueantur feruenti succo decocti, aliisque membrorum epiphoris per se tritum, aut
 cum pane, vel polenta impositum, mirè auxiliatur. Pisces quoque si ægrotent in pisci-
 nis, apio viridi recreantur. Verùm apud eruditos non aliud erutum terra in maiore sen-
 tentiarum varietate est. Distinguitur sexu. Chrysippus fœminam esse dicit crispioribus
 foliis & duris, crasso caule, sapore acri & feruido. Dionysius nigriorem, breuioris radi-
 cis, vermiculos gignentem. Ambo neutrum ad cibos admittendum, imò omnino nefas:
 nam id defunctorum epulis feralibus dicatum esse, visus quoque claritati inimicū. Cau-
 30 le fœminę vermiculos gigni. Ideoq; eos qui ederint sterilefcere, mares fœminasque. In
 puerperiis verò ab eo cibo comitiales fieri qui vbera hauriunt. Innocentio tamen
 esse marem. Eaque causa est, ne inter nefastos frutices damnetur. Mammaram duritiam
 impositis foliis emollit. Suauiores aquas potui incoctum præstat. Succo maximè radi-
 cis cum vino lumborum dolores mitigat. Eodem iure instillato grauitatem aurium. Se-
 mine vrinam ciet, menstrua ac secundos partus. Et si foueatur semine decocto, suggilla-
 ta reddit color. Cum oui albo illitum, aut ex aqua coctum potumque renibus medetur.
 In frigida tritum oris hulceribus. Semen cum vino, vel radix cum veteri vino vesicę
 calculos frangunt. Semen datur & arquatis ex vino albo. Apiastrum Hyginus quidem
 melissophyllon appellat. Sed in confessa damnatione est venenatum in Sardinia. Conte-
 40 xenda enim sunt omnia, ex eodem nomine apud Græcos pendentia. Olufatrum quod
 Hippofelinum vocat, aduersatur scorpionibus. Poto semine torminibus interaneis me-
 detur. Itemque difficultatibus vrinę semen eius decoctum ex mulso potum. Radix eius
 in vino decocta calculos pellit, & lumborum ac lateris dolores. Canis rabiosi morsibus
 potum & illitum medetur. Succus eius argentes calefacit potus. Quartum genus ex eo-
 dem faciunt aliqui Oreofelinon, palmum alto frutice ac recto, semine cumino simile, v-
 rinę & mensuris efficac. Heleofelino vis priuata contra arancos. Sed & oreofelino fœ-
 minę purgantur è vino.

De petroselinon & ocimo.

C A P. XII.

A Lio genere petroselinon quidam appellant in faxis natum, præcipuum ad vomicas,
 50 cochlearibus binis succi additis in cyathum marrubij succi, atque ita aquę calidę
 tribus cyathis. Addidere quidam buselinon, differens breuitate caulis à fatiuo & radi-

cis colore ruffo, eiusdem effectus. Præualere contra serpentes potu & linitu. Ocimum quoque Chryfippus grauiter increpuit, inutile ftomacho, vrinæ, oculorum quoque claritati. Prætereà infaniam facere & lethargos & iocinoris vitia: ideoque capras id aspernari. Hominibus quoque fugiendum cenfet. Addût quidam, tritum fi operiatur lapide, fcorpionem gignere: commanducatum & in sole positum, vermes afferre. Afri vero, fi eo die feriatur quispiam à fcorpione, quo ederit ocimum, feruari non poffe. Quinimo tradunt aliqui manipulo ocimi cum cancris decem marinis vel fluuiatilibus trito, conuenire ad id fcorpiones à proximo omnes. Diodotus in empiricis, etiam pediculos facere ocimi cibum. Secuta ætas acriter defendit: nam id effe capras. Nec cuiquam mentem motam: & fcorpionum terreftrium icibus, marinorumque venenis mederi ex vino, ad-¹⁰ dito aceto exiguo. Vfu quoque compertum deficiētibus ex aceto odoratu falutare effe. Item lethargicis & inflammatis refrigerationi. Illitum capitis doloribus cum rofaceo, aut myrteo, aut aceto. Item oculorum epiphoris impositum ex vino. Stomacho quoque vtile, inflationes & ructum ex aceto diffoluere fumptum. Aluum fiftere impositum, vrinam ciere. Sic & morbo regio & hydropicis prodeffe. Choleras eo & diftillationes ftomachi inhiberi. Ergo etiam cœliacis Philiftio dedit: & coctum dyfentericis, & colicis Pliftonicus. Aliqui & in tenafmo & fanguinem excreantibus in vino, duritia quoque præcordiorum. Illinitur mammis, extinguitque lactis prouentum. Auribus vtiliffimum infantium, præcipuè cum adipe anferino. Semen tritum & haufum naribus, fternutamenta mouet, & diftillationes quoque capiti illitum. Vuluas purgat in cibo ex aceto. Verrucas mifto atramēto futorio tollit. Venerem ftimulat. Ideo etiam equis afinisque admifuræ tempore ingeritur.

De fylueftri ocimo, & eruca, & nafurtio, & ruta.

CAP. XIII.

Sylueftri ocimo vis efficacior ad eadem omnia, peculiaris ad vitia, quæ vomitionibus crebris contrahuntur. Vomiticque vuluæ, contraque beftiarum morfus radix in vino effe efficaciffima. Erucæ fermen fcorpionū venenis & muris aranei medetur. Beftiolas omnes innafcentes corpori arcet. Vitia cutis in facie cum melle illitum. Lentigines ex aceto. Cicatrices nigras reducit ad candorem cum felle bubulo. Aiunt verbera fubituris potum ex vino, duritiam quandam contra fenfum inducere. In condiendis oboloniis tanta effe fuauitas, vt Græci euzomon appellauerint. Putant fubtrita eruca fi foueantur oculi, claritatem reftitui. Tuffim infantium fedari. Radix eius in aqua decoctafra-³⁰ cta offa extrahit. Nam de Venere ftimulanda diximus: tria folia fylueftris eruca fimpliftra manu decerpta, & trita in aqua mulfa fi bibantur. E contrario nafurtium Venerem inhibet, animum exacuit. Vt diximus, duo eius genera. Aluum purgat, detrahit bilem potum in aqua x. pondere. Cum lomento ftrumis illitum opertumque braffica præclare medetur. Alterum effe nigrius, quod capitis vitia purgat. Vifum compurgat. Commotas mētes fedat ex aceto fumptum. Lienem ex vino potum, vel cum fico. Tuffim ex melle, fi quotidie ieiuni fumant. Semen ex vino omnia inteftinorum animalia pellit, efficacius addito mentaftro. Prodeft & contra fufpiria & tuffim cum origano & vino dulci. Pectoris doloribus decoctum in lacte caprino. Panos difcutit cum pice, extra-⁴⁰ hitque corpori aculeos. Et maculas illitum ex aceto. Contra carcinomata adiicitur ouorum albū. Et lienibus illinitur ex aceto. Infantibus verò è melle vtiliffimè. Sextius adiicit, vftum serpentes fugare, fcorpionibus refiftere. Capitis dolores contrito & alopecias emendari addito finapi, grauitatem aurium trito imposito auribus cum fico. Dentium dolores infufo aures fucco. Porriginem & hulcera capitis cum adipe anferino. Furunculos cōcoquit cum fermento. Carbunculos ad fuppurationem perducit, & rumpit. Phagedænas hulcerum expurgat cum melle. Coxendicibus & lumbis cum polenta ex aceto illinitur: Item licheni: Item vnguibus fcabris: quippe natura eius cauftica effe. Optimum autem Babylonium. Sylueftri verò ad omnia ea effectus maior. In præcipuis autem medicaminibus ruta effe. Latiora fatiuæ folia, rami fruticofiores. Sylueftris⁵⁰ horrida ad effectum effe, & ad omnia acrior. Succus exprimitur, tufa ea & afperfa modicè,

dicè aqua, & in pyxide Cypria asseruatur. Hic copiosior datus veneni noxiam obtinet, in Macedonia maximè iuxta flumen Aliacmonem. Mirumque, cicutæ succo extinguitur: adeo etiam venenorum venena sunt, quando cicutæ succus prodest manibus colligentium rutam. Cæterò inter prima miscetur antidotis, præcipuèque Galatica. Quæcunque autem ruta & per se pro antidoto valet, foliis tritis, & ex vino sumptis. Contra aconitum maximè & viscum. Item fungos, siue in potu detur, siue in cibo. Simili modo contra serpentium ictus, utpote cum mustelæ dimicaturæ cum his, rutam prius edendo se muniant. Valent & contra scorpionum ictus, & araneorum, apum, crabronum, vesparum aculeos, & cantharidas, ac salamandras, canisve rabiosi morsus: acetabuli mensura succus è vino bibitur, & folia trita vel commanducata imponuntur cum melle & sale, vel cum aceto & pice decocta. Succo verò perunctos aut eam habentes, negant feriri ab his maleficiis. Serpentesque, si vratur ruta, nidorem fugere. Efficacissima tamè est syluestris radix cum vino sumpta. Eandem adiiciunt efficaciorè esse sub dio potam. Pythagoras & in hac marem minoribus herbaceique coloris foliis à fœmina discreuit: eam lætioribus foliis & colore. Idem oculis noxiam putauit falsò, quoniam scalptores & pictores hoc cibo vtuntur oculorum causa. Cum pane quoque vel nasturtio fatiuæ atque syluestris propter visum. Vt aiunt, multi succo eius cum melle Attico inuncti discusserunt caligines, vel cum lacte mulieris puerum enixæ, vel puro succo angulis oculorum tactis. Epiphoras cum polenta imposito. Lenit autem capitis dolores pota cum vino, aut cum aceto & rosaceo illita. Si verò sit cephalæa, cum farina hordeacea, & aceto. Eadem cruditates discutit, mox inflationes, dolores stomachi veteres. Vulvas aperit, corrigitque conuersas illita in melle toto ventre & pectore. Hydropicis cum ficu, & decocta ad dimidias partes, potaque ex vino. Sic bibitur & ad pectoris dolores, laterumque & lumborum, tusses, suspiria: pulmonum, iocinerum, renum vitia, horrores frigidos. Ad crapulæ grauedines, decoquuntur folia poturis. Et in cibo vel cruda, vel decocta conditave prodest. Item torminibus in hyssopo decocta, & cum vino. Sic & sanguinem sistit interiorè, & narium indita, sic & collutis dentibus prodest. Auribus quoque in dolore succus infunditur, custodito, vt diximus, modo. E syluestri verò contra tarditatem & sonitum cum rosaceo, vel cum laureo oleo, aut cumino & melle. Succus & phreneticis ex aceto tritæ instillatur in tempora & cerebrum. Adiecerunt aliqui & serpyllum, & laurum, illinentes capita, & colla. Dederunt & lethargicis ex aceto olfaciendum. Dederunt & comitialibus bibendum decoctæ succum in cyathis quatuor ante accessiones, quarum frigus intolerabile est: aliosisque crudam in cibo. Vrinam quoque vel cruentâ pellit. Fœminarum etiam purgationes, secundasque, etiam emortuos partus, vt Hippocrati videtur, ex vino dulci nigro pota. Itaque illitam & vuluarum causa etiam suffire iubet. Diocles & cardiacis imponit ex aceto & melle cum farina hordeacea. Et contra ileum decocta farina in oleo, & velleribus collecta. Multi verò & contra purulentas excreationes siccæ drachmas duas, sulphuris vnam & dimidiam sumi censent: Et cõtra cruentas, ramos tres in vino decoctos. Datur & dysentericis cum caseo in vino cõtrita. Dederunt & cum bitumine infriatam potioni propter anhelitum. Ex alto lapsis feminis tres vncias. Olei libra, vini que sextario illinitur cum oleo coctis foliis partibus quas frigus adusserit. Si vrinam mouet (vt Hippocrati videtur) mirum est quosdam dare velut inhibentem potui contra incontinentiam vrinæ. Pforas & lepras cum melle & alumine illita emendat. Item vitiligines, verrucas, strumas, & similia, cum strychno & adipe suillo ac taurino seu. Item ignem sacrum ex aceto & oleo, vel psimmythio: Carbunculum ex aceto. Nonnulli laerpitium vnâ illini iubent, sine quo epinyctidas pustulas curant. Imponunt & mammis turgentibus decoctam, & pituitæ eruptionibus cû cera. Testium verò epiphoris cum ramis lauræ teneris, adeo peculiari in visceribus his effectû, vt syluestri ruta cum axungia veteri illitos ramices sanari prodant. Fracta quoque membra semine trito cum cera imposito. Radix rutæ sanguinem oculis suffusum, & toto corpore cicatrices aut maculas illita emendat. Ex reliquis quæ traduntur, mirum est, cum feruen-

tem rutæ naturam esse conueniat, fasciculum eius in rosaceo decoctum addita vncia aloës, perunctis sudorem reprimere. Itémque generationes impediri hoc cibo, ideo profluuium genitale datur, & Venerem crebrò per somnia imaginantibus. Præcauendum est gravidis, abstineant hoc cibo: necari enim partus inuenio. Eadem ex omnibus satis quadrupedum quoque morbis in maximo vsu est, siue difficilè spirantibus, siue contra maleficorum animalium ictus, infusa per nares ex vino: aut si sanguisuga exhauserit, ex aceto: & quocunque in simili morborum genere, vt in homine temperato.

De mentastro, & menta, & pulegio, & nepeta, & de cumino.

C A P. XIII.

Mentastrum syluestris menta est, differens specie foliorum quasi figura ocimi, pulegij colore. Propter quod quidam syluestre pulegium vocant. Iis commanducatis & impositis sanari elephantiasin, Magni Pompeij ætate, fortuito cuiusdam experimento propter pudorem facie illita compertum est. Eadem illinuntur bibunturque aduersus scolopendras, & serpentium ictus, drachmis duabus in vini cyathis duobus. Aduersus scorpionum ictus cum sale, oleo & aceto. Item aduersus scolopendrasius decocti. Aduersusque omnia venena seruantur folia arida, ad farinæ modum. Substratum vel accensum fugat scorpiones. Potum fœminas purgat à partu: sed partus necat. Orthopnoicis, torminibus cholericis efficacissimum: Item lumbis, podagris impositum. Succus auribus verminosis instillatur. in regio morbo bibitur. Strumis illinitur. Sônia Veneris inhibet. Tineas pellit ex aceto potum. Contra porriginem ex aceto infunditur capiti in Sole. Mentæ ipsius odor animum excitat, & sapor auiditatē in cibis, ideo embammatum misturæ familiaris. Ipsa acescere aut coire denseréque lac non patitur. Quare lactis potionibus additur, ne huius coagulati potu strangulentur. Datur in aqua aut mulso: eadem vi resistere & generationi creditur, cohibendo genitalia densari. Æquè maribus ac fœminis sistit sanguinem: & purgationes fœminarum inhibet. Cum amylo ex aqua pota, cœliacorum impetus. Syriation & vomicas vuluæ curauit. Ille & iocinerū vitia ternis obolis ex mulso datis. Item sanguinem excreantibus in sorbitionem. Hulcera in capite infantium mirè sanat. Arterias humidas siccatur, siccas astringit. Pituitas corruptas purgat in mulso & aqua. Voci succus sub certamine utilis duntaxat, qui & gargarizatur vultu mente, adiecta ruta & coriandro ex lacte. Vtilis & contra tonsillas cum alumine, linguæ asperæ cum melle. Ad conuulsa intus per se vitiaque pulmonis. Singultus & vomitiones sistit cum succo granati, vt Democritus monstrat. Recentis succus narium vitia spiritu subductus emendat. Ipsa trita choleras, in aceto quidem pota. Sanguinis fluxiones intus. Ileum etiam imposita cum polenta: & si mammæ tendatur. Illinitur & tēporibus in capitis dolore. Sumitur & contra scolopendras, & scorpiones marinos, & ad serpētes. Epiphoris illinitur, & omnibus in capite eruptionibus: item sedis vitia. Intertrigines quoque, vel si teneatur tantum, prohibet. Auribus cum mulso instillatur. Aiunt & lieni mederi eam in horto gustatam, ita ne vellatur: si is qui mordeat, dicat se lieni mederi, per dies ix. Aridæ quoque farinam tribus digitis apprehensam & stomachi dolorem sedare in aqua: & similiter aspersam in potionem, ventris animalia expellere. Magna societas cum hac ad recreandos defectos animo pulegio, cum furculis suis in ampullas vitreas aceti vtriusque deiectis. Qua de causa dignior è pulegio corona vertigini, quàm è rosis, cubi- culis nostris pronuntiata est. Nam & capitis dolores imposita dicitur leuare. Quin & olfactu capita tueri contra frigorū æstusque iniuriam, & ab siti traditur: neque æstuarē eos, qui duos è pulegio furculos impositos auribus in Sole habeant. Illinitur etiam in doloribus cum polenta & aceto. Fœmina efficacior. Est autem hæc flore purpureo. Mas candidum habet. Nauseas cum sale & polenta in frigida aqua pota inhibet. Sic & pectoris ac ventris dolorem, Stomachi autem ex aqua item rosiones sistit, & vomitiones cum aceto & polenta. Intestinorum vitia melle decocta & nitro sanat. Vrinam pellit ex vino: & si ammineum sit, & calculos, & interiores omnes dolores. Ex melle & aceto dat menstrua, & secundas. Vuluas conuersas corrigit. Defunctos partus eiicit. Semen obmure-

obmutescantibus olfactu admouetur. Comitibus in aceto cyathi mensura datur. Si aquæ insalubres bibendæ sint, tritum aspergitur. Salsitudines corporis, si cum vino tradatur, minuit. Neruorum causa & in contractione cum sale & aceto & melle confricatur opisthotono. Bibitur ad serpentium ictus decoctum: ad scorpionum in vino tritum, maximè quod in siccis nascitur. Ad oris exulcerationes, ad tussim efficax habetur. Flos recentis incensus, pulices necat odore. Xenocrates pulegij ramum lana inuolutum, in tertianis ante accessionem olfactandum dari, aut stragulis subiici, & ita collocari ægrum, inter remedia tradit. Syluestri ad eadem vis efficacior est, quod simile est origano, minoribus foliis, quàm satium: & à quibusdam dictamnus vocatur. Gustatum à pecore caprisque, balatum concitat. Vnde quidam Græci literas mutantes blechon uerunt. Natura tam feruens est, ut illitas partes exulceret. In tussi ex perfractione fricari ante balnea conuenit, & ante accessionum horrorem conuulsis & torminibus. Podagræ mirè prodest. Hepaticis cum melle & sale bibendum datur: pulmonum vitia excreabilia facit. Ad lienem cum sale utile est, & vesicæ, & suspiriis, & inflationibus, decoctum succo æqualiter: & vuluas corrigit: & contra scolopendram terrestrem vel marinam, item scorpiones: priuatimque ualet contra hominis morsum. Radix contra incrementa hulcera recens potentissima. Arida uerò cicatricibus decorem affert. Item pulegio est nepetæque societas. Decocta enim in aqua ad tertias discutunt frigora, mulierumque mensuris profunt. Et ætate sedant calores. Nepeta quoque vires contra serpentes habet. Fumum ex ea nidoremque fugiunt, quam & substernere in metu obdormituris utile est. Tusa ægilopis imponitur, & capitis doloribus recens cum tertia parte panis temperata aceto illinitur. Succus eius instillatus naribus supinis, profluuium sanguinis sistit. Item radix, quæ cum myrti femine in passo tepido gargarizata anginis medetur. Cuminum syluestre est prætenue, quaternis aut quinis foliis, ueluti feratis. Sed & satiuo magnus usus, in stomachi præcipuè remediis. Discutit pituitas & inflationes, tritum & cum pane sumptum, vel potum ex aqua uinoque: tormina quoque & intestinorum dolores. Veruntamen omne pallorem bibentibus gignit. Ita certè ferunt Porcij Latronis clari inter magistros dicendi adfectatores similitudinem coloris studiis contracti imitatos: & paulo antè Iulium Vindicem adfertorem illum à Nerone libertatis, captatione testamenti sic lenocinatum. Narium sanguinem pastillis inditum, uel ex aceto recens sistit. Et oculorum epiphoris per se impositum, tumentibus cum melle prodest. Infantibus imponi in uentre satis est. Morbo regio in uino albo à balneis datur.

De cumino Aethiopico, quod urinam stringit, & de cappari, & deligustico siue panace, & cumila bubula.

CAP. XV.

Aethiopicum maximè in posca, & in ligmate cum melle. Africano priuatim urinae incontinentiam cohiberi putant. Satiuum datur ad iocineris vitia tostum, tritum in aceto. Item ad vertiginem. Iis uerò, quos aciore ui urina mordeat, in dulci tritum uino. Ad uuluarum vitia in uino: præterque impositis uellere foliis: testium tumoribus, tostum, tritumque cum melle, aut eum rosacco & cera. Syluestre ad omnia eadem efficacius. Præterea ad serpentes cum oleo, ad scorpiones, ad scolopédras. Sistit & uomitionem nauſeasque ex uino, quantum apprehenderit tres digiti. Propter colorem quoque bibitur, illiniturque, uel penicillis feruens adprimitur fasciis. Strangulationes uulvæ potum in uino aperit, tribus drachmis in tribus cyathis uini. Auribus instillatur ad sonitum atque tinnitum cum seuo uitulino, uel melle. Suggillatis illinitur cum melle, & uia passa, & aceto. Létigini nigræ ex aceto. Est cumino simillimum, quod Græci uocant ammi. Quidam uerò Aethiopicum cuminum id esse existimant. Hippocrates regium appellat, uidelicet, quia efficacius in Ægypto iudicauit. Plerique alterius naturæ in totum putant, quoniam sit exilius & candidius. Similis autem & huic usus. Namque & panibus Alexandrinis subditur, & condimentis interponitur. Inflationes & tormina discutit. Urinam & mēstrua ciet. Suggillata &

oculorum epiphoras mitigat. Cum lini semine scorpionum ictus in vino potum drachmis duabus: priuatimque ceraſtarum, cum pari portione myrrhæ. Colorem quoque bibentium ſimiliter mutat in pallorem. Suffitum cum vua paſſa aut reſina, vuluas purgat. Tradunt facilius concipere eas, quæ odorentur id per coitum. De capparî ſatis diximus inter peregrinos frutices. Non vtendum tranſmarino: innocentius Italicum eſt. Ferunt, eos qui quotidie id edunt, paralyſi non periclitari, nec lienis doloribus. Radix eius vitiligines albas tollit, ſi trita in Sole fricentur. Spleneticis prodeſt in vino potu radicis cortex duabus drachmis, dempto balinearum vſu. Feruntque xxxv. diebus per vrinam & aluum totum lienem emitti. Bibitur in lumborum doloribus ac paralyſi. Dētium dolores ſedat tritum ex aceto ſemen decoctum, vel manducata radix. Infunditur & aurium 10 dolori decoctum oleo. Hulcera quæ phagedænas vocant, folia & radix recens cum melle ſanant. Sic & ſtrumæ diſcutit radix: parotidas vermiculoſque cocta in aqua. Iocineris quoque malis medetur. Dant & ad tineas in aceto & melle. Oris exulcerationes in aceto decocta tollit, ſtomacho inutiles eſſe inter autores conuenit. Liguſticum (aliqui panacem vocant) ſtomacho inutile eſt. Item conuulſionibus & inflationibus. Sunt & qui cunilam bubulam appellauerint, vt diximus, falſo.

Item de cunila bubula, gallinacea ſue origano heracleotico, cunilagine molli, libanotide, cunila ſatiua & montana. CAP. XVI.

CUnilæ præter ſatiuam plura ſunt in medicina genera. Quæ bubula appellatur, ſemè pulegij habet, vtile ad vulnera commanducatum impositumque, vt quinto poſt die 20 ſoluatur. Et contra ſerpentes in vino bibitur, ac tritum plagæ imponitur. Vulnera ab iis facta perfricantur. Item teſtudines cū ſerpentibus pugnaturæ hac ſe muniunt: quidamq; in hunc vſum panacem vocant. Sedat & tumores, & virilium mala ſicca, vel foliis tritis, in omni vſu mirè cōgruens ex vino. Eſt alia cunila, gallinacea appellata noſtris, Græcis organum heracleoticum. Prodeſt oculis trita addito ſale. Tuſſim quoque emendat & iocinerum vitia. Laterum dolores cum farina, oleo & aceto in ſorbitionem temperata. Prætipuè verò ſerpentium morſus. Tertium genus eſt eius, quæ à Græcis maſcula, a noſtris cunilago vocatur, odoris ſcædi, radicis lignoſæ, folio aſpero. Vires eius vehementiſſimas in omnibus generibus earum tradunt. Manipulo quoque eius abiecto, omnes è tota domo blattas conuenire ad eam. Priuatim aduerſus ſcorpiones ex poſca pollere. Tribus fo- 30 liis ex oleo peruncto homine, fugari ſerpentes. Econtrario quæ mollis vocatur, pilofloribus foliis ac ramis, & aculeatis, trita mellis odorè habet, digitis tractu eius cohæreſcentibus. Altera thuris, quam libanotidem appellamus. Medetur vtraque contra ſerpentes ex vino vel aceto. Pulices etiam contritæ cum aqua ſparſæ necant. Satiua quoque ſuos vſus habet. Succus eius cum roſaceo auriculas iuuat. Ipſa ad ictus bibitur. Fit ex ea montana, ſerpillo ſimilis, efficax contra ſerpentes. Vrinam mouet: purgat & à partu mulieres. Concoctionem mirè adiuuat, & ad cibos auerſitatem. Vtraque vel in cruditate ieiunis in potione aſperſa. Luxatis quoque vtilis. Contra veſparum & ſimiles ictus, ex farina hordeacea & poſca, vtiliſſima. Libanotidis alia genera ſuis dicentur locis.

De piperiti & origano, & oniti praſio, & tragorigano, & heractio, & lepidio, & de gith. ſue melanthio, & aniſo.

CAP. XVII.

Piperitis, quam & ſiliquaſtrum appellauimus, contra morbos comitiales bibitur. Caſtor & aliter demonſtrabat, caule rubro & longo, denſis geniculis, foliis lauri, ſemine albo, tenui, guſtu piperis, vtilem gingiuis, dentibus, oris ſuauitati & ruſtibus. Organum quod in ſapore cunilæ æmulatur, vt diximus, plura genera in medicina habet: ontin vel praſion appellant, non diſſimile hyſſopo. Priuatim eius vſus contra roſiones ſtomachi in tepida aqua, & cruditates: contra araneas ſcorpionéſque in vino albo: luxata & incuſſa in aceto, & oleo, & lana. Tragoriganum ſimilius eſt ſerpillo ſylueſtri. Vrinam ciet, tumores diſcutit, contra viſcum potum viperæque ictum efficaciſſimum, 32 ſtomachoque acida ruſtanti & præcordiis. Tuſſientibus quoque cum melle datur, & pleu-

pleuriticis, & peripneumonicis. Heraclium quoque tria genera habet, nigrius latioribus foliis, glutinosum. Alterum exilioribus, mollius, fampfucho non diflimile, quod aliqui prafion vocare malunt. Tertium eft inter hæc medium, minus quàm cætera efficax. Optimum autem Creticum. Nam & iucundè olet. Proximum Smyrnæum. Deinde Heracleoticum, ad potum vtilius, quod onitin vocant. Communis autem vſus ferpentes fugare, percuffis efui dare decoctum, potu vrinam ciere, ruptis, conuulfis mederi cum panacis radice, hydropicis cum fico, aut cum hyſſopo, acetabuli menſuris decoctum ad ſextam. Item ad ſcabiem, pruriginem, pſoras in deſcenſione balnearum. Succus auribus infunditur cum lacte. Tonſillis quoque & vuis medetur, & 10 capitis hulceribus. Venena opij & gypſi extinguit decoctum, ſi cum cinere in vino bibatur. Aluum mollit acetabuli menſura. Suggillatis illinitur. Item dentium dolori, quibus etiam & candorem facit, cum melle & nitro. Sanguinem narium ſiſtit. Ad parotidas decoquitur cum hordeacea farina. Ad arterias aſperas cum galla & melle teritur: ad lienem folia cum melle & fale. Craſſiores pituitas & nigras extenuat coctum cum aceto & fale, ſumptum paulatim. Regio morbo tritum cum oleo in nares infunditur. Laſſi perunguntur ex eo, ita vt ne venter attingatur. Epinyctidas cum pice fanat. Furunculos aperit cum fico trita. Strumas cum oleo & aceto & farina hordeacea. Lateris dolores cum fico illitum. Fluxiones ſanguinis in genitalibus tuſum, ex aceto illitum. Reliquias purgationum à partu. Lepidium inter vrentia intelligitur. Sic & 20 in facie cutem emendat exhulcerando, vt tamen cera & roſaceo facilè ſanetur. Sic & lepras & pſoras tollit ſemper facilè, & cicatricum hulcera. Tradunt in dolore dentium ad alligatum brachio quâ doleat, compeſcere dolorem. Gith ex Græcis, alij melanthion, alij melaspermion vocant. Optimum, quàm excitatiſſimi odoris, & quàm nigerrimum. Medetur ſerpentium plagis & ſcorpionum. Illini ex aceto ac melle reperio, incenſoque ſerpentes fugari. Bibitur drachma vna contra arancos. Diſtillationem narium diſcutit tuſum in linteolo olfactum. Capitis dolores illitum ex aceto & infuſum naribus. Cum irino oculorum epiphoras & tumores. Dentium dolores coctum cum aceto. Hulcera oris tritum aut commanducatum. Item lepras & lentigines ex aceto. Difficultates ſpirandi addito nitro potum. Duritias tumoréſque veteres & ſup- 30 purationes illitum. Lac mulierum auget continuis diebus ſumptum. Colligitur ſuccus eius, vt hyoſcyami. Similitérque largior venenum eſt, quod miremur: cum ſemen gratiſſimè panes etiam condiat. Oculos quoque purgat: vrinam & menſes ciert. Quinimo linteolo alligatis tantum granis xxx. ſecundas trahi reperio. Aiunt & clavis in pedibus mederi tritum in vrina: culices ſuffitu necare: item muſcas. Et aniſum aduerſus ſcorpiones ex vino bibitur, Pythagoræ inter pauca laudatum, ſiue crudum, ſiue decoctum. Item viride aridumve, omnibus quæ condiuntur, quæque intinguntur deſideratum. Panis etiam cruſtis inferioribus ſubditum. Saccis quoque additur. Cum amaris nucibus vina commendat. Quin ipſum oris halitum iucundioſam facit, fœtorémque tollit manducatum matutinis cum ſmyrnio, & melle exiguo, mox vino col- 40 lutum. Vultum iuniorem præſtat. Inſomnia leuat ſuſpenſum in puluino, vt dormientes olfaciant. Appetentiam ciborum præſtat, quando id quoque inter artificia delicia fecere, ex quo labor deſiit cibos poſcere. Ob has cauſas quidam anicetum id vocauere. Laudatiſſimum eſt Creticum, proximum Ægyptium. Hoc liguſtici vicem præſtat in condimentis. Dolores capitis leuat ſuffitum naribus. Epiphoris oculorum è vino radicem eius tuſam imponit Iollas: Ipſum cum croco pari modo & vino, & per ſe tritum cum polenta ad magnas fluxiones, extrahendisque ſi qua in oculos incid- 50 rint. Narium quoque carcinodes confumit illitum ex aqua. Sedat anginas cum melle & hyſſopo ex aceto gargarizatum. Auribus infunditur cum roſaceo. Thoracis pituitas purgat toſtum: cum melle ſumptum melius. Cum acetabulo aniſi nuces amaras L. purgatas tere in melle ad tuſſim. Facillimè verò aniſi drachmæ tres, papaueris duæ miſcentur melle ad fabæ magnitudinem, & ternis diebus ſumuntur. Præcipuum autem eſt

ad ructus, ideo inflationibus stomachi, & intestinorū torminibus, & cœliacis medetur. Singultus & olfactum decoctum potumque inhibet. Foliis decoctis digerit cruditates. Succus decocti cum apio olfactus sternutamenta inhibet. Potum fomnū cōcitat: calculos pellit: vomitiones cohibet, & præcordiorum tumores. Et pectorū vitiis, neruis quoque, quibus succinctum est corpus, vtilissimū. Prodest eius & capitis doloribus instillari succum cum oleo decocti. Non aliud vtilius ventri & intestinis putant, ideo dysentericis & in tenesmo datur tostum. Aliqui addunt & opium, pilulis in die ternis lupini magnitudine in vini cyatho dilutis. Dieuches & ad lumborū dolores succo vsus est. Semen hydropicis & cœliacis dedit tritum cum menta è vino, radicem ad renes. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum apio: item vuluarum dolori: dedit; bibendum cum anetho parturientibus. Phreneticis quoque illinunt vel recens cum polenta. Sic & infantibus comitiale vitium aut contractiones sentiētibus. Pythagoras quidem negat corripiti vitio comitiali in manu habentes. Ideoque quamplurimum domi ferendum. Parere quoque facilius olfactantes. Et statim à partu dandum potui polenta aspersa Sosimenes contra omnes duritias ex aceto vsus est eo: & contra lassitudines, in oleo decoquens addito nitro. Semine eius potio, lassitudinis auxilium viatoribus spondit. Heraclides ad inflationes stomachi semē tribus digitis cum castorei obolis duobus ex mulso dedit. Similiter ad ventris aut intestinorum inflationes. Et orthopnoicis, quod ternis digitis prehenderit feminis, tantundem hyoscyami cum lacte asinino. Multi vomituris acetabula eius & folia lauri decem trita in aqua, bibenda inter cœnam suadent. Strangulationes vuluæ, si manducetur & linatur calidum, vel si bibatur cum castoreo in aceto & melle, sedat. Vertigines à partu cum semine cucumeris & lini pari mensura ternū digitorum, vini albi tribus cyathis discutit. Tlepolemus ad quartanas ternis digitis feminis anisi & fœniculi vsus est, in aceto & mellis cyatho vno. Lenit articulares morbos, cum amaris nucibus illitum. Sunt qui & aspidum venenis aduersari naturam eius putent. Vrinam ciet. Sitim cohibet. Venerem stimulat. Cum vino sudorem leniter præstat. Vestes quoque à tineis defendit. Efficacius semper recens, & quò nigrius. Stomacho tamen inutile est, præterquam inflato.

De anetho, sacopemio, & sagapeno, & de papauere albo & nigro, & quomodo succus herbarum colligendus est, & de opio.

C A P. X V I I I.

ANethum quoque ructus mouet, & tormina sedat. Aluum sistit. Epiphoris radices illinuntur ex aqua vel vino. Singultus cohibet semen feruens, olfactum. Sumptum ex aqua, sedat cruditates. Cinis eius vuam in faucibus leuat: oculos & genituram hebetat. Sacopenium, quod apud nos gignitur, in totum transmarino alienatur. Illud enim Hammoniæ lacrymæ simile, sagapenon vocatur. Prodest laterum & pectoris doloribus, conuulsis, tussibus vetustis excreationibusque, præcordiorum tumoribus. Sanat & vertigines, tremulos, opisthotonicos, lienes, lumbos, perfrictiones. Datur & olfactandum ex aceto in strangulatu vuluæ. Cæteris & potui datur, & cum oleo infricatur. Prodest & contra mala medicamenta. Papaueris satiui diximus genera: & sponte nascentis alia promissimus. Sed satiui albi calyx ipse teritur, & è vino bibitur fomni causa. Semen elephantiasis medetur. E nigro papauere sapor gignitur scapo inciso, vt Diagoras suadet, cum turgescit: vt Iollas, cum deflorescit hora diei sereni, hoc est, cum ros in eo exauerit. Incidi iubent sub capite & calyce. Nec in alio genere ipsum inciditur caput. Succus & hic, & herbæ cuiuscunque, lana excipitur: aut si exiguus est, vngue pollicis, vt lactucis, & postero die magis quod inaruit. Papaueris verò largus densatur, & in pastillos tritus in vmbra siccatur, non vi soporifera modo, verum si copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnum: opion vocant. Sic scimus interemptum Licinij Cecinnæ Prætorij viri patrem in Hispania Bauili, cum valetudo impatientis odium vitæ fecisset: item plerosque alios. Qua de causa magna concertatio exitit Diagoras & Erasistratus in totum damnauere, vt mortiferum, infundi vetâtes. Præterea quoniam

quoniam visui noceret. Addidit Andreas, ideo non protinus excæcari eo, quoniã adu-
raretur Alexandria. Sed postea vsus eius non improbatu est medicamento nobili, quod
diacodion vocãt. Semine quoque eius trito in pastillos, è lacte vtuntur ad somnum: item
ad capitis dolores cum rosaceo. Cum hoc & aurium dolori instillatur. Podagris illini-
tur cum lacte mulierum. Sic & foliis ipsis vtuntur. Item ad sacros ignes & vulnere ex
aceto. Ego tamen damnauerim collyriis addi: multoque magis quas vocant lexipyre-
tas, quãsque pepticas & cœliacas. Nigrum tamen cœliacis in vino datur. Satiuum omne
magis rotundat capita. At syluestri longum ac pusillum, & ad omnes effectus valentius.
Decoquitur & bibitur contra vigilias, eadẽmque aqua fouent ora. Optimum in siccis,
& vbi raro pluit. Cũm capita ipsa & folia decoquantur, succus meconium vocatur, mul-
tum opio ignauior. Experimentum opij est primum odore: syncerum enim perpeti non
est, mox in lucernis, vt pura luceat flamma, aut extinctum demum oleat: quæ in fucato
non eueniunt. Accenditur quoque difficilius, & crebro extinguitur. Est synceri expe-
rimentum & in aqua, quia nebula innatat: fictum in pustulas coit. Sed maximè mirum,
æstiuo Sole deprehendi. Syncerum enim sudat, & se diluit, donec succo recenti simile
fiat. Mnesicles optimè seruari putat hyoscyami semine adiecto: alij in faba.

*De erratico & ceratiti & glaucio siue paralio, & heraclio siue aphro, & de
diacodio, & tithymalo.*

C A P. X I X.

INter fatiua & syluestria medium genus, quoniã in aruis, sed sponte nasceretur, rhœam
vocauius & erraticum. Quidam id decerptum protinus cum toto calyce mandunt.
Aluum exinaniunt capita quinque decocta in vini tribus heminis pota, & somnum fa-
ciunt. Syluestrium vnum genus, ceratitin vocãt, nigrum, cubitali altitudine, radice cras-
sa & corticosa, calyculo inflexo, vt cornicu a. Folia minora & tenuiora, quã cæteris
syluestribus. Semen exile, tempestiuum est messibus: aluum purgat dimidio acetabulo in
mulso. Folia trita cum oleo, argema iumentorum sanant. Radix acetabuli mensura co-
cta in duobus sextariis ad dimidias, datur ad lumborum vitia & iocineris. Carbunculis
medentur ex melle folia. Quidam hoc genus glaucion vocant, alij paralion. Nascitur
enim in afflatu maris, aut nitroso loco. Alterum è syluestribus genus heraclion vocatur,
ab aliis aphron, foliis (si procul intuearis) speciem passerum præsentantibus, radice in
summa terræ cute, semine spumeo. Ex hoc lina splendorem trahunt æstate. Tunditur in
pila comitialibus morbis, acetabuli mensura in vino albo. vomitiones enim facit. Medi-
camento, quod diacodion & arteriaca vocatur, vtilissimum. Fit autem huius papaueris
aut cuiuscunque syluestris capitibus cxx. in aquæ cælestis sextariis tribus biduo mace-
ratis, in eadẽmque discoctis: deinde saccatis, iterumque cum melle decoctis ad dimidias
partes vapore tenui. Addidere postea drachmas fenas croci, hypocisthidis, thuris, aca-
cia, & passii Cretici sextarium. Hæc ostentatione, simplex quidem & antiqua illa salubri-
tas papauere & melle constat. Tertium genus est tithymalon, mecona vocant, alij para-
lion, folio læui, albo, capite magnitudinis fabæ. Colligitur vna florente. Siccatur in vm-
bra. Semen potum purgat aluum, dimidio acetabulo in mulso. Cuiuscunque autem pa-
paueris caput viride, vel siccum, illitum epiphoras oculorum lenit. Opium ex vino me-
raculo si protinus detur, scorpionum ictibus resistit. Aliqui hoc tantum nigro tribuunt,
si capita eius vel folia terantur.

De portulaca siue peplio, coriandro & atriplici.

C A P. X X.

Est & portulaca quam peplion vocant, non multum fatiua efficacior. Cuius memo-
rabiles vsus traduntur. Sagittarum venena, & serpentium hæmorrhoidum & preste-
rum restingui, pro cibo sumpta, & plagis imposita extrahi. Item hyoscyami, pota è pas-
so expresso succo. Cũ ipsa non est, semen eius simili effectu prodest. Resistit & aqua-
rum vitijs, capitis dolori, hulceribusque in vino tusa & imposita. Reliqua hulcera com-
manducata cum melle sanat. Sic & infantium cerebro imponitur, vmbilicõque proci-
duo. In epiphoris verò omnium, fronte temporibusque cum polenta. Sed ipsis oculis,
è lacte & melle. Eadem, si procident, prodest, folijs tritis cum corticibus fabæ. Pustulis

B

cum polenta & sale, & aceto. Hulcera oris, tumorémque gingiuarum commanducata cruda sedat: item dentium dolores. Tonfillarum hulcera, succus decoctæ. Quidam adicere paulum murræ. Nam & mobiles dentes stabilit commanducata. Cruditates sedat, vocémque firmat, & sitim arcet. Ceruicis dolores, cum galla & lini semine pari mensura sedat. Mammarum vitia, cum melle & Cimolia creta. Salutaris & suspiriosis, semine cum melle hausto. Stomachum in acetariis sumpta corroborat. Ardentibus febribus imponitur cum polenta. Et aliás manducata refrigerat etiam intestina. Vomitiones sistit. Dyfenterix & vomitis estur ex aceto, vel bibitur cum cumino. Tenebris autem cocta, & comitialibus cibo vel potu prodest. Purgationibus mulierum, acetabuli mensura in sapa. Podagris calidis, cum sale illita, & sacro igni. Succus eius potus renes iuuat, ac vesicas. Ventris animalia pellit. Ad vulnerum dolores, ex oleo cum polenta imponitur. Nervorum duritias emollit. Metrodorus, qui *ἑπιτομὴ τῶν ριζῶν τῶν μόνων* scripsit, purgationibus à partu dandam censuit. Venerem inhibet, Venerisque somnia. Prætorij viri pater est, Hispaniæ princeps, quem scio propter impatibiles vuæ morbos, radicem eius filo suspensam è collo gerere, præterquã in balineis, & ita liberatum incommodo omni. Quinetiam inueni apud autores, caput illitum ea distillationem anno toto non sentire. Oculos tamen hebetare putatur. Coriandrum inter syluestria non inuenitur. Præcipuum tamé esse constat Ægyptium. Valet contra serpentium genus vnum, quod amphibenas vocat, potum impositumque. Sanat & alia vulnera. Epinyctidas, pustulas tritum. Sic & omnes tumores collectionesque, cum melle aut vua passa. Panos verò ex aceto tritum. Seminis grana tria in tertianis deuorari iubent aliqui ante accessionem: vel plura illini fronti. Sunt qui & ante Solis ortum ceruicalibus subiici efficaciter putent. Vis magna ad refrigerandos ardores viridi. Hulcera quoque, que serpunt, sanat cum melle, vel vua passa: item testes, ambusta, carbunculos, aures: cum lacte mulieris epiphoras oculorum: ventris & intestinalium fluxiones semen ex aqua potum. Bibitur & in cholericis cum ruta. Pellit animalia interaneorum, cum mali Punici succo & oleo semé potum. Xenocrates tradit rem, si vera est: menstrua cõtineri vno die, si vnum granum biberint scemina: biduo, si duo: & totidem diebus, quot grana sumpserint. Marcus Varro, coriandro subtrito cum aceto, carnem incorruptam æstate seruari putat. A triplex & syluestre est, accusatum à Pythagora, tanquam faceret hydropicos, morbosque regios & pallorem, coqueretur difficillime: ac ne in hortis quidem iuxta id nasci quicquam, nisi languidum, culpauit. Addidere Dionysius & Diocles, plurimos gigni ex eo morbos. Nec nisi mutata sæpius aqua coquendum: stomacho contrarium esse, lentigines & papulas gignere. Miror, quare difficulter in Italia id nasci tradiderit Solon Smyrnæus. Hippocrates vuluarum vitiis id infundit cum beta. Lycus Neapolitanus contra cantharidas bibendum dedit. Panos, furunculos incipientes, duritias omnes, vel cocto, vel crudo vtiliter illini putauit. Item ignem sacrum, cum melle, aceto, nitroque: similiter podagras. Vngues scabros detrahare dicitur sine hulcere. Sunt qui & morbo regio dent semen eius cum melle, arterias & tonfillas nitro addito perfricent, aluum moueant, cocto vel per se, vel cum malua aut lenticula, concitantes vomitiones. Syluestri capillos tingunt, & ad supra dicta vtuntur.

De malua, malope, & althæa, & lapatho, & oxylapatho, & hydro-lapatho, & hippolapatho, & bulapatho.

C A P. X X I.

E Contrario in magnis laudibus malua est vtraque, & fatiua & syluestris. Duo generarum amplitudine folij discernuntur. Maiorem Græci malopen vocant in satius. Alteram ab emolliendo ventre, dictã putant malachen. E syluestribus, cui grande folium & radices albæ, althæa vocatur, ab excellentia effectus à quibusdam aristalthæa. Omne folium, in quo ferantur, pinguius faciunt. Huic contra omnes aculeatos ictus efficacior vis, præcipuè scorpionum, vesparum, similitumque, & muris aranei. Quin & trita cum oleo qualibet earum peruncti antè, vel habentes eas, non feriuntur. Folium impositum scorpionibus torporem affert. Valent & contra venena. Aculeos omnes extrahunt illitæ crudæ

crudæ cum nitro, potæ verò decoctæ cum radice sua, leporis marini venena restringūt:
 & vt quidam dicunt, si vomatur. De eisdem mira & alia traduntur. Sed maximè, si quo-
 tidie quis succi ex qualibet earum sorbeat cyathum dimidium, omnibus morbis cari-
 turum. Hulcera manantia in capite sanant in vrina putrefactæ, lichenas & hulcera oris
 cum melle. Radix decocta, surfures capitis & dentium mobilitates. Eius, quæ vnum cau-
 lem habet, radice circa dentem qui doleat punge, donec desinat dolor. Eadem strumas
 & parotidas panosque, addita hominis saliuæ, purgat citra vulnus. Semen in vino nigro
 potum à pituita & nauſeis liberat. Radix mammærum vitiis occurrit, adalligata in lana
 nigra. Tussim in lacte cocta, & forbitionis modo sumpta, quin diebus emēdat. Stoma-
 cho inutiles Sextius Niger dicit. Olympias Thebana, abortiuas esse cum adipe anseris.
 aliqui purgari fœminas, foliis earum manus plenæ mensura, in oleo & vino sumptis.
 Vtique constat parturientes foliis substratis celerius solui, protinus à partu reuocan-
 dum, ne vulua sequatur. Dant & succum bibendum parturientibus ieiunis, in vino de-
 cocta hemina. Quin & semen tritum adalligant brachio, genitale non continentium.
 Adeoque eæ Veneri nascuntur, vt semen vnicaulis aspersum genitali, fœminarum aui-
 ditates augere ad infinitum Xenocrates tradat. Item tres radices iuxta adalligatas. Te-
 nesmo & dysentericis vtilissimè infundi. Item sedis vitiis, vel si foueantur. Melancholi-
 cis quoque succus datur cyathis ternis tepidus, & insanientibus quaternis. Decoctæ comi-
 tialibus heminæ succi. His & calculosis, & inflatione & torminibus, aut opisthotonico
 laborantibus, tepidus illinitur. Et sacris ignibus, & ambustis, decocta in oleum folia im-
 ponuntur: & ad vulnerum impetus cruda cum pane. Succus decoctæ neruis prodest, &
 vesicæ, & intestinorum rosionibus. Vuluas & cibo & infusione emollit in oleo: succus
 decoctæ pori meatus suaues facit. Althææ in omnibus suprâ dictis efficacior radix: præ-
 cipuè conuulsis ruptisque. Cocta in aqua aluum sistit. Ex vino albo strumas & paro-
 tidas, & mammærum inflammationes, & panos in vino folia decocta & illita tollunt. Ea-
 dem arida in lacte decocta, quamlibet perniciosæ tussi citissimè medentur. Hippocra-
 tes vulneratis, sitientibusque defectu sanguinis, radice decoctæ succum bibendum de-
 dit: & ipsam vulneribus cum melle & resina, item contusis, luxatis, tumētibus, & muscu-
 lis, neruis, articulis imposuit: & asthmaticis ac dysentericis in vino bibendum dedit. Mi-
 rum, aquam radice ea addita addensari sub dio, atque lactescere. Efficacior autem, quo
 recentior. Nec lapathum dissimiles effectus habet. Est autem & syluestre, quod alij oxa-
 lidem appellant, satiuo proximum, foliis acutis, colore betæ candidæ, radice minima: no-
 stri verò rumicem, alij lapathum cantherinum, ad strumas cum axungia efficacissimum.
 Est & alterum genus, ferè oxylapathon vocant, satiuo item similius, & acutiora habet
 folia ac rubriora, non nisi in palustribus nascens. Sunt qui hydrolapathon tradunt in
 aqua natum. Est & aliud hippolapathon, maius satiuo, candidiusque ac spissius. Sylue-
 stria scorpionum ictibus medentur, & ferire prohibent habentes. Radix aceto decocta
 si coletur, succus dentibus auxiliatur: si verò bibatur, morbo regio. Semen stomachi
 inextricabilia vitia sanat. Hippolapathi radices priuatim vngues scabros detrahunt.
 Dysentericos semen duabus drachmis in vino potum liberat. Oxylapathi semen lotum
 in aqua cælesti, sanguinem reicientibus adiecta acacia lentis magnitudine prodest. Præ-
 stantissimos pastillos faciunt ex foliis & radice, addito nitro & iure exiguo. in vsu aceto
 diluunt. Sed satiuum in epiphoris oculorum illinunt frontibus. Radice meliceridas &
 lepras curant. In vino verò decocta, strumas & parotidas & calculos: Poto vino & lie-
 nes, cœliacos æquè & dysentericos, & tenesmos. Ad eadēque omnia efficacius ius la-
 pathi: & ructus facit, & vrinam ciet, & caliginem oculorum discutit: Item pruritus cor-
 poris, in folia balnearum additum, aut prius ipsum illitum sine oleo. Firmat & com-
 manducata radix dentes. Eadem decocta cum vino, sistit aluum: folia soluunt. Adiecit
 Solon (ne quid omittamus) bulapathon, radice tantum altitudine differens, & erga dy-
 sentericos effectum, potum ex vino.

De sinapis tribus generibus, & marrubio, & serpyllo, & sisymbrio, siue thymbræo, & de lini semine, & blito.

CAP. XXI.

Sinapi, cuius in sativis tria genera diximus, Pythagoras principatum habere ex his, quorum sublimè vis feratur, iudicavit, quoniam nõ aliud magis in nares & cerebrum penetret. Ad serpentium ictus & scorpionum tritum cum aceto illinitur. Fungorum venena discutit. Contra pituitam tenetur in ore, donec lique scat, aut gargarizatur cum aqua mulsa. Ad dentium dolorem manditur. Ad vuam gargarizatur cum aceto & melle. Stomacho vtilissimum contra omnia vitia, pulmonibusque. Excreationes faciles facit in cibo sumptu: datur & suspiriosis. Item comitialibus tepidum cum succo cucumerum. Sensus, atque sternutamentis caput purgat, aluum mollit, menstrua & vrinam ciet. Hydropicis imponitur: cum fico & cumino tusum ternis partibus comitali morbo. Et vuluarum conuersione suffocatas excitat odore, aceto misto: item lethargicos. Adicitur tordilion. Est autem id semen ex fefeli. Et si vehementior somnus lethargicos premat, cruribus aut etiam capiti illinitur cum fico ex aceto. Veteres dolores, thoracis, lumborum, coxendicum, humerorum, & in quacunq; corporis ex alto vitia extrahenda sunt, illitum caustica vi emendat, pustulas faciendo. At in magna duritia sine fico impositum: vel si vehementior vrigo timeatur, per duplices pannos. Utuntur ad alopecias cum rubrica, psoras, lepras, phthirias, ^a lithanicos, opisthotonicos. Inungunt quoque scabragenas, aut caligantes oculos cum melle. Succusque tribus modis exprimitur in fistili, ²⁰ calefcitque in eo in Sole modicè. Exit & è cauliculo succus lacteus, qui ita cum induruit, dentium dolori medetur. Semen ac radix, cum immaduere musto, conteruntur, manusque plenæ mensura sorbentur ad firmandas fauces, stomachum, oculos, caput, sensusque omnes: mulierum etiam lassitudines, saluberrimo genere medicinæ. Calculos quoque discutit potum ex aceto. Illinitur & liuoribus suggillatisque cum melle & adipe anserino, aut cera Cypria. Fit & oleum ex femine madefacto in oleo expressoq; ^{quo} utuntur ad neruorum rigores, lumborumque & coxendicum perfrictiones. Sinapis naturam effectusque eosdem habere traditur ad arca, inter syluas tacta in cortice calamorum sub ipsa coma nascens. Marrubium plerique inter primas herbas commendauere, quod Græci prasion vocant, alij linostrophon, nonnulli philopæda, aut philochares, ^{no-³⁰} tius quam vt indicandum sit. Huius folia semenque contrita profunt contra serpentes, pectorum & lateris dolores, tussim veterem. Et iis qui sanguinem reiecerint, eximie vtile, scopis eius cum panico aqua decoctis, vt asperitas succi mitigetur. Imponitur strumis cum adipe. Sunt qui viridis semen quantum duobus digitis capiant, cum farris pugillo decoctum, addito exiguo olei & salis, sorbere ieiunos ad tussim iubeant. Alij nihil comparant in eadem causa marrubij & fœniculi succis ad sextarios ternos expressis, decoctisq; ad sextarios duos, cum addito mellis sextario, rursus decocto ad sextarios duos, si cochlearij mensura in die sorbeatur in aquæ cyatho. Et virilium vitiis tusum cum melle mirè prodest. Lichenas purgat ex aceto. Ruptis, conuulsis, spasticis neruis salutare. Potum aluum soluit cum sale & aceto. Item menstrua & secundas mulierum. Arida ⁴⁰ farina cum melle ad tussim siccam efficacissima est. Item ad gangrænas & pterygia. Succus verò auriculis, & naribus, & morbo regio, minuendæque bili cum melle prodest. Item contra venena inter pauca potens. Ipsa herba stomachum & excreationes pectoris purgat. Cum iride & melle vrinam ciet. Cauenda tamen exhulceratæ vesicæ, & renum vitiis. Dicitur succus claritatem oculorum adiuuare. Castor marrubij duo genera tradit: nigrum, & quod magis probat, candidum. In ouum inane succum addit is, ipsumque ouum infundit melle æquis portionibus tepesactum, vomicas rumpere, purgare, persanare promittens: illitis etiam vulneribus à cane factis tuso cum axungia veteri. Serpyllum à serpendo putant dictum. Quod in syluestri euenit, in petris maxime. Satiuum non serpit, sed ad palmi altitudinem increfcit. Pinguius voluntarium, & candidioribus ⁵⁰ foliis ramisque aduersus serpentes efficax, maxime cenchrin & scolopendras terrestres ac marinas,

ac marinas, & scorpiones, decoctis in vino ramis foliisque. Fugat & odore omnes, si vratur. Et contra marinorum venena præcipuè valet. Capitis doloribus decoctum in aceto illinitur temporibus ac fronti cum rosaceo. Item phreneticis, lethargicis: contra tormina, & vrinæ difficultatem, anginas, vomitiones, drachmis quatuor datur. Ex aqua bibitur & adiocinerum desideria. Folia obolis quatuor dantur ad lienem ex aceto. Ad cruentas excreationes teritur in cyathis duobus aceti & mellis. Sifymbrium syluestre à quibusdam thymbræum appellatum, pedali non amplius altitudine. Quod in riguis nascitur, simile nasturtio est. Vtrunque efficax aduersus aculeata animalia, vt crabrones & similia. Quod in sicco ortum odoratū est, & inseritur coronis angustiore folio. Sedant vtraque capitis dolorem. Item epiphoras. Alij panem addunt: alij per se decoquunt in vino. Sannat & epinyctidas, cutisque vitia in facie mulierum intra quartum diem noctibus impositum, diebusque detractū. Vomitiones, singultus, tormina, stomachi dissolutiones cohibet siue in cibo sumptum, siue succo potum. Non edendum grauidis, nisi mortuo conceptu. Quippe etiam impositum eiicit. Mouet vrinā cum vino potum, syluestre & calculos. Quos vigilare opus sit, excitat infusum capiti cum aceto. Lini semen cum aliis quidem in vsu est: & per se mulierum cutis vitia emendat in facie. Oculorum aciem succo adiuvat. Epiphoras cum thure & aqua, aut cum myrrha ac vino sedat: parotidas cum melle aut adipe, aut cera: stomachi solutiones inspersum polentæ modo: anginas in aqua & oleo decoctum, & cum aniso illitum. Torretur, vt aluum sistat. Celiacis, & dysentericis imponitur ex aceto. Ad iocineris dolores estur cum vua passa. Ad phthisin vtilissimè è semine fiunt ecligmata. Musculorum, neruorum, articulorum, ceruicū duritias, cerebri membranas mitigat farina seminis, nitro aut sale, aut cinere additis. Eadem cum fico idem concoquit ac maturat. Cum radice verò cucumeris syluestris extrahit quæcunque corpori inhæreant. Sic & fracta ossa. Serpere hulus in vino decocta prohibet, eruptiones pituitæ cum melle. Emendat vngues scabros cum pari modo nasturtij: & testium vitia & ranices cum resina & murrha, & gangrænas ex aqua. Stomachi dolores cum fœno Græco sextariis vtriusque decoctis in aqua mulsa. Intestinorum & thoracis pernicioſa vitia, clystere in oleo & melle. Blitū iners videtur ac sine sapore, aut acrimonia vlla. Vnde conuicium fœminis apud Menandrum faciunt mariti. Stomacho inutile est. Ventrem adè turbat, vt choleram faciat aliquibus. Dicitur tamen aduersus scorpiones potum è vino prodesse & clauis pedum illini: item lienibus & temporum dolori ex oleo. Hippocrates menstrua sisti eo cibo putat.

De meu, & fœniculo, & hippomarathro vel myrsineo, & cannabi, & de ferula, & carduis.

CAP. XXIII.

MEu in Italia non nisi à medicis feritur, & iis admodum paucis. Duo genera eius. Nobilius Athamanticum vocant, illi tanquam ab Athamante inuentum, hi quoniam laudatissimum in Athamante reperiatur, foliis aniso simile, & caule aliquando bicubitali, radicibus multis & obnigris, quibusdam altissimis. Minus ruffum, quàm illud alterum. Ciet vrinam in aqua potum, radice trita vel decocta. Inflationes stomachi mirè discutit. Item tormina & vesicæ vitia: vuluarumq; articulis cum melle, infantibus cum apio illitum imo ventri vrinas mouet. Fœniculum nobilitauere serpentes, gustatu, vt diximus, senectam exuendo, oculorumque aciem succo eius reficiendo. Vnde intellectum est, hominum quoque caliginem præcipuè eo leuari. Colligitur hic caule turgescente. In Sole siccatur, iungiturque ex melle. Vbique hoc est. Laudatissimus in Iberia è lacrymis fit, & ex semine recenti. Fit etiam è radicibus, prima germinatione incisus. Est & in hoc genere syluestre, quod alij hippomarathron, alij myrsineum vocant, foliis maioribus, gustu acriore, procerius, brachiali crassitudine, radice candida. Nascitur in calidis, sed saxosis. Diocles & aliud hippomarathri genus tradit, & longo & angusto folio, semine coriādri. Medicinæ in fatiuo, ad scorpionum ictus & serpentium, semine in vino poto. Succus & auribus instillatur, vermiculosque in his necat. Ipsum condimētis propè omnibus inseritur: oxyporis etiam aptissimè. Quin & panis crustis subditur. Se-

B 3

men stomachum dissolutum astringit, vel in febribus sumptum. Nauseam ex aqua tritum sedat. Pulmonibus & iocineribus laudatissimum. Ventrem sistit, cum modicè sumitur, urinam exciet, & tormina mitigat decoctum, lactisque defectu potum mamas replet. Radix cum ptisana sumpta renes purgat, siue decocto succo, siue semine sumpto. Prodest & hydropicis radix ex vino cocta: Item conuulsis. Illinuntur folia tumoribus ardentibus ex aceto. Calculos vesicæ pellunt. Genituræ abundantiam quoquo modo haustum facit. Verendis amicissimum, siue ad fouendum radice cum vino cocta, siue cõtrita in oleo illitum. Multi tumoribus & fuggillatis cum cera illinunt. Et radice in succo vel cum melle contra canis morsum vtuntur, & contra multipedam ex vino. Hippomarathon ad omnia vehementius. Calculos præcipuè pellit. Prodest vesicæ cum vino le-
 ni, & fœminarum menstruis hærentibus. Efficacius in eo semen, quam radix. Modus in
 vitroque, quod duobus digitis tritum additur in potionem. Petridius qui ophiaca scrip-
 psit, & Miction qui rhizotomumena, aduersus serpentes nihil hippomarathro efficacius
 putauere. Sanè & Nicander non in nouissimis posuit. Cannabis in syluis primum nata
 est, nigriore folio & asperiore. Semen eius extinguere genituram virorum dicitur. Suc-
 cus ex eo vermiculos aurium, & quodcunque animal intrauerit, eiicit, sed cum dolore
 capitis. Tantæque vis ei est, vt aquæ infusa, coagulare eam dicatur. Et ideo iumentorum
 aluo succurrit pota in aqua. Radix contractos articulos emollit in aqua cocta: item po-
 dagras & similes impetus. Ambustis cruda illinitur, sed sæpius mutatur priusquam are-
 scat. Ferula semen anetho simile habet. Quæ ab vno caule diuiditur in cacumine, fœ-
 mina putatur. Caules eduntur decocti, commendanturque multo ac melle, stomacho
 vtiles. Sin plures sumpti, capitis dolores faciunt. Radix denarij pondere in vini cyathis
 duobus, bibitur aduersus serpentes. Et ipsa radix imponitur. Sic & torminibus medetur.
 Ex oleo autem & aceto, contra sudores immodicos, vel in febribus proficit. Succus feru-
 læ aluum soluit, fabæ magnitudine deuoratus. Et viridi ferula ramusculus, utilis est ad
 omnia ea vitia. Ad sanguinem sistendum decem grana seminis bibuntur, in vino trita,
 vel medulla. Sunt qui comitialibus morbis dandum putant Luna quarta, sexta, septima,
 ligulæ mensura. Natura ferularum murænis infestissima est: tactæ siquidem ea moriun-
 tur. Castor radicis succum & oculorum claritati conferre multum putauit. Et de car-
 duorum fatu inter hortensia diximus: quapropter & medicinam ex iis non differamus.
 Syluestrium genera sunt duo: vnum fruticosius à terra statim: alterum vnicaule crassius.
 Vtrique folia pauca, spinosa, muricatis cacuminibus. Sed alter florem purpureum mittit
 inter medios aculeos, celeriter canescentem, & abeuntem cum aura: scolymon Græci vo-
 cant. Hic antequam floreat contusus atque expressus, illito succo alopecias replet. Ra-
 dix cuiuscunque ex aqua decocta, potioribus sitim facere narratur. Stomachum corro-
 borat: & vuluis (si credimus) etiam conferre aliquid traditur, vt mares gignatur. Ita enim
 Chæreas Atheniensis scripsit, & Glaucias, qui circa carduos diligētissimus videtur. Man-
 ducatus carduus, odorem commendat oris.

Theriaca compositio medicaminis Antiochi.

CAP. XXI III.

Sed discessuri ab hortensibus, vnam compositionem ex his clarissimam subtexemus, aduersus venenata animalia, incisam lapide versibus in limine ædis Æsculapij. Serpylli duum denariorum pondus: opopanacis & milij tantundem singulorum, trifolij pondus denarij: anethi & fœniculi seminis, & anisi, & ammij, & apij, denariorum seminum singulis generibus, erui farinæ duodecim. Hæc tusa cribratæque vino quàm possit excellenti, digeruntur in pastillos, victoriati pondere. Ex his singuli dantur ex vini misti cyathis ternis. Hac theriaca magnus Antiochus rex aduersus omnia venena vltius traditur.

C. PLINII

391

C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ
LIBER XXI.

PROOEMIUM.

De natura florum & coronamentorum.

De mira florum varietate.

CAPUT I.



N HORTIS feri & coronamenta iussit Cato, inenarrabili florum maximè subtilitate : quando nulli potest facilius esse loqui, quàm rerum naturæ pingere, lasciuenti præsertim & in magno gaudio fertilitatis tam variè ludenti. Quippe reliqua, vsus alimentique gratia genuit : ideoque secula annosque tribuit iis. Flores verò odorésque in diem gignit: magna (vt palàm est) admonitione hominum, quæ spectatissimè floreât, celerrimè marcescere. Sed ne pictura quidem sufficiente imagini colorum reddendæ, misturarum varietati, siue alterni atque multiplices inter se necantur, siue priuatis generum funiculis in orbem, in obliquum, in ambitum, quædam coronæ per coronas currunt.

De strophio ferta, & qui primùm flores miscere cæperint, & quando primùm corolla inuenta est vel appellata, & quare.

CAP. II.

Tenuioribus utebantur antiqui ^a strophia appellantes: vnde nata strophio. Quin & ^a τ. Strophia vocabulum ipsum tardè communicatum est, inter sacra tantùm & bellicos honores coronis suum nomen vindicantibus. Cùm verò è floribus ^b fieret ferta, à serendo seruiæ ^b τ. ferent, ferta à serendo appellabatur. ^c τ. erat. Primùm variari ceptum mixtura versicolorum florum, quæ inuicem odores colorésque accendit, Sicyoniæ. ^c τ. erat. Primùm variari ceptum mixtura versicolorum florum, quæ inuicem odores colorésque accendit, Sicyoniæ. ^d τ. virtutis, ut ergo diuiditor ei. ^e τ. ludicæ.

Pausiæ pictoris atque Glyceræ coronariæ, dilectæ admodum illi, cum opera eius pictura imitaretur, & illa prouocans variaret, essetque certamē artis ac naturæ: quales etiam nunc extant artificis illius tabellæ, atque in primis appellata Stephanoplocos, qua pinxit ipsam. Idque factum est post Olympiadem centesimam. Sic coronis è floribus receptis, paulò mox subiere, quæ vocantur Ægyptiæ, ac deinde hybernæ, cum terra flores negat, ramento è cornibus tincto. Paulatimque & Romæ subrepsit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollariis, postquam è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur.

Quis primùm coronam foliis aureis & argenteis dedit, & de honore coronarum apud antiquos, & de Scipionis honore, & de pactilibus coronis, & Cleopatra reginæ factis.

CAP. III.

CRASSUS diues, primus argento auróque folia imitatus, ludis suis coronas dedit. Accesseruntque & lemnisci, quos adiici ipsarum coronarum honos erat propter Hetrufcas, quibus iungi nisi aurei non debebant. Puri diu fuere ij. Cælare eos primus instituit P. Claudius Pulcher; bracteasque etiam philyræ dedit. Semper tamen autoritas vel ludicro quæsitatum fuit. Nanque ad certamina in Circum per ludos & ipsi descendebant, & seruos suos quisque mittebant. Inde illa xij. tabularum lex: Qui coronam parit, ipse pecuniæ eius, ^a virtutis ergo arguitur. Quam serui equiue meruissent, pecunia par- ^d τ. virtutis, ut ergo diuiditor ei. ^e τ. ludicæ.

tam lege dici, nemo dubitauit. Quis ergo honos? vt ipsi mortuo, parētibusque eius, dum intus positus esset, forisve ferretur, sine fraude esset imposita. Aliàs in vsu promiscuo ne ludicæ quidem erant. Ingensque & hinc seueritas. L. Fuluius argentarius, bello Punico

B 4

secundo, cum corona resacea interdum è pergula sua in forum prospexisse dictus, ex auctoritate Senatus in carcerem adductus, non ante finem belli emissus est. P. Munatius, cum demptam Marsyæ coronam è floribus capiti suo imposuisset, atque ob id duci eum in vincula Triumviri iussissent, appellauit Trib. Pleb. Nec intercessere illi, aliter quàm Athenis, ubi comessabundi iuuenes ante meridiem conuentus sapientium quoque doctrinæ frequentabant. Apud nos exemplum licentiæ huius non est aliud, quàm filia Diui Augusti, cuius luxuria noctibus coronatum Marsyam, literæ illius dei gemunt. Florum quidem Popul. Romanus honorem Scipioni tantum habuit. Serapio cognominabatur, propter similitudinem suarij cuiusdam negotiatoris. Ob id erat in Tribunatu plebei admodum gratus, dignusque Africanorum familia. Nec erat in bonis funeris impensa. Affes ergo contulit populus, ac funus elocauit, quaque præferbatur, flores è prospectu omni sparsit. Et iam tunc coronæ Deorum honos erant, & Larium publicorum priuatorumque, ac sepulcrorum & Manium. Summaque autoritas pacili coronæ. Sutiles aliorum sacris inuenimus, & solennes cœnis. Transiere deinde ad rosaria: eoque luxuria processit, ut non esset gratia nisi mero folio: subtilibus mox petitis ab India, aut ultra Indos. Lautissimum quippe habetur è nardi folio eas dari, aut veste serica versicolore vnguentis madidas. Hunc habet nouissimè exitum luxuria fœminarum. Et apud Græcos quidem de coronis priuatim scripsere ^a Mnestheus atque Callimachus medici, quæ nocerent capiti: quoniam & in hoc est aliqua valetudinis portio, in potu atque hilaritate præcipue, odorum vi surrepente fallaciter, scelerata Cleopatrar solertia. Nanque apparatu belli Actiaci gratificationem ipsius reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, fertur pauore eius luisse, extremis coronæ floribus veneno illitis, ipsaque capiti imposita, mox procedente hilaritate inuitauit Antonium ut coronas biberent. Quis ita timeret invidias? Ergo concerpta in scyphum incipienti haurire opposita manu: En ego sum inquit, illa chare Antoni, quam tu noua prægustantium diligentia caues: adeo mihi, si possim sine te viuere, occasio aut ratio deest. Inde ^b eductum custodia bibere iussit, illico expirante.

^a τ. Mnestheus

^b τ. eductum custodia

De floribus extra supra dictos scripsit Theophrastus apud Græcos. Ex nostris autem inscripsere aliqui libros Anthologicôn: flores vero persecutus est nemo, quod equidem inueniam. Nec nos nunc scilicet coronas necemus: id enim friuolum est: sed de floribus, quæ videbuntur digna, memorabimus. Paucissima nostri genera coronamentorum inter hortensia nouere, ac penè violas rosasque tantum.

De rosa in coronis, & de generibus eius, & ubi seratur.

CAP. IIII.

Rosa nascitur spina verius, quàm frutice, in rubo quoque proueniens, illic etiam iucundi odoris, quamuis angusti. Germinat omnis primò inclusa granoso cortice. Quo mox intumescente, & in virides alabastros fastigiato, paulatim rubescens dehiscit, ac sese pandit, in calycis medio sui stantis complexa luteos apices. Vsus eius in coronis propè minimus est. Oleo maceratur, idque iam à Troianis temporibus, Homero teste. Præterea in vnguenta transit, ut diximus. Per se medicas artes præbet. Emplastris atque collyriis inferitur mordaci subtilitate. Menfarum etiam deliciis inungendis minimè noxia. Genera eius nostri fecere celeberrima Prænestinam & Campanam. Addidere alij Milesiam, cuius sit ardentissimus colos, non excedentis duodena folia. Proximã ei Trachiniam minus rubentem. Mox Alabandicam, viliorem albicantibus foliis. Vtilissimam verò plurimis, sed minutissimis spineolam. Differunt enim multitudine foliorum, asperitate, læuore, colore, odore. Paucissima quina folia, ac deinde numerosiora: cum sit genus eius, quam centifoliam vocant: quæ est in Campania Italiæ, Græciæ verò circa Philippos: sed ibi non suæ terre prouentu. Pangæus mons in vicino fert, numerosis foliis ac paruis: vnde accolæ transferentes conferunt, ipsaque plantatione proficiunt. Non autem talis odoratissima est, nec cui latissimum maximumque folium. Breuitérque indicium est odoris, scabritia corticis. Cepio Tiberij Cæsaris principatu, negauit centifoliã in coronas addi, præterquam extremos velut ad cardines, nec odore, nec specie probabilem.

Est &

Est & quæ Græca appellatur à nostris, à Græcis lychnis, non nisi in humidis locis proueniens, nec vnquam excedens quinque folia, violæ magnitudine, odore nullo. Est & alia Græcula appellata, conuolutis foliorum paniculis, nec dehiscens nisi manu coacta, semperque nascenti similis, latissimis foliis. Alia funditur è caule maluaceo, folia oleæ habente, mosceuton vocât. Atque inter has media magnitudine autumnalis, quam coroneolam vocant. Omnes sine odore, præter coroneolam & in rubo natam: tot modis adulterantur. Et aliâs vera quoque plurimum solo præualet. Cyrenis odoratissima est, ideoque ibi vnguentum pulcherrimum. Carthagine Hispaniæ, hyeme tota præcox. Refert & cæli temperies. Quibusdam enim annis minus odorata prouenit. Præterea locis omnis sicis quàm humidis odoratior. Seri nec pinguibus vult, nec argillofis locis, nec riguis, contenta raris: proprièque ruderatum agrum amat. Præcox Campana, fera Milesia. Nouissimè tamen desinit Prænestina. Fodiuntur altius quàm fruges, leuius quàm vites. Tardissimè proueniunt femine, quod in ipso cortice est sub ipso flore opertum lanugine: ob id potius caule conciso inferuntur. Et ocellis radicis, vt harûdo, vnum genus inferitur pallidæ spinosæ, longissimis virgis quinquefoliæ, quæ è Cræcis altera est. Omnis autè recisione atque vstione proficit: translatione quoq; vt vitis optimè ocyssimèque prouenit, furculis quaternum digitorum lōgitudine, aut ampliore, post Vergiliarum occasum facta: dein per Fauonium translata, pedalibus interuallis, crebròque circumfossa. Qui præ-

De lilio tria genera, & ratione ea inferendi.

C A P. V.

nci-

Lilium rosæ nobilitate proximum est, & quadam cognatione vnguëti oleique, quod

De lilio tria genera, & ratione ea inferendi.

C A P. V.

Lilium rosæ nobilitate proximum est, & quadam cognatione vnguëti oleique, quod lirinon appellatur. Et impositum etiam maximè rosas decet, medio prouentu earum incipiens. Nec vlli florum excelsitas maior, interdiu cubitorum trium, languido semper collo, & non sufficente capitis oneri. Candor eius eximius, foliis foris striatis, & ab angustis in latitudinem paulatim sese laxantibus, effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuiq; filo & femine, stantibus in medio crocis. Ita odor colorque duplex, & alius calycis, alius staminis, differentia angusta. In vnguenti verò oleiq; vsu, & folia non spernantur. Et flos non dissimilis illi in herba quam conuoluulum vocant, nascens per fructecta, nullo odore, nec crocis intus, candorem tantum referens, ac veluti naturæ rudimentum lilia facere cōdiscens. Alba lilia iisdem omnibus modis feruntur, quibus rosa: & hoc amplius lacryma sua, vt hipposelinum: nihilque est fœcūdius, vna radice quinquagenos sæpe emittente bulbos. Est & rubens lilium, quod Græci crinon vocât. Alij florem eius cynorrhodon. Laudatissimum in Antiochia & Laodicea Syriæ, mox in Phaselide. Quartum locum obtinet in Italia nascens. Sunt & purpurea lilia, aliquando gemino caule, carnosiore tantum radice, maiorisque bulbi, sed vnus: Narcissum vocât: Huius alterum genus flore candido, calyce purpureo. Differentia à liliis est & hæc, quod narcissis folia in radice sunt, probatissimis in Lyciæ mōtib. Tertio generi cætera eadem, calyx herbaceus. Omnes ferotini. Post Arcturum enim florent, ac per æquinoctium autumnum. Inuenta est & in his ratio inferendi, monstrificis hominum ingeniis. Colliguntur nanque mense Iulio scapi arefcentes, liliæque suspenduntur in fumo. Dein nudantibus se nodulis, in fæce nigri vini vel Græci mense Martio macerantur, vt colorem percipiant: atque ita in scrobiculis feruntur, heminis fæcis circumfusus. Sic fiunt purpurea lilia: mirumque, ita tingi aliquid, vt nascatur infectum.

De violis & de caltha, & de bacchare, combreto, asaro & croco.

C A P. V I.

Violis honos proximus. Earum plura genera. Purpureæ, luteæ, albæ: plantis omnes, vt olus, satæ. Ex iis verò, quæ sponte apricis & macris locis proueniunt, purpureæ, latiore folio statim ab radice carnosâ exeunt, solæque Græco nomine à cæteris discernuntur, appellata Ia, vt ab his Ianthina vestis. Sed fatiuis maxima autoritas luteis. Genera iis Tusculana, & que marina appellatur, folio aliquanto latiore, sed minus odorato. In

totum verò sine odore, minutòque folio calathiana, munus autumnii, cætera veris. Proxima ei caltha est concolori amplitudine. Vincit numero foliorum marinam, quinque non excedentem. Eadem odore superatur. Est enim grauis caltha. Non leuior ei, quam scopam regiam appellant: quanquam folia eius olent, non flores. Bacchar quoque radicis tantum odorata est, a quibusdam nardum rusticum appellatum. Vnguenta ex ea radice fieri solita apud antiquos, Aristophanes prisce Comædiæ Poëta testis est. Vnde quidam errore falso barbaricam eam appellabant. Odor est ei cinnamomo proximus. Gracili folio nec humido prouenit. Simillimum ei combretum appellatur, foliorum exilitate vsque in fila attenuata, & procerius quam bacchar. Nec hæc sunt tantum, sed eorū quoque error corrigendus est, qui bacchar, rusticum nardū appellauere. Est enim alia herba sic cognominata, quam Græci asaron vocant, cuius speciem figuramque diximus in nardi generibus. Quinimo asaron inuenio vocitari, quoniam in coronis non addatur. Crocum syluestre optimum: serere in Italia minimè expedit, ad scrupula vsque singula areis decoquentibus. Seritur radicis bulbo. Satiuum latius, maiusque; & nitidius, sed multo leuius degenerans. Sed nec vbique fecundum, etiam Cyrenis, vbi semper flores laudatissimi. Prima nobilitas Cilicio, & ibi in Coryco monte: dein Lycio, monte Olympo: mox Cæturipino Siciliae. Aliqui^a Phlegræo secūdū locum dedere. Adulteratur nihil æquè. Probatio synceri, si imposita manu crepat, veluti fragile. Humidū enim, quod euenit adulteratione,^b cedit. Altera probatio: si manu prolata ad ora, leniter faciem oculosque mordeat. Est per se genus satiui blandissimum vulgò, cum sit medio cādidum, dialeucō vocant. Cōtrā Cyrenaico vitiū, quòd omni croco nigrius est, & celerrimè marcescit. Optimum vbiçūque quod pinguisimum, & breuibus capillis: pessimum verò, quod sitū redolet. Mutianus autor est, in Lycia anno septimo aut octauo transferri in locum subactum, atque ita degenerans renouari. Vsus eius in coronis nusquam. Herba enim est folio angusto penè in capillamenti modum. Sed vino mirè cōgruit, præcipuè dulci, tritum ad theatra replenda. Floret Vergiliarum occasu paucis diebus, foliòque florem expellit. Viret bruma & colligitur. Siccatur vmbra, melius etiā hyberna. Carnosa & illi radix, viuaciórque quam cæteris. Gaudet calcari & atteri, pereundòque melius prouenit. Ideo iuxta femitas ac fontes lætissimum.

De floribus antiquis, & de odoramentorum diuersitate, saliuuca, & polio.

CA P. VII.

TRoianis temporibus iam erat honos ei. Hos certè flores Homerus treis laudat, loton, crocon, hyacinthum. Omnium autem odoramentorum, atque adeo herbarum differentia est in colore, & odore, & succo. Odorato sapor rarò vlli non amarus: è contrario dulcia rarò odorata. Itaque & vina mustis odoratiora, & syluestria magis omnia satiuis. Quorundam odor suauior è longinquo, propius ad motus hebetatur, vt violæ. Rosa recens à longinquo olet, sicca propius. Omnis autem verno tēpore acrior, & matutinis: quicquid ad meridianas horas diei vergit, hebetatur. Nouella quoque vetustis minus odorata. Acerrimus tamen odor omnium æstate media. Rosa & crocum odoratio-
ra, cum serenis diebus leguntur: & omnia in calidis, quam in frigidis. In Ægypto tamen⁴⁰ minimè odorati flores, quia nebulosus & rosçidus aër est à Nilo flumine. Quorundam suauitati grauitas inest. Quædam, cum virent, non olent, propter humorem nimium: vt buceros, quod est fœnum Græcum. Acutus odor non omnium sine succo est, vt violæ, rosæ, croco. Quæ verò ex acutis succo carent, eorum omnium odor grauis, vt in lilio vtriusque generis. Abrotonum & amaracus acres habent odores. Quorundam flos tantum iucundus, reliquæ partes ignauæ, vt violæ ac rosæ. Hortensium odoratissima quæ sicca, vt ruta, menta, apium, & quæ in siccis nascantur. Quædam vetustate odoratiora, vt cotonea: eademque decerpta, quam in suis radicibus. Quædam non nisi defracta, aut ex attritu olent: alia non nisi detracto cortice: quædam verò non nisi vsta: sicut thura myrrhæque. Flores triti omnes amariores, quam intacti. Aliqua arida diutius odorem continent, vt melilotos. Quædam locum ipsū odoratiorem faciūt, vt iris: quin & arborem totam

totam cuiuscunq; radices attingit. Hesperis noctu magis olet, inde nomine inuēto. Animalium nullum odoratum, nisi si de pantheris quod dictum est, credimus. Illa quoq; nō omittenda differentia est, odoramentorum multa nihil pertinere ad coronamenta, vt irin atque saluincam, quanquam, nobilissimi odoris vtranque. Sed iris radice tantū cōmendatur, vnguentis & medicinæ nascens. Laudatissima in Illyrico. Et ibi quoq; non in maritimis, sed in syluestribus Drilonis & Naronæ. Proxima in Macedonia, longissima hæc & candicans, & exilis. Tertium locum habet Africana, amplissima inter omnes, gustūque amarissima. Illyrica quoque duorum generum est, Rhapsanitis à similitudine, quæ & melior: Rhizotomos subrufa. Optima, quæ sternutamēta tactu mouet. Caulē habet cubitalem, erectum. Floret diuersi coloris specie, sicut arqus cęlestis, vnde & nomē. Non improbatur & Pisidica. Et fossuri tribus ante mensibus multa aqua circumfusa, hoc veluti placamento terræ blandiuntur, circumscrip̄ta mucrone gladij orbe triplici: & cūm legerint eam, protinus in cælum attollunt. Natura est feruens, tractatāque pustulas ambusti modo facit. Præcipitur ante omnia, vt casti legant. Teredines nō sicca modo, verū & in terra celerrimē sentit. Optimum antea irinum Leucade & Elide ferebatur: iam pridē enim & feritur: nunc è Pamphylia: sed Cilicium maximē laudatur atq; Septentrionale. Saliunca foliosa quidem est, sed breuis, & quæ neci non possit. Radici numerosæ coheret, herba verius quām flos, dēsa veluti manu pressa, breuitérque cęspes sui generis. Pannonia hanc gignit & Norici, Alpiūmque aprica: vrbium Eporrhedia, tantæ suauitatis, vt metallum esse cœperit. Vestibus interponi eam gratissimum. Sic & apud Græcos polion herbam, inclytam Musæi & Hesiodi laudibus, ad omnia vtilem prædicantium, superq; cætera ad famā etiam ac dignitates, prorsusque miram, si modò (vt tradūt) folia eius manē cādida, meridie purpurea, sole occidente cærulea aspiciuntur. Duo genera eius, campestre maius, syluestre quod minus est. Quidam teuthrion vocāt. Folia canis hominis similia, à radice protinus, nunquam palmo altiora. Et de odoratis floribus satis dictum.

De vestium emulatione cum floribus, & amaranto, & chrysocome, siue chrysitri.

CAP. VIII.

IN quibus vnguento vicisse naturam gaudēs luxuria, vestibus quoque protocauit eos flores qui colore commēdantur. Hos animaduerto tres esse principales: vnum in cocco, qui in rosis micat. Gratius nihil traditur aspectu, & in purpuras Tyrias, dibaphásque ac Laconicas. Alium in amethysto, qui in viola: & ipse in purpureum, quémque iáthinū appellauimus. Genera enim tractamus, in species multas sese spargentia. Tertius est, qui propriē conchylj intelligitur, multis modis: vnus in heliotropio, & in aliquo ex his plerunque saturatior: alius in malua, ad purpuram inclinans: alius in viola ferotina, conchyljorum vegetissima. Paria nunc componuntur, & natura atque luxuria depugnāt. Lutei video honorē antiquissimum, in nuptialibus flammeis totū fœminis concessum: & fortassis ideo nō numerari inter principales, hoc est, communes maribus ac fœminis, quoniam societas principatum dedit. Amaranto nō dubiē vincimur. Est autem spica purpurea verius, quām flos aliquis, & ipse sine odore. Mirum in eo, gaudere decerpi, & lætius renasci. Prouenit Augusto mense: durat in autumnū. Alexandrino palma, qui decerptus asseruatur. Mirūmque, postquā defecere cuncti flores, madefactus aqua reuiuiscit, & hybernas coronas facit. Summa eius natura in nomine est, appellato, quoniam non marcescat. In nomine & cyani colos: itē holochrysi. Omnes autem hi flores nō fuere in vsu Alexandri Magni ætate, quoniam proximi à morte eius autores siluere de illis: quo manifestum est postea placuisse. A Græcis tamē repertos quis dubitet, nō aliter Italia vsurpantē nomina illorum? At Hercules petilio ipsa nomē imposuit autumnali, circaque vespres nascenti, & tantūm colore commendato, qui est rosæ syluestris. Folia parua, quina. Mirūmque in eo flore, inflecti cacumen, & non nisi retorto folia nasci, paruo calyce, ac versicolori, luteum semen includēte. Luteus & bellio pastillicantibus quinquagenisquinis barbulis coronatur. Pratenfes hi flores, ac sine vsu plerique, & ideo sine nominibus, Quin & his ipsis alia alij vocabula imponunt. Chrysocome siue chrysitri, non habet

Latinam appellationem, Palmi altitudine est, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra, ex austero dulci, in petrosi opacisque nascens.

De honore coronarum, & cyclamino, & meliloto, & trifolio, tria genera eius.

CAP. IX.

a oratio

ET ferè peractis colorum quoque celeberrimis, transeat ratio ad eas coronas, quæ varietate sola placent. Duo earum genera, quando aliæ flore constant, aliæ folio. Florem esse dixerim genistas: (nanque & iis decerpitur luteus) item rhododèdron: itè ziziphæ, quæ & Cappadocia vocatur: his odoratus similis olearum floribus. In vepribus nascitur cyclaminum, de quo plura aliàs. Flos eius colossinus in coronas admittitur. Folia in coronamentis smilacis & ederæ, corymbique earum obtinèt principatum, de quibus in fruticum loco abundè diximus. Sunt & alia genera, nominibus Græcis indicada, quia nostris maiore ex parte huius nomenclaturæ defuit cura. Et pleraque eorum in exteris terris nascuntur, nobis tamen consecranda, quoniam de natura sermo, non de Italia est. Ergo in coronamenta folio venere melothron, spireon, trigonon, cneorõ, quod casiam Hyginus vocat: & quod cunilaginem, quæ conyza, melissophyllon quod apiastrû, meliloton quod fertulam Campanam vocamus. Est enim in Campania Italiæ laudatissima, Græcis in Sunio: mox Chalcidica & Cretica, vbiçumque verò asperis & syluestribus nata. Coronas ex hac antiquitus factitatis, indicio est nomen fertulæ, quod occupavit. Odor eius croco vicinus est, & flos, ipsa cana. Placet maximè foliis breuissimis atque pinguis-
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

De origano, & thymo, & melle Attico, & conyza, & Iouis flore, & helenio, & abrotono, & leucanthemo.

CAP. X.

TOTIDEM & origani in coronamentis species. Alterius enim nullum semen. Id, cui odor est, Creticum vocatur. Totidem & thymi: candidum, ac nigricans. Floret autem circa solstitia, cum & apes decerpunt, & augurium mellis est. Prouentum enim sperant apiarij large florescente eo. Læditur imbribus amittitque florem. Semen thymi nõ potest deprehendi, cum origani per quàm minutum, non tamen fallat. Sed quid interest occultasse id naturam? In flore ipso intelligitur, satõque eo nascitur. Quid nõ tentauere homines? Mellis Attici in toto orbe summa laus existimatur. Ergo translatus est ex Attica thymum, & vix flore (vti docemus) satõ. Sed alia ratio naturæ obstitit, nõ durate Attico thymo, nisi in afflatu maris. Erat quidè hæc opinio antiqua in omni thymo, ideoque non nasci in Arcadia. Tunc olea non putabant gigni, nisi intra CCC. stadia à mari. Thymis quidem nunc etiam lapideos campos in prouincia Narbonensi refertos scimus: hoc penè solo reditu, è longinquis regionibus pecudum millibus conuenientibus, vt thymo vescantur. Et conyzae duo genera in coronamentis, mas ac fœmina. Differentia in folio. Tenuius fœminæ & constrictius angustiusque, imbricatũ maris & ramosius. Flos quoque magis splendet eius, serotinus vtrique post Arcturũ. Mas odore grauior, fœmina acrior, & ideo contra bestiarum morsus aptior. Folia fœminæ mellis odorem habent. Masculæ radix à quibusdam libanotis appellatur, de qua diximus. Et tantũ folio coronant Iouis flos, amaracus, hemerocalles, abrotonum, helenium, fisymbrium, serpyllum, omnia surculosa rosæ modo. Colore tantũ placet Iouis flos, odor abest: sicut & illi, qui Græcè phlox vocatur. Et ramis autem & folio odorata sunt, excepto serpyllo. Heleniũ è lacrymis Helenæ dicitur natum, & ideo in Helena insula laudatissimum. Est autè frutex humi se spargens dodrantalibus ramulis, folio simili serpyllo. Abrotonum odore iucundè graui floret æstate. Flos aurei coloris. Vacuum sponte prouenit. Cacumine suo se propa-
gat.

gat. Seritur autē femine melius, quàm radice aut ⁱⁿ circulo, femine quoque nō sine negotio: plantaria transferuntur. Sic & adonium. Vtrūque æstate. Alsiōsa enim admodū sunt: & Sole tamen nimio læduntur. Sed vbi conualuere, ritu v^{er}is fruticant. Abrotono simile odore leucanthemum est, flore albo foliosum.

De amaraco vel sampsucho, & nyctegreto, & meliloto, & viola alba, & codiamino, & de syluestribus bulbis, & heliochryso, & lychni, & de herbis citra mare.

CAP. XI.

A Maracum Diocles medicus & Sicula gens appellauere, quod Ægyptus & Syria sampsuchum. Seritur vtroque genere, & femine & ramo, viuacius prædictis, & odore melius. Copiosum amaraco æquè, quàm abrotono, semen. Sed abrotono radix vna & altè descendens: cæteris in summo terræ leuiter hæres. Reliquorum satio autumno ferè incipiente, nec non & vere quibusdam locis quæ umbra gaudet, & aqua ac fimo. Nyctegretum inter pauca miratus est Democritus, coloris ignei, foliis spinæ, nec à terra se attollentem, præcipuam in Gedrosia narrat. Erui post æquinoctium vernum radicitus, sicarique ad Lunam xxx. diebus, ita lucere noctibus. Magos Parthorumque reges vti hac herba ad vota suscipienda. Eandem vocari chenomychon, quoniam anferes à primo cōspectu eius expauescant: ab aliis nyctilopa, quoniam è longinquo noctibus fulgeat. Melilotos vbique nascitur: laudatissima tamen in Attica: vbicunque verò recens, nec candidans, & croco quàm simillima: quanquam in Italia odoratior & candida. Florum prima ver nuntiātium, viola alba. Tepidioribus verò locis etiam hyeme emicat. Postea quæ appellatur purpurea. Proximè flammea, quæ & phlox vocatur, syluestris duntaxat. Codiaminon bis anno, vere & autumno: æstates hyemisque fugit. Seriores supra dictis aliquāto narcissus & lilium trans maria: in Italia quidem, vt diximus, post rosam. Nam in Græcia tardius etiamnum anemone. Est autem hæc syluestrium bulborū flos, aliāque quàm quæ dicetur in medicinis. Sequitur œnanthe, melaniō, ex syluestribus heliochrysos. Deinde alterū genus anemones, quæ limonia vocatur. Post hanc gladiolus comitatus hyacinthis. Nouissima rosa. Eademq; prima deficit, excepta fatiua: è cæteris hyacinthus maximè durat, & viola alba, & œnanthe: sed hæc ita, si deuulsa crebrò prohibeatur in semen abire. Nascitur locis tepidis. Odor idem ei, qui germinantibus vis, atque inde nomen. Hyacinthum comitatur fabula duplex, luētū præferens eius quæ Apollo dilexerat, aut ex Aiacis cruore editi, ita discurrentibus venis, vt Græcarum literarū figura **ΑΙ** legatur inscripta. Heliochrysos florem habet auro similem, folium tenue, cauliculum quoque gracilem, sed durum. Hoc coronare se Magi, si & vnguenta sumantur ex auro, quod apyron vocant, ad gratiam quoque vitæ gloriāque pertinere arbitrantur. Et verni quidem flores hi sunt. Succedūt illis æstiu, lychnis, & Iouis flos, & alterum genus lilij. Item tiphyon, & amaracus, quem Phrygium cognomināt. Sed maximè spectabilis pothos. Duo genera huius: vnum, cui flos hyacinthi est: alterū cādidius, qui ferè nascitur in tumulis, quoniam fortius durat. Et iris æstate floret. Abeunt & hi, marcescuntque. Alij rursus subeūt autumno. Tertium genus lilij & crocum, in vtroque genere vnum hebes, alterū odoratum: primis omnia imbribus emicantia. Coronarij quidem & spinæ flore vtūtur: quippe cum spinæ albæ cauliculi inter oblectamenta gulæ quoque condiantur. Hic est trans maria ordo florum. In Italia violis succedit rosa: huic interuenit lilium: rosam cyanus excipit, cyanum amarātus. Nam vincaperuinca semper viret, in modum lineæ foliis geniculatim circumdata. Topiaria herba: inopiam tamen florum aliquando supplet. Hæc à Græcis chamædaphne vocatur. Vita longissima violæ albæ est trimatu. Ab eo tēpore degenerat. Rosa & quinquennium perfert, nec recisa, nec adusta. Illo enim modo iuuenescit. Diximus & terram referre plurimum. Nam & in Ægypto sine odore hæc omnia tantumq; myrtis odor præcipuus. Alicubi etiam binis mensibus antecedit germinatio omnium. Rosaria à Fauonio fossa oportet esse, iterumq; solstitio. Et id agendum, vt intra id tempus purgata ac pura sint.

De cura apum, pabulo & morbis earum, & remediis.

CAP. XII.

Verùm hortis coronamentisque maximè aluearia & apes conueniunt, res præcipui quæstus compendiique, cum fauit. Harum ergo causa oportet serere thymum, ^{a eruillam,} apiastrum, rosam, violas, lilium, cytisum, fabam, ^{reclius, opinor.} eruialam, cunilam, papauer, conyzam, casia, melilotum, melissophyllum, cerinthen. Est autè cerinthe folio candido, incuruo, cubitalis, capite concauo, mellis succum habete. Horum floris auidissimæ sunt, atque etiam sinapis, quod miremur, cum oliuæ florem ab his non attingi constet. Ideoque hanc arborem procul esse melius sit: cum aliquas quàm proximè feri conueniat, quæ & euolatium examina inuitent, nec longius abire patiantur. Cornum quoque arborem caueri oportet. Nam flore eius degustato, aluo concita moriuntur. Remediû, sorba contusa è melle præbere his, vel vrinam hominum, vel boum, aut grana punici mali, ammineo vino cõspersa. At genistas circûferi alueariis gratissimum. Mirum est dignumque memoratu, de alimentis quod comperi. Hostilia vicus alluitur Pado. Huius inquilini pabulo circa deficient imponunt nauibus alueos, noctibusque quina millia passuum contrario amne naues subuehunt. Egressæ luce apes pasteque, ad naues quotidie remeant, mutant locum, donec pondere ipso pressis nauibus, pleni aluei intelligantur, reuectisque eximantur mella.

De venenato melle, & de remediis mellis venenati, & mellis insani.

CAP. XIII.

ET in Hispania mulis prouehunt, simili de causa. Tantumque pabulum refert, ut mella quoque venenata fiant. Heracleæ in Ponto, quibusdam annis perniciosissima existunt, ab iisdem apibus facta. Nec dixere auctores, è quibus floribus ea fierent. Nos trademus, quæ comperimus. Herba est ab exitio & iumentorum quidem, sed præcipuè caprarum, appellata ægolethron. Huius flores concipiunt noxium virus aquoso vere marcescentes. Ita fit, ut non omnibus annis sentiat hoc malum. Venenati signa sunt, quod omnino non densatur, quod color magis rutilus est, odor alienus, sternutamenta protinus mouens, quod ponderosius innoxio. Qui edere, abiiciunt se humi, refrigerationem querentes: nam & sudore diffuunt. Remedia sunt multa, quæ suis locis dicemus. Sed quoniam statim representari aliqua in tantis insidiis oportet, mulsam vetus è melle optimo & ruta: salsamenta etiam si reiciantur sumpta crebro. Certumque est id malum per excrementa ad canes etiam peruenire, similiterque torqueri eos. Mulsam tamen ex eo inueteratum, innocuum esse constat: & fœminarum cutem nullo melius emendari cum costo, fuggillata cum aloë. Aliud genus in eodem Ponto gente Sannorû mellis, quod ab insania, quam gignit, mænomenon vocant. Id existimatur contrahi flore rhododendri, quod scatet syluæ. Gensque ea, cum ceram in tributa Romanis præstet, mel (quoniam exitiale est) non vendit. Et in Perside, & in Mauritaniæ Cæsariensis Cætulia, contermina Massafulis, venenati faui gignuntur: quidamque à parte, quo nihil esse fallacius potest, nisi quod liuore deprehenduntur. Quid sibi voluisse naturam iis arbitremur insidiis, ut ab iisdem apibus, nec omnibus annis fierent, aut non totis fauis? Parum enim erat genuisse rem, in qua venenum facillimè daretur, etiamne hoc ipsa in melle tot animalibus dedit? Quid sibi voluit, nisi ut cautiorem minusque auidum faceret hominem? Non enim ipsi melli, sed apibus iam cuspides dederat, & quidem venenatas, remedio aduersus has utique non differendo. Ergo maluæ succo, aut foliorum ederæ perungi salutare est, vel percussos eas bibere. Mirum tamen est, venena portantes ore, fingentisque ipsas non mori: nisi quod illa domina rerum omnium hanc dedit repugnantiam apibus: sicut contra serpentes Pphyllis Marsisque inter homines.

De melle quod muscæ non attingunt, & alueariis, & cura eorum si fauim sentiunt apes, & quomodo cera fiat.

CAP. XIII.

Aliud in Creta miraculum mellis. Mons est Carina ix. M. pass. ambitu: intra quod spatium muscæ non reperiuntur, natumque ibi mel nusquam attingunt. Hoc experimen-

rimento fingulare medicamentis eligitur. Aluearia orientem æquinoctialem spectare conuenit. Aquilonem euitent: nec Fauoniũ minus. Aluearia optima è cortice, secũda ferula, tertia vimine. Multi ea & speculiani lapide fecere, vt operantes intus spectarent. Circunlini alueos fimo bubulo vtilissimum, operculum à tergo esse ambulatoriũ, vt proferratur intus, si magnus sit alueus, aut sterilis operatio, ne desperatione curam abiiciant: id paulatim reduci, fallente operis incremento. Aluearia hyeme stramento operiri, crebrò suffiri, maximè fimo bubulo. Cognatum hoc iis, innascentes bestiolas necat, araneos, papiliones, teredines: apesque ipsas excitat. Et araneorum quidem exitium facilius est: papilionum maior pestis. Tollitur verò, cum maturefcit malua noctu, interlunio, cælo ferenno, accensus lucernis ante alucos. In eam flammam sese ingerunt. Si cibus deesse censeatur apibus, vuas passas siccasve, ficosque tufas, ad fores earum posuisse conueniet. Itẽ lanas tractas madentes passo, aut defruto, aut aqua mulsa. Gallinarum etiam crudas carnes. Quibusdam etiam æstatibus iidem cibi præstandi, cum siccitas continua florum alimẽtum abstulit. Alueorum, cum mel eximitur, illini oportet exitus, melissophyllo aut genista tritis: aut medios alba vite præcingere, ne apes diffugiant. Vasa mellaria aut fauos lauari aqua præcipiunt: hac decocta, fieri saluberrimum acetum. Cera fit expressis fauis, sed antè purificatis aqua, & triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni in nouo fictili, aqua fauos tegente, tunc sporta colatis. Rursus in eadem olla coquitur cera cum eadem aqua, excipiturque alia frigida, vasis melle circunlitis. Optima, quæ Punica vocatur.

20 Proxima, quàm maximè fulua, odorisque mellei, pura, natione autẽ Pontica, quam constare equidem miror inter venenata mella. Deinde-Cretica. Plurimum enim ex propoli habet, de qua diximus in natura apum. Post has Corsica, quoniã ex buxo fit, habere quãdam vim medicaminis putatur. Punica fit hoc modo: Ventilatur sub dio sæpius cera fulua. Deinde feruet in aqua marina, ex alto petita, addito nitro. Inde ligulis hauriunt florẽ, id est candidissima quæque, transfunduntque in vas, quod exiguũ frigidæ habeat. Et rursus marina decoquunt separatim: dein vas ipsum refrigerant. Et cum hæc ter fecere, iuncea crate sub dio siccant Sole, Lunaque: hæc enim candorem facit. Siccantes, ne liquefaciant, protegunt tenui linteo. Candidissima verò fit, post insolationem etiamnum recocta. Punica medicis vtilissima. Nigrescit cera addito chartarum cinere, sicut anchusa admista rubet. Variosque in colores pigmentis trahitur, ad reddendas similitudines, & innumeros mortalium vsus, parietumque etiam & armorum tutelam. Cætera de melle apibusque in natura earum dicta sunt. Et hortorum quidem omnis ferè ratio peracta est.

De herbis sponte nascentibus & aculeatis.

C A P. X V.

SEquuntur herbæ sponte nascentes, quibus pleræque gentium vtuntur in cibus, maximèque Ægyptus, frugum quidem fertilissima, sed vt propè sola iis carere possit: tanta est ciborum ex herbis abundantia. In Italia paucissimas nouimus, fraga, tanum, ruscum, batin marinam, batin hortensianam, quam aliqui asparagum Gallicũ vocant. Præter has

40 pastinacam pratensem, lupum salictarium, eaque verius oblectamẽta, quàm cibos. In Ægypto nobilissima est colocasia, quam cyamon aliqui vocant. Hanc è Nilo metunt, caule, cum coctus est, araneoso in mandendo, thyrso autẽ, qui inter folia emicat, spectabili, foliis latissimis, etiam si arboreis comparentur, ad similitudinem eorum quæ personata in nostris amnibus vocamus. Adeoq; Nili sui dotibus gaudent, vt implexis colocasiæ foliis

in variam speciem vasorum, potare gratissimũ habeant. Seritur iam hæc in Italia. In Ægypto proxima autoritas cichorio est, quã diximus intubũ erraticũ. Nascitur post Vergilias. Floret particulatim. Radix ei lenta, quare etiam ad vincula vtuntur illa. Anthalium lógius à flumine nascitur, mespili magnitudine & rotunditate, sine nucleo, sine cortice, folio cyperi. Mádunt igni paratũ. Mádunt & cætum, cui pauca folia minimaque, verum

50 radix magna. Aracidna quidem & aracos, cũ habeant radices ramosas ac multiplices, nec folium, nec herbã vllam, aut quicquam aliud supra terram habent. Reliqua vulgarium

in cibus apud eos herbarum nomina, cōdrylla, hypochæris, & caucalis, anthriscum, scan-
 dix, quæ ab aliis tragopogon vocatur, foliis croco simillimis: parthenium, strychnū, cor-
 chorus, & æquinoctio nascens^a aphace, acinos, quam epipetron vocant, quæ nunquam
 floret. At è contrario aphace subinde marcescente flore emittit alium, tota hyeme totò-
 que vere vsque in æstatem. Multas prætereà ignobiles habet: sed maximè celebrat^b cni-
 con Italiæ ignotam, ipsis autem oleo, non cibo, gratam. Hoc faciūt è semine eius. Diffe-
 rentia prima, sylvestris & fatiux. Sylvestrium duæ species: Vna mitior est, simili caule,
 tamen rigido: itaque & colu antiquæ mulieres utebantur ex illis: quare quidam atracy-
 lida vocant. Semen eius candidū, & grande, amarum. Altera hirsutior, torosiore caule, &
 qui penè humi serpat, minuto semine. Aculeatarum generis hæc est: quoniã distinguen-
 da sunt & genera. Ergo quædam herbarum spinosæ sunt, quædam sine spinis. Spinofarū
 multæ species. In totum spina est asparagus, scorpio: nullum enim foliū habet. Quædam
 spinosa foliata sunt, vt carduus, eryngion, glycyrrhizon, vrtica. Iis enim omnibus foliis
 inest aculeata mordacitas. Aliqua & secundum spinam habent foliū, vt tribulus, & ono-
 nis. Quædam in folio habent & in caule, vt phleos, quod aliqui stœben appellauere. Hip-
 pophaës spinis geniculatum: tributa proprietas, quod & fructum spinosum habet. Ex o-
 mnibus his generibus vrtica maximè noscitur, acetabulis in flore purpureã lanuginem
 fundentibus, sæpè altior binis cubitis. Plures eius differentiæ. Sylvestris, quam fœminã
 vocant, mitior. Et in sylvestri quæ dicitur cania, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis
 foliis. Quæ verò etiam odorem fundit, Herculanea vocatur. Semen omnibus copiosum,
 nigrum. Mirum, sine vllis spinarum aculeis lanuginem ipsam esse noxiam: & tactu tantū
 leni pruritus, pustulasque confestim adusto similes existere. Notum est & remediū o-
 lei. Sed mordacitas non protinus cum ipsa herba gignitur, nec nisi folibus roborata. In-
 cipiens quidem ipsa nasci vere, non ingrato, multis etiam religioso in cibo est ad pellen-
 dos totius anni morbos. Sylvestrium quoq; radix, omnē carnem teneriorem facit simul
 cocta. Quæ innoxia, morsu carēs, lamium vocatur. De scorpione dicemus inter medicas.

De carduo, & helxine, & tribulo & anchusa.

CAP XVI.

CARDUUS & folio & caule spinosas lanuginis habet. Item acorna, leucacanthos, chal-
 ceos,^c cnicos, polyacanthos, onopyxos, helxine, scolymos. Chamæleon, in foliis non
 habet aculeos. Est & illa differentia, quod quædam in iis multicaulia ramosaque sunt, vt
 carduus. Vno autem caule, nec ramosum,^d cnicos. Quædam cacumine tantum spinosa
 sunt, vt eryngium. Quædam estate florent, vt tetralix, & helxine. Scolymus quoque flo-
 ret serò & diu. Acorna colore tantum rufo distinguitur, & pinguiore succo. Idem erat
 atractylis quoque, nisi candidior esset, & nisi sanguineum succum funderet. Qua de cau-
 sa phonos vocatur à quibusdam, odore etiam grauis, serò maturescēte semine, nec ante
 autumnum: quanquam id de omnibus spinosis dici potest. Verum omnia hæc & semine
 & radice nasci possunt. Scolymus carduorum generis ab iis distat, quod radix eius ve-
 scendo est decocta. Mirum, quod sine interuallo tota estate aliud floret in eo genere,
 aliud concipit, aliud parturit. Aculei arescente folio desinunt pungere. Helxine rara vi-
 su est, neque in omnibus terris est, radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat,
 contactum sua fronde. Huius vertex summus lacrymam continet iucundi saporis, acan-
 thicen mastichen appellatam. Et cactos quoque in Sicilia tantum nascitur, suæ proprie-
 tatis & ipsa, cuius in terra serpunt caules, à radice emissi, lato folio & spinoso. Caules vo-
 cant cactos: nec fastidiunt in cibus inueteratos quoque. Vnum caulem rectum habent,
 quem vocant pternica, eiusdem suauitatis, sed vetustatis impatientem. Semen ei lanugi-
 nis, quam pappon vocat: quo detracto & cortice, teneritas similis cerebro palmæ est: vo-
 cant ascaliam. Tribulus non nisi in palustribus nascitur, dira res alibi, iuxta Nilū & Stry-
 monem amnes excipitur in cibus, inclinatus in vadum, folio ad effigiem vlni, pediculo
 longo. At in reliquo orbe genera duo: vni cicerculæ folia, alteri aculeata. Hic & ferius
 floret, magisque septa obsidet villarum. Semen ei rotundius, nigrum in siliqua. Alteri
 haren-

harenaceum. Spinoforum etiamnum aliud genus ononis. In ramis enim spinas habet appo-
 sito folio rutæ simili, toto caule foliatum in modum coronæ: sequitur à frugibus, ara-
 tro inimica, viuaxque præcipuè. Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt, vt <sup>a T. arata frum-
 sibus inimicis</sup> eius quam coronopum vocant. E diuerso stant, anchusa inficiendo ligno cerisque radice
 apta, & è mitioribus anthemis, & phyllanthes, & anemone, & aphace. Caule foliato est
 & crepis, & apate. Differentia foliorum & hîc quæ in arboribus, breuitate pediculi ac lôn-
 gitudine, angustis ipsius folij, amplitudine, angulis, incisuris, odore, flore. Diuturnior hic
 quibusdam per partes florentibus, vt ocimo, heliotropio, aphacæ, onocichlæ.

Differentia herbarum per folia, & quæ herba toto anno florent,

& de hastula regia, & pistana, & gladiolo.

C A P. X V I I.

MUltis inter hæc æterna folia, sicut quibusdam arborum: in primisque heliotropio,
 adianto. Aliud rursus spicatarum genus, ex quo est cynops, alopecuros, stelephu-
 ros, (quam quidam ortyga vocant, alij plantaginem, de qua plura dicemus inter medi-
 cas) thryallis. Ex iis alopecuros spicam habet mollem & lanuginem densam, non dissimi-
 lem vulpium caudis, vnde ei & nomen. Proxima est ei & stelephuros, nisi quòd illa parti-
 culatim floret. Cichorion & similia, circa terram folia habent, germinantibus ab radice
 post Vergilias. Perdicium & aliæ gentes, quàm Ægyptij, edunt: nomen dedit auis, id ma-
 ximè eruens. Crassas, plurimisque habet radices. Item ornithogale, caule tenero, cãdido,
 semipedali radice, bulbosa, molli tribus aut quatuor agnatis. Coquitur in pulte. Mirum,
 loton herbam & egilopa, nō nisi post annum è semine suo nasci. Mira & anthemidis na-
 tura, quòd à summo florere incipit, cum cæteræ omnes, quæ particulatim florent, ab ima
 sui parte incipiant. Notabile & in lappa, quæ adhærescit, quoniam in ipsa flos nascitur,
 non euident, sed intus occultus, & intra se germinat, velut animalia quæ in se pariūt. Itē
 circa Opuntem Opuntia est herba, etiam homini dulcis. Mirumq; è folio eius radicem
 fieri, ac sic eam nasci. In fione vnum folium habet, sed ita implicatum, vt plura videantur.
 Condrylla amara est, & acri in radice succo. Amara & aphace, & quæ picris nominatur,
 & ipsa toto anno florens: nomen ei amaritudo imposuit. Notabilis & scillæ crocique na-
 tura, quòd cum omnes herbæ folium primùm emittant, mox in caulem rotundentur, in
 iis caulis prior intelligitur, quàm folium. Et in croco quidem flos impellitur caule: in scil-
 la verò caulis exit, deinde flos ex eo emergit. Eadēque ter floret (vt diximus) tria tēpo-
 ra rationum ostendens. Bulborum generi quidam adnumerant & cypiri, hoc est gladioli,
 radicem. Dulcis ea est, & quæ decocta panem etiam gratiorem faciat, ponderosiorēque
 simul subacta. Non dissimilis est & quæ thesion vocatur, gustu aspera. Cæteræ eiusdē ge-
 neris folio differunt. Asphodelus oblōgum & angustum habet, scilla latum & tractabile,
 gladiolus simile nomini. Asphodelus māditur, & semine toto, & bulbo: sed hoc in cinere
 tosto, dein sale & oleo addito: præterea tuso cū ficis, præcipua voluptate, vt videtur He-
 siodo. Traditur & ante portas villarum satum, remedio esse cōtra veneficiorum noxiam.
 Asphodeli mentionem & Homerus fecit. Radix eius naps modicis similis est: neque alia
 numerosior, lxxx. simul aceruatis sæpe bulbis. Theophrastus & ferè Græci, princēpsque
 Pythagoras, caulem eius cubitalem, & sæpe duūm cubitorū, foliis porri syluestris, anthe-
 ricon vocauerunt: radicem verò, id est bulbos, asphodelon. Nostri illud albucum vocant, &
 asphodelum hastulam regiam. Ea est & caulis acinosi. Eius duo genera faciūt. Albucum est
 scapus cubitalis, amplus, purus, læuis. De quo Mago præcipit, exitu mensis Martij, & ini-
 tio Aprilis, cum floruerit, nōdum semine eius intumescente, demetendum: findēdōsque
 scapos, & quarto die in Solem proferendos: ita siccatis manipulos faciendos. Item pistana
 nam dicit à Græcis vocari, quam inter vluas sagittam appellamus. Hanc ab Idibus Maij
 vsque ad finem Octobris mensis decorticari, atq; leni Sole siccari iubet. Idem & gladio-
 lum alterum, quem cypiron vocant, & ipsum palustrem, Julio mense toto secari iubet ad
 radicem, tertioque die in Sole siccari, donec candidus fiat. Quotidie autem ante Solem
 occidentem in tectum referri, quoniam palustribus defectis nocturni rores noceant.

C

De iunco genera sex, & de cypero, & de medicamentis eorum, & de cypiro,
& odorato iunco.

CAP. XVIII.

Similia præcipit & de iunco, quem marifcon appellant, ad texendas tegetes, & ipsum Junio mense eximi ad Iulium medium præcipiens. Cætera de siccando, eadem quæ de vlua suo loco diximus. Alterum genus iunctorum facit, quod marinum, & à Græcis oxyſchænon vocari inuenio. Tria genera eius: acuti, ſterilis, quem marem, & oxyn Græci vocant: reliqua fœminini, ferentis ſemen nigrum, quem melancranin vocant. Craſſior hic & fruticosior. Magiſque etiamnum tertius, qui vocatur holofchænos. Ex his melancranis ſine aliis generibus naſcitur. Oxys autem & holofchænos eodem caſpite. Vtiliſſimus ad vitilia holofchænos, quia mollis & carnoſus eſt. Fert fructum ouorum coherentium modo. Naſcitur autem is, quem marem appellamus, ex ſemetipſo, cacumine in terram deſixo: melancranis autem ſuo ſemine. Alioquin omnium radices omnibus annis intermoriuntur. Vſus ad naſſas marinas, vitilium elegantiam, lucernarum lumina, præcipua medulla, amplitudine iuxta maritimas Alpes tanta, vt incifo ventre impleant pene vnciarum latitudinem, in Ægypto verò cribrorum longitudinem, non aliàs vtiliorem. Quidam etiamnum vnum genus faciunt, iunci trianguli, cyperon vocant. Multi verò non diſcernunt à cypiro vicinitate nominis. Nos diſtinguemus vtrunque. Cypirus eſt gladiolus, vt diximus, radice bulbosa, laudatiſſimus in inſulis Creta, dein Naxo, & poſtea in Phœnicie. Cretico candor odórque vicinus nardo, Naxio acrior, Phœnicio exiguum ſpirans, nullus Ægyptio. Nam & ibi naſcitur. Diſcutit duritias corporum. Iam enim media dicemus: quoniam & florum odorúmque generi eſt magnus vſus in medicina. Quod ad cypiron attinet, Appollodorum quidem ſequar, qui negabat bibendum: quam profeſſus efficaſſimum eſſe aduerſus calculoſos, eo fouet. Fœminis quidem abortus facere non dubitat. Mirúmque tradit, barbaros ſuffitum huius herbæ excipientes ore, lienes conſumere: & non egredi domibus, niſi ab hoc ſuffitu. Vegetiores enim firmioresque ſic etiam fieri. Intetriginum & alarum vitiiſ, perfrictionibúſque cum oleo illitum, non dubiè mederi. Cyperos iuncus eſt, qualiter diximus, auguloſus, iuxta terram candidus, cacumine niger, pinguiſque. Folia ima porraceis exiliora, in cacumine minuta, inter quæ eſt ſemen. Radix oliuæ nigræ ſimilis, quam, cum oblonga eſt, cyperida vocant, magni in medicina vſus. Laus cypero prima Hammoniaco, ſecunda Rhodio, tertia Thracio, nouiſſima Ægyptio, quod & confundit intellectum, quoniam & cypiros ibi naſcitur. Sed cyperos duriffima, víxque ſpirans. Cæteris odor & iſſis nardum imitans. Eſt & per ſe Indica herba, quæ cyperis vocatur, zingiberis effigie: commanducata crocivim reddit. Cypero viſ in medicina pſilothi. Illinitur pterygiis, hulceribúſque genitalium, & quæ in humore ſunt omnibus, ſicut oris hulceribus. Radix aduerſus ſerpentium ictus, ſcorpionum præſertim, remedio eſt. Vuluas aperit pota. Largiori tanta viſ, vt expellat eas. Vrinam ciet, & calculoſos, ob id vtiliſſima hydropticis. Illinitur & hulceribus, quæ ſerpunt, ſed hiſ præcipuè quæ in ſtomacho ſunt, ex vino vel aceto illita. Iunci radix in tribus heminis, aquæ decocta ad tertias, tuſſi medetur. Semen toſtum, & in aqua potum, ſiſtit aluum & fœminarum menſes, capitíſque dolores facit. At qui vocatur holofchænos, eius quæ proxima ſunt radicis, commanducantur aduerſus araneorum morſus. Inuenio etiamnum vnum iunci genus, quod euripicen vocant. Huius ſemine ſomnum allici, ſed modum ſeruandum, ne ſopor fiat. Ob id & odorati iunci medicina dicitur, quoniam & in Syria cœle (vt ſuo loco retulimus) naſcitur. Laudatiſſimus ex Nabatæa, cognomine teuchites, proximus Babylonius, peſſimus ex Africa, ac ſine odore. Eſt autem rotundus, vinoſæ mordacitatis ad linguam. Syncerus in conſtricando odorem roſæ emittit, rubentibus fragmentis. Diſcutit inflationes, ob id ſtomacho vtilis, bilemque & ſanguinem reiicientibus. Singultus ſedat, ructus mouet, vrinam ciet, veſice medetur. Ad muliebres vſus decoquitur. Opiſthotonicis cum reſina arida imponitur. Excalfactoria & roſa. Vteros aſtringit, refrigerat. Vſus eius diuiditur in folia & flores. Capita foliorum partéſque candidæ, yngues vocantur. In flore aliud eſt ſemen, aliud capillus in capite, aliud

aduerſus
calculoſos,

aliud cortex, aliud calyx. Folium siccat, aut tribus modis exprimitur. Per se, cum vngues non detrahuntur: ibi enim humoris plurimū. Aut cum detractis vnguibus, reliqua pars aut oleo aut vino maceratur in Sole vasis vitreis. Quidam & falem admiscunt, & anchusam nonnulli, aut aspalathum, aut iuncum odoratum: quia talis maximè prodest vuluæ ac dysentericis. Exprimuntur eadem folia detractis vnguibus, trita per linteum spissum in æreum vas, lenique igni succus coquitur, donec fiat crassitudo mellis. Ad hoc eligi oportet odoratissima quæque folia.

Ex rosa medicina, & de lilio, & de narcisso, & ex viola, & de bacchare, & combreto, & asaro.

CAP. XIX.

Vinum quomodo fieret è rosa, diximus inter genera vini. Vfus succi ad aures, oris hulcera, gingiuas, tonsillas, gargarizatus, stomachum, vuluas, sedis vitia, capitis dolores. In febre per se, vel cum aceto ad somnos, nauseas. Folia vruntur in calliblepharum. Et siccis fœmina asperguntur. Epiphoras quoque arida leniunt. Flos somnum facit. Inhibet fluxiones mulierum, maximè albas, in posca potus: & sanguinis excreationes. Stomachi quoque dolores, quantum in vini cyathis tribus. Semen his optimum crocinum, nec anniculo vetustius: & in vmbra siccat. Nigrum inutile. Dentium dolori illinitur. Vrinam ciet. Stomacho imponitur. Item igni sacro non veteri. Naribus subductum caput purgat. Capita pota ventrem & sanguinem sistunt. Vngues rosæ epiphoris salubres sunt. Hulcera enim oculorum rosa sordescunt, præterquam initiis epiphoræ, ita vt arida cum pane imponatur. Folia quidem vitiis stomachi, rosionibus & vitiis ventris, & intestinorum, & præcordiis vtilissima vel illita. Cibo quoque lapathi modo condiuntur. Cauendus in his situs celeriter insidens. Et aridis & expressis aliquis vsus. Diapasmata inde fiunt ad sudores coercendos, ita vt à balineis inarescant corpori, dein frigida abluantur. Syluestris cum adipe vrcino alopecias mirificè emendat. Lilij radices multis modis florem suum nobilitauere, contra serpentium ictus ex vino potæ, & contra fungorum venena. Propter clauos pedum in vino decoquuntur, triduoque non soluuntur. Cum adipe aut oleo decoctæ, pilos quoque adustis reddunt. E mulso potæ inutilem sanguinem cum aluo trahunt: lienisque & ruptis vulvis profunt, & mensibus fœminarum. In vino verò decoctæ, impositæque cum melle neruis præcis medentur. Lichenas & lepras, & furfures in facie emendant. Erugant corpora. Folia in aceto cocta, vulneribus imponuntur: epiphoris testium, in melle cum hyoscyamo & farina tritici. Semen illinitur igni sacro: flos & folia hulcerum vetustati. Succus, qui flore expressus est, ab aliis mel vocatur, ab aliis syrrium, ad emolliendas vuluas sudoresque faciendos, & suppurationes coquendas. Narcissi duo genera in vsu medici recipiunt. Vnum purpureo flore, & alterum herbaceum. Hunc stomacho inutilem, & ideo vomitorium, aluosque soluentem, neruis inimicum, caput grauantem, & à narce narcissum dictum, non à fabuloso puero. Vtriusque radix mulsei saporis est. Ambustis prodest cum exiguo melle. Sic & vulneribus & luxatis. Panis verò cum melle & auenæ farina. Sic & infixæ corpori extrahit. In polenta tritus oleoque, contusis medetur & lapide percussis. Purgat vulnera permistus farinæ. Nigras vitiligines emaculat. Ex hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas duritias, calfacienda quæ alserint. Auribus est vtilissimus: sed capitis dolores facit. Violæ syluestres sunt, & fatiux. Purpureæ refrigerant. Contra inflammationes illinuntur stomacho ardenti. Imponuntur & capiti in fronte. Oculorum priuatim epiphoris, & sede procidente vuluæ: & contra suppurationes. Crapulam & grauedines capitis impositis coronis olfactiue discutunt. Anginas ex aqua potæ. Id quod purpureum est ex iis, comitialibus medetur, maximè pueris in aqua potum. Semen violæ scorpionibus aduersatur. Contra flos albæ suppurata aperit: ipsa discutit. Et alba autem & lutea extenuant menstrua, vrinam ciet. Minor vis est recentibus: ideoque aridis post annum vtendum. Lutea dimidio cyatho in aquæ tribus, menses trahit. Radices eius cum aceto illitæ sedant lienem: item podagram: oculorum autem inflammationes cum myrrha & croco. Folia cum melle pur-

a *procod.*
Bacchar & in
medic inæ v-
su est. A liqui
ex nostris.
&c.

gant capitis hulcera: cum cerato rimas sedis, & quæ in humidis sunt. Ex aceto verò cō-
ctiōnes sanant. ^a Bacchar in medicinæ vsu aliqui ex nostris perpensam vocant. Auxilia-
tur contra serpētes, capitis dolores feruorésque: item epiphoras. Imponitur mammis tu-
mentibus à partu & ægilopis incipientibus & ignibus sacris. Odor somnum gignit. Ra-
dicem decoctam bibere spasticis, euerfis, conuulsis, suspiriosis, salutare est. In tussi vetere
radices eius tres quatuorve decoquantur ad tertias partes. Hæc potio mulieres ex abortu
purgat. Laterum punctiōnes tollit, & vesicæ calculos. Conditur cum diapasmate. Vesti-
bus odoris gratia inferitur. Combretum, quod simile ei diximus, tritum cum axungia,
vulnera mire sanat. Asarum iocinerum vitiis salutare esse traditur, vncia sumptum in he-
mina mulsi misti. Aluum purgat ellebori modo. Hydropicis prodest & præcordiis vul-
uísque ac morbo regio. In multum si addatur, facit vinum vrinis ciendis. Effoditur cum
folia emittit. Siccatur in vmbra. Situm celerrimè sentit.

*De nardo Gallico, & de croco medicina, & crocomagmate, & saliuuca, & polio, & iri, &
holochryso, & chrysocome, & meliloto. CAP. XX.*

ET quoniam quidam, vt diximus, nardum rusticum nominauere radicem baccharis,
contexemus & Gallici nardi remedia in hunc locum dilata in peregrinis arboribus.
Ergo aduersus serpentes duabus drachmis in vino succurrit. Inflammationibus coli, vel
ex aqua, vel ex vino. Item iocineris & renum, suffusisq; felle. Et hydropicis per se, vel cum
absinthio. Siftit purgationum mulierum impetus. Eius verò quod phu eodè loco appel-
lauimus, radix datur potui trita, vel decocta ad strangulationes, vel pectoris dolores, vel
laterum. Menses quoque ciet. Bibitur cum vino. Crocum melle nō soluitur, nulloq; dul-
ci: facillimè autem vino, aut aqua, vtilissimum in medicina. Adseruatur cornea pyxide.
Discutit inflammationes omnes quidem, sed oculorum maximè ex ovo illitum. Vulua-
rum quoque strangulatus, stomachi exulcerationes, pectoris & renum, iocinerum, pul-
monum, vesicarumque, peculiariter inflammationi earum vehemèter vtile. Item tulli &
pleuriticis. Tollit & pruritus. Vrinam ciet. Qui crocum prius biberint, crapulam non len-
tiant. Ebrietati eo resistūt. Coronæ quoq; ex eo mulcent ebrietatem. Somnum facit. Ca-
put leniter mouet. Venrem stimulat. flos eius igni sacro illinitur cum creta Cimolia. Ip-
sum plurimis medicaminibus miscetur. Collyrio vni etiam nomē dedit, ex eo quoq; ex-
presso vnguento crocino, quod crocomagma appellant. Habet suas vtilitates contra sus-
fusiones oculorum. Vrinam magis excalfacit, quàm crocū ipsum. Optimum, quod gusta-
tum saliuam dentésque inficit. Iris rufa melior, quàm candida: infantibus eam circumli-
gari salutare est, dentientibus præcipuè & tussientibus, tinearumve vitio laborantibus in-
stillari. Cæteri effectus eius non multum à melle differunt. Hulcera purgat capitis præci-
puè, suppurations veteres. Aluum soluit duabus drachmis cum melle. Tussim, tormina,
inflationes pota. Lienes ex aceto. Contra serpentium & araneorum morsus, ex posca va-
let. Contra scorpiones, duarum drachmarum pondere in pane vel aqua sumitur. Contra
canum morsus, ex oleo imponitur: & contra perfrictiones. Sic & neruorū doloribus. Lū-
bis verò & coxendicibus cū resina illinitur. Vis ei cōcalfactoria. Naribus subducta, ster-
nutamenta mouet, caputque purgat. Dolori capitis cum cotoneis malis aut struthis illi-
nitur. Crapulas quoq; & orthopnœas discutit. Vomitiones ciet, duobus obolis sumpta.
Ossa fracta extrahit, imposita cum melle. Ad paronychias farina eius vtuntur: cum vino,
ad clauos vel verrucas: triduoq; non soluitur. Halitus oris cōmanducata abolet, alarūque
vitia. Succo duritias omnes emollit. Somnum conciliat, sed genituram cōsumit. Sedis ri-
mas & condylomata, omniāque in corpore ex crescentia sanat. Sunt qui syluestrem xy-
rin vocent. Strumas hæc vel panos vel inguina discutit. Præcipitur, vt sinistra manu lecta
ad hos vsus eruatur, colligentésque dicant cuius hominis utiq; causa eximant. Scelus her-
bariorum aperitur in hac mentione. Partem eius seruant, & quarundam aliarum herba-
rum, sicut plantaginis: & si parum mercedis tulisse se arbitrantur, rursusq; opus quarūt,
partem eam quam seruauere, eodem loco infodiunt: credo, vt vitia quæ sanauerint, fi-
ciant rebellare. Saliuicæ radix in vino decocta, siftit vomitiones, corroborat stomachum.

Polio

Polio Musæus & Hesiodus perungi iubent dignationis gratia, gloriæque avidos polium tractare, colere. Polium contra serpentes substernitur vel portatur. Medici in vino decoquant recens, vel aridum, illinuntque, vel spleneticis propinant ex aceto: morbo regio in vino: & hydropicis incipientibus in vino decoctum. Vulneribus quoque sic illinunt. Secundas mulierum, partusque emortuos repellit: Item dolores corporis. Vesicas inanit: & epiphoris illinitur. Nec magis alia herba conuenit medicameto, quod alexipharmacum vocant. Stomacho tamen inutile esse, caputque eo impleri, & abortum fieri potest, aliqui negant. Ad religionem addunt, ubi inuentum sit, protinus adalligandum contra oculorum suffusiones, cauendumque ne terram attingat. Hi & folia eius thymo similia tradunt, nisi quod molliora sunt, & lanatiore canitie. Cum ruta syluestri, & si teratur, ex aqua celesti, aspidas mitigare dicitur: & non secus atque cytinus astringit & cohibet vulnera, prohibetque serpere. Holochrysos medetur stranguriæ in vino pota, & oculorum epiphoris illita. Cum fæce verò vini cremata & polenta, lichenas emendat. Chryfocomes radix calfacit, & stringit. Datur potui ad iocinerum vitia: item pulmonum: vuluæ dolores in aqua mulsa decocta. Ciet menstrua: & si cruda detur, hydropicorum aquam. Melissophyllo siue melittide si perungantur aluearia, non fugient apes. Nullo enim magis gaudent flore. Copia istius examina facillimè continentur. Idem præsentissimum est contra ictus earum, vesparumque, & araneorum, item scorpionum. Item contra vuluarum strangulationes, addito nitro. Contra tormina, è vino. Folia eius strumis illinuntur, & sedis vitia, cum sale decocta. Succus fœminas purgat, & inflationes discutit, & hulcera sanat. Articularios morbos sedat, canisq; morsus. Prodest dysentericis veteribus & cœliacis, & orthopnoicis, lienibus, hulceribus thoracis. Caligines oculorum succo cum melle inungi eximium habetur. Melilotos quoque oculis medetur cum lacte, aut cum lini femine. Maxillarum quoque dolores lenit: & capitis cum rosaceo: item aurium è passio, quæque in manibus intumescunt, vel erumpunt. Stomachi dolores in vino decocta, vel cruda tritaque. Idem effectus & ad vuluas. Testes verò & sedem prociuum, quæque ibi sint vitia recens ex aqua decocta, vel ex passio. Adiecto rosaceo illinitur ad carcinomata. Deferuescit in vino dulci. Peculiariter & contra meliceridas efficax.

De trifolio, & thymo, & hemerocalle, & de helenio, & abrotano. CAP. XXI.

TRifolium scio credi præualere contra serpentium ictus & scorpionum, ex vino aut posca, feminis granis viginti potis: vel foliis, & tota herba decocta: serpentisque nunquam in trifolio aspici. Præterea celebratis autoribus, contra omnia venena pro antidoto sufficere xxv. grana eius, quod myniantes ex eo appellauimus, tradi. Multa alia præterea in remediis eius adscribi. Sed me contra sententias eorum grauissimi viri auctoritas mouet. Sophocles enim Poëta venenatum id dicit. Simus quoque medicus decocti, aut contriti succum infusum corpori, easdem vredines facere, quas si percussis à serpente imponatur. Ergo non aliter vtendum eo, quàm contra venena, censuerim. Fortassis enim & his venenis inter se contraria sit natura, sicut multis aliis. Item animaduerto, semen eius, cuius minima sint folia, vtile esse ad custodiendam mulierum cutis gratiam, in facie illitum. Thymum colligi oportet in flore, & in umbra ficcari. Duo autem sunt genera eius: candidum, radice lignosa, in collibus nascens, quod & præfertur: alterum nigrius, florisque nigri. Vtraque oculorum claritati multum conferre existimantur, & in cibo, & in medicamentis. Item diutinæ tussi ecligmate faciles excreationes facere cum aceto & sale. Sanguinem concrefcere non pati è melle: Longas faucium distillationes extrahit illita cum sinapi, extenuare: item stomachi & ventris vitia. Modicè his tamen vtendum est, quoniam excalfaciunt, quamuis sistunt aluum: quæ si exhulcerata sit, denarij pondus in sextarium aceti & mellis addi oportet. Item si lateralis dolor sit, aut inter scapulas, aut in thorace. Præcordiis medetur ex aceto cum melle: quæ potio datur & in alienatione mentis ac melancholicis. Datur & comitialibus, quos correptos olfactus excitat thymi. Aiunt & dormire eos oportere in molli thymo. Prodest & orthopnoicis & anhelationi, mulierumque mensibus retardatis. Vel si emortui sint in vtero partus, decoctum in aqua ad

^a Rectius ve-
nisti cod. He-
leniū ab He-
lenæ, vt dixi-
mus, lachry-
mis natum.
Quæ lectio e-
tiā alia Plin-
i locofulatur
ex libri huius
cap. 10.

tertias. Et viris verò contra inflationes, cum melle & aceto. Et si venter turgeat, testèsvē aut vesicæ dolor exigat. Et vino tumores & impetus tollit impositum. Item cum aceto callum & verrucas. Coxendicibus imponitur, & articularibus morbis, & luxatis tritū ac lanæ inspersum ex oleo. Dant & potionem articularibus morbis trium obolorū pondere in tribus aceti & mellis. Et in fastidio, tritum cum sale. Hemerocalles pallidū è viridi, & molle folium habet, radice odorata atque bulbosa: quæ cum melle imposita ventri, aquā pellit, & sanguinem etiam inutilem. Folia epiphoris oculorum, mammarumq; post partum doloribus illinuntur.^a Helenium ab Helena, vt diximus, natū, fauere creditur for- ma: cutem mulierum in facie reliquoq; corpore nutrire incorruptam. Præterea putant vsu eius quandam gratiam iis veneremque conciliari. Attribuunt & hilaritatis effectum eidem potæ in vino, eumque quem habuerit nepenthes illud prædicatum ab Homero, quòd tristitia omnis aboleatur. Est autem succi prædulcis. Prodest & orthopnoicis radix eius in aqua ieiunis pota. Est autem candida intus & dulcis. Bibitur & contra serpentium ictus ex vino. Mures quoque contrita dicitur necare. Abrotonum duorum traditur generum, campestre ac montanum: hoc fœminam, illud marem intelligi volumus. Amaritudo absinthij in vtroque. Siculum laudatissimum, dein Galaticum. Vfus est & folijs, sed maior semini ad excalfaciendum: ideo neruis vtile, tussi, orthopnoicis, conuulsis, ruptis, lumbis, vrinæ angustis. Datur bibendum manualibus fasciculis decoctis ad tertias partes. Ex his quaternis cyathis bibitur. Datur & semen tufum in aqua drachmæ pondere. Prodest & vuluæ. Concoquit panos cum farina hordeacea, & oculorum inflammationibus illinitur, cotoneo malo concocto. Serpentes fugat. Contra ictus earum bibitur cum vino, illiniturq; Efficacissimum contra ea, quorum veneno tremores & frigus accidunt, vt scorpionum & phalangiorum: & contra venena alia pota prodest, & quoquo modo agentibus, & ad extrahenda ea quæ inhærent corporibus. Pellit & interaneorum mala. Ramo eius, si subiiciatur puluino, Venerem stimulari aiunt: efficacissimamque esse herbam contra omnia veneficia, quibus coitus inhibeatur.

Ex leucanthemo & sampsucho medicina.

CAP. XXII.

Leucaanthemum suspiriosus medetur, duabus partibus aceti permistum. Sampsuchum siue amaracum, in Cypro laudatissimum & odoratissimum, scorpionibus aduersatur, ex aceto ac sale illitum. Menstruis quoque multum confert impositum. Minor est eidem potæ vis. Cohibet & oculorum epiphoras cum polenta. Succus decocti tormina discutit. Et vrinis & hydropicis vtile. Mouet & aridum sternutamenta. Fit ex eo oleū, quod sampsuchinum vocatur aut amaracinum, ad excalfaciendos emolliendosque neruos: & vuluas calfacit. Et folia suggillatis cum melle, & luxatis cum cera profunt.

De anemona medicina.

CAP. XXIII.

Anemonas coronarias tātūm diximus: nūc reddemus & medicas. Sunt qui phenion vocent. Duo eius genera, Syluestris prima, altera in cultis nascens, vtraque fabulosis. Huiusque plures species. Aut enim phœniceum florem habet, quæ & copiosissima est, aut purpureum, aut lacteum. Harum triū folia apio similia sunt. Nec temere semipedem altitudine excedunt, cacumine asparagi. Flos nunquam se aperit, nisi vëto spirante: vnde & nomen accepit. Syluestri amplitudo maior, latioribus folijs, flore phœniceo. Hanc, errore ducti, argemonem putant multi: alij rursus papauer, quod rhœan appellauimus. Sed distinctio magna, quòd vtraque hæc postea floret. Nec aut succū illarum anemonæ reddunt, aut calyces habent, nec nisi asparagi cacumen. Profunt anemonæ capitis doloribus & inflammationibus, vuluis mulierum, lacti quoque. Et menstrua cient cum pituita sumpta, aut vellere apposita. Radix commanducata pituitam trahit, dentes sanat, decocta oculorum epiphoras. Magi multum quidem iis tribuere, quamprimū aspiciatur eo anno tolli iubentes: dicique, colligi eam tertianis & quartanis remedio. Postea alligari florem panno roseo, & in vmbra asseruari, ita cum opus sit ad alligari. Quæ ex his phœniceū florem habet, radice contrita, cuiuscunque animalium imposita, hulus facit septica vi. Et i-
deo expurgandis hulceribus adhibetur.

De

De ænanthe medicina.

CAP. XXIII.

OEnanthe herba nascitur in petris, folio pastinacæ, radice magna, numerosa. Caulis eius & folia cum melle ac vino nigro pota, facilitatem pariendi præstant, secundaque purgant. Tussim è melle tollunt: vrinam cient. Radix & vesicæ vitiis medetur.

De heliochryso medicina.

CAP. XXV.

Heliochrysum, quod alij chrysanthemum vocant, ramulos habet candidos, folia subalbida, abrotono similia: ad Solis repercussum, auræ lucis in orbem veluti corymbis dependentibus, qui nunquam marcescunt, qua de causa Deos coronant illo, quod diligentissimè seruauit Ptolemæus rex Ægypti. Nascitur in frutectis. Ciet vrinam è vino pota, & menses. Duritias & inflammationes discutit. Ambustis cum melle imponitur. Contra serpentium ictus & lumborum vitia bibitur. Sanguinem concretum ventris aut vesicæ absumit cum mulso. Folia eius trium obolorum pondere sistunt profluuia mulierum in vino albo. Vestes tuetur odore non ineleganti.

Ex hyacintho medicina, & lychnide.

CAP. XXVI.

HYacinthus in Gallia eximiè prouenit. Hoc ibi pro cocco hyssinum tingitur. Radix est bulbacea, mægonicis venalitiis pulchrè nota: quæ è vino dulci illita, pubertatem coërcet, & non patitur erumpere. Torminibus & araneorum moribus resistit. Vrinam impellit. Contra serpentes & scorpiones, morbumque regium. Semen eius cum abrotono datur. Lychnis quoque flammea illa aduersus serpentes, scorpiones, crabrones, similiaque bibitur è vino, semine trito. Syluestris eadem stomacho inutilis. Aluum soluit. Ad detrahendam bilem efficacissima duabus drachmis. Scorpionibus adèò contraria, vt omnino visa ea torpescant. Radicem eius Asiatici boliten vocant: qua alligata oculo, albugines tolli dicuntur.

Ex vincaperuinca medicina, rusco, bati, & acino.

CAP. XXVII.

ET vincaperuinca, siue chamædaphne, arida tusa hydropicis datur in aqua, cochleari mensura, celerrimèque reddunt aquam. Eadem decocta in cinere, sparsa vino, tumores siccat. Auribus succo medetur. Aluinis imposita multum prodesse dicitur. Rusci radix decocta, bibitur alternis diebus in calculorum valetudine, & tortuosiore vrina vel cruenta. Radicem pridie erui oportet, postero mane decoqui: ex ea sextarium vini cyathis duobus misceri. Sunt qui & crudam radicem tritam ex aqua bibant: & in totum ad virilia, cauliculis eius in vino & aceto tritis, nihil vtilius putant. Batis quoque aluum molit. Illinitur podagricis tosta & contusa. Acinon & coronarum causa & ciborum Ægyptij ferunt. Eademque erat, quæ ocimum, nisi hirsutior ramis ac foliis esset, & admodum odorata. Ciet menses & vrinam.

Ex colocasia medicina.

CAP. XXVIII.

Colocasia Glaucias acria corporis leniri putauit, & stomachum iuuari.

Ex anthalio medicina.

CAP. XXIX.

ANthalij, quod Ægyptij edunt, nullum alium reperi vsus. Est & herba anthyllion, quam alij anticellion vocant, duorum generum, foliis & ramis lenticulæ similis, palmi altitudine, sabulosis apricis nascens, subsalsa gustanti. Altera chamæpityi similis, breuior & hirsutior, purpurei floris, odore grauis, in saxosis nascens. Prior vuluis aptissima, & ex rosaceo ac lacte imposita & vulneribus. Bibitur in stranguria renumque doloribus, tribus drachmis. Altera bibitur in duritia vuluarum, & in torminibus, & in comitiali morbo, cum melle & aceto, quatuor drachmis.

De parthenio medicina.

CAP. XXX.

PArthenium, alij leucanthen, alij tamnacum vocant. Celsus apud nos, perdicium & muralium. Nascitur in hortorum sepibus, flore albo, odore mali, sapore amaro. Ad insidendum decoctæ in duritia vuluarum, & inflammationibus. Sicca cum melle, & aceto imposita, bilem detrahit atram. Ob hoc contra vertigines vtilis, & calculosis. Illinitur & sacro igni: item strumis, cum axungia inueterata. Magi contra tertianas sinistra manu euelli eam iubent, dicique cuius causa vellatur, nec respicere. Dein eius folium ægri lin-

guæ subiicere, vt mox in cyatho aquæ deuoretur.

De strychno medicina.

C A P. XXXI.

Strychno, quam quidam trychnon scripsere, vtinam nec coronarij in Ægypto vterentur, quos inuitat ederæ florum similitudo, in duobus eius generibus. Quorum alterum, cui acini coccinei, granosi folliculi, halicacabum vocant, alij callion. Noſtri autem veficariam, quoniam veficæ & calculis proſit. Frutex eſt furculoſus veriùs, quàm herba, folliculis magnis latifque, & turbinatis, grandi intus acino, qui matureſcit Nouëbri menſe. Tertio folia ſunt ocimi, minimè diligenter demonſtranda, remedia non venena tractanti: quippe infaniam facit paruo quoque ſucco. Quanquam & Græci autores in iocum vertère. Drachmæ enim pondere luſum pudoris gigni dixerunt, ſpecies vanas imaginéf-¹⁰ que conſpicias obuerrari demonſtrantes. Duplicatum hunc modum, legitimã infaniam facere. Quicquid verò addiiciatur pōderi, repræſentari mortem. Hoc eſt venenum, quod innocentiffimi autores ſimpliciter dorycnion appellauere, ab eo, quòd cuspides in præliis tingerentur illo paſſim naſcente. Qui parcius ſpectauerant, manicon cognominauerunt: qui nequiter occultabant, erythron, aut neurida: vt nonnulli, periffon: ne cauendi quidem cauſa curioſius dicendum. Quin & alterum genus, quod halicacabon vocant, ſoporiferum eſt, atque etiam opio velocius ad mortem: ab aliis morion, ab aliis moly appellatum. Laudatum verò à Diocle & Euenore, à Timariſto quidem etiã carmine, mira obliuione innocentia: quippe præſentaneum remedium ad dentiũ mobiles firmãdos, ſi coluerentur: halicacabo vni exceptionem addidere, ne diutiùs id fieret. Delirationem enim ²⁰ gigni eo. Nec demōſtranda remedia, quorum medicina maioris mali periculum afferat. Commendatur & in cibis tertium genus, licet præferatur hortenſis ſaporibus. Et nihil eſſe corporis malorum, cui non ſalutare ſit ſtrychnos, Xenocrates prædicat. Non tamen auxilia eorum tanti ſunt, vt vel profutura de iis commemorare fas putẽ, præſertim tanta copia innoxiorum medicaminum. Halicacabi radicem bibunt, qui ſunt vaticinandi callentes, quòd furere ad confirmandas ſuperſtitiones aſpici ſe volunt. Remedio eſt (id enim libentius retulerim) aqua copioſa mulſa calida potui data. Nec illud præteribo, aſpidum naturæ halicacabum in tantum aduerſam, vt radice eius propiùs admota ſoporetur illa ſopore enecans vis earum. Ergo trita ex oleo percuffis auxiliatur.

De corchoro, & cnico.

C A P. XXXII.

Corchorum Alexandrini cibi herba eſt, cōuolutis foliis ad ſimilitudinem mori, præcordiis (vt ferunt) vtilis, alopeciifque & lentigini. Boum quoque ſcabiem celerrimè fanari ea inuenio, apud Nicandrum quidem & ſerpentium morſus, antequam floreat. Nec de cnico ſiue attractylide verbosius dici par eſſet, Ægyptia herba, ni magnum contra venenata animalia præberet auxilium: item aduerſus fungos. Cōſtat à ſcorpione percuffos, quandiu teneant eam herbam, non ſentire cruciatum.

De perſoluta.

C A P. XXXIII.

ET perſolutam Ægyptus in hortis ferit, coronarum gratia. Duo genera eius, ſcœmina ac mas. Vtraque ſubdita Venerem inhiberi, virorum maximè, tradunt.

De menſuris & ponderibus.

C A P. XXXIII.

ET quoniam in menſuris quoque ac ponderibus, crebrò Græcis nominibus vtendum eſt, interpretationem eorũ ſemel in hoc loco ponemus. Drachma Attica (ferè enim Attica obſeruatione medici vtuntur) denarij argentei habet pondus. Eadem ſex obolos pondere efficit. Obolus x. chalcos. Cyathus pendet per ſe drachmas x. Cùm acetabuli menſura dicitur, ſignificat hemina quartam partem, id eſt, drachmas xv. Mna, quam noſtri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum.

C. PLINII

C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ
LIBER XXII.

PROOEMIUM.



OMPLESSE poterant miraculum sui natura atque tellus, reputantium vel prioris tantum voluminis dotes, totque genera herbarum, vtilitatibus hominum, aut voluptatibus genita. Sed quanto plura restant? quantoque mirabilia inuentu? Illa enim maiore in parte cibi aut odoris decorisve commendatio ad numerosa experimenta duxit. Reliquarum potentia approbat, nihil à rerum natura sine aliqua occultiore causa gigni.

De gentibus, herbis formæ gratia vtilitatibus.

CAPVT I.

Equidem & formæ gratia ritusque perpetui, in corporibus suis aliquas exterarum gentium vti herbis quibusdam, aduerto animum. Illinunt certè aliis aliæ faciem in populis Barbarorum fœminæ, marisque etiam apud Dacos & Sarmatas corpora sua inscribunt. Simile plantagini glastum in Gallia vocatur: quo Britannorum coniuges nurusque toto corpore oblitæ, quibusdam in sacris & nudæ incedunt, Æthiopum colorem imitantes.

Quòd herbis vestes inficiantur.

CAP. II.

Iam verò infici vestes scimus admirabili fucò. Atque vt fiteamur, Galatiæ, Africæ, Lusitaniæ granis, coccum Imperatoriis dicatum paludamentis, transalpina Gallia herbis Tyrium atque conchylium tingit, omnesque alios colores. Nec quærit in profundis murices, seseque obiciendo escam, dum præripit belluis marinis, intacta etiam ancoris scrutatur vada, vt inueniat per quod facilius matrona adultero placeat, corruptor insidietur nuptæ. Stans & in sicco carpit, quod frugi mundos exsculpat. His alioqui fulgentibus instrui poterat luxuria, certè innocentius. Nunc propositum ista consecrari non est: nec commitemus, vt subiiciendo vtiliora, luxuriæ vtilitate circunseribamus, dicturi & alias herbis tingi lapides parietisque pingi. Nec tingendi tamen rationem omissemus, si vnquam ea liberalium artium fuisset. Interim fortiùs augetur auctoritas: quæ quanta debeat etiam surdis, hoc est ignobilibus, herbis perhibebitur. Siquidem autores imperij Romani conditorisque immensum quiddam & hinc sumpserunt, quoniam non aliunde sagmina in remediis publicis fuere, & in sacris legationibusque verbenæ. Certè vtroque nomine idem significatur, hoc est, gramen ex arce cum sua terra euulsam: ac semper & legati cum ad hostes clarigatumque mitterentur, id est, res raptas clarè repetitum, vnusque vtique Verbenarius vocabatur.

De corona graminea.

CAP. III.

Corona quidem nulla fuit graminea nobilior, in maiestate populi terrarum principis, præmiisque gloriæ. Gemmatæ & aureæ, vallares, murales, rostratæ, ciuicæ, triumphales, post hanc fuere suntque cunctæ magno interuallo, magnaque differentia. Cæteras omnes singuli, & duces ipsi, Imperatoresque militibus, aut aliquando collegis dedere.

De raritate eius.

CAP. IIII.

Decreuit in triumphis Senatus, cura belli solutus, & populus otiosus: graminea nunquam nisi in desperatione suprema contigit, nulli nisi ab vniuerso exercitu seruato decreta. Cæteras Imperatores dedere, hanc solam miles Imperatori. Eadem vocatur obsidionalis, liberatis obsidione abominandoque exitio totis castris. Quòd si ciuice honos vno aliquo ac vel humillimo ciue seruato, præclarus facerque habetur, quid tandem

existimari debet, vnius virtute seruatus vniuersus exercitus. Dabatur hæc viridi è gramine, decerpto inde vbi obsessos seruasset aliquis. Nanque summum apud antiquos signum victoriæ erat, herbam porrigere victos, hoc est, terra & altrice ipsa humo, & humatione etiam cedere: quem morem etiam nunc durare apud Germanos scio.

Qui soli corona ea donati.

C A P. V.

DOnatus est ea L. Siccus Dentatus semel, cum ciuicas quatuordecim meruisset, depugnassetque cxx. præliis semper victor. Tanto rarius est seruatores vnum à seruatis donari. Quidam Imperatores & sæpius donati sunt, veluti P. Decius Mus, Tribunus militum ab exercitu, altera ab his, qui in præsidio obsessi fuerant, quanta esset eius honoris autoritas, confessus religione: siquidem donatus bouem album Marti immolauit, & centum fuluos, qui ei virtutis causa dati fuerant simul ab obsessis. Hic Decius postea se Consul, Imperioso collega, pro victoria deuouit. Data est & à Senatu populoque Romano, qua claritate nihil equidem in rebus humanis sublimius duco, Fabio illi, qui rem omnem Romanam restituit non pugnando. Nec data, cum Magistrum equitum & exercitum eius seruasset: tunc fatius fuit nomine nouo coronari, appellatum patrem ab his quos seruauerat: sed quo dictum est consensu honoratus est, Annibale ex Italia pulso. Quæ corona adhuc sola ipsius imperij manibus imposita est, & quod peculiare ei est, sola à tota Italia data.

Qui solus centurio coronatus.

C A P. VI.

PRæter hoc contigit eius coronæ honos M. Calphurnio Flammæ, Tribuno militum in Sicilia: Centurioni verò vni ad hoc tempus Cn. Perreio Atinati, Cimbrico bello. Primum pilum is capeffens sub Catulo, exclusam ab hoc legionem suam hortatus, Tribunum suum dubitantem per castra hostium erumpere interfecit, legionemque eduxit. Inuenio apud autores, eundem præter hunc honorem, adstantibus Mario & Catulo coss. prætextatum immolasse ad tibicinem foculo posito. Scripsit & Sylla dictator, ab exercitu se quoque donatum apud Nolam, legatum bello Marfico. Idque etiam in villa sua Tusculana, quæ fuit postea Ciceronis, pinxit. Quod si verum est, hoc execrabiliorem eum dixerim, quandoquidem eam capiti suo proscriptione ipse detraxit, tanto paucioribus ciuium seruatis, quam postea occisis. Addat etiamnum huic gloriæ superbum cognomen Felicem, ipse tamen obsessis in toto orbe proscriptis, hac corona Sertorio cessit. Æmilianum quoque Scipionem Varro autor est donatum obsidionali in Africa, Manlio coss. tribus cohortibus seruatis, totidemque ad seruandas eas eductis: quod & statuae eius in foro suo Diuus Augustus adscripsit. Ipsum Augustum cum M. Cicerone filio Consulem Idibus Septembribus Senatus obsidionali donauit. Adeo ciuica non satis videbatur. Nec præterea quenquam hac inuenimus donatum. Nullæ ergo herbæ fuere certæ in hoc honore: sed quæcunque fuerant in periculi fede, quamuis ignobiles ignotæque, honorem nobilem faciebant: quod latere apud nos minus quidem miror, cernens negligi ea quoque, quæ ad valetudinem conseruandam, cruciatibusque corporis propulsandos, & mortem arcendam pertinent. Sed quis non mores iure castiget? Addere viuendi pretio delicia, luxusque. Nunquam fuit cupido vitæ maior, nec minor cura. Aliorum hanc operæ credimus, ac nec mandato quidem nostro alios id agere, medicisque prouisum esse. Proh, bonis ipsi fruimur voluptatis, & (quod nihil equidem probrosius duco) viuimus aliena fiducia. Imò verò plerisque vltro etiam irrifui sumus ista commentantes, atque friuoli operis arguimur. Magna, quanquam immensi laboris, solatia sperni cum rerum natura, quam certè non defuisse nobis docebimus, & inuisis quoque herbis inseruisse remedia: quippe cum medicinas dederit etiam aculeatis. Hæc enim proximè restât ex his, quas priori libro nominauimus, in quibus ipsis prouidentiam naturæ satis admirari amplectique non est. Dederat, quas diximus, molles, cibisque gratas. Pinxerat remedia in floribus, visuque ipso animos inuitauerat, etiam deliciis auxilia permiscens. Inde excogitauit aliquas aspectu hispidas, tactu truces, vt tantum non vocem ipsius fingentis illas, rationemque reddentis exaudire videamur, ne se depascat auida

auida quadrupes, ne procaces manus rapiant, ne neglecta vestigia obterant, ne insidens ales infringat: his muniendo aculeis, telisque armando, remediis vt tuta ac salua sint. Ita hoc quoque, quod in iis odimus, hominum causa excogitatum est.

Medicina ex reliquis coronamentis, & erynge.

CAP. VII.

ET clara in primis aculeatarum erynge est, siue eryngion, contra serpentes & venenata omnia nascens. Aduersus ictus morfusque, radix eius bibitur drachmæ pondere in vino: aut si plerunque tales iniurias comitatur & febris, ex aqua. Illinitur plagis, peculiariter efficax contra cherfydros ac ranas. Omnibus verò contra toxica & aconita efficaciore[m] Heraclides medicus, in iure anseris decoctam, arbitratur. Apollodorus aduersus toxica cum rana decoquit, cæteri in aqua. Ipsa dura, fruticosa, spinosis foliis, caule geniculato, cubitali & maiore aliquando, alia albicans, alia nigra, radice odorata, & satiuia quidem est. Sed & sponte nascitur in asperis & saxosis: & in litoribus maris, durior, nigriorque, folio apij.

De herba quam centum capita vocant.

CAP. VIII.

EX his candidam nostri centum capita vocant. Omnes eiusdem effectus, caule & radice in cibos Græcorum receptis vtroque modo, siue coquere libeat, siue cruda vesci. Portentosum est, quod de ea traditur. Radicem eius alterutrius sexus similitudinem referre, raram inuentu: sed si viris contigerit mas, amabiles fieri. Ob hoc & Phaonem Lesbium dilectum à Sappho. Multæ circa hoc non Magorum solum vanitates, sed etiam Pythagoricorum. Sed in medico vsu præter supra dicta auxiliatur inflationibus, torminibus, cordis vitiis, stomacho, iocineri, præcordiis in aqua mulsa, lieni in posca. Item ex mulsa renibus, stranguriæ, opisthotonicis, spasms, lumbis, hydropicis, comitialibus, mulierum mensibus, siue subsidant, siue abundant, vuluarumque omnibus vitiis. Extrahit infixæ corpori cum melle. Strumas, parotidas, panos, recedentes ab ossibus carnes sanat cum axungia salsa, & cerato: item fracturas. Crapulam præsumpta arcet, aluum sistit. Aliqui è nostris sub solstitio colligi eam iussere. Ex aqua cælesti imponi omnibus ceruicis vitiis. Oculorum quoque albugines sanare adalligatam tradiderunt.

De acano & glycyrrhiza.

CAP. IX.

SVnt qui & acanon eryngio adscribant, spinosam breuemque, ac latam herbam, spinisque latioribus. Hanc impositam, sanguinem mirè sistere. Alij eryngen falso eandem putauerunt esse & glycyrrhizam, quare subiungi eam protinus refert. Et ipsa sine dubio inter aculeatas est, foliis echinatis, pinguibus, tactuque gümosis, fruticosa, binum cubitorum altitudine, flore hyacinthi, fructu pilularum platani magnitudinis. Præstantissima in Cilicia, secunda Ponto, radice dulci, & hac tantum in vsu. Capitur ea Vergiliarum occasu, longa ceu viti, coloris buxei. Meliorque nigra, quæque lenta, quam quæ fragilis. Vfus in subditis decocta ad tertias, cæterò ad mellis crassitudinem, aliquando & tussè: quo genere & vulneribus imponitur, & faucium vitiis omnibus. Item voci vtilissimo succo, sic vt spissatus est, linguæ subdito. Item thoraci, iocineri. Hac diximus sitim famemque sedari. Ob id quidam adipsam appellauere eam, & hydropicis dedere, ne sitirent. Ideo & commanducata stomatice est, & huculceribus oris inspersa sæpe, & pterygiis. Sanat & vesicæ scabiem, renum dolores, condylomata, huculcera genitalium. Dedere eam quidam potui in quartanis, drachmarum duarum pondere, & pipere, hemina aque. Commanducata sanguinem ex vulnere sistit. Sunt qui & calculos ea pelli tradiderunt.

De tribulo & generibus eius, & medicinis.

CAP. X.

TRibuli vnum genus in hortis nascitur, alterum in fluminibus tantum. Succus ex his colligitur ad oculorum medicinas. Est enim refrigerantis naturæ, & ideo vtilis contra inflammationes collectionesque. Huculcera per se erumpentia, & præcipue in ore, cum melle sanat: item tonsillas. Potus calculos frangit. Thraces, qui ad Strymona habitant, foliis tribuli equos faginant: ipsi nucleo viuunt, panem facientes prædulcem, & qui contrahat

ventrem. Radix castè purèque collecta, discutit strumas. Semen adalligatum, varicû dolores sedat: tritum verò, & in aquam sparsum, pulices necat.

De stæbe, & medicinis eius.

CAP. XI.

STæbe, quam aliqui phleon vocant, decocta in vino, præcipuè auribus purulentis medetur: item oculis ictu cruentatis: hæc mori hagiæ quoque & dysenterici infusa.

De hippophye & hippope, & medicinis earum.

CAP. XII.

Hippophyes in fabulosis mariti misque nascitur, spinis albis. Ederæ modo racemosa est, candidis, & ex parte rubentibus acinis. Radix succo madet, qui aut per se conditur, aut pastillis farina. Hæc bilem detrahit obolo ponderis, saluberrimè cum mulso. Est altera hippope, sine caule, sine flore, foliis tantum minutis. Huius quoque succus hydropicis mirè prodest. Debent accommodatæ esse equorum naturæ, neque ex alia causa nomen accepisse. Quippe quædam animalium remediis nascuntur, locupleti diuinitate ad gerenda præsidia: vt non sit mirari satis ingenium eius, disponentis auxilia in genera, in causas, in tempora, vt aliis profit atque aliis horis, diésque nullus prope sine præsidii reperiatur.

De vrtica, & medicinis eius.

CAP. XIII.

VRtica quid esse inuisus potest? At illa præter oleum, quod in Ægypto ex ea fieri diximus, vel plurimis scatet remediis. Semen eius cicutæ contrarium esse Nicander affirmat: item fungis & argento viuo. Apollodorus & salamandris cum iure decoctæ testudinis. Item aduersari hyoscyamo, & serpentibus, & scorpionibus. Quin illa ipsa amaritudo mordax, vuas in ore, procidentésque vuluas, & infantium sedes, tactu resillire cogit: lethargicos expergisci tactis cruribus, magisque fronte. Eadem canis moribus addito sale medetur. Sanguinem trita naribus indita sistit, & magis radice. Carcinomata & fordida hulcera, sale admisto: item luxata sanat, & panos, parotidas, carnesque ab ossibus recedentes. Semen potum cum sapa, vuluas strangulantes aperit, & profluuia narium sistit impositum. Vomitiones in aqua mulsa sumptum à cœna faciles præstat, duobus obolis: vno autem in vino potu lassitudines recreat. Vuluæ vitiis tostum, acetabuli mēsurā: potum in sapa resistit stomachi inflationibus. Orthopnoicis prodest cum melle: & thoracem purgat eodem ecligmate. Et lateri medetur cum semine lini. Addunt hyssopum & piperis aliquid. Illinitur lieni. Difficilem ventrem tostū cibo emollit. Hippocrates vuluam purgari potu eo pronuntiat. Dolore leuari tostū acetabuli mēsurā dulci potu, & imposito cum succo maluæ. Intestinatorum animalia pelli cum hydromelite & sale. Defluuia capitis, semine illito cohonestari. Articularibus morbis & podagricis plurimum cum oleo vetere, aut folia cum vrsino adipe trita imponunt. Ad eadem radix tusa cum aceto non minus utilis: item lieni. Et cocta in vino discutit panos, cum axungia vetere salsa. Eadem psilothrum est sicca. Condidit laudes eius Phanius physicus, vtilissimam cibis coctam conditamve professus arteriæ, tussi, ventris distillationi, stomacho, panis, parotidibus, pernionibus: cum oleo sudorem, coctam cum conchyliis ciere aluum, cū pituitana pectus purgare, mulierumque menses: cum sale hulcera quæ serpant cohibere. Succus quoque in vsu est. Expressus illitusque fronti, sanguinem narium sistit: potus vrinā⁴⁰ ciet, calculos rumpit: vuam gargarizatus reprimit. Semen colligi messibus oportet. Alexandrinum maximè laudatur. Ad omnia hæc & mitiores quidem teneræque efficaces, sed præcipuè syluestris illa, & amplius lepras è facie tollit, in vino pota. Si quadrupes factum non admittat, vrtica naturam fricandam monstrant.

De lamio, & medicinis eius.

CAP. XIII.

EA quoque num, quam lamium inter genera earum appellauimus, mitissima, & foliis non mordentibus, medetur cum mica salis contusis incussisque, inustis & strumis, tumoribus, podagris, vulneribus. Album habet in medio folio, quod ignibus sacris medetur. Quidam è nostris tempore discreuere genera. Autumnalis vrticæ radice alligata in tertianis, ita vt ægri nuncupentur, cum eruitur ea radix, & dicatur quæ, & cui, & quorum filio eximatur, liberari morbo tradiderunt. Hoc idem cōtra quartanas pollere. Idem

Iidem vrticæ radice addito sale, infixæ corpori extrahi. Foliis cum axungia strumas discutiti: vel si suppurauerint, erodi complerique.

De scorpione, generibusque, ac medicinis eius.

C A P. X V.

EX argumento nomen accepit scorpius herba. Semen enim habet ad similitudinem caudæ scorpionis, folia pauca. Valet & aduersus animal nominis sui. Est & alia eiusdem nominis effectusque sine foliis, asparagi caule, in cacumine aculeum habens, & inde nomen.

De leucacantha, & medicinis eius.

C A P. X V I.

LEuacantham alij phyllon, alij ischiada, alij polygonaton appellant, radice cyperi, quæ commanducata dentium dolorem sedat. Item laterum & lumborum, vt Hicesius tradit, semine potu drachmis octo, aut succo. Eademque ruptis conuulsis medetur.

De helxine, perdicio, parthenio, sideriti, & medicinis eius.

C A P. X V I I.

Helxinen aliqui perdicium vocant, quoniam perdices ea præcipuè vescantur. Alij sideritin, nonnulli parthenium. Folia habet mistæ similitudinis plantagini & marrubio, cauliculos densos, leuiter rubentes, femina in capitibus lappaceis adhærentia vestibus: vnde & helxinem dictam volût. Sed nos qualis vera esset helxine, diximus priori libro. Hæc autem inficit lanas, sanat ignes sacros & tumores, collectionesque omnes, & adusta. Panos succus eius cum psimmythio, ignes sacros, tumores, collectionesque, & guttura incipientia turgescere. Item veterè tussim cyatho hausto, & omnia in humido: sicut tonsillas & varices cum rosaceo. Imponitur & podagris cum caprino seuo ceræque Cypria. Perdicium siue Parthenium (nam sideritis alia est) à nostris herba vrceolaris vocatur, ab aliis astericum, folio similis ocimo, nigrior tantùm, nascens in tegulis, parietinisque. Medetur cum mica salis trita iisdem omnibus, quibus lamiu, & eodem modo: item vomicæ calfacto succo pota. Et contra hulcera, rupta, lapsusque & præcipitia, aut vehiculorum euerfiones singularis. Vernula charus Pericli Atheniensium principi, cum is in arce templum ædificaret, repississetque super altitudinem fastigij, & inde cecidisset, hac herba dicitur sanatus, monstrata Pericli somnio à Minerua. Quare Parthenium vocari cœpta est, assignaturque ei Dæ. Hic est vernula, cuius effigies ex ære fusa est, & nobilis ille Splanchnoptes.

De chamæleone, generibusque, & medicinis eius.

C A P. X V I I I.

Chamæleonem aliqui ixiam vocant. Duo genera eius. Candidior asperiora folia habet: serpit in terra echini modo spinas erigens, radice dulci, odore grauissimo. Quibusdam in locis viscum gignit album sub alis foliorû, maximè circa Canis ortum, quomodo thura nasci dicuntur: vnde & ixia appellatur. Hoc, vt mastiche, vtuntur mulieres. Quare & chamæleon vocetur, varietate foliorum euenit. Mutat enim cû terra colores, hîc niger, illic viridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus, atque aliis coloribus. Ex his candidus hydropicos sanat succo radicis decoctæ. Bibitur drachma in passo. Pellit & interaneorum animalia acetabuli mensura succi eiusdem in vino austero cum origani scopis. Facit ad difficultatem vrinæ. Hic succus occidit canes suosque in polenta. Addita aqua & oleo contrahit in se mures ac necat, nisi protinus aquam sorbeant. Radicem eius aliqui concisam feruari iubent funiculis pendentem, decoquuntque in cibo contra fluxiones, quas Græci rheumatismos vocant. Ex nigris aliqui marem dixere, cui flos purpureus esset, & fœminam cui violaceus. Vno nascuntur caule cubitali, crassitudine digitali. Radicibus earum lichenes curantur, cum sulphure & bitumine vnâ coctis: cõmanducatis verò dentes mobiles, aut in aceto decoctis. Succo scabiem etiam quadrupedum sanant. Et ricinos canum necant: iuuêcas quoque anginae modo. Quare à quibusdam vophonon vocatur, & cynozolon, propter grauitatem odoris. Ferût & hæc viscum hulceribus vtilissimum. Omnium autem generum eorum radices scorpionibus aduersantur.

De coronope, & medicinis eius.

C A P. X I X.

Coronopus oblonga herba est cum fissuris. Seritur interim, quoniam radix cœliacis præclare facit in cinere tosta.

De anchusa, & pseudanchusa, & medicinis earum.

CAP. XX.

ET anchusæ radix in vsu est, digitali crassitudine. Finditur papyri modo: manúsque inficit sanguineo colore: præparat lanas pretiosis coloribus. Sanat hulcera in cerato, præcipuè senum, item adusta. Liquari non potest in aqua: oleo dissolvitur: idque synce-ræ experimentum est. Datur & ad renum dolores drachma eius potui in vino: aut si febris sit, in decocto balani. Item iocinerum vitiis, & lienis, & bile suffusis. Lepris & lenti-gini illinitur ex aceto. Folia trita cum melle & farina, luxatis imponuntur: & pota drach-mis duabus in mulso aluum sistunt. Pulices necare radix in aqua decocta traditur. Est & alia similis, pseudanchusa ob id appellata, à quibusdam verò enchusa, aut doris, & mul-tis aliis nominibus, lanuginosior & minus pinguis, tenuioribus foliis & languidioribus. Radix oleum non fundit, sed rubentem succum: & hoc ab anchusa discernitur. Contra serpentes efficacissima potu foliorum, vel seminis. Folia ictibus imponuntur. Virus ser-pentium fugat. Bibitur & propter spinam. Folium eius sinistra decerpi iubent Magi, & cuius causa sumatur dici, tertianisque febribus alligari.

*De onochile, anthemii, loto, & lotometra, heliotropio, tricocco, & adianto
sive callitricho.*

CAP. XXI.

ESt & alia herba proprio nomine onochiles, quam aliqui anchusam vocant, alij ^a arce-bion, alij ^b onochelim, aliqui rhexiam, multi enchusam, paruo frutice, flore purpureo, ²⁰ asperis foliis & ramis, radice messibus sanguinea, cæterò nigra, in sabulosis nascens, effi-cax contra serpentes, maximèque vyperas, & radice & foliis, æquè cibo ac potu. Vires ha-bet messibus. Folia trita odorem cucumeris reddunt. Datur in cyathis tribus vulua pro-cidente. Pellit & tineas cum hyssopo. Et in dolore renum aut iocineris ex aqua mulsa, si febris sit: sin aliter, ex vimo bibitur. Lentigini ac lepris radix illinitur. Habètes eam, à ser-pentibus feriri negantur. Est & alia huic similis flore rubro, minor, & ipsa ad eisdem vsus. Traduntque commanducata eam, si inspuatur, mori serpentem. Anthemis magnis laudi-bus celebratur ab Asclepiade. Aliqui leucanthemida vocant, alij leucanthemú, alij eran-themon, quoniam vere floreat: alij chamæmelon, quoniã odorem mali habeat. Nonnul-li melanthemon vocant. Genera eius tria flore tantum distant, palmum nõ excedentia, ³⁰ paruisque floribus, vt rutæ, candidis, aut melinis, aut purpureis. In macro solo, aut iuxta semitas colligitur vere, & in coronamenta reponitur. Eodem tempore & medici folia tusa in pastillos digerunt: item florem & radicem. Dantur omnia mista drachmæ vnus pondere, contra serpentium omnium ictus. Pellit mortuos partus: item menstrua in po-tu, & vrinam, calculosq; Inflationes, iocinerum vitia, bilem suffusam, ægilopia commã-ducata, hulcerum eruptiones manantes sanat. Ex omnibus his generibus ad calculos effi-cacissima est, quæ florem purpureum habet: cuius & foliorum & fruticis amplitudo ma-iuscula est. Hanc propriè quidam eranthemon vocant. Loto qui arborè putant tantum esse, vel Homero autore coargui possunt. Is enim inter herbas subnascentes Deorum voluptati, lotõ primam nominavit. Folia eius cum melle, oculorum cicatrices, argema, ⁴⁰ nubeculas discutiunt. Est & lotometra, quæ fit ex loto fata, ex cuius semine simili milio, fiunt panes in Ægypto à pastoribus, maximè aqua vel lacte subacto. Negatur quicquam illo pane salubrius esse, aut leuius, dum caleat: refrigeratus difficilius concoquitur, fitque ponderosus. Constat, eos qui illo viuant, nec dysenteria, nec tenesmo, neque aliis morbis vètris infestari. Itaque inter remedia eorum habetur. Heliotropij miraculum sæpius di-ximus, cum Sole se circumagentis, etiam nubilo die: tantus sideris amor est. Noctu ve-lut desiderio contrahi cæruleum florem. Genera eius duo: tricoccum, & helioscopium. Hoc altius (quanquam vtrunque semipedalem altitudinem non excedat) ab ima radi-ce ramosum. Semen in folliculo messibus colligitur. Nascitur non nisi in pingui solo, cultoque maximè: tricoccum vbiq; Si decoquatur, inuenio cibus placere: & in lacte iu-⁵⁰ cundius aluum molliri: & si decocti succus bibatur, efficacissimè exinaniri. Maioris suc-cus

cus excipitur æstate, hora sexta: miscetur cum vino, sic firmior. Capitis dolores sedat, ro-
 faceo admisto. Verrucas cum sale tollit succus è folio: vnde nostri veri uariam herbam
 appellauere, aliis cognominari effectibus digniorem. Nanque & serpentibus, & scorpio-
 nibus resistit, ex vino aut aqua mulsa, vt Apollonophanes & Apollodorus tradút. Folia in-
 fantium distillationibus, quod siriasin vocant, illita medentur. Item contractionibus,
 etiam si id comitialiter accidat. Decocto quoque foueri eos, saluberrimum est. Potum id
 pellit tineas, & renum harenas. Si cuminum adiiciatur, calculos frangit. Decoqui cum
 radice oportet, quæ cum foliis & hircino seuo podagris illinitur. Alterum genus, quod
 tricoccum appellauimus, & alio nomine scorpiuron vocatur, foliis nõ solú minoribus,
 sed etiam in terram vergentibus. Semen ei est effigie scorpionis caudæ: quare ei nomen.
 Vis ad omnia venenata & phalanga, & contra scorpiones præcipuè illita. Non feriuntur
 habentes. Et si terram furculo heliotropij circumscribat aliquis, negant scorpionem e-
 gredi. Imposita verò herba, aut vda omnino respersum, protinus mori. Seminis grana
 quatuor pota, quartanis prodesse dicuntur, tria verò tertianis: vel si herba ipsa ter circú-
 lata subiiciatur capiti. Semen & Venerem stimulat. Cum melle panos discutit. Et verru-
 cas hoc vtique heliotropium radicibus extrahit, & excrescètia in sedibus. Spinæ quoque
 ac lumborum sanguinem corruptum trahit, illitum semen & potú in iure gallinacei de-
 coctum, aut cum beta & lente. Cortex verò liuentibus colorem reddit. Magi heliotro-
 pium quartanis quater, in tertianis ter alligari iubent ab ipso ægro, precarique eum, so-
 luturum se nodos liberatum, & ita facere nõ exempta herba. Aliud adianto miraculum:
 æstate viret, bruma nõ marcescit: aquas respuit, perfusummersumve sicco simile est: tã-
 ta dissociatio deprehenditur: vnde & nomen à Græcis, alioquin fruticij topiario. Qui-
 dam callitrichon vocant, alij polytrichon, vtrunque ab effectu. Tingit enim capillum: &
 ad hoc decoquitur in vino cum semine apij, adiecto oleo copiosè, vt crispum densumq;
 faciat, defluere autem prohibet. Duo eius genera, candidius, & nigrum breuiúsque. Id
 quod maius est, polytrichon: aliud, trichomanes vocát. Vtrique ramuli nigro colore ni-
 tent foliis filicis: ex quibus inferiora aspera ac fusca sunt: omnia autem cõtrariis pedicu-
 lis densa inter se ex aduerso: radix nulla. Umbrosas petras, parietumq; aspergines: ac fon-
 tium maximè specus sequitur: & saxa manantia, quod miremur, cum aquas non sentiat.
 Calculos è corpore mirè pellit, frangitque, vtique nigrum. Qua de causa potius, quàm
 quod in faxis nasceretur, à nostris saxifragum appellatum crediderim. Bibitur è vino,
 quantum terni decerpere digiti. Vrinam cient: Serpentium & araneorum venenis resi-
 stunt. In vino decocti aluum sistunt. Capitis dolores corona ex his sedat. Contra scolo-
 pendræ morsus illinuntur, crebro auferendi ne pereant: hoc & in alopeciis. Strumas di-
 scutiunt, furfurésque in facie, & capitis manantia hulcera. Decoctú ex his prodest suspi-
 riosis, & iocineri, & lieni, & felle suffusis, & hydropicis. Stranguriæ illinuntur, & renibus
 cum absinthio. Secundas cient & menstrua. Sanguinem sistunt ex aceto, aut rubi succo
 poti. Infantes quoque ex hulcerati perunguntur ex iis cum rosaceo & vino prius. Foliú
 in vrina pueri impubis, tritum quidem cum aphronitro, & illitum ventri mulierum, ne
 rugosus fiat, præstare dicitur. Perdices & gallinaceos pugnaciores fieri putant, in cibum
 eorum additis: pecorique esse vtilissimos.

*De picride, thesio, asphodelo, alimo, acantho, buprestis, elaphobosco, scandice, iasione, & de cau-
 calide, sio, sillybo, scolymo siue limonio, soncho, chondrillo siue chondrille,
 & boletis.*

CAP. XXII.

Picris ab insigni amaritudine cognominatur, vt diximus: rotundo folio. Tollit exiniè
 verrucas. Thesium quoque non dissimili amaritudine est: sed purgat aluum, in quem
 vsum teritur ex aqua. Asphodelum de clarissimis herbarum, quam heroion aliqui appel-
 lauerunt, Hesiodus & in fyluis nasci dixit: Dionysius, marem ac fœminam esse. Defectis
 corporibus & phthisicis constat bulbos eius cum ptisana decoctos aptissimè dari: pa-
 nèmque ex his cum farina subactis, saluberrimum esse. Nicander & contra serpentes ac
 scorpiones, vel caulem, quem anthericon vocauimus, vel semè, vel bulbos dedit in vino

tribus drachmis: subtrauitque somno contra hos metus. Datur & contra venenata marina, & contra scolopendras terrestres. Cochleæ mirè in Campania caulem eum persequuntur, & fugendo arefaciunt. Folia quoque illinuntur venenatorum vulneribus ex vino. Bulbi neruis articulisque cum polenta tusi illinuntur. Prodest & concisis ex aceto lichenas fricare: item hulceribus putrescentibus ex aqua imponere: mammarum quoque & testium inflammationibus. Decocti in face vini, oculorù epiphoris supposito linteolo medentur. Ferè in quocunque morbo decoctis magis medici vtuntur. Item ad tibarum tetra hulcera, rimasque corporum quacunq; in parte farina arefactoriù. Autumno autem colliguntur, cum plurimum valent. Succus quoq; ex tuis expressus aut decoctis, vtilis fit corporis dolori, cum melle: idem odorè corporis iucundum affectantibus, cum iri arida & salis exiguo. Folia etiam supra dictis medentur, & strumis, panis, hulceribus in facie, decocta in vino. Cinis è radice alopecias emendat, & rimas pedum. Decocta radicis in oleo succus, perniones & ambusta. Et ad grauitatem aurium infunditur: à contraria aure in dolore dentium. Prodest & vrinæ pota modicè radix, & menstruis & lateris doloribus: item ruptis conuulsis, tussibus, drachmæ pondere in vino pota. Eadem & vomitiones adiuuat commanducata. Semine sumpto turbatur vèter. Chrysermus & parotidas in vino decocta radice curauit: itè strumas, admista cachry ex vino. Quidam aiunt, si imposita radice pars eius in fumo suspendatur, & quarta die soluatur, vnà cum radice arefcere strumam. Sophocles ad podagras vtroque modo, cocta crudaque vsus est. Ad perniones decoctam ex oleo dedit, & suffusis felle in vino, & hydropicis. Venerem quoque concitari cum vino & melle perunctis, aut bibentibus, tradiderunt. Xenocrates & lichenas & psoras, radice in aceto decocta, tolli dicit. Item si cocta sit cum hyoscyamo & pice liquida, alarum quoque & feminum vitia, & capillum crispiorum fieri, raso prius capite, si radice ea fricetur. Simus lapides renum in vino decocta atque pota eximit. Hippocrates semen eius ad impetus lienis dari censet. Iumentorum quoque hulcera ac scabiem, radix illita, aut decoctæ succus ad pilum reducit. Mures etiam eadem fugantur, cauerna præclusa moriuntur. Asphodelon ab Hesiodo quidam alimon appellari existimauere, quod falsum arbitror. Est enim suo nomine alimon, nō parui & ipsum erroris inter autores. Alij enim fruticem esse dicunt densum, candidū, sine spina, foliis oleæ, sed mollioribus. Coquitur autem hoc ciborum gratia. Radix tormina discutit, drachmæ pondere in aqua malsa pota: item conuulsa & rupta. Alij olus maritimum esse dixere falsum, & inde nomen, foliis in rotunditate longis, laudatum in cibis. Duorum præterea generum, syluestre, & mitius: vtrūque prodesse dysentericis etiam ex hulceratis cum pane, stomacho verò ex aceto. Hulceribus vetustis illini crudum, & vulnerum recetium impetus lenire, & luxatorum pedum ac vesicæ dolores. Syluestri tenuiora folia, sed in eisdem remediis effectus maiores, & in sananda hominum ac pecorum scabie. Præterea nitorem corpori fieri dentibusque candorem, si fricentur radice ea. Semine linguæ subdito sitim non sentiri. Hoc quoque mandi, & vtraque etiam condiri. Crateuas tertium quoque genus tradidit, longioribus foliis & hirsutioribus, odore cupressi: nasci sub edera maximè, prodesse opisthotonicis, contractionibus neruorū, tribus obolis in sextarium aquæ. Acanthos est topiaria & vrbana herba, elato longoque folio, crepidines marginum, adfurgentiūque puluinorum toros vestiens. Duo genera eius sunt, aculeatum & crispū, quod breuius: alterum læue, quod aliqui pæderota vocant, alij melamphyllū. Huius radices vltis luxatisq; mirè profunt: item ruptis conuulsis & phthisin metuētibus in cocta cibo, maximè ptisana. Podagris quoq; illinuntur tritæ & calefactæ calidis. Bupleuron in sponte nascentium olerum numero Græci habent, caule cubitali, foliis multis longisq; capite anethi, laudatum in cibis ab Hippocrate: in medicina à Glaucione & Nicandro. Semen cōtra serpentes valet. Folia ad secundas fœminarum, vel succum ex vino illinunt: & strumis folia cum sale & vino. Radix contra serpentes datur in vino, & vrinæ cienda. Buprestim magna inconstantia Græci in laudibus ciborum etiam habuere: iidemque re media tanquam contra venenum prodiderunt. Et ipsum nomē indicio est boum, certè venenum

venenum esse, quos dissilire degustata fatentur. Quapropter nec de hac plura dicemus. Est verò causa, quare venena monstremus inter gramineas coronas, nisi libidinis causa expetenda alicui videtur, quam non aliter magis accendi putant, quam potu. Elaphobosconferulaceum est, geniculatum, digiti crassitudine, femine corymbis dependētibus simili effigie, sed non amaris, foliis olufatri: & hoc laudatum in cibis. Quippe etiam conditum prorogatur ad vrinā ciendam, lateris dolores sedandos, rupta conuulsa sananda, inflationes discutiendas, coli quoque tormēta. Contra serpentium omniumque aculeatorum ictus. Quippe fama est, hoc pabulo ceruos resistere serpentibus. Fistulas quoque radix nitro addito illita sanat. Siccāda autem in eos vsus prius est, ne succo suo madeat, qui contra serpentium ictus non facit eam deteriore. Scandix quoque in olere syluestri à Græcis ponitur, vt Opion & Erasistratus tradunt. Item decocta aluum sistit. Semine singultus confestim ex aceto sedat. Illinitur ambustis, vrinās ciet. Decoctæ succus prodest stomacho, iocineri, renibus, vesicæ. Hæc est, quam Aristophanes Euripidi poëtæ obiicit ioculariter, matrem eius ne olus quidem legitimum venditasse, sed scandicem. Eadem erat anthriscus, si tenuiora folia & odoratiora haberet. Peculiaris laus eius, quòd fatigato Venere corpori succurrit, marcentēsque senio iam coitus excitat. Sistit profluvia alba fœminarum. Et iasione olus syluestre habetur, in terra repens, cum lacte multo: flōrem fert candidum: concilium vocant. Et huius eadem commendatio ad stimulādos coitus. Cruda ex aceto in cibo sumpta, mulieribus lactis vbertatem præstat. Salutaris est phthisi sentientibus. Infantium capiti illita nutrit capillum, tenacioremque eius cutem efficit. Estur & caucalis, fœniculo similis, breui caule, flore candido, cordi utilis. Succus quoque eius bibitur, stomacho perquam commodatus & vrinæ, calculisque & harenis pellēdis, & vesicæ pruritibus. Extenuat & lienis, iocineris, renūque pituitas. Semen menses fœminarum adiuuat, bilēque à partu siccāt. Datur & contra profluvia genituræ viris. Chrysippus & conceptionibus eam putat conferre multum: bibitur in vino ieiunis. Illinitur & contra venena marinorum, sicut Petricus in carmine suo significat. His adnumerant sion, latius apio, in aqua nascens, pinguius, nigriusque, copiosum femine, sapore nasturtij. Prodest vrinis, renibus, lienibus, mulierumque mensibus, siue ipsum in cibo sumptum, siue ius decocti, siue semen è vino drachmis duabus. Calculos rumpit, aquisque que gignunt eos, resistit. Dysentericis prodest infusum. Item lentigini illitum, & mulierum vitis in facie noctu illitum, momentōque cutem emendat, & ramices lenit, & scabiem equorum. Silybum, chamæleonti albo similem, æquè spinosam, ne in Cilicia quidem, aut Syria, aut Phœnice, vbi nascitur, coquere tanti est: ita operosa eius culina traditur. In medicina nullum vsus habet. Scolymon quoque in cibos recipit Oriens, & alio nomine limonion appellat. Frutex est nunquam cubitali altior, cristis que foliorum ac radice nigra, sed dulci: Eratostheni quoque laudata in pauperis cœna. Vrinam ciere præcipue traditur: sanare lichenas & lepras ex aceto: Venerē stimulare in vino, Hesiodo & Alcæo testibus: qui florente ea cicadas acerrimi cantus esse, & mulieres libidinis avidissimas, virōsque in coitum pigerrimos scripsere, velut prouidentia naturæ hoc adiumento tunc

40 valentissimo. Item graueolentiam alarum emendat radicis emedullatæ vncia, in vini Falerni heminis tribus decocta ad tertias, & à balineo ieiuno, itēque post cibum cyathis singulis pota. Mirum est, quod Xenocrates promittit experimento, vitium id ex alis per vrinam effluere. Estur & sonchos, vt quem Theseo apud Callimachum apponat Hecale, vterque albus & niger, lactucæ similes ambo, nisi spinosi essent, caule cubitali, anguloso, intus cauo, sed qui fractus copioso lacte manet. Albus, qui è lacte nitor, utilis orthopnoicis lactucarum modo. Erasistratus calculos per vrinam pelli eo monstrat, & oris graueolentiam commanducato corrigi. Succus trium cyathorum mensura, in vino albo & oleo calefactus, adiuuat partus, ita vt à partu ambulent grauidæ. Datur & in sorbitione. Ipse caulis decoctus facit lactis abundantiam nutricibus, colorēmque meliorem infantium: vtilissimus his, quæ lac sibi coire sentiant. Instillatur auribus succus, calidusque

50 in stranguria bibitur cyathi mensura, & in stomachi rosionibus cum femine cucumeris

nucleis que pineis. Illinitur & sedis collectionibus. Bibitur contra serpentes scorpionesque, radix verò illinitur. Eadem decocto in oleo Punici mali calyce, aurium morbis præsidium est. Hæc omnia ex albo. Clemporus nigro prohibet vesci, ut morbos faciente, de albo consentiens. Agathocles etiam contra sanguinem tauri demonstrat fuccum eius. Refrigeratoriam tamen vim esse conuenit nigro, & hac causa imponendum cum polenta. Zenon radice albi stranguariam docet sanari. Chondrillon siue chondrille, folia habet intubi circumrosis similia, caulem minus pedalem, succo madentem amaro, radicæ fabæ simili, aliquando numerosa. Habet proximam terræ mastichen tuberculo fabæ, quæ apposta sceminarum menses trahere dicitur. Tusa cum radicibus tota, diuiditur in pastillos, contra serpentes argumento probabili. Siquidem mures agrestes læsi ab his, hanc esse dicuntur. Succus ex vino coctæ, aluum sistit. Eadem palpebrarum pilos inordinatissimos, pro gummi efficacissimè regit. Dorotheus stomacho & concoctionibus vtilem carminibus suis pronuntiauit. Aliqui scemini & oculis, generationique virorum contrariam putauere. Inter ea quæ temere manduntur, boletos merito posuerim, optimi quidem hos cibi, sed immenso exemplo in crimen adductos, veneno Tibertio Claudio principi per hanc occasionem à coniuge Agrippina dato: quo factò illa teris venenum alterum, sibi que ante omnes, Neronem suum dedit. Quorundam ex his facile noscuntur venena, diluto rubore, rancido aspectu, liuido intus colore, rimosa stria, pallido per ambitum labro. Non sunt hæc in quibusdam: sicci que & nitri similes veluti guttas in vertice albas ex tunica sua gerunt. Voluam enim terra ob hoc prius gignit, ipsum postea in volua, ceu in ouo est luteum. Nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti. Rumpitur hæc primò nascente: mox in pediculo corpus absumitur, rarò que vnam geminis ex vno pede. Origo prima causæque è limo, & acescente succo madentis terræ, aut radicis ferè glandiferæ: initio que spuma lentior, dein corpus membranæ simile, mox partus. Ut diximus, illa pernicialia, prorsus improbada. Si enim caligaris clauus ferrive aliqua rubigo, aut panni marcor affuerit nascenti, omnem illico succum alienum saporè que in venenum concoquit: deprehendisse que nisi agrestes possunt, atque qui colligunt. Ducunt ipsi alia vitia, nunc quidem si serpentis cauerna iuxta fuerit, si patentes primò adhalauerit, capaci venenorum cognatione ad virus accipiendum. Itaque caueri conueniet, prius quam se condant serpentes. Signa erunt tot herbæ, tot arbores fruticesque, ab emerfu earum ad latebram vsque vernantes: & vel fraxini tantum folia, nec postea nascentia, nec antè decidentia. Et boletis quidem ortus occasusque omnis intra dies septem est.

De fungis, & silphio, & de lasere.

CAP. XXIII.

FVngorum lentior natura, & numerosa genera, sed origo nõ nisi ex pituita arborum. Tutillimi, qui rubent callo, minus diluto rubore, quam boleti. Mox candidi, velut apice Flamini insignibus pediculis. Tertium genus fuilli, venenis accommodatissimum. Familias nuper interemere, & tota conuiuia, Anneum Serenum præfectum Neronis vigillum, & tribunos, & centuriones. Quæ voluptas tanta ancipitis cibi? Quidam discretuere arborum generibus, fico, ferula, & gummi ferentibus: nos item fago, aut robore, aut cupressu, ut diximus. Sed ista quis spondet in venalibus? Omnium colos liuidus. His aberit veneni argumentum, quò similior fuerit arborum fici. Aduersus hæc diximus remedia, dicemusque: interim sunt aliqua & in his. Glaucias stomacho vtilis putat boletos. Siccantur pendentes fuilli, iunco transfixi, quales è Bithynia veniunt. Hi fluxionibus alui, quas rheumatismos vocant, medentur, excrecentibusque in sede carnibus: minuunt enim eas, & tempore absumunt. Item lentigines, & mulierum vitia in facie. Lauantur etiam ut plumbum, in oculorum medicamenta. Sordidis hulceribus & capitis eruptionibus, canum morsibus ex aqua illinuntur. Libet & coquendi dare aliquas communes in omni eo genere obseruationes, quando ipsæ suis manibus delicia præparant hunc cibum solùm, & cogitatione antè pascuntur, succineis nouaculis aut argenteo apparatusu comitante. Noxij erunt fungi, qui in coquendo duriores fient: innocentes qui

nitro

nitro addito coquentur, si utique percoquantur. Tutiores fient cum carne cocti, aut cum pediculo pyri. Profunt & pyra confestim sumpta. Debella eos & aceti natura, contraria iis. Imbribus proueniunt omnia hæc. Imbre & silphion. Venit primò è Cyrenis, ut dictum est. Ex Syria nunc maximè importatur, deterius Parthico, sed Medico melius, extincto omni Cyrenaico, ut diximus. Vfus silphij in medicina. Nam folia ad expurgandas vuluas pellendosque emortuos partus decoquantur in vino albo odorato, ut bibatur mensura acetabuli à balineis. Radix prodest arteriis exasperatis: & collectionibus sanguinis illinitur. Sed in cibis concoquitur ægrè. Inflationes facit & ructus. Vrinæ quoque noxia. Suggillatis cum vino & oleo amicissima, & cum cera strumis. Verrucæ sedis crebriore eius suffitu cadunt. Laser è silphio profluens quo diximus modo, inter eximia naturæ dona numeratum, pluribus compositionibus inseritur. Per se autem algores excalfacit. Potum neruorum vitia extenuat. Fœminis datur in vino. Et lanis mollibus admouetur vuluæ ad menses ciendos. Pedum clauos circumsarcificatos ferro, mistû ceræ extrahit. Vrinam ciet ciceris magnitudine dilutum. Andreas spondet, copiosius sumptû nec inflationes facere, & concoctioni plurimum conferre senibus & fœminis: item hyeme, quàm æstate, vtilius, & tum aquam bibentibus: cauendûmque ne qua intus sit exulceratio. Ab ægritudine recreationi efficax in cibo. Tempestiuè enim datû, cauterij vim obtinet: assuetis etiam vtilius, quàm expertibus. Ad extera corporum indubitatas confessiones habet. Venena telorum & serpentium extinguit potum: ex aqua vulneribus his circûlinitur: scorpionum tantûm plagis ex oleo: hulceribus verò nō maturescentibus cum farina hordeacea vel fico sicca. Carbunculis cum ruta, vel cum melle, vel per se visco superlitum ut hæreat: sic & ad canis morsus. Excrecentibus circa sedem, cum tegmine. Punicis mali ex aceto decoctum. Clauis pedum, qui vulgò morticini appellantur, nitro misto, antè subactum. Carnes replet cum vino & croco, aut pipere, aut muriû fimo & aceto. Perniones ex vino fouet, & ex oleo coctum imponitur: sic & callo. Clauis pedum superrasis præcipuè vtilitatis. Contra aquas malas, pestilentes tractus, vel dies. In tussi, vua, fellis veteri suffusione, hydropisi, raucitatibus: confestim enim purgat fauces, vocemque reddit. Podagras in spongia dilutum posca lenit. Pleuriticis in sorbitione vinum poturis datur: contractionibus, opisthotonicis, ciceris magnitudine cera circunlitum. In angina gargarizatur. Anhelatoribus & in tussi vetusta cum porro ex aceto datur: æquè ex aceto his, qui coagulum lactis forbuerint. Præcordiorum vitiis, syntecticis, comitialibus in vino, in aqua mulsa linguæ paralyfi. Coxendicibus & lumborum doloribus cum decocto melle illinitur. Non censuerim, quod autores suadent, cauernis dentium in dolore inditum cera includi, magno experimento hominis, qui se ea de causa præcipitauit ex alto. Quippe tauros inflammat naribus illitis: serpentes auidissimas vini admistum rumpit. Ideo nec inungi suaferim cum Attico melle, licet præcipiant. Quas habeat vtilitates admistum aliis, immensum est referre: & nos simplicia tractamus: quoniam in his naturam esse apparet, in illis coniecturam sæpius fallacem, nulli fatis custodita in misturis concordia naturæ ac repugnantia. Qua de re mox plura.

40 *De natura mellis, & aqua mulsa, & quare genere ciborum mores immutentur, & de melite & cera: & contra compositiones medicorum.* CAP. XXIII.

NON esset mellis autoritas in pretio minor, quàm laseris, ni vbique nasceretur. Illud ipsa fabricata sit natura, sed huic gignendo animal, ut diximus, innumeros ad vsus, si quoties misceatur, æstimemus. Prima propolis alueorum (de qua diximus) aculeos & omnia infixæ corpori extrahit, tubera discutit, dura concoquit, dolores neruorum mulcet, hulcerâque iam desperantia cicatrice includit. Mellis quidem ipsius natura talis est, ut putrescere corpora non sinat, iucundo sapore atque non aspero, alia quàm salis natura. Faucibus, tonsillis, anginæ, omnibusque oris desiderijs vtilissimum, arescētique in febribus linguæ. Iam verò peripneumonicis, pleuriticis decoctum. Item vulneribus à serpente percussis. Et contra venena fungorum. Paralyticis in mulso: quanquam suæ mulso dotes constant. Mel auribus instillatur cum rosaceo: lendes & fœda capitis animalia

necat. Vfus deſpumati ſemper aptior: ſtomachum tamen inflat, bilem auget, ſaſtidium creat, & oculis per ſe inuile aliqui arbitrantur. Rurſus quidã angulos exhulceratos melle tangi ſuadent. Mellis cauſas atq; differentias nationeſq; & indicationem, in apium, ac deinde florum natura diximus, cum ratio operis diuidi cogeret miſcẽda rurſus naturam rerum pernoſcere volentibus. In mellis operibus & aqua mulſa tractari debet. Duo genera eius: ſubite & recentis, alterum inueterate. Repentina deſpumato melle præclaram vtilitatem habet in cibo ægrotantium leui, hoc eſt alicę elutę, viribus recreandis, ore ſtomachoque mulcendo, ardore refrigerando. Frigidã enim vtiliũs dari ventri molliendo, inuenio apud autores. Hunc potum bibendum a ſiſis: item animi humilis & præparci, quos illi dixere micropsychoſ. Eſt & ratio ſubtilitatis immenſę à Platone deſcendens: corpusculis rerum leuibus, ſcabris, anguloſis, rotundis, magis aut minũs ad aliorum naturam accedentibus: ideo non eadem omnibus amara aut dulcia eſſe. Sic & in laſſitudine proniores eſſe ad iracundiam, & in ſiti. Ergo & hæc animi aſperitas, ſeu potius animæ, dulciore ſucco mitigatur. Lenit tranſitum ſpiritus, & molliores facit meatus, ne ſcindant euntem redeuntẽque. Experimenta in ſe cuique: nullius non ira luçtũsque, triſtitia & omnis animi impetus cibo mollitur. Ideoq; obſeruãda ſunt, quæ non ſolum corporum medicinam, ſed & morum habet. Aqua mulſa & tuſſientibus vtilis traditur, calefacta inuitat vomitiones. Contra venenum pſimmythij ſalutaris, addito oleo. Itẽ cõtra hyoſcyamum, cum lacte maximẽ aſinino, & contra halicacabum, vt diximus. Infunditur & auribus & genitalium fiſtulis. Vuluis imponitur cum pane molli, ſubitis tumoribus, luxatis leniendiſque omnibus. Inueteratæ vſum damnauere poſteri, minus innocentem aqua, minũsque vino firmum. Longa tamẽ vetuſtate tranſit in vinum, vt conſtat inter omnes ſtomacho inutiliſſimum, neruiſque contrarium. Semper mulſum ex vetere vino vtiliſſimum, facillimẽque cum melle concorporatur, quod in dulci nunquam euenit. Ex auctero factum non implet ſtomachum, neque ex decocto melle, minũsque inflat, quod ferẽ euenit. Appetendi quoque reuocat auiditatem cibi. Aluum mollit frigido potu pluribus, calido ſiſtit. Corpora auget. Multi ſenectam longam mulſi tantũ nutritu tolerauerunt, neque alio vllõ cibo, celebri Pollionis Romuli exemplo. Cẽteſimum annum excedentem eum Diuus Auguſtus hoſpes interrogauit, quãnam maximẽ ratione vigorẽ illum animi corporiſque cuſtodiret. At ille reſpõdit: intus mulſo, foris oleo. Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam mulſo curetur. Melitites quo fieret modo ex muſto & melle, docuimus in ratione vini. Seculis iam fieri nõ arbitror hoc genus, inflationibus obnoxium. Solebat tamen inueteratum alui cauſa dari in febre: item articulario morbo, & neruorum infirmitate laborantibus, & mulieribus vini abſtemiis. Mellis naturæ adnexa cera eſt: de cuius origine, bonitate, nationibus, ſuis diximus locis. Omnis autem mollit, calefacit, explet corpora: recens melior. Datur in ſorbitione dyſentericis, fauique ipſi, in pulte alicæ priũs toſtæ. Aduerſatur lactis naturæ: ac milij magnitudine x. grana ceræ hauſta, non patiuntur coagulari lac in ſtomacho. Si inguen tumeat, albam ceram in pube fixiſſe remedio eſt. Nec huius vſus, quos miſta aliis præſtat, enumerare medicina poſſit, ſicuti nec ceterorum, quę cum aliis profunt. Iſta, vt diximus, ingeniis conſtant. Non fecit cerata, malaginata, emplaſtra, collyria, antidota, parens illa ac diuina rerum artifex: officinarum hæc, imò veriũs auaritiæ commenta ſunt. Naturæ quidem opera abſoluta atque perfectã gignuntur: paucis ex cauſa non ex coniectura rebus aſſumptis, vt ſucco aliquo ſicca temperentur ad meatus, aut corpore alio humentia ad nexus. Scrupulatim quidem colligere ac miſcere vires, non coniecturę humane opus, ſed impudentiæ eſt. Nos nec Indicarum Arabicarũque mercium, aut externi orbis attingimus medicinas. Non placent remediis tam longẽ naſcentia: non nobis gignuntur: imò ne illis quidem, alioquin non venderẽt. Odorum cauſa vnguentorũque & deliciarum, ſi placet, etiam ſuperſtitionis gratia emantur, quoniam thure ſupplicamus & coſto. Salutem quidem ſine his poſſe conſtare, vel ob id probabimus, vt tantò magis ſui delicias pudeat. Sed medicinas è floribus coronamentisq; & horteniſis, quæque manduntur herbis profecuti

profecuti, quonam modo frugum omitemus? Nimirum & has indicare conuenit.

Medicina ex frugibus.

C A P. X X V.

IN primis sapientissima animalium esse constat, quæ fruge vescantur. Siliginis grana combusta & trita in vino ammineo, oculis illita epiphoras sedant: tritici verò ferro cōbusta iis, quæ frigus vsserit, præsentaneo sunt remedio. Farina tritici ex aceto cocta neruorum contractionibus, cum rosaceo verò & fico sicca myxisque decoctis furfures tonsillis faucibusque gargarizatione profunt. Sextus Pomponius Prætorij viri pater, Hispaniæ citerioris princeps, cum horreis suis ventilandis præsideret, correptus dolore podagræ, merfit in triticum sese super genua: leuatusque siccatis pedibus mirabilem in modum, hoc postea remedio vsus est. Vis tanta est, vt cados plenos siccet. Paleam quoque tritici vel hordei calidam imponi ramicum incommodis experti iubent, quaque decoctæ sunt aqua foueri. Est in farre vermiculus teredini similis: quo cauis dentium cera incluso, cadere vitiati dicuntur, etiamsi fricentur. Olyram arincam diximus vocari. Hac decocta fit medicamentum, quod Ægyptij atharam vocant, infantibus vtilissimum: sed & adultos illinunt eo. Farina ex hordeo & cruda & decocta collectiones impetusque discutit, lenit, & concoquit. Decoquitur aliàs in mulsa aqua, aut fico sicca. Ad iocineris dolores eam cum posca concoqui opus est, aut cum vino. Cum verò inter coquendum discutendumque cura est, tunc in aceto melius, aut in fœce aceti, aut in cotoneis pyrissve decoctis. Ad multipedarum morsus cum melle, ad serpentium in aceto, & contra suppurantia, ad extrahendas suppurationes ex posca, addita resina & galla. Ad concoctiones verò & hulcera vetera, cum resina. Ad duritias cum fimo columbarum, aut fico sicca, aut cinere. Ad neruorum inflammationes aut intestinorum vel laterum, vel virilium dolores, cum papauere aut meliloto, & quoties ab ossibus caro recedit. Ad strumas cum pice & impubis pueri vrina. Cum oleo & fœnogræco contra tumores præcordiorum, vel in febribus cum melle vel adipe vetusto. Suppuratis triticea farina multo lenior. Neruis cum hyoscyami succo illinitur: ex aceto & melle lentigini. Zea, ex qua alicam fieri diximus, efficacior etiam hordeacea videtur, trimestris mollior. Ex vino rubro ad scorpionum ictus tepida, & sanguinem excreantibus: item arteriæ. Tussi cum caprino seuo, aut butyro. Ex fœnogræco mollissima omnium. Hulcera manatia sanat, & furfures corporis, stomachi dolores, pedes & mammas cum vino & nitro cocta. Ærina magis ceteris purgat hulcera vetera & gangrenas: cum raphano & sale & aceto lichenas: lepras cum sulphure viuo: & capitis dolores cum adipe anserino imposita fronti. Strumas & panos concoquit cum fimo columbino, & lini semine decocta in vino. De polente generibus in frugum loco satis diximus, locorum ratione. A farina hordei distat eo quod torretur, ob id stomacho vtilis. Aluum sistit, impetusque rubicundi tumoris. Et oculis illinitur, & capitis dolori cum menta, aut alia refrigerante herba. Item pernionibus & serpentium plagis: item ambustis ex vino. Inhibet quoque pustulas. Farina in pollinem subacta, vim extrahendi humoris habet: ideo & cruore suffusus in fascias vsque sanguinem perducit: efficacius in sapa. Imponitur & pedum callo clauisque. Nam cum oleo veteri ac pice decocto polline, condylomata & alia omnia fedis vitia quàm maximè calido mirabilem in modum curantur. Pulte corpus augetur. Farina, qua chartæ glutinantur, sanguinem excreantibus datur tepida sorbenda efficaciter. Alica res Romana est, & non pridem excogitata: alioquin non ptisanæ potiùs laudes scripsissent Græci. Nondum arbitror Pompeij Magni ætate in vsu fuisse, & ideo vix quicquam de ea scriptum ab Aesclepiadis schola. Esse quidem eximiè vtilem nemo dubitat, siue eluta detur ex aqua mulsa, siue in sorbitiones decocta, siue in pultem. Eadem in aluo sistenda torretur: dein fauorum cera coquitur, vt supra diximus. Peculiariter tamen longo morbo ad habitudinem redactis subuenit, ternis eius cyathis in sextarium aquæ sensim decoctis, donec omnis aqua consumatur. Postea sextario lactis ouilli aut caprini addito per continuos dies, mox adiecto melle. Tali sorbitonis genere emendantur syntexes. Milio sistitur aluus, discutuntur tormina, in quem vsum torretur antè. Neruorum doloribus & aliis

feruens in sacco imponitur: neque aliud vtilius: quoniam leuissimum mollissimumque est, & caloris capacissimum. Itaque talis vsus eius est ad omnia, quibus calor profuturus est. Farina eius cum pice liquida, serpentium & multipedæ plagis imponitur. Panicum Diocles medicus mel frugum appellauit. Effectus habet, quos milium. In vino potum prodest dysentericis. Similiter his, quæ vaporanda sunt, excofactum imponitur. Sistit aluum in lacte caprino decoctum, & bis die haustum: sic prodest & ad tormina. Sefama trita in vino sumpta, inhibet vomitiones. Aurium inflammationi illinitur, & ambustis. Eadem efficit & dum in herba est. Hoc amplius oculis imponitur decocta in vino. Stomacho inutilis cibus, & animæ grauitatem facit: Itellionum morsibus resistit: item hulceribus, quæ cacoëthe vocant. Et auribus oleum, quod ex ea fit, prodesse diximus. Sefamoides à similitudine nomen accepit, grano amaro, folio minore. Nascitur in glareosis. Detrahit bilem in aqua potum. Semen illinitur igni sacro: discutit panos. Est etiamnum aliud sesamoides Anticyræ nascens, quod ideo aliqui Anticyricon vocant: cætera simile erigeronti herbæ, de qua suo dicemus loco. Granum sesamæ datur in vino dulci ad detractiones, quantum tribus digitis capitur, miscētque ellebori albi vnum & dimidium obolum, purgationem eam adhibentes, maximè insanix melancholicæ, comitialibus, podagricis. Et per se drachmæ pondere exinanit. Hordeum optimum, quod candidissimum. Succus decocti in aqua cælesti digeritur in pastillos, vt infundatur ex hulceratis interaneis & vuluis. Cinis eius ambustis illinitur, & carnibus quæ recedunt ab ossibus, & eruptionibus pituitæ, muris aranei morsibus. Idem asperfo sale ac melle, candorem dentibus, & suauitatem oris facit. Eos qui pane hordeaceo vtuntur, morbo pedum tentari negant. Nouemque granis si furunculum quis circumducatur, singulis ter, manu sinistra, & omnia in ignem abiiciat, confestim sanari aiunt. Est & herba Phœnicea appellata Græcis, nostris verò hordeum murinum. Hæc trita è vino pota præclare ciet menses. Ptisanæ quæ ex hordeo fit, laudes vno volumine condidit Hippocrates: quæ nunc omnes in alicam transeunt. Contra quanto innocentior est alica? Hippocrates tantum forbitionis gratia laudauit, quoniam lubrica ex facili hauriretur, quoniam sitim arceret, quoniam in aluo non intumesceret, quoniam facile redderetur, & assuetis hic solus cibus in febris die possit dari: tantum remotus ab istis, qui medicinam fame exercent. Sorbitionem tamen dari totam vetuit, aliudve quam succum ptisanæ. Item quamdiu pedes frigidi essent, tunc quidem nec potionem dandam. Fit & ex tritico glutinosior, arteriæque ex hulceratæ vtilior. Amylon hebetat oculos, & gulæ inutile, contra quam creditur. Item sistit aluum, epiphoras oculorum inhibet, & hulcera sanat: item pustulas & fluxiones sanguinis. Genas duras emollit. Datur cum ouo his qui sanguinem reiecerint. In vesicæ verò dolore, semuncia amyli cum ouo & passibus ouis sufferuefacta, à balineo. Quin & auenacea farina decocta in aceto nauos tollit. Panis hic ipse, quo viuitur, innumeras penè continet medicinas. Ex aqua & oleo aut rosaceo mollit collectiones: ex aqua mulsâ duritias valde mitigat. Datur & ex vino ad discutienda quæ præstringi opus sit, & si magis etiamnum, ex aceto: aduersus acutas pituitæ fluxiones, quas Græci rheumatismos vocant: item ad percussa, luxata. Ad omnia autem hæc fermentatus, qui vocatur autopyros, vtilior. Illinitur & paronychis, & callo pedum in aceto. Vetus aut nauticus panis tusus atque iterum coctus, sistit aluum. Vocis studiosos, & contra distillationes, ficcum esse primo cibo, vtilissimum est. Sitanus (hoc est è trimestri) incussa in facie, aut desquamata cum melle aptissime curat. Candidus ægris, aqua calida frigidave madefactus, leuissimum cibum præbet. Oculorum tumori ex vino imponitur. Sic & pustulis capitis, aut adiecta arida myrto. Tremulis panem ex aqua esse ieiunis statim à balineis demonstrant. Quin & grauitatem odorum in cubiculis vstus emendat, & vini, in saccos additus. Auxiliatur & faba. Nanque solida fricta, feruensque in acre acetum coniecta, torminibus medetur. In cibo fressa, & cum allio cocta, contra deploratas tusses suppurationesque pectorum, quotidiano cibo sumitur: & commanducata ieiuno ore, etiam ad furunculos maturandos discutiendosve imponitur:

ponitur:& in vino decocta, ad testium tumores & genitalium. Lomento quoque ex aceto decocto, tumores maturat atque aperit. Item liuoribus, combuftis medetur. Voci eam prodeffe, autor est M. Varro. Fabalium etiam filiquarumque cinis, ad coxendices, & ad neruorum veteres dolores, cum adipis fuilli vetuftate prodeft. Et per fe cortices decocti ad tertias fiftunt aluum. Lens optima, quæ facillimè coquitur, eaque quæ maximè aquam abforbet. Aciem quidem oculorum obtundit, & ftomachum inflat: fed aluum fiftit in cibo, magisque difcocta cæleſti aqua: eadem foluit, minus percocta. Cruftulas vlcera rumpit, eaque quæ intra os funt, purgat & adſtringit. Collectiones omnes impoſita ſedat, maximèque exulceratas & rimofas. Oculorum autem epiphoras cum meliloto aut cotoneo. Contra ſuppurantia cum polenta imponitur. Decoctæ ſuccus ad oris exulcerationes & genitalium adhibetur: ad ſedem, cum roſaceo aut cotoneo. In iis, quæ acius remedium exigunt, cum putamine Punici, melle modico adiecto. Ad id demum ne celeriter inareſcat, adiiciunt & beta folia. Imponitur & ſtrumis panisque, vel maturis vel matureſcentibus, ex aceto difcocta. Rimis ex aqua mulſa: & gangrænis cum Punici tegmine. Item podagris cum polenta, & vuluis & renibus, perionibus, hulceribus difficile cicatricem trahentibus. Propter diſſolutionem ſtomachi triginta grana lentis deuorantur. In cholera quoque & dyſenteria efficacior eſt in tribus aquis cocta: in quo uſu melius ſemper eam torrere aut tundere, vt quàm tenuiſſima detur, vel per ſe, vel cum cotoneo malo, aut pyris, aut myrto, aut intubo erratico, aut beta nigra, aut plantagine. Pulmoni eſt inutilis, & capitis dolori, neruoſiſque omnibus, & felli: nec ſomno facilis: ad puſtulas utilis, ignique ſacro & mammis in aqua marina decocta, in aceto autem duritias & ſtrumas diſcutit. Stomachi quidem cauſa, polente modo potionibus inſpergitur. Quæ ſunt ambuſta, aqua ſemicocta curat, poſtea trita, & per cribrum effuſo ſurfure, mox procedente curatione addito melle. Ex poſca coquitur ad guttura. Eſt & paluſtris lens per ſe naſcens in aqua non fluente, refrigeratoriæ naturæ: propter quod collectionibus illinitur, & maximè podagris, & per ſe & cum polenta: glutinat & interanea prociſentia. Eſt & ſylueſtris eleliſphacos dicta à Græcis, ab aliis phacos. Eſt ea ſatiua lente leuior, & folio minore, atque ſiccior & odoratiore. Eſt & alterum genus eius ſylueſtris, odore graui: hæc mitior. Folia habet cotonei mali effigie, ſed minora & candida, quæ cum ramis decoquuntur. Menſes ciet & vrinas, & paſtinacæ marinæ iſtus ſanat. Torporem autem obducit percuffo loco. Bibitur cum abſinthio ad dyſenteriam. Cum vino eadem commorantes menſes trahit: abūdantes ſiſtit decocto eius potu. Per ſe impoſita herba, vulnere ſanguinem cohibet. Sanaſt & ſerpentium morſus. Et ſi in vino decoquatur, pruritus teſtium ſedat. Noſtri, qui nunc ſunt, herbarij eleliſphacon Græcè, Latine ſaluiam vocant, mentæ ſimilem, canam, odoratam. Partus emortuos ea appoſita extrahunt: item vermes aurium hulcerumque. Cicer & ſylueſtre eſt, foliis ſatiuo ſimile, odore graui. Si largius ſumatur, aluus ſoluitur, & inflatio contrahitur, & tormina. Toſtum ſalubrius habetur. Cicerula etiamnum magis in aluo proficit. Farina vtriuſque hulcera manantia capitis ſanat, efficacius ſylueſtris. Item comitiales & iocinerum tumores, & ſerpentium iſtus. Ciet menſes & vrinas, grano maximè. Emendat & lichenas, & teſtium inflammationes, regium morbum, hydroſicos. Lædunt omnia hæc genera exulceratam veſicam & renes. Gangrænis vtiliora cum melle, & his quæ cacoëthe vocantur. Verrucarum in omni genere prima Luna ſingulis granis ſingulas tangunt, eaque grana in linteolo deligata poſt ſe abiiciunt, ita fugari vitium arbitantes. Noſtri præcipiunt arietinum in aqua cum ſale diſcoquere, ex eo bibere cyathos binos in difficultatibus vrinæ. Sic & calculos pellit, morbumque regium. Eiuſdem foliis ſarmentisque decoctis aqua quàm maximè calida morbos pedum mollit, & ipſum calidum tritumque illitum. Columbini decocti aqua, horrorem tertianæ & quartanæ minuere creditur. Nigrum autem cum gallæ dimidio tritum, oculorum hulceribus ex paſſo medetur. De eruo quædam in mentione eius diximus: nec potentiam ei minorem veteres quàm braſſicæ, tribuere. Contra ſerpentium iſtus ex aceto, ad

croce dilorum hominū inque morfi m. Si quis ei uum quotidie ieiunus edat, licent eius absumi certissimi autores affirmant. Farina eius (ut ait Varro) maculas toto corpore emendat. Serpere hulcera non patitur: in mannis efficacissimum. Carbunculos rumpit ex vino. Vrinæ difficultates, inflationem, vitia iocineris, tenesmon, & quæ cibum non sentiunt, atropa appellata, tostum, & in nucis auellanæ magnitudinem melle collectum deuoratūque corrigit: item impetigines, ex aceto coctum, & quarto die solutum. Panos in melle impositum suppurare prohibet. Aqua decocti periones & pruritus sanat fouendo. Quin & uniuerso corpori, si quis quotidie ieiunus Liberit, meliorem fieri colorem existimant. Cibus idem hominis alienum. Vomitiones mouet, aluum terreat, capiti & stomacho onerosum. Genua quoque degrauat. Sed madefactum pluribus diebus, mitescit, bubus iumentisque utilissimum. Siliquæ eius virides, prius quam indurescant, cum suo caule foliisque contritæ, capillos nigro colore inficiunt. Lupini quoque syluestres sunt, omni modo minores satiuis, præterquam amaritudine. Ex cernilus quæ eduntur, sicco nulli minus ponderis est, nec plus utilitatis. Mitescunt cinere aut aqua calidis. Colorem hominis frequentiores in cibo exhilarant: amari contra aspidas valent. Hulcera atra, aridi decorticatique triti, supposito linteolo, ad uium corpus redigunt. Strumas, parotidas in aceto cocti discutunt. Succus decoctorum cum ruta & pipere, vel in febris datur ad ventris animalia pellenda, minoribus triginta annorum: pueris uero impositi in ventrem ieiunis profunt. Et alio genere tosti, & in defruto poti, vel ex melle sumpti. Iidem auiditatem cibi faciunt, fastidium detrahunt. Farina eorum aceto subacta, papulas pruritusque in balineis illita cohibet, & per se siccatur hulcera. Liuores emendat. Inflammationes cum polenta sedat. Syluestrium efficacior vis est contra coxendicum & lumborum debilitatem. Ex iisdem decocta lentigines & fouentium cutem corrigunt: si uero ad mellis crassitudinem decoquantur vel satiui, vitiligines nigras & lepras emendant. Satiui quoque rumpunt carbunculos impositi: panos & strumas minuunt, aut maturant. Cocti ex aceto, cicatricibus candidum colorem reddunt. Si uero celesti aqua discoquantur, succus ille smegma fit: quo fouere gangrenas, eruptiones pituitæ, hulcera manantia, utilissimum. Expediit ad lienem bibere, & cum melle menstruis hærentibus. Lienis crudi cum fico sicca triti ex aceto imponuntur. Radix quoque in aqua decocta, urinas pellit. Medentur pecori cum chamæleonte herba decocti aqua in potum collata. Sanant & scabiem quadrupedum omnium, in amurca decocti, vel utroque liquore postea misto. Fumus crematorum culices necat. Irionem inter fruges sesamæ similem esse diximus, & à Græcis erysimon vocari: Galli uelorum appellant. Est autem fruticosum, foliis erucæ angustioribus paulò, semine nasturtij. Utilissimum tussientibus cum melle, & in thoracis purulentis excreationibus. Datur & regio morbo, & lumborum vitiis, pleuriticis, torminibus, celiacis. Illinitur uero parotidum & carcinomatum malis. Testium ardoribus ex aqua, aliàs cum melle. Infantibus quoque utilissimum. Item sedis vitiis & articulariis morbis, cum melle & fico. Contra venena etiam efficax potum. Medetur & suspiriosis: item fistulis, cum axungia ueteri, ita ne intus addatur. Horminum semine (ut diximus) cumino simile est, cætero porro, dodrantali altitudine. Duorum generum alteri semen nigrius, & oblongum. Hoc ad Venerem stimulandam, & ad oculorum argema & albugines. Alteri candidius semen & rotundius. Utroque tuso extrahuntur aculei ex corpore: per se illitum ex aqua, folia ex aceto imposita, panos per se, vel cum melle discutunt: item furunculos, priusquam capita faciant, omnesque acrimonias. Quin & ipsa frugum pestes in aliquo sunt usu. Infelix dictum est à Virgilio lolium. Hoc tamen molitum, ex aceto coctum, impositumque sanat impetigines, celerius, quò sapius mutatum est. Medetur & podagris, aliisque doloribus ex oxymelite. Curatio hæc à cæteris differt. Aceti sextario uno dilui mellis uncias duas iustum est: ita temperatis sextariis tribus, decocta farina lolij sextariis duobus usque ad crassitudinem, calidumque ipsum imponi dolentibus membris. Eadem farina extrahit ossa fracta. Miliaria appellatur herba, quæ necat milium. Hæc trita, & cornu

& cornu cum vino infusa, podagras iumentorum dicitur sanare. Bromos semen est spicam ferentis herbæ: nascitur inter vitia segetis auenæ genere: folio & stipula triticū imitatur. In cacuminibus dependentes, paruulas velut locustas habet. Semen vtile ad cataplasmata, atque hordeum & similia. Prodest tussientibus succus. Orobanchen appellauimus necantem eruum & legumina: alij cynomorion eam appellant, à similitudine canini genitalis: Cauliculus est sine foliis, pinguis, rubens. Estur & per se, in patinis cum tenera est decocta. Et leguminibus innascuntur bestiolæ venenatæ, quæ manus pungunt, & periculum vitæ afferunt, solifugarum generis. Aduersus has omnia eadem medentur, quæ contra araneos & phalangia demonstrantur. Et frugum quidem hæc sunt in vfu meo dico. Ex iisdem fiunt & potus, zythum in Ægypto, cælia & ceria in Hispania, ceruisia & plura genera in Gallia, aliisque prouinciis: quorum omnium spuma cutem fœminarum in facie nutrit. Nam quod ad potum ipsum attinet, præstat ad vini transire mentionem, atque à vite ordiri medicinas arborum.

C. PLINII SECVNDI N A-
T V R A L I S H I S T O R I Æ

L I B E R X X I I I .

P R O O E M I V M .



30
E R A C T A cerealium in medendo quoque natura est, omniūque quæ ciborum aut florum odorūque gratia proueniunt supina tellure. Non cessit his Pomona, partēsque medicas pendentibus quoque dedit, non contenta protegere, arborūque alere vmbra quæ diximus, imò velut indignata plus auxiliij inesse his quæ longiūs à cælo abessent, quæque postea cepissent. Primum enim homini cibum fuisse inde, & sic inductos cælum spectare, pascique & nunc ex se posse sine frugibus. Ergo hercule has in primis dedit vitibus, non contenta delicias etiam & odores atque vnguenta omphacio & œnanthe ac massari (quæ suis locis diximus) nobiliter instruxisse: Plurimum, inquit, homini voluptatis ex me est. Ego succum vini, liquorem olei gigno. Ego palmas & poma, tótque varietates: neque, vt tellus, omnia per labores, aranda tauris, terenda areis, deinde saxis, vt quando quantòve opere cibi fiant. At ex me parata omnia, nec curuo adoranda aratro, nec cura laboranda, sed sese porrigentia vltro: & si pigeat attingere, etiam cadentia. Certauit ipsa secum, plusque vtilitatis causa genuit etiam, quàm voluptatis. Folia vitium & pampini capitis dolores, inflammationēsque corporum mitigant cum polenta. Folia per se ardores stomachi ex aqua frigida: cum farina verò hordei, articulares morbos. Pampini triti & impositi, tumorem omnem siccant. Succus eorum dysentericis infusus medetur. Lacryma vitium, quæ veluti gummi est, lepras & lichenas, & psoras nitro antè præparatas sanat. Eadem cum oleo sæpius pilis illitis, psilothri effectum habet, maximèque aqua, quam virides accensæ vites exudant: qua & verrucæ tolluntur. Pampini sanguinem excreantibus, & mulierum à conceptu defectioni diluti potu profunt. Cortex vitium & folia arida, vulnerum sanguinem sistunt, ipsumque vulnus conglutinant. Vitis albæ viridis tusæ succo & thure impetigines tolluntur. Cinis sarmentorum vitiūque & vinearum condylomatis & sedis vitiis medetur ex aceto: item luxatis & ambustis, & lienis tumori, cum rosacco & ruta & aceto. Item igni sacro ex vino citra oleum aspergitur:

& intertrigines & pilos absumit. Dant & bibendum cinerem sarmentorum ad lienis remedia aceto conspersum, ita ut bini cyathi in tepida aqua bibantur, ut qui biberit in lienem iaceat. Claviculae ipsae, quibus reputantur vites, tritae, & ex aqua potae, sistunt vomitionum consuetudinem. Cinis vitium cum axungia vetere contra tumores proficit, fistulas purgat, mox & perfanat: item nervorum dolores frigore ortos, contractionesque: contusas vero partes cum oleo: carnes excrecentes in ossibus cum aceto & nitro: scorpionum & canum plagas cum oleo. Corticis per se cinis combustis pilos reddit. Omphacium qua fieret ratione incipientis vitae pubertate, in unguentorum loco docuimus. Nunc ad medicinam de eo pertinentia indicabimus. Sanat ea, quae in humido sunt, hulcera, ut oris, thorsillarum, genitalium. Oculorum claritati plurimum confert. Scabritiae genarum, hulceribusque angulorum, nubes oculis, hulceribus quacunq; in parte manantibus, cicatricibus marcidis, ossibus purulentum limosis. Frangitur vehementia eius melle aut passo. Prodest & dysentericis, sanguinem excreantibus, anginis. Omphacio cohaeret cenanthe, quam vites sylvestres ferunt, dicta a nobis in unguenti ratione. Laudatissima in Syria, maxime circa Antiochiae & Laodiceae montes: & ex alba vite refrigerat, adstringit, vulneribus inspergitur, stomacho illinitur, vitilis urinae iocineri, capitis doloribus, dysentericis, coeliacis, cholericis. Contra fastidia obolo ex aceto pota. Siccat manantes capitis eruptiones, efficacissima ad vitia quae sunt in humidis: ideoque & oris hulceribus, & veredis, ac sedi. Cum melle & croco aluum sistit. Genarum scabiem emendat, oculorumque lacrymationes: ex vino stomachi dissolutionem: ex aqua frigida pota sanguinis excreationem. Cinis eius ad collyria, & ad hulcera purganda, & paronychia, & pterygia probatur. Vritur in furno, donec panis percoquatur. Massaris odoribus tantum gignitur, omniaque ea auiditas humani ingenij nobilitavit, rapere festinando.

De medicinis vuarum recentium, & sarmentis vuarum, & vinaceis, & de vva theriace, & de vva passa, & astaphide, & astaphide agraria, punitaria, & labrusca, & de vite alba & nigra, & de mustis, & vini generibus, & aceto.

CAPUT I.

Maturefcentium autem vvae vehementiores nigrae, ideoque vinum ex his minus iucundum: suaviores albae, quoniam est translucido facilius accipitur aer. Recentes stomachum & spiritum inflant, aluumque turbant: itaque in febre damnantur utique largiores. Grauedinem enim capiti, morbumque lethargicum faciunt. Innocentiores, quae decerpuntur diu pependere: qua ventilatione etiam utiles fiunt stomacho, aegrisque. Nam & refrigerant leuiter, & fastidium auferunt. Quae autem in vino dulci conditae fuerint, caput tentant. Proximae sunt pensilibus in palea seruatae. Nam in vinaceis seruatae, & caput & vesicam & stomachum infestant. Sistunt tamen aluum, sanguinem excreantibus utilissima. Quae vero in musto fuere, peiorem vim etiamnum habent, quam quae in vinaceis. Sapa quoque stomacho inutiles facit: saluberrimas putant medici in caelesti aqua seruatas, etiam si minime iucundas: sed voluptatem earum in stomachi ardore sentiri, & in amaritudine iecoris fellisque vomitione in cholericis, hydropicis, cum ardore febrilem aegrotantibus. At in ollis seruatae, & os & stomachum & auiditatem excitant. Paulo tamen grauiores existimantur fieri vinaceorum halitu. Vvae florem in cibis si edere gallinacei, vvas non attingunt. Sarmenta earum in quibus acini fuere, adstringendi vim habent, efficaciora ex ollis. Nuclei acinorum eandem vim obtinent. Hi sunt, qui in vino capitis dolorem faciunt. Tosti tritique stomacho utiles sunt. Inspergitur farina eorum polentae modo potionis dysentericis, & coeliacis, & dissolutis stomacho. Decocto etiam eorum fouere psoras & pruritus, utile est. Vinacei per se, minus capiti aut vesicae nocent, quam nuclei: mammaram inflammationi triti cum sale utiles. Decoctum eorum veteres dysentericos & coeliacos iuuat & potione, & fotu. Vva theriace, de qua suo loco diximus, contra serpentium ictus estur. Pampinos quoque eius edendos censent, imponendosque, vinumque & acetum ex his factum auxiliarem contra eadem vim habent. Vva passa, quam astaphida vocant, stomachum, ventrem, interanea tentaret, nisi

nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent: iis exēptis, vesicæ utilis habetur, & tussi alba utilior. Utilis & arteriæ & renibus, sicut ex his passum priuatim è serpentibus contra hæmorrhoida potens. Testium inflammationi cum farina cumini aut coriandri imponuntur: item carbūculis, articularibus morbis, sine nucleis tritæ cum ruta: fouere antè vino hulcera oportet. Sanant epinyctidas & dysenteriam cum suis nucleis. Et in oleo coctæ gangrænis illinuntur cum cortice raphani & melle. Podagris & vnguium mobilibus cum panace, & per se ad purgandum os capūtque, cum pipere commanducantur. Astaphis agria siue staphis, quam vuam taminiam aliqui vocant falso, (suum enim genus habet, cauliculis nigris rectis, foliis labruscæ) fert folliculos veriùs, quàm acinas, virides, 10 similes ciceri: in his nucleum triangulum. Maturefcit cum vindemia nigrescitq; cum taminix rubentes norimus acinos: sciamusque illam in apricis nasci, hanc non nisi in opacis. His nucleis ad purgationem uti non censuerim propter ancipitem stragulationem: nec ad pituitam oris siccandam: fauces enim lædunt. Phthiriasi caput & reliquum corpus liberant triti, faciliùs admitta sandaracha: item pruritu & pforis. Ad dentium dolores decoquantur in aceto: ad aurium vitia, rheumatismum cicatricum, hulcerū manantia. Flos tritus in vino cōtra serpētes bibitur: semen enim abdicauerim, propter nimiam vim ardoris. Quidam eam pituitariam vocant, & plagis serpentium utique illinunt. Labrusca quoque cœnanthen fert, satis dictam, quæ à Græcis ampelos agria appellatur, spissis & candicantibus foliis, geniculata, rimoso cortice: fert vuas rubentes cocci modo, 20 quæ cutem in facie mulierum purgant, & variis coxendicum & lumborum vitis tussæ cum foliis & succo profunt. Radix decocta in aqua, pota in vini Coi cyathis duobus, humorem alui ciet: ideo hydropicis datur. Hanc potius crediderim esse, quam vulgus vuam taminiam vocat. Utuntur ea pro amuleto: & ad expuitionem sanguinis quoque adhibent, non vltra gargarizationes, & ne quid deuoretur, addito sale, thymo, aceto mulso. Ideo & purgationibus ancipitem putant. Est huic similis, sed in salicetis nascens: ideo distinguitur nomine, cum eisdem vsus habeat, & salicestrum vocatur. Scabiem & pruriginem hominum quadrupedumque aceto mulso trita hæc efficacius tollit. Vitis alba est, quam Græci ampeloleucen, alij ophiostaphylon, alij melothron, alij psilothron, alij archeostin, alij cedrostin, alij madon appellant. Huius sarmenta longis & 30 exilibus internodiis geniculata scandunt. Folia pampinosa ad magnitudinem edere, diuiduntur ut vitium. Radix alba, grandis, raphano similis initio: ex ea caules asparagi similitudine exeunt. Hi decocti in cibo aluum & vrinam ciet. Folia & caules exhulcerant corpus: utique hulcerum phagedænis & gangrænis, tibiarumque tædio cum sale illinuntur. Semen in vua raris acinis dependet, succo rubente, postea croci. Nouere id qui coria perficiunt: illo enim utuntur. Pforis & lepris illinitur. Lactis abundantiam facit coctum cum tritico, potumque. Radix numerosis vtilitatibus nobilis, contra serpentium ictus trita drachmis duabus bibitur. Vitia cutis in facie, varosque & lentigines, & fuggillata emendat, & cicatrices. Eademque præstat decocta in oleo. Decoctæ datur & comitialibus potus: item mente commotis, & vertigine laborantibus, drachmæ pôdere 40 quotidie anno toto. Et ipsa autem largior aliquanto, sensus purgat. Illa vis præclara, quod ossa infracta extrahit in aqua imposita, ut bryonia: quare quidam hanc albam bryoniã vocant. Alia verò nigra efficacior in eodem vsu cum melle & thure. Suppurationes incipientes discutit, veteres maturat & purgat. Ciet menses & vrinam. Ecligma ex ea fit suspuriosis, & contra lateris dolores, vulsis, ruptis. Splenem ternis obolis pota triginta diebus consumit. Illinitur eadem cum fico & pterygiis digitorum. Ex vino secundas fœminarum apposita trahit: & pituitam, drachma pota in aqua mulsa. Succus radicis colligi debet ante maturitatem feminis: qui illitus per se & cum eruo, lætiore quodam colore & cutis teneritate mangonizat corpora: serpentes fugat. Tunditur ipsa radix cum pingui fico, erugatque corpus si statim bina stadia ambulentur: alias vrit, nisi frigida 50 abluatur. Iucundiùs hoc idem præstat nigra vitis: quoniam alba prurimum affert. Est ergo & nigra, quam propriè bryoniam vocant, alij Chioniã, alij gynecanthen, aut apro-

niam, similem priori, præterquam colore. Huius enim nigrum esse diximus. Asparagus eius Diocles prætulit veris asparagis in cibo vrinæ ciendæ, lienique minuendo. In fructis & harundinetis maximè nascitur. Radix foris nigra, intus buxæ colore, ossa infracta vel efficacius extrahit, quam supra dicta. Cæterum eidem peculiare est, quod iumentorum ceruicibus vnice medetur. Aiunt si quis villam ea tinxerit, fugere accipitres, tutasque fieri villaticas alites. Eadem in iumento hominèque phlegma, aut sanguinem, qui se ad talos deiecerit, circunligata sanat. Et hæcenus de vitium generibus. Musta differentias habent naturales has, quod sunt candida, aut nigra, aut inter vtrunque: aliæque, ex quibus vinum fiat, alia ex quibus passum: cura differentias innumerabiles facit. In plenum ergo hæc dixisse conueniat. Mustum omne stomacho inutile, venis iucundum. 10
 A balineis raptim & sine interpiratione potum, necat. Cantharidum naturæ aduersatur. Item serpentibus, maximè hæmorrhoidi & salamandræ. Capitis dolores facit, & gutturi inutile. Prodest renibus, iocineri, & interaneis vesicæ: colleuat enim ea. Priuatim contra buprestin valet. Contra meconium, lactis coagulationem, cicutam, toxica, dorycnium, ex oleo potum, redditumque vomitionibus. Ad omnia infirmius albū, iucundius passum mustum, & quod minorem capitis dolorem afferat. Vini genera differentiasque perquam multas exposuimus, & fere cuiusque proprietates. Neque est vlla pars difficilius tractatu, aut numerosior: quippe cum sit tardum dictu, pluribus proficit an nocet: præterea quam ancipiti euentu potu statim auxilium fit, aut venenum. Etenim de natura ad remedia tantum pertinente nunc loquimur. Vnum de dādo eo volumen Asclepiades condidit, ab eo cognominatum: qui verò postea de volumine illo disserere, innumera. Nos ista Romana grauitate, artiumque liberalium appetentia, non vt medici, sed vt iudices salutis humanæ, diligenter distinguemus. De generibus singulis differere immensum & inexplicabile est, discordibus medicorum sententiis. Surrentinum veteres maximè probauere: sequens ætas Albanum aut Falernum. Deinde alia alij, iniquissimo genere decreti, quod cuique gratissimum cæteris omnibus pronuntiando. *Quin* vt constarent sententiæ, quota portio tamē mortalium iis generibus posset vti? *Iam* verò nec proceres vsquam synceris. Eo venere mores, vt nomina modò cellarum vacent, statimque in lacubus vindemiæ adulterentur. Ergo hercle, mirum dictu, innocētius iam est quodcunque & ignobilius. Hæc tamē facere cōstantissimè videntur sententiæ victoriam, quorum mentionem fecimus, si quis hoc quoque discrimen exigat. Falernum nec in nouitate, nec in nimia vetustate corpori salubre est. Media eius ætas à quintodecimo anno incipit. Hoc nō rigido potu stomacho vtile, non item in calido. Et in diutina tussi forbetur merum vtiliter à ieiunis: item in quartanis. Nullo æquè venæ excitantur. Aluum sistit, corpus alit. Creditum est obscuritatē visus facere: nec prodesse neruis, aut vesicæ. Albana neruis vtiliora. Stomacho minus, quæ sunt dulcia: austeram vel Falerno vtiliora. Concoctionē minus adiuuant: stomachū modicè implent. At Surrētina nullo modo, nec caput tentant: stomachi & intestinorum rheumatismos cohibent. Cæcuba iam non gignuntur. At quæ supersunt Setina, cibos concoqui cogunt. Virium plus Surrentino, austeritatis Albano, vehementiæ minus Falerno. Ab his Statana non longo interuallo 40
 abfuerint. Aluo citæ Signinum maximè conducere indubitatum est. Reliqua in commune dicuntur. Vino aluntur vires, sanguis colosque hominū. Hoc quoque distat orbis medius, & mitior plaga à circumiectis: quantum illis feritas facit roboris, tantum nobis hic succus. Lactis potus ossa alit, frugū neruos, aque carnes. Ideo minus ruboris est in corporibus illis, & minus roboris, contraque labores patientiæ. Vino modico nerui iuuantur, copiosiore læduntur: sic & oculi. Stomachus recreatur: appetentia ciborum inuitatur: tristitia & cura hebetatur: vrina & aliorum expellitur: somnus conciliatur. Præterea vomitiones sistit: collectiones extra lanis humidis impositis mitigat. Asclepiades vtilitatem vini æquari vix Deorum potentia posse pronuntiauit. Vetus copiosiore aqua miscetur, magisque vrinam expellit: minus siti resistit. Dulce minus inebriat, sed stomacho innat: austerum facilius concoquitur. Leuissimum est, quod celerrimè inueteratur. Minus infe-

infestat nervos, quod vetustate dulcescit. Stomacho minus vtile est pingue, nigrum, sed corpora magis alit. Tenue & austerum minus alit, magis stomachum nutrit. Celerius per urinam transit, tantoque magis capita tentat: hoc & in omni alio succo semel dictum sit. Vinum si sit fumo inueteratum, insaluberrimum est. Mangones ista in apothecis excogitauere. Iam & patres familias ætatem ademere his, quæ per se cariem traxere. Quo certè vocabulo satis consilij dedere prisca: quoniam & in materiis cariem fumus erodit. at nos è diuerso fumi amaritudine vetustatem indui persuasum habemus. Quæ sunt admodum exalbida, hæc vetustate salubria fiunt, Quo generosius vinum est, hoc magis vetustate crassescit, & in amaritudinem corpori minimè vtilem coit.

10 Condire eo aliud minus annosum, insalubre est. Sua cuique vino salua innocentissima, sua cuique ætas gratissima, hoc est, media. Corpus augere volentibus, aut mollire aluum, conducit inter cibos bibere. Contra minuentibus aluumque cohibentibus, sitire in edendo, postea parum bibere. Vinum ieiunos bibere nouitio inuentum, inutilissimum est. Curas vigorémque animi impedit, ad procinctum tendentibus: somno verò ac securitatibus iam dudum hoc fuit, quod Homericæ illa Helena ante cibum ministravit. Odyss. 4. Sic quoque in prouerbum cessit, sapientiam vino obumbrari. Vino debemus homines, quod soli animalium non sitientes bibimus. Aquæ potum interponere vtilissimum: Itémque iugi superbibere ebrietati: quam quidem frigidæ potus extemplo discutit. Meracis potionibus per viginti dies ante canis ortum, totidémque postea, suadet Hesiodus vti. Merum quidem remedio est contra cicutas, coriandrum, aconita, viscum, meconium, argentum viuum, apes, vespas, crabrones, phalangia, serpentium scorpionumque ictus, contraque omnia quæ refrigerando nocent. Priuatim contra hæmorrhoidas, præteras, fungos. Item contra inflationes rosionesque præcordiorum, & quorum stomachus in vomitiones effunditur: & si venter aut interanea rheumatismum sentiant. Dysentericis, sudatoribus, in longa tussi, in epiphoris, meracum. At verò cardiacis, in mamma læua merum in spongia imponi prodest. Ad omnia autem maximè album inueterascens. Vtiliter etiam fouetur vino calido virilitas iumentis: quo etiam infuso cornu lassitudinem auferri aiunt. Simias, quadrupedésque quibus digiti sunt, negant crescere assuetas meri potu. Nunc circa ægritudines sermo de vinis erit. Saluberrimum liberaliter genitis, Campaniæ quodcúmque tenuissimum: vulgo verò, quod quæque maximè iuuerit validum. Vtilissimum omnibus sacco viribus fractis. Meminerimus succum esse, qui feruendo vires è musto sibi fecerit. Misceri plura genera, omnibus inutile. Saluberrimum, cui nihil in musto additum est: meliúsque, si nec vasis pix affuit. Marmore enim & gypso aut calce condita, quis non etiam validus expauerit? In primis igitur vinum marina aqua factum, inutile est stomacho, nervis, vesicæ. Resina condita, frigidis stomachis vtilia existimantur. Non expedire vomitoribus, sicut neque mustum, neque sapa, neque passum. Nouitium resinatum nulli conducit. Capitis dolorem & vertigines facit: ab hoc dicta crapula est. Tussientibus & in rheumatismo nominata profunt. Item cœliacis & dysentericis, mulierum mensibus. In hoc genere rubrum nigrumve magis constringit, magisque calfacit. Innocentius pice sola conditum. Sed & picem meminisse debemus, non aliud esse, quàm combustæ resinæ fluxum. Hoc genus vini excalfacit, concoquit, purgat: pectori, ventri vtile: item vuluarum dolori, si sine febre sint, veteri rheumatismo, exulcerationi, ruptis conuulsis, vomitis, neruorum infirmitati, inflationibus, tussi, anhelationibus, luxatis, in succida lana impositum. Ad omnia hæc vtilius id, quod sponte naturæ suæ picem resipit, picatumque appellatur. Heluenanco quoque tamen nimio caput tentari conuenit. Quod ad febrium valetudines attinet, certum est non dandum in febre, nisi veteribus ægris, vinum: nec nisi declinante morbo. In acutis verò periculis, nullis nisi qui manifestas remissiones habeant, & has noctu potius. dimidia enim pars periculi est, noctu, hoc est spe somni, bibentibus:

20 nec à partu abortiue: nec à libidine ægrotantibus, nec in capitis doloribus, nec quorum accessiones cum frigore extremitatum fiant, nec in febre tussientibus, nec in tremore ner-

uorūque doloribus vel faucium, aut si vis morbi circa illa intelligatur, nec in duritia præcordiorum, venarum vehemētia, neque in opisthotono, tetano, nec singultiētibus, nec si cum febre dyspnœa sit. Minimè verò oculis rigentibus, & genis stātibus, aut defectis grauibūsq; nec quorum conniuentiū perlucebunt oculi, neu palpebris nō coeuntibus, vel si dormiētibus hoc idem eueniet: aut si cruore suffunduntur oculi, vel si lemæ in oculis erūt. Minimè lingua fungosa, nec graui, & subinde imperfecta loquētibus: nec si vrina difficilè reddetur, neque expauescentibus repentè, nec spasticis, aut rursus torpentibus, nec si per somnos genitura effundetur. Cardiacorum morbo vnicam spem in vino esse, certum est. Sed id dandum quidam non nisi in accessione censent, alij non nisi in remissione. Illi, vt sudorem coërceant: hi, quia tutius putāt, minuēte se morbo: quam plurium sententiam esse video. Dari vtique nō nisi in cibo debet, nec à somno, nec præcedēte alio potu: hoc est, vtique sitiēti, nec nisi in desperatione suprema: & viro facilius quàm fœminæ: seni, quàm iuueni: iuueni, quàm pucro: hyeme, quàm æstate: assuetis potius, quàm expertibus. Modus dandi pro vehementia vini: itē mistura. Atque vulgò satis putant vnum vini cyathum duobus aquæ misceri. Si dissolutio sit stomachi, dādum: & si cibus non descendat. Inter vini genera, quæ fingi docuimus, nec fieri iam arbitror, & superuacaneum eorum vsum, cum ipsis rebus, ex quibus finguntur, doceamus vti. Et aliàs modum excesserat medicorum in his ostentatio, veluti è napis vinum vtile esse ab armorum equitandive lassitudine præcipientium, atque vt reliqua omittamus, etiam è iunipero. Et quis fatius censeat, ab sinthite vino vtēdum potius, quàm ab sinthio ipso? In reliquis omittetur & palmeum, capiti noxium, ventri que tantum molliendo, & sanguinem excreantibus non inutile. Fictitium non potest videri, quod bion appellauimus, cum sit in eo sola pro arte festinatio. Prodest stomacho dissoluto, aut cibos non perficienti, prægnātibus, defectis, paralyticis, tremulis, vertigini, torminibus, ischiadicis. In pestilentia quoq; ac peregrinationibus, vim magnam auxiliandi habere dicitur. Vini etiam vitium transit in remedia. Aceto summa vis est in refrigerando, non tamē minor in discutiendo: ita fit vt infusum terræ spumet. Dicitur est sæpius, diciturque quoties cum aliis profit. Per se haustum fastidia discutit, singultus cohibet, sternutamenta olfactu. Vim in balineis ætus arcet, si contineatur ore. Quin & cum aqua bibitur. Multorum stomacho vtiliter gargarizatur: cum eadem conualescentium & à Solis ardoribus. Oculis quoque illo modo saluberrimum. Plurimum fotu medetur post vredines. Item lepris, furfuribus, hulceribus manantibus, canis morsibus, scorpionum icētibus, scolopendrarum, muris aranei: contraque omnium aculeatorum venena & pruritus. Item contra multipedæ morsum. Calidum in spongia appositum, adiecto sulphuris sextante sextariis tribus aceti, aut hyssopi fasciculo, medetur sedis vitiis. In sanguinis fluxione post excisos calculos, & omnia alia, foris in spongia impositum, intus potum cyathis binis quàm acerrimum. Conglobatum vtique sanguinem discutit. Cōtra lichenas & bibitur, & imponitur. Siftit aluos, & rheumatismos interaneorū infusum: item prociētia sedis vuluæq; Tussim veterem inhibet, & gutturis rheumatismos, orthopnœā, dentium labefactionē. Vesicæ nocet, neruorūque infirmitatibus. nesciere medici, quantum contra aspidas polleret. Nuper ab aspide calcata percussus vtrem aceti ferens, quoties deposuisset, sentiebat icētum, aliàs illæso similis. Intellectum ibi remediū est, potūque succursum. Neque altero os colluunt venena exuentes. In totū domitrix vis hæc non ciborum modo est, verum & rerum plurimarum. Saxa rumpit infusum, quæ non rupe rit ignis antecedens. Cibos quidem & sapores non alius magis succus commendat aut excitat: in quo vsu mitigatur tosto pane aut vino: vel accenditur pipere ac lasere: vtique sale cōpescitur. Non est prætereundum in eo exemplum ingens. Siquidem M. Agrippa supremis suis annis confictatus graui morbo pedum, cum dolorem eum perpeti nequireret, vnus medicorum portentosa scientia, ignorante Diuo Augusto, tanti putauit vsu pedum sensūque omni carere, dummodo & dolore illo careret, demersis in acetum calidum cruribus in acerrimo impetu morbi.

De aceto scillino, & oxymelite, & sapa, & face vini, aceri, & sapa:

CAP. III.

ACetum scillinum inueteratum magis probatur: prodest, super ea quæ diximus, acẽ
 10 scentibus cibis: gustatum enim discutit pœnam eam. Et his qui ieiuni vomunt: cal-
 lum enim faucium facit, ac stomachi: odorem oris tollit, gingiuas astringit, dentes fir-
 mat, colorem meliorem præstat. Tarditatem quoque aurium gargarizatione purgat, &
 transitum auditus aperit. Oculorum aciem obiter exacuit. Comitialibus, melancholicis,
 vertiginosis, vuluarum strangulationibus, percussis aut præcipitatis, & ob id sanguine
 conglobato, neruis infirmis, renum vitiis perquam vtile. Cauendum exulceratis. Oxy-
 meli antiqui (vt Dieuches tradit) hoc modo temperabant: mellis minas decẽ, aceti vete-
 ris heminas quinque, salis marini pondo, thymbræ quadrantem, aquę marinæ sextarios
 quinque pariter coquebant, decies deferuescente cortina, atque ita diffundebãt inuete-
 rabãtque. Sustulit totum id Asclepiades, coarguitque. Nam etiam in febribus dabant.
 Profuisse tamen fatentur contra serpentes, quas sepas vocant, & contra meconium, ac
 viscum, & anginas, calidum gargarizatum, & auribus, & oris gutturisque desiderijs, quæ
 nunc omnia oxalme contingunt: id sale & aceto recente efficacius est. Vino cognata res
 sapa est, multo decocto, donec tertia pars supersit. Ex albo hoc melius. Vfus contra can-
 20 tharidas, buprestin, pinorũ erucas, quas pityocampas vocant, salamandras, & cõtra mor-
 dentia venenata. Secundas partũsque emortuos trahit cum bulbis potum. Fabianus au-
 tor est, venenum esse, si quis ieiunus à balineis id bibat. Consequens horum est vini
 fæx, sui cuiusque generis. Ergo vini fæci tanta vis est, vt descendentes in cupas enecet.
 Experimentum demissa præbet lucerna, quandiu extinguatur, periculum denuntiãs. Il-
 lota miscetur medicamentis. Cum iridis verò pari pondere, eruptionibus pituitæ illini-
 tur. Et sicca vel madida contra phalanga, & testium mammaramq; inflammationes,
 vel in quacũque parte corporis. Item cum hordeacea farina, & thuris polline in vino de-
 cocta crematur & siccat. Experimentum est legitimè coctæ, vt refrigerata linguam ta-
 ctu videatur vrere. Celerrimè exanimatur loco non incluso condita. Crematio ei mul-
 tum virium adiicit. Vtilissima est ad compescendas lichenas furfurẽsque cum fico de-
 cocta. Sic & lepris & hulceribus manantibus imponitur. Fungorum naturæ cõtraria est
 30 pota, sed magis cruda. Oculorum medicamentis cocta & lota miscetur. Medetur illita &
 testibus, & genitalibus. In vino autem aduersus strãgurias bibitur. Cũ expirauerit quo-
 que, la uandis corporibus & vestibis utilis: tãncque vsum acaciæ habet. Fæx aceti pro
 materia acrior sit necesse est, multoque magis exulceret. Resistit suppurationũ incre-
 mentis: stomachum, interanea, ventrem illita adiuuat. Sistit earum partium rheumatif-
 mos, & mulierum menses. Panos discutit nondum exulceratos, & anginas: sacros ignes
 cum cera. Mammæ lactis sui impatientes eadem extinguit. Vngues scabros aufert. E ser-
 pentibus contra cerastas validissima cum polenta. Cum melanthio autem contra cro-
 dilli morsus, & canis. Et hæc cremata ampliat vires. Tunc addito lentiscino oleo, illita
 vna nocte rufat capillum. Eadem ex aqua in linteolo apposita, vuluas purgat. ^{a Restitue, Sa-}
 40 ce ambusta sanantur, meliùs addita lanugine harundinis. Eadem fæce decocta potaque ^{pæ fæce, & s.}
 tusses veteres. Decoquitur in patinis cum sale & adipe ad tumorem quoque maxillarum
 & ceruicum.

De oleis, & folijs oleæ, & flore, & cinere, & de oliua alba & nigra, & de amurca:

CAP. IIII.

OLearum proxima autoritas intelligitur. Folia earũ vehementissimè adstringũt, pur-
 gant, sistunt. Itaq; cõmanducata imposita hulceribus medetur, & capitis doloribus
 illita cum oleo. Decoctum eorum cũ melle his quæ medici vsserint, gingiuarum inflam-
 mationibus, paronychiis, sordidisque hulceribus excrescentibus. Cũ melle profluuium
 sanguinis è neruosis partibus cohibet. Succus eorũ carbunculantibus circa oculos hulce-
 50 ribus, & pustulis, procidentiq; pupillæ efficax: quapropter in collyria additur. Nã & ve-
 teres lacrymationes sanat, & genarum erosiones. Exprimitur autem succus tussis, affuso

vino & aqua cælesti, siccatusq; in pastillos digeritur, sistit menses in lana admotus vuluæ. Vtilis & saniem emanantibus. Item cōdylo-matis, ignibus sacris, quæque serpūt hulcera, epinyctidi. Eosdem & flos earum habet effectus. Vruntur & cauliculi florescētes, vt spodij vicem cinis præstet: vinoque infuso iterū vritur. Suppurationes & panos illinunt cinere eo, vel foliis tufis cum melle, oculos verò cū polenta. Succus fruticis recentis accensi distillans, sanat lichenas, furfures, manantia hulcera. Nam & lacryma quæ ex arbore ipsa distillat, Æthiopicæ maximè oleæ, mirari satis est repertos, qui dentium dolores illinendos censerent, venenum esse prædicantes, atque etiam in oleastro quærendam. E radice oleæ quàm tenerimæ cortex derafus, in melle crebro gustatu medetur sanguinè reiicientibus, & suppurata extuffientibus. Ipsius oleæ cinis cum axungia tumores sanat: 10 extrahitque fistulis vitia, & ipsas sanat. Oliuæ albæ stomacho vtiliores, vètri minus. Præclarum habent, antequàm condiantur, vsū, recentes per se cibi modo deuoratæ. Medetur enim arenosæ vrinæ, item dentibus, aut attritis, aut conuulsis. Nigra oliua stomacho inutilior, ventri facilior, capiti & oculis non conuenit. Vtraque ambustis prodest trita & illita. Sed nigra commanducatur, & protinus ex ore imposita, pustulas gigni prohibet. Colymbades fordida hulcera purgant, inutiles difficultatibus vrinæ. De amurca poteramus videri satis dixisse, Catonem secuti: ⁴ sed reddenda medicinæ quoque est. Gingiuibus & oris hulceribus, dētium stabilitati efficacissimè subuenit. Item ignibus sacris infusa, & his quæ serpunt. Pernionibus nigræ oliuæ amurca vtilior: item infantibus fouēdis. Albæ verò mulierum vuluæ in lana admouetur. Multò autē omnis amurca decocta efficacior. 20 Coquitur in cupreo vase ad crassitudinem mellis. Vfus eius cum aceto, aut vino vetere, aut mulso, vt quæque causa exigat in curatione oris, dentiū, aurium, hulcerum manantium, genitalium, rhagadam. Vulneribus in linteolis imponitur, luxatis in lana: ingēs hic vsus, vtique inueterato medicamento. Tale enim fistulas sanat. Infunditur fedis, genitalium, vuluæ exhulcerationi. Illinitur verò podagris incipientibus: itē articularibus morbis. Si verò cum omphacio recoquatur ad mellis crassitudinem, ca fueros dentes extrahit. Item iumentorum scabiem, cum decocto lupinorum & chamæleonte herba, mirè sanat. Cruda amurca podagris foueri vtilissimum.

⁴ Sed reddenda medicinæ quoque ratio est.

De foliis oleastri, & ænanthino oleo, & cicino, & amygdalino, & laurino, & myrteo, chamæmyrsino, & cupressino, & cytreo, & caryino.

30

CAP. IIII.

Oleastri foliorum eadem natura. Spodium è cauliculis vehementius inhibet rheumatismos. Sedat & inflammationes oculorum, purgat hulcera, alienata explet, excrescentia leniter erodit, siccatur, & ad cicatricem perducit: cetera, vt in oleis. Peculiare autem, quòd folia decoquuntur ex melle, danturque cochlearibus cōtra sanguinis excretiones. Oleum tamen acrius atque efficacius: & os quoque colluitur illo ad dentium infirmitatem. Imponuntur folia & paronychiis, & carbunculis, & cōtra omnem collectionem cum vino: his verò quæ purganda sunt, cum melle. Miscentur oculorū medicamentis, & decoctum foliorum, & succus oleastri. Vtiliter etiam auribus instillatur cū melle, vel si pus effluat. Flore oleastri condylomata illinuntur & epinyctides. Item cum farina hordacea venter: in rheumatismo cum oleo capitis dolores. Cutem in capite ab ossibus recedentem cauliculi decocti, & cum melle impositi comprimunt. Ex oleastro maturi in cibo sumpti sistunt aluum. Tosti autem & cum melle triti, nomas repurgant, carbūculos rumpunt. Olei naturam causasque abundè diximus. Ad medicinam ex olei generibus hæc pertinent. Vtilissimum est omphacinum, proximè viride. Præterea quàm maximè recēs, nisi cū vctustissimum queritur, tenue, odoratū, quòdque non mordeat, è diverso quàm in cibos eligitur. Omphacinum prodest gingiuibus. Si contineatur in ore, colorem dentium custodit magis, quàm aliud: sudores cohibet. **O**enanthino idem est effectus, qui rosaceo. **O**mnium autem oleo mollitur corpus, vigorē & robur accipit. **S**tomacho contrarium. Auget hulcerum incrementa. Fauces exasperat, & venena omnia hebetat, 30 præci-

præcipuè pſimmythij & gypſi in aqua mulſa, aut ficorum ſiccarum decocto potum: contra meconium ex aqua: contra cantharidas, bupreſtin, ſalamandras, pityocampas per ſe potum, redditumque vomitionibus, contra omnia ſuprà dicta laudatiſſimum. Et laſſitudinum perfrictionumque reſectio eſt. Tormina calidum potum cyathis ſex, magiſque ruta ſimul decocta pellit. Item ventris animalia. Soluit aluum heminae menſura, cum vino & calida aqua potum, aut ptifanae ſucco. Vuſnerariis emplaſtris vtile. Faciem purgat. Bubus infuſum per nares, donec ruſtent, inflationem ſedat. Vetus autem magis excaſfacit corpora, magiſque diſcutit ſudores. Duritias magis diſfundit. Lethargicis magis auxiliare, & inclinato morbo. Oculorum claritati confert aliquid, cum pari portione mellis acapni. Capitis doloribus remedium eſt. Item ardoribus in febrī cum aqua: & ſi vetuſti non ſit occaſio, decoquitur, vt vetuſtatem repræſentet. Oleum cicinum bibitur ad purgationes ventris cum pari caldæ menſura. Priuatim dicitur purgare præcordia. Prodeſt & articulorum morbis, duritiis omnibus, vuluis, auribus, ambuſtis. Cum cinere verò muricum, ſedis inflammationibus, item pſora. Colorem cutis commendat, capillumque fertili natura euocat. Semen, ex quo fit, nulla animans attingit. Ellychnia ex vva ſiunt, claritatis præcipuæ. Ex oleo lumen obſcurum propter nimiam pinguitudinem. Folia igni ſacro illinuntur ex aceto: per ſe autem recentia mammis & epiphoris. Eadem decocta in vino inflammationibus cum polenta & croco: per ſe autem triduo impoſita faciem purgant. Oleum amygdalinum purgat, mollit corpora, cutem eruſgat, nitorem commendat, varos cum melle tollit è facie. Prodeſt & auribus, cum roſaceo & melle & mali Punici germine decoctum, vermiculòſque in his necat, & grauitatem auditus diſcutit, ſonos incertos & tinnitus, obiter capitis dolores & oculorum. Medetur furunculis, & à Sole vſtis cum cera. Hulcera manantia & ſurfures cum vino expurgat: condylomata cum meliloto. Per ſe verò capiti illitum, ſomnum allicit. Oleum laurinum vtilius quo recentius, quoque viridius colore. Vis eius excaſfactoria, & ideo paralyticis, ſpaſticis, iſchiadicis, ſuggillatis, capitis doloribus, inueteratis diſtillationibus, auribus, in calyce Punici caſfactum illinitur. Similis & myrtei olei ratio, aſtringit, indurat, medetur gingiuis, dentium dolori, dyſenteria, vuluæ exulceratæ, veſicis, hulceribus vetuſtis vel manantibus, cum ſquama æris & cera. Item eruptionibus, ambuſtionibus. Attrita ſanat & ſurfures, & rhagadas, condylomata, articulos luxatos, odorem grauem corporis. Aduerſatur cantharidi, bupreſti, aliisſque malis medicamentis, quæ exulcerando nocent. Chamæmyſinae ſiue oxymyſinae eadem natura. Cupreſſinum oleum eoſdem effectus habet, quos myrteum. Item citreum. E nuce verò iuglande, quod caryinum appellauimus, alopecii vtile eſt, & tarditati aurium infuſum. Item capitis doloribus illitum. Cæterum iners & graui ſapore. Enimvero ſi quid in nucleo putridi fuerit, totus modus deperit. Ex Gnidio grano factum, eandem vim habet, quam cicinum. E lentisco factum, vtiliſſimum acopo eſt. Idemque proficeret æquè vt roſaceum, ni durius paulò intelligeretur. Vtuntur eo & contra nimios ſudores, papulasque ſudorum. Scabiem iumentorum efficaciffimè ſanat. Balaninum oleum repurgat, varos, furunculos, lentigines, 40 gingiuas. Cypros qualis eſſet, & quemadmodum ex ea fieret oleum, docuimus. Natura eius excaſfacit, mollit neruos. Folia ſtomacho illinuntur: & vuluæ concitatæ ſuccus quoque eorum apponitur. Folia recentia commanducata, hulceribus in capite manantibus, item oris medentur, & collectionibus, condylomatis. Decoctum foliorum ambuſtis & luxatis prodeſt. Ipaſa ruſant capillum tuſa, adiecto ſtruthei mali ſucco. Flos capitis dolores ſedat cum aceto illitus. Idem combuſtus in cruda olla nomas ſanat, & putreſcentia hulcera per ſe, vel cum melle. Odor floris olet, qui ſomnum facit. Aſtringit gleucinum, & refrigerat, eadem ratione qua & cœnanthinum. Balfaminum longè pretioſiſſimum omnium, vt in vnguentis diximus, contra omnes ſerpentes efficac. Oculorum claritati plurimum confert, caliginem diſcutit. Item dyſpnœas, collectiones omnes duritiisſque lenit. Sanguinem denſari prohibet, hulcera purgat: auribus, capitis doloribus, tremulis, ſpaſticis, ruptis perquam vtile. Aduerſatur aconito ex lacte potum. Febres cum

horrore venientes perunctis leuiores facit. Utendum tamen modicè, quoniam adurit, augetque vitia non seruato temperamento. Malobathri quoque naturam & genera exposuimus. Vrinam ciet. Oculorù epiphoris vino expressum vtilissimè imponitur. Item frõtibus dormire volentibus: efficacius, si & nares illinatur: aut si ex aqua bibatur. Oris & halitus suauitatem commendat linguæ subditum folium, sicut & vestium odorem interpositum. Hyoscyaminum emollièdo vtilius, neruis inutile. Potum quidem cerebri motus facit. Therminum è lupinis emollit, proximum rosaceo effectum habens. Narcissinù dictum est cum suo flore. Rhapsaninum phthiriasis longa valetudine contractas tollit, scabritiasque cutis in facie emendat. Sesaminum aurium dolores sanat, & hulcera quæ serpunt, & quæ cacoëthe vocant. Lirinõ, quod & phaselinum & Syriù vocauimus, renibus vtilissimum est, sudoribusque euocandis, vuluæ molliendæ, cõcoquendõque intus. Selgiticum neruis vtile esse diximus, sicut herbaceum quoque, quod^a Iguini circa Flaminiam viam vendunt. Elæomeli, quod in Syria ex ipsis oleis manare diximus, sapore melleo non sine nausea, aluum emollit: bilem præcipuè detrahit, duobus cyathis in hemina aquæ datis: qui bibere torpescunt, excitanturque crebro. Potores certaturi præsumunt ex eo cyathum vnum. Pissino oleo vsus & passim ad quadrupedum scabiem est. A vitibus oleisque proxima nobilitas palmis: inebriant recentes: capitis dolorem afferunt minus siccæ: nec, quantum videtur, vtilis stomacho: tussim exasperant, corpus augent. Succù decoctarum antiqui pro hydromelite dabant ægris ad vires recreandas, sitim sedandã, in quem vsum præferebant Thebaicas. Sanguinem quoque excreantibus vtilis, in cibo maximè. Illi nuntur caryotæ stomacho, vesicæ, ventri, intestinis. Cum cotoneis & cera & crocogillata emendant. Nuclei palmarum cremati in fictili nouo, cinere loto spodij vicem efficiunt, miscenturque collyriis, & calliblephara faciunt addito nardo.

De myrobalano palma, & de palma elate.

C A P. V.

PAlma quæ fert mirobalanum, probatissima in Ægypto, ossa non habet reliquarum modo in balanis. Aluum & menses sistit in vino austero, & vulnera conglutinat. Palma, siue elate, siue spathe, medicinæ confert germina, folia, corticem. Folia imponuntur præcordiis, stomacho, iocineri, hulceribus quæ serpunt cicatrici repugnantia. Pforas cortex eius tener cum resina & cera sanat diebus x x. Decoquitur & ad testium vitia. Capillum denigrat suffitu, partus extrahit. Datur bibendus renum vitiis & vesicæ, & præcordiorum, & capiti & neruis inimicus. Vuluæ ac ventris fluxionem sistit decoctum eius. Item cinis ad tormina potus in vino albo, in vuluarum vitiis efficacissimus.

Medicina ex singulorum generum flore, foliis, fructu, ramis, cortice, ligno, succo, radice, cinere.

C A P. VI.

Proximæ varietates generum medicinarumque, quæ mala habent. Ex his verna, acerba, stomacho inutilia sunt: aluum, vesicam circumagunt: neruos lædunt. Cocta meliora. Cotonea cocta suauiora. Cruda tamen duntaxat matura, profunt sanguinem excreantibus ac dysentericis, cholericis, cœliacis. Nõ idem possunt decocta, quoniam amittunt constringentem illam vim succi. Imponuntur & pectori in febris ardoribus: & tamen decoquuntur in aqua cælesti, ad eadem quæ supra scripta sunt. Ad stomachi autem dolores cruda decoctave cerati modo imponuntur. Lanugo eorum carbunculos sanat, cocta in vino, & illita cum cera. Alopeciis capillum reddunt. Quæ ex his cruda in melle condiuntur, aluum mouent. Mellis autem suauitati multum adiiciunt, stomachoque vtilius id faciunt. Quæ verò in melle condiuntur cocta, quidam ad stomachi vitia trita cum rosæ foliis decoctis dant pro cibo. Succus crudorum lienibus, orthopnoicis, hydropicis prodest. Item mammis, condylomatis, varicibus. Flos & viridis & siccus inflammationibus oculorum, excreationibus sanguinis, mensibus mulierum. Fit & succus ex his mitis, cum vino dulci tussis, vtilis & cœliacis & iocineri. Decocto quoque eorum fouentur, si præcidant vuluæ & interanea. Fit & oleum ex his, quod melinum vocauimus, quoties non fuerint in humidis nata. Ideo vtilissima, quæ ex Sicilia veniunt.

Mimus

Minus vtilia struthia, quamuis cognata. Radix eorum circumscrip̄ta terra manu sinistra capitur, ita vt qui facit, dicat quæ capiat, & cuius causa: sic adalligata strumis medetur. Melimela & reliqua dulcia, stomachum & ventrem soluunt, siticulosa, æstuosa, sed nervos non lædunt. Orbiculata sistunt aluum & vomitiones, yrinas cient. Syluestria mala similia sunt vernis acerbis, aluumque sistunt. Sanè in hunc vsum immatura opus sunt.

Citrea contra venenum in vino bibuntur, vel ipsa vel semen. Faciunt oris suauitatem, decocto eorum colluto, aut succo expresso. Horum semen edendum præcipiunt in malacia prægnantibus: ipsa verò contra infirmitatem stomachi, sed non nisi ex aceto facile manduntur. Punici mali nouem genera nunc iterare superuacuum. Ex his dulcia, quæ
 10 apyrina alio nomine appellauimus, stomacho inutilia habentur, inflationes pariunt, dentes gingiuasque lædunt. Quæ verò ab his sapore proxima vinosa diximus, paruum nucleum habentia, vtiliora paulò intelliguntur. Aluum sistunt, & stomacho profunt, duntaxat pauca citraque satietatem. Sed hæc minimè danda: quanquam omnino nulla in fe-
 bri, nec carne acinorum vtili nec succo. Caentur æquè vomitionibus, ac bilem reiicientibus. Vuam in his, ac ne mustum quidem, sed protinus vinum aperuit natura. Vtrun-
 que asperiore cortice. Hic ex acerbis in magno vsu. Vulgus coria maximè perficere illo nouit: ob id malicorium appellant medici. Vrinam cieri eodem monstrant: mistaque gal-
 20 la in aceto decocto, mobiles dentes stabilire. Expetitur grauidarum malaciæ, quoniam gustatu moueat infantem. Diuiditur malum, cælestique aqua madescit ternis ferè die-
 bus. Hæc bibitur frigida cœliacis, & sanguinem excreantibus. Ex acerbis fit medicamen-
 tum, quod stomatice vocatur, vtilissimum oris vitiis, narium, auriũ, oculorum caligini: pterygiis, genitalibus, & his quas nomas vocant, & quæ in hulceribus excrefcunt. Cõtra
 leporem marinum hoc modo: Acinis detracto cortice tufis, succoq; decocto ad tertias, cum croci, & aluminis scissi, myrrhæ, mellis Attici selibris. Alij & hoc modo faciunt: Pu-
 nica acida multa tunduntur: succus in cacabo nouo coquitur mellis crassitudine, ad vi-
 rilitatis & sedis vitia, & omnia quæ Lycio curantur, aures purulentas, epiphoras incipientes, rubras maculas. In manibus rami Punicorum serpentes fugant. Cortice Punici ex vi-
 no decocti & impositi, perniones sanantur. Cõtusum malum ex tribus heminis vini, de-
 30 coctum ad heminam, tormina & tineas pellit. Punicum in olla noua, operculo indito, in
 furno tostum & cõtritum, potumque in vino, sistit aluum, discutit tormina. Primus pomi huius partus florere incipientis, cytinus vocatur Græcis, miræ obseruationis multo-
 rum experimento. Si quis vnum ex his, solutus vinculo omni cinctus & calceatus, atque etiam annuli, decerpserit duobus digitis, pollice & quarto sinistrae manus, atque ita lu-
 stratis leui tactu oculis, mox in os additum deuorauerit, ne dente contingat, affirmatur nullam oculorum imbecillitatem passurum eo anno. Iidem cytini siccati tritique, carnes
 excrefcentes cohibent: gingiuis & dentibus medetur: vel si mobiles sint, decocto succo. Ipsa corpuscula trita, hulceribus quæ serpunt putrescuntve, illinuntur. Item oculorum
 inflammationi intestinorumque: & ferè ad omnia, quæ cortices malorum. Aduersantur
 scorpionibus. Non est satis mirari curam diligentiamque priscorum, qui omnia scruta-
 40 ti, nihil intentatum reliquere. In hoc ipso cytino flosculi sunt, antequam scilicet malum
 ipsum prodeat, erumpentes, quos balaustium vocari diximus. Hos quoque ergo experti inuenerunt scorpionibus aduersari. Sistunt potu menses fœminarum: sanant oris hulce-
 ra, tonsillas, vuam, sanguinis excreationes, vëtris & stomachi solutiones, genitalia, hulce-
 ra quacunque in parte manantia. Siccauere etiam, vt sic quoq; experirentur, inuenerunt-
 que tuforum farina dyfentericos à morte reuocari, aluum sisti. Quin & nucleus ipsos aci-
 norum experiri non piguit. Tosti tufisque stomachum iuuant, cibo aut potioni inspersi. Bibuntur ex aqua cælesti, ad sistendum aluum. Radix decocta succum remittit, qui tineas
 necat, Victoriati pondere. Eadem discocta in aqua, quas Lycium, præstat vtilitates. Est &
 syluestre Punicum, à similitudine appellatum. Eius radices rubro cortice denarij ponde-
 50 re ex vino potæ somnos faciunt. Semine potæ, aqua quæ subierit cutem, siccatur. Mali Pu-
 nici corticis fumo culices fugantur.

*De pyris & eorum obseruationibus, & de ficorum obseruatione, & caprifico, & erinea,
& aliorum generibus medicina.*

C A P. VII.

PYrorum omnium cibus etiam valentibus onerosus, agris quoque vini modo negatur. Decocta eadem mirè salubria & grata, præcipuè Crustumina. Quæcunque verò cum melle decocta, stomachum adiuuant. Fiunt cataplasmata è pyris, ad discutienda corporum vitia: & decocto eorum ad duritias vtuntur. Ipsa aduersantur boletis atque fungis, pelluntque pondere & pugnante succo. Pyrum syluestre tardissimè maturefcit. Conciditur, suspensumque siccatur ad sistendam aluû: quod & decoctum eius potum præstat. Decoquantur & folia cum pomo ad eisdem vsus. Pyrorum ligni cinis, contra fungos etiamnum efficacius proficit. Mala pyraque portatu iumétis mirè graua sunt vel pauca. Remedio aiunt esse, si prius edenda dentur aliqua, aut vtique ostendantur. Fici succus lacteus, aceti naturam habet. Itaque coaguli modo lac contrahit. Excipitur ante maturitatem pomi, & in vmbra siccatur ad aperienda hulcera, cienda menstrua, apposito cum luteo oui, aut potu cum amylo. Podagris illinitur cû farina fœnigræci & aceto. Pilos quoque detrahit, palpebrarumque scabiem emendat: item lichenas & psoras. Aluum soluit. Lactis ficulni natura aduersatur crabronum vesparumque & similibus venenis, priuatim scorpionum. Idem cum axungia verrucas tollit. Folia, & quæ non maturuere fici, strumis illinuntur, omnibusque quæ emollienda sunt discutiendæ. Præstant hæc & per se folia. Et alij vsus eorum, tanquam in fricando lichene, & alopeciiis, & quæcunque exhulcerari opus sit. Et aduersus canis morsus, ramorum teneri cauliculi cuti imponuntur. Idem cum melle hulceribus, quæ ceria vocantur, illinuntur. Extrahunt infracta ossa cum papaueris syluestris foliis. Canum rabiosorum morsus, folio trito ex aceto restringunt. E nigra ficu candidi cauliculi illinuntur furunculis, muris aranei morsibus cum cera. Cinis earum è foliis gangrænis, consumendisque quæ excrefcunt. Fici maturæ vrinam ciêt: aluum soluunt: sudorem mouent, papulasque. Ob id autumno infalubres, quoniam sudatia huius cibi opera corpora perfrigescunt. Nec stomacho vtiles: sed ad breue tempus, & voci contrariæ intelliguntur. Nouissimæ salubriores, quàm primæ: medicatæ verò nunquam. Iuuenum vires augent: senibus meliorem valetudinem faciunt, minusque rugarum. Sitim sedant: calorem refrigerant. Ob id non negandæ in febribus constrictis, quas stegnas vocant. Siccæ fici stomachum lædunt: gutturi & faucibus magnificè vtiles. Natura his exal-
faciendi. Sitim adferunt. Aluum molliunt, rheumatismis eius & stomacho contrariæ. Vesicæ semper vtiles, & anhelatoribus, ac suspiriosis. Item iocinerum, renum, lienum vitiiis. Corpus & vires adiuuant: ob id antè athletæ hoc cibo pascebantur: Pythagoras exercitator, primus ad carnes eos transtulit. Recolligentibus se à longa valetudine vtilissima. Item comitialibus, & hydropicis, omnibusque, quæ maturanda aut discutienda sunt, imponuntur: efficacius calce aut nitro admisto. Coctæ cum hyssopo pectus purgant, pituitam, tussim veterem. Cum vino autem ad sedem & tumorem maxillarum, & furculos, panos, parotidas decoctæ illinuntur. Vtile & decocto earum fouere fœminas. Decoctæ quoque eadem cum fœnogræco vtiles sunt pleuriticis & peripneumonicis. Cum ruta coctæ torminibus profunt. Tibiarum hulceribus cum æris flore. Pterygiis cum Punico
malo. Ambustis, pernionibus cum cera. Hydropicis coctæ in vino, & cum absinthio & farina hordeacea, nitro addito. Aluum sistunt manducatæ. Scorpionum iectibus cû sale trite illinuntur. Carbunculos extrahunt in vino coctæ & impositæ. Carcinomati, si sine hulcere est, quàm pinguis simam ficum imponi, penè singulare remedium est: item phagedænæ. Cinis non ex alia arbore aciem purgat acrior, conglutinat, replet, astringit. Bibitur & ad discutiendum sanguinem concretum. Item percussis, præcipitatis, conuulsis, ruptis, cyathis singulis aque & olei. Datur tetanicis & spasticis: item potus vel infusus cœliacis, dysentericis. Et si quis eo cum oleo perungatur, excalfacit. Item cum cera & rosaceo subactus, ambustis cicatricem tenuissimam obducit. Lusciosos ex oleo illitus emendat, dentiumque vitia crebro fricatu. Produnt etiam, si quis inclinata arbore, supino ore aliquem
nodum eius morsu abstulerit nullo vidente, atque in aluta illigatum licio è collo suspen-
derit,

derit, strumas & parotidas discuti. Cortex tritus cum oleo, ventris hucera fanat. Crudæ grossi verrucas & thymos, nitro farinaque additis, tollunt. Spodij vicem exhibet fruticum à radice exeuntium cinis. Bis tostus adiecto psimmythio digeritur in pastillos, ad hucera oculorum & scabritiam. Caprificus etiamnum multò efficacior fico. Lactis minus habet: surculo quoq; eius lac coagulatur in caseum. Exceptum id coactumque in duritiam, suauitatem carnis affert. Fricatur diluto ex aceto. Miscetur exhulceratoriis medicamentis. Aluum soluit: vuluam cū amylo aperit. Pota menses ciet cum luteo oui. Podagris cum farina scæni græci illinitur. Lepras, psoras, lichenas, lentigines expurgat: item venenatorum ictus, & canis morsus. Dentium quoq; dolori hic succus appositus in lana prodest, aut in cauis eorum additus. Cauliculi & folia, admisto eruo, contra marinorum venena profunt. Adiciunt & vinum. Bubulas carnes additi caules magno ligni compendio percoquunt. Grossi illitæ strumas, & omnium collectionem emolliunt, & discutiunt. Aliquatenus & folia. Quæ mollissima sunt ex his, cum aceto hucera manantia & epinyctidas & surfures sanant. Cum melle item & foliis ceria sanant, & canis morsus. Recentes cum vino, phagedænas. Cum papaueris foliis ossa extrahunt. Grossi caprifici inflammationes discutiunt suffitu. Resistunt & sanguini taurino potu, & psimmythio, & lacti coagulato potæ. Item in aqua decoctæ atque illitæ parotidas sanant. Cauliculi aut grossi eius quàm minutissima, ad scorpionum ictus è vino bibuntur. Lac quoque instillatur plagæ, & folia imponuntur. Item aduersus murem araneum. Cauliculorum cinis vnam faucium sedat. Arboris ipsius cinis ex melle, rhagadia. Radix deferuefacta in vino, dentium dolores. Hyberna caprificus in aceto cocta & trita, impetigines tollit. Illinuntur ramenta rami sine cortice quàm minutissima ad scobis modum. Caprifico quoque medicinæ vnus miraculum additur. Corticem eius impubescentem puer impubis si defraeto ramo detrahat dentibus, medullam ipsam adalligatam ante Solis ortum, prohibere strumas. Caprificus tauros quamlibet feroces, collo eorū circumdata, in tantū mirabili natura compescit, vt immobiles præstet. Herba quoque, quam Græci erineon vocant, reddenda in hoc loco propter gentilitatem. Palmum alta est, cauliculis quinis ferè, ocimi similitudine, flos candidus, semen nigrum, paruum: tritum cum melle Attico, oculorum epiphoris medetur: vt cunque autem decerpta manat lacte multo & dulci. Herba perquam utilis aurium dolori, nitri exiguo addito. Folia resistunt venenis. Pruni folia decocta tonsillis, gingiuis, vna profunt in vino decocta, & subinde ore colluto. Ipsa pruna aluum molliunt, stomacho verò vtilissima, sed breui momento. Vtiliora Persica, succusque eorum, etiamnum in vino aut in aceto expressus. Nec est alius eis pomis innocentior cibus. Nusquam minus odoris, succi plus, qui tamen sitim stimulet. Folia eius trita illita, hæmorrhagiam sistunt. Nuclei Persicorum in aceto & oleo, capitis doloribus illinuntur. Syluestrium quidè prunorum bacce, vel è radice cortex, in vino aultero si decoquantur, ita vt triens ex hemina supersit, aluum & tormina sistunt. Satis est singulos cyathos decocti sumi. Et in iis, & fatiuis prunis est limus arborum, quem Græci lichena appellant, rhagadiis & condylomatis mirè vtilis. Mora in Ægypto & Cypro sui generis, vt diximus, largo succo abundant, summo cortice desquamato: altiore plaga, siccantur, mirabili natura. Succus aduersatur venenis serpentium, prodest dysentericis, discutiit panos, omnesque collectiones: vulnera conglutinat, capitis dolores sedat, item aurium: spleneticis bibitur. Illinitur & contra perfrictiones. Celerrimè teredinem sentit. Nec apud nos succo vsus minor. Aduersatur acornito & araneis, in vino potus. Aluum soluit, pituitasq; ac tineas & similia ventris animalia extrahit. Hoc idem præstat & cortex tritus. Folia tingunt capillum cum fici nigrae & vitis corticibus simul coctis in aqua cælesti. Pomi ipsius succus aluum soluit protinus. Ipsa poma ad præsens stomacho vtilia, refrigerant, sitim faciunt. Si non superueniat alius cibus, intumescunt. Ex immaturis succus sistit aluum: veluti animalis alicuius, in hac arbore obseruandis miraculis, quæ in natura eius diximus. Fit ex pomo panchrestos stomati-

50 ce, eadem arteriace appellata, hoc modo: Sextarij tres succi è pomo, leui vapore ad crassitudinem mellis rediguntur. Post additur omphacij aridi pondus x. duorum, aut myr-

rhæ x. vnius, croci x. vnius. Hæc simul trita miscentur decocto. Neque est aliud oris, arteriæ, vniæ, stomachi, iucundius remediū. Fit & alio modo: Succi sextarij duo, mellis Attici sextarius, decoquantur, vt supra diximus. Mira sunt præterea, quæ produntur. Mori germinatione, prius quã in folia exeant, sinistra decerpi iubentur futura poma: ricinos Græci vocant. Hi terrã si non attigere, sanguinem sistunt adalligati, siue ex vulnere fluat, siue ore, siue naribus, siue hæmorrhoidis: ad hoc seruantur repositi. Idẽ præstare & ramus dicitur, Luna plena defractus, incipiens fructũ habere. Si terram non attigerit, priuatim mulieribus adalligatus lacerto contra abundantiam mensium. Hoc & quocunq; tempore ab ipsis decerptum ita vt terram non attingat, adalligatũque existimant præstare. Folia mori trita, aut arida decocta, serpentium ictibus imponuntur. Ad idẽque potu proficitur. Scorpionibus aduersatur è radice corticis succus, ex vino aut posca potus. Reddenda est & antiquorum compositio: Succum expressum pomi maturi immaturiq; mistum, coquebatur in vase æreo ad mellis crassitudinem. Aliqui myrrha adiecta & cupresso præduratum vas Sole torrebant, permiscentes spatha ter die. Hæc erat stomatice, qua & vulnera ad cicatricem perducebant. Alia ratio: succum siccato exprimebant poma, multum saporibus obsoniorum cõferente. In medicina verò cõtra nomas & peccoris pituitas, & vbi cunq; opus esset astringi viscera. Dentes quoq; colluebant eo. Tertium genus succi foliis & radice decoctis ad ambusta ex oleo illinenda. Imponuntur & per se folia. Radix per menses incisa succum dat aptissimum dẽtium dolori, collectionibusq; & suppurationibus. Aluum purgat. Folia mori in vrina madefacta, pilum coriis detrahunt. Cerasa aluum molliunt, stomacho inutilia. Eadem siccata aluum sistunt, vrinam ciẽt. Inuenio apud autores, si quis matutino rosida cum suis nucleis deuoret, intantum leuari aluum, vt pedes morbo liberentur. Mespila, exceptis fetaniis, quæ malo propiorẽ vim habet, reliqua astringunt stomachum, sistuntq; aluũ. Item sorba sicca: nam recetia stomacho & aluo citæ profunt.

De pineis & amygdalis, & nuce auellana, & de nuce iuglande, & de pistaciis & castaneis, siliquis cornu, & vnedone, & lauro.

C A P. V I I I.

NVces pineæ, quæ refinam habent, contusæ leuiter, additis in singulis sextariis aquæ ad dimidium decoctæ, sanguinis excreationi medentur, ita vt cyathi bini bibantur ex eo. Corticis è pino in vino decoctum contra tormina datur. Nuclei nucis pineæ sitim sedant, & acrimoniam stomachi rosionẽsque, & cõtrarios humores cõsistentes ibi, & infirmitatem virium roborant, renibus & vesicæ vtilis. Fauces videntur exasperare, & tussim. Bilem pellunt poti ex aqua, aut vino, aut passo, aut balanorum decocto. Miscetur his contra vehementiores stomachi rosiones cucumeris semen, & succus portulacæ. Item ad vesicæ hulcera & renum, quoniam & vrinam ciẽt. Amygdale amaræ radicum decoctum cutem in facie corrigit, coloremq; hilariorem facit. Nuces ipsæ somnum faciunt & auiditatem. Vrinam & menses ciẽt. Capitis dolori illinuntur, maximẽque in febris: si ab ebrietate, ex aceto & rosaceo & aquæ sextario. Et sanguinem sistunt. Cum amylo & menta lethargicis comitialibusq; profunt. Capite peruncto epinyctidas sanant: è vino veteri hulcera putrescentia. Canum morsus cum melle. Et furfures ex facie, antè fotu præparata. Item iocineris & renum dolores ex aqua potæ: & sæpe ex ecligmate cum refina terebinthina. Calculosis & difficili vrinæ in passo, & ad purgandam cutem in aqua mulsã trita, sunt efficaces. Profunt ecligmate iocineri, tussi & colo, cum elelisphaco modicè addito. In melle sumitur nucis auellanæ magnitudo. Aiunt, quinis ferè præsumptis ebrietatem non sentire potores: vulpẽsque, si ederint eas, nec contingat è vicino aquam lambere, mori. Minus valent in remediis dulces, & hæc tamen purgant, & vrinam ciẽt. Recentes stomachum implent. Nucibus Græcis cum absinthij semine ex aceto sumptis, morbus regius sanari dicitur: item illitis per se vitia sedis, & priuatim condylomata. Idem tussi & sanguinis reiectioni prodest. Nuces iuglandes Græci à capitis grauedine appellauere. Etenim arborum ipsarum foliorũque vires, in cerebrum penetrant: hocq; minore momento, sed in cibus, nuclei faciunt. Sunt autem recentes iucundiores, siccæ vnguino-
flores

flores, & stomacho inutiles, difficiles concoctu, dolorem capitis inferentes, tussientibus inimicæ, & vomituris ieiunis: aptæ in tene fumo solo: trahunt enim pituitam. Eadem præsumptæ venena hebetant: item anginam cū ruta & oleo. Item aduersantur cæpis, leniuntque earum saporem. Aurium inflammationi imponuntur cum mellis exiguo. Item cum ruta mammas, & luxatis. Cum cæpa autem & sale & melle, canis hominisque morfui. Putamine nucis iuglandis, dens cauus inuritur. Putamen combustum tritumque in oleo aut vino, infantium capite peruncto, nutrit capillum: & ad alopecias eo sic vtuntur. Quò plures nuces qui ederit, hoc facilius tineas pellit. Quæ perueteres sunt nuces, gangrænis & carbunculis medentur: item suggillatis. Cortex iugladium, lichenum vitio, & dysentericis prodest. Folia trita cum aceto: aurium dolori. In sanctuariis Mithridatis maximi regis deuicti, Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipsius manu cõpositionem antidoti, è duabus nucibus siccis, item ficis totidem, & rutæ foliis viginti simul tritis, addito salis grano: & qui hoc ieiunus sumat, nullum venenum nociturū illo die. Contra rabiosi quoque canis morfus, nuclei à ieiuno homine commanducati illitique præfenti remedio esse dicuntur. Nuces auellanæ capitis dolorem faciunt, inflationem stomachi, & pinguedini corporis conferunt, plus quàm sit verisimile. Tostæ & destillationi medentur. Tussi quoque veteri tritæ, & in aqua mulsa potæ. Quidam adiiciunt grana piperis, alij è passo bibunt. Pistacia eosdem vsus & effectus habent, quos pinei nuclei, præterq; ad serpētium ictus, siue edantur, siue bibantur. Castaneę vehementer sistūt stomachi & ventris fluxiones, aluum cient, sanguinem excreantibus profunt, carnes alunt. Siliquæ recentes, stomacho inutiles, aluum soluūt. Eedem siccateę sistunt, stomachoq; vtiliores sūt. Vrinam ciēt. Syriacas in dolore stomachi ternas in aquę sextariis decoquunt quidam ad dimidium, eumq; succum bibunt. Sudor virgę corni arboris lamina ferrea candente exceptus, non contingente ligno, illitaq; inde ferrugo, incipientes lichenas sanat. Arbutus siue vnedo, fructum fert difficilem concoctioni, & stomacho inutilem. Laurus excafactoriam naturam habet, & foliis, & cortice, & baccis. Itaque decoctum ex his, maximè è foliis, prodesse vuluis & vesicis conuenit. Illita verò vesparum crabronumque & apium, item serpētium venenis resistunt, maximè sepsis, dipsadis, & viperæ. Profunt & mēsisbus fœminarum cum oleo cocta. Cum polenta autem quę tenera sunt trita ad inflammationes oculorum, cum ruta testium, cum rosaceo capitis dolores, aut cum irino. Quin & commanducata atque deuorata per triduum terna, liberant à tussi. Eadem profunt suspiriis trita cū melle. Cortex radicis cauendus grauidis. Ipsa radix calculos rumpit, iocineri prodest tribus obolis in vino odorato pota. Folia pota vomitiones mouent. Baccę menses trahūt appositę tritæ, vel potę. Tussim veterem & orthoprœeam sanant binę, detracto cortice in vino potæ. Si & febris sit, ex aqua, aut ecligmate ex aqua mulsa, aut ex passo decoctæ. Profunt & phthificis eodem modo, & omnibus thoracis rheumatismis. Nam & concoquunt pituitam, & extrahunt. Aduersus scorpiones quaternæ ex vino bibuntur. Epinyctidas ex oleo illitæ & lentigines, & hulcera manantia, & hulcera oris, & furfures. Cutis pruriginem succus baccarum emendat, & phthiriasin. Auriuni dolori & grauitati instillatur, cum vino vetere & rosaceo. Perunctos eo fugiunt venenata omnia: Prodest contra ictus & potus, maximè autem eius laurus, quę tenuiora habet folia. Baccæ cum vino serpentibus, & scorpionibus, & araneis resistunt. Ex oleo & aceto illinūtur & lieni & iocineri: gangrænis cum melle. Et in fatigatione etiam aut perfrictione succo eo perungi, nitro adiecto, prodest. Sunt qui celeritati partus multum conferre putent radicem, acetabuli mensura in aqua potam, efficacius recentem, quàm aridam. Quidam aduersus scorpionum ictus, decem baccas dari iubent potui. Item & in remedio vuæ iacentis, quadrantem pondo baccarum foliorumq; decoqui in aquę sextariis tribus ad tertias, eamq; calidam gargarizare: & in capitis dolore, impari numero baccas cum oleo conterere, & calefacere. Laurus Delphicę folia trita olfactaq; subinde, pestilentiaę contagia prohibent, tanto magis si & vrantur. Oleum ex Delphica ad cerata acopumq;, ad perfrictiones discutiendas, nervos laxandos, lateris dolores, febresq; frigidas vtile est. Item ad aurium dolorem, in mali Pu-

nici cortice tepesactum. Folia decocta ad tertias partes aquæ, vnam cohibent gargarizatione: potu alui dolores, intestinorumque. Tenerrima ex his trita in vino, papulas pruritusque, illita noctibus. Proximè valent cætera lauri genera. Laurus Alexandrina siue Idæa, partus celeres facit, radice pota trium denariorum pōdere, in vini dulcis cyathis tribus. Secundas etiam pellit, mensisque eodem modo pota. Daphnoides (siue his nominibus quæ diximus) syluestris laurus prodest, aluum soluit, vel recenti folio vel arido drachmis tribus cum sale in hydromelite manducata. Pituitas extrahit folium & vomitus, stomacho inutile. Sic & bacca quinæ denaræ, purgationis causa sumuntur.

De myrto fatiua, & myrtidano, & de myrro syluestri.

C A P. I X.

MYrtus fatiua candida, minus utilis est medicinæ, quàm nigra. Semen eius medetur sanguinem excreantibus. Item contra fungos in vino potum. Odorem oris commendat vel pridie commanducatum. Item apud Menandrum Synaristusæ hoc edunt. Datur & dysentericis denarij pondere in vino. Hulcera difficilia in extremitatibus corporis sanat, cum vino subferuesactum. Imponitur lippitudini cum polenta, & cardiacis in mamma sinistra: & contra scorpionis ictus in mero, & ad vesicæ vitia, capitis dolores, & ægilopas, antequàm suppurent: item tumoribus, exemptisque nucleis in vino vetere tritum eruptionibus pituitæ. Succus feminis aluum sistit, vrinam ciet. Ad eruptiones pustularum pituitæque cum cerato illinitur: & contra phalangia. Capillum denigrat. Lenius succo oleum est ex eadem myrto: lenius & vinum, quo nunquam inebriatur. Inueteratum sistit aluum & stomachum: tormina sanat, fastidium abigit. Foliorum arentium farina fudores cohibet inspersa, vel in febris. Utilis & cœliacis & proidentia vuluarum, sedis vitiis, hulceribus manantibus, igni sacro fotu, capillis fluentibus, furfuribus: item aliis eruptionibus, ambustis. Additur quoque in medicamento, quod liparas vocant, eadem de causa qua oleum ex his, efficacissimum ad ea quæ in humore sunt, tanquam in ore & vulua. Folia ipsa fungis aduersantur trita ex vino, cum cera verò articularibus morbis & collectionibus. Eadem in vino decocta dysentericis & hydropicis potui dantur. Siccantur in farinam, quæ inspergitur hulceribus, aut hæmorrhagiæ. Purgant & lentigines, pterygia & paronychia & epinyctidas, condylomata, testes, tetra hulcera: item ambusta cum cerato. Ad aures purulentas & foliis crematis vtuntur & succo & decocto. Comburuntur & in antidota. Item cauliculi flore decerpti, in nouo fictili operto cremati in furno, dein triti ex vino. Et ambustis foliorum cinis medetur. Inguen ne intumescat ex hulcere, satis est surculum tantum myrti habere secum, non ferro nec terra contactum. Myrtidanum diximus quomodo fieret: Vuluæ prodest appositum fotu, & illitu. Multo efficacius & cortice, & folio, & semine. Exprimitur & foliis succus mollissimis in pila tuis, affuso paulatim vino austero, aliàs aqua cælesti: atque ita expresso vtuntur ad oris sedisque hulcera, vuluæ & ventris: capillorum nigritiam, malarum perfusiones, purgationes lentiginum, & vbi constringendum aliquid est. Myrtus syluestris, siue oxymyr sine, siue chamæmyrsine, baccis rubentibus & breuitate à fatiua distat. Radix eius in honore est, decocta vino, ad renum dolores pota, & difficili vrinæ, præcipuè que crassæ, & grauè olenti: morbo regio, & vuluarum purgationi trita cum vino. Cauliculi quoque incipientes asparagorum modo in cibo sumpti, & in cinere cocti: semen cum vino potum, aut oleo aut aceto, calculos frangit. Item in aceto & rosaceo tritum, capitis dolores sedat: & potum morbum regium. Castor oxymyr sinen myrti foliis acutis, ex aqua fiunt ruri scopæ, ruscum vocauit, ad eosdem vsus. Et hætenus habent se medicinæ vrbanae arborum. Transueamus ad syluestres.

C. P L I.

C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ
LIBER XXIIII.

PROOEMIUM.

Medicina ex arboribus syluestribus.

CAPUT I.

10



E syluę quidem, horridiorque nature facies, medicinis carent, sacra illa parente rerum omnium, nusquam non remedia disponente homini, vt medicina fieret etiam solitudo ipsa, sed ad singula illius discordiæ atque concordiæ miraculis occurrentibus. Quercus & olea tam pertinaci odio dissident, vt altera in alterius scrobe depactæ moriantur: quercus verò & iuxta nucem iuglandem. Pernicialia & brassicæ cum vite odia: ipsumque olus, quo vitis fugatur, aduersum cyclamino & origano arefcit. Quin & annosas iam, & quæ sternuntur arbores, difficilius cædi, ac celerius inarescere tradunt, si prius manu, quam ferro, attingantur. Pomorum onera à iumentis statim sentiri: ac nihil prius ostendantur his, quamuis pauca portent: sudare illico. Ferulæ asinis gratissimę sunt in pabulo, cæteris verò iumētis præsentaneo veneno: qua de causa id animal Libero patri assignatur, cui & ferula. Surdis etiam rerum sua cuique sunt venena, ac minimis quoque. Philyra coci & polline nimium salem cibus eximunt. Prædulcium fastidium sal temperat. Nitrosæ aut amaræ aquæ, polenta addita mitigantur, vt intra duas horas bibi possint. Qua de causa & in saccos vinarios additur polenta. Similis vis Rhodiæ cretæ, & argillæ nostratis. Concordia valent, cum pix oleo extrahitur, quando vtrunque pinguis naturæ est. Oleum solum calci miscetur, quando vtrunque aquas odit. Gummi aceto facilius eluitur, atramentum aqua. Innumera prætereà alia, quæ suis locis dicentur assidue. Hinc nata medicina. Hæc sola naturæ placuerat esse remedia parata vulgo, inuentu facilia, ac sine impendio, ex quibus viuimus. Postea fraudes hominum & ingeniorum capturæ officinas inuenere istas, in quibus sua cuique homine vernalis promittitur vita. Statim compositiones & misturæ inexplicabiles decantantur. Arabia atque India in medio æstimantur, hulcerique paruo medicina à Rubro mari imputatur, cum remedia vera quotidie pauperrimus quisque cœnet. Nam si ex horto petantur, aut herba vel frutex quærat, nulla artium vilior fiat. Ita est profectò, magnitudo populi Romani perdidit ritus, vincendo victi sumus. Paremus externis, & vna artium Imperatoribus quoque imperat. Verùm de his aliàs plura.

40

Lotos.

CAP. II.

Loton herbam, itémque Ægyptiam eodem nomine, aliàs & Syrticam arborem, diximus suis locis. Hæc lotos, quæ faba Græca appellatur à nostris, aluum baccis fistit. Ramenta ligni decocta in vino profunt dysentericis, menstruis, vertigini, comitialibus. Cohibent & capillum. Mirum, his ramentis nihil esse amarius, fructuque dulcius. Fit & è scobe eius medicamentum, ex aqua myrti decocta, subacta, & diuisa in pastillos, dysentericis vtilissimum, pondere Victoriati cum aquæ cyathis tribus.

Glans.

CAP. III.

Glans intrita duritias, quas cacoëthe vocant, cum salsa axungia sanat. Vehementiora sunt ligna & in omnibus cortex ipse, corticique tunica subiecta. Hæc decocta tuat cœliacos. Dysentericis etiam illinitur, vel ipsa glans. Eademque resistit serpentiæ

ictibus, Rheumatismis, suppurationibus. Folia & bacca, vel cortex vel succus decocti profunt contra toxica. Cortex illinitur decoctus lacte vaccino, serpentis plagæ. Datur & ex vino dysentericis. Eadem & ilici vis.

De cocco ilicis, & galla, & visco, pilulis, glande, & de cerri radice, & subere.

CAP.

IIII.

COccum ilicis, vulneribus ex aceto recentibus imponitur. Epiphoris ex aqua, & oculis suffusis sanguine instillatur. Est autem genus ex eo in Attica ferè & Asia nascens, celerrimè in vermiculum se mutans, quod ideo scolecion vocat: improbantque. Principalia eius genera diximus. Nec pauciora gallæ genera fecimus, solidam, perforatam: 10 item albam, nigram, maiorem, minorem. Vis omnium similis. Optima Comagena. Excrescentia in corpore tollit. Profunt gingiuis, vuæ, oris exulcerationi. Crematæ & in vino extinctæ, cæliacis. Dysentericis illinuntur. Paronychiis ex melle, & vnguibus scabris, pterygiis, hulceribus manantibus, condylomatis, vulneribus quæ phagedænica vocantur. In vino autem decoctæ auribus instillantur, oculis illinuntur: aduersus eruptiones & panos cum aceto. Nucleus commanducatus dentium dolorem sedat: item intertrigines, & ambusta. Immaturæ ex his ex aceto potæ, lienem confumunt. Eadem crematæ, & aceto falso extinctæ, menses sistunt, vuluâsque procidentes fotu. Omnes capillos denigrant. Viscum è robore præcipuum diximus haberi, & quo conficeretur modo. Quidam contusum in aqua decoquunt, donec innatet. Quidam commanducantes acinos, expuunt 20 cortices. Optimum est, quod sine cortice est, quodque leuissimum, extra fuluum, intus porraceum, quo nihil est glutinosius. Emollit, discutit tumores, siccatur strumas. Cum resina & cera panos mitigat omnis generis. Quidam & galbanum adiiciunt, pari pondere singulorum: eoque modo & ad vulnera vtuntur. Vnguium scabritias expolit, si septenis diebus soluantur, nitroque colluantur. Quidam id religione efficacius fieri putant, prima Luna collectum è robore sine ferro. Si terram non attigit, comitialibus mederi. Conceptum fœminarum adiuuare, si omnino secum habeant. Hulcera commanducato impositoque efficacissimè sanari. Roboris pilulæ ex adipe vrsino alopecias capillo replent. Cerri folia & cortex, & glans, siccatur collectiones suppurationesque: fluxiones sistit. Torpentes membrorum partes corroborat decoctum eius fotu: cui & insidere expedit, sic 30 candis astringendisve partibus. Radix cerri aduersatur scorpionibus. Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus, sanguinem fluentem ex vtralibet parte sistit. Eiusdem cinis ex vino calido, sanguinem excreantibus magnopere laudatur.

De fago & cupresso, & cedro magna, & de cedride, galbano.

CAP.

V.

^a Mer. Oculis.
Guil. Callis

FAgii folia manducantur in gingiuarum labiorumque vitiis. ^a Calculis glandis fagineæ cinis illinitur: item cum melle alopeciiis. Cupressi folia trita, serpentium ictibus imponuntur: & capiti cum polenta, si à Sole doleat: item ramici: qua de causa & bibuntur. Testium quoque tumori cum cera illinuntur. Capillum denigrant ex aceto. Eadem trita 40 cum duabus partibus panis mollis, & è vino ammineo subacta, pedum ac nervorum dolores sedant. Pilulæ aduersus serpentium ictus bibuntur, aut si eiiciatur sanguis. Collectionibus illinuntur. Ramici quoque teneræ tusæ cum axungia & lomento, profunt. Bibuntur ex eadem causa. Parotidi & strumæ cum farina imponuntur. Exprimitur succus tusis cum semine, qui mistus oleo caliginem oculorum aufert. Item Victoriati pondere in vino potus illitusque, cum fico sicca pingui, exemptis granis, vitia testium sanat, tumores discutit, & cum fermento strumas. Radix cum foliis trita potaque, vesicæ & stranguriæ medetur: & contra phalanga. Ramenta pota menses cient: scorpionum ictibus aduersantur. Cedrus magna, quam cedrelaten vocant, dat picem, quæ cedria vocatur, dentium doloribus vtilissimam. Frangit enim eos & extrahit: dolores sedat. Cedri 50 succus ex ea quomodo fieret, diximus, magni ad lumina vsus, ni capitis dolorè inferret.

Defuncta

Defuncta corpora incorrupta æuis feruat, viuentia corrumpit: mira differentia, cùm vitam auferat spirantibus, defunctis pro vita fit. Vestes quoque corrumpit, & animalia necat. Ob hoc non cenfeam in anginis hoc remedio vtendum, neque in cruditatibus, quod fuafere aliqui, guftu. Dentes quoque colluere ex aceto in dolore timuerim, vel grauitati aut vermibus aurium instillare. Portentum est, quod tradunt, abortiuum fieri in Venere, antè perfusa virilitate. Phthirias perungere eo non dubitauerim, itémque porrigines. Suadent & contra venenum leporis marini bibere in passo. Faciliùs in elephantiafi illinatur. Et hulcera fordida & excrescentia in iis autores quidam, & oculorum albugines caliginésque inunxere eo: & contra pulmonis hulcera cyathum eius forbere iusserunt: item aduersus tineas. Fit ex eo & oleum, quod pisselæon vocât, vehemētioris ad omnia eadem vsus. Cedri scobe serpentes fugari certum est: item baccis tritis cū oleo, si qui perungantur. Cedrides, hoc est, fructus cedri, tussim sanant, vrinam cient, aluum sistunt, vtiles ruptis conuulsis, spasticis, stranguriæ, vuluis, admoti. Contra lepores marinos, eadémque quæ supra, collectionibus, inflammationibúsq; De galbano diximus. Neque humidum neque aridum probatur, sed quale docuimus. Per se bibitur ad tussim veterem, suspiria, rupta conuulsa. Imponitur ischiadicis, lateris doloribus, panis, furunculis, corpori ab ossibus recedenti, strumis, articulorum nodis, dentium quoque doloribus. Illinitur & cum melle capitis hulceribus. Purulentis infunditur auribus cum rosaceo, aut nardo. Odore comitialibus subuenit, & vulua strangulante, & in stomachi defectu. Abortus non exeuntes trahit appositu vel suffitu: item ramis ellebori circumlitum atque subiectum. Serpentes nidore vrentium fugari diximus. Fugiunt & perunctos galbano. Medetur & à scorpione percussis. Bibitur & in difficili partu fabæ magnitudine in vini cyatho: vuluafque conuersas corrigit. Cum myrrha autem & in vino mortuos partus extrahit. Aduersatur & venenis, maxime toxicis, cum myrrha & in vino. Serpentes oleo & spondylio misto tactu necat. Nocere vrinæ existimatur.

De Hammoniaco, & styrace, & spondylio, & sphagno, & terebintho, & chamaepity, & pituyfa, & resinis, & picea, & lentisco.

CAP. VI.

30 **S**imilis Hammoniacci natura atque lacrymæ probandæ, vt diximus, mollit, calefacit, discutit, dissoluit. Claritati visus in collyriis conuenit. Pruritus, cicatrices, alluiginés oculorum tollit. Dentium dolores sedat, efficacius accensum. Prodest dyspnoicis, pleuriticis, pulmonibus, vesicis, vrinæ cruentæ, lieni, ischiadicis potum. Sic & aluum soluit. Articulis & podagræ cum pari pondere picis aut ceræ & rosaceo coctum. Maturat panos, extrahit clauos cum melle. Sic & duritias emollit. Lienis cum aceto & cera Cypria, vel rosaceo efficacissimè imponitur. Lassitudines perungi cum aceto & oleo exiguoque nitro, vtile est. Et styracis naturam in peregrinis arboribus exposuimus. Placet præter illa quæ diximus, maxime pinguis, purus, albicantibus fragmentis. Medetur tussi, faucibus, pectoris vitiis, vuluæ præclusæ, duritiéve laboranti. Ciet menses potu, apposituue, aluum mollit. Inuenio potu modico tristitiam animi resolui, largiore cōtrahi. Sonitus aurium emendat infusum: strumas illitum, neruorumque nodos. Aduersatur venenis, quæ frigore nocent: ideo & cicutæ. Spōdylion vnà demonstratum, infunditur capitibus phreneticorum, & lethargicorum: item capitis doloribus longis. Cum oleo vetere bibitur, & in iocinerū vitiis, morbo regio, comitialibus, orthopnoicis, vuluarum strangulatione: quibus & suffitu prodest. Aluum mollit. Illinitur hulceribus serpentibus cum ruta. Flos auribus purulentis efficaciter infunditur. Sed succus, cùm exprimitur, integendus est, quoniam mirè appetitur à muscis & similibus. Radix derafa, & in fistulas coniecta, callum earum erodit: Auribus quoque instillatur cum succo. Datur & ipsa contra morbum regium, & in iocineris vitio & vuluarum. Capillos crispas facit
50 peruncto capite. Sphagnos, siue sphacos, siue bryon, & in Gallia, vt indicauimus, nascitur, vuluis decocto insidentium vtilis: item genibus & feminum tumoribus, mistus

nasturtio, & aqua falsa tritus. Cum vino ac resina sicca potus, vrinam pellit celerrimè. Hydropicos inanit, cum vino & iunipero tritus & potus. Terebinthi folia & radix collectionibus imponuntur. Decoctum eorum stomachum firmat. Semen in capitis dolore bibitur in vino, & contra difficultatem vrinæ. Ventrem leniter emollit. Venerem excitat. Piceæ, & laricis folia trita, & in aceto decocta, dentium dolori profunt. Cinis corticum intertrigini & ambustis. Potus aluum fistit, vrinam mouet. Suffitu vulvas corrigit. Piceæ folia priuatim iocineri vtilia sunt, drachmæ pondere in aqua mulsa pota. Sylvas, eas duntaxat quæ picis resinæque gratia radantur, vtilissimas esse phthificis, aut qui longa ægritudine non recolligant vires, satis constat: & illum cæli aëra plus ita, quam nauigationem Ægyptiam, proficere, plus quam lactis herbidos per montium æltia potus. 10 Chamæpitys Latine abiga vocatur propter abortus, ab aliis thus terræ: cubitalibus ramis, flore pinus & odore. Altera breuior, & incuruæ similis. Tertia eodem odore, & ideo nomine quoque, paruulo cauliculo, crassitudine digitali, foliis scabris, exilibus, albis, in petris nascens. Omnes herbæ, sed propter cognationem nominis non differendæ. Profunt aduersus scorpionum ictus. Item iocineri illitæ cum palmis aut cotoneis. Renibus & vesicæ, decoctum earum cum farina hordeacea. Morbo quoque regio, & vrinæ difficultatibus, ex aqua decoctæ bibuntur. Nouissima contra serpentes valet cum melle. Sic & apposita vulvas purgat. Sanguinem densatum extrahit pota. Sudores facit perunctis ea, peculiariter renibus vtilis. Fiunt ex ea & hydropicis pilulæ, cum ficu aluum trahentes. Lumborum quoque dolorem Victoriati pondere in vino finit, & tussim recentem. 20 Mortuos partus, ex aceto cocta potaque, eiicere protinus dicitur. Cum honore & pityufa simili de causa dicitur, quam quidam in tithymali genere numerant. Frutex est similis piceæ, flore paruo purpureo. Bilem & pituitam per aluum detrahit radix, decocti hemina: aut feminis ligula in balanis. Folia in aceto decocta, furfures cutis emendat: mamas quoque misto rutæ decocto & tormina, & serpentium ictus, & in totum collectiones incipientes. Resinam è supra dictis arboribus gigni docuimus, & genera eius & nationes in ratione vini, ac postea in arboribus. Summæ species duæ, sicca, & liquida. Sicca è pinu & picea fit, liquida è terebintho, larice, lentisco, cupressu. Nam eæ ferunt in Asia & Syria. Falluntur, qui eandem putant esse è picea atque larice. Picea enim pinguem, & thuris modo succosam fundit: larix gracilem, ac mellei liquoris, virus redolentem. Me- 30 duci liquida raro vtuntur, & in ouo ferè: è larice propter tussim hulceraque viscerum. Nec pinea magnopere in vsu: cæteris non nisi coctis. Et coquendi genera satis demonstrauimus. In arborum differentia placet terebinthina, odoratissima atque leuissima: nationum Cypria & Syriaca, vtraque mellis Attici colore, sed Cypria carnosior siccioreque. In sicco genere quarunt vt fit candida, pura, perlucida. In omni autem, vt montana potius, quam campestris: item Aquilonia potius, quam ab alio vento. Resoluitur resina ad vulnerum vsus & malagmata oleo, in potiones amygdalis amaris. Natura in medendo contrahere vulnera, purgare, discutere collectiones: item pectoris vitia. Terebinthina illinitur: & eadem calida membrorum doloribus spasticisque illinitur in Sole, totisque corporibus, mangonum maximè cura, ad gracilitatem emendandam, spatiis ita laxantiu 40 cutem per singula membra, capacioreque ciborum facienda corpora. Proximum locum obtinet è lentisco. Inest ei vis astringendi. Mouet & ante cæteras vrinam. Reliquæ ventrem molliunt, cruda concoquunt, tussim veterem sedant, vuluæ onera extrahunt etiã suffitæ. Priuatim aduersantur visco. Panos & similia, cum seuo taurino & melle sanant. Palpebras lentiscina commodissimè replicat. Fractis quoque vtilissima, & auribus purulentis: item in pruritu genitalium. Pineæ capitis vulneribus optimè medetur.

De pice spissa, & liquida: & palimpissa, & pissasalto, & zopissa, & teda, & lentisco.

CAP. VII.

PIX quoque vnde & quibus conficeretur modis, indicauimus: & eius duo genera, spif- 50 sum, liquidumque. Spissarum vtilissima medicinæ est Brutia, quoniam pinguisima & resino

resinosissima vtrasque præbet vtilitates: ob id magis rutila, quàm cæteræ. Id enim quod in hoc adiiciunt, è mascula arbore meliorem esse, non arbitror posse intelligi. Picis natura exalfacit, explet. Aduersatur priuatim cerastæ morsibus cum polenta: item anginæ cum melle, distillationibus & sternutamentis. Purulentis auribus infunditur cum rosafæco: illinitur cum cera. Sanat lichenas, aluum soluit, excreationes pectoris adiuuat ecligmate, aut illita tonsillis cum melle. Sic & hulcera purgat: explet cum vua passa & axungia. Carbunculos purgat, & putrescentia hulcera: quæ verò serpunt, cum pineo cortice, aut sulphure. Phthificis etiam cyathi mensura quidam dederunt, & contra veterem tussim. Rhagadas sedis & pedum, panôsque & vngues scabros emendat: vuluæ duritias & conuersiones, odore: item lethargicos. Strumas item cum farina hordeacea, & pueri impubis vrina decocta ad suppurationem perducit. Et ad alopecias sicca pice vtuntur. Ad mulierum mammas Brutia, ex vino subferuefacta cum polline farraceo, quàm calidissimis impositis. Liquida pix, oleûmque quod pisselæon vocant, quemadmodum fieret, diximus. Quidam iterum decoquunt, & vocant palimpissam. Liquida anginæ perunguntur intus, & vua. Ad aurium dolores, claritatem oculorum, oris circunlitiones, suspiriosos, vuluas, tussim veterem, & crebras excreationes pectoris, spasmos, tremores, opisthotonos, paralyfes, neruorum dolores. Præstantissimum ad canum & iumentorum scabiem. Est & pissasphaltos, mista bitumini pice, naturaliter ex Apollionataeum agro. Quidam ipsi miscent, præcipuum ad scabiem pecorum remedium, aut si foetus mammas læserit. Maturum optimum ex eo, quod cum feruet, innatat. Zopissam eradi nauibus diximus, cera marino sale macerata. Optima hæc à tyrociniis nauium. Additur autem in malagmata ad discutiendas collectiones. Tedæ decoctæ in aceto, dentium dolores efficaciter colluunt. Lentisci, & arbores, & semen, & cortex, & lacryma vrinam cient, aluum sistunt. Decoctum eorum hulcera quæ serpunt, fotu. Illinitur in humidis, & igni sacro, gingiuas colluit. Folia dentibus in dolore atteruntur: mobiles decocto colluuntur. Capillum tingunt. Lacryma sedis vitiis prodest, cum quid siccare exalfierive opus sit. Decoctum & lacryma stomacho vtile, ructum & vrinam mouens: quod & capitis dolori cum polenta illinitur. Folia tenera oculis inflammatis illinuntur. Item mastiche lentisci replicandis palpebris, & ad extendendam cutem in facie, & smegmata adhibetur, & sanguinem reiicientibus, tussi veteri: & ad omnia quæ Hammoniæ vis. Medetur & attritis partibus, siue oleo è semine eius facto ceræque misto, siue foliis ex oleo decoctis, siue cum aqua virilia foueantur. Scio Democratem medicum in valetudine Cõsidiæ M. Seruiliij Consularis filiæ, omnem curationem austeram recusantis, diu efficaciter vsum lacte caprarum, quas lentisco pascebat.

De platano, & fraxino, & acere, & alba populo, & ulmo, & tilia, & sambuco, & iunipero.

CAP. VIII.

PLatani aduersantur vespertilionibus. Pilulæ earum in vino potæ x. quatuor pondere, omnibus serpentium & scorpionum venenis medentur: item ambustis. Tusæ autem cum aceto acri, magisque scillite, sanguinem omnem sistunt. Et lentiginem & carcinomata, melanias quoque veteres, addito melle emendant. Folia & cortex illinuntur collectionibus & suppurationibus, & decoctum eorum. Corticis autem in aceto dentium remedium est: folia eorum tenerrima in vino albo decocta, oculorum. Lanugo foliorum, & auribus & oculis inutilis. Cinis pilularum sanat ambusta igni vel frigore. Cortex è vino scorpionum ictus restinguit. Fraxinus quam vim aduersus serpentes haberet, indicauimus. Semen foliis eius inest, quo medentur iocineris & lateris doloribus in vino. Aquam quæ subit cutem, extrahunt. Corpus obesum leuant onere, sensim ad maciem reducentes, iisdem foliis cum vino tritis ad virium portionem, ita vt puero quinque folia tribus cyathis diluantur, robustioribus septem folia quinque cyathis vini. Non omittendum, ramenta eius & scobem quibusdam cauenda prædici. Aceris radix contusa iocineris doloribus efficacissimè imponitur. Populi albæ vuarum in vnguentis

vsu expofuimus. Cortex potus ifchiadicis & stranguriæ prodeft. Foliorum fuccus calidus aurium dolori. Virgam populi in manu tenentibus intertrigo non metuatur. Populus nigra efficaciffima habetur, quæ in Creta nascitur. Comitialibus fermen ex aceto vtile. Fundit illa & refinam exiguam, qua vtuntur ad malagmata. Folia podagris in aceto decocta imponuntur. Humor è cauis populi nigræ effluens, verrucas, papulasque, & attrita corporis tollit. Populi ferunt & folijs guttam, ex qua apes propolin faciunt. Guttata quoque aquæ propolis ex aqua remedium quàm efficax est. Vlmi & folia & cortex & rami vim habent spiffandi, & vulnera contrahendi. Corticis vtique interior tilia lepras sedat, & folia ex aceto illita. Corticis denarij pondus potum in hemina aquæ frigidæ aluum purgat, pituitasque & aquas priuatim trahit. Imponitur & collectionibus lacryma, & vulneribus, & ambuftis, quæ decocto fouere prodeft. Humor in folliculis arboris huius nascens, cuti nitorem inducit, faciémque gratiorem præftat. Cauliculi foliorum primi vino decocti tumores fanât, extrahuntque per fistulas. Idem præftât & tiliæ cortices. Multi corticem commanducatum vulneribus vtiliffimum putant: folia trita aqua asperfa pedum tumori. Humor quoque è medulla, vti diximus, castratæ arboris effluens, capillum reddit capiti illitus, defluentésque continet. Arbor tilia leniter tufa ad eadem ferè vtilis est, atque oleaster. Folia autem tantum in vsu, & ad infantium hulcera in ore commanducata: decocta vrinam cient: menses sistunt illita: sanguinem pota detrahunt. Sambucus habet alterum genus magis fylueftre, quod Græci chamæacten, alij heliõ vocant, multo breuius. Vtriusque decoctum in vino veteri foliorum, vel seminis, vel radicis ad cyathos binos potum, stomacho inutile est, aluo detrahens aquã. Refrigerat etiam inflammationem, maximè recentis ambufti: & canis morsum cum polenta molliffimis foliorum illitis. Succus cerebri collectiones, priuatimque membranæ, quæ circa cerebrum est, lenit infusus. Acini eius infirmiores, quàm reliqua, tingunt capillum. Poti acetabuli mensura, vrinam mouent. Foliorum molliffima ex oleo & fale eduntur, ad pituitam bilémque detrahendam. Ad omnia efficacior, quæ minor. Radicis eius in vino decoctæ duo cyathi poti, hydropicos exinaniunt: vuluas emolliunt, has & foliorum decoctum infidentium. Caules teneri mitioris sambuci, in patinis cocti, aluum soluunt. Resistunt folia & serpentium ictibus in vino pota. Podagricis cum feuo hircino vehemèter profunt cauliculi illiti. Idémque in aqua macerantur, vt ea sparfa pulices necentur. Foliorum decocto si locus spargatur, muscæ necantur. Boa appellatur morbus papularum, cum rubent corpora, sambuci ramo verberatur. Cortex interior tritus, ex vino albo potus, aluum soluit. Iuniperus vel ante cætera omnia excalfacit, extenuat, cedro affimilis. Et eius duo genera: altera maior, altera minor. Vtraque accensa serpètes fugat. Semè stomachi, pectoris, lateris doloribus vtile. Inflationes algorésque discutit: tuffes concoquit & duritias. Illitum tumores sistit: item aluum, baccis ex vino nigro potis: item ventris tumores illitis. Miscetur & antidotis oxyporis. Vrinam cient. Illinitur & oculis in epiphoris. Datur conuulsis ruptis, torminibus, vuluis, ifchiadicis cum vino albo potum pilulis quaternis, aut decoctis viginti in vino. Sunt qui & perungant corpus è semine eius in serpentium metu.

De salice, & amerina, & vitilibus, & erice.

CAP. IX.

Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit: sed si prius colligatur, sanguinem reiicientibus prodeft. Corticis è ramis primis einis, clauum & callum aqua mista fanat. Vitia cutis in facie emendat, magis admisto succo suo. Est autem hic trium generum. Vnum arbor ipsa exudat gummi modo. Alterum manat in plaga, cum floret, exciso cortice trium digitorum magnitudine. Hic ad expurganda, quæ obstant oculis: item ad spiffanda quæ opus sunt, ciendamque vrinam, & ad omnes collectiones intus extrahendas. Tertius succus est detruncatione ramorum à falce distillans. Ex his ergo aliquis cum rosaceo in calyce Punici calfactus, auribus infunditur: vel folia cocta, & cum cera trita imponuntur: itè podagricis. Cortice & foliis in vino decoctis foueri nervos vtiliffimum. Flos tritus cum foliis furfures purgat in facie. Folia contrita & pota intemperantiam

tiam libidinis coërcent, atque in totum auferunt vsum sæpius sumpta. Amerinæ nigræ fermen cum spuma argenti pari pondere, à balneo illitum, psilothrum est. Non multum à salice vitilium vsu distat vitex, foliorum quoque aspectu, nisi odore gratior esset. Græci lygon vocant, alij agnon: quoniam matronæ thesmophoriis Atheniensium castitatem custodientes, his foliis cubitus sibi sternunt. Duo genera eius. Maior in arborem salicis modo assurgit: minor ramosa, foliis candidioribus lanuginosis. Prima album florem mittit cum purpureo, quæ & candida vocatur: nigra, quæ tantum purpureum. Nascuntur in palultribus campis. Semen potum vini quendam saporem habet, & dicitur febres soluere: & cum vngantur, oleo admistum sudorem facere: sic & lassitudines
10 dissoluere. Vrinam cient & menses. Caput tentant vini modo: nam & odor similis est. Inflationes pellunt in inferiora. Aluum sistunt, hydropicis & lienibus perquam vtilis. Lactis vbertatem faciunt. Aduersantur venenis serpentium maximè quæ frigus inferunt. Minor efficacior ad serpentes: bibitur feminis drachma in vino vel posca, aut duabus foliorum tenerrimorum. Et illinuntur vtraque aduersus araneorum morsus: vel perunctis tantum, suffitu quoque aut substratu fugant venenata. Ad Venerem impetus
inhibent: eoque maximè phalangiis aduersantur, quorum morsus genitale excitat. Capitis dolorem ex ebrietate sedant cum rosaceo flos tenerique cauliculi. Seminis decoctum vehementiorem capitis dolorem dissoluit fotu: & vuluam etiã suffitu vel appositu purgat: aluum cum pulegio & melle potum. Vomicas panosque difficile concoquentes, cum farina hordeacea mollit. Lichenas & lentigines cum aphronitro & aceto semen sanat, & oris hulcera & eruptiones cum melle: testium cum butyro & foliis vitium:
20 rhagadas sedis cum aqua illitum: luxata cum sale & nitro, & cera. Et semen, & folium additur in malagmata neruorum & podagras. Semen instillatur in oleo decoctum capiti in lethargia & phrenesi. Virgam qui in manu habeant aut cinctu, negantur intertriginem sentire. Ericen Græci vocant fruticem non multum à myrice differentem, coloris roris marini, & penè folio. Hoc aduersari serpentibus tradunt. Genista quoque vinculi vsum præstat. Flores apibus gratissimi. Dubito an hæc sit, quam Græci autores sparton appellauere, cum ex ea lina piscatoria apud eos factitari docuerim: & nunquid hanc designauerit Homerus, cum dixit nauium sparta dissoluta. Nondum enim
30 fuisse Africanum vel Hispanum spartum in vsu, certum est: & cum sutiles fierent naues, lino tamen, non sparto, vnquam futas. Semen eius quod Græci eodem nomine appellant, in folliculis phaseolorum modo nascens, purgat ellebori vice, drachma & dimidia pota in aquæ mulsæ cyathis quatuor ieiunis. Rami similiter cum fronde in aceto macerati pluribus diebus, & tusi, succum dant ischiadicis vtilem, cyathi vnus potu. Quidam marina aqua macerare malunt, & infundere clystere. Perunguntur eodem succo ischiadici addito oleo. Quidam ad stranguriam vtuntur semine. Genista tusa cum axungia, genua dolentia sanat. Myricen, quam & tamaricen vocat Lenæus, similem scopis amerinis dicit. Sanari ea carcinomata in vino decocta tritaque cum melle illita. Arbitrantur quidam hanc esse tamaricem: sed ad lienem præcipua est, si succus
40 eius expressus in vino bibatur. Adeoque mirabilem eius antipathiam contra solum hoc viscerum faciunt, vt affirmant, si ex ea alueis factis bibant sues, sine liene inueniri. Et ideo homini quoque splenetico cibum potumque dant in vasis ex ea factis. Grauis autor in medicina, virgam ex ea defractam, vt neque terram neque ferrum attingeret, sedare ventris dolores asseueravit impositam, ita vt tunica cinctuque corpori apprimeretur. Vulgus infelicem arborem eam appellat, vt diximus, quoniam nihil ferat, nec feratur vnquam. Corinthus, & quæ circa est regio, bryoniam vocat, eiusque duo genera facit. Syluestrem planè sterilem: alteram mitiorem. Hæc fert in Ægypto Syriaque etiam abundanter lignosum fructum, maiorem galla, asperum gustu, quo medici vtuntur vice gallæ, & in compositionibus, quas antheras vocant. Et lignum autem
50 & flos, & folia, & cortex in eisdem vsus adhibentur, quanquam remissoria. Datur sanguinem reiicientibus cortex tritus, & contra profluvia fœminarum, cœliacis quoque.

Idem tufus impositusque collectiones omnes inhibet. Foliis exprimitur succus ad hæc eadem. Et in vino decoquantur: ipsa verò adiecto melle gangrænis illinuntur. Decoctum eorum in vino potum, vel imposita cum rosaceo & cera sedat. Sic & epinyctidas sanat. Ad dentium dolorem auriumque; decoctum eorum salutare est: radix ad eadem: similiter & folia. Hæc amplius ad ea quæ serpunt, imponuntur cū polenta. Semen drachmæ pondere aduersus phalangia & araneos bibitur. Cum altilium verò pingui furunculis imponitur. Efficax & contra serpentium ictus, præterquam aspidum. Nec non morbo regio, phthiriasi, lendibusque; decoctum infusum prodest, abundantiamque; mulierum sistit. Cinis arboris ad omnia eadem prodest. Aiunt, si bouis castrati vrinæ immisceatur, vel in potu vel in cibo, Venerem finiri. Carbóque ex eo genere vrina ea restinctus in umbra conditur: idem cū libeat accédere, resoluitur. Magi & id ex spadonis vrina fieri tradiderunt.

De virga sanguinea, & silere, & ligustro, & alno, & edera, & cistho, & cisso, & erythrano, & chamacisso, & smilace, & de clematide.

C A P. X.

Nec virga sanguinea felicior habetur. Cortex eius interior cicatrices, quæ præsanare, aperit. Sileris folia illita fronti, capitis dolores sedant. Eiusdem semen tritum, in oleo phthiriasis coëret. Serpentes & hunc fruticem refugiunt: baculumque; rustici ob id ex eo gerunt. Ligustrum eadem arbor est, quæ in Oriente cypros. Suos in Europa vltus habet. Succus eius neruis, articulis, algoribus: folia vbique veteri hulceri cum salis mica, & oris exhulcerationibus profunt. Acini contra phthiriasin, item contra intertrigines, foliave. Sanant & gallinaceorum pituitas acini. Folia alni ex feruenti aqua certissimo remedio sunt tumori. Ederæ genera xx. demonstrauimus. Natura omnium in medicina anceps. Mentem turbat, & caput purgat largius pota. Neruis intus nocet. Iisdem neruis adhibita foris prodest. Eadem natura, quæ aceto, ei est. Omnia genera eius refrigerant. Vrinam cient potu: capitis dolorem sedant, præcipuè cerebro continentique cerebrum membranæ vtiliter mollibus impositis foliis, cum aceto & rosaceo tritis & decoctis, addito postea rosaceo oleo. Illinuntur autem fronti: & decocto eorum fouetur os, caputque; perungitur. Lienis & pota & illita profunt. Decoquantur & cōtra horrores febrium eruptionesque pituitæ, aut in vino teruntur. Corymbi quoque poti vel illiti, lienem sanant: iocinera autem illiti. Trahunt & menses appositi. Succus ederæ tædia narium graueolentiamque emendat, præcipuè albæ satiuæ. Idem infusus naribus caput purgat, efficacius addito nitro. Infunditur etiam purulētis auribus, aut dolentibus cum oleo. Cicatricibus quoque decorem facit. Ad lienes efficacior albæ est, ferro calefactus: satisque est acinos sex in vini cyathis duobus sumi. Acini quoque ex eadem alba terni, in aceto mulso poti, tineas pellunt: in qua curatione ventri quoque; imposuisse eos vtile est. Ederæ, quæ chrysocharpon appellauimus, baccis aurei coloris viginti, in vini sextario tritis, ita vt terni cyathi potentur, aquam que cutem subierit, per vrinam educit Erasistratus. Eiusdem acinos quinque tritos in rosaceo oleo, calefactosque in cortice Punici, instillauit dētium dolori à contraria aure. Acini, qui croci succum habent, præsumpti potu, à crapula tutos præstant: item sanguinem excreantes, aut torminibus laborantes. Ederæ nigræ candidiores corymbi poti, steriles etiam viros faciunt. Illinitur decocta in vino omnium hulcerum generi, etiam si cacoëthe sint. Lacryma ederæ psilothrum est, phthiriasinque tollit. Flos cuiuscunque generis trium digitorum captu, dysentericos & aluum citam emendat, in vino austero bis die potus. Et ambustis illinitur vtiliter cum cera. Denigrant capillum corymbi. Radicis succus in aceto potus, contra phalangia prodest. Huius quoque ligni vase spleneticos bibentes sanari inuenio. Et acinos terunt, móxque comburūt, & ita illinunt ambusta, prius perfusa aqua calida. Sunt qui & incidant succi gratia, eoque vtantur ad dentes erosos, frangique tradunt, proximis cera munitis, ne lædantur. Gummi etiam in edera quærunt, quod ex aceto vtilissimum dentibus promittunt. Græci vicino vocabulo cisthon appellant fruticem maiorem thymo, foliis ocimi. Duo eius genera. Flos masculo rosaceus, fœminæ albus. Ambo profunt dysentericis & solutionibus ventris,

tris, in vino austero ternis digitis flore capto, & similiter bis die potio: hulceribus veteribus & ambustis cum cera, & per se oris hulceribus. Sub his maximè nascitur hypocisthis, quam inter ederas diximus. Cissos erythranos ab iisdem appellatur similis ederæ, coxendicibus utilis è vino potus: item lumbis. Tantamque vim accipiunt, vt sanguinem vrinæ detrahant. Item chamæcisson appellant ederam, non attolentem se à terra. Et hæc contusa in vino acetabuli mensura, lieni medetur. Folia ambustis cum axungia. Smilax quoque, qui & nicophoros cognominatur, similitudinè ederæ habet, tenuioribus foliis. Coronam ex eo factam impari foliorum numero, aiunt capitis doloribus mederi. Quidam duo genera simlacis dixerunt. Alterum immortalitati proximum, in conuallibus opacis, scandentem arbores, comantibus acinorum corymbis, contra venenata omnia efficacissimis, in tantum, vt acinorum succo infantibus sæpe instillato, nulla postea venena nocitura sint. Alterum genus culta amare, & in his gigni, nullius effectus. Illam esse simlacem priorem, cuius lignum ad aures sonare diximus. Similem huic aliqui clematida appellauerunt, repentem per arbores, geniculatam & ipsam. Folia eius, lepram purgant. Semen aluum soluit acetabuli mensura, in aquæ hemina, aut aqua malsa. Datur ex eadem causa & decoctum eius.

De harundine, & papyro, & ebene, & rhododendro, de rhue erythro, & de erythro dano, alyssis & radice, & apocyno & rore marino, & cachry, & sabina, & selagine, & sannulo, & gummi medicinis.

C A P. X I.

Harundinis genera xxi. demonstrauimus, non aliter euidentiore illa natura, quam continuis his voluminibus tractamus. Siquidem harundinis radix contrita & imposita, filicis stirpem corpore extrahit: item harundinem filicis radix. Ex quoniam plura genera fecimus, illa quæ in India Syriaque nascitur odorum vnguentorumque causa, vrinam mouet cum gramine aut apij semine decocta. Ciet menstrua admota. Medetur conuulsis duobus obolis pota, iocineri, renibus, hydropi, tussi etiam suffitu, magisq; cum resina. Furfuribus hulcerumque manantibus cum myrrha decocta. Excipitur & succus eius, fitque elaterio similis. Efficacissima autem in omni harundine, quæ proxima radici. Efficacia & genicula. Harundo Cypria, quæ donax vocatur, corticis cinere alopecias emendat: item putrescentia hulcera. Foliis eius ad extrahendos aculeos vtuntur. Efficacius & contra ignes sacros collectionesque omnes. Vulgaris harundo extractoriam vim habet, & recens tusa, non in radice tantum. Multum enim & ipsam harundinem valere tradunt. Medetur & luxatis, & spinæ doloribus radix in aceto illita. Eadem recens trita in vino pota, Venerem concitat. Harundinum lanugo illita auribus, obtundit auditum. Cognata in Ægypto res est harundini papyrus, præcipuæ utilitatis, cum inaruit, ad laxandas siccandasque fistulas, & intumescendo ad introitum medicamentorum aperendas. Charta quæ fit ex ea, cremata inter caustica est. Cinis eius ex vino potus somnum facit: ipsa ex aqua imposita callum sanat. Ne in Ægypto quidè nascitur ebenus, vt docuimus: nec tractamus in medicina alienos orbis: nõ omittetur tamen propter miraculum. Scobem eius oculis vnice mederi dicunt: lignoque ad cotem trito cum passo, caliginem discutit. Ex aqua verò radice, albugines oculorum. Item tussim pari modo dracunculi radicis adiecto cum melle. Ebenum medici & inter erodentia assumunt. Rhododendros ne nomen quidem apud nos inuenit Latinum: rhododaphnen vocant, aut nerium. Mirum, folia eius quadrupedum venenum esse, homini verò contra serpentes præsidium, ruta addita è vino pota. Pecus etiam, & capræ, si aquam biberint, in qua folia ea maduerint, mori dicuntur. Nec rhus Latinum nomen habet, cum in vsum pluribus modis veniat. Nam & herba est syluestris, foliis myrti, cauliculis breuibus, quæ venena & tineas pellit: & frutex coriarius appellatur, subrutilus, cubitalis, crassitudine digitali, cuius aridis foliis, vt malicorio, coria perficiuntur. Medici autem rhoicis vtuntur ad contusa: item coeliacos & sedis hulcera, aut quæ phagedænas vocant, trita cum melle, & illita cum aceto. Decoctum eorum instillatur auribus purulentis. Fit & stomatice decoctis ramis ad

F

eadem, quæ ex moris, sed efficacior admisto alumine. Illiniturque eadem hydropicorum tumoribus. Rhus, quæ erythros appellatur, frutex est: & huius fruticis semen vim habet astringendi refrigerandique. Aspergitur pro sale obsoniis. Aluos soluit, omnique carnes cum sulphio suauiores facit. Hulceribus medetur manantibus cum melle: asperitati linguæ, percussis, liuidis, de squamatis eodem modo. Capitis hulcera ad cicatricem celerimè perducit: & fœminarum abundantiam sistit cibo alia est erythrodanus, quam aliqui ereuthodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanæ, pellésque perficiuntur: in medicina vrinam ciet: morbum regium sanat ex aqua mulsa, & lichenas, ex aceto illita: & ischiadicos & paralyticos, ita vt bibentes lauentur quotidie. Radix semenque trahunt menses, aluum sistunt, & collectiones discutunt. Contra serpentes rami cum foliis imponuntur. Folia & capillum tingunt. Inuenio apud quosdam morbum regium sanari hoc frutice, etiam si adalligatus spectetur tantum. Distat ab eo, qui alysson vocatur, foliis tantum & ramis minoribus: nomen accepit, quod à cane commorfos rabiem sentire non patitur, potus ex aceto adalligatusque. Mirum est quod additur, saniam conspecto omnino frutice eo sicari. Tingentibus & radícula lanas præparat, quam struthion à Græcis vocari diximus. Medetur morbo regio & ipsa decocti eius potu: item pectoris vitia. Vrinam ciet, aluum soluit, & vuluas purgat. Quamobrem aureum poculum medici vocant. Ea & ex melle prodest magnificè ad tussim, orthopnœæ cochlearis mensura. Cum polenta verò & aceto lepras tollit. Eadem cum panace & capparis radice calculos frangit, pellitque. Panos discutit, cum farina hordeacea & vino decocta. Miscetur & malagmatibus & collyriis, claritatis causa. Ad sternutamenta utilis inter pauca: lieni quoque ac iocineri. Eadem pota denarij vnus pondere ex mulsa aqua, suspiriosos sanat. Sic & pleuriticos, & omnes lateris dolores, apocyni semen ex aqua. Frutex est folio edera, molliore tamen, & minus longis viticulis, semine acuto, diuiso, lanuginoso, graui odore. Canes & omnes quadrupedes necat in cibo datum. Est & rosmarinum. Duo genera eius. Alterum sterile, & alterum cui & caulis, & semen resinaceum, quod cachrys vocatur. Foliis odor thuris. Radix vulnera sanat viridis imposita, & sedis procidentia, condylomata & hæmorrhoidas. Succus & fruticis & radicis morbum regium, & ea quæ repurganda sunt. Oculorum aciem exacuit. Semen ad vetera pectoris vitia datur potui. Et ad vuluas cum vino & pipere. Menses adiuuat. Podagris illinitur cum ærina farina. Purgat & lentigines, & quæ ex calfacienda sunt, aut cum sudor quærendus, illitum: item conuulsis. Auget & lac in vino potum: item radix. Ipsa herba strumis cum aceto illinitur: ad tussim cum melle prodest. Cachrys multa genera habet, vt diximus. Sed hæc, quæ ex rore supra dicto nascitur, si fricetur, resinosa est. Aduersatur venenis & venenatis, præterquam angibus. Sudorem mouet, tormina discutit, lactis vbertatem facit. Herba Sabina, brathy appellata à Græcis, duorum generum est: altera tamarici similis folio, altera cupressifolia. Quare quidam Creticam cupressifoliam dixerunt. A multis in suffitus pro thure assumitur. In medicamentis verò duplicato pondere eosdem effectus habere, quos cinnamum, traditur. Collectiones minuit, & nomas compefcit. Illita hulcera purgat. Partus emortuos apposita extrahit & suffitu. Illinitur igni sacro & carbunculis. Cum melle & vino pota, regio morbo medetur. Gallinacei generis pituitas fumo eius herbæ sanari tradunt. Similis herbæ huic Sabinæ est selago appellata. Legitur sine ferro dextra manu per tunicam, qua sinistra exuitur velut à furante, candida veste vestito, purèque lotis nudis pedibus, sacro facto prius quàm legatur, pane vinoque. Fertur in mappa noua. Hanc contra omnem perniciem habendam prodidere Druidæ Gallorum, & contra omnia oculorum vitia fumum eius prodesse. Iidem samolum herbam nominauere nascentem in humidis: & hanc sinistra manu legi à ieiunis contra morbos suum boumque, nec respicere legentem, nec alibi, quàm in canali, deponere, ibique conterere poturis. Gummium genera diximus. Ex his maiores effectus melioris cuiusque erunt. Dentibus inutiles sunt. Sanguinem coagulant, & ideo reiciendis sanguinem profunt: item ambustis, arteriz vitia. Inutilem vrinam ciet, amaritudines hebetant astrictis cæteris. Quæ ex amygdala amara

amara est, spissandique viribus efficacior, habet excafactorias vires. Præponuntur aut prunorum, & cerasorum, ac vitium. Siccant illitæ & astringunt: ex aceto verò infantium lichenas sanant. Profunt & tussi veteri, quatuor obolis in misto potis. Creduntur & colorem gratiorem facere, ciborumque appetentiam, & calculosis prodesse cum passo potæ. Oculorum & vulnerum vtilitatibus maximè conueniunt è spina Ægyptia.

De spina Arabica, & spina alba, & acanthio, & acacia.

CAP. XII.

Spinæ Arabicæ laudes in odorum loco diximus: & ipsa spissat stringitque distillationes omnes, & sanguinis excreationes, mensuramque abundantiam, etiamnum radice
 10 valentior. Spinæ albæ semen contra scorpiones auxiliatur. Corona ex ea imposita, capitis dolores minuit. Huic similis est spina illa, quam Græci acanthion vocant, minoribus multò foliis, aculeatis per extremitates, & araneosa lanugine obductis: qua collecta, etiam vestes quædam bombycinis similes fiunt in Oriente. Ipsa folia vel radices ad remedia opisthotoni bibuntur. Est & acaciæ spina. Fit in Ægypto alba nigræque arbore: item viridi, sed longè melior è prioribus. Fit & in Galatia tenerrima spinosiore arbore. Semen omnium lenticulæ simile: minore est tantum & grano & folliculo. Colligitur autumno: antè collectum nimio validius. Spissatur succus ex folliculis aqua cælesti perfusis: mox in pila tuis exprimitur organis: tunc densatur in Sole mortariis in pastillos. Fit & ex foliis minus efficax. Ad coria perficienda semine pro galla vtuntur. Foliorum succus
 20 & Galatiacæ acaciæ nigerrimus improbatur: item qui valde rufus. Purpurea aut leucophæa, & quæ facillimè diluitur, vi summa ad spissandum refrigerandumque est, oculorum medicamentis ante alias vtilis. Lauantur in eos vsus pastilli ab aliis, torrentur ab aliis. Capillum tingunt. Sanant ignem sacrum, hulcera quæ serpunt, & humida vitia corporis, collectiones, articulos contusos, perniones, pterygia. Abundantiam mensuram fœminis sistunt, vuluamque & sedem procidentes. Item oculos, oris vitia & genitalium.

De vulgari spina, & syluestri, & de erysicepro, & de appendice spina, & pyxacantho, & paliuro, aquisolia, & taxo, & rubis medicina.

CAP. XIII.

Vulgaris quoque hæc spina, ex qua cortinæ fulioniæ implentur, radice vsus habet. Per
 30 Hispanias quidem multi, & inter odores, & ad vnguenta vtuntur illa, aspalathum vocantes. Est sine dubio hoc nomine spina syluestris in Oriente (vt diximus) candida, magnitudine arboris iustæ. Sed & frutex humilior æquè spinosus in Nisyro, & Rhodiorum insulis, quem alij erysicepro, alij adipatheon, siue dipsacon, siue diacheton vocant. Optimus, qui minimè ferulaceus, rubens, & in purpuram vergens, detracto cortice. Nascitur pluribus locis, sed non vbique odoratus. Quam vim haberet cælesti arcu in eum innixo, diximus. Sanat tetra oris hulcera & ozænas, genitalia exhulcerata aut carbunculantia, item rhagadia, inflationes potu. Discutit & strangurias cortex. Sanguinem reddentibus medetur decoctum eius. Aluum sistit cortex. Similia præstare syluestrem
 40 quoque putant. Spina est appendix appellata, quoniam baccæ puniceo colore in ea appendices vocantur. Hæ crude per se, & aride in vino decoctæ, aluum citam, ac tormina comescunt. Pyxacanthi baccæ contra serpentium ictus bibuntur. Paliurus quoque spinæ genus est. Semen eius Afrizuram vocant, contra scorpiones efficacissimum: item calculosis & tussi. Folia astrictoriam vim habent. Radix discutit panos, collectiones, vomicas: vrinas trahit pota. Decoctum eius potum in vino aluum sistit: serpentibus aduersatur. Radix præcipuè datur in vino. Aliqui folia contusa addito sale, articulorum morbis imponunt. Profunt baccæ purgationi fœminarum, cœliacis, dysentericis, ac cholericis. In vino pote aluum sistunt. Radix decocta & illita extrahit infixæ corpori. Vtilissima est & luxatis, tumoribusque. Aquisolia arbor in domo aut villa sata, veneficia arcet. Flore eius
 50 aquam glaciari Pythagoras tradit: itemque baculum ex ea factum, in quoduis animal emissum, etiamsi citrà ceciderit defectu mittentis, ipsum per sese recubitu propius ad-

labi: tam præcipuam naturam inesse arbori. Taxi arboris fumus mures necat. Nec rubos ad maleficia tantum genuit natura: ideoque ex eis mora vel hominibus cibos dedit. Vim habent siccandi, astringendique, gingiuis, tonsillis, genitalibus accommodatissimi. Aduerfantur serpētium sceleratissimis hæmorrhoidi & presteri flos aut mora. Scorpionum vulnera sine collectionum periculo inungunt: urinam cient. Caules eorum tunduntur teneri, exprimiturque succus, mox Sole cogitur in crassitudinem mellis, singulari remedio contra mala oris oculorumque, sanguinem excreantes, anginas, vulvas, sedes, cœliacos potus aut illitus. Oris quidem vitiis etiam folia commanducata profunt: & hulceribus manantibus, aut quibuscunque in capite illinuntur. Cardiacis vel sic per se imponuntur à mamma sinistra: item stomachi doloribus, oculisque procidentibus. Instillatur succus eorum & auribus. Sanat condylomata cum rosaceo cerato. Cauliculorum ex vino decoctum, vel præsentaneum remediū est. Iidem per se in cibo sumpti cymæ modo aut decocti in vino austero, labantes dentes firmant. Aluum sistunt & profluuia sanguinis: dysentericis profunt. Siccantur in umbra, ut cinis crematorum vnam reprimat. Folia quoque arefacta & contusa, iumentorum hulceribus vtilia traduntur. Mora, quæ in his nascuntur, vel cum efficaciorum stomaticen præbuerint, quàm satiua morus. Eademque compositione, vel cum hypocisthide tantum & melle bibuntur in cholera, & à cardiacis, & contra araneos. Inter medicamenta, quæ styptica vocant, nihil efficacius rubi mora ferentis radice decocta in vino ad tertias partes, ut colluantur eo oris hulcera, & sedis foueantur: tantaque vis est, ut spongiæ ipsæ lapidescant. Alterum genus rubi est, in quo rosa nascitur. Gignit pilulam castaneæ similem, præcipuo remedio calculosis. Alia est cynorrhoda, quam proximo dicemus volumine.

De cynosbato, & Idæo rubo, & rhamno, & Lycio, & sarcocolla, & de oporice medicina.

CAP. XIII.

Cynosbato, alij cynospaston, alij neurospaston vocant: folium habet vestigio hominis simile. Fert & vnam nigram, in cuius acino neruum habet, unde neurospastos dicitur. Alia est à cappari, quam medici cynosbato appellauerunt. Huius thrysus ad remedia splenis & inflationes conditus ex aceto manditur. Neruus eius cum malliche Chia commanducatus os purgat. Ruborum rosa alopecias cum axungia emendat. Mora capillum tingunt cum omphacino oleo. Flos mori per menses colligitur. Candidus pleuriticis præcipuus ex vino potus, item cœliacis. Radix ad tertias decocta, aluum sistit & sanguinem: item dentes collutos decocto. Eodem succo fouentur sedis atque genitalium hulcera. Cinis è radice deprimit vnam. Idæus rubus appellatus est, quoniam in Ida, non aliàs, nascitur. Est autem tenerior ac minor, rarioribus calamis innocentioribusque, sub arborum umbra nascens. Huius flos cum melle epiphoris illinitur & ignibus sacris: stomaticisque ex aqua bibendus datur. Cætera eadem præstat, quæ supra dicta. Inter genera ruborum rhamnos appellatur à Græcis candidior & fruticosior. Is floret, ramos spargens rectis aculeis, non ut cæteri aduncis, foliis maioribus. Alterum genus est syluestre, nigrius, & quadantenus rubens. Fert veluti folliculos. Huius radice decocta in aqua fit medicamentum, quod vocatur Lycium. Semen secundas trahit. Alter ille candidior astringit magis, refrigerat, collectionibus & vulneribus accommodatior. Folia vtriusque & cruda & decocta illinuntur cum oleo. Lycium præstantius è spina fieri tradunt, quam & pyxacanthon Chironiam vocant, quales in Indicis arboribus diximus, quoniam longè præstantissimum existimatur Indicum. Coquuntur in aqua tufi rami, radicesque, summæ amaritudinis, æreo vase ferè per triduum, iterumque exempto ligno, donec mellis crassitudo fiat. Adulteratur amaris succis, etiam amurca ac felle bubulo. Spuma eius ac flos quidam oculorum medicamentis additur. Reliquo succo faciem purgat, & psoras sanat, erosos angulos oculorum, veteresque fluxiones, aures purulentas, tonsillas, gingiuas, tussim, sanguinis excreationes, fabæ magnitudine deuoratum. Aut si ex hulceribus fluat, illitum, rhagadas, genitalium hulcera, attritus, hulcera recentia, & serpentina, ac putrescentia. In naribus clauos, suppurationes. Bibitur & à mulieribus

mulieribus in lacte contra profluvia. Indici differentia, glebis extrinsecus nigris, intus rufis, cum frigeris, citò nigrescentibus. Astringit vehementer cum amaritudine. Ad eadem omnia vtile est, sed præcipuè ad genitalia. Sunt qui & sacocollam spinæ lacrymam putent, pollini thuris similem, cum quadam acrimonia dulcem. Cum vino tusa sistit fluxiones: illinitur infantibus. Vetustate & hæc maximè nigrescit, melior, quò candidior.

Vnum etiamnum arborum medicinis debetur nobile medicamentum, quod oporicen vocant. Fit ad dysentericos stomachique vitia, in congio multi albi, lento vapore decoctis malis cotoneis quinque cum suis feminibus, Punicis totidem, forborum sextario, & pari mensura eius, quod rhus Syriacum vocant, croci semuncia. Coquitur vsque ad crassitudinem mellis. His subtexemus ea, quæ Græci communicatione nominum in ambiguo fecere, anne arborum essent.

*De chamædrye, & chamædaphne, & chamelæa, & chamæsyce, & chamæcisso,
& chamæleuce, & chamæcyparisso, & ampelopraso, & stachye, & clinopodio, & centunculo, & cle-
matide Aegyptia medicina.*

CAP. XV.

Chamædryes herba est, quæ Latinè triffago dicitur. Aliqui eam chamædropem, alij Teucrium appellauerunt. Folia habet magnitudine mentæ, colore & diuisura quercus. Alij ferratam, & ab ea ferram inuentam esse dixere, flore penè purpureo. Carpitur prægnans succo in petrosis, aduersus serpentium venena potu illitumque efficacissima: item stomacho, tussi vetustæ, pituitæ in gula cohærescenti, ruptis conuulsis, lateris doloribus. Lienem consumit, vrinam & menses ciet. Ob id incipientibus hydropicis efficax, manuum scopis eius in tribus heminis aquæ decoctis vsque ad tertias. Faciunt & pastillos, terentes eam ex aqua. Ad supra dicta sanat & vomicas, & vetera hulcera, vel fordida cum melle. Fit & vinum ex ea pectoris vitiiis. Foliorum succus cum oleo caliginem oculorum discutit. Ad splenem ex aceto sumitur. Excalfacit perunctione. Chamædaphne vnico ramulo est cubitali ferè, folio tenui, lauri similitudine. Semen rubens admistum foliis illinitur capitis doloribus recens. Ardorem refrigerat: ad tormina cum vino bibitur. Menses succus eius, & vrinam ciet potu, partusque difficiles in lana appositus. Chamelæa similitudinem foliorum oleæ habet. Sunt autem amara, odorata, in petrosis, palmum altitudine non excedente. Aluum purgat: detrahit pituitam bilémque, foliis in duabus absinthij partibus decoctis, succoque eo cum melle potu. Foliis impositis & hulcera purgantur. Aiunt, si quis ante Solis ortum eam capiat, dicatque ad albugines oculorum se capere, ad alligata discuti id vitium. Quoquo modo collectam iumentorum pecorumque oculis salutarem esse. Chamæsyce lentis folia habet, nihil se attollentia, in aridis petrosisque nascens. Claritati oculorum, & contra suffusiones vtilissima, & cicatrices, caligines, nubeculas in vino cocta, inuncta. Vulvæ dolores sedat apposita in linteolo. Tollit & verrucas omnium generum illita. Prodest & orthopnoicis. Chamæcissos spicata est tritici modo, ramulis quinque ferè, foliosa: cum floret, existimari potest alba viola, radice tenui, cuius bibunt ischiadici folia tribus obolis, in vini cyathis duobus v i j. diebus, admodum amara potione. Chamæleucen apud nos farranum siue farfugium vocant. Nascitur secundum fluuios, folio populi, sed ampliore. Radix eius imponitur carbonibus cupressi, atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Chamæpeuce larici foliis similis, lumborum & spinæ doloribus propria est. Chamæcyparissos herba ex vino pota contra venena serpentium omnium scorpionumque pollet. Ampeloprason in vinetis nascitur, foliis porri, ructu grauis. Contra serpentium ictus efficax. Vrinam & menses ciet: eruptiones sanguinis per genitale inhibet potum impositumque. Datur & à partu mulieribus, & contra canis morsum. Ea quoque quæ stachys vocatur, porri similitudinem habet, longioribus foliis pluribusque, & odoris iucundi, colorisque in luteum inclinati. Pellit menstrua. Clinopodium, alij cleonicon, alij zopyron, alij ocymoides appellant, serpyllo similem, furculosam, palmi altitudine: nascitur in petrosis, orbiculato florù ambitu, speciem lecti

pedum præbens. Bibitur ad conuulsa rupta, strangurias, serpentium ictus. Item decocta succus. Nunc subtexemus herbas mirabiles quidem, sed minus claras, nobilibus in sequentia volumina dilatis. Italia centunculum vocant rostratis foliis, ad similitudinem capitum penularum iacentem in aruis: Græci autem clematidem. Est eius egregius effectus ad sistendam aluum in vino austero. Idem sanguinem sistit tritus cum oxymelitis aut aquæ calidæ cyathis quinque denarij vnus pondere: sic & ad secundas mulierum efficac. Sed Græci clematidas & alias habent, vnam quam aliqui echiten vocant, alij laginem, nonnulli tenuem scammoniam: & pedales, foliosos, non dissimiles scammonia ramos habet, nisi quod nigriora minoraque sunt folia. Inuenitur in vineis aruisque. Estur, vt olus, cum oleo ac sale: aluum ciet. Eadem à dysentericis cum lini semine in vino austero sorbetur. Folia epiphoris imponuntur cum polenta, supposito vdo linteolo. Strumas imposita ad suppurationem perducunt, deinde axungia adiecta percurant. Item hæmorrhoidas cum oleo viridi, phthificos iuuant cum melle. Lactis quoque vbertatem faciunt in cibis sumpta. Et infantibus illita capillum alunt. Ex aceto dentium dolores sedant. Venerem stimulant. Est & alia clematis, Ægyptia cognomine, quæ ab aliis daphnoides, ab aliis polygonoides vocatur, folio lauri, longa tenuisque, aduersus serpentes ac priuatim aspides ex aceto pota efficac. Ægyptus hanc maximè gignit.

De aro & dracunculo, & dracontio, & ari, & millefolio, & herba eiusdem nominis, & pseudobunio, & myrrhi, & onobrichi medicina. CAP. XVI.

QVæ & aron, de qua inter bulbos diximus, magnæ cum dracontio litis. Quidam enim eandem esse dixerunt. Glaucias fatu discreuit, dracontium syluestrem arum pronuntians. Aliqui radicem aron appellauerunt, caulem verò dracontium, in totum alium, si modo hic est, qui apud nos dracunculus vocatur. Namque aros radicem nigram in latitudinem rotundam habet multoque maiorem, & qua manus impleatur. Dracunculus subrutilam, & draconis conuoluti modo: vnde & ei nomen. Quin & ipsi Græci immensam posuere differentiam, semen dracunculi feruens mordaxque tradendo: tantumque inesse ei virus, vt olfactum grauidis abortum inferat. Aron miris laudibus extulere, primum in cibis fœminam præferentes, quoniam mas durior esset, & in coquendo lentior. Pectoris vitia purgare, & aridum in potione inspersum, aut ecligmate urinam & menses ciere. Sic & in oxymelite potum stomacho, interaneisque exulceratis ex lacte ouillo bibendum, ad tussim in cinere coctum ex oleo dedere. Alij coxere in lacte, vt decoctum biberetur. Epiphoris elixum imposuere: item fuggillatis, tonsillis. Ex oleo hæmorrhoidum vitio infudere, lentigines ex melle illinentes. Laudauit Cleopantus & pro antidoto cõtra venena: pleuriticis, peripneumonicis, quo tussientibus modo: semè intritum cum oleo aut rosaceo infundens aurium dolori. Dieuches tussientibus aut suspensio- nis & orthopnoicis & purulenta excreantibus farina permistum in pane cocto dedit. Diodotus phthificis è melle ecligmate, & pulmonis vitiis: ossibus etiam fractis imposuit. Partus omnium animalium extrahit, naturæ circumlitum. Succus radicis cum melle Attico, oculorum caligines, ac stomachi vitia discutit, tussim decocti ius cum melle. Hulcera omnium generum, siue phagedænæ sint, siue carcinomata, siue serpant, siue polypi in naribus, succus mirè sanat. Folia ambustis profunt ex vino & oleo cocta. Aluum inaniunt ex sale & aceto sumpta. Etiam luxatis cocta cum melle profunt: item articulis podagricis cum sale, recentia vel sicca. Hippocrates quaslibet ad collectiones cum melle imposuit. Ad menses trahendos feminis vel radicis drachmæ duæ in vini cyathis duobus sufficiunt. Eadem potio, si à partu non purgantur, & secundas trahit. Hippocrates & radicem ipsam apposuit. Dicunt & in pestilentia salutarem esse in cibis. Ebrietatem discutit. Serpentes nidore, cum crematur, priuatimque aspides fugat, aut inebriat, ita vt serpentes inueniantur. Perunctos quoque aro è laureo oleo fugiunt. Ideo & contra ictus dari potu in vino nigro putant vtile. In folijs ari caseus optimè seruari traditur. Dracunculus, quem dixi, hordeo maturescente effoditur Luna crescente. Omnino habentem serpentes fugiunt. Ideo percussis prodesse in potu aiunt maiorem: vt & menses, si ferro non

non attingatur, sistat. Succus eius & aurium dolori prodest. Id autem, quod Græci draconion vocant, triplici effigie demonstratum mihi est, foliis betæ non sine thyrso, flore purpureo. Hoc est simile aro. Alij radice longa, veluti signata articulosaque, monstrauerunt omnino cauliculis, folia eius ex aceto decoqui contra serpentium ictus iubentes. Tertia demonstratio fuit, folio maiore, quàm cornus, radice harundinea, totidem, vt affirmabant, geniculata nodis, quot haberet annos, totidemque esse folia. Hi ea ex vino vel aqua contra serpentes dabant. Est & aris, quæ in eadem Ægypto nascitur, similis aro, minor tantum minoribusque foliis, & vtique radice, quæ tamen oliuæ grandis magnitudinem implet: alba geminum caulem, altera vnum tantum emittens. Medetur vtraque
 10 hulceribus manantibus: item combustis ac fistulis. Collyrio immisso nomas sistit, decoctarum in aqua, & postea tritarum rosaceo addito. Sed vnum miraculum ingens, contacto genitali cuiusque scæminini sexus, animal in perniciem agi. Myriophyllon, quod nostri millefolium vocant, caulis est tener, similis sceniculo, plurimis foliis: vnde & nomen accepit. Nascitur in palustribus, magnifici vsus ad vulnera. Cum aceto bibitur ad difficultates vrinæ & vesicæ, & suspiria, præcipitatisque ex alto. Efficacissima eadem ad dentium dolores. Hetruria hoc nomine appellat herbam in pratis tenuem à lateribus capillamenti modo foliosam, eximij vsus ad vulnera: boum neruos abscissos vomere solidari ea, rursusque iungi addita axungia affirmans. Pseudobunion napi folia habet, fruticans palmiti altitudine. Laudatissima in Creta. Contra tormina atque stranguriam, laterum præcordiorumque dolores bibuntur rami eius quini senive. Myrrhis, quam alij smyrhizan, alij myrrham vocant, simillima est cicuta, caule foliisque & flore, minor tantum & exilior, cibo non insuauis. Ciet menstrua & partus cum vino. Aiunt quoque eandem potam in pestilentia salutarem esse. Subuenit & phtisicis in forbitione. Auiditatem cibi facit. Phalangiorum morsus restringit. Hulcera quoque in facie aut capite succus eius in aqua tri-
 20 duo macerata sanat. Onobrychis folia habet lentis, longiora paulò, florem rubentem, radicem exiguam & gracilem. Nascitur circa fontes. Siccata in farinæ modum & insperfa vino albo, strangurias finit. Aluum sistit. Succus eius perunctis cum oleo sudores mouet.

De coriacesia, & callicia, & menaide, & alijs xxiij. & medicinis earum, quas quidam Magicas esse dicunt, & de confidia, & de aproxi, & de recidiuis.

CAP. XVII.

30 **I**N promisso herbarum mirabilium, occurrit aliqua dicere & de Magicis. Quæ enim mirabiliores sunt? Primi eas in nostro orbe celebrare Pythagoras atque Democritus, confectati Magos. Coriacesia & callicia Pythagoras aquam glaciari tradit: quarum mentionem apud alios non reperio, nec apud eum alia de his. Idem menaidem appellat, & nomine alio corinthadem, cuius decocto in aqua succo, protinus sanari ictus serpentium, si foueantur, dicit. Eundem effusum in herba qui vestigio contigerint, aut forte resperfi fuerint, insanabiles perire, monstrifica prorsus natura veneni, præterquam contra venena. Ab eodem Pythagora aproxis appellatur herba, cuius radix è longinquo concipiat ignes, vt naphtha, de qua in terræ miraculis diximus. Idem tradit: si qui morbi humano corpori acciderint florente aproxi, quamuis sanatos, admonitionem
 40 eorum sentire, quoties florere eam contigerit: & frumentum, & cicutam, & violam similem conditionem habere. Nec me fallit, hoc volumen eius à quibusdam Clemporo medico adscribi: Pythagoræ pernix fama antiquitasque vindicant. Et id ipsum autoritatem voluminibus affert, si quis alius curæ suæ opus, illo viro dignum iudicauit: quod fecisse Clemporum, cum alio suo & nomine ederet, quis credat? Democriti certè chi-
 50 rocinetæ esse constat. At in his ille post Pythagoram Magorum studiosissimus, quanto portentosiora tradit? Aglaophotin herbam, quæ admiratione hominum propter eximium colorem acceperit nomē, in marmoribus Arabiæ nascentem Persico latere. Quæ de causa & marmaritin vocari. Magos vtique ea vti, cum velint Deos euocare. Achæmenidon, colore electri sine folio, nasci in Tardistilis Indiæ, cuius radice in pastillos digesta, in dieq; pota in vino, noxij per cruciatu nocte confiteantur omnia per varias numinum imaginationes. Eandem hippophouada appellat, quoniam equæ præcipuè caueant

eam. Theombrotion xxx. fchœnis à Choaspe nasci, pauonis picturis similem, odore eximio. Hanc autem à regibus Persarum comedi aut bibi contra omnia corporum incommoda, instabilitatēque mentis: eandem semnion à potentia maiestate appellari. Aliam deinde adamantida, Armeniæ Cappadociæque alumnam. Hac admota, leones resupinari cum hiatu laxo. Nominis causam esse, quod conteri nequeat. Arianidem in Arianis gigni igneam colore: colligi, cum Sol in Leone sit. Huius tactu peruncta oleo ligna accendi. Therionarca in Cappadocia & Mysia nascente, omnes feras torpescere, nec nisi hyænæ urinæ aspersu recreari. Æthiopida in Meroë nasci. Ob id & Meroidem appellari, folio lactucæ, hydropicis vtilissimam è mulso potam. Ophiusam in Elephantine eiusdem Æthiopiæ, liuidam, difficilēque aspectu, qua pota terrorem minasque serpentium obuersari, ita vt mortem sibi eo metu consciscant: ob id cogi sacrilegos illam bibere. Aduersari autem ei palmeum vinum. Thalasseglen circa Indum amnem inueniri, quæ ob id nomine alio potamautis appellatur: hac pota lymphari homines, obuersantibus miraculis. Theangelida in Libano Syriæ, Diæte Cretæ montibus, & Babilone, & Susis Persidis nasci, qua pota Magi diuinent. Gelotophyllida in Bactris & circa Borylthenem. Hæc si bibatur cum myrrha & vino, varias obuersari species, ridendique finem nõ fieri, ni potis nucleis pineæ nucis cum pipere & melle in vino palmeo. Syllitieterida à cõuictu in Perfide nominari, quoniã hilarentur illa. Eandem protomediam, qua primatum apud reges obtineant. Caligneten, quoniam secum ipsa nascatur, nec cum vllis aliis herbis. Eandem Dionysonymphadem, quoniam vino mirè conueniat. Helianthen vocat in Themiscyra regione & Ciliciæ montibus maritimis, folio myrti. Hac cum adipe leonino decocta, addito croco & palmeo vino, perungi Magos & Persarum reges, vt fiat corpus aspectu iucundum. Ideo eandem heliocallidem nominari. Hermefias ab eodem vocatur, ad liberos generandos pulchros bonosque: non herba, sed compositio è nucleis pineæ nucis tritis cum melle, myrrha, croco, vino palmeo, postea admisso theombrotio & lacte: bibere generaturos iubet, & à cõceptu puerperas partum nutrientes: ita fieri excellentes animo & forma, atq; bonos. Harum omnium Magica quoq; vocabula ponit. Adiecit his Apollodorus affectator eius herbam æschynomenen, quoniã appropinquante manu folia contraheret. Aliã crocidem, cuius tactu phalangia morerentur. Crateuas œnotheridē, cuius aspersu è vino, feritas omniũ animalium mitigaretur. Anacampferotē celebrer arte Grammatica paulò ante, cuius omnino tactu redirent amores, vel cū odio depositi. Et abundè sit hæcenus attigisse insignia Magorum in his herbis, alio de his aptiore dicturis loco.

De eriphia, & lanaria, & stratioti medicina.

CAP. XVIII.

ERiphiam multi prodidere. Scarabæum hæc in auena habet, sursum deorsum decurrentem cum sono hædi, vnde & nomen accepit. Hac ad vocem nihil præstantius esse tradunt. Herba lanaria ouibus ieiunis data, lactis abundantiam facit. Æquè nota lactoris vulgo est, plena lactis, quod degustatum vomitiones concitat. Eandem hæc aliqui esse dicunt, alij similem illi, quam militarem vocant, quoniam vulnus ferro factum, nullum non intra dies quinque sanat, ex oleo imposita. Celebratur autem & à Græcis stratiotis, sed ea in Ægypto tantum & inundatione Nili nascitur, aeizoo similis, ni maiora haberet folia. Refrigerat mirè, & vulnera sanat ex aceto illita: item ignes sacros, ac suppurationes. Sanguinem quoque qui defluit à renibus, pota cum thure masculo mirificè sistit.

De herba quæ nascitur in capite statua, & de herba è fluminibus, & de herba lingua, & cribro, & simetis, & rhodora, & impia, & Veneris pectine, & nodia, & philanthropo, & canaria lappa, & tordile, & di gramine, & dactylo, & sænograeco medicina.

CAP. XIX.

Herba in capite statua nata, collectaq; alicuius in vestis panno, & alligata in lino ruo, capitis dolorem confestim sedare traditur. Herba quæcunque à riuis aut fluminibus ante Solis ortu collecta, ita vt nemo colligētē videat, cõtra teruanas adalligata læuo brachio, ita vt æger quid sit illud ignoret, tertianas arcere traditur. Lingua herba nascitur

fcitur circa fontes. Radix eius combufta & trita cum adipe fuis (adiiciunt vt nigra fit & sterilis) alopecias emendat vnguentium in Sole. Cribro in limite adiecto herbæ intus extantes decerptæ adalligatæque grauidis, partus accelerant. Herba quæ gignitur fupra fimetæ ruris, contra anginas efficaciffimè pollet ex aqua pota. Herba, iuxta quam canes vrinam fundunt, euulfa ne ferro attingatur, luxatis celerrimè medetur. Rombotinum arborem demonftrauimus inter arbulta. Iuxta hanc viduam vite nafcitur herba, quam Galli rhodoram vocant: caulem habet virgæ ficulneæ modo geniculatum, folia vtricæ in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia, florem argenteum, præcipua contra tumores feruorésque & collectiones cum axungia veteri tufa, ita vt
10 ferro non attingatur: qui perunctus eft defpuit ad fuam dexteram ter. Efficacius remedium effe aiunt, fi tres quoque trium nationum homines perungât dextrorfus. Herba impia vocatur incana, roris marini afpectu, thyrfi modo veftita atque capitata. Inde alij ramuli exurgunt fua capitella gerentes: ob id impiam appellauere, quoniam liberi fuper parentem excellant. Alij potiùs ita appellatam, quòd nullum animal eam attingat, exiftimauere. Hæc inter duos lapides trita feruet, præcipuo aduerfus anginas fucco, lacte & vino admifto. Mirum traditur, nunquàm ab eo morbo tentari qui guftauerint. Itaque & fuibus dari: quæque medicamentum id noluerint haurire, eo morbo interimi. Sunt qui & in auium nidis inferi aliquid ex ea putent, atque ita non ftrangulari pullos auidius deuorantes. Veneris pectinem appellant à fimilitudine pectinum,
20 cuius radix cum malua tufa, omnia corpori infixæ extrahit. Veternofa curat, quæ exedum vocatur. Nodia herba coriariorum officinis nota: ea mularis dicitur, aliis que nominibus. Nomas curat: efficaciffimamque aduerfus fcorpiones effe potam in vino aut poſca reperio. Philanthropon herbam Græci appellant hirsutam, quoniam veftibus adhærefcat. Ex hac corona impoſita capitis dolores fedantur. Nam quæ canaria appellatur lappa, cum plantagine & millefolio trita ex vino carcinomata fanat, ternis diebus foluta. Medetur & fuibus hæc effoſſa fine ferro, & addita in colluuiem poturis, vel ex lacte ac vino. Quidam adiiciunt & fodientem dicere oportere: Hæc eft herba argemon, quam Minerua reperit fuibus remedium, qui de illa guftauerint. Tordilen alij femem filis effe dixerunt: alij herbam perſe, quam & fyreon vocauerunt. Neque
30 aliud de ea proditum inuenio, quàm in montibus nafci, combuftam potu ciere menfes, & pectoris excreationes, efficaciore etiamnum radice: fucco eius ternis obolis hauſto renes fanari: addi radicem eius & in malagmata. Gramen ipſum eft inter herbas vulgatiffimum. Genuculatis ferpit internodiis, crebròque ab his, & ex cacumine nouas radices ſpargit. Folia eius in reliquo orbe in exilitatem faſtigiantur. In Parnaffo tantum ederacea ſpecie denſius, quàm vſquam, fruticant, flore odorato cãdidòque. Iumentis herba non alia gratior, ſiue viridis, ſiue in fœno ſiccata, cum detur aſperſa aqua. Succum quoque eius in Parnaffo excipi tradunt propter vbertatem. Dulcis hic eft. In vicem eius in reliqua parte terrarum ſuccedit decoctum ad vulnera cõglutinanda, quod & ipſa herba tufa præſtat, tueturque ab inflammationibus plagas. Decocto adiicitur vinum ac mel: ab aliquibus & thuris, & piperis, mirrhæque tertiarum portiones. Rurſusque
40 coquitur in æreo vaſe ad dentium dolores & epiphoras. Radix decocta in vino torminibus medetur & vrinæ difficultatibus, hulceribus veſicæ. Calculos frangit. Semen vehementius vrinam impellit. Aluum vomitionésque ſiſtit. Priuatim autem draconum morſibus auxiliatur. Sunt qui genucula nouem vel vnus, vel è duabus tribusve herbis, ad hunc articulorum numerum inuolui lana ſuccida nigra iubeant, ad remedia ſtrumæ panorumve. Ieiunum debere effe qui colligat: ita ire in domum abſentis cui medeatur, ſuperuenientique ter dicere, ieiuno ieiunum medicamentum dare, atque ita adalligare, triduòque id ficere. Quod è graminum genere ſeptem internodia habet, efficaciffimè capiti contra dolores adalligatur. Quidam propter veſicæ cruciatus decoctum ex vino
50 gramen ad ſimideas à balineis bibi iubent. Sunt qui & aculeatum gramen vocent trium generum. cum in cacumine aculei ſunt plurimùm quini, dactylon appellant: hos conuo-

lutos naribus inferūt, extrahuntque sanguinis ciedi gratia. Altero quod est acizoo simile, ad paronychia & pterygia vnguium, & cum caro vnguibus increuit, vtuntur cū axungia, ideo dactylon appellant, quia digitis medeatur. Tertium genus dactyli, sed tenuis, nascitur in parietinis, aut tegulis. Huic caustica vis est. Sistit hulcera quæ serpunt. Gramē capiti circumdatum, sanguinis è naribus fluxiones sistit. Camelos necare traditur in Babylonis regione id, quod iuxta vias nascitur. Nec fœnogræco minor autoritas, quod tellin vocāt, alij carphos: alij buceras, alij ægoceras, quoniā corniculis semē est simile, nos filiciā: quod quomodo sereretur, suo loco docuimus. Vis eius ficcare, mollire, dissoluere. Succus decocti fœminarum pluribus malis subuenit, siue duritia, siue tumor, siue cōtra-ctio sit vuluæ, fouētur, insidunt: infusum quoq; prodest. Furfures in facie extenuat. Spleni addito nitro decoctum & impositum medetur. Itē ex aceto. Sic & iocineri decoctum. Diocles difficile parientibus semen eius dedit acetabuli mensura tritum in nouem cyathis sapæ, vt cum tertias partes biberint, calida lauarentur: & in balneo sudantibus dimidium ex relicto iterum dedit, mox à balneo reliquum, pro summo auxilio. Farinam fœnigræci cum hordeo aut lini semine decoctam aqua mulsa cōtra vuluæ cruciatus subiecit. Item imposuit imo ventri. Lepras, lentigines, sulphuris pari portione mista farina curauit, nitro antè præparata cute, sæpius die illinens, perungique præcipiens. Theodorus fœnogræco miscuit quartam partē purgati nasturtij acerrimo aceto ad lepras. Damion fœnigræci semen acetabuli dimidia mensura cum sapæ & aquæ nouem cyathis ad menses ciendos dedit potu. Nec dubitatur, quin decoctum eius vtilissimum sit vuluis interaneis que ex hulceratis, sicuti semē articulis atq; præcordiis. Si verò cum malua decoquatur, postea addito mulso potus ante cætera vuluis interaneis que laudatur. Quippe cum vapor quoque decocti plurimum profit. Alarumque etiā graueolentiam decoctum fœnigræci semen emendat. Farina porriginis capitis furfuris que cum vino & nitro celeriter tollit. In hydromelite autē decocta addita axungia genitalibus medetur: item pano, parotidi, podagræ, chiragræ, articulis, carnibus que quæ recedunt ab ossibus: aceto verò subacta luxatis. Illinitur & lieni decocta in aceto & melle tantum. Carcinomata subacta ex vino purgat: mox addito melle perfanat. Sumitur & sorbitio è farina ad pectus exulceratum, longamque tussim. Diu decoquitur, donec amaritudo desinat. Postea mel additur. Nunc ipsa claritas herbarum dicitur.

C. PLINII SECVNDI NATURALIS HISTORIÆ
LIBER XXV.

PRO O E M I V M.

Naturæ herbarum sponte nascentium.

CAPVT I.



PSA quæ nunc dicitur herbarum claritas, medicinæ tantum gignente eas tellure, in admirationem curæ priscorum diligentiaque animum agit. Nihil ergo intentatum inexpertumque illis fuit: nihil deinde occultatum, quod non prodesse posteris vellent. At nos elaborata iis abscondere atque suppressere cupimus & fraudare vitam etiam alienis bonis? Ita certe recondunt, qui pauca aliqua nouere, inuidentes aliis: & neminem docere, in autoritatem scientiæ est. Tantum ab excogitandis nouis, ac iuuanda vita mores absunt: summamque opus ingeniorum diu iam hoc fuit, vt intra vnumquenque rectè facta veterum perirent.

At hercule singula quosdam inuenta Deorum numero addidere, omnium vtique vitam clariorem fecere cognominibus herbarum, tam benignè gratiam memoria referente. Non æquè hæc cura eorum mira esset in his, quæ fatu blandiuntur, aut cibo inuitant: sed culmina quoque montium inuia & solitudines abditas, omnisque terræ fibras scrutati inuenere, quid quæque radix polleret, ad quos vsus herbarum folia pertinerent, etiam quadrupedum pabulo intacta ad salutis vsus vertentes.

Qui Latine vsus herbarum scripserint, & quando ad Romanos notitia earum peruenit, & qui primi Græcorum de his composuerint, & de herbarum inuentione, & antiqua medicina, & quare minus exerceantur earum remedia, & de cynorrhodo, & de dracunculo medicina. CAP. II.

Minus hoc, quàm par erat, nostri celebrauere, omnium vtilitatum & virtutum rapacissimi. Primusque & diu solus idem ille M. Cato, omnium bonarum artium magister, paucis duntaxat attigit, boum etiam medicina non omiffa. Post eum vnus illustrium tentauit C. Valgius eruditione spectatus, imperfecto volumine ad Diuum Augustum, inchoata etiam præfatione religiosa, vt omnibus malis humanis illius potissimum principis semper medicetur maiestas. Antea condiderat solus apud nos, quod equidem inueni, Pompeius Lenæus, Magni libertus: quo primum tempore hæc sciētia ad nostros peruenisse animaduerto. Nanq; Mithridates, maximus sua ætate regū, quæ debellauit Pompeius, omnium ante se genitorū diligentissimus vitæ fuisse argumentis, præterquam fama, intelligitur. Vni ei excogitatū, quotidie venenū bibere præsumptis remediis, vt consuetudine ipsa innoxium fieret. Primo inuenta genera antidoti, ex quibus vnū etiam nomen eius retinet. Illius inuentum autumant, sanguinem anatum Pōticarum miscere antidotis, quoniā veneno viuerent. Ad illum Asclepiadis medendi arte clari, volumina cōposita extant, cū sollicitatus ex vrbe Roma, præcepta pro se mitteret. Illū solum mortalium vigintiduabus linguis locutū certum est, nec de subiectis gentibus vllū hominē per interpretem appellatum ab eo annis lvj. quibus regnauit. Is ergo in reliqua ingenij magnitudine medicinæ peculiariter curiosus, & ab hominibus subiectis, qui fuere pars magna terrarum, singula exquirens, scriniū commentationū harum & exemplaria, effectusq; in arcanis suis reliquit. Pōpeius autē omni regia præda potitus, transferre ea sermone nostro libertum suum Lenæum, Grammaticæ artis doctissimum, iussit: vitæq; ita profuit nō minùs, quàm reipub. victoria illa. Præter hos Græci autores medicinæ prodidere, quos suis locis diximus. Ex his Euax rex Arabum, qui de simpliciu effectibus ad Nerone scripsit: Crateuas, Dionysius, Metrodorus, ratione blandissima, sed qua nihil penè aliud, quàm rei difficultas, intelligatur. Pinxere nanque effigies herbarum, atque ita subscripsere effectus. Verū & pictura fallax est, & coloribus tam numerosis, præsertim in æmulatione naturæ, multum degenerat transcribentiū fors varia. Prætereà parum est singulas earum ætates pingi, cū quadripartitis varietatibus anni faciem mutant. Quare cæteri sermone eas tradidere: aliqui ne effigie quidem indicata, & nudis plerunque nominibus defuncti, quoniam fatis videbatur, potestates vimque demonstrare quærere volentibus. Nec est difficile cognitu. Nobis certè, exceptis admodum paucis, contigit reliquas contemplari scientia Antonij Castoris, cui summa autoritas erat in ea arte nostro æuo, visendo hortulo eius, in quo plurimas alebat, centesimum ætatis annum excedens, nullum corporis malum expertus, ac ne ætate quidem memoria aut vigore concussis. Nec aliud mirata magis antiquitas reperietur. Inuenta iam pridem ratio est prænuntians horas, non modo dies ac noctes, Solis Lunęque defectuum. Durat tamen tradita persuasio in magna parte vulgi, veneficijs & herbis id cogi, eamque num foëminarū scientiam præualere. Certè quid non repleuere fabulis Colchis Medea, alięque, in primis Itala Circe, Diis etiam adscripta? vnde arbitror natum, vt Æschylus è vetustissimis in Poëtica refertam Italiam herbarum potentia proderet, multique Circeios, vbi habitauit illa, magno argumento etiamnum durante in Marfis à filio eius orta gente,

quos esse domitores serpentium constat. Homerus quidem primus doctrinarum & antiquitatis parens, multus alias in admiratione Circes, gloriam herbarum Ægypto tribuit, cum etiam, quæ rigatur, Ægyptus illa non esset, post eam fluminis limo inuecta. Herbas certè Ægyptias à regis vxore traditas suæ Helenæ plurimas narrat, ac nobile illud Nepenthes, obliuionem tristitiæ veniamque afferens, & ab Helena utiq; omnibus mortalibus propinandum. Primus autem omnium, quos memoria nouit, Orpheus de herbis curiosius aliqua prodidit. Post eum Musæus & Hesiodus polion herbam in quantum mirati sunt, diximus. Orpheus & Hesiodus suffitiones commendauere. Homerus & alias nominatim herbas celebrat, quas suis locis dicemus. Ab eo Pythagoras clarus sapientia, primus volumen de earum effectu composuit, Apollini, Æsculapioque, & in totum Diis immortalibus inuentione & origine assignata. Composuit & Democritus, ambo peragratis Persidis, Arabiæ, Æthiopiæ, Ægyptique Magis. Adeoque ad hæc attonita antiquitas fuit, ut affirmaret etiam incredibilia dictu. Xanthus historiarum autor, in prima earum tradit, occisum draconis catulum reuocatum ad vitam à parente herba, quam balin nominat: eademque Thylonem, quem draco occiderat, restitutum saluti. Et Iuba in Arabia herba reuocatum ad vitam hominem tradit. Dixit Democritus, credidit Theophrastus, esse herbam, cuius cōtactu illatæ ab alite, quam, retulimus, exiliret cuneus à pastoribus arbori adactus: quæ etiam si fide carent, admirationem tamen implent: coguntque confiteri, multum esse quod uero supersit. Inde plerosque ita uideo existimare, nihil non herbarum vi effici posse, sed plurimarum vires esse incognitas: quorum in numero fuit Herophilus clarus medicina, à quo ferunt dictum, quasdam fortassis etiam calcatas prodesse. Obseruatum certè est, inflammari vulnera ac morbos superuentu eorum, qui pedibus iter confecerint. Hæc erat antiqua medicina, quæ tota migrabat in Græciæ linguas. Sed quare non plures noscantur, causa est quod eas agrestes literarumque ignari experiuntur: ut qui soli inter illas uiuant: præterea securitas quærendi, obuia Medicorum turba. Multis etiam inuentis nomina defunt, sicut illi, quam retulimus in frugū cura, scimusque defossam in angulis segetis præstare, ne qua ales intret. Turpissima causa raritatis, quod etiam qui sciunt, demonstrare nolunt, tanquam ipsis perituum sit quod tradiderint aliis. Accedit ratio inuentionis anceps. Quippe etiam in repertis, alias inuenit casus, alias (ut uerè dixerim) Deus. Insanabilis ad hosce annos fuit rabidi canis morfus, pauorem aquæ, potusque omnis afferens odium. Nuper cuiusdam militantis in Prætorio mater uidit in quiete, ut radicem syluestris rosæ, quam cynorrhodon vocat, blanditam sibi aspectu pridie in fructu, mitteret filio bibendam: in Lacetania res gerebatur, Hispaniæ proxima parte: casuque accidit, ut milite à morsu canis incipiente aquas expauescere, superueniret epistola orantis ut pareret religioni: seruatusque est ex insperato, & postea quisquis auxilium simile tentauit. Alias apud autores cynorrhodi una medicina erat, spongiolæ, quæ in mediis spinis eius nascitur, cinere cum melle alopecias capitis expleri. In eadem prouincia cognoui in agro hospitis nuper ibi repertum dracunculum appellatum caulem, pollicari crassitudine uersicoloribus viperarum maculis, quem ferebant contra omnium morsus esse remedium. Alius est, quam quos in prioribus volumine eiusdem nominis diximus, sed huic alia figura, aliudque miraculum exerentis se terra ad primas serpentium uernationes bipedali ferè altitudine, rursusque cum iisdem in terram condentis: nec omnino occultato eo apparet serpens, vel hoc per se satis officioso naturæ munere, si tantum præmoneret, temptisque formidinis demonstraret.

De quodam pestifero fonte Germania, & de Britannica, & maximis morborum doloribus.

CAP. III.

NEc bestiarum solum ad nocendum scelera sunt, sed interim aquarum quoque ac locorum. In Germania trans Rhenum castris à Germanico Cæsare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ, dulcis solus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compagisque in genibus soluerentur. Stomacacem Medici vocabant, & sceletyrben ea mala

mala. Reperta auxilio est herba, quæ vocatur Britannica, non neruis modò & o ris malis salutaris, sed contra anginas quoque & serpentes. Folia habet oblonga nigra, radice nigram. Succus eius exprimitur & ex radice. Florem vibones vocant: qui collectus prius, quàm tonitrua audiantur, & deuoratus, securos in totum reddit. Fritij, quæ castra erant, nostris demonstraere illam. miròque nominis causam, nisi fortè cõfines Oceano Britannia, velut propinquæ, dicauere. Nõ enim inde appellatam eam, quoniam ibi plurima nascerentur, certum est, etiamnum Britannia libera. Fuit quidem & hic quondam ambitus, nominibus suis eas adoptandi, vt docebimus fecisse reges, vt res tanta debeat, herbam inuenire, vitam iuuare, nunc fortassis aliquibus curam nostram friuolam quoq; existimaturis: adeò deliciis sordent etiam quæ ad salutem pertinent. Autores tamè quarum inueniuntur, in primis celebrare par est, effectu earum digesto in genera morborum. Quæ quidè in reputatione misereri fortis humanæ subit, præter fortuita casusque, & nomina quæ omnis hora excogitat ad millia morborum, singulis mortalium timenda. Qui grauiissimi ex his sint, discernere stultitia propè videri potest, cum suis cuiq; ad præsens quisque atrocissimus videatur. Et de hoc tamen iudicauere aui experimèto, asperrimos cruciatus esse calculorù à stillicidio vesicæ. Proximum stomachi, tertium eorum quæ in capite doleant, non ob alios ferè morte concita. A Græcis & noxias herbas demonstratas miror equidem. Nec venenorum tantum: quoniam ea vitæ conditio est, vt mori plerumq; etiam optimi portus sit: tradatque M. Varro, Seruium Clodium equitem Romanum magnitudine doloris in podagra coactum, veneno crura perunxisse, & postea caruisse sensu omni æquè quàm dolore in ea parte corporis. Sed quæ fuit venia monstrandi, qua mentes soluerentur, partus eliderètur, multaque similia? Ego nec abortiua dico, ac ne amatoria quidem, memor Lucillum Imperatorem clarissimum amatorio periisse: nec alia Magica portenta, nisi vbi cauenda sunt aut coarguenda in primis fide eorum damnata. Satis operæ fuit abundèque præstitum vitæ, salutes dixisse, ac postea inuentas.

De moly, & dodecatheo, & pæonia, vel pentorobo, vel glycyfide, & panace, vel asclepio, & heraclio, & panace Chironio, & panace centaureo, vel pharnaceo, & heraclio siderio, & hyoscyamo, vel apollinari, siue altercangeno.

CAP.

IIII.

Laudatissima herbarum est Homero, quam vocari à Diis putat moly, & inuentionem eius Mercurio assignat, contraque summa veneficia demonstrat. Nasci eam hodie circa Pheneum, & in Cyllene Arcadiæ tradunt, specie illa Homerica, radice rotunda nigræque magnitudine cæpæ, folio scyllæ: effodi autem difficulter. Græci autores florem eius luteum pinxere, cum Homerus candidum scripserit. Inueni è peritis herbarum Medicis, qui & in Italia nasci eam diceret, afferrique Cæpania mihi aliquot diebus effossam inter difficultates faxeas, radice xxx. pedes longæ, ac ne sic quidem solidæ, sed abruptæ. Ab ea maxima autoritas herbæ est, quam dodecatheon vocant, omnium Deorum maiestatem commédantes. In aqua potam omnibus morbis mederi tradunt. Folia eius septem, lactucis simillima, exeunt à lutea radice. Vetusissima inuentu pæonia est, noménque autoris retinet, quæ quidam pentorobon appellant, alij glycyfidem. Hæc quoque difficultas est, quod eadem aliter alibi nuncupantur. Nascitur opacis motibus, caule inter folia digitorum quatuor, ferè in cacumine veluti Græcas nuces quatuor aut quinque. Inest iis semine copiosum, rubrum nigrumque. Hæc medetur & Faunorù in quiete ludibriis. Præcipiunt eruere noctu, quoniã si picus Martius videat, tuendo in oculos impetum faciat. Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit, numerosum & Diis inuentionibus ascriptum. Vnum quippe Asclepion cognominatur, quoniã is filiam Panacem appellauit. Succus est coactus ferulæ, qualem diximus, radice multi corticis & falsi. Hac euulsa scrobem repleri vario genere frugum religio est, ac terræ piamentum. Vbi, & quo fieret modo, & quale maximè probaretur, inter peregrina docuimus. Id quod è Macedonia affertur, bucolicon vocant, armentariis sponte erumpentem succum excipientibus: hoc

celerrimè euanescit. Et in aliis autem generibus improbatum maximè nigrum ac molle. Id enim argumentum est cera adulterati. Alterum genus heraclion vocant, & ab Hercule inuentum tradunt alij organum heracleoticum syluestre, quoniam est origano simile, radice inutili: de quo origano diximus. Tertiū panaces Chironion cognominatur ab inuentore. Folium eius lapathum simile, maius tamen & hirsutius. Flos aureus, radix parua. Nascitur pinguibus locis. Huius flos efficacissimus, eoq; ampliùs, quàm supra dicta, prodest. Quartum genus panacis ab eodem Chirone repertum, centaurion cognominatur: sed & Pharnaceon, in controuersiam inuentionis à Pharnace rege deductum. Seritur hoc longioribus, quàm cætera, foliis, & ferratis. Radix odorata in umbra ficcatur, vinoq; gratiam adiicit. Huius genera duo fecere, alterū leuioris folij, alterum tenuioris. Heracleon¹⁰ siderion & ipsum ab Hercule inuentum est, caule tenui digitorum quatuor altitudine, flore Puniceo, foliis coriandri. Iuxta lacus & amnes inuenitur, omniàque vulnera ferro illata efficacissimè sanat. Est Chironis inuentum ampelos quæ vocatur Chironia, de qua diximus inter vites, sicuti de herba, cuius inuentio assignatur Mineruæ. Herculi eam quoq; ascribunt, quæ Apollinaris, apud Arabas altercum siue altercangenon, apud Græcos vero hyoscyamus appellatur. Plura eius genera: vnum nigro semine, floribus penè purpureis, spinosum. Talis nascitur in Galatia. Vulgare autè candidius est & fruticosius, altius papaueri. Tertij semen irionis femini simile: & omnia insaniam gignētia, capitūq; vertigines. Quartum genus molle, lanuginosum, pinguius cæteris, candidi feminis, in maritimis nascens, hoc recepere Medici. Item rufi feminis. Nonnūquàm ante candidum rufescit, si nō²⁰ ematuruit, improbatumq;. Et alioqui nullum, nisi cū inaruit, legitur. Natura vini, ideoq; mentē caputq; infestans. Vfus feminis & per se, & succo expresso. Exprimitur separatim, & caulibus foliisq; vtūtur & radice, temeraria in totū (vt arbitror) medicina. Quippe etiā foliis constat mentē corrumpi, si plura quā quatuor bibantur. Etiam antiqui in vino febrē depelli arbitrabantur. Et oleū fit ex semine, vt diximus, quod ipsum auribus infusum tentat mentem. Mireq; vt cōtra venenū remedia prodidere his qui id bibissent, & ipsum pro remediis, ad eò nullo omnia experiendi sine, vt cogentur etiam venena prodesse.

De linozoste, parthenio, Hermupoa, siue potius Mercuriali, & Achilleo, & panace heracleo, sideriti, millefolio, & de scopa regia, & hemionio, teucurio, splenio, & melampodio siue elleboro, quòtve eorum genera, & de nigro elleboro & albo medicina, & quando detur, & quomodo sumendum, & quibus non dandum, & quòd mures necet.

CAP. V.

Linozostis siue parthenion Mercurij inuentum est, ideo apud Græcos Hermupoa multi vocant eam, apud nos omnes Mercurialem. Duo eius genera, masculus & femina, quæ efficacior, caule cubitali, interdum ramoso in cacumine, ocimo angustioribus foliis, geniculis densis, alarum cauis multis, semine in geniculis dependente fœminæ copioso, mari iuxta genicula stante rariori ac breui cōtortōque, fœminæ soluto & cādido. Folia maribus nigriora, fœminis candidiora, radix superuacua, prætenuis. Nascuntur in⁴⁰ campestribus cultis. Mirum est, quod de vtroque eorum genere proditur: vt mares gignantur, hunc facere, vt fœminæ, illam. Hoc contingere, si à cōceptu succus protinus bibatur in passo, edanturve folia decocta ex oleo & sale, vel cruda ex aceto. Quidam decoquunt eam in nouo fistili cum heliotropio, & duobus aut tribus spicis, donec decoquatur. Decoctum dari iubent & herbam ipsam in cibo altero die purgationis mulieribus per triduum, quarto die à balneo coire eas. Hippocrates miris laudibus in mulierum vsu prædicauit has, ad hunc modum Medicorum nemo nouit. Ille eas vuluæ cum melle, vel rosaceo, vel irino, vel lirino admouit: item ad ciendos menses secundasque. Hoc idem præstare potu fotūque dixit. Instillauit auribus olidis succum: inunxitque cum vino vetere. Aluo folia imposuit, epiphoris, stranguriæ, & vesicæ. Decoctum eius dedit⁵⁰ cum myrrha & thure. Aluo quidem soluendæ, vel in febrī, decoquitur quantum manus capiat

capiat, in duobus sextariis aquæ ad dimidias: bibitur sale & melle admisto, necnon cum
 vngula suis, aut gallinaceo decoctum salubrius. Purgationis causa putauere aliqui vtran-
 que dandam, siue cum malua decoctum. Thoracem purgant, bilem detrahunt, sed sto-
 machum lædunt. Reliquos vsus dicemus suis locis. Inuenit & Achilles discipulus Chiro-
 nis, qua vulneribus mederetur, quæ ob id Achilleos vocatur. Hac sanasse Telephum di-
 citur. Alij primum æruginem inuenisse, vtilissimam emplastris, ideoque pingitur ex cu-
 spide decutiens eam gladio in vulnus Telephi. Alij vtroque vsum medicamento volunt.
 Aliqui & hanc panacem heracleon, alij sideritin, & apud nos millefoliam vocant, cubita-
 li scapo, ramosam, minutioribus quàm fœniculi foliis vestitam ab imo. Alij fatentur qui-
 dem illam vulneribus vtilem, sed veram achilleon esse scapo cæruleo pedali, sine ramis,
 ex omni parte singulis foliis rotundis eleganter vestitam. Alij quadrato caule, capitibus
 marrubij, folio quercus. Hanc etiam præcisos neruos glutinare faciunt. Alij sideritin
 in maceris nascentem, cum teratur, fœdi odoris. Etiamnum aliam similem huic, sed cã-
 didioribus foliis & pinguioribus, tenerioribus cauliculis, in vineis nascentem. Aliam ve-
 ro binum cubitorum, ramulis exilibus, triangulis, folio filicis, pediculo lōgo, betæ semi-
 ne, omnes vulneribus præcipuas. Nostri eam, quæ est latissimo folio, scopas regias vocat.
 Medetur anginis suum. Inuenit & Teucer eadem ætate Teucrion, quam quidam ^a hermiath
 mionion vocant, spargentem iuncos tenues, folia parua, asperis locis nascentem, austero
 sapore, nunquam florentem: neq; semen gignit. Medetur lienibus. Cõstâtque sic inuen-
 tam: Cum exta super eam proiecta essent, adhæsisse lieni, eumque exinanisse. Ob id à qui-
 busdam splenion vocatur. Narrant sues, qui radicem eius ederint, sine splene inueniri.
 Quidam ramis hyssopi furculosam, folio fabæ, eodem nomine appellant, & colligi flo-
 rentem adhuc iubent: adeo florere non dubitant: maximèque ex Ciliciis & Pisiidæ mō-
 tibus laudant. Melampodis fama, diuinationis artibus nota est. Ab hoc appellatur vnum
 ellebori genus Melampodion. Aliqui pastorem eodem nomine inuenisse tradunt, capras
 purgari pasto illo animaduertentem, datoque lacte earum sanasse Prætidas furentes.
 Quamobrem de omnibus eius generibus dici simul conuenit. Prima duo sunt, candi-
 dum & nigrum. Hoc radicibus tantum intelligi tradunt plerique. Alij folia nigri plata-
 ni similia, sed minora nigrioraque, & pluribus diuisuris scissa: albi, betæ incipientis.
 Hæc quoque nigriora, & canalium dorso rubescentia. Vtraque caule palmi ferulaceo,
 bulborum tunicis conuoluto, radice fibrata cæparum modo. Nigro equi, boues, sues nec-
 cantur, itaque cauent id, cum candido vescantur. Tempestiuum esse tradunt messibus.
 Plurimum autem nascitur in Oeta monte: & optimum vno eius loco circa Pyram. Ni-
 grum vbiq; prouenit, sed melius in Helicone, qui mons & aliis laudatur herbis. Candi-
 dum probatur Oetæum: secundum Ponticum: tertio loco Eleaticum, quod in vitibus
 nasci ferunt: quarto Parnassium, quod adulteratur Ætolico ex vicino. Nigrum ex his
 Melampodion vocant, quo & domos suffiunt purgantque spargentes, & pecora, cum
 precatione solenni: hoc & religiosius colligitur. Primum enim gladio circumscribitur.
 Dein qui succisurus est, Ortum spectat: & precatur, vt id liceat sibi concedentibus Diis
 facere, obseruatque aquilæ volatus: ferè enim secantibus interest: & si propè aduolauit,
 moriturum illo anno qui succidat, augurium est. Nec album faciliè colligitur, caput ag-
 grauans, maximè nisi præsumatur allium: & subinde vinum sorbeatur, celeritèrque fo-
 diatur. Nigrum alij entomon vocant, alij polyrrhizon: purgat per inferna. Candidum
 autem vomitione, causasque morborum extrahit, quondam terribile, postea tam pro-
 miscuum, vt plerique studiorum gratia ad peruidenda acrius, quæ commentabantur, sæ-
 pius sumptitauerint. Carneadem responsurum Zenonis libris, Drusum quoque apud
 nos, Tribunorum popularium clarissimum, cui ante omnes plebs stans plaussit, optima-
 tes verò bellum Marsicum imputauere, constat hoc medicamento liberatum comitali
 morbo in Anticyra insula. Ibi enim tutissimè sumitur, quoniã (vt diximus) sesamoides
 admiscet. Italia veratrum vocat. Farina eorum per se, & mista radícula, qua lanas dixi-
 mus lauari, sternutamentum facit, amboq; somnum. Leguntur autè tenuissimæ radices

breuésque, ac velut decurtatæ etiam hæ. Nā summa, quæ est crassissima, cæpis similis, canibus tantum datur purgationis causa. Antiqui radicem cortice quam carnosissimo feligebant, quò tenuior eximeretur medulla. Hanc humidis spongiis opertam, turgescentemque acu in longitudinē findebant. Deinde fila in umbra siccabant, iis vtentes: nunc ramulos ipsos ab radice quam grauissimi corticis ita dant. Optimum, quod acre gultu feruensque in frangendo puluerem emittit. Durare vim eius xxx. annis ferunt. Nigrum medetur paralyticis, insanientibus, hydropicis, dum citra febrim, podagris veteribus, articulariis morbis. Trahit aluum & bilem, pituitasque. Ex aqua datur ad leniter molliendam aluum, plurimum drachma, modicè quatuor obolis. Miscuere aliqui & scamoneā, sed tutius salem. In dulcibus datum copiosius periculum infert, oculorum caliginem fortu discutit: ob id quidam & inunxere trito. Strumas, suppurata, duritias cōcoquit & purgat: item fistulas, tertia die exemptum. Verrucas tollit cum squamis æris & sandaracha. Hydropicorum ventri imponitur cum farina hordeacea & vino. Pecorum & iumentorum pituitas sanat, furculo per aurem traiecto, & postero die eadem hora exempto. Scabiem quadrupedum cum thure aut cera, ac pice, vel cum pisselæo. Album optimū, quod celerrimè mouet sternutamēta, sed multum terribilius nigro, præcipuè si quis apparatus poturorum apud antiquos legat, contra horrores, strangulatus, intempestiuas somni vires, singultus infinitos aut sternutamenta, stomachi dissolutiones, tardiores vomitus aut longiores, exiguos aut nimios. Quippe alia dare soliti, quæ concitarent vomitiones, ipsumque elleborum extraherent medicamentis, aut clysteribus, sæpe etiā sanguine venis emissio. Iam verò & cum prosperè cedat, terribili visu variis coloribus vomitionū, & post vomitiones obseruatione alui, balnearum dispensatione, totius corporis cura, antecedente omnia hæc magno terrore famæ. Nanque tradunt absumi carnē, si coquatur vna. Sed antiquorum vitium erat, quòd propter hos metus parcius dabāt: cum celerius erumpat, quo largius sumitur. Themison binas non amplius drachmas datauit: sequentes & quaternas dedere, claro Herophili præconio, qui elleborum fortissimi ducis similitudini æquabat. Concitatis enim intus omnibus, ipsum in primis exire. Præterea mirū inuentum est, quòd incisum forficulis, vt diximus, cribrant: cortex remanet, hoc inaniunt: medulla cadit, hæc in nimia purgatione data vomitiones sistit. Cauendum est felici quoque cura, ne nubilo die detur: quippè impatibiles cruciatus existunt. Nā ætate potius, quam hyeme, dandum, non est in dubio. Corpus septem diebus antè præparandum cibus acerbis, abstinentia vini, quarto & tertio die vomitionibus, pridie cœnæ abstinentia. Albū & in dulci datur, aptissimè verò in lacte aut pulte. Nuper inuenere, dissectis raphanis inferre elleborum, rursusque comprimere raphanos, vt transeat vis, atque eo lenimento dare. Reddi post quatuor ferè horas incipit. Totum opus septenis peragitur horis. Medetur ita morbis comitialibus, vt diximus, vertigini, melancholicis, insanientibus, lymphaticis, elephantiaæ albæ, lepris, tetano, tremulis, podagricis, hydropicis, incipientibusq; tympanicis, stomachicis, spasticis, clinicis, ischiadicis, quartanis quæ aliter non desinant, tussi veteri, inflammationibus, torminibus redeūtibus. Vetant dari senibus & pueris: itè molli ac fœminei corporis animiue, exilibus aut teneris, & fœminis minus, quàm viris. Itè timidis, aut si exulcerata sint præcordia, vel tumeant, minimève sanguinē excreatibus, causariis, vel latere, vel faucibus. Medetur extrà corporis eruptionibus pituitæ cū axungia falsa illitum: item suppurationi veteri. Mures polenta admistum necat. Galli sagittas in venatu elleboro tingunt, circuncisoq; vulnere teneriorem sentiri carnem affirmant. Muscæ quoq; necantur albo trito, & cum lacte sparso. Eodem & phthiriasis emendatur.

De Mithridatio & scordoti siue scordio, & polemonia, & philetaria, vel chiliodynamia, & eupatoria, & centaurea siue chironia, & de leptocentaureo libadio, felle terræ, & triorche medicina.

CAP. VI.

Ipsi Mithridati Crateuas adscripsit vnam, Mithridation vocatam. Huic folia duo à radice acantho similia. Caulis inter vtraque sustinens roseum florem. Alteram Lenæus, scordo

scordion siue scordion, ipsius manu adscriptam, magnitudine cubitali, quadrangulo caule, ramosam quernæ similitudine, foliis lanuginosis. Reperitur in Ponto campis pinguis humidisque, gustus amari. Est & alterius generis, latioribus foliis, mentastro similis, plurimosque vtraque ad vsus per se & inter alia in antidotis. Polemoniam, alij philetæriam, à certamine regum inuentionis appellant. Cappadoces autem chiliodynamam, radice crassa, exilibus ramis, quibus in summis corymbi dependent, nigro semine: cætero rutæ similis, nascitur in montosis. Eupatoria quoque regiâ autoritatem habet, caulis lignosi, nigricantis, hirsuti, cubitalis, & aliquanto amplioris, foliis per interualla quinque folij, aut cannabis, per ambitum incisis quinquepartitò, nigris & ipsis plumosisque: radice superuacua. Semen dysentericis in vino potum auxiliatur vnicè. Centaurea curatus dicitur Chiron, cum Herculis excepti hospitio pertractanti arma, sagitta excidisset in pedem: quare aliqui Chironion vocant. Folia sunt lata & oblonga, serrato ambitu, densa ab radice, caules ternum cubitorum, geniculati. In his capita ceu papauerum. Radix vasta rubescens, tenera fragilisque, ad bina cubita, madida succo, amara cum quadam dulcedine. Nascitur in collibus pingui solo. Laudatissima in Arcadia, Elide, Messenia, Pholoë, & Lycæo, & in Alpibus verò, plurimisque aliis locis. Quidam & ex ea Lycium faciunt. Vis in vulneribus tanta, vt cohærescere etiam carnes tradant, si coquantur simul. In vsu radix tantum duabus drachmis bibenda, quibus dicitur, si febris sit, in aqua trita, cæteris in vino. Medetur & ouium morbis decoctæ succus. Est alterum centaureon cognomine lepton, minutis foliis, quod aliqui libadion vocant, quoniam secundum fontes nascitur, origano simile, angustioribus & longioribus foliis, anguloso caule paululum alto, fruticante, flore lychnidis, radice tenui & superuacua, succo efficax. Ipsa herba autumnò legitur, succus è fronde. Quidam caules concisos madefaciunt diebus xv iij. atq; ita exprimunt. Hoc centaurion nostri fel terræ vocant, propter amaritudinem summam: Galli exacon, quoniam omnia mala medicamenta potum è corpore exigat per aluum. Tertia est centauris, cognomine triorches. Qui eam secat, rarum est vt non vulneret sese. Hæc succum sanguineum mittit. Theophrastus defendi eam, impugnariq; colligentes tradidit à triorche accipitrum genere, à quo & nomen accepit. Imperiti confundunt hæc omnia, & primo generi assignant.

De clymeno, & gentiana, & lysimachia, & parthenide, & artemisia, & ambrosia, & nymphaea, & heraclio, & euphorbia medicina.

C A P. V I I.

Clymenos à rege herba appellata est, ederæ foliis, ramosa, caule inani, articulis præcincta, odore graui, & semine ederæ, syluestribus & montosis nascens. Quibus morbis pota medeatur, dicemus. Sed hic indicandum est, dum medeatur, sterilitatem pota etiam viris fieri. Græci plantagini similem esse dixerunt, caule quadrato, folliculis cum semine inter se implexis, velut in polyporum cirris. Et succus autem in vsu, vi summa in refrigerando. Gentianam inuenit Gentius, rex Illyriorum, vbique nascentem, in Illyrico tamen præstantissimam, folio fraxini: sed magnitudine lactucæ, caule tenero pollicis crassitudine cauo & inani, ex interuallis foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra, sine odore, aquosis montibus subalpinis plurima. Vfus in radice & succo. Radicis natura est excafactoria, sed prægnantibus non bibenda. Inuenit & Lysimachus herbam Lysimachiam, quæ ab eo nomen retinet, celebrata Erasistrato. Folia habet salicis viridia, florem purpureum, fruticosa, ramulis erectis, odore acris: gignitur in aquosis. Vis eius tanta est, vt iumentis discordantibus iugo imposita, asperitatem cohibeat. Mulieres quoque hanc gloriam affectauere, in quibus Artemisia vxor Mausoli, adoptata herba quæ antea parthenis vocabatur: Sunt qui ab Artemide Ilithyia cognominatam putent, quoniam priuatim medeatur sceminarum malis. Est autem ab sinthij modo fruticosa, maioribus foliis pinguisque. Ipsius duo genera. Altera latioribus foliis, altera tenera tenuioribus, & non nisi in maritimis nascens. Sunt qui in mediterraneis eodem nomine appellant, simplici caule, minimis foliis, floris copiosi, erumpentis, cum vna matu-

refcit, odore non iniucundo, quam quidam botryn, alij ambrosiam vocât. Talis in Capadocia nascitur. Nymphæa nata traditur, Nympha zelotypia erga Herculem mortua. Quare heracion vocant aliqui, alij rhopalon, a radice clauæ simili. Ideoque eos, qui biberint eam, duodecim diebus coitu geniturâque priuari. Laudatissima in Orchomeno & Marathone. Bœoti madon vocant, qui & semen edunt. Nascitur in aquosis, foliis magnis, in summa aqua, & aliis ex radice prodeuntibus, flore lilio simili, & cum defloruit, capiti papaueris. In caule secatur autumnis. Radix nigra in Sole siccatur, aduersaturque aluinis. Est & alia nymphæa in Thessalia, amne Peneo, radice alba, capite luteo, rosę magnitudine. Inuenit & patrum nostrorum ætate rex Iuba, quam appellauit Euphorbiam medici sui nomine & fratris Musę, a quo Diuum Augustum conseruatum indicauimus. Iudę fratres instituere a balneis frigida multa corpora adstringi. Antea non erat mos, nisi calida tantum lauari, sicut apud Homerum etiam inuenimus. Sed Iubæ volumen quoque extat de ea herba, & clarum præconium. Inuenit eam in monte Atlante: spectatur foliis acanthinis. Vis tanta est, ut è longinquo succus excipiat: incisæ cõto subditur excipulus vetriculo hædino: humor lactis videtur effluere, siccatus cum coit, thuris effigię habet. Qui colligunt, clarius vident. Contra serpentes medetur, quacunq; parte percussa, vertice inciso, & medicamẽto addito. Ibi Getuli, qui legunt, hædino lacte adulterant: sed discernitur igni. Id enim, quod syncerum non est, fastidiendum odorem habet. Multum infra hunc succum est, qui in Gallia fit ex herba chamelæa, granum cocci ferente. Fractus Hammoniaco similis est, etiam leui gustu os accensum diu detinēs, & magis ex interuallo, donec fauces quoque siccet.

De plantagine, & buglosso, & cynoglosso, & buphthalamo, & Scythica, & hippice, & ischamone, & vettonica, & Cantabrica, & consiligine, & hiberide, & chelidonia, & canaria, & elaphobosco, & dictamno, & aristolochia, & quod eius delectatione aduolant pisces, & statim capiuntur, & medicinæ contra serpentium ictus ex herbis, quas superius nominauit.

CAP. VIII.

Celebrauit & Themison Medicus vulgarem herbam plantaginem, tãquam inuentor, volumine de ea edito. Duo eius genera. Minor angustioribus foliis & nigrioribus, linguæ pecorum simillimis, caule anguloso, in terram inclinato, in pratis nascens. Altera maior, foliis laterum modo inclusa: quæ quia septena sunt, quidam eam heptapleuron vocauerunt. Huius & caulis cubitalis est, & napi similis. Nascitur in humidis multo efficacior. Vis mira in siccando densandoque corpore, cauterij vicem obtinens. Nulla res æquę silit fluxiones, quas Græci rheumatismos vocât. Iungitur huic buglossos, boum linguę similis: cui præcipuum, quod in vinum deicct, animi voluptates auget: & vocatur euprosynum. Iungitur & cynoglossos, caninas imitans linguas, topiariis operibus gratissima. Aiuntque quæ tres thyrsos seminis emittat, eius radicem potã ex aqua ad tertianas prodesse: quę quatuor, ad quartanas. Est alia similis ei, quæ ferat lappas minutas. eius radix pota ex aqua, ranis & serpētibus aduersatur. Est & buphthalmos similis boui oculis folio sceniculi, circa oppida nascens, fruticosa caulibus, qui & maduntur decocti. Quidam cachlam vocant. Hæc cum cera scirrhomata discutit. Inuenere herbas & vniuersæ gentes. Scythia primum eam, quæ Scythice vocatur, circa Bœotiã nascens, prædulcis. Aliam vtilissimam ad ea quæ spasmodica vocant. Magna & ea commendatio, quod in ore eam habentes, famem sitimque non sentiunt. Idem præstat apud eosdẽ hippice dicta, quod in equis quoque eundem effectum habeat. Traduntque his duabus herbis Scythas etiã in duodenos dies durare in fame siti que. Ischamonem Thracia inuenit, qua ferunt sanguinem silit, non aperta modo vena, sed etiam præcisã. Serpit è terra milio similis, foliis asperis & lanuginosis, farcitur in nares. Quæ in Italia nascitur, & sanguinem eadem adalligata silit. Vettones in Hispania eam, quę Vettonica dicitur in Gallia, in Italia autem ferratula, a Græcis cestron aut psychotrophon, ante cunctas laudatissima. Exit anguloso caule, cubitorum duum, a radice spargens folia ferè lapathi, serrata, semine pur-

ne purpureo. Folia siccantur in farinam plurimos ad vsus. Fit vinum ex ea & acetum stomacho & claritati oculorum. Tantúmque gloriæ habet, vt domus in qua fata sit, tuta existimetur à piaculis omnibus. In eadē Hispania inuenta est Cantabrica, per diui Augusti tempora à Cantabris reperta. Nascitur vbique, caule iuncea pedali, in quo sunt flosculi oblongi, velut calathi: in his semen perquam minutum. Nec aliàs defuere Hispaniæ herbis exquirendis, vt in quibus etiamnum hodie in numeroso & lætiore conuictu, potionem è centum herbis mulso additis credidere saluberrimam suauissimamque: nec quisquam genera earum iam nouit aut multitudinem: numerus tamen constat in nomine. Nostra ætas meminit herbam in Marfis repertam. Nascitur & in Æquicolis circa vicum Neruesiæ, vocatur consiligo. Prodest, vt demonstrabimus suo loco, deploratis in phthisi. Inuenit nuper & Seruilius Damocrates è primis medentium, quam appellauit hiberida, quanquam ficto nomine, inuentioni eius assignato carmine. Nascitur maximè circa vetera monumenta parietinásque, & inculta itinerum. Floret semper folio nasturtij, caule cubitali, semine tam paruo, vt vix aspici possit. Radici odor nasturtij. Vsus ætate efficacior, & recentitantum. Tunditur difficulter. Coxendicibus & articulis omnibus cum axungia modica vtilissima, viris plurimum quaternis horis, fœminis minùs diuidio adalligata, vt deinde in balineis descendatur in calidam, & postea oleo ac vino corpus perungatur: diebusque vicenis interpositis idem fiat, si qua admonitio doloris super sit. Hoc modo rheumatismos omnes sanat occultos. Imponitur non in ipsa inflammatione, sed imminuta. Animalia quoque inuenere herbas, in primis que chelidonium. Hac enim hirundines oculis pullorum in nido restitunt visum, vt quidam volunt, etiam erutis oculis. Genera eius duo: Maior fruticosa caule, folio pastinacæ erraticæ ampliore, ipsa altitudine duum cubitorum. Colos albicans, flos luteus. Minori folia ederæ rotundiora, minùs candida. Succus croci mordax, semen papaueris. Florent aduentu hirundinum, discessu marcescunt. Florentibus succus exprimitur, & in æreo vase cum melle Attico leniter cinere feruenti decoquitur, singulari remedio contra caligines oculorum. Vtuntur & per se succo in collyriis, quæ chelidonia appellantur ab ea. Inueniunt & canes canariam, qua fastidium deducunt, eamque in nostro conspectu mandunt, sed ita vt nunquam intelligatur quæ sit: etenim depasta cernitur. Notata est hæc animalis huius malignitas in alia herba maior. Percussus enim à serpente mederi quadam sibi dicitur: sed illam homine inspectante non decerpit. Simplicius ceruæ monstrauere elaphoboscon, de qua diximus. Item seseli, enixæ à partu. Dictamnium ostendere (vt indicauimus) vulneratæ pastæ, statim decidentibus telis. Non est alibi, quam in Creta, ramis prætenue, pulegio simile, feruens & acre gustu: foliis tantum vtuntur. Flos nullus ei, aut semen, aut caulis. Radix tenuis ac superuacua. Et in Creta autem non spatiosè nascitur: mirèque capris expetitur. Pro eo est & pseudodictamnium, multis in terris nascens, folio simili, ramulis minoribus, à quibusdam chondris vocatum. Minoris effectus statim intelligitur. Dictamnium enim minima portione accendit os. Qui legere eam, in ferula vel harundine condunt, præligantque, ne potentia euanescat. Sunt qui dicant, vt tranque nasci multifariam, sed deteriores in agris pinguibus, veram quidem dictamnium non nisi in asperis. Est & tertium genus dictamnium vocatum, sed neque facie neque effectu simile, folio sisymbrij, ramis maioribus: procedente persuasione illa, quicquid in Creta nascitur, infinito præstare cæteris eiusdem generis alibi genitis. Proximè quod in Parnasso. Alioquin herbiferum esse & Pelium montem in Thessalia, & Telethrium in Eubœa, & totam Arcadiam ac Laconicam tradunt. Arcades quidem non medicaminibus vti, sed lacte circa ver, quoniam tunc maximè succis herbæ turgeant, medicenturque vbera pascuis. Bibunt autem vaccinum, quoniam boues omniuoræ ferè sunt in herbis. Potentia earum per quadrupedes etiamnum duobus claris exemplis manifesta fit. Circa Abderam, & limitem qui Diomedis vocatur, equi pasti inflammantur rabie: circa Potnias verò asini. Inter nobilissimas aristolochiæ nomen dedisse grauidæ videntur, quoniam esse ἀρίστη λεχούσαις. Nostri malú terræ vocant, & quatuor genera eius seruant. Vnum

tuberibus radicum rotundis, foliis inter maluam & ederam, nigrioribus mollioribusque. Alterum masculæ, radice longa quatuor digitorum lōgitudine, baculi crassitudine. Tertium longissimæ tenuitatis, vitis nouellæ, cui sit præcipua vis, quæ clematis vocatur, ab aliis Cretica. Omnes colore buxæ, caulibus paruis, flore purpureo. Ferunt bacculas paruas, vt capparis. Valent radice tantum. Est & quæ pistolochia vocatur, quarti generis, tenuior, quàm proximè dicta, densis radicis capillamentis, iunci plenioris crassitudine. Hanc quidam polyrrhizon cognominant. Odor omnium medicatus, sed oblongæ radici tenuiorique gratior. Carnosi enim est corticis, vnguentis quoque nardinis conueniens. Nascuntur pinguibus locis & campestribus. Effodere eas mēlibus tempestiuum: ita desquamato terreno feruantur. Maximè tamen laudatur Pontica: & in quocunque genere ponderosissima quæque, medicinis aptior. Rotunda contra serpentes. Oblonga tamen in summa gloria est, si modò à conceptu admota vuluis in carne bubula, mares figurat, vt traditur. Piscatores Campaniæ radicem eam quæ rotunda est, venenum terræ vocant, coramque nobis contusam immista calce in mari sparsere: aduolant pisces cupiditate mira, statimque exanimati fluitant. Quæ polyrrhizos cognominatur, conuulsis, contusis, ex alto præcipitatis, radice pota ex aqua, vtilissima esse traditur. Semine pleuriticis & neruos confirmare, excalfacere. Eadem satyrion est. Verum & effectus earum vsusque dicendi sunt: ordiendumque à malorum omnium pessimo, id est serpentium ictu. Medentur ergo Britannica herba, panacisque generum omnium radix è vino, Chironij flos & semen potum, illitumve ex vino & oleo: priuatimque, quæ cunila bubula appellatur, polemonia vel philetæria radicis drachmis quatuor ex mero: teucra, sideritis, scorodotis ex vino, priuatim ad angues, potæ & illitæ, siue succo, siue folio, siue decocto: centaurij maioris radix drachma in vini albi cyathis tribus: gentiana præcipuè aduersus angues, duabus drachmis cum pipere & ruta, vini cyathis sex, siue viridis, siue sicca. Et lysimachia odorem fugiunt. Datur ex vino percussis chelidonia. Moribus imponitur Veronica præcipuè, cui vis tanta perhibetur, vt inclusæ circulo eius serpentes, ipsæ sese interrimant flagellando. Datur ad ictus semen eius denarij pondere cum tribus cyathis vini: vel farina drachmis tribus sextario aquæ imponitur. Cantabrica, dictamnium, aristolochia radicis drachma in vini hemina sæpius bibenda. Prodest & illita ex aceto: similiter pistolochia. Quin & omnino suspensa supra focum fugat è domibus serpentes.

De argemonia, & agarico, & echio, & hyoscyamo, & hierobotane, & blattaria, & lemonia, & quinquefolio, & dauco, & persolata, & arcio, & cyclamino, & pucedano, omnia ad serpentium ictus.

ARg
ra c

C A P. I X.

ARgemonia quoque radice eius denarij pondere in vini cyathis tribus potatur. Plura de ea conuenit dici, cæterisque quæ primùm nominabuntur: in eo autem genere medendi primùm nominari quanque, in quo maximè valebit. Folia habet, qualia anemone, diuisa apij modo, caput in cauliculo papaueris syluestris, item radicem. Succum croci colore acrem & acutum. Nascitur & in aruis apud nos. Nostri tria genera eius faciunt, & id demum probant, cuius radix thus redoleat. Agaricon vt fungus nascitur in arboribus circa Bosphorum, colore candido. Datur obolis quatuor contritum cum binis cyathis aceti mulsi. Id quod in Gallia nascitur, infirmius habetur. Præterea mas spissior, amariórque. Hic & capitis dolores facit. Fœmina solutior, initio gustu dulcis, mox in amaritudinem transit. Echios vtriusque generis pulegio similis, foliis coronata, drachmis duabus ex vini cyathis quatuor datur. Item altera, quæ lanugine distinguitur spinosa, cui & capitula viperæ similia sunt: hæc ex vino & aceto. Quidam arcion personatam vocant, cuius folio nullum est latius, grandes lappas ferentem. Huius radicem decoctam ex aceto dant potui. Hyoscyamum contusum cum foliis ex vino datur peculiariter contra aspidas. Nulla tamen Romanæ nobilitatis plus habet, quàm hierobotane. Aliqui peristereon, nostri verbenacam vocant. Hæc est, quam legatos ferre ad hostes indicauimus. Hac Iouis mensa verritur, domus purgantur lustranturque. Genera eius duo sunt:

sunt: foliosa, quam fœminam putant: mas rarioribus foliis. Ramuli vtriusque plures, tenues, cubitales, angulosi. Folia minora, quàm quercus, angustioraque, diuisuris maioribus: flos glaucus, radix longa, tenuis. Nascitur vbique in planis aquosis. Quidam non distinguunt, sed vnum omnino genus faciunt, quoniam vtraque eosdem effectus habeat. Vtraque fortiuntur Galli, & præcinunt responsa. Sed magi vtique circa hanc insaniunt. Hac perunctos impetrare, quæ velint, febres abigere, amicitias conciliare, nullique non morbo mederi. Colligi circa Cænis ortum debere, ita vt ne Luna aut Sol conspiciat, fauis antè & melle terræ ad piamentum datis. Circumscriptam ferro effodi sinistra manu & in sublime tolli. Siccari in vmbra, separatim folia, caulem, radicem. Aiuntque, si

10 aqua spargatur triclinium, qua maduerit, lætiores conuictus fieri. Aduersus serpentes conteritur ex vino. Est similis verbasco herba, quæ sæpe fallit pro ea capta, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Hæc abiecta blattas in se contrahit: ideoque Romæ blattariam vocant. Lemonium succum lacteum mittit, concrefcentem gummi modo humidis locis. Datur denarij pondus in vino. Quinquefolium nulli ignotum est, cum etiam fraga gignendo commendetur. Græci vocant pentapetes, siue chamæzelon, siue pentaphyllon. Cùm effoditur, rubram habet radicem. Hæc inarescens nigrescit, & angulosa fit. Nomen à numero foliorum habet, Et ipsa herba incipit & desinit cum vite. Adhibetur & purgandis domibus. Aduersus serpentes bibitur & eius radix, quæ sparganion vocatur, ex vino albo. Daudi genera quatuor fecit Petronius Diodotus, quæ

20 persequi nihil attinet, cùm sint differentiarum duæ. Probatissimæ in creta, mox in Achaia, & in siccis vbicunque nati, fœniculi similitudine, candidioribus foliis & minoribus hirsutisque. Caule pedali recto, radice suauissimi gustus & odoris. Hoc in saxosis nascitur meridianis. Reliqua genera vbique nascuntur terrenis collibus limitibusque, nec nisi pingui solo, foliis coriandri, caule cubitali, capitibus rotundis, sæpe pluribus quàm ternis, radice lignosa, sed cùm inaruit, superuacua. Semen huius cumino simile, prioris milio, album, acre, odoratum omnibus & feruens. Secundum priore vehementius est, ideoque parçè sumi debet. Si iam maximè tertium genus facere libeat, est simile staphylino, quod pastinacam erraticam appellant, femine oblongo, radice dulci. Omnia hæc & hyeme & æstate sunt intacta quadrupedi, nisi post abortus. Ex aliis vsus feminis: ex Creta radicis

30 dulcis, & magis ad serpentes est. Bibitur è vino drachma vna. Datur & quadrupedibus percussis. Therionarcha alia quàm Magica, & in nostro orbe nascitur, fruticosa, foliis subviridibus, flore roseo: serpentes necat: cuicumque admota feræ & hæc torporem affert. Persolata, quam nemo ignorat, Græci verò arcion vocant, folia habet maiora etiam cucurbitis & hirsutiora, nigrioraque & crassiora, radicem albam & grandem. Hæc ex vino bibitur denariorum duum pondere. Item cyclamini radix contra serpentes omnes. Folia habet minora, quàm edera, nigrioraque & tenuiora, sine angulis: in quibus albicant maculæ. Caule exiguo, inani, floribus purpureis, radice lata, vt rapum videri possit, cortice nigro. Nascitur in vmbrosis: nostris tuber terræ vocatur: in omnibus ferenda domibus, si verum est, vbi fata sit, nihil nocere mala medicamenta: amuletum vocant:

40 narrantque & ebrietatem repræsentari, addita in vinum. Radix siccata scillæ modo concisa reponitur: decoquitur eadem ad crassitudinem mellis. Suum tamen venenum ei est: traduntque si prægnans radicem transgrediatur, abortum fieri. Est & altera cyclaminos cognomine cissanthemos, geniculatis caulibus, superuacuis, à priore distans, circa arbores se voluens, acinis edere, sed mollibus, flore candido, specioso, radice superuacua. Acini tantum in vsu, gustu acri, sed lenti. Siccantur in vmbra, tusque diuiduntur in pastillos. Mihi & tertia cyclaminos demonstrata est, cognomine chamæcissos, vno omnino folio, radice ramosa, qua pisces necantur. Sed inter primas celebratur peucedanum laudatissimum in Arcadia, mox Samothrace. Caulis est ei tenuis, longus, fœniculo similis, iuxta terram foliosus, radice nigra, crassa, graui odore, succosa. Gignitur in

50 montibus opacis. Foditur exitu autumnii. Placent tenerrimæ & altissimæ radices. Hæc conciduntur in quaternos digitos offe is cultellis, funduntque succum in vmbra, capite

prius & naribus rosaceo perunctis, ne vertigo sentiat. Et alius succus inuenitur caulibus adhærens, incisisque manat. Probatum crassitudine mellea, colore rufo, odore suaui ter graui, feruens gustu. Et hic in usu, & radix, & decoctum eius pluribus medicamentis. Succo tamen efficacissimo, qui resoluitur amaris amygdalis aut ruta, bibiturque contra serpentes, & ex oleo perunctos tuetur.

De ebulo, & verbasco, & thelyphono, & contra scorpionum ictus, & rubetarum & canum morsus, & generaliter contra omne venenum.

CAP. X.

EBuli quoque, quem nemo ignorat, fumo fugantur serpentes. Priuatim aduersatur scorpionibus polemonia radix, vel alligata tantum: item phalangio, ac cæteris minoribus venenatis. Scorpionibus aristolochia: agaricum obolis quatuor in vini misti cyathis totidem. Verbenaca & phalangio cum vino aut posca: item quinquefolium, daucum. Verbascum Græci phlomon vocant. Genera habet prima duo: album, in quo mas intelligitur: alterum nigrum, in quo fœmina. Tertium genus non nisi in syluis inuenitur. Sunt folia brassicæ latiora, pilosa, caulis erectus, cubitali amplior. Semen nigrum inutile. Radix vna crassitudine digiti. Nascuntur & in campestribus. Syluestri folia eleliphaci, alta, ramis lignosis. Sunt & phlomidæ duæ hirsutæ, rotundis foliis, humiles. Tertia lychnitis vocatur, ab aliis thryallis, foliis ternis, aut cum plurimum quaternis, crassis, pinguibusque, ad lucernarum lumina aptis. Aiunt in foliis eius, quam fœminam diximus, ficus omnino non putrescere. Distingui genera hæc penè superuacuum est, cum sint omnia eiusdem effectus. Contra scorpiones bibitur radix cum ruta ex aqua, magna amaritudine, sed effectum pari. Thelyphonon herba ab aliis scorpion vocatur, propter similitudinem radicis, cuius tactu moriuntur scorpiones. Itaque contra eorum ictus bibitur. Scorpionem mortuum si quis elleboro candido linat, reuiuiscere aiunt. Thelyphonon omnem quadrupedem necat, imposita verendis radice: folio quidem intra eundem diem, quod est simile cyclamino. Ipsa geniculata nascitur in opacis. Scorpionibus aduersatur & Vettonicæ succus, ac plantaginis. Sunt & ranis venena, rubetis maximè: vidimusque psyllos in certamine patinis candefactas admittentes, ocyore etiam quam aspidum pernicio. Auxiliatur eis phrynon in vino pota. Aliqui neurada appellant, alij poterion, floribus paruis, radicibus multis, neruosis, bene olentibus. Item alif-
ma, quam alij damafonion, alij lyron appellant. Folia^a erant plantaginis, nisi angustiora essent, & magis laciniosa, conuexaque in terram, alias etiam venosa similiter, caule simplici & tenui, cubitali, capite thyrsi, radicibus densis, tenuibus, vt veratri nigri, acribus, odoratis, pinguibus. Nascitur in aquosis. Alterum genus eiusdem in syluis, nigrius, maioribus foliis. Vfus in radice vtriusque aduersus ranas & lepores marinos, drachmæ pondere in vini potu. Lepori marino aduersatur & cyclamynus. Veneni vim canis quoque rabidi morsus habent, contra quos erit cynorrhodum; de quo diximus. Plantago ad omnes bestiarum morsus pota atque illita prodest: Vettonica ex mero veteri. Peristereos vocatur, caule alto, foliato, cacumine in alios caules se spargens, columbis admodum familiaris, vnde & nomen. Hanc habentes negant latrari à canibus. Proxi-
ma ab his malis, venena sunt, quæ sibimetipsi homines excogitant. Contra hæc omnia Magicæque artes erit primum illud Homericum moly, dein Mithridation, & scordotis, & centaurium. Potu omnia mala medicamenta exigit per aluum Vettonicæ semen in mulso aut passo, vel farinæ drachma in vini veteris cyathis i i i j. Vomere cogendi, atque iterum bibere. Iis qui quotidie gustent eam, nulla nocitura mala medicamēta tradunt. Poto veneno aristolochia subuenit eadem mensura, qua contra serpentes. Quinquefolij succus: Agaricum, postquam vomuerint, denarij pondere ex aquæ mulsæ cyathis tribus. Antirrhinon vocatur siue anarrhinon, siue lychnis agria, similis lino, radice nulla, flore hyacinthi, semine vituli narium. Et hoc perunctos venustiores fieri, nec villo malo medicamento lædi posse, aut veneno, si quis in brachiali habeat, arbitrantur³⁰ Magi. Similiter ea quam eupleam vocant, traduntque ea perunctos commendatioris esse famæ

^a Rectius ei ex vetusto cod.

famæ. Artemisiam quoque secum habentibus negant nocere mala medicamēta bestiā-
ve vllam, ne Solem, quidem. Bibitur & hæc ex vino aduersus opiū. Alligata priuatim po-
tens traditur, potāve aduersus ranas. Pericarpum bulbi genus est. Duæ eius species: corti-
ce rubro alterum, alterum nigro papaueri simile. Sed vis maior, quàm priori: vtrique au-
tem excalfaciendi. Ideo contra cicutam dantur, contra quam & thus & panaces, Chiro-
nium præcipuè. Hoc & contra fungos.

Remedia ad capitis vitia.

CAP. XI.

VERUM & generatim membratimque singulis corporum morbis remedia subtexe-
mus, orsi à capite. Alopecias emendat nymphææ & cicutæ radix, si vnā tritæ illi-
nantur. Polytricha distat à callitricha, quòd iuncos albos habet, & folia plura maioraque.
10 Frutice quoque maior est: defluentem capillum confirmat & densat. Item lingulaca cir-
ca fontes nascens, cuius radix admista combusta teritur cum adipe suis nigræ. Id quoque
excipitur, vt eius sit suis quæ nunquàm peperit. Sol deinde plurimum cōfert illitæ. Simi-
lis vsus est cyclamini radicis. Porriginem veratri radix tollit in oleo decocta, vel in aqua.
Capitis dolori medetur panacis omnium generum radix in oleo contrita: aristolochia,
& iberis adalligata hora, vel diutius, si pati possit, comitante balinei vsu. Medetur & dau-
cum. Purgat autem cyclaminos cum melle in nares addita: & hulcera capitis sanat illita.
Medetur & peristereos. Cacalia siue leontice vocatur, semen margaritis minutis simile,
dependens inter folia grandia, in montibus ferè. Huius grana xv. in oleo macerantur, at-
20 que ita aduerso capillo caput vngitur. Fit & ex callitriche sternutamētum. Folia sunt len-
ticulæ similia. Caules iuncis tenuissimis, radice minima. Nascitur in opacis & humidis, gu-
stato feruens. Hyssopum in oleo cōtritum phthiriasi resistit, & prurigini in capite. Est au-
tem optimum Cilicium è Tauro monte, dein Pamphylum ac Smyrnæū: stomacho con-
trarium. Purgat cum fico sumptum per inferna, cum melle vomitionibus. Putant & ser-
pentium icibus aduersari, tritum cum melle & sale & cumino. Lōchitis non (vt plerique
existimauerunt) eadem est quæ xiphion, aut phasganion, quāquam cuspidi similis seme-
ne. Habet enim folia porri, rubentia ad radicem, & plura, quàm in caule, capitula, perso-
nis Comicis similia, paruam exerentibus linguam, radicibus prælōgis. Nascitur in sitien-
tibus. E diuerso xiphion, & phasganion in humidis, cum primùm exit, gladij præbet spe-
30 ciem, caule duūm cubitorum, radicis ad nucis auellanæ figuram fimbriatæ, quam effodi
ante messes oportet, sicari in vmbra. Superior pars eius cum thure trita, æquo pondere
admisto vino, ossa fracta è capite extrahit, aut si quid in corpore suppurat, vel si calcata
sunt ossa serpentis, eadem contra venena efficax. Caput in dolore veratro, vel oleo, vel
rosaceo decocto tritoque vngi conuenit: peucedano ex oleo vel rosaceo & aceto. Tepi-
dum hoc prodest & doloribus, qui plerunque ex dimidia parte capitis sentiuntur, & ver-
tigini. Perungunt & radice eius sudoris causa eliciendi, quoniam caustica vis ei est. Psyl-
lion alij cynoides, alij crystallion, alij sicelion, alij cynomyian appellant, radice tenui, su-
peruacua, sarmentosum, fabæ granis in cacuminibus, foliis canino capiti non dissimili-
bus, semine autem pulici, vnde & nomē: hoc in baccis, ipsa herba in vineis inuenitur. Vis
40 ei ad refrigerandum & discutiendum ingens. Semen in vsu. Fronti imponitur in dolo-
re & temporibus, ex aceto & rosaceo, aut posca. Ad cætera illinitur acetabuli mensura
sextario aquæ, densat ac contrahit. Tunc terere & crassitudinem illinire, oportet cui-
cunque dolori & collectioni inflammationique. Et vulneribus capitis medetur aristo-
lochia, fracta extrahens ossa, & in alia quidem parte corporis, sed maximè capite: simili-
ter pistolochia. Thysselium est non dissimile apio. Huius radix commanducata purgat
capitis pituitas.

*De centaureo, & chelidonia, & panace, & hyoscyamo, &
euphorbio, ad oculorum vitia.*

CAP. XII.

50 Oculorum aciem centaureo maiore putant adiuuari, si addita aqua foueantur. Suc-
co verò minoris cum melle culices, nubeculas, obscuritatem discuti, cicatrices ex-

tenuari. Albugines quidem etiam iumētorum sideriti. Iam chelidonia supra dictis omnibus mirè medetur. Panacis radix cum polenta epiphoris imponitur. Hyoscyami semen bibunt obolo, tantundem meconij adiicientes vinumque, ad epiphoras inhibendas. Ad iungunt & gentianæ succum, quem collyriis acrioribus pro meconio miscunt. Facit claritatem & euphorbium inunctis. Intillatur plātaginis succus lippitudini. Caligines arillochia discutit. Iberis adalligata capiti cum quinquefolio, epiphoras, & siqua in oculis vitia sunt, emendat. Verbascum epiphoris imponitur. Peristereos ex rosaceo vel aceto. Ad hypochysin & caliginē, cyclaminon in pastillos diluunt. Peucedani succū, vt diximus, ad claritatē & caligines, cum meconio & rosaceo. Pssyllion illitum fronti epiphoras suspēdit.

*De anagallide siue corchoro, & mandragora siue circeio, & cicuta, & crethmo
agrio, & molybdana, & capno, & acoro, & iride, & coryledone, &
aeizoo, & andrachne, & erigero, & de ephemero, & de
labro Veneris, & de ranunculo, ad oculorum,
aurium, narium, dentium, orisque
vicia medicina.*

CAP.

XIII.

ANagallida aliqui corchoron vocant. Duo genera eius: mas flore phœniceo, fœmina cæruleo, non altiores palmo, frutice tenero, foliis pusillis, rotundis, in terra iacentibus: nascuntur in hortis & aquosis. Prior floret cærulea. Vtriusque succus oculorum caliginē discutit cum melle, & ex ictu cruorem & argema rubens, magis cum Attico melle inunctis. Pupillas dilatat: & ideo hoc inunguntur antè, quibus paracentesis fit. Iumentorū quoque oculis ihedētur. Succus caput purgat per nares infusus, ita vt deinde vino coluatur. Bibitur & contra angues succi drachma in vino. Mirum, quòd pecora fœminam vitant. At si decepta similitudine (flore enim tantum distant) degustauere, statim eā quæ asyla appellatur, in remedio quærunt: ea à nostris ferus oculus vocatur. Præcipiunt aliqui effossuris, ante Solis ortum, priusquam quicquam aliud loquantur, ter salutare eam, tum sublatam exprimere: ita præcipuas esse vires. De euphorbio satis dictum est, cuius succus lippitudini, si tumor erit, item absinthium cum melle tritum, itémque Vettonicæ farina conueniet. Ægilopas fanat herba eodem nomine, quæ in hordeo nascitur, tritici folio, femine contrito cum farina permista impositaque, vel succo. Exprimitur hic è caule folisque prægnantibus, dempta spica, & in trimestri farina digeritur in pastillos. Aliqui & mandragoræ vtebantur: postea abdicatus in hac curatione est. Epiphoris (quod certum est) medetur & oculorum dolori, radix tusa cum rosaceo & vino. Nā succus multis oculorum medicamentis miscetur. Mandragoram, alij Circeium vocant. Duo eius genera: candidus, qui & mas: niger, quæ fœmina existimatur, angustioribus foliis, quàm lactuca, hirsutis & caulibus, radicibus binis ternisve rufulis, intus albis, carnosissimis tenebrisque, penè cubitalibus. Ferunt mala auellanarum nucum magnitudine, & iis semen ceu pyrorū. Album hoc alij arsen, alij morio, alij hypophlomon vocant. Huius folia alba, quàm alterius, latiora, vt lapathi fatiuæ. Cauent effossuri contrarium ventum, & tribus circulis antè gladio circumscribunt: postea fodiunt ad occasum spectantes. Succus fit & è malis & caule, deciso cacumine & radice punctis aperta, aut decocta: utilis hæc vel furculo. Concisa quoque in orbiculos feruatur in vino. Succus non vbique inuenitur, sed vbi potest circa vindemias quæritur. Odor grauis eius, sed radicis & mali grauior. Ex albo mala matura in vmbra ficcantur. Succus ex iis Sole densatur: item radicis tusæ, vel in vino nigro ad tertias decocta. Folia seruantur in muria efficacius, aliàs recentium succus pestis est: sic quoque noxiæ vires. Grauedinem afferunt etiam olfactu: quanquam mala in aliquibus terris mandantur, nimio tamen odore obmutescunt ignari. Potu quidè largiore etiā moriuntur. Vis somnifica pro viribus bibentiū. Media potio cyathi vnus. Bibitur & contra serpentes, & ante sectiones punctionesque ne sentiantur. Ob hæc satis est aliquibus somnū odore quæsisse. Bibitur & pro elleboro duobus obolis in mulso. Efficacius elleborum, ad vomitiones & ad bilem nigram extrahendam. Cicuta quoque venenū est publica

Athe-

Athenienfium pœna inuifa, ad multa tamen vſus non omittendi. Semen habet noxium. Caulis autem & viridis eſt, à plerisque & in patinis. Leuis hic & geniculatus vt calamus, nigricans, altior ſæpe binis cubitis, in cacuminibus ramosus: folia coriandri teneriora, graui odoratu: ſemen anifo craſſius: radix concaua, nullius vſus. Semini & foliis refrigeratoria vis, quæ ſi enecat, incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Remedio eſt, priuſquàm perueniatur ad vitalia, vini natura excaſſatoria. Sed in vino pota, irremediabilis exiſtimatur. Succus exprimitur foliis floribusque: tunc enim maximè tempeſtiuus eſt. Semine trito expreſſus, & Sole denſatus in paſtillos, necat ſanguine ſpiſſando. Hæc altera vis. Et ideo ſic necatorum maculæ in corporibus apparent.

10 Ad reſoluenda medicamenta vtuntur illo pro aqua. Fit ex eo ad refrigerandum ſtomachum malagma. Præcipuus tamen eſt ad cohibendas epiphoras æſtiuas, oculorumque dolores ſedandos circumlitus. Miſcetur collyriis, & alios omnes rheumatifmos cohibet. Folia quoque tumorem omnem dolorémque & epiphoras ſedant. Anaxilaus autor eſt, mammas à virginitate illitas, ſemper ſtaturas. Quod certum eſt, lac puerperarum mammis impoſita extinguit, Venerémque teſtibus circa pubertatem illita. Remedia liberationi, quibus bibenda cenſetur, non equidem præceperimus. Maxima vis natæ Suſis Parthorum, mox laconicæ, Creticæ, Aſiaticæ. In Græcia verò Megaricæ, deinde Atticæ. Crethmos agrios gramias tollit oculorum impoſitus, tumorem quoque polenta addita. Nafcitur vulgo molybdæna, id eſt plumbago, etiam in aruo, folio lapathi,

20 craſſa radice, hiſpida. Hac commanducata ſi oculus ſubinde elingatur, plumbum (quod eſt genus vitij) ex oculo tollitur. Capnos prima, quam pedes gallinaceos vocant, naſcens in parietinis & ſepibus, ramis tenuiſſimis, ſparſiſque, flore purpureo, viridis, ſucco caliginem diſcutit: itaque in medicamenta oculorum additur. Similis & nomine & effectu, ſed alia eſt capnos frutiſoſa, prætenera, foliis coriandri, cineracei coloris, flore purpureo. Nafcitur in hortis & ſegetibus hordeaceis. Claritatem facit inunctis oculis, delacrymationémque, ceu fumus: vnde nomen. Eadem euulſas palpebras renaſci prohibet. Acoros iridis folia habet, anguſtiora tantùm & longiore pediculo, radices nigras minúſque venoſas, cæterò & has ſimiles iridis, guſtu acres, odore non ingratas, ruſtu faciles. Optimæ Ponticæ, dein Galaticæ, mox Creticæ. Sed primæ in Colchide iuxta Phaſin amnem, & vbicunque in aquoſis. Recentibus virus maius, quàm vetuſtis. Creticæ candidiores Ponticis. Siccantur vtriſque in vmbra digitalibus fruſtis. Nec non inueniuntur, qui oxymyrſinæ radicem acaron vocant: ideòque quidam hanc acaron agrium vocare malunt. Viſe ei ad calfaciendum extenuandúmque efficax, contra ſuffuſiones & caligines oculorum ſucco eiufdem potò, contraque ſerpentes. Cotyledon paruula herba, cauliculo tenero, puſillo, pingui folio & concauo, vt coxendices, naſcitur in maritimis petroſiſque, viridis, radice oliuæ modo rotunda. Oculis medetur ſucco. Eſt aliud genus eiufdem, ſordidis foliis, latioribus denſioribusque circa radicem velut oculum cingentibus, aſperrimi guſtus, longiore caule, ſed pergracili.

30 Vſus eius ad eadem, quæ iris. Aeizoi duo genera: Maius in fictilibus vaſculis ſeritur, quod aliqui buphthalmum vocant, alij zoophthalmum, alij ſtergethron, quod amatorijs conueniat, alij hypogefon, quoniam in ſubgrundiis ſerè naſcitur. Sunt qui ambroſiam potiùs vocant, & qui amerimnon: Itali ſedum magnum, aut oculum, aut digitellum. Alterum minusculum, quod erithales vocant, alij trithales, quia ter floreat, alij chryſothales, aliqui iſoêtes: ſed aeizoum vtrunque, quoniam viret ſemper: aliqui ſemperuiuum. Maius cubiti altitudinem excedit, craſſitudine pluſquàm pollicari. Folia cacumine linguæ ſimilia, carnoſa, pinguia, largo ſucco, latitudine pollicari, alia in terram conuexa, alia ſtanta, ita vt ambitu effigiem imitentur oculi. Quod minus eſt, in muris parietiniſque naſcitur & tegulis, frutiſoſum à radice, & ſuſum vſque ad cacumen: foliis anguſtis, mucronatis, ſuccoſis, palmo alto caule: radix inutilis. Huic ſimilis eſt, quam Græci andrachnen agriam vocant, Itali illecebram, puſillis latioribus foliis, breuiori cacumine. Nafcitur in petris & colligitur cibi cauſa. Omnium harum vis

40

50

eadem, perfrigerare & astringere. Medentur epiphoris folia imposita, vel succus inunctis. Purgant enim hulcera oculorum, expléntque & ad cicatricem perducunt, palpebras deglutinant. Eadem capitis doloribus medentur, succo vel folio temporibus illitis. Aduersantur phalangiorum ictibus: aconito verò maius aeizoum præcipuè. A scorpionibus quoque habentem id feriri negant. Medentur & aurium dolori. Item succus inunctus hyoscyami modicè: item Achilleæ, & minoris centaurei, & plantaginis, peucedani cum rosaceo & meconio: acori succus cum rosa. Omnis autem strigili calefactus infunditur. Cotyledon etiam purulentis, & cum medulla ceruina calefacta. Ebuli radicitritæ succus linteolo colatus, mox in Sole densatus, cum opus est, rosaceo dilutus & calefactus, parotidas sanat. Verbenaca quoque: item plantago: item sideritis cum axungia veteri. Nariurn ozænas emendat aristolochia cum cypéro. Dentibus remedio sunt panacis radix commanducata, præcipuè Chironiæ, item succus collutis: radix hyoscyami ex aceto manducata: item polemoniæ. Commanducantur & plantaginis radices, aut colluuntur in aceto decoctæ succo. Et folia sunt vtilia, vel si sanguine gingiuæ putrescât, vel sanguinis sit reiectio. Semen eiusdem apostemata, & collectiones gingiuarum sanat. Et aristolochia gingiuas dentésve confirmat. Verbenaca cum radice manducata, & decocta ex vino aut aceto succus collutus: Item quinquelij radices, decoctæ ad tertias vino aut aceto. Priùs verò quàm decoquantur, aqua marina aut salsa lauantur. Decoctum diu tenendum in ore. Quidam cinere quinquelij fricare malunt. Et verbasci radix decoquitur in vino ad colluendos dentes. Et hyssopo colluuntur, & peucedani succo cum meconio: vel radicum anagallidis magis fœminæ succo, ab altera nare, quàm doleat, infuso. Erigeron à nostris vocatur fenecio. Hanc si ferro circumscripam effodiat aliquis, tangâtque ea dentem, & alternis ter despuat, ac reponat in eundem locum, ita vt viuat herba, aiunt dentem eum postea non doliturum. Herba est trixaginis specie & mollitia, cauliculis subrubicundis: nascitur & in tegulis, & in muris. Nomen hoc Græci dederunt, quia vere canescit. Caput eius numerosa diuiditur lanugine (qualis est spinæ) inter diuisuras exeunte. Quare eam Callimachus acanthida appellat, alij pappum. Nec deinde Græcis de ea constat. Alij eruca foliis esse dixerunt, alij roboris, sed minoribus multò. Radice alij superuacua, alij neruis vtili, alij potu strangulante. E diuerso quidam regio morbo cum vino dederunt, & contra omnia vesicæ vitia: item cordis & iocineris. Renibus extrahere harenam dixerunt. Ischiadicis drachmam cum oxymelite ab ambulatione propinauere: torminibus quoque in passo vtilissimam, præcordiis etiam cibo ex aceto eam prædicantes, ferentésque in hortis. Nec defuere, qui & alterum genus facerent. Nec quale esset, demonstrarunt, contra serpentes in aqua bibendam, edendamque comitialibus dantes. Nos eam Romanis experimentis per vsus digeremus. Lanugo eius cum croco & exiguo aquæ frigidæ trita illinitur epiphoris: tota cum mica salis strumis. Ephemeron folia habet lilij, sed minora, caulem parem, florem cæruleum, semen superuacuum, radicem vnâ digitali crassitudine, dentibus præcipuam concisam in aceto, decoctamque vt tepido colluantur. Et ipsa etiam radix mobiles sistit. Causis & exesis imprimitur. Chelidoniæ radix ex aceto trita continetur ore. Erosis veratrum nigrum imponitur: mobiles vtralibet decocta in aceto firmantur. Labrum Venereum vocant in flumine nascentem. Est ei vermiculus, qui circa dentes necatur, aut causis dentium cera includitur. Cauendum, ne auulsa herba terram tangat. Ranunculum vocamus, quem Græci batrachion. Genera eius quatuor. Vnum pinguioribus, quàm coriandri, foliis, & ad latitudinem maluæ accedentibus, colore liuido, caule albo, gracili, & radice alba. Nascitur in limitibus humidis & opacis. Alterum foliosius, pluribus foliorum incisuris, altis caulibus. Tertium minimum est, graui odore, flore aureo. Quartum simile huic, flore luteo. Omnibus vis caustica, si cruda folia imponantur, pustulasque, vt ignis, faciunt. Ideo ad lepras & psoras eis vtuntur, & ad tollenda stigmata: causticisque omnibus miscent. Alopeciis imponunt, celeriter remouentes. Radix in dolore commanducata diutius, rumpit dentes. Eadem sicca concisa, sternutamen-

nutantem tunc est. Nostri herbarij strumeam vocant, quoniam medetur strumis & panis, parte in fumo suspensa. Creduntque ea rursus fata rebellare, quæ curauerint, vitia: quo scelere & plantagine vtuntur. Oris hulcera intus succus plantaginis emendat, & folia radicis que commaducata, vel si rheumatismo laboret os. Hulcera foetoremque quinquifolium. Hulcera psyllium. Composita quoque ad foetorem, vel maximè pudendum vitium trademus. Ergo folia myrti & lentisci pari pondere, gallæ Syriacæ dimidium pondus, simul terere & vino vetusto sparsa mandere matutino, optimè est. Vel ederae baccas cum casia & myrrha, pari pondere ex vino. Naribus vtilissimum est dracontij semen contritum ex melle, etiamsi carcinomata in his sint. Suggillata hyssopo emendantur.
10 Stigmata in facie, mandragora illita, delet.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIÆ
LIBER XXVI.

P R O O E M I V M.

Reliquæ per membrorum genera medicina, & de nouis morbis, & lichenes quid sint, & quando primum in Italia cœperint, & de carbunculo, & de elephantiasi, & colo.

C A P V T I.



30 **E**NSIT & facies hominum nouos, omnique æuo priore incognitos, non Italiæ modò, verum etiã vniuersæ propè Europæ, morbos: tunc quoq; nec tota Italia, nec per Illyricum Galliãve aut Hispanias magnò opere vagatos, aut alibi, quàm Romæ circaque, sine dolore quidem illos, ac sine pernicie vitæ: sed tanta foeditate, vt quæcunque mors præferenda esset. Grauiissimum ex his lichenas appellauere, Græco nòmine, Latine, quoniã à mento ferè oriebatur, ioculari primùm lasciuiã (vt est procax natura multorum in alienis miseris) mox & vsurpato vocabulo mentagram, occupantem in multis totos vtique vultus, oculis tantùm immunibus, descendẽtem verò & in colla pectusq; ac manus, foedo cutis fuffure. Non fuerat hæc lues apud maiores patresq; nostros. Et primum Tiberij Claudij Cæsaris principatu medio irrepfit in Italiam, quodã Perusi-
40 no equite Romano Quæstorio scriba, cum in Asia apparuisset, inde contagionẽ eius importante. Nec sensere id malum foeminæ, aut seruitia, plebesque humilis, aut mediã, sed proceres veloci transitu osculi maximè, foediore multorum, qui perpeti medicinã tolerauerant, cicatrice, quàm morbo. Causticis nanq; curabatur, ni vsque in ossa corpus exustũ esset, rebellãte tædio. Adueneruntque ex Ægypto genitrice taliũ vitiorum medici, hanc solam operã afferentes, magna sua præda. Siquidem certum est, Maniliũ Cornutum ex Prætoris legatum Aquitanicę prouinciæ, h- s c c. elocasse in eo morbo curadũ sese. Acciditque sæpius, vt noua contra genera morborum gregatim sentirentur. Quo mirabilius quid potest reperiri? aliqua gigni repètẽ vitia terrarum in parte certa, membrisque hominum certis, vel ætatibus, aut etiam fortunis, tanquam in malo eligẽte, hæc in
50 pueris grassari, illa in adultis: hæc proceres sentire, illa pauperes. I. Paulo, Q. Marcio Censoribus, primùm in Italiam carbunculum venisse, Annalibus conscriptum est, peculiare

Narbonensis prouinciæ malum: quo duo Consulares obiere condentibus hæc nobis eodem anno, Iulius Rufus, & Q. Lecanius Bassus, ille medicorum inscitia sectus, hic vero pollice læuæ manus euulso acu ab semetipso, tam paruo vulnere, vt vix cerni posset. Nascitur in occultissimis corporum partibus, & plerunque sub lingua, duritia rubēs varicis modo, sed nigricans capite, aliàs liuida, corpus intendens, neque intumescens, sine dolore, sine pruritu, sine alio quàm somni indicio, quo grauatos in triduo. aufert, aliquādo & horrorem afferens, circaque pustulas paruas, rarius febrem, stomachum faucēque cū inuasit, ocyssimè exanimans. Diximus elephantiasin ante Pompeij Magni ætatem non accidisse in Italia, & ipsam à facie sæpius incipientem, in nare prima veluti lenticula: mox inualescente per totum corpus, maculosa, variis coloribus & inæquali cute, alibi crassa, alibi tenui, dura, ceu scabie aspera: ad postremum verò nigrescente, & ad ossa carnes apprimente, intumescens digitis in pedibus manibúsque. Ægypti peculiare hoc malum: & cū in reges ineidisset, populis funebre. Quippe in balineis folia temperabantur humano sanguine ad medicinam eam. Et hic quidem morbus celeriter in Italia restinctus est: sicut & ille, quem gemursam appellauere prisci, inter digitos pedū nascentem, etiam nomine oblitterato. Id ipsum mirabile, alios desinere in nobis, alios durare, sicuti colum. Tiberij Cæsaris principatu irrepit id malum. Nec quisquam prior Imperatore ipso sensit, magna ciuitatis ambage, cum edicto eius excusantis valetudinem, legeret nomen incognitum. Quid hoc esse dicamus, aut quas Deorum iras? Parum enim erant homini certa morborum genera, cū supra CCC. essent, nisi etiam noua timerentur? Neque ipsi autem homines pauciora sibi opera sua negotia important. Hæc apud priscos erant, quæ memoramus, remedia, medicinam ipsa quodammodo rerum natura faciente, & diu fuere.

Laus Hippocratis.

CAP. I I.

Hippocratis certè, qui primus medendi præcepta clarissimè condidit, referta herbarum mentione inuenimus volumina: nec minus Dioclis Carystij, qui secundus ætate famaque extitit: item Praxagoræ & Chryssippi, ac deinde Erasistrati: Herophilo quidem, quanquam subtilioris sectæ conditori, ante omnes celebratam rationem eam, paulatim vsu, efficacissimo rerum omniū magistro, peculiariter vtique medicinæ, ad verba garrulitatēque descendente. Sedere nanque in his scholis auditioni operatos gratius erat, quàm ire per solitudines, & quærere herbas aliis diebus anni.

De noua medicina, & Asclepiade medico, & qua ratione veterem medicinam mutauerit.

CAP. I I I.

DVrabat tamen antiquitas firma, magnasque confessæ rei vindicabat reliquias, donec Asclepiades ætate Magni Pompeij orandi magister, nec satis in arte ea quæstuosus, vt ad alia sagacis ingenij, huc se repente conuertit: atque (vt necesse erat homini qui nec id egisset, nec remedia nosset, oculis vsuque percipienda) torrenti ac meditata quotidie oratione blandiens omnia abdicauit: totamque medicinam ad causam reuocando, coniecturam fecit, quinque res maximè communium auxiliorum professus abstinentiam cibi, aliàs vini, fricationē corporis, ambulationem, gestationes: quæ cū vnusquisque semetipsum sibi præstare posse intelligeret, fauentibus cunctis vt essent vera quæ facillima erāt, vniuersum propè humanum genus circumegit in se, nō alio modo, quàm si celo emissus aduenisset. Trahebat præterea mentes artificio mirabili, vinum promittendo ægris, dādoque tempestiuè, tum frigidam aquam. Et quoniam causas morborum scrutari prior Herophilus instituerat, vini rationem illustrauerat Cleophantus apud priscos, ipse cognominari se frigida danda præferens, vt autor est M. Varro, alia quoque blandimenta excogitabat, iam suspendendo lectulos, quorum iactatu aut morbos extenuaret, aut somnos alliceret, iam balineas auidissima hominū cupidine instituendo, & alia multa dictu grata atque iucunda: magna autoritate: nec minore fama, cū occurrisset ignoto funeri, relato homine ab rogo atque seruato, ne quis leuibus momētis tantā cōuersionem factam existimet. Id solum possumus indignari, vnum hominē è leuissima gēte, sine opibus

bus vllis orsum, veſtigalis ſui cauſa, repente leges ſalutis humano generi dediſſe, quas tamen poſtea abrogauere multi. Aſclepiadem adiuuere multa, quorum cura nimis anxia & rudis, vt obruendi ægros veſte, ſudoréſque omni modo ciedi, nunc corpora ad ignes torrendi ſolésve aſſiduo quærendi, in vrbe vmbroſa: imò verò tota Italia imperatrice, tum primùm penſili balinearum vſu ad infinitum blandientem. Præterea in quibuſdam morbis medendi cruciatus detraxit, vt in anginis, quas curabant in fauces organo demifſo. Damnauit merito & vomitiones, tunc ſupra modum frequentes. Arguit & medicamentorum potus ſtomacho inimicos, quod eſt magna ex parte vetitum. Itaque nos in primis quæ ſunt ſtomacho vtilia ſignamus.

Iriſſio Magica artis, & de lichene, eiúſque remedio, & faucium. CAP. IIII.

SVper omnia adiuuere eum Magicæ vanitates, in tantum euectæ, vt abrogare herbis fidem cunctis poſſent. Æthiopide herba amnes ac ſtagna ſiccari coniectu, tactu clauſa omnia aperiri. Achimenide coniecta in aciem hoſtium, trepidare agmina, ac terga vertere. Latacen dari ſolitam à Perſarum rege legatis, vt quocunq; veniſſent, omnium rerum copia abundarent, ac multa ſimilia. Vbinam iſtæ fuere, cùm Cimbri Teutonique terribili Marte vlularent, aut cùm Lucullus tot regés Magorum paucis legionibus ſterneret? Cúrve Romani duces primam ſemper in bellis commerciorum habuere curam? Cur hercule Cæſaris miles ad Pharfaliam famem ſenſit, ſi abundantia omnis contingere vnus herbæ felicitate poterat? Non fatius fuit Æmilianum Scipionem Carthaginis portas herba patefacere, quàm machinis clauſtra per tot annos quater? Siccentur hodie Æthiopide Pontinæ paludes, tantumq; agri ſuburbanæ reddatur Italiæ. Nam quæ apud eundem Democritum inuenitur compositio medicamenti, quo pulchri bonique & fortunati gignantur liberi, cur nunquàm Perſarum regi tales dedit? Mirum eſſet profectò, hucusque prouectam credulitatem antiquorum, ſaluberrimis ortam initiis, ſi in vlla re modum humana ingenia nouiſſent, atque non hanc ipſam medicinam ab Aſclepiade reptam, ſuo loco probaturi eſſemus euectam vltra Magos etiam. Sed hæc eſt omni in re animorum conditio, vt à neceſſariis orſa primò, cuncta peruenerint ad nimium. Igitur demonſtratarum priore libro herbarum reliquos effectus reddemus: adiciemus, vt quaſque ratio dictauerit. Sed in lichenis remediis, atque tam fœdo malo, plura vndique aceruabimus, quanquam non paucis iam demonſtratis. Medetur ergo plantago trita, quinquefolium, radix albugi ex aceto, ficulnei caules aceto decocti, hibifci radix cù glutino & aceto acri decocta ad quartas. Defricantur etiam pumice, vt rumicis radix trita ex aceto illinatur, & flos viſci cum calce ſubactus. Laudatur & tithymali cum reſina decoctum. Lichen verò herba omnibus his præfertur, inde nomine inuento. Naſcitur in faxoſis, folio vno ad radicem lato, caule vno, paruo, longis foliis dependentibus. Hæc delet & ſtigmata. Teritur cum melle. Eſt aliud genus lichenis, petris totum inhærens, vt muſcus, qui & ipſe illinitur. Hic & ſanguinem ſiſtit vulneribus inſtillatus, & collectiones illitus. Morbum quoque regium cum melle ſanat ore illito & lingua. Qui ita curantur, aqua falſa lauari iubentur, vngi oleo amygdalino, hortenſis abſtinere. Ad lichenas & thapſiæ radice vtuntur trita cum melle. Anginæ argemonia medetur ſumpta ex vino: hyſſopum cum vino decoctum & gargarizatum: peucedanum cum coagulo vituli marini æquis partibus. Proſerpinaca cum muria ex mænis & oleo trita, vel ſub lingua habita. Item fuccus de quinquefolio, potus cyathis tribus. Hic & omnibus faucium vitiis medetur gargarizatus: verbaſcum priuatim tonſillis in aqua potum.

Ad ſtrumas, & ad digitos, & ad pectus, & ad ruſſim medicinæ. CAP. V.

STrumis plantago: chelidonia cum melle & axungia: quinquefolium: radix perſolæ item cum axungia, operitur folio ſuo impoſita. Item artemiſia: radix mandragoræ ex aqua. Sideritis lata folia, clauo ſiniſtra manu circumſoſſa adalligantur, cuſtodienda ſanatis, ne ruſſus fata diro herbariorum ſcelere (vt in quibuſdam) rebellet: quod & in his, quos artemiſia ſanauerit, prædici reperio: item in his, quos plantago. Damaſonion, quæ & alcea vocatur, ſub ſolſtitio collecta, imponitur ex aqua cæleſti, folium tritum, vel radix

cum axungia tusa, ita vt imposita folio suo operiatur. Sic & ad omnes ceruicis dolores, tumorésque quacunque in parte. Bellis in pratis nascitur, flore albo, aliquatenus rubente. Hanc cum artemisia illitam, efficaciorē esse produnt. Condurdum herba solstitialis, flore rubro, suspensa in collo, comprimere dicitur strumas: item verbenaca cum plantagine. Digitorum vitii omnibus, & priuatim pterygiis, quinque folium medetur. In pectoris vitii vel grauissimum est tussis: huic medetur panacis radix in vino dulci. Succus hyoscyami etiam sanguinem excreantibus: nidor quoque accēsi tussientibus. Item scordotis misto nasturtio & resina, cum melle tusa arida. Facit & per se faciles excreationes. Item centaureum maius, vel sanguinem reiicientibus: cui vitio & plantaginis succus medetur. Et Vettonica obolis tribus in aqua, contra purulentas, contraque cruentas ex-¹⁶ creationes. Persolatæ radix drachmæ ponderis, cum pineis nucleis, vndecim. Peucedani succus, pectoris doloribus, & acorum subuenit, & ideo antidotis miscetur: tussi daucum: item Scythica herba. Ea demum omnibus pectoris vitii, tussi & purulenta excreantibus, obolis tribus in passio.

De verbasco, & cacalia vel tussilagine, & bechio, & salua, ad tussim.

C A P.

V I.

TOtidem verbascum, cuius flos aureus. Tanta huic vis est, vt iumentis etiam non tussientibus modo, sed illa quoque trahentibus, auxilietur potu: quod & de gentiana reperio. Radix cacaliæ commanducata, & in vino madefacta, non tussi rātum, sed & faucibus prodest. Hyssopi quoque quinque rami cum duobus rutæ & ficis tribus decocti²⁰ thoracem purgant. Tussim sedat bechion, quæ & tussilago dicitur. Duo eius genera. Syluestris vbi nascitur, subesse aquas credunt: & hoc habent signū aquileges. Folia sunt maiuscula, quàm ederæ, quinque aut septem, subalbida à terra, supernè pallida, sine caule, sine flore, sine semine, radice tenui. Quidam eandem esse bechion, & alio nomine chamæleucen putant. Huius aridæ cum radice fumus per harundinem haustus & deuoratus, veterem sanare dicitur tussim: sed in singulos haustus passum gustandum est. Altera à quibusdam salua appellatur, similis verbasco: conteritur ea, & colata calefit, atque ita ad tussim laterisque dolores bibitur: contra scorpiones eadem & dracones marinos efficacax. Contra serpentes quoque ex oleo perungi ea prodest. Hyssopi fasciculus cum quadrante mellis decoquitur ad tussim.

Ad lateris dolores & pectoris, ad orthopnæas, ad iocineris dolorem, cordis dolori, pulmonis, vrina, tussi, pectori, hulceribus, renibus, hepaticis, ad vomitiones, & ad singultus, pleuriticis, lateri.

C A P.

V I I.

LAteris & pectoris dolores verbascum cum ruta ex aqua, Vettonicæ farina bibitur ex aqua calida. Stomachum corroborat scordotis succus, centaureum, gentiana, ex aqua potæ. Plantago aut per se sumpta in cibo, aut cum lente alicæve sorbitione. Vettonica aliàs grauis stomacho, vitia tamen sanat pota, vel foliis cōmanducata. Item aristolochia pota: agaricum manducatum siccum, vt ex interuallo merum sorbeatur: nymphæa heraclia illita: peucedani succus. Psyllion ardoribus imponitur, vel cotyledon trita cum po⁴⁰ lenta, vel aeizoum. Molon scapo est striato, foliis mollibus paruis, radice iij. digitorum, in qua extrema alij caput est. Vocatur à quibusdā syrō. Ex vino stomacho, & dyspnæa medetur: centaurium maius ecligmate: plantago succo vel cibo: Vettonicæ tussæ pondo libra mellis Attici semuncia ex aqua calida quotidie bibentibus. Aristolochia vel agaricon, obolis ternis ex aqua calida, aut lacte asini pota. Cissanthemos ad orthopnæas bibitur: item hyssopum & asthmaticis. Peucedani succus in iocineris doloribus, & pectoris laterisque, si febres non sint. Sanguinem quoque expuentibus subuenit agaricū, Victoriati pondere tritū & in mulsi v. cyathis datum. Idem & amomō facit. Iocineri priuatim Teucra bibitur recens, drachmis iij. in poscæ hemina. Vettonicæ drachma vna in aqua calida cyathis ij. ad cordis vitia, in frigida cyathis ij. Quinquefolij succus iocineris &⁵⁰ pulmonis vitii, sanguinemque reiiciētibus, & cuicunque sanguinis vitio intus occurrit.

Iocineri

Iocineri anagallides mirè profunt. Capnon herbam qui edère, bilem per vrinam reddunt. Acoron iocineri medetur, thoraci quoque & præcordiis. Caucon, quæ & ephedra, ab aliis anabasis vocata, nascitur ventoso ferè tractu, scandens arborem, & ex ramis pro-pendens, folio nullo, cirris numerosa, qui sunt iunci geniculati, radice pallida. Datur ex vino nigro austero trita ad tussim, suspiria, tormina, & sorbitione facta, in quam vinum addi conuenit. Item gentiana madefacta pridie contrita denarij pondere in vini cya-this tribus. Geum radículas tenues habet, nigras, bene olentes. Medetur non modò pe-ctoris doloribus aut lateris, sed & cruditates discutit iucundo sapore. Verbenaca verò omnibus visceribus medetur, lateribus, pulmonibus, iocineribus, thoraci. Peculiariter
10 autem pulmonibus, & quos ab his phthisis tentat. Radix herbæ consiliginis, quam nu-
per inuentam diximus, suum quidem & pecoris omnis remedium præfens est pulmonū
vitio, vel trajecta tantum in auricula. Bibi debet ex aqua, haberiq; in ore assidue sub lin-
gua. Superficies eius herbæ an sit in aliquo vsu, adhuc incertum est. Renibus prodest
plantaginis cibus, Vettonicæ potus, agaricum potum, vt in tussi. Tripolium in maritimis
nascitur saxi, vbi alludit vnda, neque in mari, neque in sicco, folio isatis crassiore, palmo
alto, in mucrone diuiso, radice alba, odorata, crassa, calidi gustus. Datur hepaticis in far-
re decocta. Hæc herba eadem videtur quibusdam, quæ polium, de qua suo loco dixi-
mus. Symphonia, vel gromphena, alternis viridibus roseisque per caulem foliis, in posca
sanguinem reiicientibus medetur. Iocineri autem herba melandryum, nascens in segete
20 ac pratis, flore albo odorata. Eius cauliculus conteritur ex vino vetere. Item herba chal-
cetum è vineis contrita imponitur. Faciles præstat vomitiones radix Vettonicæ, ellebo-
ri modo i i j. drachmis in passo aut mulso. Hyssopū tritum cum melle vtilius, præsum-
pto nasturtio aut irione: molemonium denarij pondere. Est & silybo lacteus succus, qui
densatus in gummi, fumitur cum melle supra dicto pondere: præcipueque bilem trahit.
Rursus sistunt vomitionem cuminum syluestre, Vettonicæ farina: sumuntur ex aqua.
Abstergent fastidia, cruditatesque digerunt, daucum, Vettonicæ farina ex aqua mulsa,
plantago decocta caulium modo. Singultus hemionium sedat: item aristolochia. Suspi-
ria clymenos. Pleuriticis & peripneumonicis centaureum maius: item hyssopum bibe-
tur. Pleuriticis peucedani succus. Halus autem, quam Galli sic vocant, Veneti cotoneam,
30 medetur lateri: item renibus cõuulsisque & ruptis. Similis est cunilæ bubulæ, cacumini-
bus thymo, dulcis, & sitim sedans, raræ radicis, alibi albæ, alibi nigræ. Eosdem effectus la-
teris doloribus habet chamærops, myrteis circa caulem geminis foliis, capitibus Græ-
culæ rosæ, ex vino pota. Ischiadicos dolores & spinę leuat agaricum potum, vt in tussi.
Item stœchadis, aut Vettonicæ farina ex aqua mulsa.

*De omnibus vitiis ventris & remediis, & eorum quæ circa vel
intra sunt, & de aluo sistenda vel soluenda.*

C A P. V I I I.

PLurimum tamen homini negotij aluus exhibet, cuius causa maior pars mortalium
viuit. Alias enim cibos non transmittit, alias non continet, alias non capit, alias non
40 conficit. Eoq; mores venere, vt homo maximè cibo pereat. Pessimum corporum vas in-
stat vt creditor, & sepius die appellat. Huius gratia præcipue avaritia expetitur: huic lu-
xuria conditur: huic nauigatur ad Phasin: huic profundi vada exquiruntur. Et nemo vili-
tatem eius æstimat, consummationis fœditate. Ergo numerosissima est circa hanc medi-
cinę opera. Sistit eam scordotis recentis drachma cum vino trita, vel decocta potu. Po-
lemonia quoque & dysentericis ex vino datur: verbasci radix pota ex aqua duorum digi-
torum magnitudine: nymphææ heraclię femē cum vino potum: radix superior è xiphio,
drachmæ pondere ex aceto. Semen plantaginis in vino tritum, vel ipsa ex aceto cocta,
aut alica ex succo eius sumpta. Item cum lenticula cocta, vel aridæ farina inspersa potio-
ni cum papauere tosto & trito, vel succus infusus, aut succus Vettonicæ, in vino ferro
50 calefacto. Eadem cœliacis in vino austero datur: his & iberis imponitur, vt dictum
est. Tenesmo radix nymphææ heraclię è vino bibitur: psyllium in aqua: acori redicis

decoctum. Acizoi succus aluum sistit & dysenterias, & tineas rotundas pellit. Symphyti radix dysenteriam sistit: item dauci. Acizoum foliis contritis ex vino torminibus resistit. Alceæ siccæ farina torminibus pota cum vino. Astragalus folia habet longa incisuris multis, obliqua circa radices, caules i i j. aut i i i j. foliorum plenos, florem hyacinthi, radices villosas, implicatas, rubras, præduras. Nascitur in petrosis, apricis, & iisdem niualibus, sicut Pheneo Arcadiæ: Vis ei ad spissanda corpora. Aluum sistit radix in vino pota: quo fit vt moueat vrinam repercusso liquore, sicut pleraque quæ aluum sistunt. Sanat & dysentericos in vino rubro tusa. Difficile autem tunditur. Eadem gingiuarum suppurationi vtilissima est fotu. Colligitur exitu autumnii, cum folia amisit: siccat in vmbra. Et ladano sistitur aluus vtroque, quod in segetibus nascitur, confuso & cribrato: bibitur ex aqua mulsa: item nobili è vino. Lada appellatur herba, ex qua ladanum fit in Cypro, barbibus caprarum adhærescens. Nobilius in Arabia. Fit iam & in Syria atque Africa, quod toxicon vocant. Neruos enim in arcu circumdatos lanis trahunt, adhærescente rosida lanugine. Plura de eo diximus inter vnguenta. Hoc grauissimum odore est, durissimumque tactu. Plurimum enim terræ colligit, cum probetur maximè purum, odoratû, molle, viride, resinofum. Natura ei, molliendi, siccandi, concoquendi, somnum alliciendi. Capillum fluxum cohibet, nigritiamque custodit. Auribus cum hydromelite aut rosaceo infunditur. Furfures cutis & manantia hulcera sale addito sanat. Tussim veterem cum styrace sumptum. Efficacissimum ad ructus. Aluum sistit & chondris, siue pseudodictamnium: hypocisthis, orobathion quibusdâ dicta, malogranato immaturo similis. Nascitur, vt diximus, sub cistho, vnde nomen. Hæc arefacta in vmbra sistit aluum ex vino austero nigròque vtraque. Duo enim genera eius, candida & rufa. Vfus in succo: spissat, siccat: & rufa magis stomachi rheumatismos emendat. Pota tribus obolis, sanguinis excretionibus. Cum amylo dysenterias pota & infusa. Item verbenaca ex aqua data, aut carentibus febre ex vino ammineo: cochlearibus quinque additis in cyathos tres vini. Lauer quoque nascens in riuis condita & cocta torminibus medetur. Potamogeton vero ex vino dysentericis etiam & celiacis, similis betæ foliis, minoribus tantum hirsutioribusque, paulatim supereminens extra aquam, peculiariter refrigerat, spissat. Vfus in foliis, cruribus vitiosis vtilia, & contra hulcerum nomas, cum melle vel aceto. Castor hanc aliter nouerat, tenui folio velut equinis fetis, thyrsò longo & læui, in aquo sis nascetem. Radice sanabat strumas & duritias. Potamogeton aduersatur & crocodilis, itaque secum habent eam, qui venantur illos. Aluum sistit & Achillea. Eisdem effectus præstat & statice vij. caulibus, veluti rosæ capita sustinens. Ceratia vno folio, radice nodosa & magna, in cibo celiacis & dysentericis medetur. Leontopodion, alij leuceoron, alij dorypetron, alij thorybetron vocant, cuius radix aluum sistit, purgatque bilem, in aquamulsam addito pondere denariorum duum. Nascitur in campestri & gracili solo. Semen eius potum, lymphatica somnia facere dicitur. Lagopus sistit aluum è vino pota, aut in febre ex aqua. Eadem inguini adalligatur in tumore. Nascitur in segetibus. Multi super omnia laudant ad deploratos dysentericos quinquefolium, decoctis in lacte radicibus potis: & aristolochiam Victoriati pondere in cyathis vini tribus. Quæ ex supra dictis calida fermentur, hæc candente ferro temperari aptius erit. E diuerso purgat aluum succus centaurei minoris, drachma in hemina aquæ cum exiguo salis & aceti, bilémque detrahit. Maiore tormina discutuntur. Vettonica aluum soluit drachmis quatuor, in hydromelitis cyathis nouem. Item euphorbium vel agaricum drachmis duabus cum sale modico potum ex aqua, aut in mulso obolis tribus. Soluit & cyclaminos ex aqua pota, aut balanis subditis: item chamæcissi balanus. Hyssopi manipulus decoctus ad tertias cum sale, pituitas trahit illitus, vel contritus cum oxymelite & sale: pellitque ventris animalia. Pituitam & bilem detrahit peucedani radix. Aluum purgat anagallis ex aqua mulsa: item epithymon, qui est flos è thymo,atureiæ simili. Differentia, quod hic herbaceus est, alterius thymi albus: quidam hippopheon vocant: stomacho minus vtilis, vomitiones minus mouet: sed tormina & inflationes discutit. Sumitur & ecligmate ad pectoris vitia cum melle,

melle, & aliquando iride. Aluum soluit, à quatuor drachmis ad sex, cum mellis exiguo salisque & aceti. Quidam aliter epithimum tradunt, sine radice nasci tenui similitudine pallioli, rubens: siccari in umbra, bibi ex aqua acetabuli parte dimidia, detrahere pituitam bilèmque. Aluum leniter soluit & nymphæa in vino austero. Soluit & pycnocomo, eru-
 cæ foliis crassioribus & rarioribus, radice rotunda, lutei coloris, terram olète, caule qua-
 drangulo, modico, tenui, flore ocimi. Inuenitur in saxosis locis. Radix eius in aqua mulsa
 denariorum duùm pondere, & aluum, & bilem, & pituitam exinanit. Semen somnia tu-
 multuosa facit, vna drachma in vino potum. Et capnos strumam discutit. Detrahit bilem
 polypodium, quam nostri filiculam vocant: similis enim est filici. Radix in vsu, pilosa, co-
 10 loris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cauernosa, ceu polyporum cir-
 ri, subdulcis, in petris nascens, aut sub arboribus vetustis. Exprimitur succus aqua made-
 facta: & ipsa concisa inspergitur oleri vel betæ, vel maluæ, vel falsamento: vel cum pul-
 tula coquitur ad aluum vel in febris leniter soluendam. Detrahit bilem & pituita, stoma-
 chum offendit. Aridæ farina indita naribus polypum consumit. Floret, & semen nõ fert.
 Scammonium quoque dissolutionem stomachi facit, bilem detrahit, aluum soluit, præ-
 terquam si adiiciantur aloës drachmæ duæ obolis eius duobus. Est autem succus herbæ
 ab radice ramosæ, pinguibus foliis, triangulis, albis, radice crassa, madida, nauseosa. Nasci-
 tur pingui & albo solo. Radix circa Canis ortum excuatur, vt in ipsa confluat succus:
 qui Sole siccatus, digeritur in pastillos. Siccatur & ipsa, vel cortex. Laudatur natione Co-
 20 lophonium, Mysium, Priense: specie autè nitidum, & quàm simillimum taurino glu-
 tini, fungosum tenuissimis fistulis, citò liquefcens, virus redolens, gummosum, linguæ ta-
 ctu lactescens, quàm leuissimum, cum diluitur, albescens. Hoc euenit & adulterino, quod
 fit erui farina & tithymali marini succo, in Iudæa ferè: quod etiam strangulat sumptum.
 Deprehenditur gustu. Tithymalus enim linguam excalfacit bulbi more, nec antè, nec
 postea vtile. Dedere & per se ex aqua mulsa & sale quaternis obolis. Sed vtilissimè cum
 aloë, ita vt incipiente purgatione mulsam bibatur. Fit & decoctum radice in aceto ad
 crassitudinem mellis, quo lepræ illinuntur: & caput vngitur in dolore cum oleo. Tithy-
 malum nostri herbam lactariam vocant, alij lactucam caprinam: narrantque lacte eius in-
 scripto corpore, cum inaruerit, si cinis inspergatur, apparere literas, & ita quidam adulte-
 30 ras alloqui maluerunt, quàm codicillis. Genera eius multa. Primus cognominatur chara-
 cias, qui & masculus existimatur, ramis digitali crassitudine, rubris, rugosis, quinque aut
 sex, cubitali longitudine, à radice foliis pendulis, in cacuminibus coma iunci. Nascitur in
 asperis maritimis. Legitur semen autumnò cum coma: siccatum sole tunditur & reponi-
 tur. Succus verò incipiente pomorum lanugine defractis ramulis excipitur farina erui,
 aut ficis, vt cum iis arefcant. Quinas autem guttas singulis excipi satis est. Traduntque
 etiam toties purgari hydropicos fico sumpta, quot guttas lactis exceperit. Succus cum
 colligitur, ne attingat oculos cauendum est. Fit & è foliis tuis priore minus efficax. Fit &
 decoctum è ramis. Est & semen in vsu cum melle decoctum ad catapotia soluendæ alui
 gratia. Semen & dentium cauis cera includitur. Colluuntur & radice decocto è vino aut
 40 oleo. Illinunt & lichenas succo: bibuntque eum, vt purgèt vomitione, & aluo soluta, aliàs
 stomacho inutilem. Trahit pituita sale adiecto in potu, bilem aphronitro. Si per aluum
 purgari libeat, in posca: si vomitione, in passo aut aqua mulsa. Media potio tribus obolis
 datur. Ficos à cibo sumpsisse melius est. Fauces vrit leniter. Est enim tam feruentis natu-
 ræ, vt per se extra corpori impositum, pustulas ignium modo faciat, & pro caustico in vsu
 sit. Alterum genus tithymali myrsiniten vocant, alij caryiten, foliis myrti acutis & pun-
 gentibus, sed mollioribus, & ipsum in asperis nascens. Colliguntur comæ eius hordeo
 turgescente, siccataque in umbra diebus nouem in Sole inarescunt. Fructus non pariter
 maturefcit, sed pars anno sequente, & nux vocatur. Inde cognomen Græci dedere. De-
 metitur cum messium maturitate, lauaturque, dein siccatur, & datur cum papaueris ni-
 50 gri duabus partibus, ita vt fit totum acetabuli modus: minùs his vomitionibus, quàm su-
 perior, cæteri item. Aliqui sic & folium eius dedere, nucem verò ipsam mulso, aut pas-

fo, vel cum scama. Trahit bilem & pituitam per aluum. Oris hulcera sanat. Ad nomas oris folium cum melle estur. Tertium genus tithymali paralius vocatur siue tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, semine albo, quod colligitur incipiente vua, & siccatum teritur, sumiturque acetabuli mensura ad purgationes. Quartum genus helioscopion appellant, foliis portulacæ, ramulis stantibus à radice quatuor aut quinque, rubentibus, semipedali altitudine, succi plenis. Hoc circa oppida nascitur, semine albo, columbis gratissimo, quod colligitur incipiente vua. Nomen accipit, quoniam capita cum Sole circumagit. Trahit bilem per inferna in oxymelite dimidio acetabulo: cæteri vsus, qui characiæ. Quintum cyparissian vocant propter foliorum similitudinem, caule gemino aut triplici nascentem in campestribus: cui eadem vis, quæ helioscopio, aut characiæ. Sextum platyphyllon vocant: alij corymbiten, alij amygdaliten à similitudine. Nec vllius latiora sunt folia. Pisces necat, aluum soluit, radice vel foliis vel succo in mulso aut aqua mulsa drachmis quatuor. Detrahit priuatim aquas. Septimum dendroides cognominat, alij cobion, alij leptophyllon, in petris nascens, comosissimum ex omnibus maximè cauliculis rubentibus, & semine copiosissimum, eiusdem effectus, cuius characias. Apios ischas, siue raphanofagra, iuncos duos, siue tres spargit in terra rubentes, foliis rutæ: radix cæpæ, sed amplior: quare quidam raphanum syluestrem vocant. Intus habet mammam candidam, extra cortices nigros. Nascitur in montosis asperis, aliquando & in herbosis. Effoditur verè, tusaque in fictili mergitur: deiecto que quod supernat, reliquus succus purgat vtraque parte, sesquibolo in aqua mulsa. Sic & hydropicis datur acetabuli mensura. Inspergitur & aridæ radice farina potioni: aiuntque superiorem partem eius vomitione biles extrahere, inferiorem per aluum. Tormina discutit quodcumque panaces & Vettonica, præterquàm à cruditate: peucedani succus & inflationes, ructus gignens: item acori radix daucumve, si lactucæ modo sumatur. Ladanum Cyprium potum interaneorum vitiis occurrit: item gentianæ farina, ex aqua tepida fabæ magnitudine. Plantago manè sumpta duabus linguis, & tertia papaueris in vini nō veteris cyathis ii i j. Datur & in somnum euntibus, addito nitro vel polenta, si multo post cibum detur. Colo infunditur hemina succi, vel in febris. Agaricum potum obolis tribus in vini veteris cyatho vno, lienem medetur: & panacis omnium generum radix in mulso. Sed Teucria præcipuè, pota arida & decocta, quantum manus capiat, in aceti heminis tribus. Ad vulnus illinitur eadem cum aceto: aut si tolerari non possit, ex ficu vel aqua. Polemonia bibitur ex vino. Vettonica drachma in oxymelitis cyathis tribus. Aristolochia, vt contra serpentes. Argemonia v i j. diebus in cibo sumpta, lienem consumere dicitur: agaricum in aceto mulso obolis duobus. Nymphææ heracliaæ radix è vino pota, & ipsa consumit. Cissanthemus, drachma bis die sumpta, in vini albi cyathis i j. per dies xl. lienem dicitur paulatim emittere per vrinam. Prodest & hyssopum cum fico decoctum. Lonchitidis radix decocta, priusquàm semen emittat. Peucedani quoque radix decocta, & lienem & renibus. Lien acori potu consumitur. Præcordiis & ilibus vtilissimæ radices. Clymeni semen potum diebus xxx. pondere denarij in vino albo. Vettonicæ farina ex melle & aceto scillite pota. Radix lonchitidis in aqua, & Teucrium illinitur. Item scordium cum cera, agaricum cum farina foenigræci, vesicæ malis, contraque calculos grauissimis cruciatibus, vt diximus, auxilio est. Polemonia ex vino pota: item agaricum. Plantago radice vel foliis potis ex passo. Et Vettonica, vt in iocinere diximus. Item ramici, pota atque illita. Eadē ad strangurias efficacissima. Ad calculos quidam Vettonicam & verbenacam & millefolium æquis portionibus ex aqua, pro singulari remedio bibere suadent. Strangurias discuti & dictamno certum est. Item quinquefolio decocto ad tertias in vino: hoc & enterocelicis dari atque illini, vtilissimum est. Xiphij quoque radix superior, vrinam ciet infantibus. Enterocelicis datur ex aqua, & illinitur vesicæ vitiis. Peucedani succus infantium ramici: & vmbilicis eminentibus psyllion illinitur. Vrinam ciet anagallides, acorique radices decoctum, vel ipsa trita potaque, & omnia vesicæ vitia sanat. Et calculos herba & radix cotyledonis. Itēque genitalium inflammationem omnem, pari pondere

pondere caulis & feminis & myrrhæ. Ebulum teneris cum foliis tritum, ex vino potum, calculos pellit: impositum testes sanat. Erigeron quoque cum farina thuris & vino dulci, testium inflammationes sanat. Symphyti radix illita enterocelas cohibet: genitalium nomas hypocisthis alba. Artemisia quoque datur contra calculos ex vino dulci, & ad stranguriam. Dolores vesicæ sedat ex vino nymphæ heraclis radix. Eadem vis crethmo, ab Hippocrate admodum laudata. Est autem inter eas, quæ eduntur syluestrium herbarum. Hanc certè apud Callimachum apponit rustica illa Hecale: speciesque est batis hortensis. Caulis vnus palmum altus, semen feruens, odoratum, ceu libanotidis, rotundum, siccatû rumpitur: habet intus nucleum candidum, quem aliqui cachryn vocant. Folia pingua, albicant veluti oliuæ, crassiora, & salsa gustu: radices digiti crassitudine tres aut quatuor. Nascitur in maritimis petrosis. Estur crudum coctumve cum olere, odorati saporis & iucundi. Seruatur etiam in muria: præcipui vsus ad stranguriam, folio, vel caule, vel radice ex vino. Colorem quoque corporis gratiorem facit, verum æquo largior inflationes. Aluû soluit decocto vrinamque, & à renibus humorem trahit. Sic & althææ siccæ farina in vino pota, stranguriam tollit. efficacius addito dauco. Lieniquoque utilis. Aduersus serpentes bibitur. Iumentis quoque in pituita, aut stranguria hordeo inspersa succurrit. Anthyllion est lenti simillima, quæ in vino pota, vesicas vitii liberat, sanguinem sistit. Altera est anthyllis, chamæpityos similis, flore purpureo, odore graui, radice intubi. Vel magis cepæa, similis portulacæ, nigriore radice, sed inutili, nascens in litoribus harenosis, gustu amara. In vino cum asparagi radice vesicæ plurimum prodest. Eadem præstat hypericon, quam alij chamæpityn, alij corion appellant, oleraceo frutice, tenui, cubitali, rubente, folio rutæ, odore acri, femine in siliqua nigro, maturescente cum hordeo. Natura semini spissandi, aluum sistit: vrinam ciet: ad calculos vesicæ cum vino bibitur. Est aliud hypericon, quod alij corin appellant, folio tamaricis, & sub ea nascitur, sed pinguioribus foliis & minus rubentibus, odoratum, palmo altius, leniter suaue, aculeatum. Vis semini excalfactoria, & ideo inflationem facit enterocelis: sed stomacho non inutile, præcipuum ad stranguriam, si exulcerata non sit vesica. Medetur & pleuriticis ex vino potum. Vesicæ autem callitrichon trita simul cum cumino, & data ex vino albo. Verbenaca quoque foliis decocta ad tertias, vel radix eius è mulso calido calculos eiicit. Item perpressa, quæ Aretij & in Illyrico nascitur, in aqua decocta è tribus heminis ad vnam, & pota. Trifolium ex vino sumptum, & chrysanthemum primum. Anthemum quoque calculos eiicit, paruis à radice foliis quinis, caulibus longis duobus, flore roseo: radices tritæ per se, ceu lauer crudum. Silaus nascitur glareosis & perennibus riuis, cubitalis, apij similitudine. Coquitur, vt olus acidum, magna vtilitate vesicæ: quæ si scabiem sentiat, panacis radice sanatur, aliter inutile vesicis. Calculos pellit malum erraticum, radice libra in vini congio decocta ad dimidias: inde heminæ sumuntur per triduum. Reliquum ex vino cum sio, & vrtica marina, & daucum, & plantaginis semen ex vino. Et herba Fuluiana trita ex vino: hæc nomen inuentoris habet, nota tractantibus, vrinam ciet. Scordion testium tumores sedat. Hyoscyamum genitalibus medetur: peucedani succus ex melle, & semen, & stranguriæ: agaricû obolis tribus in vini veteris cyatho vno: trifolij radix drachmis duabus in vino: dauci vna drachma, vel feminis. Ischiadici & femine & foliis erythrodani tritis sanantur, panace pota: & infricata polemonia, aristolochiæ decocto folij. Agarico quidem & neruus, qui platys appellatur, & humerorum dolor sanatur, obolis tribus in vini veteris cyatho vno pota. Quinquifolium ischiadicis & bibitur & imponitur. Item scammonia decocta cum hordei farina. Semè hyperici vtriusque bibitur ex vino. Sedis vitia & attritus celerrimè sanat plantago: condylomata quinquifolium: sedem conuersam cyclamini radix ex aceto. Anagallis cærulæa procidentia sedis retro agit: è diuerso rubens proritat. Catyledon condylomata & hæmorrhoidas mirè curat. Testium tumores acori radix decocta in vino tritaque & illita. Intertrigines negat fieri Cato, ab sinthium Ponticum secum habentibus.

De pulegio, & argemone.

CAP. IX.

Alij adiciunt & pulegium: quod ieiunus qui legerit, si post se alliget, inguinis dolores prohibet aut fedat coeptos. Inguinaria (quam quidam argemonem vocant) passim in vepribus nascens, vt profit inguinibus, in manu tantum habenda est. Panos sanat panaces cum melle: plantago cum sale: quinquefolium: perfolata rad x, vt in Itrumis: item damasonium: verbascum cum sua radice tusum, vino aspersum, folioque inuolutum, & ita in cinere calfactum, vt imponatur calidum. Experti affirmare, plurimum referre si virgo imponat nuda, ieiuna ieiuno, & manu supina tangens dicat: Negat Apollo pestem posse crescere, quam nuda virgo restinguat: atque ita retrorsa manu ter dicat, totiesque despuant ambo. Medetur & radix mandragoræ ex aqua: radicis scammonia decoctum cum melle: ¹⁰ fideritis cum adipe veteri: vel Chryssipea cum ficis pinguibus. & hæc ab inuente habet nomen.

De nymphæa, & abstinentia & appetentia Veneris, & de satyrio erythraico, & crategi, & sideriti.

CAP. X.

Venerem in totum adimit, vt diximus, nymphæa heraclia, eadem semel pota, in xl. dies. Insomnia quoque Veneris à ieiuno pota, & in cibo sumpta. Illita quoque radix genitalibus, inhibet non solum Venerem, sed & affluentiam genituræ: ob id corpus alere vocemque dicitur. Appetentiam Veneris facit radix è xiphio superior, data potu in vino. Item quam crethmon agrion appellant: & horminos agrios, cum polenta contrita. Sed inter pauca mirabilis est orchis herba, siue serapias, foliis porri, caule palmeo, ²⁰ flo. re purpureo, gemina radice, testiculis simili, ita vt maior, siue (vt aliqui dicunt) durior, ex aqua pota excitet libidinem: minor siue mollior, è lacte caprino inhibeat. Quidam folio scillæ esse dicunt læuiori ac minori, caule spinoso. Eiusque radices sanant oris hulcera, thoracis pituitas, aluum sistunt è vino potæ. Concitatricem vim habet satyrion. Duo eius genera: vna longioribus foliis, quam oleæ, caule quatuor digitorum, flore purpureo, radice gemina ad formam hominis testium, alterius annis intumescente ac residete. Altera satyrion orchis cognominatur, & fœmina esse creditur. Distinguitur internodiis & ramosiore frutice, ratice fascinis utili. Nascitur ferè iuxta mare. Hæc tumores & vitia partium earum erumpentia cum polenta illita sedat, vel per se trita. Superioris radix in lacte ouis colonicæ data, neruos intendit: eadè ex aqua remittit. Græci satyrion, foliis lili rubri ³⁰ minoribus, & tribus non amplius è terra exeuntibus tradunt, caule læui, cubitali, nudo, radice gemina: cuius inferior pars & maior mares gignat, superior ac minor fœminas. Et aliud genus fatirij (erythraicon appellant) semine viticis maiore, læui: duræ radicis cortice rubro intus album includi, sapore subdulce: ferè in montosis inueniri. Venerem, etiã si omnino manu teneatur radix, stimulari, adeò si bibatur in vino austero. Arietibus quoque & hircis segnioribus in potu dari. Et à Sarmatis equis ob assiduum laborem pigrioribus in coitu, quod vitium profedamum vocant. Vim eius restinguit aqua mulsa aut lactuca sumpta. In totum quidem Græci, cum concitationem hanc volunt significare, satyrion appellant, sic & crategin cognominantes, & thelygonon, quarum semen testium simile est. Tithymali quoque ramorum medullam habentes, ad Venerem proniores fieri dicuntur. Prodigiosa sunt, quæ circa hoc tradidit Theophrastus, autor alioqui grauis, septuageno coitu durasse libidinem contactu herbæ cuiusdam, cuius nomen speciemque non posuit. Sideritis adalligata varices minuit, & sine dolore præstat. Podagræ morbus rarior solebat esse, non modo patrum aorumque memoria, verum etiam nostra, peregrinus & ipse. Nam si Italiæ fuisset antiquitus, Latinum nomen inuenisset. Infamabilis non est credendus: quippe quoniam & sponte desit, & in pluribus cura. Medentur panacis radices cum vua passa: succus hyoscyami cum farina vel semen: scordion ex aceto: iberis, vt dictum est. Verbenaca cum axungia trita, cyclamini radix, cuius decoctum & pernionibus prodest. Podagras refrigerat radix è xiphio, semen è psyllio, ⁴⁰ cicuta cum lithargyro aut axungia, acizoum in primo impetu podagræ rubentis, hoc est, calidæ. Vtrilibet verò cõuenit erigeron cum axungia, plantaginis folia trita addito sale ⁵⁰ modico,

dico, argemonia tusa ex melle. Medetur & verbenaca illita, aut si pedes macerentur in eius decocto. Et lappago, similis anagallidi, nisi esset ramosior ac pluribus foliis aspera, rugosa, asperioris succi, grauis odoris: quæ talis est, mollugo vocatur: similis, sed asperioribus foliis, asperugo. Superioris succus expressus pondere x j. denariorum in vini cyathis duobus quotidie sumitur. Præcipuè verò liberat eo malo phycos thalassion, id est, fucus marinus, lactucæ similis, qui conchyliis substernitur: non podagræ modò, sed omnibus articulorum morbis impositus, prius quàm exare fiat. Tria autem genera eius: latum, & alterum longius, quadantenus rubens: tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur, omnia eiusdem vsus. Nicander ea & aduersus serpentes in vino dedit. Salutare est & semen eius herbæ, quam psyllion appellauimus, madefactum aqua, admistis in heminam seminis, resinæ Colophonix cochlearibus duobus, thuris vno. Laudatur & mandragoræ folia cum polenta tusa.

Medicinae generales de pedibus, talis, articulis, neruis, & remedia contra morbos qui totum corpus occupant, & de merthryda, & vigiliis, & paralyti, & de febris frigidis, & febre iumentorum, & phreneticis, & chamaeacta, & acizoo, & de igne sacro.

C A P. X I.

Talis verò tuementibus, limus aquaticus cum oleo subactus, mirè prodest. Articulis succus è centaureo minore. Idem neruis vtilissimus. Itè centauris. Vettonica neruis discurrentibus per scapulas, humeris, spinæ, lumbis pota, vt in iocinere. Articulis quinquefolium impositum. Mandragoræ folia cum polenta, vel radix recens tusa cum cucumere syluestri, vel decocta in aqua. Cubitorum ac pedum rimis polypodij radix. Articulis succus hyoscyami cum axungia. Amomi succus cum decocto: item centumculus decocta, vel muscus recens ex aqua obligatur, donec inarescat: itè lappæ boariæ radix è vino pota. Cyclaminos decocta in aqua perniunculos curat, omniâque alia frigoris vitia. Perniunculos curat & cotyledon cum axungia: folia ex batrachio: epithymi succus. Clauos pedum extrahit ladanum cum castoreo: verbenaca ex vino. Nunc peractis malis, quæ membratim sentiuntur, dicemus de his, quæ totis corporibus grassantur. Remedia autem hæc communia inuenio. Ante omnes potam dodecatheum, de qua diximus. Deinde panacis omnium generum radices, peculiariter longinquis morbis, & semè interaneorum vitiis. Ad omnes verò corporis dolores succum è scordio: item Vettonicæ, quæ pota colorem plumbeum corporis priuatim emendat, gratioremque; reducit. Geranion aliqui myrrhin, alij merthryda appellat. Similis est cicutæ, foliis minutioribus, & caule breuiori, rotundo, saporis & odoris iucundi. Nostri sic eam tradunt. Græci foliis candidioribus paulò quàm malux, caulibus tenuibus, pilosis, ramosam ex interuallis binum palmorum, & in his foliis, inter quæ in cacuminibus capitula sint gruum. Alterum genus foliis anemones, diuisuris longioribus, radice mali modo rotunda, dulci, reficientibus se ab imbecillitate vtilissima: & ferè talis vera est. Bibitur contra phthisin drachma in vini cyathis tribus bis die. Item contra inflationes: & cruda idem præstat. Succus radices auribus medetur. Opisthotonicis semen drachmis quatuor cum pipere & myrrha potum. Phthisin sanat & plantaginis succus, si bibatur, & ipsa decocta. In cibo cum sale & oleo, & à somno matutino refrigerat. Eadem datur his, quos atrophos vocant, interpositis diebus. Vettonica phthisicis ecligmate cum melle fabæ magnitudine: Agaricum potum duobus obolis in passo, vel daucon cum centaureo maiore in vino. Phagedænis (quod nomen sine modo exedentium est, & aliàs hulcerum) tithymali medentur cum sesamis sumpti. Inter mala vniuersi corporis vigilix sunt plerisque. Harum remedio monstratur panaces, clymenos, aristolochia, & odore, & peruncto capite: acizoom, siue sedum, si inuolutum panno nigro, ignorantis puluino subiiciatur: & cœnothera siue onuris hilaritatè afferens in vino, amygdalaceo folio, flore rosaceo, fruticosa, longa radice, & cum siccata est, vinum olète. Hæc in potu dataferas quoque mitigat. Cruditates, quæ nauſeam faciunt, digerit Vettonica. Eadem pota à cœna concoctionem facit, in oxymelitis cyathis tribus drachmæ pondere, & crapulam discutit. Item agaricum post cibos in aqua calida potum. Paralyſin Vet-

tonica sanare dicitur: item iberis, vt dictum est. Eadem & torpentibus membris prodest: item argemonia, omnia quæ periclitentur secari, discutiendo. Comitiales sanant panacis, quam heracliam diximus, radices potæ cum coagulo vituli marini, ita vt sint panacis tres partes: plantago pota: Vettonica in oxymelite drachma, vel agaricum obolis tribus: folia quinquefolij ex aqua. Sanat & archezostis, sed cum aminineo pota. Sanat & bacccharis radix arida in puluerem contrita, cyathis tribus cum coriandro in aqua calida. Et centunculus trita in aceto, aut melle, aut in aqua calida: verbenaca ex vino pota: hyssopi baccæ ternæ contritæ, & in aqua potæ diebus sedecim: peucedanum cum coagulo vituli marini æquis portionibus potum: quinquefolij contrita folia ex vino pota diebus xxxj. Vettonicæ farina pondere x. i. j. cū aceti scillitici cyatho, mellis Attici vncia: scammonium obolis duobus cum castorei drachmis quatuor. Febres frigidas leuiores facit agaricum potum in calida aqua: tertianas sideritis cum oleo: item ladanū, quod in segetibus nascitur, contusum: plantago ex aqua mulsa, duabus horis ante accessionē pota binis drachmis: vel succus radicis madefactæ vel tusæ: vel ipsa radix trita in aqua ferro calefacta. Quidam ternas radices in tribus cyathis aquæ dedere. Idē in quartanis quaternas fecerunt. Buglossō inarescente, si quis medullam e caule eximat, dicatque ad quem liberandum febre id faciat, & alliget ei septem folia ante accessionem, aiunt à febre liberari. Item Vettonicæ drachmā, in aquæ mulsæ cyathis tribus, vel agaricum, maximè in his febribus, quæ cū horrore veniūt. Quinquefolij folia quidā terna tertianis dedere, quaterna quartanis, plura cæteris: alij omnibus obolis tribus cū pipere ex aqua mulsa. Verbenaca quidem & iumentorum febribus in vino medetur: sed in tertianis à tertio geniculo incisa, quartanis à quarto. Bibitur & semen hyperici vtriusque in quartanis, & horribus Vettonicæ farina, quæ omnes horrores coercet. Item panaces, adeo excalectorum natura, vt per niuem ituris bibere id, ac perungi eo præcipiant. Et aristolochia perfrictionibus resistit. Phreneticos somnus sanat, qui contingit peucedano ex aceto capiti infuso, anagallidum succo. Et diuerso lethargicos excitari labor est, hoc præstante (vt perhibent) ex aceto naribus tactis peucedani succo. Contra infanias Vettonica bibitur. Carbunculos rūpit panaces. Sanat Vettonicæ farina ex aqua, aut brassica cum thure, frequenti potu calida: vel è carbone in conspectu extincto fauilla, digito sublata & illita, vel plantago tusa. Tithymalus characites hydropicos sanat. Panaces, plantago in cibo, cū prius panē succū ederint sine potu: Vettonica drachmis duabus in duobus cyathis vini aut mulsi: vel agaricū, vel semen lōchitidis, duabus lingulis ex aqua potū: psyllium ex vino: anagallidū succus: cotyledonis radix è mulso: ebuli recentis radix, excussa tātūm, nec colluta, quātum duo digiti comprehendāt, ex vini veteris calidi hemina: trifolij radix drachmis duabus ex vino: tithymalum, platyphyllon cognomine, semē hyperici, quod coris appellatur: actē, quam quidam esse ebulum putant, radice cōtrita in vini cyathis tribus, si febris absit, vel femine ex vino nigro. Item verbenaca, fasciculo manus plenæ decocta in aqua ad dimidias. Præcipuè tamen chamæactæ succus aptissimus creditur. Eruptiones pituitæ emendant plātago, cyclamini radix cū melle: ebuli folia contrita, & è vetere vino imposita etiā boā sanant, id est, rubentes papulas. Pruriginem succus strychni illitus. Igni sacro medetur aëiz oū: folia trita cicute: mandragoræ radix. Siccatur in aëre, vt cucumis: primoque super mustum suspenditur, mox in fumo: dein tunditur in vino aut in aceto. Prodest & vino myrteo fouere: Mentæ sextās, viui sulphuris vncia, ex aceto simul trita: fuligo ex aceto, Ignis sacri plura sunt genera, inter quæ mediū hominē ambiens, qui zoster appellatur, & enecat, si cinxerit. Medetur plantago cum creta Cimolia, & peristereos per se: radix persolate. Aliis quæ serpūt, cotyledonis radix cum mulso, aëiz oū, succus linozostis ex aceto.

Ad luxata membra, & contra morbum regium, & contra furunculos, & fistulas, & inflationes, & ambustionem, & contra alios morbos, ad nervos, ad sanguinem.

C A P. XII.

R Adix polypodij illita luxatis medetur. Doloremq; & tumores tollunt semen psyllij, folia plantaginis tusa, sale modico addito: verbasci semen ex vino decoctum & contritum.

tritum: cicutæ cum axungia. Folia ephemeræ tuberibus atque tumoribus illinuntur, quæ etiam discuti possunt. Morbum regium in oculis præcipuè mirari est, tenuitatem illam densitatemque tunicularum felle subeunte. Hippocrates à septimo die in febre, mortiferum signum esse docuit. Nos scimus vixisse aliquos etiam ab hac desperatione. Fit verò & citra febres impugnatúrque centaureo maiore (vt diximus) potio. Vettonica, agarici obolis tribus ex vini veteris cyatho: item verbenacæ folio, obolis tribus ex vini calidi hemina quatrduo. Sed celerrimè quinquæfolij succus medetur tribus cyathis potus cum sale & melle. Cyclamini radix drachmis tribus bibitur in loco calido, & à perfusionibus tuto: sudores enim felleos mouet. Folia tussilaginis ex aqua: semen linozostis vtriusque inspersum potioni, vel cum absinthio, aut cicere decoctum: hyssopi bacçæ cum aqua potæ: Lichen herba, si cum sumitur, cætero olere abstinetur: polytrix in vino data, struthion in mulso. Passim & in quacunque parte ac maximo incommodo nascuntur, qui furunculi vocantur, mortiferum aliquando malum confectis corporibus. Remedio sunt pycnocomi folia trita cum polenta, si nondum caput fecerint. Discutiunt & folia ephedri illita. Fistulæ quoque in omni parte serpunt, medicorum vitio malè sectis corporibus. Auxilio est centaureum minus collyriis cum melle decocto additis: plantaginis succus infusus: quinquæfolium cum sale & melle: ladanum cum castoreo: cotyledon cum medulla ceruina calefacta, imposita: Verbasci radicis medulla collyrij tenuitate in fistulâ additur: vel aristolochiæ radix, vel succus tithymali. Collectiones inflammationesque sanant argemoniæ folia illita. Duritias & collectiones omnes verbenaca, vel quinquæfolium, decoctum in aceto: verbasci folia vel radix: hyssopum è vino impositum: acori radix, decocto eius herbæ fouentibus: acizoom. Item quæ cõtusa sint, duritiasque & sinus corporis. Illecebræ omnia infixæ corpori extrahunt, folia tussilaginis, daucum, semen leontopodij tritum in aqua cum polenta. Suppurationibus imponuntur pycnocomi folia trita cum polenta, vel semen: item orchis. Vitia, quæ sint in ossibus, satyrij radice imposita, efficacissimè sanari dicuntur. Nomæ & collectiones omnes, fucos maris, priusquam inarescat: Et alceæ radix collectiones discutit. Ambusta sanantur plantagine, arcio, ita vt cicatrix fallat. Folia eius in aqua decocta & contrita illinuntur: radices cyclamini cum acizoom: herba ipsa hyperici, quod corion appellauimus. Neruis & articulis cõuenit plantago trita cum sale: argemonia tusa ex melle. Peucedani succo perunguntur spastici, tetanici. Neruorum duritiæ ægilopis succo doloribus erigeron ex aceto illinitur. Epithymo spasticis opisthotonicis perugi, semine hyperici, quod coris vocatur, idemque bibere prodest. Phrynion dicitur etiam abscissos sanare neruos, si confestim imponatur trita vel mansa. Spasticis tremulis, opisthotonicis alceæ radix bibitur ex aqua mulsa. Sic & rigores exalfacit. Sanguinis profluuium sistit herbæ pæoniæ semen rubrum. Eadem & in radice vis. Cyclaminos verò, si ore sanguis reiciatur, siue è naribus, siue aluo fluat, siue foeminarum vtero: item lysimachia pota vel illita, vel naribus indita: item plantaginis semen: quinquæfolium potum & illitum: cicutæ semen in nares, si inde fluat, tritum ex aqua inditum: acizoom, astragali radix: sistit & ischæmon, & Achillea.

De herba equiseti, nymphæa, peucedano sideriti, aliisque pluribus ad sanguinem sistendum vtilibus, & stephanomeli, & erisithale, & contra vermes.

C A P. X I I I.

Equisetum, hippuris à Græcis dicta, & pratis vituperata nobis, (est autem pilus terræ, equinæ setæ similis) lienem cursorum extinguit decocta fictili nouo ad tertias, quantum vas capiat, & per triduum heminis pota. Vinctis esculentis ante diem vnum interdicitur. Græcorum varia circa hanc opinio. Alij pini foliis similem, nigricantem, eodè nomine appellant, vim eius admirabilem tradentes, quod etiam sanguinis profluua vel tacto ea tantum homine sistat. Alij hippurin, alij ephedron, alij anabasin vocat. Traduntque iuxta arbores nasci, & scandentè eas dependere comis iuncea multis nigris, vt est equorum cauda, geniculatis ramulis folia habere pauca, tenuia, exigua. Semen rotundum, simile coriandro, radice lignosa: nasci in arbustis maxime. Vis eius spissare corpora. Suc-

cus sanguinem è naribus fluẽtem inclusus sistit: item aluum. Medetur dysentericis in vino dulci potus cyathis tribus. Vrinam ciet: tuflim, orthopnœam sanat: itẽ rupta, & quæ serpunt. Intestinis & vesicæ folia bibuntur. Enterocelen cohibet. Faciunt & aliam hippurin, breuioribus & mollioribus comis candidioribúsq;e, perquam vtilem ischiadicis, & vulneribus ex aceto impositam, propter sanguinem sistendum. Et nymphæa trita plagis imponitur. Peucedanum cum semine cupressi bibitur, si sanguis per os redditus est, fluxitque ab infernis. Sideritis tantam vim habet, vt quamuis recenti gladiatoris vulnere illigata, sanguinem claudat: quod facit & ferulæ cinis, vel carbo: fungus verò etiam efficacius, qui secundum radicem eius nascitur. Per nares autem fluenti, & cicuta semẽ tritum ex aqua inditumque, efficax habetur: item stephanomelis ex aqua. Vettonicæ farina è lacte caprino pota, sistit ex vbere fluentem: plantagóque contusa. Eiusdem succus vomentibus sanguinem datur. Ad erraticum autem radix persolata cum axungia vetere illita probatur. Ruptis conuulsisque, ex alto deiectis centaureum maius, gentianæ radix trita vel decocta, vel succus Vettonicæ, & hoc amplius à vocis aut lateris contentionibus: panaces, scordion, aristolochia, pota: agaricum. Item cõtusis & euerlis potum duobus obolis in mulsi cyathis tribus, aut si febris sit, in aqua mulsa: verbascum, cuius flos similis auro est, acori radix, aeizoum omne, sed è maiori succus efficacissimè: item symphyti vel radicis decoctum: daucum crudum. Erisithales est flore luteo, foliis acanthi: bibitur è vino: item chamærops: & in sorbitione irio, vel plantago omnibus modis. Item phthiriasi, qua Sylla Dictator cõsumptus est: nascunturq; in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus. Resistitur vix taminæ succo, aut veratri, cum oleo perunctis corporibus. Taminia quidem in aceto decocta, etiam vestes eo tædio liberat.

Ad hulcera, plagas, & ad verrucas tollendas, & de polycnemo. CAP. XIII.

Hulcera multorum sunt generum, ac multis modis curantur. Panacis omnium generum radix, ex vino calido illinitur manantibus. Siccatur priuatim, quam Chironiã diximus. Cũ melle trita tubera aperit: hulceribusq;e, quæ serpunt, deploratis auxilio est cum æris flore, vino tẽperata omnibus modis, vel flore, vel semine, vel radice. Eadem cum polenta vetustis vulneribus prodest. Heraclion quoque siderion, apollinaris, psyllium, tragacantha, scordotis cum melle purgat. Farina eius carnes excrecentes per se insparsa consumit. Polemonia hulcera, quæ cacoëthe vocant, sanat: centaureum maius insparsum 30 vel illitum: item minoris coma decocta vel trita, vetera quoq; hulcera purgat & persanat. Folliculi clymeni recentibus plagis imponuntur. Illinitur autẽ gentiana hulceribus, quæ serpunt, radice tusa, vel decocta in aqua ad mellis crassitudinem, vel succo: vulneribus, ex ea factum lycium. Ly simachia recentibus plagis medetur. Plantago omnium generum hulceribus, peculiariter fœminarum, senũ & infantium. Igne mollita melior, & cũ ceroto crassa hulcerum labra purgat, nomas sistit: Tritam suis foliis integere oportet: Suppurationes, collectiones, sinus hulcerum chelidonia quoq; siccantur: vulnera adeò, vt etiam pro spodio vtantur. Eadẽ iam desperatis cum axungia imponitur. Dictamnium pota sagittas pellit, & alia tela extrahit illita. Bibitur ex aquæ cyatho foliorum obolo. Proximè pseudodictamnium. Vtraq; etiam suppurationes discutit. Aristolochia quoq; putria hulcera exest: sordida expurgat cum melle, vermesq;e extrahit: item clauos in hulceribus natos: & infixæ corpori omnia, præcipuè sagittas, & ossa fracta, cũ resina. Caua verò hulcera explet per se. Et cum iride recentia vulnera ex aceto. Vetera hulcera verbenaca, quinquefolium cum sale & melle. Radices persolata, vulneribus ferro illatis recentibus imponuntur: folia veteribus. Cum axungia vtrunque; & suo folio operitur. Damafonium, vt in struma: folia verbasci ex aceto aut vino. Peristereos ad omnia genera, vel callosorum putrescentiumque hulcerum facit. Manantia nymphææ heraclix radix sanat. Item cyclamini radix vel per se, vel ex aceto, vel cum melle. Eadem & contra steatomata efficacax, sicut ad hulcera manantia hyssopum: item peucedanum, cui ad recentia vulnera vis tanta est, vt saniem ossibus extrahat. Præstant hoc & anagallides, cohibentque quas vocant nomas, & rheumatismos. Vtiles & recentibus plagis, sed præcipuè senum corpori.

Cum

Cum ceroto apostemata & hulcera tetra, folia mandragoræ recentia: radix vulnera cum melle aut oleo: cicuta cum filigine mista mero: aëzoum herpetas quoq; & nomas, ac putrescentia: sicut erigeron verminosa: recētia autem vulnera astragali radix: & vetera quoque hulcera purgat hypocisthis vtraque. Leontopodij semen tritum in aqua, & cum polenta illitum, spicula sagittarum extrahit: item pycnocomi semen. Tithymalus characias succo gangrænas, phagedænas, putria, vel decocto ramorum cum polenta & oleo: orchis radices, hoc amplius & cacoëthe ex aceto cum melle sicca & recentes: per se œnothera efferentia sese hulcera fanat. Scythica vulnera curant. Ad carcinomata, argemonia ex melle efficacissima est. Vulneribus præfanatis asphodeli radix decocta, vt diximus, trita
 10 cum polenta & illita: quibuscunque verò apollinaris. Astragali radix in puluerem trita, humidis hulceribus prodest: item callitrix decocta in aqua. Priuatim verò iis quæ calceamento facta sint verbenaca, necnon & lysimachia contrita, ac nymphæa arida infriata. Polytrix inueteratis iisdē vtilior. Polycnemon cunilæ bubulæ similis est, semine pulegij furculosa, multis geniculis, corymbo odorato, acri & dulci odore, quæ ferro factis vulneribus commanducata imponitur, quinto die soluitur. Symphyton ad cicatricem celerimè perducit: itē sideritis. Hæc imponitur ex melle. Verbasci semine ac foliis ex vino decoctis ac tritis omnia corpori infixis extrahuntur: item mandragoræ foliis cum polenta: cyclamini radicibus cum melle. Trislaginis folia in oleo contrita, iis maximè adhibentur
 20 hulceribus, quæ serpunt: & alga in melle trita. Vettonica ad carcinomata, & melanias veteres addito sale. Verrucas tollit argemonia ex aceto, vel batrachij radix, quæ & vngues scabros aufert. Linozostidis vtriusque folia vel succus illitus. Tithymali omnes, genera verrucarum omnium: item omnia pterygia, varosque tollunt. Cicatrices cum elegantia ad colorem reducit ladanum.

De pluribus experimentis ad mulierum menses, & vuluæ morbos, & partus eiiciendos, & continendos, & cutis in facie vitia, & capillum tingendum & tollendum, & quadrupedum scabiem.

C A P. XV.

ARtemisiam & elelisphacum alligatas qui habeat viator, negatur lassitudinem sentire. Muliebribus morbis medetur maximè in vniuersum pæoniæ herbæ semen nigrum ex aqua mulsa. Eadem & in radice vis menses ciet: panacis semen cum absinthio
 30 menses & sudores: scordotis potu & illitu. Vettonica drachma in vini cyathis tribus bibitur contra omnia vuluarum vitia, aut quæ à partu fiunt. Menses nimios sistit Achillea imposita, & decoctum eius insidentibus. Mammis imponitur hyoscyami semē ex vino: locis radix è cataplasmate: & māmīs etiam chelidonia. Secundas morātes, vel partus emortuos, radices panacis appositæ extrahunt. Ipsum panaces in vino potum vuluas purgat, appositamque cum melle. Polemonia pota ex vino, secundas pellit: nidore purgat vuluas. Centaurei minoris succus potu, fotūque menses ciet. Item maioris radix, in vuluæ doloribus iisdē modis prodest. Derasa vero & apposita, extrahit partus emortuos. Plantago apponitur in lana in dolore vuluæ: in strangulatu bibitur. Sed præcipua dictamno vis est. Menses ciet, partus emortuos vel transuersos eiicit: bibitur ex aqua foliorum obo-
 40 lo, ad eò ad hæc efficax, vt ne in cubiculum quidem prægnantiū inferatur. Nec potu tantum, sed & illitu & suffitu valet. Proximè pseudodictamnium. Sed menses ciet cum mero decoctum pondere denarij. Plurimis tamen modis aristolochia prodest: nam & menses & secundas ciet, & emortuos partus extrahit, myrrha & pipere additis, pota, vel subdita. Vuluas quoque procidentes inhibet fotu vel suffitu, vel subiectu, maximè tenuis. Strangulatum ab his, mensiumque difficultatem agaricum tribus obolis in vini veteris cyatho potum, emendat: peristereos apposita in adipe suillo recenti: antirrhinon cū rosaceo & melle. Item apposita nymphææ thessalæ radix, dolori medetur. In vino nigro pota profluvia inhibet. E diuerso ciet cyclamini radix pota & apposita. Et vesicæ insidentium decocto medetur: secundas pota cissanthemos pellit, vuluam sanat. Et xiphij radix superior menses ciet, drachma ex aceto pota. Peucedanum strangulatus vuluæ nidore vstum recreat. Menses aluosque præcipuè psyllium, drachma in cyathis tribus

aquæ mulſæ ciet: ſemen mandragoræ potum vuluam purgat. Menſes ciet ſuccus appoſitus, & emortuos partus. Nimia rurfus profluua ſiſtit ſemē cum vino & ſulphure. Alui profluua ſiſtit & contrahit batrachion potu vel cibo, ardens alias (vt diximus) cruda. Sed cocta commendatur ſale & oleo, & cumino. Daucum & mēſes & ſecundas potu facillimè pellit. Ladanū ſuffitu corrigi vuluas: dolori earum exhulceratiſque imponitur. Emortua ſcammonium pellit, potum vel appoſitum. Menſes ciet hypericum vtrunque, appoſitū. Ante alia verò (vt Hippocrati videtur) crethmos è vino ſemine vel radice: cortice trahit & ſecundas: ſuccurrit & ſtrangulationibus ex aqua pota: item radix è geranio, peculiariter ſecundis inflammationibusque vuluarum conueniēs. Purgat hippuris pota & appoſita vuluas. Polygonus pota menſes ciet & althææ radix. Folia plantaginis peliūt, 10 item agaricum ex aqua mulſa. Artemiſia vuluæ medetur trita, ex oleo irino aut fico, aut cum myrrha appoſita. Eiuſdem radix pota in tantum purgat, vt partus enectos extrahat. Menſes & ſecundas ciet ramorum decoctum in ſidentibus: item folia pota drachma. Ad eadem omnia profunt vel impoſita ventri imo cum farina hordeacea. Acoron quoque vtile eſt interioribus ſcēminarum morbis, & coniza vtraque, & crethmos. Et anthyllides duæ vuluis vtiliſſimæ, torminibusque, & ſecundarum moræ, in vino potæ. Callitrix fotu locis medetur, albugines in capite tollit, capillos inſicit oleo trita. Geranion in vino albo potū, hypocithis in rubro, profluuium ſiſtunt. Hyſſopū ſuffocationes laxat. Radix verbenacæ pota ex aqua, ad omnia in partu aut ex partu mala præſtantiſſima eſt. Peucedano quidam miſcent in vino nigro ſemen cupreſſi contritum. Nā ſemen pſyllij defer- 20 uefactum in aqua, cum intepuit, epiphoras omnes vteri lenit. Symphytō tritum in vino nigro euocat menſes. Partus accelerat ſcordotis pota, drachma ſucci in aqua mulſa cyathis quatuor: dictamni folia præclare dantur ex aqua. Conſtat, vnus oboli pôdere, vel ſi mortui ſint in vtero infantes, protinus reddi ſine vexatione puerperæ. Similiter prodeſt pſeudodictamnū, ſed tardiùs: cyclaminos adalligata: cyſſanthemos pota: vettonicæ farina ex aqua mulſa. Arſenogonon & thelygonon herbæ ſunt, habentes vuas floribus oleæ ſimiles, pallidiores tamen, ſemen albū papaueris modo, Thelygoni potu ſcēminam concipi narrāt. Arſenogonon ab ea ſemine oleæ, nec alio diſtat. Huius potu mares generari perhibentur, ſi credimus. Alij vtranque ocimo ſimilem tradunt. Arſenogoni autem ſemen geminum eſſe teſtibus ſimile. Mammaram vitiis aëizoum, quod digitellū appella- 30 uimus, vnicè medetur. Erigeron ex paſſo mammæ, vberiores facit: ſonchū in farre coctum. Quæ verò maſtos vocatur, indita, pilos mammaram è partu naſcentium aufert, & tineaſ in facie, aliâque cutis vitia emendat. Gentiana, nymphæa Heraclia illita, cyclamini radix, maculas omnes. Cacaliæ grana miſta ceræ liquidæ, extendunt cutem in facie, erugântque: vitia omnia acori radix emendat. Capillum lyſimachia flauum facit: denigrat hypericon, quod & corion vocatur: itē ophrys herba dēticolato oleri ſimilis, foliis duobus. Nigritiam dat & polemonia, in oleo decocta. Pſilothrū nos quidem in muliebribus medicamentis tractamus: verū iam & viris eſt in vſu. Efficaciſſimum autē habetur archezotiſ. Item tithymali ſucco, vel in Sole, cum oleo illito crebro, vel euulſis pilis. Quadrupe- 40 dum ſcabiem ſanat hyſſopum ex oleo, ſuum anginas peculiariter ſideritiſ. Verū & reliqua genera herbarum reddamus.

C. PLINII SECVNDI NATVRA-
LIS HISTORIÆ
LIBER XXVII.

PRO O E M I V M.

Reliqua herbarum genera.

CAPVT I.



20 R E S C I T profectò apud me certè, tractatu ipso admiratiò
antiquitatis: quantòque maior copia herbarum dicenda restat,
tanto magis adorare priscorum in inueniendo curam, in tra-
dendo benignitatem subit. Nec dubiè superata hoc modo pos-
set videri etiam rerum naturæ ipsius munificentia, si humani
operis esset inuentio. Nunc verò Deorum fuisse eam apparet,
aut certè diuinam, etiam cùm homo inueniret: eandè que om-
nium parentem & genuisse hæc, & ostendisse, nullo vitæ mi-
30 raculo maiore, si verum fateri volumus. Scythicam herbam à Mæotidis paludibus, &
euphorbiam è monte Atlante, vltraque Herculis columnas, & ipso rerum naturæ defe-
ctu, parte alià Britannicam ex Oceani insulis extra terras positis: itè que æthiopidem
ab exusto sideribus axe, alias prætereà aliunde vltro citrò que humanæ saluti in toto or-
be portari, immensa Romanæ pacis maiestate non homines modò diuersis inter se ter-
ris gentibusque, verùm etiam montes, & excedentia in nubes iuga, partusque eorum &
herbas quoque inuicem ostentante. Æternum quæso Deorum sit munus istud. Adeò
Romanos, velut alteram lucem, dedisse rebus humanis videntur.

De aconito, & panthera, qua extinguitur aconito.

CAP. II.

30 S Ed antiquorum curam diligentiamque quis possit satis venerari, cùm constet o-
mnium venenorum ocysimum esse aconitum: & tactis quoque genitalibus fœminini
sexus, animalium, eodem die inferre mortem? Hoc fuit venenum, quo interemptas dor-
mientes à Calphurnio Bestia vxores M. Cæcilius accusator obiecit. Hinc illa atrox per-
oratio, eius in digito mortuas. Fabulæ narrare, à spumis Cerberi canis, extrahente
ab inferis Hercule, ideò que apud Heracleam Ponticam, vbi monstraturis ad inferos
aditus, gigni. Hoc quoque tamen in vsus humanæ salutis vertè, scorpionum ictibus
aduersari experiendo datum in vino calido. Ea est natura vt hominem occidat, nisi in-
40 uenerit quod in homine perimat. Cum eo solo colluctatur, velut pari intus inuento. So-
la hæc pugna est, cùm venenum in visceribus reperit: mirumque, exitialia per se ambo
cùm sint, duo venena in homine commoriuntur, vt homo supersit. Imò verò etiam fe-
rarum remedia antiqui prodiderunt, demonstrando quomodo venenata quoque ipsa
sanarentur. Torpescunt scorpiones aconiti tactu, stupèntque pallentes, & vinci se confi-
tentur. Auxiliatur eis elleborum album, tactu resolvente: ceditque aconitum duobus
malis, suo & omnium. Quod si quis illa fortè ab homine excogitari potuisse credit, in-
gratè Deorum munera intelligit. Tangunt carnes aconito, necantque gustatu earum
pantheras, nisi hoc fieret, repleturas illos situs. Ob id quidam pardalianches appellauere.
At illas statim liberari morte, excrementorum hominis gustu, demonstratum. Quod
50 certè casu repertum quis dubitet? & quoties fiat etiam nunc vt nouum nasci, quoniam
feris ratio & vsus inter se tradi non possit.

Quod omnium creaturarum conditor sit Deus.

CAP. III.

Hic ergo casus, hic est ille, qui plurima in vita inuenit Deus. Hoc habet nomen, per quem intelligitur eadem & parēs rerum omnium & magistra natura, vtraque coniectura pari, siue ista quotidie feras inuenire, siue semper scire iudicemus. Pudendumque rursus, omnia animalia, quæ sint salutaria ipsis, nosse, præter hominē. Sed maiores, oculorum quoque medicamentis aconitum misceri, saluberrimè promulgauere, aperta professione malum quidē nullum esse sine aliquo bono. Fas ergo nobis erit, qui nulla diximus venena, monstrare quale sit aconitum, vel deprehendendi gratia. Folia habet cyclamini aut cucumeris, non plura quatuor, ab radice leniter hirsuta. Radicē modicam cammaro similem marino. Quare quidam cammaron appellauere, alij thelyphonon, ex qua diximus causa. Radix incuruatur paulum scorpionum modo, quare & scoriō aliqui appellauere. Nec defuere, qui myoctonon appellare mallent, quoniam procul & è longinquo odore mures necat. Nascitur in nudis cautibus, quas aconas nominant. Et ideo aconitum aliqui dixere, nullo iuxtā, ne puluere quidem nutriente. Hanc aliqui rationē nominis attulere. Alij, quoniam vis eadem in morte esset, quæ cotibus ad ferri aciem detendam, statimque admota velocitas sentiretur.

De athiopide, & agerato, & aloë, & alcea, & alypo, & alsina, & androsace, & androsamo, & ambrosia, & anoni, & anagyro, & anonymo.

CAP. IIII.

Aethiopis folia habet phlomo similia, magna & multa, & hirsuta ab radice. Caulem²⁰ quadrangulum, scabrum, similem arcio, multis concauum alis, semen eruo simile, candidum, geminum, radices numerosas, longas, plenas, molles, glutinosas gustu. Siccæ nigrescunt, duranturque, vt cornua videri possint. Præter Æthiopiam nascuntur, & in Ida monte Troadis, & in Messenia. Colliguntur autumnō, siccantur in Sole aliquot diebus, ne situm sentiant. Medentur vuluis, potæ in vino albo, ischiadicis, pleuriticis, faucibus scabris, decoctæ potu dantur. Sed quæ ex Æthiopia venit eximia est, atque illico prodest. Ageraton ferulacea est, duorum palmorum altitudine, origano similis, flore bulbis aureis. Huius vstæ nidor vrinam ciet, vuluamque purgat, tanto magis insidentibus. Causa nominis non hæc, sed quoniam diutissimè non marcescit. Aloë scillæ similitudinem habet, maior, & pinguioribus foliis ex obliquo striata. Caulis eius tener est, rubens³⁰ medius, non dissimilis antherico: radice vna, ceu palo in terram demissa, graui odore, gustu amara. Laudatissima ex India affertur, sed nascitur & in Asia: non tamen ea vtuntur, nisi ad vulnera recentibus foliis: mirificè enim cōglutinat, vel succo. Ob id in turbinibus cadorum eam ferunt, vt aëzoum maius. Quidam & caulem ante maturitatem seminis incidunt succi gratia, aliqui & folia. Inuenitur & per se lacryma adhærens. Ergo pauimētandum, vbi sata sit, censent, vt lacryma non absorbeat. Fuere, qui traderent in Iudæa super Hierosolymam metallicam eius naturam: sed nulla magis improba est, neque alia nigrior est, aut humidior. Erit ergo optima pinguis ac nitida, rufi coloris, friabilis, aciocineris modo coacta, facile liquefcens. Improbanda nigra & dura, harenosa quoque quæ & gustu intelligitur. Gummi adulteratur & acacia. Natura eius spiffare, densare, & leui⁴⁰ ter calfacere. Vfus in multis, sed principalis aluum soluere, cum penè sola medicamentorum quæ id præstant confirmet etiam stomachum, ad eò non infestet vlla vi cōtraria. Bibitur drachma: ad stomachi verò dissolutionem, in duobus cyathis aquæ tepidæ vel frigidæ, cochlearis mensura, bis tēve in die ex interuallis, vt res exigit. Purgationis etiam causa plurimum tribus drachmis. Efficacior, si pota ea sumatur tibus. Capillum fluentem continet cum vino austerò, capite in Sole contra capillum peruncto. Dolorem capitis sedat tempotibus & fronti imposita ex aceto & rosaceo, dilutiórque infusa. Oculorum vitia omnia sanari ea conuenit, priuatim pruriges & scabiem genarum: item insignita ac liuida, illita cum melle, maximè Pontico. Tonsillas, gingiuas, & omnia oris hulcera. Sanguinis excreationes, si modicæ sint, drachmæ pondere ex aqua: si mi⁵⁰ nus, ex aceto pota. Vulnerum quoque sanguinem, & vndecunque fluentem sistit per se, vel

se, vel ex aceto. Alias etiam est vulneribus vtilissima, ad cicatricem perducens. Eadem
 inspergitur exulceratis genitalibus virorum, condylomatis, rimisque sedis alias ex vi-
 no, alias ex passo, alias sicca per se, vt exigit mitiganda curatio, aut coercenda. Hæ-
 morrhoidum quoque abundantiam leniter sistit. Dysenteria infunditur. Et si difficilius
 concoquantur cibi, bibitur à cœna modico interuallo. Et in regio morbo tribus obo-
 lis ex aqua. Deurantur & pilulæ cum mellis decocto, aut resina terebinthina, ad purgan-
 da interiora. Digitorum pterygia tollit. Oculorum medicamentis lauatur, vt quod sit hæ-
 renosissimū, subsidat. Aut torretur in testa, pennaque subinde versatur, vt possit æquali-
 ter torreri. Alcea folia habet similia verbenacæ, qui & peristereon cognominatur, caules
 tres aut quatuor, foliorum plenos, florem rosæ, radices albas, cum plurimum sex cubita-
 les, obliquas. Nascitur in pingui solo, nec sicco. Vfus radice ex vino vel ex aqua dysente-
 ricis, aluo citæ, & ruptis conuulsis. Alypon cauliculus est molli capite, non dissimilis
 betæ, acre gustatu ac lentum, mordensque vehementer & accendens. Aluum soluit in a-
 qua mulsa, addito sale modico. Minima potio duarum drachmarū, media quatuor, ma-
 xima sex, ea purgatione quibus datur è gallinaceo iure. Alsine, quam quidam myosoton
 appellant, nascitur in lucis, vnde & alsine dicta est. Incipit à media hyeme, arescit æstate
 media: cum prorepat, musculorum aures imitatur foliis. Sed aliam docebimus esse, quæ
 iustiùs myosotis vocetur. Hæc eadem erat quæ helxine, nisi minor minusque hirsuta es-
 set. Nascitur in hortis, & maximè in parietibus. Cum teritur, odorem cucumeris reddit.
 Vfus eius ad collectiones inflammationesque: & in eadem omnia, quæ helxine, sed infir-
 miùs. Epiphoris peculiariter imponitur: item verendis hulceribusque, cum farina hor-
 deacea. Succus eius auribus infunditur. Androfaces herba est alba, amara, sine foliis, fol-
 liculos in cirris habens, & in his semen: nascitur in maritimis Syriæ maximè. Datur hy-
 dropicis drachmis duabus tusa aut decocta in aqua, vel aceto, vel vino. Vehementer enim
 vrinas ciet. Datur & podagricis illiniturque. Idem effectus est & semini. Androsæmon,
 siue (vt alij appellauere) ascyron, non ab simile est hyperico, de qua diximus, cauliculis
 maioribus, densioribusque, & magis rubentibus. Folia alba rutæ figura: semen papaueris
 nigri. Comæ tritæ sanguineo succo manant. Odor ei resinofus. Gignitur in vineis. Ferè
 medio autumno effoditur, suspenditurque. Vfus ad purgandam aluum tuse cum semi-
 ne, potæque matutino, vel à cœna duabus drachmis, in aqua mulsa, vel vino, vel aqua pu-
 ra, totius potionis sextario. Trahit bilè: prodest ischiadicis maximè. Sed postera die, cap-
 paris radicem resinæ permistam deurare oportet drachmæ pondere, iterumque qua-
 tridui interuallo eadem facere: à purgatione autem ipsa robustiores vinum bibere, infir-
 miores aquam. Imponitur & podagris & ambustis, & vulneribus, cohibens sanguinem.
 Ambrosia vagi nominis est, & circa alias herbas fluctuati: fruticem vnum habet desum,
 ramosum, tenuem, trium ferè palmorum, tertia parte radice breuiorem, foliis rutæ.
 Circa imum caulem in ramulis semen est vis dependentibus, odore vinoso: qua de
 causa botrys à quibusdam vocatur, ab aliis artemisia. Coronantur illa Cappadoces. Vfus
 eius ad ea quæ discuti opus sit. Anonin quidam ononida malunt vocare, ramosam, si-
 milem scæno-græco, nisi fruticosior hirsutiùsque esset, odore iucundo, post ver spinosa.
 Est etiam muria condita. Recens verò margines hulcerum erodit. Radix decoquitur in
 posca dolori dentium. Eadem cum melle pota, calculos pellit. Comitialibus datur in o-
 xymelite decocta ad dimidias. Anagyros, quam aliqui acopon vocant, fruticosa est, gra-
 uis odore, flore oleris: semen in corniculis nõ breuibus gignit, simile renibus, quod du-
 rescit per messes. Folia collectionibus imponuntur, difficultérque parientibus adalligan-
 tur, ita vt à partu statim auferantur. Quod si emortuus hæreat, & secundæ mensèsque
 morentur, drachmæ pondere bibuntur in passo folia. Sic & suspiriosis dantur: & in vi-
 no vetere ad phalangiorum morsus. Radix discutiendis concoquendisque adhibetur.
 Semen commanducatum vomitiones facit. Anonymos non inueniendo nomen in-
 uenit. Affertur è Scythia, celebrata Hicesio, non parux autoritatis Medico, item
 Aristogitoni, in vulneribus præclara, ex aqua tusa & imposita: pota verò, mammis

præcordiisque percussis: item sanguinem excreantibus. Putauerunt & bibendam vulnerratis. Fabulosa arbitror, quæ adiiciuntur: recente ea, si vratur, ferrum aut æs ferruminari.

De aparine, & arctio, & aspleno, & asclepiade, & astere vel bubonio, & ascyro vel ascyroide, & aphace, & de alcibio, & alectorolopho.

CAP. V.

A Parinen aliqui omphacocarpon, alij philanthropon vocant, ramosam, hirsutã, quinis fenisve in orbem circa ramos foliis per interualla. Semen rotundum, durum, concavum, subdulce. Nascitur in frumentario agro, aut hortis pratifve, asperitate etiam vestium tenaci. Efficax contra serpentes, femine potio ex vino drachma: & cõtra phalangia. Sanguinis abundantiam ex vulneribus reprimunt folia imposita: succus auribus infunditur. Arction aliqui arcturum vocant: similis est verbasco foliis, nisi quod hirsutiora sunt, caule longo, molli, femine cumini. Nascitur in petrosis, radice tenera, alba, dulcique. Decoquitur in vino ad dentium dolorem, ita vt contineatur ore decoctum. Bibitur propter ischiada & stranguriam è vino, ambustis imponitur & pernionibus. Fouëtur eadem cum radice femine trito in vino. Asplenum sunt qui hemionion vocant, foliis triangularibus multis, radice limosa, cauernosa, sicut filicis, candida, hirsuta: nec caulem, nec florem, nec semen habet. Nascitur in petris, parietibusque opacis, humidis, laudatissima in Creta. Huius foliorum iure in aceto decocto, per dies xl. potio lienem absumi aiunt: & illinuntur autem, eadem sedante singultus. Non danda fœminis, quoniam sterilitatẽ facit. Asclepias folia ederæ habet, ramos longos, radices numerosas, tenues, odoratas: floris virus graue, semen securidacæ. Nascitur in montibus. Radices torminibus medentur, & contra serpentium ictus, non solum potu, sed etiam illitu. Aster ab aliquibus bubonion appellatur, quoniam inguinum præsentaneum remedium est. Cauliculus foliis oblongis duobus aut tribus: in cacumine capitula stellæ modo radiata. Bibitur & aduersus serpentes. Sed ad inguinum medicinam, sinistra manu decerpi iubent, & iuxta cinctus alligari. Prodest & coxendicis dolori adalligata. Ascyron & ascyroides, similia sunt inter se, & hyperico: maiores habet ramos, quod ascyroides vocatur, ferulaceos, omnino rubentes, capitulis paruis, luteis. Semẽ in calyculis pusillum, nigrum, resinofum. Comæ tritæ velut cruentant. Qua de causa quidam hanc androsæmon vocauerunt. Vtus feminis ad ischiadicos, poti duabus drachmis in hydromelitis sextario. Aluum soluit, bilem detrahit. Illinitur & ambustis. Aphace tenuia admodum folia habet: pusillo altior lenticula est. Siliquas maiores fert, in quibus terna aut quaterna femina sunt nigriora, & madidiora & minora lenticula. Nascitur in aruis. Natura ei ad spissandum efficacior, quàm lenti: reliquo vsu eosdem effectus habet: Stomachi aluique fluxiones sistit semen decoctum. Alcibion qualis esset herba, apud autores non reperi. Sed radicem eius & folia trita, ad serpentis morsum imponi & bibi iubent: folia, quantum manus capiat, trita cum vini meri cyathis tribus, aut radicem drachmarum trium pondere cum vini eadem mensura. Alectorolophos, quæ apud nos crista dicitur, folia habet similia gallinacei cristæ, plura, caulem tenuem, semen nigrum in siliquis. Vtilis tussientibus cocta cum faba fressa, melle addito, & caligini oculorum. Solidum semen conicitur in oculum, nec turbat, sed in se caliginem contrahit. Mutat colorem, sed ex nigro albicare incipit, & intumescit, ac per se exit.

De alo.

CAP. VI.

A Lum nos vocamus, Græci symphyton petræum, simile cunilæ bubulæ, foliis paruis, ramis tribus aut quatuor à radice, cacuminibus thymi, surculosum, odoratum, gustu dulce, saliuam ciens, radice longa rutila. Nascitur in petris, ideo petræum cognominatum: vtilissimũ lateribus, lienibus, renibus, torminibus pectoris, pulmonibus sanguinem reiicientibus, faucibus asperis. Bibitur radix trita, & in vino decocta, & aliquando superlinitur. Quin & commanducata sitim sedat, præcipuèque pulmonem refrigerat. Luxatis quoque imponitur & conuulsis, lieni, interaneis. Aluum sistit cocta in cinere: detrahitque folliculis trita cum piperis nouem granis, & ex aqua pota. Vulneribus sanandis

mandis tanta præstantia est, vt carnes quoque, dum coquuntur, conglutinet addita: vnde & Græci nomen imposuere. Ossibus quoque fractis medetur.

De alga, & aſſaa, & de ampelo agria, & absinthio.

CAP. VII.

Alga rubra & scorpionum ictibus. Actæa graui foliorum odore, caulibus asperis geniculatis, semine nigro, vt ederæ, baccis mollibus, nascitur in opacis & asperis, aquisque. Datur acetabulo pleno interioribus fœminarum morbis. Ampelos agria vocatur herba, foliis duris cineracei coloris, qualè in fatis diximus, viticulis longis, callofis, rubentibus, qualiter flos, quem Iouis flammam appellauimus in violis, fert semen Punici mali simile acinis. Radix eius decocta in aquæ cyathis ternis, additis vini Coi cyathis duobus, aluum soluit leniter: ideoq; hydropicis datur. Vuluæ vitia & cutis in facie mulierû emendat. Ischiadicos quoq; vti hac herba prodest, tusa cum foliis, & illita cû succo suo. Absinthij genera sunt plura: Santonicum appellatur à Galliæ ciuitate: Ponticum à Ponto, vbi pecora pinguescunt illo, & ob id sine felle reperiuntur: neque aliud præstantius, multoq; Italico amarius, sed medulla Pontici dulcis. De vsu eius conuenit dicere herbæ facillime, atque inter paucas vtilissimæ, prætereà sacris populi Romani celebratæ peculiariter. Siquidem Latinarum feriis quadrigæ certant in Capitolio, victorq; absinthium bibit: credo, sanitatem præmio dari honorificè arbitratis maioribus. Stomachum corroborat, & ob hoc sapor eius in vina transfertur, vt diximus. Bibitur & decoctû aqua, ac postea nocte & die refrigeratum sub dio, decoctis sex drachmis foliorum cû ramis suis in cælestis aquæ sextaris tribus: oportet & salem addi. Vetustissimè in vsu est. Bibitur & madefacti dilutum: ita enim appellatur hoc genus. Diluti ratio, vt (quisquis fuerit modus aquæ) tegatur per triduû. Tritû rarò in vsu est, sicut & succus expressi. Exprimitur autè, cû primum semen turgescit, madefactum aqua triduo recès, aut siccum septem diebus. Deinde coctum in æneo vase ad tertias x. heminis in aquæ sextariis xlv. iterumque percolatû herba lentè coquitur ad crassitudinem mellis, qualiter ex minore centaureo quæritur succus. Sed hic absinthij, inutilis stomacho capitique est, cû sit ille decocti saluberrimus. Nâque astringit stomachum, bilêmque detrahit, vrinam ciet, aluum emollit, & in dolore sanat: ventris animalia pellit, malaciam stomachi & inflationes discutit cû sili & nardo Gallico, aceto exiguo addito. Fastidia abstergit, cõcoctiones adiuuat. Cruditates detrahit cum ruta, & pipere & sale. Antiqui purgationis causa dabânt, cum marinæ aque veteris sextario, feminis sex drachmis, cum tribus salis, & mellis cyatho. Efficacius purgat duplicato sale. Diligenter autem teri debet, propter difficultatem. Quidam & in polenta dedere supra dictum pondus, addito pulegio: alij cõtra paralyfin: alij pueris folia in fico, sic vt amaritudinem fallerent. Thoracem purgat cum iride sumptum. In regio morbo crudum bibitur cum opio, aut adiato. Aduersus inflationes calidum paulatim forbetur ex aqua: iocineris causa cum Gallico nardo: lienis, cum aceto, aut pulte, aut fico sumitur. Aduersatur fungis ex aceto: item visco: cicute ex vino, & muris aranei moribus, draconi marino, scorpionibus. Oculorum claritati multum confert. Epiphoris cum passo imponitur: suggillatis cum melle. Aures decoctum eius vaporis suffitu sanat: aut si manat sanies, cum melle tritum. Vrinam ac menses ciet tres quatuorve ramuli, cum Gallici nardi radice vna, cyathis aquæ vj. Menses priuatim cum melle sumptum, & in vellere appositum. Anginis subuenit cum melle & nitro. Epinyctidas ex aqua sanat: vulnera recetia, prius quàm aqua tangantur, impositum: prætereà capitis hulcera. Peculiariter ilibus imponitur, cum Cypria cera, aut cum fico. Sanat & pruritus. Non est dādum in febris. Nauseas maris arcet in nauigationibus potum: inguinum tumorem in ventrali habitum. Somnos allicit olfactum, aut inscio sub capite positum. Vestibus insertum tineas arcet. Culices ex oleo perunctis abigit, & fumo, si vratur. Atramentû librarium ex diluto eius temperatum, literas à musculis tuetur: capillum denigrat absinthij cinis, vnguento rosaceoq; permixtus. Est & absinthium marinum, quod quidam Seriphium vocant, probatissimum in Taposiri Ægypti. Huius ramum Isiaci præferre solenne habent: angu-

stius priore, minusque amarum, stomacho inimicum, aluum mollit, pellitq; animalia interaneorum. Bibitur cum oleo & sale, aut in farinæ trimestris sorbitione dilutū. Coquitur, quantum manus capiat, in aquæ sextario ad dimidias.

De ballote, & botrye fruticosa, & brabyla, & bryo & bupleuro, & catanance, & calla, & circea, & cirsiio, & cratæogono, & thelygono, & crocodilio, & cynosorchi, & chrysolachano, & cucubalo, & conferua.

CAP. VIII.

BAlloten alio nomine melampresion Græci vocāt, herbam fruticosam, angulosis caulis nigris, hirsutis foliis vestientibus, maioribus quàm^a porri, & nigrioribus, graueolentibus. Vis eius efficax aduersus canis morsus, ex sale foliis tritis imposita: item ad cōdylomata, coctis cinere, in folio oleris. Purgat & sordida hulcera cum melle. Botrys fruticosa herba est, luteis ramulis. Semen circa totam nascitur: folia cichorio similia. Inuenitur in torrentium ripis. Medetur orthopnoicis. Hoc Cappadoces ambrosiam vocant, alij artemisiam. Brabyla spissandi vim habet cotonei mali modo: nec amplius de ea tradunt authores. Bryō, marina herba sine dubitatione est, lactucæ foliis similis, rugosa veluti cōtracta, sine caule, ab ima radice exeuntibus foliis. Nascitur in scopulis maximè, testisque terra comprehensis. Præcipua siccandi ei spissandique vis, & collectiones omnes inflammationesque cohibēdi, præcipuè podagræ, & quicquid refrigerare opus sit. Bupleuri semen ad ictus serpentium dari reperio, foverique plagas decocta ea herba, adiectis foliis mori aut origani. Catanācen thessalam herbam, qualis sit, à nobis describi superuacuum²⁰ est, cum sit vsus eius ad amatoria tantum. Illud non ab re est dixisse ad detegendas Magicas vanitates, electam ad hunc vsus coniectura, quoniam arefcens contraheret se ad speciem vnguium milui exanimati. Eadem ex causa & cemos silebitur à nobis. Calla duorum generum est. Vna similis aro. Nascitur in arationibus. Colligitur antequā inarescat, vsusque eosdem habet, quos arum. Bibitur quoque radix huius ad exinaniendas aluos, mensisque mulierū: item caules cum foliis in leguminibus decocti, sanāt tenefmon. Alterum genus eius quidam anchusam vocant, alij rhinochisiam. Folia lactucæ longiora, plumosa, radice rubra, quæ ignes sacros cum flore polentæ sanat imposita: iocineris autē vitia, in vino albo pota. Circea strychno fatiuo similis est, flore nigro, pusillo, paruo semine, vt milij, nascente in quibusdam corniculis, radice semipedali, triplici fermè aut quadruplici³⁰ ci, alba, odorata, gustus calidi. Nascitur in apricis saxis. Diluitur in vino, bibiturque ad dolorem vuluæ & vitia. Macerari oportet in sextariis tribus quadrantem radicis tusæ, noctem & diem. Trahit eadem potio & secundas: semine lac minuitur, in viuo aut mulsa aqua pota. Cirsiion cauliculus est tener duūm cubitorum, triangulo similis, foliis spinosis circumdatus. Spinæ molles sunt. Folia bouis linguæ similia, minora, subcandida, & in cacumine capitula purpurea, quæ soluuntur in lanugines. Hanc herbam radicemve eius ad alligatam, dolores varicum sanare tradunt. Cratæogonon spicæ tritici simile est, multis calamis ex vna radice emicantibus, multorumque geniculorum. Nascitur in opacis, semine milij, vehementer aspero gustu: quod si bibant ex vino ante cœnam, tribus obolis in cyathis aquæ totidem, mulier ac vir, ante conceptum diebus x l. virilis sexus partū futurum aiunt. Est & alia cratæogonos, quæ thelygonos vocatur. Differentia intelligitur lenitate gustus. Sunt qui florē cratæogoni bibentes mulieres, intra xl. diem concipere tradant. Eadem sanant hulcera vetera nigra cum melle: explent sinus hulcerum, & atrophæa carnosiora faciunt: purulenta expurgant: panos discutiunt: podagras, collectionesque omnes leniunt, peculiariter mammarum. Theophrastus arboris genus intelligi voluit cratæogonon siue cratæogona, quā Itali aquifoliam vocant. Crocodilion chamæleōtis herbæ nigræ figurā habet radice longa, æqualiter crassa, odoris asperi. Nascitur in sabuletis. Pota sanguinem per nares pellit copiosum crassumq; atq; ita lienem consumere dicitur. Cynosorchin alij orchin vocant, foliis oleæ, mollibus, ternis, per semipedem longitudinis in terra stratis, radice bulbosa, oblonga duplici ordine, superiore quæ durior est, & inferiori quæ mollior. Eduntur vt bulbi cocti, in vineis ferè inuenti. Ex his radicibus si maiorem

^a hic aut Mar
rubij legendū
est, nō Porri:
aut fatendum
est, Plinium
vorum Græca
rum vicinitate
deceptum,
παρσι, hoc
est porrum,
ἀντι τοῦ πα-
σιου, hoc est
pro marru-
bio accepisse.

maiores edant viri, mares generari dicunt: si minorem foeminae, alterum sexu. In Thesalia molliorem in lacte caprino viri bibunt ad stimulos coitus, duriores vero ad inhibendos. Aduersatur alter alteri. Chrysolachanum in pineto, lactuca simile nascitur. Sanat nervos incisos, si confestim imponatur. Et aliud genus chrysolachani traditur, flore aureo, foliis oleris. Coctum est, ut olus molle. Herba hac ad alligata morbum regium habentibus, ita ut spectari ab his possit, sanari id malum traditur. De chrysolachano nec satis dici scio, nec plura reperio. Nanque & hoc vitio laborare proximi utique herbarij nostri, quod ipsis notas, velut vulgares, strictim & nominibus tantum indicauerunt: tanquam coagulo terrae aluum sisti, stranguriam dissolui, si bibatur ex vino aut aqua. Cucubali folia trita cum aceto, serpentium ictibus & scorpionum mederi. Quidam hanc alio nomine strumum appellant, alij Graece strychnon: Acinos habet nigros. Ex his cyathus succi cum mulsi duobus, medetur lumbis: item capitis doloribus cum rosaceo infusus. Ipsa strumis illita. Peculiaris est Alpibus maximè fluminibus conferua, appellata à conferruminando, spongia aquarum dulcium verius, quam muscus aut herba, villosa desitatis atque fistulosa. Curatum ea scio, omnibus ferè ossibus confractis, prolapsum ex arbore alta putator circumdata vniuerso corpori, aquam suam inspergētibus, quoties inaresceret, raroque; nec nisi deficientē herbam mutationis causa resoluētibus, conualuisse vix credibili celeritate.

De cocco Gnidio, & dipsaco, & dryopteri, & dryophono, & elatine, & empetro siue calcifraga, & epipacti siue elleborine, & epimedio, & enneaphyllo, & filice, & de femore bubulo, & galeopside siue galeobdolo, & glance siue eugalacto.

CAP.

I X.

Cocco Gnidio color cocci, magnitudo grano piperis maior, vis ardens. Itaque in pane deoratur, ne adurat, cum gulam transit. Huic vis praesentanea contra cicutam sistit aluum. Dipsacos folia habet lactuca, bullasque spinosas in dorso medio, caulem duum cubitorum, iisdem spinis horridum, genicula eius binis foliis amplectentibus, concauo alarum sinu, in quo subsistit ros falsus. In cacumine capitula sunt echinata spinis. Nascitur in aquosis. Sanat rimas sedis. Item fistulas decocta in vino radice, usque dum sit crassitudo cerae, ut possit in fistula collyrium mitti. Item verrucas omnium generum. Quidam & alarum, quas supra diximus, succum illinunt his. Dryopteris filici similis, in arboribus nascitur, tenui foliorum subdulcium incisura, radice hirsuta. Vis ei caustica est. Ideo psilothrum est radix tusa. Illinitur enim, usque dum sudores euocet: iterumque & tertio, ita ne sudor abluatur. Dryophonon similis herba est, cauliculis tenuibus, cubitalibus, circumdatis utrinque foliis, pollicari amplitudine, qualia oxymyrsines, sed candidioribus mollioribusque, flore candido sambuci. Edunt cauliculos decoctos. Semine vero eius pro pipere utuntur. Elatine folia habet helicinae, pusilla, pilosa, rotunda, semipedalibus ramulis quinque senisve, a radice statim foliosis. Nascitur in segetibus, acerba gustu, & ideo oculorum fluxionibus efficax, foliis cum polenta tritis & impositis, subdito linteolo. Eadem cum lini semine cocta forbitionis usu dysenteria liberat. Empetron, quam nostri calcifragam vocant, nascitur in montibus maritimis, ferè in saxo: quò propius mari fuerit, minus falsa est, potaque bilem trahit ac pituitas: quò longius magisque terrena, amarior sentitur. Trahit aquam. Sumitur autem in iure aliquo, aut in hydromelite. Vetustate vires perdit. Recens urinas ciet decoctum in aqua vel tritum, calculosque frangit. Qui fidem promisso huic quaerunt, affirmant lapillos, qui subferuefiunt vna, rumpi. Epipactis, ab aliis elleborine vocatur, parua herba, exiguis foliis, iocineris vitii utilissima, & contra venena pota. Epimenidion caulis est non magnus, ederae foliis denis atque duodenis, nunquam florens, radice tenui, nigra, graui odore. Nascitur in humidis, & huic spissandi refrigerandique natura, foeminis cauenda. Folia in vino trita virginum mammis cohibent. Enneaphyllon, longa folia nouena habet, causticae naturae. Imponitur lana circumdatum, ne vrat latus: continuo enim pustulas excitat, lumborum doloribus & coxendicum utilissimum. Filicis duo genera nec florem habent, nec semine.

^a Reponere Epimenidion, uti ante legebatur ad stipulam. Dioscoride, apud quem haec annotata ferè ad verbum leguntur.

I

Pterin Græci vocant, alij blechnon, cuius ex vna radice complures exeunt filices, bina etiam cubita excedentes longitudine, non graues odore. Hanc marem existimant. Alterum genus thelypterin Græci vocant, alij nymphæam pterin. Est autem singularis atque non fruticosa, breuior, molliorque & densior, foliis ad radicem canaliculata. Vtriusque radice fues pinguescunt. Folia vtriusque lateribus pinnata, vnde nomen Græci imposuerunt. Radices vtrique longæ in obliquum, nigræ, præcipuè cum inaruere. Siccare autem eas Sole oportet. Nascuntur vbique, sed maximè frigido solo. Effodi debent Vergiliis occidētibus. Vfus radicis in trimatu tantum, neque antea, neque postea. Pellunt interaneorū animalia, ex his tæniæ cum melle: cætera ex vino dulci triduo potæ. Vtraque stomacho inutilissima. Aluum soluit: primò bilem trahens, mox aquam: melius tæniæ cum scam-¹⁰ monij pari pondere. Radix eius duūm obolorum pondere ex aqua, post vnus diei abstinentiam bibitur, melle prægustato contra rheumatismos. Neutra dada mulieribus, quoniam grauidis abortum, cæteris sterilitatem facit. Farina earum hulceribus tetris inspergitur: iumentorum quoque in ceruicibus. Folia cimicem necant: serpētem non recipiūt. Ideo substerni vtile est in locis suspectis: vstæ etiam fugant nidore. Fecere Medici huius quoquæ herbæ discrimen. Optima Macedonica est, sc̄cūda Cassiopica. Femur bubulum appellatur herba, neruis & ipsa vtilis, recens in aceto ac sale trita. Galeopsis, aut vt alij, galeobdolon vel galion, caulem & folia habet vrticæ læuiora, & que grauem odorem trita reddant: flore purpureo. Nascitur circa sepes ac semitas vbique. Folia caulesque duritias & carcinomata sanant ex aceto trita & imposita: item strumas. Panos & parotidas discutunt. Ex vsu est & decocto succo fouere. Putrescentia quoque & gāgrænas sanat cum sale. Glaux antiquitus eugalaeton vocabatur, cytiso, & lenticulæ foliis similis: auersa candidiora. Rami in terram serpunt quini fenīve, admodum tenues ab radice. Flosculi purpurei exeunt. Inuenitur iuxta mare. Coquitur in sorbitione similaginis, ad excitādā vbertatem lactis. Eam qui hauserint, balineis vti conuenit.

De glaucio, & glycyside, & gnaphalio, siue chamæzelo, & galedrago, & holco, & hyosiri, & holosteo, & hippophæsto.

C A P. X.

Glucion in Syria & Parthia nascitur, humilis herba, densis foliis, ferè papaueris, minoribus tamē sordidioribusque, odoris tetri, gustus amari cum astringitione. Granum habet crocei coloris. Hoc in olla fictili luto circumlitum, in clibanis calefaciunt: deinde ³⁰ exempto succum exprimunt eiusdem nominis. Vfus est & succi, & foliorum, si terantur, aduersus epiphoras, quæ vniuersæ vno impetu cadunt. Hinc temperatur collyrium, quod Medici diaglucion vocant. Lactis quoque vbertas intermissa restituitur. Sumitur eius rei causa ex aqua. Glycyside, quam aliqui pæoniam, aut pentorobon vocant, caulem habet duūm cubitorum, comitantibus duobus aut tribus, subrutulum, cute laurifolia qualia ifatis, pinguiora, rotundioraque, & minora: semen in siliquis, aliud grano rubente, aliud nigro. Duo autem genera sunt. Fœmina existimatur, cuius radicibus seu balani longiores circiter octo aut sex adhærent. Mas plures habet, quoniam non vna radice nixus est, palmi altitudine, candidaque. Ea gustu astringit. Fœminæ folia myrrham reddent, & densiora sunt. Nascuntur in fyluis. Tradunt noctu effodiendas, quoniam ⁴⁰ Martio impetum in oculos faciente, interdum periculosum sit. Radix verò cum effoditur, periculum esse ne fedes procidat. Magna id vanitate ad ostentationem rei fictum arbitror. Vfus in his diuersus. Rubra enim grana rubentis menses sistunt, xv. ferè pota in vino nigro. Nigra grana vuluis medentur, ex passo aut vino totidem pota. Radix omnes ventris dolores sedat in vino, aluumque purgat: sanat opisthotonum, morbum regium, renes, vesicam: matricem autē & stomachum decocta in vino: aluumque sistit: estur etiā contra malum mentis: sed in medendo quatuor drachmæ satis sunt. Grana nigra auxiliātur & suppressionibus nocturnis, in vino pota quo dictū est numero. Stomachi vero ⁵⁰ erosionibus, & esse ea & illinire prodest. Suppurationes quoque discutuntur: recentes nigro semine, veteres rubro. Vtrunque auxiliatur à serpente percussis: & pueris contra ⁵⁵ calculos, incipiente strāguria. Gnaphalion alij chamæzelon vocāt, cuius foliis albis mol-
libūf-

librisque pro tomento vtutur: sanè & similia sunt. Datur in vino austero ad dysenteriã: ventris solutiones, mensèsque mulierũ fistit. Infunditur autem tenesimo. Illinitur & putrescentibus hulcerum. Gale dragon vocat Xenocrates leucacantho similem, palustrem & spinosam, caule ferulaceo, alto, cui summo capite inhæret simile ouo. In hoc crescente ætate vermiculos nasci tradunt, quos pyxide conditos adalligari cum pane brachio ad eam partem, qua dens doleat, mirèque illico dolorem tolli. Valere nõ diutius anno, & ita si terram non attigerit. Holcus in saxis nascitur ficcis. Aristas habet in cacumine tenues, culmo, quale ordeum restibile. Hæc circa caput alligata, vel circa lacertum, educit è corpore aristas. Quidam ob id aristidam vocant. Hyofiris intubo similis, sed minor, & tactu asperior: vulneribus contusa præclare medetur. Holosteon sine duritia est herba, ex aduerso appellata à Græcis, sicut fel dulce, tenuis vsque in capillamenti speciem, longitudine quatuor digitorum, ceu gramen, foliis angustis, astringens gustu. Nascitur in collibus terrenis. Vfus eius ad conuulsa rupta, in vino pota. Vulnera quoque conglutinat. Nam & carnes coguntur, addita. Hippophæstõ nascitur in spinis, ex quibus fiunt æneæ fulloniæ, sine cauliculo, sine flore, capitulis tantum inanibus, & foliis paruis, multis, herbacei coloris, radículas habens albas, molles. Succus earum exprimitur ætate, ad soluendam aluum, tribus obolis, maximè in comitialibus morbis, & tremulis hydropicis. Contra vertigines, orthopnœas, paralyseis incipientes.

De hypoglossa, & hypereo, Idæa, isopyro, lathyri, leontopetalo, lycopside, lithospermo, lapide vulgari, de limeo, leuce, & leucographi.

CAP. XI.

Hypoglossa folia habet figura syluestris myrti, concaua, spinosa, & in his ceu linguas folio paruo exeunte de foliis. Capituli dolorem corona ex his imposita minuit. Hypereon in segetibus nascitur, foliis rutæ. Natura eius eadem quæ papaueris succo. Idæa herbæ folia sunt, quæ oxymyrsines: adhærent his velut pampini, in quibus flos. Aluum, mensèsque, & omnem abundantiam sanguinis fistit. Spissandi cohibendique naturã habet. Isopyron aliqui phaselion vocant, quoniam folium, quod est aniso simile, in pampinos torquetur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthij. Contra tussim & cætera pectoris vitia, ex melle aut aqua mulsã, item iocineri vtilissima. Lathyris folia habet multa, lactucæ similia, tenuiora, germina multa, in quibus semen tuniculis cõtinetur, vt capparisi, quæ cum inaruere, eximuntur grana piperis magnitudine, candida, dulcia, facilia purgatu. Hæc vicena in aqua pura aut mulsã pota, hydropicos sanant. Trahunt & bilem. Qui vehementiùs purgari volunt, cum folliculis ipsis sumunt ea: nam stomachum lædunt. Itaque inuentum est, vt cum pisce aut iure gallinacei fumeretur. Leontopetalon alij rhapeion vocant, folio brassicæ, caule semipedali: alæ multæ, semen in cacumine in filiquis ciceris modo: radix rapo similis, grandis, nigra. Nascitur in aruis. Radix aduersatur omnium serpentium generibus ex vino pota: nec alia res celerius proficit. Datur & ischiadicis. Lycopsis longioribus, quàm lactuca, est foliis, crassioribusque. Caule longo, hirsuto, adnatis multis cubitalibus, flore paruo, purpureo. Nascitur in campestribus. Illinitur cum farina hordeacea igni sacro. Sudorem in febribus mouet, succo aquæ calidæ admisto. Inter omnes herbas lithospermo nihil est mirabilius. Aliqui ægonychon vocant, alij Diospyron, alij Heracleos. Herba quincuncialis ferè, foliis duplo maioribus, quàm rutæ, ramulis surculosis, crassitudine iunci: gerit iuxta folia singulas veluti barbularum, & earum in cacuminibus lapillos candore & rotunditate margaritarum, magnitudine ciceris, duritia verò lapidea. Ipsi, quæ pediculis adhæreant, cauernulas habent, & intus semen. Nascitur & in Italia, sed laudatissimum in Creta. Nec quicquam inter herbas maiore quidem miraculo aspexi. Tantus est decor, velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis: tam exquisita difficultas lapidis ex herba nascentis. Iacere atque humi serpere authores tradunt. Ego vulsam, non hæretem vidi. Iis lapillis drachmæ pondere potis in vino albo calculos frangi, pellique constat, & stranguriam discuti. Neque in alia herbarum fides est visus statim, ad quam medicinam nata sit.

*Alias, phas-
solum vt e-
pud Dioscorid.
& Gal. lib. 6.
Simp. med.*

Est autem eius species, vt etiam sine autore visu statim nosci possit. Lapis vulgaris iuxta flumina fert muscum siccum, canum. Hic fricatur altero lapide, addita hominis saliuati: illo lapide tangitur impetigo. Qui tangit, dicit, *φάρμακον και θουρίδις, λύκος άχρειος ύμμε δίαπην*. Limeum herba appellatur à Gallis, qua sagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum ceruarium vocant. Ex hac in tres modios saliuati additur, quantum in vna sagitta addi solet: ita offa demittitur bouum faucibus in morbis. Alligari postea ad præsepia oportet, donec purgetur (insanire enim solent) si sudor insequitur, aqua frigida perfundi. Leuce Mercuriali similis, nomen ex causa accepit, per medium folium candida linea transcurrente: quare mesoleucon quidam vocant. Succus eius fistulas sanat: ipsa contrita, carcinomata. Fortassis eadem sit, quæ leucas appellatur, contra omnia marina venena efficacax. Speciem eius autores non tradunt, nec aliud, quam sylueltrem latioribus foliis esse efficaciorē, hanc semine acriorem. Leucographis qualis esset, scriptum non reperi: quod eò magis miror, quoniam utilis proditur sanguinem excreantibus, tribus obolis cum croco: item cœliacis, trita ex aqua & apposita: profluuiio fœminarum, oculorum quoque medicamentis, & explendis hulceribus, quæ sunt in teneris partibus corporis.

De medio, & myosota, & myagro, & natrice, & othone, & onosma, & onopordo, & osyri, & oxye, & batrachio, & polygono, & leucanthemo, & phyteuma, & phyllo, & phellandrio, & phalari, & polyrrhizo, & proserpinaca, & de rhacoma, de reseda, & stœchade. CAP. XII.

MEdion folia habet iridis fatiux, caulem tripedalem, & in eo florem gradem, purpureum, rotundum, semine minuto, radicem semipedalem. In saxis opacis nascitur. Radix drachmis duabus cum melle menses fœminarum sistit ecligmate per aliquot dies sumpto. Semen quoque in vino, tritum, contra abundantiam fœminarum datur. Myosota siue myosotis, læuis herba, caulibus pluribus ab vna radice, aliquatenus rubentibus, concavis, ab imo foliis angustis, oblongis, dorso acuto, nigris, per interualla assidue geminatis, tenuibus cauliculis ex alis prodeuntibus, flore cæruleo. Radix digitali crassitudine, multis capillamentis fibrata. Vis ei septica & exulceratrix, ideoque ægilopas sanat. Tradunt Ægyptij, mensis quem Thiatin vocant die xxviij. ferè in Augustum mensem incurrente, si quis huius herbæ succo inungatur manè priusquam loquatur, non lippiturum eo anno. Myagros herba ferulacea est foliis similis rubix, tripedanea. Semen oleosum, quod & fit ex eo. Medetur oris hulceribus perunctis hoc succo. Herba, quæ vocatur nigina, tribus foliis longis intubaceis, illita cicatrices ad colorem reducit. Natrice vocatur herba, cuius radix euulsa virus hirci redolet. Hac in Piceno à fœminis abigunt, quos mira persuasione Fatuos vocant: ego species lymphantium hoc modo animorum esse crediderim, qui tali medicamento iuuentur. Odontitis inter fœni genera est, cauliculis densis ab eadem radice, geniculatis, triangulis, nigris. In geniculis folia parua habet, longiora tamen quam polygonon. Semine in alis hordeo simile, florem purpureum, pusillum. Nascitur in pratis. Decoctum cauliculorum eius in vino austero, quantum manus capiat, detium dolori medetur, ita vt contineatur ore. Othonne in Syria nascitur, similis eruca, perforatis crebro foliis, flore croci: quare quidam anemonem vocauerunt. Succus eius oculorum medicamentis conuenit. Mordet enim leuiter & exalfacit, astringitq; siccando. Purgat cicatrices & nubeculas, & quicquid obstat. Quidam tradunt lauari, atq; ita siccata digereri in pastillos. Onosma longa folia habet ferè ad tres digitos in terra iacentia, tria, ad similitudinem anchusæ incisa, sine caule, sine flore, sine semine. Prægnans si edat eam, aut supergradiatur, abortum facere dicitur. Onopordon si comederint a fini, crepitus reddere dicuntur. Trahit vrinas & menses, aluum sistit, suppurationes & collectiones discutit. Osyris ramulos fert nigros, tenues, lentos, & in iis folia nigra ceulinî: semenque in ramulis nigrum initio, dein colore mutato rubescens. Simegmata mulieribus faciunt ex his. Radicum decoctum potum, sanat arquatos. Eadem, priusquam maturescat semen concisæ, & Sole siccata, aluum sistunt. Post maturitatem verò collectæ, & in sorbitione decoctæ, rheumatismis ventris medentur, & per se trita ex aqua cælesti bibuntur. Oxys folia

folia terna habet. Datur ad stomachum dissolutum. Edunt & qui enterocelen habent. Polyanthemum, quam quidam batrachion appellat, caustica vi exulcerat cicatrices, & ad colorem reducit. Eademque vitiligines concorporat. Polygonon Græci vocant, quam nos sanguinariam: non attollitur à terra, foliis rutæ, semine graminis. Succus eius infusus naribus supprimit sanguinem: & potus cum vino, cuiuslibet partis profluuium, excretionisque cruentas inhibet. Qui plura genera polygoni faciunt, hanc marem intelligi volunt, appellarique à multitudine feminis, aut densitate fruticis calligonon. Alij polygonaton à frequentia geniculorum: alij theuthalida, alij carcinetron, alij clema, multi myrtopetalon. Necnon inueniuntur, qui hanc foeminam esse dicunt: marem autem maiorem, minusque nigram, & geniculis deflorem, semine sub omnibus foliis turgescentem. Quocunque hæc modo se habeant, vis earum est spissare ac refrigerare. Semina aluum soluunt, largius sumpta vrinam cient, rheumatismos cohibent: qui si non fuere, non profunt. Stomachi feruori folia imponuntur: vesicæ dolori illinuntur, & ignibus sacris. Succus & auribus purulentis instillatur & oculorum dolori per se. Dabatur & in febribus ante accessiones duobus cyathis in tertianis, quartanisve præcipue: item cholericis, dysentericis, & in solutione stomachi. Tertium genus oreon vocatur, in montibus nascens, harundini teneræ simile, vno caule, densis geniculis, & in se fractis, foliis autem piceæ, radicis superuacua, inefficacius quam superiora. Peculiare ischiadicis. Quartum genus syluestre appellatur, penè arboris modo frutex, radice lignosa, stirpe cedri rubicundo: ramis sparti, binum palmorum, nigris geniculorum ternis quaternisve articulis. Huic quoque spissandi natura, sapor mali cotonei. Decoquitur in aqua ad tertias, aut aridi farina inspergitur & oris huculceribus, & attritis partibus. Propter gingiuarum verò vitia ipsa commanducatur. Nomas sistit, omniaque quæ serpunt, aut difficilem cicatricem habent. Priuatim verò sanat à niue facta huculcera. Herbarij & ad anginas vtuntur illa: & in capitis dolore coronam ex ea imponunt: & contra epiphoras collo circumdant. In tertianis quidam sinistra manu euulsam adalligant: adeo contra profluua sanguinis, nec vllam magis aridam quam polygonum, seruant. Pancration aliqui scillam pusillam appellare malunt, foliis albi lilij longioribus crassioribusque, radice bulbi magni, colore rufo. Aluum soluit, succo, cum farina erui sumpto: huculcera purgat. Hydropicis spleneticisque cum melle datur. Alij decoquunt eam, donec aqua dulcis fiat: eaque effusa, radicem terentes digerunt in pastillos Sole siccatos: & postea vtuntur ad capitis huculcera, & cætera quæ repurganda sunt. Item ad tussim, quantum tribus digitis apprehenderit, in vino dantes, & ad lateris dolores, aut peripneumonicis ecligmate. Propter ischiada in vino bibendum, & propter tormina mensisque ciendos. Peplos, quam aliqui sycen, alij meconion aphrodes vocant, ex vna radice tenui fruticat, foliis rutæ paulò latioribus, semine sub foliis rotundo, minore quam candidi papaueris. Inter vites ferè colligitur messibus: siccaturque cum fructu suo subiectis aquis, in quas excidat. Hoc poto aluus soluitur, bilis ac pituita detrahitur. Media potio est acetabuli mensura, in aquæ mulsæ heminis tribus. Et cibus inspergitur obsoniisque ad molliendam aluum. Periclymenos fruticat & ipsa, ex interuallo duo folia habens, subcandida, mollia. In cacumine autem semen inter folia durum, & quod difficile euellatur. Nascitur in aruis ac sepibus, conuoluens se adminiculis quibuscunque. Semen eius in vmbra siccatum tunditur, & in pastillos digeritur. Hi resoluti dantur in vini albi cyathis tribus, tricenis diebus, ad lienem: eumque vrina cruenta, aut per aluum absumit: quod intelligitur à decimo statim die. Vrinam cient & folia decocta: quæ & orthopnoicis profunt. Partum quoque adiuuant, secundasque pellunt pota simili modo. Pelecinum in segetibus diximus nasci, fruticosam cauliculis, foliis ciceris. Semen in siliquis fert, corniculorum modo aduncis, ternis quaternisve, quale gith nouimus, amarum, stomacho utile. Additur in antidotis. Polygala palmi altitudinem petit, in caule summo foliis lenticulæ, gustu astricto, quæ pota lactis abundantiam facit. Poterion, aut (vt alij vocant) phrynion, vel neurada, largè fruticat, spinis retorrída, lanugine spissa, foliis paruis, rotundis, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, flore lógo, herbacei coloris: feminis nulli vsus,

^a Melius in vetust. codic. Poterion (alij vocant phrynion vel neurada) largè fruticat.

fed gustu acuto & odorato. Inuenitur in aquosis collibus. Radices habet duas aut tres, binum cubitorum in altitudine, neruosas, candidas, firmas. Circufoditur autumno, & præciso frutice dat succum gummi similem. Radix mira vulneribus sanandis traditur, præcipueque neruis vel præciis illita. Decoctum quoque eius cum melle potum dissolutiones neruorum, & infirmitates, & incisiones iuuat. Phalangites, à quibusdam phalangiō vocatur, ab aliis leucanthon, vel (vt in quibusdam exemplaribus inuenio) leucacatha. Ramuli sunt ei nunquam pauciores duobus, in diuersa tendentes: flos candidus, lilio rubro similis, semine nigro, lato, ad lenticulæ dimidiæ figurā, multo tenuiore, radice herbacei coloris. Huius folio vel flore vel semine auxiliantur contra scorpionum, phalangiorumque, & serpentium ictus: item contra tormina. Phyteuma qualis sit, describere superuacuum habeo, cum sit vsus eius tantum ad amatoria. Phyllon à Græcis vocatur herba in saxosis montibus, fœmina magis herbacei coloris, caule tenui, radice parua semine rotundo, papaueri simili. Hæc sui sexus facit partus: mares autem semine tantum differens, quod est incipientis oliuæ. Vtrunque bibitur in vino. Phellandron nascitur in palustribus, folio apij. Bibitur semen eius propter calculos & vesicæ incommoda. Phalaris thyrsus habet longum, tenuem, ceu calamum, in summo florem inclinatum: semen simile sesamæ. Et hoc calculos frangit, potum ex vino vel aceto vel cum melle & lacte. Idem & vitia vesicæ sanat. Polyrhizon folia habet myrti, radices multas. Hæc tusa dantur in vino contra serpentes: profunt & quadrupedibus. Proserpinaca herba vulgaris est, eximij aduersus scorpiones remedij. Eadem contrita, addita muria & oleo, anginam eximie curari tradunt. Prætereà in quatalibet lassitudine recreari defessos, etiã cum obmutuerint, si subiiciatur linguæ. Si deuoretur, vomitionem sequi salutarem. Racomia affertur ex his, quæ supra Potum sunt, regionibus. Radix costo nigro similis, minor & rufior paulo, sine odore, calfaciens gustu & astringens. Eadem trita vini colorem reddit, ad crocum inclinante. Illita collectiones inflammationesque sedat: vulnera sanat: epiphoras oculorum sedat ex passo illita: insignita cum melle, & alia liuentia ex aceto. Farina eius inspergitur contra cacœthe, & sanguinem reicientibus drachmæ pondere in aqua. Dysentericis etiam & cœliacis, si febris carent, in vino: sin aliter, ex aqua. Facilius teritur, nocte antecedente madefacta: Datur & decoctum eius bibendum duplici mensura ad rupta cõuulsa, contusis, ex sublimi deuolutis. Si pectoris sint dolores, additur piperis aliquid & myrrhæ: si dissolutio stomachi, ex frigida aqua sumitur: siue intus siue extra, purulentis excreationibus: item hepaticis, splenicis, ischiadicis: ad renum vitia, suspiria, orthopnœas. Arteriæ scabritias sanat ex passo, tribus obolis potis trita, aut decoctum eius. Lichenas quoque ex aceto imposita purgat. Bibitur contra inflationes & perfrictiones, febres frigidas, singultus, tormina, asperitates, capitis grauitates, melancholicas vertigines, lassitudinum dolores & conuulsiones. Circa Ariminum nota est herba, quam reseda vocant. Discutit collectiones, inflammationesque omnes. Qui curant ea, addunt hæc verba, Reseda morbos reseda, scilicet ne scisne quis hic pullos egerit? radices nec caput, nec pedes habeant. Hæc ter dicunt, totiesque despuunt. Stœchas in insulis tantum eiusdem nominis gignitur, odorata herba, coma hyssopi, amara gustu. Menses ciet potu: pectoris dolores leuat. Antidotis quoque miscetur.

Thlaspi & trachinia.

De solano, & smyrnio, & telephio, & trichomane, & thalietro, & thlaspi, & tragonia, & tragoni, & trago, & tragopogo, & spondyli. Et quod quidam morbi in quibusdam non sunt gentibus.

C A P.

X I I I.

Solanum Græci strychnon vocant, vt tradit Cornelius Celsus. Huic vis reprimendi refrigerandique. Smyrnion caulem habet apij, folia latiora, & maxime circa stolones multos, quorum à sinu exiliunt pingua, ad terram infracta, odore medicato, & cum quadam acrimonia iucundo, colore in luteum languescente, capitibus caulium orbiculatis, vt anethi semine rotundo, nigro, quod arefcit incipiente æstate. Radix quoque odorata, gustu acri mordet, succosa, mollis. Cortex eius foris niger, intus pallidus. Odor myrrhæ

myrrhæ habet qualitatem: vnde & nomē. Nascitur & in saxosis collibus, & in terrenis. Vfus eius excalfacere, extenuare. Vrinam & menses ciet folia & radix. Semen aluum sistit. Radix collectiones & suppurationes non veteres, item duritias discutit illita. Prodest & contra phalangia ac serpentes, admisto cachry aut polio, aut melissophyllo, in vino pota, sed particulatim, quoniam vniuersa vomitionem mouet. Qua de causa aliquando cum ruta datur. Medetur tussi & orthopnoæ semen, vel radix: item thoracis, aut lienis, aut renum, aut vesicæ vitiis. Radix autem ruptis conuulsis. Partus quoque adiuuat, & secundas pellit. Datur & ischiadicis cum crethno in vino. Sudores ciet & ructus: ideo inflationem stomachi discutit. Vulnere ad cicatricem perducit. Exprimitur & succus radicis, vtilis foeminis & thoracis præcordiorumque desiderii: calfacit enim & concoquit, & purgat. Semen peculiariter hydropicis datur potu, quibus & succus illinitur, & malagma è cortice arido. Et ad obsonia vtuntur cum mullō & oleo, & garo, maxime in elixis carnibus simul. Concoctiones facit, sapore simillima piperi. Eadem in dolore stomachi efficax. Telephion portulacæ similis est & caule & foliis. Rami à radice septeni octonive fruticant, foliis crassis, carnosiss. Nascitur in cultis, & maxime inter vites. Illinitur lētigini, & cum inaruit, teritur. Illinitur & vitiligini, ternis ferè mensibus, senis horis noctis aut diei: postea farina hordeacea illinitur. Medetur & vulneribus & fistulis. Trichomanes adianto similis est, exilius modò, nigriusque, foliis lenticulæ densis, amaris, aduersis inter se. Decoctum eius strangurias sanat in vino albo potum, addito cumino rustico.

20 Succus cohibet capillos defluentes, aut si effluerint, reparat. Alopeciaque densat tritū, & in oleo illitum. Sternutamenta quoque gustatu mouet.^a Thaliectrum folia coriandri habet, pinguiora paulò, caulem papaueris. Nascitur vbique, præcipue in campestribus. Medentur hulceribus folia cum melle^b. Thaspe duorum generum est, angustis foliis digitali longitudine, & latitudine in terram versis, in cacumine diuisis, cauliculo semipedali, nō sine ramis, peltarum specie, femine incluso lenticulæ effigie, nisi quòd infringitur, vnde nomen. Flos albicat. Nascitur in semitis & sepibus. Semen asperi gustus, bilem & pituitam vtrinque extrahit. Modus sumendi, acetabuli mēsurā. Prodest & ischiadicis infusum, donec sanguinem trahat. Menses quoque ciet, sed partus necat. Alterum^c thlaspe, aliqui^d Persicum napi vocant, latis foliis, radicibus magnis, & ipsum vtile ischiadico-

30 rum infusioni. Prodest & inguinibus vtrunque. Præcipitur, vt qui colligit, dicat sumere se contra inguina & contra omnes collectiones, & contra vulnera, vnāque manu tollat. Trachinia herba qualis sit, non traditur. Credo & falsum esse promissum Democriti. Portentosum enim est, adalligatam triduo absumere lienes. Tragonis, siue tragion, nascitur in Cretæ tantum insulæ maritimis, iunipero similis & femine, & folio, & ramis. Succus eius lacteus in gummi spissatus, vel semel, impositione spicula è corpore eiicit. Tunditur recens, & cum vino illinitur, aut siccæ farina cum melle. Eadem lactis abundantiam facit: mammisque vnicè medetur. Est & alia herba tragos, quam aliqui scorpion vocant, semipedem alta, fruticosa, sine foliis, pusillis racemis rubentibus, grano tritici acuto cacumine, & ipsa in maritimis nascens. Huius ramorum x. aut x i j. cacumina trita ex vino pota cœliacis, disentericis, sanguinem excreantibus, mensiumque abundantia auxiliantur. Est & tragopogon, quem alij comen vocant, caule paruo, foliis croci, radice longa, dulci, super caulem calyce lato, nigro. Nascitur in asperis, sine vsu. Et de herbis quidem memoria digna hæcenus aut accepimus, aut comperimus. In fine earum admonere non ab re iudicamus, aliis alias virium ætates esse. Longissimo tempore durat clacterium, vt diximus: chamæleon niger xl. annis: centaureum non vltra x i j. Peucedanum & aristolochia ac vitis syluestris anno in vmbra feruantur. Et animalium quidem cæterorum nullum aliud radices è nobis dictas attingit, excepta spondyli, quæ omnes persequitur. Genus id serpentis est. Ne illud quidem dubitatur, omnium radicū vim effectusque minui, si fructus prius maturescant: item feminum, antè radice propter succum incisa. Resoluitur autem omnium vis consuetudine: & desinūt prodesse, cum opus est, quæ quotidie in vsu fuere, æquè quàm nocere. Omnes verò herbæ vehementiores effectu vi-

^a Thaliectrū
Dioscoridi.

^b Legendum,
Thlaspi; ex
eodem Dios-
coride.

^c thlaspi,
^d Melissos,
Persicum li-
napi, tum ex
restitu codici-
bus, tum ex
Dioscoride.

ribusque sunt in frigidis locis, & in Aquiloniis: item siccis. Sunt & gentium differentiarum non mediocres: sicut accepimus de tineis lumbricisque, inesse Ægypti, Arabiæ, Syriæ, Ciliciæ populis: è diuerso Græciæ, Phrygiæ omnino non innasci. Minus id mirum, quam quod in confinio Atticæ Bœotiaque Thebanis innascuntur, cum absint Atheniensibus. Quæ contemplatio aufert rursus nos ad ipsorum animalium naturas, ingenitasque; iis vel certiores morborum omnium medicinas. Enimuero rerum omnium parens, nullum animal ad hoc tantum ut pasceretur, aut alia fatiaret, nasci voluit: artesque; salutare inferuit & visceribus, quippe cum furdis etiam rebus inferuerit. Tum verò illa animæ auxilia præstantissima ex anima alia esse voluit, contemplatione ante cuncta mirabili.

C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XXVIII.

PROOEMIUM.

De medicinis ex animalibus.

CAPUT I.



DICTÆ erant omnium rerum naturæ, inter cælum ac terram nascentium, restabantque quæ ex ipsa tellure fodiuntur, si non herbarum ac fruticum tractata remedia auferrent transuersos, ex ipsis animalibus quæ sanantur, reperta maiore medicina. Qui ergo dixerimus herbas & florum imagines, ac pleraque inuenta rara ac difficilia, iidem tacebimus quid in ipso homine profuit homini, cæteraque genera remediorum inter nos uiuentia: cum præsertim, nisi carenti doloribus morbisque vita ipsa poena fiat. Minimè verò. Quin omnem infumemus operam, licet fastidij periculum vigeat: quando ita decretum est, minorem gratiæ, quam vtilitatum vitæ, respectum habere. Quinimo externa quoque, & barbaros etiam ritus indagabimus. Fides tantum autores appellet. Quanquam & ipsi consensu propè iudicata eligere laborauimus, potiusque curæ rerum, quam copiæ institimus. Illud admonuisse perquam necessarium est, dictas iam à nobis naturas animalium, & quæ cuiusque essent inuenta: (neque enim minus profuere medicinas reperiendo, quam profunt præbendo) nunc quæ in ipsis auxiliantur indicari, neque illhic in totum omissa. Itaque hæc esse quidem alia, illis tamen connexa. Incipiemus autem ab homine, ipsum sibi exquirentes, immensa tantum difficultate obuia. Sanguinem quoque gladiatorum bibunt, ut uiuentibus poculis, comitiales morbi: quod spectare facientes in eadem arena feras quoque horror est. At hercule illi ex homine ipso sorberi efficacissimum putant calidum spirantemque, & unam ipsam animam ex osculo vulnerum, cum plagis ne ferarum quidem admoueri ora fas sit humana. Alij medullas crurum quærunt, & cerebrum infantium. Nec pauci apud Græcos, singulorum viscerum membrorumque etiam sapes dixere, omnia persecuti usque ad resegmina vnguium: quasi verò sanitas videri possit, feram ex homine fieri, morboque dignum in ipsa medicina, egregia hercule frustratione, si non profuit. Aspici humana exta nefas habetur, quid mandari? Quis ista inuenit ostenta? Tecum enim res erit euerfor iuris humani, monstrorumque artifex, qui primus ea condidisti, credo ne vita tui obliuisceretur. Quis inuenit singula membra humana mandere? qua coniectura indu-

ctus? Quam potest medicina ista originem habuisse? Quis veneficia innocentiora effecit, quàm remedia? Esto, barbari externique ritus inuenerint, etiàmne Græci suas fecerit has artes? Extant commentationes Democriti, ad alia noxij hominis è capite ossa plus prodesse: ad alia, amici & hospitis. Iam verò vi interempti dente gingiuas in dolore scarificari, Apollonius efficacissimum scripsit: Miletus, oculorum suffusiones felle hominis sanari. Artemon caluaria interfecti, neque cremati, propinauit aquam è fonte noctu comitialibus morbis. Ex eadem suspensio interempti catapotia fecit, contra canis rabiosi morsus Antheus. Atque etiam quadrupedes homines sanauere, contra inflationes bouum, perforatis cornibus inferentes ossa humana: vbi homo occisus esset, aut crematus, siliginem quæ pernoctasset, suum morbis dando. Procul à nobis nostrisque literis absint ista. Nos auxilia dicemus, non piacula: sicubi lactis puerperarum vsus mederi potuit, sicubi saliuæ tactusve corporis, cæteraque similia. Vitam quidem non adeò expetendam censemus, vt quoquo modo trahenda sit. Quisquis es talis, æquè moriere, etiam cum obscænus vixeris, aut nefandus. Quapropter hoc primum quisque in remediis animi sui habeat: ex omnibus bonis quæ homini tribuit natura, nullum melius esse tempestiua morte: in eaque id optimum, quòd illam sibi quisque præstare poterit.

An sit in medendo verborum aliqua vis: ostenta & sanciri & depelli.

C A P. I I.

EX homine remediorum primum maximæ quæstionis, & semper incertæ est, valeantne aliquid verba & incantamenta carminum. Quod si verum est, homini acceptum ferri oportere conueniet. Sed viritim sapientissimi cuiusque respuit fides. In vniuersum verò omnibus horis credit vita, nec sentit. Quippe victimas cædi sine precatione non videtur referre, nec Deos ritè consuli. Præterea alia sunt verba impetrantis, alia depulsoris, alia commentationis. Vidimus certis precationibus obsecrasse summos magistratus. Et ne quid verborum prætereatur, aut præposterum dicatur, de scripto præire aliquem, rursusque alium custodem dari attendat, alium verò præponi, qui faueri linguis iubeat: tibicinem canere, ne quid aliud exaudiat: vtraque memoria insigni, quoties ipsæ diræ obstrepentes nocuerint, quotiesve precatio errauerit: sic repente extis adimi capita, vel corda, aut geminari victima stante. Duratque immenso exemplo Deciorum, patris filiique, quo se deuouere, carmen. Extat Tucciæ Vestalis incestæ precatio, qua vsa aquam in cribro tulit, anno vrbis dci x. Boario verò in foro Græcum Græcàmque defossos, aut aliarum gentium, cum quibus tum res esset, etiam nostra ætas vidit. Cuius sacri precationem, qua solet præire Quindecimuirum collegij magister, si quis legat, profectò vim carminum fateatur, ea omnia approbantibus octingentorum triginta annorum euentibus. Vestales nostras hodie credimus nondum egressa vrbe mancipia fugitiua retinere in loco precatione: cum si semel recipiatur ea ratio, & Deos preces aliquas exaudire, aut vllis moueri verbis, confitendum sit de tota coniectatione. Prisci quidem nostri perpetuò talia prodidere: difficillimùmque ex his etiam fulmina elici, vt suo loco docuimus. L. Piso primo Annalium autor est, Tullum Hostilium regem ex Numæ libris eodem, quo illum, sacrificio Iouem cælo deuocare conatum, quoniam parum ritè quædam fecisset, fulmine ictum: multi verò magnarum rerum fata & ostenta verbis permutari. Cum in Tarpeio fodientes delubro fundamenta, caput humanum inuenissent, missis ob id à Senatu legatis, Hetruriam celeberrimus vates Olenus Calenus præclarum id fortunatumque cernens, interrogatione in suam gentem transferre tentauit, scipione prius determinata templi imagine in solo ante se: Hoc ergo dicitis Romani? Hic templum Iouis optimi maximi futurum est: hic caput inuenimus constantissima Annalium affirmatione, transitorium fuisse fatum in Hetruriam, ni præmoniti à filio vatis legati Romani respondissent: Non planè hic, sed Romæ inuentum caput dicimus. Iterum id accidisse tradunt, cum

^a T. impetrantis, alia depulsoris, alia commentationibus.

^b incestæ precatio,

in fastigium eiusdem delubri præparatæ quadrigæ fixiles in fornace creuissent: & iterum simi modo retentum augurium. Hæc satis sint, exemplis vt appareat, ostentorum vires & in nostra potestate esse: ac prout quæque accepta sint, ita valere. In Augurum certè disciplina constat, neque diras, neque vlla auspicia pertinere ad eos, qui quanque rem ingrediētes, obseruare se ea negauerint: quo munere diuinæ indulgētia maius nullum est. Quid? non & legum ipsarum in Duodecim tabulis verba sunt? Qui fruges excantasset. Et alibi, Qui malum carmen incantasset. Verrius Flaccus autores ponit, quibus credat, in oppugnationibus ante omnia solitum à Romanis sacerdotibus euocari Deum, cuius in tutela id oppidum esset: promittique illi eundem, aut ampliorem locum apud Romanos, cultumve. Durat in Pontificum disciplina id sacrum: constatque ideo occultatum, in cuius Dei tutela Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent. Desig-¹⁰ quidem diris deprecationibus nemo non metuit. Huc pertinet ouorum, vt exorbuerit quisque, calyces cochlearumque protinus frangi, aut eosdem cochlearibus perforari. Hinc Theocriti apud Græcos, Catulli apud nos, proximèque Virgilij incantamentorum amatoria imitatio. Figlinarum opera multi rumpi credunt tali modo: non pauci etiam serpentes ipsas incantari: & hunc vnum illis esse intellectum, contrahique Marforum cantu, etiam in nocturna quiete. Etiam parietes incendiolorum deprecationibus cō-²⁰ scribuntur. Neque est facile dictu, externa verba atque ineffabilia derogent fidem validius, an Latina inopinata, & quæ ridicula videri cogit animus, semper aliquid immensum expectans, ac dignum Deo mouendo, imò verò quod numini imperet. Dixit Ho-²⁰ merus: profluuium sanguinis vulnerato femine Vlixem inhibuisse carmine: Theophrastus ischiadicos sanari. Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliari, M. Varro podagris. Cæsarem Dictatorem post vnū ancipitem vehiculi casum, ferunt semper, vt primum confedisset, id quod plerosque nunc facere scimus, carmine ter repetito securitatem itinerum aucupari solitum. Licet hanc in partem singulorum quoque cōscientiam coarguere. Cur enim primum anni incipientis diem lætis precationibus inuicè faustum ominamur? Cur publicis lustris etiam nomina victimas ducentium prospera legimus? Cur & fascinationibus adoratione peculiari occurrimus alij, Græcā Nemesin inuocantes: cuius ob id Romæ simulacrum in Capitolio est, quamuis Latinum nomen non sit. Cur ad mentionem defunctorum, testamur memoriā eorum à nobis non sollicitari? Cur ³⁰ impares numeros ad omnia vehementiores credimus? idque in febribus dierum obseruatione intelligitur. Cur ad primitias pomorum, hæc vetera esse dicimus, alia noua optamus? Cur sternutamentis salutamur? quod etiam Tiberium Cæsarem, tristissimum (vt constat) hominum, in vehiculo exegisse tradunt. Et aliqui nomine quoque consalutare, religiosius putant. Quin & absentes tinnitu aurium præsentire sermones de se, receptum est. Attalus affirmat, scorpione viso, si quis dicat duo, cohiberi, nec vibrare ictus. Et quoniam scorpio admonuit, in Africa nemo destinat aliquid, nisi præfatus Africam. In Cæteris verò gentibus, Deos ante obtestatur, vt velint. Nam si mensa adsit, ^a nullū ponere, translaticium videmus etiam, quoniam multas religiones pollere manifestum est. Alius saliuā post aurem digito relata, sollicitudinem animi propitiat. Pollices, cum ⁴⁰ uecamus, premere etiam prouerbio iubemur. In adorando dexteram ad osculum referimus, totūque corpus circumagimus: quod in læuum fecisse, Galliæ religiosus credunt. Fulgetras ^b popysmis adorare, consensus gentium est. Incendia inter epulas nominata, aquis sub mensis profusis abominamur. Recedente aliquo ab epulis, simul verri solum: aut bibente conuiuia, mensam vel repositorium tolli, inauspicatissimum iudicatur. Seruij Sulpitij principis viri commentatio est, quam ob rem mensa linquenda non sit. Nondum enim plures, quàm conuiuæ, numerabantur. Nam sternutamento reuocari ferculum mensamve, si non postea gustetur aliquid, inter diras habetur, aut omnino non esse. Hæc instituere illi, qui omnibus negotiis horisque interesse credebant Deos: & ideo placatos etiam vitiis nostris reliquerunt. Quin & repente conticescere conui-⁵⁰ uium adnotatum est, non nisi in pari præsentium numero: qua in re famæ labor est, ad quen-

^a T. anulum
ponere transla-
ticiū vide-
mus: quinetiā
multas regio-
nes pollere.

^b Pol. adora-
re, popysmis
sonf.

ad quencunque eorum pertinens. Cibus etiam è manu prolapsus reddebatur, vtique per mensas: vetabantque munditiarum causa deflare. Et sunt condita auguria, quid loquēti cogitante id acciderit, inter execratissimas. Si Pontifici accidat Ditis causa epulanti, in mensa vtique id reponi, adolerique ad Larem, piatio est. Medicamenta, priusquam adhibeantur, in mensa fortè deposita, negantur prodesse. Ungues refecari nundinis Romanis tacenti atque à digito indice, multorum pecuniæ religiosum est. Capillum verò contractari, contra defluuia ac dolores capitis xvij. Luna, atque xxix. Pagana lege in plerisque Italiæ prædiis cauetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos, aut omnino detectos ferant: quoniam aduersetur id omnium spei, præcipuéque frugum. M. Seruilius Nonianus princeps ciuitatis, non pridem in metu lippitudinis, priusquam ipse eam nominaret, aliúsvē ei prædiceret, duabus literis Græcis, P & A, chartam inscriptam, circumligatam lino, subnectebat collo: Mutianus ter Consul, eadem obseruatione viuente muscam in linteolo albo, his remediis carere ipsos lippitudine prædicantes. Carmina quædam extant contra grandines, contraque morborum genera, contraque ambusta, quædam etiam experta: sed prodendo obstat ingens verecundia, in tanta animorum varietate. Quapropter de his, vt libitum cuique fuerit, opinetur.

Remedia ex homine contra Magos.

C A P. I I I.

Hominum monstrificas naturas & veneficos aspectus, diximus in portentis gētium, & multas animalium proprietates, quæ repeti superuacuum est. Quorundam hominum tota corpora profunt, vt ex his familiis, quæ sunt terrori serpentibus, tactu ipso leuant percussos suctiue modico. Quorum è genere sunt Pfyli Marisque, & qui Ophiogenes vocantur in insula^a Cypro: ex qua familia legatus^b Exagon nomine, à Cōsulibus Romæ in dolium serpentium coniectus experimenti causa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit. Signum eius familiæ est, si modò adhuc durat, vernis temporibus odoris virus. Atque eorum sudor quoque medebatur, non modò salua. Nam in insula Nili Tentyri nascentes tanto sunt crocodilis terrori, vt vocem quoque eorum fugiant. Horum omnium generum in sua repugnantia interuentum quoq; mederi cōstat: sicuti aggruari vulnera introitu eorum, qui vnquam fuerint serpentium canisve dente læsi. Eidem gallinarum incubitus, pecorum foetus, abortu vitiât. Tantú remanet virus excepto semel malo, vt venefici fiant venena passi. Remedio est, ablui prius manus eorum, aquaque illa eos, quibus medearis, inspergi. Rursus à scorpione aliquando percussi, nunquam postea à crabronibus, vespis, apibúsvē feriúntur. Minus miretur hoc, qui sciat, vestè à tineis nō attingi, quæ fuerit in funere: serpentes ægrè, præterquam læua manu extrahi.

De quibusdam sortilegiis, & salua hominis.

C A P. I I I I.

Pythagoræ inuentis non temere fallere, impositiuorum nominú imparem vocalium numerum, clauditates, oculorumve orbitatem, ac similes casus dextris assignare partibus, parè læuis. Ferunt difficiles partus statim solui, cum quis tectum, in quo sit grauida, transmiserit lapide, vel missili ex his, quæ tria animalia singulis ictibus interfecerint, hominem, aprum, vrsam. Probabilius id facit hasta velitaris, euulsa à corpore hominis, si terram nō attigerit. Eosdē enim illata effectus habet. Sic & sagittas corpore eductas, si terram non attigerint, subiectas cubantibus, amatoriu esse, Orpheus & Archelaus scribunt. Quin & comitalē morbum sanari cibo è carne feræ occisæ eodem ferro, quo homo interfectus sit. Quorundam partes medicæ sunt, sicuti diximus de Pyrrhi regis pollice. Et Elide solebat ostendi Pelopis costa, quam eburneam affirmabāt. Næuos in facie tondere, religiosum habent etiã nunc multi. Hominum verò in primis ieiunã saluam, contra serpentes præsidio esse, docuimus. Sed & alios efficaces eius vsus recognoscat vita. Despuimus comitiales morbos, hoc est, cōtagia regerimus. Simili modo & fascinationes repercutimus, dextræq; claudicatis occursum. Veniam quoque à Deis spei alicuius audacioris petimus, in sinum spuendo etiã. Eadē ratione terna despuere deprecatione, in omni medicina mos est, atq; effectus adiuuare: incipientes furúculos ter præsignare ieiuna salua. Mirum dicemus, sed experimento facile: Si quē pœniteat ictus eminus cominúsvē illati,

& statim expuat mediam in manum, qua percussit, leuatur illico percussus à pœna. Hoc sæpe delumbata quadrupede approbatur, statim à tali remedio correcto animalis ingressu. Quidam verò aggrauât ictus, ante conatum simili modo saliuam in manu ingesta. Credamus ergo lichenas leprâsque ieiunæ illitu assiduo arceri: item lippitudines, matutina quotidie velut inunctione: carcinomata, malo terræ subacto: cervicis dolorem, saliuam ieiuni dextra manu ad dextrum poplitè relata, læua ad sinistrum: si quod animal aurem intrauerit, & inspuatur, exire. Inter amuleta est, editæ quæque vrinæ inspuere: similiter in calciamentum dextri pedis, antequam induatur: item cum quis transeat locum, in quo aliquod periculum adierit. Marció Smyrnæus, qui de simplicibus effectibus scripsit, rumpi scolopendras marinas sputo tradit: item rubetas, aliasque ranas: Ophilius, serpentes, si quis in hiatus earum expuat. Salpe, torporem sedari quocunque membro insitupente, si quis in sinum expuat: aut si superior palpebra saliuam tangatur. Nos si hæc, & illa credamus rite fieri: Extranei interuentu, aut si dormiens spectetur infans, à nutrice terna adspui: quanquam religione mutatur & Fascinus, Imperatorum quoque, nō solum infantium custos, qui Deus inter sacra Romana à Vestalibus colitur, & currus triumphantium sub his pendēs defendit medicus inuidiæ, iubetque eosdem respicere. Similis medicina linguæ, vt sit exorata à tergo Fortuna, gloriæ carnifex. Morsus hominis inter asperrimos quoque numeratur. Medentur sordes ex auribus: ac ne quis miretur, etiam scorpionum ictibus serpentiumque; statim impositæ. Melius è percussi auribus profunt: ita & reduuias sanari. Serpētium verò ictum, contusi dentis humani farina. Capillus puerorum, qui primū decisus est, podagræ impetus dicitur leuare circumligatus: & in totum impubium impositus. Virorum quoque capillus, canis moribus medetur ex aceto: & caput vulneribus ex oleo aut vino. Si credimus, à reulso cruci quartanis. Combustus æquè capillus, carcinomati. Pueri qui primus ceciderit dens, vt terram non attingat, inclusus in armillam, & assiduè in brachio habitus, muliebrum locorum dolores prohibet. Pollex in pede præligatus proximo digito, tumores inguinum sedat. In manu dextra duo medij lino leuiter colligati, distillationes atque lippitudines arcent. Quin & eiectus lapillus calculoso, alligatus supra pubem leuare cæteros dicitur, ac iocineris etiam dolores: ac celeritatem partus facere. Addidit Grannius, efficaciorē ad hoc esse ferro exemptum. Partus accelerat vicinos, ex quo quæque conceperit, si cinctu suo soluto fœminam cinxerit, dein soluerit, adiecta precatōne, se vinxisse, eundem & soluturum, atque abierit. Sanguine ipsius hominis, ex quacunque parte emisso, efficacissimè anginam illini tradunt Orpheus & Archelaus: item ora, comitali morbo lapsorum: exurgere enim protinus. Quidam, si pollices pedum pungantur, exque his guttæ referantur in faciem: aut si virgo dextro pollice attingat: hac coniectura censentes virgines carnes edendas. Æschines Atheniensis ex crematorum cinere anginis medebatur & tonsillis, vuisque, & carcinomatis. Hoc medicamentum vocabat botryon. Multa genera morborum primo coitu soluuntur, primoque fœminarū mense. Aut si non id contingat, longinqua fiunt, maximèque comitiales. Quin & à serpente ac scorpione percussos, coitu leuari produnt: verum fœminas Venere ea lædi. Oculorum vitia fieri nec morte raptorum manu, strumas, parotidas, guttura tactu sanari affirmant. Quidam verò cuiusque defuncti, duntaxat sui sexus, læua manu auersa. Et è ligno fulgure icto, reiectis post terga manibus, demorderi aliquid, & ad dentem qui doleat, admoueri, remedio esse produnt. Sunt qui præcipiant dentem suffiri dente hominis sui sexus: & eum qui caninus vocetur, in sepulto exemptum adalligari. Terram ex caluaria, psilothrum esse palpebrarum tradunt. Herba verò, si qua ibi genita sit, commanducata, dentes cadere. Hulcera non serpere osse hominis circumscripta. Alij è tribus puteis pari mensura aquas miscent, & prolibant nouo fictili: reliquum dant in tertianis accessu febrium bibendum. Item in quartanis fragmentum clauis à cruce, inuolutū lana, collo subnectunt: aut spartum è cruce: liberatōque condunt cauerna, quam Sol non attingat. Magorum

hac

hæc commenta sunt: Vt cotem, qua ferramenta sæpe exacuta sint, subiectam ignari ceruicalibus, de beneficio deficientis, euocare indicium, vt ipse dicat quid sibi datum sit, & vbi, & quo tempore: autorem tamen non nominare. Fulmine vtique percusso, circumactum in vulnus hominem, loqui protinus constat. Inguinibus medentur aliqui, licium telæ detractum alligantes nouenis septenisve nodis, ad singulos nominantes viduam aliquam, atque ita inguina alligantes licio. Et clauum, aliudve, quod quis calcauerit, alligatum ipsos iubent gerere, ne sit dolori vulnus. Verrucas auellunt à vicesima Luna, in limitibus supini ipsam intuentes, vltra caput manibus porrectis, & quicquid comprehendere, eo fricantes. Clauum corporis, cum cadat stella, si quis distringat, vel cito sanari
 10 aiunt cardinibus hostiorum aceto affuso, lutum fronti illitum, capitis dolorem sedare: item laqueum suspendiosi circumdatum temporibus. Si quid è pisce hæserit faucibus, in aquam demissis frigidam pedibus, cadere. Si verò ex aliis ossibus, impositis capiti ex eodem osse ossiculis. Si panis hæreat, ex eodem in vtranque aurem addito pane. Quin & sordes hominis in magnis fecere remediis quæstuosorum gymnasia Græcorum: quippe ea strigmenta molliunt, calfaciunt, discutiunt, complent, sudore & oleo medicinam facientibus. Vuluis inflammatis contractisque admoventur. Sic & menses cient: sedis inflammationes & condylomata leniunt: item neruorum dolores, luxata, articulorum nodos. Efficaciora ad eadem, strigmenta à balineis, & ideo miscentur suppuratoriis medicamentis. Nam illa, quæ sunt è ceromate permisto cœno, articulos tantum molliunt, calefaciunt, discutiunt efficacius, sed ad cætera minùs valent. Excedit fidem impudens cura, qua sordes virilitatis contra scorpionum icus singularis remedij, celeberrimi autores clamant. Rursus in fœminis, quas infantium aluo editas in vtero ipso, contra sterilitatem subdi censent: meconium vocant. Imò etiam ipsos gymnasiorum rasere parietes: & illæ quoque sordes ex calfactoriam vim habere dicuntur: panos discutiunt. Hulceribus senum puerorumque, & desquamatis ambustisque illinuntur. Eo minùs omitti cõuenit ab animo hominis pendentes medicinas. Abstinere cibo omni, aut potu, aliàs vino tantum aut carne, aliàs balineis, cum quid eorum postulet valetudo, in præsentissimis remediis habetur. His remediis adnumeratur exercitatio, intentio vocis, vngue fricari cum ratione. Vehemens enim fricatio spissat, lenis mollit: multa adimit corpus, auget
 20 modica. In primis verò prodest ambulatio, gestatio, & ea pluribus modis. Equitatio stomacho & coxis vtilissima: phthisi nauigatio: longis morbis locorum mutatio. Item somno mederi sibi, aut lectulo, aut rara vomitione. Supini cubitus oculis conducunt, at prono tussibus, in latera aduersum distillationes. Aristoteles & Fabianus plurimum somnari circa vernum & autumnum tradunt, magisque supino cubitu, at prono nihil. Theophrastus celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius à supinis. Solum quoque remedium maximum ab ipso sibi præstari potest, sicut linteorum strigiliùmque vehementia: perfundere caput calida ante balinearum vaporationem, & postea frigida, saluberrimum intelligitur. Itè præsumere cibus, & interponere frigidam, eiusdemque potu somnos antecedere, & si libeat interrumpere. Notandum, nullum aliud animal calidos
 30 potus sequi, ideòque non esse naturales. Mero ante somnos colluere ora, propter halitus: frigida matutinis impari numero ad cauendos dentium dolores: item postca oculos contra lippitudines, certa experimenta sunt.

De obseruatione victus.

CAP. V.

Sicut totius corporis valetudini in varietate victus obseruata. Hippocrates tradit non prandentium exta celerius senescere. Verum id remediis cecinit, non epulis: quippe multo vtilissima est temperantia in cibus. L. Lucullus hanc de se præfecturam seruo dederat: vltimòque probro manus in cibus triumphali feni deducebatur, vel in Capitolio epulanti, pudenda re, seruo suo facilius parère, quàm sibi.

De sternutamento, & Venere, & cæteris remediis.

CAP. VI.

40 S ternutamenta pinna grauedinem emendant, & si quis muris nares, vt tradunt, osculo attingat. Sternutamenta & singultum. Ob hoc Varro suadet palmam alterna ma-

nu scalpere. Plerique anulum è sinistra in longissimum dexteræ digitum transferre, aut in aquam feruentem manus immergere. Theophrastus fenes laboriosius sternuere dicit. Venerem damnauit Democritus, vt in qua homo alius exiliret ex homine. Est hercule raritas eius vtilior. Athletæ tamen torpentes restituantur Venere, vox reuocatur, cùm è candida declinat in fuscam. Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis ac melancholicis. Adfidere grauidis, vel cùm remedium alicui adhibeatur, digitis pectinatim inter se implexis, veneficium est: idque cõpertum tradit Alcmena Herculem pariente. Peius, si circa vnum ambõve genua. Item poplites alternis genibus imponi. Ideo hæc in conciliis ducum potestatumve fieri vetuere maiores, velut omnem actum impediencia. Vetuere & sacris votisve simili modo interesse. Capita autem aperiri aspectu magistratuum, non venerationis causa iussere, sed (vt Varro autor est) valetudinis, quoniam firmiora consuetudine ea fierent. Cùm quid oculo inciderit, alterum comprimi prodest. Cùm aqua dextræ auriculæ, sinistro pede exultare, capite in dextrum humerum deuexo, inuicem è diuersa aure. Si tussis concitet, saliuam in fronte ab alio affari. Si iaceat vna, à vertice morfu alterius suspendi. In ceruicis dolore poplites fricare, aut ceruicem in poplitum. Pedes in humo deponi, si nerui in his cruribusve tendantur in lectulo. Aut si in læua parte id accadat, sinistræ plantæ pollicem dextra manu apprehendi. Item è diuerso. Extremitates corporis vel aurium perstringi contra horrores corporis, sanguinemve narium immodicum. Lino vel papyro principia genitalium: femur medium, ad cohibenda vrinæ profluua. In stomachi solutione pedes pressare, aut manus in feruentem aquam demittere. Iam & sermoni parci, multis de causis salutare est. Triennio Mecœnatem Messium accepimus silentium sibi imperauisse, à conuulsione reddito sanguine. Nam euersos scandentisque ac iacentes, si quid ingruat, contraque ictus, spiritum cohibere singularis præsidij est: quod inuentum esse animalis idocimus. Clauum ferreum defigere, in quo loco primum caput defixerit corruens morbo comitali, absolutorium eius mali dicitur. Contra renum aut lumborum vesicæque cruciatus, in balinearum foliis pronos vrinam reddere, mitigatorium habetur. Vulnere nodo Herculis præligare, mirum quantum ocyor medicina est. Atque etiam quotidiani cinctus tali nodo, vim quandam habere vtilem dicuntur: quippe cùm Hercules eum prodiderit. Numerum quoque quaternarium Demetrius condito volumine, & quare quaterni cyathi sextariive non essent potandi. Contra lippitudines retro aures fricare prodest, & lacrymosis oculis frontem. Augurium ex homine ipso est non timendi mortem in ægritudine, quandiu oculorum pupillæ imaginem reddant. Magna & vrinæ non ratio solùm, sed etiam religio apud autores inuenitur, digesta in genera. Spadonum quoque ad fœcunditatis beneficia. Verùm ex his quæ referre fas sit, impubium puerorum contra saliuas aspidum, quas ptyadas vocant, quoniam venena in oculos hominum expuant: contra oculorum albugines, obscuritates, cicatrices, argema, palpebras, & cum erui farina contra adustiones, contra aurium pura, vermiculoseque, si decoquatur ad dimidias partes cum porro capitato nouo fictili. Vaporatio quoque ea menses fœminarum ciet. Salpe fouet illa oculos firmitatis causa: illinit Sole vsta, cum oui albumine, efficacius struthiocameli, binis horis. Hac & atramenti lituræ abluuntur. Virilis podagris medetur, argumento fullonum, quos ideo tentari eo morbo negant. Veteri miscetur cinis osteorum, aduersus eruptiones in corpore infantium, & omnia hulcera manantia. Ea exesis, ambustis, sedis vitis, rhagadis, & scorpionum ictibus illinitur. Obstetricum nobilitas non alio succo efficacius curari pronuntiauit corporum pruritus nitro addito, hulcera capitum, porrignes, nomas, præcipuè genitalium. Sua cuique autem (quod fas sit dixisse) maximè prodest, confestim perfuso canis morfu, echinorumque spinis inhærentibus, & in spongia lanisve imposta: aut aduersus canis rabidi morsus, cinere ex ea subactõ: contraque serpentium ictus. Nam contra scolopendras mirum proditur, vertice tacto vrinæ suæ gutta, liberari protinus læsos. Auguria valetudinis ex ea traduntur. Si manè candida,

didā, dein rufa sit: illo modo concoquere, hoc concoxisse si significatur. Mala signa rubræ, pessima nigræ: mala bullantis & crassæ: in qua quod subsidit, si album est, significat circa articulos aut viscera dolorem imminere. Eadem viridis, morbum viscerum, pallida bilis, rubens sanguinis. Mala, & in qua veluti furfures atque nubeculæ apparent. Diluta quoque alba vitiosa est: mortifera verò crassa, graui odore: & in pueris tenuis ac diluta. Magi vetant eius causa contra Solē Lunamque nudari, aut vmbra cuiusquam ab ipsa aspergi. Hesiodus iuxta obstantia reddi suadet, ne Deum aliquem nudatio offendat. Hesthanes contra mala medicamenta omnia promisit auxiliari, matutinis horis suam cuique instillatam in pedem.

De remedijs muliebribus.

C A P. V I I.

QVæ ex mulierum corporibus traduntur, ad portentorum miracula accedunt, vt si leamus diuifos membratim in scelera abortus, mensium piacula, quæque alia non obstetrices modo, verum etiam ipsæ meretrices prodidere. Capilli si cremuntur, odore serpentes fugari. Eodem odore vuluæ morbo strangulatas respirare. Cinere eo quidem, si in testa sint cremati, vel cum spumâ argenti, scabritias oculorum ac pruriginis emendari: item verrucas, & infantium hulcera cum melle. Capitis quoque vulnera, & omnium hulcerum sinus, addito melle ac thure. Panos, podagras, cum adipe suillo sacrum ignem, sanguinemque sisti illico, & fornicationes corporum. De lactis vsu cōuenit, dulcissimū esse mollissimumque; & in longa febre cœliacisq; vtilissimū, maximè eius quæ iam infantem remouerit. Et in malacia stomachi, in febribus, ^a torsionibus efficacissimū experiuntur. Item mammarum collectionibus cū thure, oculo ab ictu cruore suffuso, & in dolore aut epiphoris si immulgeatur, plurimum prodest: magisque cum melle & narcissi succo, aut thuris polline. Sempërque in omni vsu efficacius eius, quæ marè enixa sit: multoque efficacissimū eius, quæ geminos peperit mares, & si vino ipsa cibisque acrioribus abstineat. Misto præterea ouorum candido liquore, madidæque lana frontibus impositū, fluxiones oculorū suspendit. Nā si rana saliuâ sua oculum asperferit, præcipuum est remediū. Et cōtra morsum eiusdem bibitur, stillaturque. Qui simul matris filiaque lacte inunctus sit, liberari oculorum metu in totam vitam affirmât. Aurium quoque vitiis medetur, modicè admisto oleo: aut si ab ictu dolent, anserino adipe tepefactū. Si odor grauior sit, vt plerunque fit longis vitiis, diluto melle lana includitur. Et cōtra morbum regium in oculis relictum, instillatur cū elaterio. Peculiariter valet potum cōtra venena, quæ data sunt è marino lepore buprestique, ^b vt Aristoteles tradit, dorycnion. Et cōtra infaniam, ^b & vt Aristoteles tradit, contra Dorycnion. quæ facta sit hyoscyami potu. Podagris quoque iubent illini cū cicuta. Alij cum æsypo & adipe anserino: qualiter etiā vuluarum doloribus imponitur. Aluum etiam sistit potum, vt Rabirius scribit: & menses ciet. Eius verò quæ scæminam enixa sit, ad vitia tantum in facie sananda præualet. Pulmonum quoque incōmoda lacte mulieris sanantur: cui si admisceatur impubis pueri vrina vel mel Atticum, omnia singulorum cochlearium mēfura, murmura quoque aurium eiici inuenio. Eius quæ marem peperit, lacte gustato, canes rabiosos fieri negant. Mulieris saliuam quoque ieiunę potentē diiudicant oculis cruentatis. Et si contra epiphoras, feruentes anguli oculorum subinde madefiant: efficacius, si cibo vinoque se pridie ea abstinerit. Inuenio & fascia mulieris alligato capite, dolores minui. Post hæc nullus est modus. Iā primū abigi grandines turbineq; contra fulgura ipsa in mense connudata: sic auerti violentiā cæli: in nauigando quidem tempestates, etiam sine mēstruis. Ex ipsis verò mētribus, monstrificis aliās, vti suo loco indicauimus, dira & infanda vaticinantur: è quibus dixisse nō pudeat, si in defectu Lunæ Solisve congruat vis illa, irremediabilem fieri: nō segnius & silente Luna, coitusq; tum maribus exitiales esse atque pestiferos. Purpuram quoque ab his eo tempore pollui. Tanto vim esse maiorem. Quocunque autē alio menstruo, si nudatę segetem ambient, crucas ac vermiculos scarabæosque ac noxia alia decidere. Metrodorus Scepsius in Cappadocia inuentum prodit, ob multitudinem cantharidum. Ire ergo per media arua, retectis super clunes vestibus. Alibi seruatur, vt nudis pedibus eant, capillo cinctūque dissoluto. Cauendum ne

id oriente Sole faciant: fementem enim arefcere. Item nouellas vites eius tactu in perpetuum lædi: rutam & ederas res medicatiffimas illico mori. Multa diximus de hac violentia. Sed præter illa certum est, apes tactis alueariis fugere: linæque, cum coquantur, nigrefcere: aciem in cultris tonforum hebetefcere: æs contactum graue virus accipere & æruginem, magis si decrefcente Luna id accidat: equas, si sint grauidæ, tactas abortum pati. Quin & aspectu omnino, quamuis procul visas, si purgatio illa post virginitatem prima fit, aut in virginea ætate spontanea. Nam bitumen in Iudæa nascens, sola hac vi superari, filo vestis contactæ, docuimus. Ne igne quidem vincitur, quo cuncta: cinisque etiam ille, si quis aspergat lauandis vestibus, purpuras mutat, florem coloribus adimit, ne ipsis quidæm fœminis malo suo inter se immunibus. Abortum facit illitus, aut si omnino prægnans supergrediatur. Quæ Lais & Elephantis inter se contraria prodidere de abortiuis, carbone è radice brassicæ vel myrti vel tamaricis in eo sanguine extincto: item afinas non concipere tot annis, quot grana hordei contacta ederint: quæque alia nuncupauere monstrifica, aut inter ipsas pugnancia, cum hæc fœcunditatem fieri iisdem modis, quibus illa sterilitatem, pronuntiaret, melius est non credere. Bythus Dyrrhachinus hebetata aspectu specula recipere nitorem tradit, iisdem auersa rursus contuentibus: omnemque vim talem resolui, si mullum piscem secum habeat. Multi verò inesse etiam remedia tanto malo aiunt: podagras illini, strumas, & parotidas, panos, sacros ignes, furunculos, epiphoras tractatu earum mulierum leniri. Lais & Salpe canum rabiosorum morsus, & tertianas quartanasque febres, menstruo in lana arietis nigri, argenteo brachiali incluso. Diotimus Thebanus, vestis omnino ita infectæ portiuncula, ac vel licio, brachiali inserta. Sotira obstetrix, tertianis quartanisque efficacissimum dixit plantas ægri subterlini: multoque efficacius, ab ipsa muliere, & ignoranti. Sic & comitiales excitari. Ictidas medicus quartanas coitu finiri, incipientibus duntaxat menstruis, spondit. Inter omnes verò conuenit, si aqua potusque formidetur à morsu canis, supposita tantum calici lacinia tali, statim metum eum discuti: videlicet præuolente sympathia illa Græcorum, cum rabiem canum eius sanguinis gustatu incipere dixerimus. Cinere eo iumentorum omnium hulcera sanari certum est, addita caminorum farina & cera. Maculas autem è veste eas, non nisi eiusdem vrina elui. Cinerem per se rosaceo mistum, sceminarum præcipuè, capitis sedare dolores illitum fronti. Asperrimamque vim profuuij eius esse primis annis virginitate soluta. Id quoque conuenit, quo nihil equidem libentius crediderim, tactis omnino menstruo postibus, irritas fieri Magorum artes, generis vanissimi, vt æstimare licet. Ponam enim vel modestissimum è promissis eorum: ex homine si quidem resegmina vnguium è pedibus manibusque cera permista, ita vt dicatur tertianæ, vel quotidianæ, vel quartanæ febris remediū quæri, ante Solis ortum alienæ ianuæ affigi iubent, ad remedia in iis morbis: quanta vanitate si falsum est, quantave noxa, si transferunt morbos ad innocentiores? Ex his omnium digitorum resegmina vnguium, ad cauernas formicarum abiici iubent, eamque quæ prima cœperit trahere, correptam subnecti collo, ita discuti morbum.

Medicina ex animalibus peregrinis, de elephanto, & leone, & camelo, & hyana, & crocodilo, & chamaleonte, & scinco, & hippopotamo, & lyncibus.

C A P. V I I I.

HÆc sunt, quæ retulisse fas sit, ac pleraque ex iis non nisi honore dicto. Reliqua inestabilia & infanda, vt festinet oratio ab homine fugere. In cæteris claritates animalium aut operum sequemur. Elephanti sanguis, præcipuè maris, fluxiones omnes, quas rheumatismos vocant, sistit. Ramenti eboris cum melle Attico (vt aiunt) nubeculæ in facie, scobe paronychia tolluntur. Proboscidis tactu capitis dolor leuatur, efficacius si & sternuat. Dextra pars proboscidis cum Lemnia rubrica adalligata, impetus libidinum stimulat. Sanguis & syntecticis prodest, iecurque comitialibus morbis. Leonis adipem cum rosaceo, cutem in facie custodiunt à vitiis, candoremque seruant. Sanant & adulta niuibus, articulorumque tumores. Magorum vanitas perunctis eo adipe, faciliorem gratiam apud

apud reges populóſve promittit: præcipuè tamen eo pingui, quod ſit inter ſupercilia, vbi eſſe nullum poteſt. Similia dentis, maximè à dextra parte, villique è roſtro inferiori, promiſſa ſunt. Fel aqua addita, claritatem oculis inunctis facit: & cum adipe eiufdem, comitiales morbos diſcutit, leui guſtu, & vt protinus, qui ſumpſere, curſu id digerant. Cor in cibo ſumptum, quartanis medetur: adeps cum roſaceo quotidianis febris. Perunctos eo beſtiæ fugiunt. Reſiſtere etiam inſidiis videtur. Cameli cerebrum arefactum, potúmque ex aceto, comitialibus morbis aiunt mederi: item fel cum melle potum: hoc & anginæ. Cauda arefacta ſolui aluum: fimi cinere criſpari capillum cum oleo. Et dyſentericis prodeſt illitus cinis, potúſque quantum tribus digitis capiat, & comitialibus morbis: 10 Vrinam fullonibus vtiliſſimam eſſe tradunt: itémque hulceribus manantibus. Barbaros conſtat eam ſeruare quinquennio, & heminis pota ciere aluum. Setas è cauda contortas, & ſiniſtro brachio adalligatas, quartanis mederi. Hyænâ Magi ex omnibus animalibus in maxima admiratione poſuerunt, vtpote cui & ipſi Magicas artes dederint, vímque, qua alliciat ad ſe homines mente alienatos. De permutationis ſexus annua vice diximus, cæteraque de monſtrifica natura eius: nunc perſequemur quæcunque medicinis prodú- tur. Præcipuè pantheris terrori eſſe traduntur, vt ne contentur quidem reſiſtere: & aliquid de corio earum habentem non appeti. Mirúmque dictu, ſi pelles vtriuſque contra- riæ ſuspendantur, decidere pilos pantheræ. Cùm fugiant venanté, declinare ad dextram, vt prægreſſi hominis veſtigia occupent. Quod ſi ſucceſſerit, alienari mente, ac vel ex 20 equo hominem decidere. At ſi in læuam detorſerit, deficientis argumentum eſſe, cele- rémque capturam. Facilius autem capi, ſi cinctus ſuos venator, flagellúmque imperitans equo ſeptenis alligauerit nodis. Mox, vt eſt ſolers ambagibus vanitas Magorum, capi iu- bent Geminorum ſignum tranſeunte Luna, ſingulóſque propè pilos ſeruari. Capitis do- lori alligatam cuté prodeſſe quæ fuerit in capite eius. Lippitudini fel illitum frontibus: aut ne omnino lippiatur, decoctú cum mellis Attici cyathis tribus & croci vncia, inun- ctum: ſic & caligines diſcuti & ſuffuſiones. Claritaté excitari melius inueterato medica- mento. Afferuari auté in Cypria pyxide. Eodem ſanari argema, ſcabritias, excrescentia in oculis: item cicatrices. Glaucomata verò iocineris recentis inaffati ſanie, cum deſpumato melle inunctis. Dentes eius dentium doloribus tactu prodeſſe, vel adalligatos ordine, hu- 30 meros humerorum & lacertorum doloribus. Eiufdem dentes ſi de ſiniſtra parte roſtri eruti ſint, alligatos pecoris aut capri pelle, ſtomachi cruciatibus. Pulmones in cibo ſum- ptos cœliacis. Ventriculis, cinerem cum oleo illitum. Neruis, medullas è dorſo cum oleo veteri ac felle. Febris quartanis, iecur deguſtatam ter ante acceſſiones. Podagris, ſpi- næ cinerem cum lingua & dextro pede vituli marini, addito felle taurino, omnia pariter cocta atque illita hyænæ pelle. In eodem morbo prodeſſe & fel cum lapide Aſſio. Tre- mulis, ſpaſticis, exilientibus, & quibus cor palpitet, aliquid ex corde mandendum, ita vt reliquæ partis cinis cum cerebro hyænæ illinatur. Pilos etiam auferri hac compoſitione illita, aut per ſe felle, euulſis prius, quos renaſci non libeat. Sic & palpebris inutiles tolli. Lumborum doloribus carnes è lumbis edendas, illinendáſque cum oleo. Sterilitatem 40 mulierum emendari, oculo cum glycyrrhiza & anetho ſumpto in cibo, promiſſo intra triduum conceptu. Contra nocturnos pauores umbrarúmque terrorem vnus è magnis dentibus lino alligatus ſuccurrere narratur. Furentes ſuffiri eodem, & circumligari ante pectus cum adipe renum, aut iocinere, aut pelle præcipiunt. Mulieri candida è pectore hyænæ caro, & pili ſeptem, & genitale cerui ſi illigentur dorcadis pelle, collo ſuſpenſa continere partus promittunt. Veneré ſtimulari, genitali ad ſexus ſuos in melle ſumpto, etiam ſi viri mulierum coitus oderint. Quinimo totius domus concordiam, eodem geni- tali & articulo ſpinæ cum adhærente corio afferuatis, conſtare: quem ſpinæ articulum ſiue nodum Atlantion vocant: eſt autem primus. In comitialium quoque remediis ha- bent eum. Adipe accenſo, ſerpentes fugari dicunt. Maxillæ parte comminuta in aniſo, & 50 in cibo ſumpta, horrores fedari. Eodem ſuffitu mulierum menſes euocari. Tantúmque eſt vanitatis, vt ſi ad brachium adalligetur ſuperioris roſtri dextræ partis dens, iaculan-

tium ictus deerratos negent. Palato eiusdem arefacto, & cum alumine Ægyptio calefacto, ac ter in ore permutato, scætores & hulcera oris emendari. Eos verò, qui linguam in calceamento sub pede habeant, non latrari à canibus. Sinistra parte cerebri naribus illita, morbos perniciosos mitigari, siue hominum, siue quadrupedum. Frontis corium fascinationibus resistere. Cervicis carnes siue mandantur, siue bibantur, arefactæ, lumborum doloribus. Neruis à dorso armisque, suffiendos neruorum dolores. Pilos rostri ad motos mulierum labris, amatorium esse. Iecur potum, torminibus & calculis mederi. Iam cor in cibo potuue sumptum, omnibus doloribus corporum auxiliari: lienem lienibus: omentum, hulcerum inflammationibus cum oleo: medullas, doloribus spinæ & neruorum, lassitudini renum. Neruos potos in vino cum thure, fœcunditatem restituere a-
 demptam veneficio. Vuluam cum mali Punici dulcis cortice in potu datam prodesse mulierum vuluæ. Adipe è lumbis suffiri difficulter parientes, & statim parere. E dorso medullam adalligatã contra vanas species opitulari. Spasticis, genitale è maribus suffitu.
 a inflatio- Item lippientibus, ruptis, & contra^a inflammationes, seruatos pedes, tactu: læuos dextris
 nes, partibus, dextros læuis. Sinistrum pedem superlatum parturienti, letalem esse: dextro il lato, facilè eniti. Membranam quæ fel contineat, cardiacis potam in vino vel in cibo sumptam, succurrere: vesicam in vino potam, contra vrinæ incontinentiam. Quæ autem in vesica inuenta sit vrina, additis oleo ac sesamo, & melle, haustam prodesse ægrimonix veteri. Costarum primam & octauam, suffitu ruptis salutarem esse: ex spina verò parturientibus ossa: sanguinem cum polenta sumptum, torminibus. Eodem tactis postibus, vbi-
 cunque Magorum infestari artes, non elici Deos, nec colloqui, siue lucernis, siue pelui, siue aqua, siue pila, siue quo alio genere tententur. Carnes si edantur, contra carnis rabidi morsus efficaces esse: etiamnum iecur efficacius. Carnes vel ossa hominis, si quæ in ventriculo occisæ inueniantur, suffitu podagricis auxiliari. Si vngues inueniãtur in his, mortem alicuius capientium significari. Excrementa siue ossa reddita, cum interimitur, contra Magicas insidias pollere. Fimum, quod in intestinis inuentum sit, arefactum, ad dyfentericos valere potum: illitumque cum adipe anserino opitulari toto corpore læsis malo medicamento: à cane verò morsis adipẽ illitum, & corium substratum. Rursus tali sinistri cinere decocto cum sanguine mustelæ, perunctos omnibus odio venire: idem fieri oculo decocto. Super omnia est, quod extremam fistulam intestini contra ducum,
 ac potestatum iniquitates commostrant, & ad successus petitionum, iudiciorumque ac litium euentus, si omnino tantum aliquis secum habeat. Eiusdem cauerna sinistro lacerto alligata, si quis mulierem respiciat, amatorium esse tam præsens, vt illico sequatur. Eiusdem loci pilorum cinerem ex oleo illitum viris, qui sint probrosæ mollitiei, nõ modo pudicos, sed & seueros mores induere. Proximè fabulosus est crocodilus, ingenio quoque illo, cui vita in aqua terraq; communis. Duo enim genera eorum: illius è dextra maxilla dentes adalligati dextro lacerto, coitus (si credimus) stimulant. Canini eius dentes febres statas arcent thure repleti (sunt enim caui) ita ne diebus quinque ab ægro cernatur, qui adalligauerit. Idem pollere & ventre exemptos lapillos, aduersus febrium horrores venientes tradunt. Eadem de causa Ægyptij perungunt & adipe ægros suos. Al-
 ter illi similis, multum infra magnitudinem, in terra tantum, odoratissimisq; floribus viuit. Ob id intestina eius diligenter exquiruntur iucundo nidore facta: crocodileam vocant, oculorum vitiis vtillissimam, cum porri succo inunctis, & contra suffusiones vel caligines. Illita quoque ex oleo cyprino, molestias in facie enascentes tollit: ex aqua verò morbos omnes, quorum natura serpit in facie, nitorẽmque reddit. Lentigines tollit ac varos, omnesque maculas. Et contra comitiales morbos bibitur ex aceto mulso binis obolis. Apposita menses ciet. Optima, quæ candidissima & friabilis, minimẽque ponderosa: cum teratur inter digitos fermentescens. Lauatur, vt cerussa. Adulterant amylo, aut Cimolia, sed maximè, qui captos oryza tantum pascunt. Felle inunctis oculis ex melle contra suffusiones, nihil vtilius prædicat. Intestinis & reliquo corpore eius suffiri vul-
 ua laborantes salutare tradunt. Item velleribus circumdari vapore eius infectis. Corij
 vtriusque

vtriusque cinis ex aceto illitus his partibus, quas secari opus sit, aut nidor cremati, fen-
 sum omnem scalpelli aufert. Sanguis vtriusque claritatem visus inunctis donat: & cicat-
 rices oculorum emendat. Corpus ipsum excepto capite pedibusque, elixum manditur
 ischiadicis: tussimque veterem sanat, præcipuè in pueris: item lumborù dolores. Habent
 & adipem, quo tactus pilus defluit. Hic perunctos à crocodilis tuetur, instillaturque mor-
 sibus. Cor annexum in lana ouis nigræ, cui nullus alius color incurfauerit, & primo par-
 tu genitæ, quartanas abigere dicitur. Iungemus illis simillima, & peregrina æquè anima-
 lia, priusque chamæleontè, peculiari volumine dignum existimatum Democrito, ac per
 singula membra defecratum, non sine magna voluptate nostra, cognitis proditisque
 10 mendaciis Græcæ vanitatis. Similis & magnitudine est supra dicto crocodilo, spinæ tan-
 tum acutiore curuatura, caudæ amplitudine distans. Nullum animal pauidius existima-
 tur, & ideo versicoloris esse mutationis. Vis eius maxima contra accipitrù genus. De-
 trahere enim supra volentem ad se traditur, & voluntarium præbere lacerandum cæ-
 teris animalibus. Caput eius & guttur si roboreis lignis accendantur, imbrium & toni-
 truum concursus facere, Democritus narrat: item iecur in tegulis vstum. Reliqua ad ve-
 neficia pertinentia quæ dicit, quanquam falsa existimantes, omitemus, præterquam vbi
 irrisu coarguendum. Dextro oculo, si viuenti eruatur, albugines oculorum cum lacte ca-
 prino tolli: lingua adalligata, pericula puerperij. Eundem salutarem esse parturientibus,
 si sit domi: si verò inferatur, perniciosissimum. Linguam, si viuenti exempta sit, ad iudi-
 20 ciorum euentus pollere. Cor aduersus quartanas illigatù nigra lana primæ tonsuræ. Pe-
 dem è prioribus dextrum, hyænæ pelle adalligatum sinistro brachio, contra latrocinia
 terrorésque nocturnos pollere. Item dextram māmillam contra formidines pauorésque.
 Sinistrum verò pedem torrerit in furno cum herba quæ etiam chamæleon vocetur, addi-
 tóque vnguento in pastillos digerit: eos in ligneo vase conditos, præstare (si credimus) ne
 cernatur ab aliis qui habeat. Armum dextrum ad vincendos aduersarios vel hostes vale-
 re, vti que si abiectos eiusdem neruos calcauerit. Sinistrum humerum quibus monstris cõ-
 secreta, qualiter somnia quæ velis & quibus velis mittantur, pudet referre. Omnia ea dex-
 tro pede resolui: sicut sinistro latere lethargos, quos fecerit dextrum. Capitis dolores, in-
 sperfo vino, in quo latus alterutrum maceratù sit, sanari. Feminis sinistri vel pedis cineri
 30 si misceatur lac suillum, podagricos fieri illitis pedibus. Felle glaucomata & suffusiones
 corrigi propè creditur, tridui inunctione: serpentes fugari ignibus instillato: mustelas
 contrahi in aquam coniecto: corpore vero illito, detrahi pilos. Idem præstare narrant
 iecur, cum ranæ rubetæ pulmone illitù. Præterea iocinere amatoria dissolui. Melancho-
 licos autè sanari, si ex corio chamæleontis herbæ succus bibatur. Intestina & fimum eo-
 rum, cum id animal nullo cibo viuat, cū simiarum vrina illita inimicorum ianuæ, odium
 omnium hominum his conciliare. Cauda, flumina & aquarum impetus sisti, serpentes
 soporari. Eadem medicata cedro & myrrha, illigatæque gemino ramo palmæ, percussam
 aquam discuti, vt quæ intus sint omnia appareant: vtinamque eo ramo contactus esset
 Democritus, quoniam ita loquacitates immodicas promisit inhiberi. Palamque est, vi-
 40 rum aliàs sagacem & vitæ vtilissimum, nimio iuuandi mortales studio prolapsum. Ex ea-
 dem similitudine est scincus, quem quidam terrestrem crocodilum esse dixerunt, candi-
 diore tantum & tenuiore cute. Præcipua tamen differètia dignoscitur à crocodilo, squa-
 marum seta à cauda ad caput versa. Maximus Indicus, deinde Arabicus. Afferuntur sal-
 si. Rostrum eius & pedes in vino albo poti, cupiditates Veneris accendunt: vti que cū sa-
 tyrio & erucæ semine, singulis drachmis omnium, ac piperis duabus admistis, ita vt pa-
 stilli singularum drachmarum bibantur: per se laterum carnes obolis binis cum myrrha
 & pipere pari modo potæ, efficaciores ad idem creduntur. Prodest & contra sagittarum
 venena, vt Apelles tradit, antè posteaque sumptus. In antidota quoque nobilia additur.
 Sestius plus quàm drachmæ pondere in vini hemina potù, perniciem afferre tradit. Præ-
 50 terea eiusdem decocti ius cum melle sumptum, Venerem inhibere. Est crocodilo cogna-
 tio quædam amnis eiusdem geminique victus cum hippopotamo: repertore detrahendi

fanguinis, vt diximus. Plurimi autem super Saiticam præfecturam. Huius corij cinis cum aqua illitus, panos sanat: adeps frigidas febres: item finum suffitu. Dentes è parte læua dolores dentium, scarificatis gingiuis. Pellis eius è sinistra parte frontis in inguina adalligata, Venerem inhibet. Eiusdem cinis alopecias explet. Testiculi drachma ex aqua contra serpentes bibitur. Sanguine pictores vtuntur. Peregrinæ sunt & lynces, quæ clarissimè omnium quadrupedum cernunt. Vngues earum omnes cum corio exuri efficacissimè in Carpatho insula tradunt. Hoc cinere potio, propudia virorum: eiusdem aspersu, fœminarum libidines inhiberi: item pruritus corporum: vrina, stillicidia vesicæ. Itaque eam protinus terra pedibus aggesta obruere traditur. Eadem autem & iugulorum dolori monstratur in remedio. Hactenus de externis. Nunc reuertemur ad nostrum orbem: primùmque communia animalium remedia, atque eximia dicemus.

Medicinæ communes ex feris animalibus, aut eiusdem generis placidis. Lactis vsus & obseruationes, & de caseis, butyro & adipe.

C A P.

I X.

Sicuti de lactis vsu. Vtilissimum cuique maternum. Concipere nutrices exitiosum est: hi sunt enim infantes qui colostrati appellantur, densato lacte in casei speciem. Est autem colostrum, prima à partu spongiosa densitas lactis. Maximè autem alit quodcunque humanum, mox caprinum: vnde fortassis fabulæ Iouem ita nutritum dixere. Dulcissimum ab hominis camelinum, efficacissimum ex asinis. Magnorum animalium & corporum, facilius redditur. Stomacho accommodatissimum caprinum, quoniã fronde magis, quàm herba, vescuntur. Bubulum medicatius. Ouillum dulcius & magis alit, stomacho minùs vtile, quoniam est pinguius. Omne autem vernum aquatius æstiuo, & de nouellis: probatissimum verò quod in vngue hæret, nec defluit. Innocentius decoctum, præcipuè cum calculis marinis. Alius maximè soluitur bubulo. Minùs inflat quodcunque decoctum. Vfus lactis ad omnia intus exulcerata, maximè renes, vesicam, interanea, fauces, pulmones: foris pruritus cutis, eruptiones pituitæ, post abstinentiam. Nam vt in Arcadia bubulum biberent phthisici, syntecticique & cachectæ, diximus in ratione herbarum. Sunt inter exempla, qui asininum bibendo liberati sint podagra chiragræue. Medici speciem vnã addidere lactis generibus, quod schiston appellauere. Id fit hoc modo: Ficili nouo feruet caprinum maximè, ramisque ficulneis recetibus miscetur, additis totidem cyathis mulsi, quot sint heminæ lactis. Cùm feruet, ne circumfundatur, præstat cyathus argenteus cum frigida aqua demissus, ita ne quid fundat: ablatum deinde igni refrigeratione diuiditur, & discedit serum à lacte. Quidam & ipsum serum iam multo potentissimum, decoquunt ad tertias partes, & sub dio refrigerant. Bibitur autem efficacissimè heminis per interualla singulis diebus quinis: melius à potu gestari. Datur comitialibus, melancholicis, paralyticis, in lepris, elephantiasi, articularibus morbis. Infunditur quoque lac contra rosiones à medicamentis factas. Et si vratur dysenteria, decoctum cum marinis lapillis, aut cum ptisana hordeacea. Item ad rosiones intestinorum, bubulum aut ouillum vtilius. Recens quoque dysentericis infunditur: ad colum autem crudum: item vuluæ, & contra serpētium ictus: phthisicis, cantharidum, aut salamandræ, aut buprestis, aut pityocampes venenis. Priuatim bubulum his qui Colchicon biberint, aut cicutam, aut dorycnium, aut leporem marinum: sicut asininum contra gypsum, & cerusam, & sulphur, & argentum viuum: item duræ aluo in feбри. Gargarizatur quoque faucibus exulceratis vtilissimè. Et bibitur ab imbecillitate vires recolligentibus, quos atrophos vocāt: in feбри etiam quæ careat dolore capitis. Pueris ante cibum, lactis alini heminam dari, aut si in exitu cibi rosiones sentirēt, antiqui in arcanis habuerūt: si hoc non esset, habuerūt è caprino. Bubuli serum orthopnoicis prodest ante cætera, addito nasturtio. Inunguntur etiã oculi, in lactis heminis sesamæ additis drachmis quatuor tritis in lippitudine. Caprino lienes sanantur, post bidui inedia tertio die edera pastis capris, per triduum potio sine alio cibo. Lactis vsus aliàs cōtrarius capitis doloribus, hepaticis,

ticis, spleneticis, neruorum vitio febres habentibus, vertigini, præterquam purgationis gratia, grauedini, tussientibus, lippis. Suillum vtilissimum tenesimo, dysenteria, nec non phthificis. Hoc & mulieri saluberrimum qui dicerent, fuerunt. De generibus caseorum diximus, cum de vberibus singulisque animalium membris diceremus. Sextius eisdem effectus equino, quos bubulo, tradit. Hunc vocant hippacen. Stomacho vtilis, qui non sint falsi, id est, recentes. Veteres aluum sistunt, corpusque minuunt, stomacho vtiliores: & in totum falsa minuunt corpus, alunt mollia. Caseus recens cum melle, fuggillata emendat, mollis aluum sistit. Sedat tormina pastillis in vino austero decoctis, rursumque in patina tostis cum melle. Saproon vocant, qui cum sale & forbis siccis è vino tritus potusque
 10 medetur coeliacis. Genitalium carbunculis caprinus tritus & impositus item acidus cum oxymelite. Maculis in balneo illitus oleo interlinitur. E lacte fit & butyrum, barbararum gentium laudatissimus cibus, & qui diuites à plebe discernat. Plurimum è bubulo, & inde nomen: pinguisimum ex ouibus. Fit & ex caprino, sed hyeme calefacto lacte, æstate expresso tantum, crebro iactatu in longis vasis, angusto foramine spiritum accipiētibus sub ipso ore, alias præligato. Additur paululum aquæ, vt acescat. Quod est maximè coactum, in summo fluitat. id exemptum addito sale, oxygala appellant. Reliqua decoquunt in ollis: ibi quod supernatat, butyrum est, oleosum natura. Quo magis virus resipit, hoc præstantius iudicatur. Pluribus compositionibus miscetur inueteratum. Natura eius adstringere, mollire, replere, purgare. Oxygala fit & alio modo, acido lacte addi-
 20 to recens quod velis acescere, vtilissimum stomacho. Effectus dicemus suis locis.

a Mer. digere,

Proxima in communibus adipis laus est, sed maximè suilli, apud antiquos etiam religiosi. Certè nouæ nuptæ intrantes, etiamnum solenne habent postes eo attingere. Inueteratur duobus modis, aut cum sale, aut syncerus: tanto vtilior, quanto sit vetustior. Axungiam etiam Græci appellauere eum in voluminibus suis. Neque est occulta virium causa, quoniam id animal herbarum radicibus vescitur. Itaque etiam fimo innumeri vsus. Quamobrem non de alia loquimur sue, multo efficaciore fœmina, & quæ non peperit. Multo verò præstantior in apris est. Vfus igitur axungia est ad mollienda, excalfacienda, discutienda, purgandaque. Medicorum aliqui admittunt anseris adipe, taurorumque feuo & œsypo, ad podagras vt iubent. Si verò permaneat dolor, cum cera, myrto, resina,
 30 pice. Syncera axungia medetur ambustis vel niue: pernionibus autem cum hordei cinere & galla pari modo. Prodest & confricatis membris: itinerumque lassitudines & fationes leuat. Ad tussim veterem recens decoquitur quadrantis pondere in vini cyathis tribus addito melle. Vetus etiam phthisin in pilulis sumpta sanat, quæ sine sale inueterata est. Omnino enim nõ nisi ad ea quæ purganda sint, aut quæ non sint exulcerata, falsa petitur. Quidam quadrantes axungia & mulsi in vini cyathis tribus decoquunt contra phthises, quintoque die picem liquidam in ouo fumi iubent, circumligatis lateribus, & pectoribus, & scapulis eorum qui phthisin sentiunt. Tantæque est vis, vt genibus etiam adalligata, redeat in os sapor, eamque expuere videantur. E sue quæ nõ pepererit, aptissimè vtuntur ad cutem mulieres. Contra scabiem verò quiuis, admittunt iumentorum fe-
 40 uo, pro parte tertia, & pice, pariterque subferuefactis. Syncera partus in abortum vergentes nutrit: collyrij modo subdita. Cicatrices concolores facit cerussa admista, vel argenti spuma. At cum sulphure, vnguium scabritias emendat. Medetur & capillo fluenti: & hulceribus in capite mulierum cum gallæ parte quarta: & infumata pilis oculorum. Datur & phthificis vnciatim, cum vini veteris hemina decocta, donec tres vnciæ è toto residant. Aliqui & mellis exiguum adiiciunt. Panis illinitur cum calce, item furunculis duritiæque mammarum. Rupta & conuulsa, & spasmata, & luxata sanat. Clauos & rimas callique vitia, cum elleboro albo: parotidas admista farina falsamentaria testæ: quo genere proficit & ad strumas. Pruritus & papulas in balneo perunctis tollit: alióque etiamnum modo podagricis prodest misto oleo vetere, contrito vnà sarcophago lapide, &
 50 quinquefolio tuso in vino, vel cum calce, vel cum cinere. Facit & peculiare emplastrum lxxv. pondo, centum spumæ argenteæ mistis, vtilissimum contra inflammationes

hulcerum. Adipe verrino & inungi putant vtile, quæque serpant, illinire cum resina. Antiqui maximè axibus vehiculorum perungendis, ad faciliorem circumactum rotarum utebantur: vnde nomen: sic quoque vtili medicina cum illa ferrugine rotarum ad sedis vitia virilitatisque. Et per se axungiam Medici antiqui maximè probabant renibus detractam, & exemptis venis aqua caelesti fricabant crebrò, decoquebantque fictili nouo sæpius, tum demum asseruantes. Conuenit falam magis emollire, excalfacere, discutere, vtiliorémque esse vino lotam. Massurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit. Ideo nouas nuptas illo perungere postes solitas, ne quid mali medicamenti inferretur. Quæ ratio adipis, eadem in his quæ ruminant seui est, aliis modis, non minoris potentie. Perficitur omne exemptis venis aqua marina vel falsa lotum, mox in pila tufum, aspersum marina. Crebrò postea coquitur, donec odor omnis aboleatur. Mox assiduo Sole ad candorem reducitur. A renibus autem omne laudatissimum est. Si verò vetus reuocetur ad curam, liquefieri prius iubent: mox frigida aqua lauari sæpius, dein liquefacere affuso vino quàm odoratissimo. Eodémque modo iterum ac sæpius coquunt, donec virus euanescat. Multi priuatim sic taurorum, leonumq; ac pantherarum, & camelorum pingui curari iubent. Vfus dicetur suis locis. Communis & ratio medullarum est. Omnes molliunt, explent, siccant, excalfaciunt. Laudatissima ceruina, mox vitulina, dein hircina & caprina. Curantur ante autumnum recentes lotæ, siccataque in vmbra per cribrum. Dein liquatæ per lintea exprimuntur, ac reponuntur in fictili locis frigidis. Inter omnia autem communia animalium vel præstantissimi effectus fel est. Vis eius excalfacere, mordere, scindere, extrahere, discutere. Minorum animalium subtilius intelligitur, & ideo ad oculorum medicamenta vtilius existimatur. Taurino præcipua potentia, etiam in ære pellibusque colore aureo ducendis. Omne autem curatur recens præligato ore lino crasso, demissum in feruentem aquam semihora, mox siccatum sine Sole, atque in melle conditum. Damnatur equinum tantum inter venena, ideo Flamini sacrorum equum tangere non licet, cum Romæ publicis sacris equus etiam imoletur. Quin & sanguis eorum septicam vim habet. Item equarum, præterquam virginum erodit, emarginat hulcera. Taurinus quidem recens inter venena est, excepta Ægira. Ibi enim sacerdos Terræ vaticinatura, tauri sanguinem bibit prius quàm in specum descendat. Tantum potest sympathia illa, de qua loquimur, vt aliquando religione aut loco fiat. Drusus Tribunus plebis traditur caprinum bibisse, cum pallore & inuidia veneni sibi dati in simulare Q. Cepionem inimicum vellet. Hircorum sanguinis tanta vis est, vt ferramentorum subtilitas non aliter acrius induretur, scabritia tollatur vehementius, quàm lima. Non igitur & sanguis animalium inter communia dici potest, & ideo quisque suis dicetur effectibus. Digeremus enim in animalia singula vsus, plurimumq; contra serpentes. Exitio his esse ceruos nemo ignorat, vt si quæ sunt, extractas cauernis mandentes. Nec verò ipsi spirantique tantum aduerfantur, sed membratim quoque. Fugari eas nidore cornus si vratur, dictum est: at e summo gutture vltis ossibus, congregari dicuntur. Pelles eiusdem animalis substratæ, securos præstant ab eo metu somnos. Coagulû quoque ex aceto potum ab ictu: & si omnino tractatum sit, eo die non ferit serpens. Testes quoque eius inueterati, vel genitale maris, salutariter dantur in vino: item ventres qui centipelliones vocantur. Fugit & omnino dentem cerui habentes, aut medulla perunctos seu ovis cerui aut hinuli. Summis autem remediis præfertur hinulei coagulum, matris vtero exacti, vt indicauimus. Sanguine quoque ceruino si vnà vrantur dracontion & cunilago & anchusa lentisci ligno, contra hi serpentes dicunt. Dissipari deinde, si sanguine detracto adiiciatur pyrethrum. Inuenio apud autores Græcos animal ceruo minus, & pilo demum simile, quod ophion vocatur. Sardiniam id tantum ferre solitâ. Hoc interisse arbitror, & ideo medicinas ex eo omitto.

Medicina de apro, & capris, & equis feris, & remedia ex bestiis contra omnes morbos.

C A P. X.

A Pri quoque cerebrum contra eas laudatur cum sanguine. Iecur etiam inueteratum cum ruta potum ex vino. Item adeps cum melle resinaque. Simili modo verrinum iecur,

iecur, exemptis duntaxat fibris, quatuor obolorum pondere, vel cerebrum in vino potum. Caprarum cornu vel pilis accensis, fugari serpentes dicunt, cineremque eorum potum vel illitum contra ictus valere: item lactis haustus cum vua taminia, vel vrinæ cum aceto scillite: caseum caprinum cum origano impositum, vel seuum cū cera. Millia prætereà remedium ex eo animali demonstrantur, sicut apparebit: quod equidem miror, cum febris negetur carere. Amplior potentia feris eiusdem generis, quod numerosissimum esse diximus. Alia verò & hircis. Democritus etiamnum effectus eius auget, qui singularis natus sit. Fimo quoque caprarum in aceto decocto illini ictus serpentium placet, & recentis cinere in vino: atque in totum difficilius se recolligentes à serpentium ictu, in caprilibus optimè conualescunt. Qui efficacius volūt mederi, occisæ capræ aluum dissectam cum fimo intus reperto statim illigant. Alij carnem recentem hœdorum pilo suffiunt, eodémque nidore fugant serpentes. Utuntur & pelle eorum recente ad plagas, carne & fimo equi in agro palti, coagulo leporis ex aceto, contraque scorpionem & murrem araneū. Aiunt autem non feriri leporis coagulo perunctos. A scorpione percussis, fimum capræ efficacius cum aceto decoctum auxiliatur: lardum iusque decocti potum his, qui buprestim hauserint. Quinetiam si quis asino in aurem percussus à scorpione se dicat, transire malum protinus tradunt: venenatæque omnia accenso eius pulmone fugere. Et fimo vituli suffiri percussos à scorpione prodest. Canis rabidi morfu facta vulnera circuncidunt ad viuas vsque partes quidam, carnemque vituli admouent, & ius ex eodem carnis decoctæ dant potui, aut axungiam cum calce tusam. Laudat hirci iecur, quo imposito, ne tentari quidem aquæ metu affirmant. Laudant & capræ fimum ex vino illitum, aut melle: melis, & cuculi, & hirūdinis decoctum & potum. Ad reliquos bestiarum morsus caprinum caseum siccum cum origano imponunt, & bibi iubent: ad hominis morsus carnem bubulam coctam: efficacius vituli, si non ante quintum diem soluant. Veneficiis rostrum lupi resistere inueteratum aiunt, ob idque villarum portis præfigunt. Hoc idem præstare & pellis è ceruice solida existimatur: quippe tanta vis est animalis, præter ea quæ retulimus, vt vestigia eius calcata equis afferant torporem. Iis qui argentum viuū biberint, lardum remedio est. A sinino lacte potu venena restinguuntur, peculiariter si hyoscyamum potum sit, aut viscum, aut cicuta, aut lepus marinus, aut opocarpum: aut pharicon, aut dorycnium, & si coagulum alicui nocuerit: nam id quoque venenum est in prima lactis coagulatione. Multos eius & alios vsus dicemus. Sed meminisse oportebit recenti vtendū, aut non multo postea tepefacto. Nullū enim celerius euanescit. Ossa quoque asini contracta & decocta, contra leporis marini venenū dantur. Omnia eadem onagris efficaciora. De equiferis non scripserūt Græci, quoniam terræ illæ non gigneant. Verūtamen fortiora omnia eadem, quàm in equis, intelligi debent. Lacte equino venena leporis marini & toxica expugnantur. Nec vros aut bisontes habuerūt Græci in experimentis, quanquam boue fero refertis Indiæ syluis: portione tamen eadem efficaciora omnia ex his credi par est. Sic quoque lacte bubulo cūta venena expugnari tradunt, maximè suprà dicta, & si ephemerum impactum sit, aut si cantharides data, vomitione omnia egeri: sic & caprino iure cantharides. Contra ea verò quæ exulceratione enecant, seuum vitulinum seu bubulum auxiliatur. Nam contra sangui fugas potas butyrum remedio est, cum aceto ferro calefacto: quod & per se prodest contra venena. Nam si oleum non sit, vicem eius repræsentat. Multipedum morsus cū melle sanat. Omasi quoque iure potu venena suprà dicta expugnari putant, priuatim verò aconita & cicuta: itemque vitulino seuo. Caprinus caseus recens, his qui viscum biberint: lac verò contra cantharidas remedio est, & contra ephemerum potum cum taminia vua. Sanguis caprinus decoctus cum medulla contra toxica venena sumitur: hœdinus contra reliqua. Coagulum hœdi contra viscum, & chamæleontem album, sanguinemque taurinum, contra quem & leporis coagulum ex aceto. Contra pastinacam verò & omnium marinorum ictus vel morsus, coagulū leporis, vel hœdi, vel agni, drachmæ pondere ex vino. Leporis coagulum & contra venena additur antidotis. Papi-

lio quoque lucernarum luminibus aduolans, inter mala medicamenta numeratur. Huic contrarium est iecur caprinum, sicut fel veneficiis ex mustela rustica factis.

De remediis ad morborum multa genera ex animalibus.

C A P. X I.

Hinc deinde reuertemur ad genera morborum. Capilli defluuia vrsinus adeps admisto ladano & adianto continet, alopeciasque emendat, & raritatem superciliarum cum fungis lucernarum, ac fuligine quæ est in rostris earum. Porrigini cum vino prodest. Ad hanc & cornus ceruini cinis è vino, vtque non tædia animalium capillis inhaerescant. Item fel caprinum cum creta Cimolia & aceto, sic vt paululû capilli inarescant: item fel hircinum cum vrina tauri. Si verò vetus sit, etiam furfures adiecto sulphure emendat. Cinere genitalis asinini, spissari capillum putant, & è canitie vindicari, si rasis illinatur, plûbóque tritus cum oleo. Densari & asinini pulli cum vrina: admiscentq; nardum fastidij gratia. Alopecias felle taurino cum Ægyptio alumine tepefactis illinût. Capitis hulcera manantia, vrina tauri efficaciter sanat: item hominis vetus, si cyclaminum adiiciatur & sulphur. Efficacius tamen & vitulinum fel: quo cum aceto calefacto, & lendes tolluntur. Seuum vitulinum cum sale tritum, capitis hulceribus vtilissimum. Laudatur & vulpiû adeps, sed præcipuè fel, & fimum cum sinapis pari modo illitum. Caprini cornus farina vel cinis, magisq; hircini, addito nitro & tamaricis semine, & butyro oleoque, priùs capite raso, mirè continent ita fluentem capillum. Sicut & canis cinere ex oleo illito supercilia nigrescunt. Lacte caprino lendes tolli tradunt: fimo cum melle alopecias expleri: item vngularum cinere cû pice, fluentem capillum contineri. Leporinus cinis cum oleo myrteo, capitis dolores sedat: item aqua pota, quæ è bouis aut asini potu relicta est: & si credimus, vulpis masculæ genitale circumligatum: cornus ceruini cinis illitus ex aceto vel rosaceo, aut ex irino. Oculorum epiphoras bubulo seuo cum oleo cocto illinunt. Ceruini cornus cinere scabrities eorum inungunt: mucrones autem ipsos efficaciores putant. Lupi excrementis circumlini suffusiones prodest. Cinere eorum cum Attico melle inungi obscuritates: item felle vrsino. Epinyctidas, adipe aprugno cum rosaceo. Vngulæ asininæ cinis inunctus è suo lacte, cicatrices oculorum, & albugines tollit. Medulla bubula ex dextro crure priore trita cum fuligine, pilis & palpebrarum vitiis angulorumque occurrit: calliblepharique modo fuligo in hoc vsu temperatur: optimè ellychnio papyraceo oleoque sesamino, fuligine in nouum vas peninis deterfa. Efficacissimè tamen euulsos ibi pilos coërcet. Felle tauri cum oui albo, collyria fiunt, aquaque dissoluta inunguntur per quatrimum. Seuum vituli cum anseris adipe & ocimi succo, genarum vitiis aptissimum est. Eiusdem medullæ cum pari pondere ceræ & olei vel rosacei, addito ouo, duritiæ genarum illinuntur. Caseo molli caprino imposito ex aqua calida epiphoræ sedantur: si tumor sit, ex melle. Vtrunque vero fero calido fouendum. Sicca lippitudo, lumbulis suum tostis atque contritis, & impositis tollitur. Capras negant lippire, quoniam eæ quasdam herbas edant: item dorcades. Et ob id fimum earum cera circumdatum noua Luna deuorare iubent, & quoniam

aut

aut melle. Lupino quoque adipe, vel medulla suū, fricari oculos contra lippitudines præ-
 cipiunt. Nam vulpinam linguam habentes in armilla, lippituros negant. Aurium dolo-
 ri & vitiis medetur vrina apri in vitro seruata: fel apri vel suis, vel bubulum, cum oleo
 cicino & rosaceo æquis portionibus. Præcipuè verò taurinum, cum porri succo tepi-
 dum, vel cum melle, si suppuret. Contraque odorem grauem per se tepesactum in mali-
 corio. In ea parte rupta cum lacte mulierum efficaciter sanat. Quidam etiam in grauitate
 aures sic perluendas putant. Alij cum senecta serpentium & aceto includunt lanas, antè
 aqua calida collutas. Aut si maior sit grauitas aurium, fel cum myrrha & ruta in malico-
 rio excalfactum infundunt: lardum quoque pingue: item fimum asini recens cū rosaceo
 10 instillatur: omniæque ea tepesacta. Vtilior equi spuma, vel equini fimi recentis cinis cum
 rosaceo. Seuum bubulū cum adipe anserino, butyrum recens. Vrina capri vel tauri, vel
 fullonia vetus calfacta, vapore per lagenæ collum subeunte. Admiscent & aceti tertiam
 partem: & aliquid vrinæ vituli, qui nondum herbam gustauerit. Fimum etiam misto fel-
 le eiusdem. Et cutem, quam relinquūt angues, excalfactis prius auribus. Lana autem me-
 dicamina ea includuntur. Prodest & seuum vituli cum anseris adipe, & ocimi succo: e-
 iusdem medulla admisto cumino trito infusa. Virus verrinum è scropha exceptum prius
 quam terram attingat, contra dolores. Auribus fractis glutinum è naturis vitulorum fa-
 ctum, & in aqua liquatum. Aliis vitiis adeps vulpium. Item fel caprinum cum rosaceo te-
 pido, aut porri succo: aut si sint rupta ibi aliqua, è lacte mulieris. Si grauitas sit audiendi;
 20 fel bubulum cum vrina capræ, vel hirci, vel si pus sit. In quocunque autem vsu putant
 hæc efficaciora in cornu caprino per dies viginti infumata. Laudant & coagulum lepori-
 nis tertia denarij parte, dimidiæque sagapeni in ammideo vino. Parotidas vrsinus adeps
 comprimit, pari pondere ceræ & taurini seui. Addunt quidam hypocisthidem: & per se
 butyrum illitum, si prius foueantur scænigræci decocti succo. Efficacius cum strichno.
 Profunt & vulpium testes, & taurinus sanguis aridus tritus. Vrina capræ calefacta instil-
 lata auribus: fimumque eiusdem cum axungia illitum. Dentes mobiles confirmat cerui-
 ni cornus cinis, dolorisque eorum mitigat, siue infricentur, siue colluantur. Quidam ef-
 ficacioram ad omnes eosdem vsus crudi cornus farinam arbitrantur. Dentifricia utroque
 modo fiunt. Magnum remedium est & in laporum capitis cinere. Certumque est in ex-
 30 cremenentis eorū plerunque inueniri ossa. Hæc adalligata eundem effectum habent. Item
 leporina coagula per aurem infusa contra dolores: & capitis eorum cinis dentifriciū est,
 adiectoque nardo mulcet graueolentiam oris. Aliqui murinorum capitum cinerem mi-
 scuisse malunt. Reperitur in latere leporis acui os simile, hoc scarificari dentes in dolore
 suadent. Talus bubulus accensus, eos qui labant cum dolore, admotus confirmat. Eius-
 dem cinis cum myrrha, dentifricium est. Ossa quoque ex vngulis suum combusta, eun-
 dem vsum præbent: item ossa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur.
 Iisdem sanari, demissis in fauces, iumentorum verminationes notum est: sed & combu-
 stis dentes confirmari. Asinino quoque lacte percussu vexatos, aut dentium eiusdem ci-
 nere: lichene item equi cum oleo infuso per aurem. Est autem hoc non hippomanes,
 40 quod alioqui noxium omitto, sed in equorum genibus, ac super vngulas. Prætereà in
 corde equorum inuenitur os, dentibus caninis maximè simile: hoc scarificari dolorem,
 aut exempto dente emortui equi maxillis ad numerum eius qui doleat, demonstrant. E-
 quarum virus à coitu in ellychniis accensum Anaxilaus prodidit, equinorum capitum
 visus representare monstrificè: similiter ex asinis. Nam hippomanes tantas in veneficio
 vires habet, vt affusum æris milturæ in effigiem equæ Olympiæ, admotos mares equos
 ad rabiem coitus agat. Medetur dentibus & fabrile glutinum, in aqua decoctum illitum-
 que, & mox paulò detractum, ita vt confestim colluantur vino, in quo decocti sunt cor-
 tices mali Punici dulcis. Efficax habetur & caprino lacte collui dentes, vel felle taurino.
 Talorum capræ recentium cinis dentifricio placet, & omnium ferè villaticarum qua-
 50 drupedum, ne sæpius eadem dicantur.

Ad faciei vitia, cervicis & pectoris morbos.

CAP. XII.

C Vtem in facie erugari & tenerescere, & candorem custodire lacte asinino putant. Notumque est quasdam quotidie D. custodito numero fouere. Poppæa hoc Neronis principis instituit, balnearum quoq; sic folio temperato, asinarum gregibus ob hoc eam comitantibus. Impetus pituitæ in facie, butyro illito tolluntur: efficacius cū ceruifa. Syncero verò vitia quæ serpunt, insuper imposita farina hordeacea. Hulcera in facie membrana è partu bouis madida. Friuolum videatur, non tamen omittendum, propter desideria mulierum: Talum candidi iuueni, quadraginta diebus noctibusque, donec resoluatur in liquorem decoctum & illitum linteolo, candorem cutisq; erugationem prestat. Fimo taurino malas rubescere aiunt, non crocodileam illini melius, sed foueri frigida & antè & postea iubent. Ætates, & quæ decolorem faciunt cutem, fimum vituli cum oleo & gummi manu subactum emendat. Hulcera oris ac rimas, seuum vituli vel bouis cum adipe anseris, & ocimi succo. Est & alia miltura, seuo vituli cum medulla cerui, & albæ spinæ foliis vna tritis. Idem præstat & medulla cum resina, vel si vaccina sit, iusque è carne vaccina. Lichenas oris prætâtillimè vincit glutinum factum è genitalibus vitulorum, liquatum aceto cum sulphure viuo, ramo ficulneo permixtum, ita vt bis die recens illinatur. Item lepras ex melle & aceto decoctum, quas & iecur hirci calidum illitum tollit: sicut elephantia sin fel caprinum: etiamnum lepras ac furfures, tauri, vel addito nitro. Vrina asini circa Canis ortum, maculas in facie: fel vtriusque per sese aqua infractum, euitatisque solibus ac ventis post detractam cutem. Similis effectus in taurino seuo vitulino ve felle, cum femine cunilæ ac cinere è cornu ceruino, si Canicula ex oriente comburatur. Asinino seuo cicatricibus ac licheni leprisque maximè color redditur. Hirci fel & lentigines tollit, admixto caseo ac viuo sulphure spongiæque cinere, vt mellis sit crassitudo. Aliqui inueterato felle vti maluerunt, mistis calidis furfuribus pondere oboli vnus, quatuorque mellis, prius defricatis maculis. Efficax eiusdem & seuum cum melanthio, & sulphure, & iride. Labrorum fissuris cum adipe anserino, ac medulla ceruina resinaque & calce. Inuenio apud autores, his qui lentiginem habeant, negari Magicæ sacrificiorum vsu. Lacte bubulo aut caprino tonsillæ & arteriæ exulceratæ leuantur. Gargarizatur tepidum, vt est expressum, aut calefactum. Caprinum vtilius, cum malua decoctum & sale exiguo. Linguae exulcerationi & arteriarum prodest ius omasi gargarizatu: tonsillis autem priuatim renes vulpium aridi, cum melle triti illitique: angine fel taurinum vel caprinum cum melle. Iecur melis ex aqua oris grauitatem, hulceraq; butyrum emendat. Spinam aliudve quid faucibus adhærês, felis extrinsecus fimo perfricatis, aut reddi aut delabi tradunt. Strumas discutit fel aprinum, vel bubulum tepidum illitum. Nam coagulum leporis è vino in linteolo exulceratis dûtaxat imponitur. Discutit & vngulæ asini vel equi cinis, ex oleo aqua illitus, & vrina calefacta: & bouis vngulæ cinis ex aqua: fimum quoque feruens ex aceto. Item seuum caprinum cum calce, aut fimum ex aceto decoctum, testésque vulpini. Prodest & sapo: Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis, ex seuo & cinere. Optimus fagino & caprino, duobus modis, spissus ac liquidus: vterq; apud Germanos maiore in vsu viris, quàm fœminis. Cervicum dolores butyro aut adipe vtriusque non perfricantur: rigores bubulo seuo: quod & strumis prodest cum oleo. Dolorem inflexibilem (opisthotonon vocant) leuat vrina capræ auribus infusa, aut fimum cū bulbis illitum: vngues contusos fel cuiuscunque animalis circumligatû: pterygia digitorum fel taurinum aqua calida dissolutum. Quidam adiiciunt sulphur & alumen, pari pondere omnium. Tussim iecur lupi ex vino tepido sanat: vrsinumque fel admixto melle, aut ex cornu bubuli summis partibus cinis: vel salua equi, triduo potu eam mori tradunt: pulmo ceruinus cum gula sua arefactus in fumo, dein tusus ex melle quotidiano ecligmate. Efficacior est ad id bubulo ceruorum generis. Sanguinem expuentes, ceruini cornus cinis: coagulum leporis tertia parte denarij cum terra Samia & vino myrteo potum sanat. Eiusdem fimi cinis in vino vesperi potus nocturnas tussis: pili quoque leporis suffiti, extrahunt pulmonibus difficiles excreationes. Purulentas autem exulcerationes pecto-

pectoris pulmonisque, & à pulmone graueolentiam halitus, butyrū efficacissimè iuuat, cum pari modo mellis Attici decoctū, donec rufescat, & matutinis sumptum ad mensuram ligulæ. Quidam pro melle, laricis resinam addere maluerunt. Si sanguis reiiciatur, efficacem tradunt bubulum sanguinem, modicè & cum aceto sumptum: nam de taurino credere, temerarium est. Sed glutinum taurinum tribus obolis cum calida aqua bibitur in vetere sanguinis excreatione.

Ad stomachi & lumborum dolores, & renum vitia.

C A P.

X I I I.

S Tomachum exulceratum lactis asinini potus reficit: item bubuli. Rosiones eius caro
 10 bubula admisto aceto & vino cocta. Rheumatismos cornus ceruini cinis. Sanguinis excreationes hæc dicitur sanguis recens, ad cyathos ternos cum aceto acri pari modo feruens potus: coagulum tertia parte ex aceto potum. Iocineris dolores, lupi iecur aridum ex mulso: asininum iecur aridum cum petroselini partibus duabus, ac nucibus tribus, ac melle tritum, & in cibo sumptum: sanguis hircinus cibo aptatus. Suspiriosis ante omnia
 efficax est potus equiferorum sanguinis. Proximè lactis asinini tepidi cū bulbis decocti, ita vt serum ex eo bibatur, addito in tres heminas cyatho nasturtij albi, perfusi aqua, deinde melle diluti. Iecur quoque vulpinum, aut pulmo, in vino nigro, aut fel vrsinum in aqua, laxat meatus spirandi. Lumborum dolores, & quæcunque alia mollire opus sit, vrsino adipe perfricare conuenit: cinerem aprini aut suilli fimi inueterati, aspergi potioni vini.
 20 Afferunt & Magi sua cōmenta. Primum omniū rabiem hircorum, si mulceatur barba, mitigari: eadē præcisa, non abire eos in alienum gregem. Huic admiscent fimum caprinum, & subdito linteolo vncto caua manu, quantum pati possit, feruens, sustineri iubent: ita vt si læua pars doleat, hæc medicina in dextra manu fiat, aut è cōtrario. Fimum quoque ad eum vsus acus æreæ punctis tolli iubent. Modus curationis est, donec vapor ad lumbos sentiat peruenire. Postea verò manum porro tufo illinunt, item lumbos ipso fimo cum melle, suadentque in eodem dolore & testes leporis deuorare. Ischiadicis fimum bubulum imponunt, calfactum in foliis cinere feruētī. In renūque dolore leporis renes crudos deuorari iubent, aut certè coctos, ita ne dente cōtingantur. Ventris quidem dolore tentari negant talum leporis habentes. Lienem sedat fel apri vel suis potum,
 30 vel ceruini cornus cinis in aceto. Efficacissimè trimen inueteratus lien asini, ita vt in triduo sentiat utilitas. Asinini pulli fimum, quod primū edidit, (polean vocant Syri) datur in aceto mulso. Datur & equi lingua inueterata ex vino, præsentaneo medicamento, vt didicisse se ex barbaris Cæcilius Bion tradidit. Et lien bubulus simili modo. Recens autem assus vel elixus, in cibo. In vesica quoque bouis alij capita xx. tusa, cum aceti sextario, imponuntur ad lienis dolorem. Eadem ex causa emi lienem vituli, quanti indicatus sit, iubent Magi, nulla pretij contatione: quoniam hoc quoque religiose pertineat: diuisumque per longitudinem annecti tunicæ vtrinque, & induētē pati decidere ad pedes: dein collectum in vmbra arefacere. Cū hoc fiat, simul residere lienem ægri vitiatum, liberarique eum morbo dicitur. Prodest & pulmo vulpium cinere siccatas, atque in aqua
 40 potus. Item hædorum lien impositus.

Ad aluum sistendam, cæliacos, dysentericos, inflationes alui, ruptas, tenesmon, & tineas, & colum.

C A P. X I I I I.

A Luum sistit ceruinus sanguis: item cornus cinis: iecur aprinum ex vino potum citra salein, recensque: item assus suillum, vel hircinum decoctum in vini hemina. Coagulum leporis in vino ciceris magnitudine: aut si febris sit, ex aqua. Aliqui & gallam adiiciunt, alij per se leporis sanguine contenti sunt lacte cocto. Equini fimi cinis in aqua potus. Taurini cornus veteris ex parte ima cinis, inspersus potioni aquæ. Sanguis hircinus in carbone decoctus. Corium caprinum eum suo pilo decoctum, succo epoto. Coagulum equi, & sanguis caprinus, vel medulla, vel iecur aluum soluit. Fel lupi cum elaterio vmbilico illigatum. Vel lactis equini potus: item caprini cum sale & melle. Capræ fel cum cyclamini succo & aluminis modico. Aliqui & nitrum & aquam adiecisse malunt:

Fel tauri cum absinthio tritum ac subditum pastillo. Butyrum largius sumptum cœliacis & dysentericis medetur, & iecur vaccinū. Cornus ceruini cinis, tribus digitis captus in potione aquæ. Coagulum leporis subactum in pane: si verò sanguinem detrahunt, in polenta. Aprini vel fuilli vel leporini fimi cinis, inspersus potioni tepidæ vini. Vituli quoque ius vulgariter datum, inter auxilia cœliacorum & dysentericorum tradūt. Lactis asinini potus vtilior, addito melle. Nec minus efficax fimi cinis ex vino, vtriq; vitio. Item polea suprâ dicta: Equi coagulum, quod aliqui hippacen vocant, etiam si sanguinem detrahant: vel fimi cinis, dētiumque eiusdem tusorum farina, salutaris dicitur: & bubuli lactis decocti potus. Dysentericis addi mellis exiguum præcipiunt: & si tormina sint, cornus ceruini cinerem, aut fel taurinum cumino mistū, & cucurbitæ carnes vmbilico imponere. Caseus recens vaccinus immittitur ad vtrunque vitium. Item butyrum heminis quatuor, cum resinæ terebinthinæ sextante, aut cū malua decocta, aut rosaceo. Datur & seuum vitulinum, aut bubulum. Item medullæ excoquuntur cum farina & cera exiguoq; oleo, vt sorberi possint. Medulla & in pane subigitur. Lac caprinū ad dimidias partes decoctum. Si sint & tormina, additur protropum. Torminibus satis esse remedium in leporis coagulo potio è vino tepido, vel semel, arbitrantur aliqui. Cautiores & sanguine caprino cum farina hordeacea & resinâ, ventrem illinunt. Ad omnes epiphoras ventris illini caseum mollem suadent: veterem autem in farina tritum, cœliacis & dysentericis dari, cyatho casei in cyathis vini tribus. Sanguis caprinus decoctus cum medulla dysentericis. Iecur assum capræ, cœliacis subuenit, magisq; etiam hirci, in vino aultero decoctum potumque, vel ex oleo myrteo vmbilico impositum. Quidâ decoquunt à tribus sextariis aquæ ad heminam, addita ruta. Vtuntur & liene asso capræ hirci, & seuo hirci in pane qui cinere coctus sit, capræ à renibus maximè, vt per se hauriatur: protinusque modicè frigidam sorberi iubent. Aliqui & in aqua decoctum seuum admista polëta, & cumino, & anetho, acetóque. Illinunt & ventrem cœliacis, fimo cum melle decocto. Vtuntur ad vtrunque vitium & coagulo hœdi in vino myrtite, magnitudine fabæ potio: & sanguine eiusdem in cibum formato quem sanguiculum vocant. Infundunt dysentericis & glutinum taurinum, aqua calida resolutum. Inflationes autè discutit vitulinum fimum in vino decoctū. Intestinorum vitiis magnopere prodest coagulū ceruorum, decoctum cum lente betaq; atque ita in cibo sumptum. Leporis pilorum cinis cum melle decoctus. Lactis caprini potus decoctus cū malua exiguo sale addito. Et si coagulum addatur, maioribus emolumentis fiat. Eadem vis est & in seuo caprino in sorbitione aliqua, vt protinus hauriatur frigida aqua. Item feminum hœdi cinis rupta intestina sarcire mirè traditur. Fimum leporis cum melle decoctum, & quotidie fabæ magnitudine sumptum, ita vt deploratos sanauerint. Laudât & caprini capitis cum suis pilis decocti succum. Tenesmos, id est, crebra & inanis volūtas egerendi, tollitur potio lacte asinino: item bubulo. Tinearum genera pellit ceruini cornus cinis potus. Quæ in excrementis lupi diximus inueniri ossa, si terram non attigerint, collo medentur adalligata brachio. Polea quoque suprâ dicta magnopere prodest in sapa decocta. Item fuilli fimi farina addito cumino in aqua rutæ decoctæ. Cornus ceruini teneri cinis, cochleis Africanis cum testa sua tusis mistus, in vini potione.

Ad vesicæ cruciatum & calculos: de genitalium & sedis vitiis, & inguinum remediis.

C A P.

X V.

Vesicæ calculorumque cruciatibus auxiliatur vrina apri, & ipsa vesica pro cibo sumpta: Efficaciùs, si prius fumo maceretur vtrunq;. Vesicam elixam mandi oportet, & à muliere fœminæ suis. Inueniuntur & in iocineribus eorum lapilli, aut duritie lapillis similes, candidi, sicuti in vulgari sue: quibus contritis atque potis in vino, pelli calculos aiunt. Ipsi apro tam grauis sua vrina est, vt nisi egesta fugæ non sufficiat, ac velut deuinctus opprimatur. Exuri illa tradunt eos. Leporis renes inueterati, in vino poti, calculos pellunt. In perna suis articulos esse diximus, quorum decoctum ius facit vrinæ vtile. Asinini renes inueterati tritique, & in vino mero dati, vesicæ medentur. Calculos expellunt liche-

lichenes equini ex vino aut mulso poti diebus xl. Prodest & vngulæ equinæ cinis, in vino, aut aqua. Item fimum caprarum in mulso, efficacius syluestrium. Pili quoque caprini cinis. Verendorum carbunculis, cerebrum apri vel suis, sanguisque. Vitia verò, quæ in eadem parte serpunt, iecur corû combustum, maximè iuniperi ligno cum charta & arthenico sanat: fimi cinis: fel bubulum cum alumine Ægyptio ac muria ad crassitudinem mellis subactum: insuper beta ex vino cocta imposita: caro quoq;. Manantia verò hulcera, seuum cum medulla vituli in vino decoctum, vel caprinum cum melle rubique succo: vel si serpent, finum etiam prodesse cum melle dicunt aut cum aceto, & per se butyrum. Testium tumor cum seuo vituli, addito nitro cohibetur: vel fimo eiusdem ex aceto decocto. Vrinæ incontinentiam cohibet vesica aprina, si assa mandatur. Vngularum apri vel suis cinis potioni inspersus. Vesica scæminæ suis combusta ac pota: Itē hædi, vel pulmo: Cerebrû leporis in vino: Eiusdem testiculi tosti, vel coagulum cum anserino adipe in polenta: Renes asinini in mero triti potiç;. Magi verrini genitalis cinere potio ex vino dulci demonstrant vrinam facere in canis cubili, ac verba adiicere, ne ipse vrinam faciat, vt canis, in suo cubili. Rursus ciet vrinam vesica suis, si terram nō attigerit, imposita pubi. Sedis vitiis præclarè prodest fel vrsinum cum adipe. Quidam adiiciunt spumã argenti ac thus. Prodest & butyrum cum adipe anserino ac rosaceo. Modum ipsæ res statuunt, vt sint illitu faciles. Præclarè medetur & taurinum fel, in linteolis cõceptis: rimasque perducit ad cicatricem. Inflationibus in ea parte, seuum vituli, maximè ab inguinibus cum ruta: cæteris vitiis medetur sanguis caprinus cum polenta. Item fel caprinum condylomatis per se. Item fel lupinum ex vino. Panos & apottemata in quacũque parte, sanguis vrsinus discutit: item taurinus aridus tritus. Præcipuum tamen remedium traditur in calculo onagri: quem dicitur cum interficiatur reddere vrina, liquidiozem initio, sed in terra spissantem se. Hic adalligatus femini, omnes impetus discutit, omnique supuratione liberat. Est autem rarus inuētu, nec ex omni onagro, sed celebri remedio. Prodest & vrina asini cum melanthio. Et vngulæ equinæ cinis cum oleo & aqua illitus. Sanguis equi, præcipuè admissarij: & sanguis bubulus: item fel. Caro quoque eosdem effectus habet calida imposita: & vngulæ cinis ex aqua aut melle: vrina caprarum, hircorumque carnes in aqua decoctæ: aut fimum ex his cum melle decoctum: fel vrsinum siue verrinum: vrina suua in sana imposita. Femina atteri adurique equitatu notum est. Vtilissimum est ad omnes inde causas, spumã equi ex ore inguinibusque illinire. Inguina & ex hulcerum causa intumescunt. Remedio sunt equi setæ tres, totidem nodis alligatæ intra hulcus.

Ad podagras, ad morbum comitiam, ad sideratos, morbumque regium, ossaque fracta, remedia.

C A P. X V I.

POdagris medetur vrsinus adeps, taurinumque seuum, pari pondere & ceræ. Addunt quidam hypocisthida & gallam. Alij hircinum præferunt seuum cum fimo capræ, & croco sinapive, vel caulibus ederæ tritis, ac perdicio vel flore cucumeris syluestris. Item bouis fimum cum aceti fæce. Magnificant & vituli, qui nondum herbam gustauerit, fimum, aut per se sanguinem tauri: vulpem decoctam viuam, donec ossa tantum restent: lupumve viuum oleo cerati modo incoctum: seuum hircinũ, cum helxines parte æqua, sinapis tertia: fimi caprini cinerem cum axungia. Quin & ischiadicos vri sub pollicibus pedum eo fimo feruente, vtilissimè tradunt. Articulorumque vitiis fel vrsinum vtilissimum esse, & leporis pedes adalligatos. Podagras quidam mitigari pede leporis viuentis abscisso, si quis secum assiduè habeat. Perniones vrsinus adeps, rimasque pedum omnes facit: efficacius alumine addito: seuum caprinum: dētium equi farina: aprinum vel suillum fel: cum adipe pulmo impositus: & si subtriti sint contusivè offensatione, si verò adusti frigore, leporini pili cinis. Eiusdem pulmo contusis dissectus, aut pulmonis cinis. Sole adusta, seuo asinino aptissimè curantur: item bubulo cum rosaceo. Clauos & rimas callique vitia, fimum apri vel suis recens illitum, ac tertio die solutum sanat:

talorum cinis, pulmo aprinus, aut suillus, aut ceruinus. Attritus calceamentorum, vrina asini cum luto suo illita. Clauos seuum bubulum cum thuris polline. Perniones verò corium combustum: melius ex vetere calceamento. Iniurias è calceatu, ex oleo corij capri- ni cinis. Varicum dolores sedat fimi vitulini cinis, cum lilij bulbis decoctus, addito melle modico: itemq; omnia inflammata & suppuraciones minantia. Eadem res & podagricis prodest, & articulariis morbis, è maribus præcipuè vitulis. Articulorum attritus, fel apro- rum vel suum, linteo calefacto impositum: vitulique qui nõdum herbam gustauerit, fi- mum: item caprinum cum melle in aceto decoctum. Vngues scabros seuum vituli emē- dat: item caprinum admitta sandaracha. Verrucas verò aufert vitulini fimi cinis ex ace- to: asini vrinæ lutū. Comitali morbo testes vrsinos edisse prodest, vel aprinos bibisse ex 10 lacte equino, aut ex aqua: item aprinam vrinam ex aceto mulso: efficacius, quæ inaruerit in vesica sua. Dantur & suū testiculi inueterati tritique in suis lacte, præcedente vini ab- stinentia, & sequente continuis diebus. Datur & leporis sale custoditi pulmones, cū thu- ris tertia parte, in vino albo, per dies xxx. Item coagula eiusdem. Asini cerebrum ex aqua mulsa, infumatum prius in foliis, femuncia per dies: vel vngularum eius cinis cochleari- bus binis toto mense potus. Itē testes sale asseruati, & aspersi potioni, in asinarum maxi- mē lacte, vel ex aqua. Membrana partus earum, præcipuè si in marem pepererint, olfactata accedente morbo comitialium resistit. Sunt qui è mare nigròque cor edendum cum pa- ne sub dio prima aut secunda Luna præcipiant. Alij carnē, aliqui sanguinem aceto dilu- tum per dies x l. bibendum. Quidam vrinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miscent, ea- 20 demque potionem & lymphaticis medentur. Comitialibus datur & lactis equini potus, li- chēnque in aceto mulso bibendus. Dantur & carnes caprinæ in rogo hominis tostæ, vt volunt Magi. Seuum earum cum felle taurino pari pondere decoctum, & in folliculo fel- lis reconditum, ita ne terram attingat, potum verò sub limine ex aqua. Morbum ipsum deprehendit caprini cornus vel ceruini vsti nidor. Sideratis vrina pulli asinini nardo ad- misto perunctione prodesse dicitur. Regio morbo cornus ceruini cinis: sanguis asinini pulli ex vino. Item fimum asinini pulli, quod primum edidit à partu, datū sabæ magni- tudine è vino medetur intra diem tertium. Eadē & ex equino pullo similitérque vis est. Fractis ossibus præsentaneus maxillarum apri cinis vel suis. Itē lardum elixum atq; cir- 30 cuncunligatum mira celeritate solidat. Costis quidem fractis laudatur vnicè caprinum fi- mum ex vino vetere, aperit, extrahit, persanat. Febres arcet ceruorum caro, vt diximus. Eas quidem quæ certo dierum numero redeūt, oculus lupi dexter falsus adalligatusque, si credimus Magis. Est genus febrium, quod amphemerinon vocant. Hoc liberari tra- dunt, si quis è vena auris asini tres guttas sanguinis in duabus heminis aquæ hauserit. Quartanis Magi excrementa felis cum digito bubonis adalligari iubent, & ne recidant, non remoueri septeno circuitu. Quis hoc quæso inuenire potuit? quæve est ista mistura? cur digitus potissimùm bubonis electus est? Modestiores iecur felis decrescēte Luna oc- 40 cisæ inueteratum sale, ex vino bibendum ante accessiones quartanæ dixere. Idem Magi fimi bubuli cinere consperso puerorum vrina illinūt digitos pedum, manibusque lepo- ris cor adalligant. Coagulum ante accessionem propinant. Datur & caseus caprinus re- cens cum melle diligenter sero expresso.

Ad melancholicos, lethargicos, hydropicos: ad ignem sacrum, & ad dolores ner- uorum remedia.

CAP. XVII.

Melancholicis fimum vituli in vino decoctum remedio est. Lethargicos excitat asini lichen, naribus illitus ex aceto: caprini cornus nidor aut pilorum: iecur aprinum. Itaque & veteriosis datur. Phthificis medentur, iecur lupi ex vino, macræ suis sceminæ herbis pasta lardum, carnes asininæ ex iure sumptæ. Hoc genere maximè in Achaia cu- rant id malum. Fimi quoque aridi, sed pabulo viridi pasto boue, fumum harundine hau- stum prodesse tradunt. Bubuli quoq; cornus mucronem exustum, duorum cochleario- rum mensura, addito melle, pilulis deuoratis. Capræ seuo in pulte ex alica & phthisin & 50 tussim sanari, vel recenti cū mulso liquefacto, ita vt vncia in cyathum addatur, rutæque ramo

ramo permisceatur, non pauci tradūt. Rupicapre seu cyatho, & lactis pari mensura, deploratum phthificum conualuisse certus autor affirmat. Sunt & qui suum fimi cinerem profuisse scripserint in passio: & cerui pulmonem, maximè subulonis, siccatum in fumo, tritumque in vino. Hydropicis auxiliatur vrina vesicę apri paulatim data in potus: efficacius quę inaruerit cum vesica sua. Fimi ceruini, maximè subulonis, sed & bubuli, de armentinis loquor (quod bolbiton vocant) cinis cochleariorum triū in mulsi hemina, bovis fœminæ in mulieribus, & ex altero sexu in viris: quod veluti mysterium occultarunt Magi: Fimum vituli masculi illitum: Fimi vituli cinis cum semine staphylini, æqua portione ex vino: Sanguis caprinus cum medulla. Efficaciorem putant hircorum, vtiq; si lētisco pascantur. Igni sacro vrsinus adeps illinitur, maximè qui est ad renes: vitulinum fimum recens, vel bubulum: caseus caprinus siccus cum porro: ramenta pellis ceruinæ deiecta pumice, ex aceto trita. Rubori cū prurigine, equi spuma aut vngulæ cinis. Eruptionibus pituitæ, asinini fimi cinis cū butyro. Papulis nigris, caseus caprinus siccus ex melle & aceto in balineis, oleo remoto. Pustulis suilli fimi cinis aqua illitus, vel cornus ceruini cinis. Luxatis recens fimum aprinum vel suillum: item vitulinum: verris spuma recens cum aceto: fimum caprinum cum melle. Bubula caro imposita tumore sanat. Fimū suillum in testa calefactum tritumque cū oleo, duritias corporū omnes tollit optimè. Adeps è lupis illitus, in his quę rumpere opus est, plurimum proficit. Fimū bubulum in cinere calefactum, aut caprinum in vino vel aceto decoctū. In furunculis seuum bubulum cum sale: aut si dolor est intinctum oleo, liquefactum sine sale, similique modo caprinum. In ambustis vrsinus adeps cum lilij radicibus: aprinum aut suillum fimum inueteratū: fetarum ex his è penicillis tectoriis cinis cum adipe tritus: tali bubuli cinis, cū cera & medulla ceruina: fel tauri: fimum leporis. Sed caprarum fimus sine cicatrice sanare dicitur. Glutinum præstantissimum fit ex auribus taurorum & genitalibus. Nec quicquā efficacius prodest ambustis. Sed adulteratur nihil æquè, quibusvis pellibus inueteratis, calceamentisq; etiam decoctis. Rhodiaceum fidelissimū: eoque pictores & medici vtuntur: Id quoq; quò candidius, eò probatius. Nigrum & lignosum dānatur. Neruorum doloribus, fimū caprinum decoctum in aceto cum melle, vtilissimū putant, vel putrescente neruo. Spasmata & percussu vitiata fimo aprugno curant, vere collecto & arefacto. Sic & quadrigis agendis tractos, rotave vulneratos: & quoquomodo sanguine cōtuso, vel si recēs illinatur. Sunt qui incoxisse aceto, vtilius putent. Quin & in potu farinam eam ruptis cōuulneratisq; & euersis ex aceto salutarem promittunt. Reuerentiores cinerem eius ex aqua bibunt. Feruntq; & Neronem principem hac potione recreari solitum, cū sic quoque a se trigario approbare vellet. Proximam suillo fimo vim putant.

Ad sanguinem sistendum, & contra hulcera & carcinomata, ad scabiem remedia: & quæ infixæ corpori extrahunt, & quæ cicatricibus prosunt.

CAP.

XVIII.

Sanguinem sistit coagulum ceruinum ex aceto: item leporis. Huius quidem & pilorum cinis: item ex fimo asinino cinis: & pilorum quidem cinis illitus. Efficacior vis è maribus aceto admisto, & in lana ad omne profluuium imposito. similiter ex equino capite & femine. Aut fimi vitulorum cinis illitus ex aceto. Item caprini cornus vel fimi ex aceto. Hircini verò iocineris dissecti sanies efficacior: & cinis vtriusq; ex vino potus, vel naribus ex aceto illitus. Hircini quoque vtris vinarij duntaxat cinis, cū pari pondere resinæ: quo genere sistitur sanguis, & vulnus glutinatur. Hædinū quoq; coagulum ex aceto, & feminū eius cōbustorum cinis, similiter pollere traduntur. Hulcera sanat in tibiis cruribusq; adeps vrsinus, admista rubrica. Quæ verò serpūt, fel aprugnum cum resina & cerussa: maxillarum apri vel suum cinis: fimum suum illitum siccum: item caprinum ex aceto subferuefactum. Cætera purgantur & explentur butyro: cornus ceruini cinere, vel medulla cerui: felle taurino cum cyprino oleo, aut fimo caprino, aut hircino. Fimum recens suum, vel inueterati farina illinitur vulneribus ferro factis. Phagedænis & fistulis

a Lypseu-
gariam appo-
bata &c.

immittitur fel tauri, cum succo porri, aut lacte mulierum, vel sanguis aridus cum cotyledone herba. Carcinomata curat coagulum leporis, cum pari pondere capparum aspersum vino, gangrenas vrsinum fel penna illitum: asini vngularum cinis ea quæ serpunt hulcera inspersus. Sanguis equi adrodit carnes septica vi: Itè fimi equini inueterati fauilla. Ea verò quæ phagedænas vocant in hulcerum genere, corij bubuli cinis cum melle. Caro vituli recentia vulnera non patitur intumescere: fimum bubulum cum melle. Feminum vituli cinis sordida hulcera, & quæ cacoëthe vocant, è lacte mulieris sanat. Recentes verò plagas ferro illatas, glutinum taurinum liquefactum, tertio die solutum. Caseus caprinus siccus ex aceto ac melle, purgat hulcera. Quæ verò serpant, cohibet seuum cum cera: item addita pice ac sulphure percurat. Similiter proficit ad cacoëthe, hœdi feminum cinis è lacte mulieris. Et aduersus carbunculos, suis scœminæ cerebrum tostum illitumque Scabiem hominis, asininæ medullæ maximè abolent: vrinæ eiusdem cum suo luto illitæ. Butyrum etiam, quod in iumentis proficit cum resina calida: glutinum taurinum in aceto liquefactum, addita calce: fel caprinum cum aluminis cinere: boas fimum bubulum: vnde & nomen traxere. Canum scabies sanantur bubulo sanguine recenti: iterumque, cum inarescat, illito, & postero die abluto cinere lixiuo. Spinæ ac similia corpori extrahuntur felis excrementis: item capræ ex vino: coagulo quocunque, sed maximè leporis, cum thuris polline & oleo, aut cum visci pari pondere, aut cum propoli. Cicatrices nigras seuum asinum reducit ad colorem. Fel vituli extenuat calefactum. Medici adiciunt myrrham & mel & crocum, æreæque pyxide condunt. Aliqui & florem æris admiscent.

Ad muliebria mala medicinae, & ad infantium morbos, & Veneris remedia.

CAP. XIX.

Mulierum purgationes adiuuat fel taurinum lana succida appositum. Olympias Thebana addidit hyssopum & nitrum. Cornus ceruini cinis potus. Item vuluas laborantes, illitu quoque: & fel taurinum cum opio appositum obolis binis. Vuluas & pilos ceruino suffire prodest. Tradunt, ceruas cum senserint se grauidas, lapillum deuorare: quem in excrementis repertum, aut in vulua (nā & ibi inuenitur) custodire partus adaligatum. Inueniuntur & ossicula in corde & in vulua, perquam vtilia grauidis parturientibusque. Nam de pumice, qui in vaccarum vtero simili modo inuenitur, diximus in natura bouum. Lupi adeps illitus vuluas mollit, dolores etiam iecur. Carnes lupi edisse parturitis prodest: aut si incipientibus parturire sit iuxta qui ederit, adeo, vt etiam contra illatas noxias valeat. Eundem superuenire, perniciosum est. Magnus & leporis vsus mulieribus. Vuluas adiuuat pulmo aridus potus: profluvia iecur cum Samia terra ex aqua potum: secundas coagulum: cauentur pridiana balinea. Illitum quoque cum croco & porri succo, vellere appositum, abortus mortuos expellit. Si vuluæ leporum in cibis sumantur, mares concipi putant. Hoc & testiculis eorum & coagulo profici. Conceptum leporis vtero exemptum his quæ parere desierint, restibilem scœcunditatem afferre. Sed pro conceptu, leporis saniam & viro Magi propinant. Item virgini nouem grana fimi, vt stent perpetuò mammæ. Coagulum quoque; ob id cum melle illinunt: sanguinè, vbi euulsos pilos rerafci⁴⁰ volunt. Inflationi vuluæ, fimum aprugnum suillumve cum oleo illini prodest. Efficacius sistit farina aridi, vt aspergatur potioni, vel si grauidæ aut puerperæ torqueantur. Lacte suis potu cum mulso adiuuantur partus mulierum. Per se verò potum, deficietia vbera puerperarum replet. Eadem circumlita sanguine scœminæ suis, minus crescent. Si dolent, lactis asinini potu mulcentur: quod addito melle sumptum, & purgationes earum adiuuat. Sanat & vuluarum exhulcerationes eiusdem animalis seuum inueteratum, & in vellere appositum duritiem vuluarum emollit. Per se verò recens vel inueteratum, ex aqua illitum, psilothi vim obtinet. Eiusdem animalis lien inueteratus, ex aqua illitus marmis, abundantiam facit: vuluas suffitu corrigit. Vngulæ asininæ suffitæ partum maturant, vt vel abortus euocetur: nec aliter adhibentur, quoniam viuentem partum necant. Eiusdem animalis fimum si recens imponatur, profluvia sanguinis mirè sedare dicitur. Nec non

*Quidam le-
gunt, nolūt.
contrario sen-
su.*

non & cinis eiusdem fimi, qui & vuluæ prodest impositus. Equi spuma illita per dies x x. prius quam primùm nascantur pili restinguuntur. Item cornus ceruini decocto : melius, si recentia sint cornua. Lacte equino iuuatur vuluæ collute. Quod si mortuus partus sentiatur, lichen ex aqua dulci potus eiicit. Item vngulæ suffitu, aut fimum aridum. Vuluas procidentes butyrum infusum sistit. Induratam vuluam aperit fel bubulum rosaceo admisto, foris vellere cum resina terebinthina imposito. Aiunt & suffitu fimi è mare boue, procidentes vuluas reprimi, partus adiuuari: conceptus verò vaccini lactis potu. Sterilitatem ob partus vexationem fieri, certum est. Hanc emèdari Olympias Thebana affirmat felle taurino, & adipe serpentium, & ærugine, addito melle, medicatis locis ante coitus.

10 Vitulinum quoque fel, si in purgationibus fuerit sub coitu aspersum vuluæ, etiam duritiam ventris emollit, & profluuium minuit vmbilico peruncto, atque in totum vuluæ prodest. Modum statuunt fellis pondere denarij ad apij tertiam, admisto amygdalino oleo, quantum esse satis appareat: hoc in vellere imponūt. Masculi fel vituli, cum mellis dimidio tritum, seruatur ad vuluas. Carnem vituli si cū aristolochia inassatam edant circa conceptum, mares parituras promittunt. Medulla vituli in vino ex aqua decocta cum seuo, exulcerationibus vuluarū imposita prodest. Item adeps vulpium, excrementumque felium: hoc cum resina & rosaceo impositum. Caprino cornu suffiri vuluam, vtilissimum putant. Syluestrium caprarum sanguis cum palma marina pilos detrahit. Cæterarum verò fel, callum vuluarum emollit inspersum, & à purgatione conceptus facit. Sic

20 quoque pfilothi vis efficitur, si euulsis pilis triduo seruetur illitū. Profluuium, quamuis immensum, vrina capræ pota sisti, obstetrices promittūt, & si fimū illinatur. Membrana caprarū in qua partus editus, inueterata, portūque sumpta in vino, secundas pellit. Hædorū pilis suffiri vuluas, vtile putant, & in profluuiio sanguinis coagulū bibi, aut hyoscyami semen imponi. E boue syluestri nigro si sanguine ricini lumbi perŕgantur mulieri, tædium Veneris fieri, dicit Osthanes. Idem amoris, pota hirci vrina, admista propter fastidium nardo. Infantibus nihil butyro vtilius, per se & cū melle: priuatim & in dētitione & ad gingiuas, & ad oris hulcera. Dens lupi adalligatus, infantium pauores prohibet, dentientique morbos: quod & pellis lupina præstat. Dētes quidem eorū maximi, equis quoque adalligati, infatigabilem cursum præstare dicuntur. Leporum coagulo illito vbere,

30 sistitur infantium aluus. Iecur asini, admista modicè panace, instillatū in os, à comitialibus morbis & aliis infantes tuetur: hoc x l. diebus fieri præcipiunt. Et pellis asinina iniecta, impavidos infantes facit. Dentes qui equis primùm cadūt, facilem dentitionem præstant infantibus adalligati: efficacius, si terram non attigere. Liē bubulus in melle editur: & illinitur ad lienis dolores: ad hulcera manantia cū melle. Lien vituli in vino decoctus, tritusque & illitus, hulcuscula oris. Cerebrum capræ Magi per anulum aureum traiectū, prius quam lac detur, infantibus instillant contra comitiales, cæterosque infantium morbos. Caprinum fimum inquietos infantes adalligatū panno cohibet, maximè puellas, Lacte caprino, aut cerebro leporum perunctæ gingiuæ, faciles dentitiones faciunt. Somnos fieri lepore sumpto in cibus Cato arbitratur: vulgus & gratiam corpori in vi j. dies, friuolo

40 quidem ioco, cui tamen aliqua debeat subesse causa in tanta persuasione. Magi felle capræ, sacrificatæ duntaxat, illito oculis, vel sub puluino posito, somnum allici dicunt. Sudores inhihet cornus caprini cinis è myrteo oleo perunctis. Coitus stimulat fel aprugnū illitum: item medullæ suum haustæ: seuum asinum, anseris masculi adipe permisto illitum. Item à coitu equi Virgilio quoque descriptum virus, & testiculi equini aridi, vt portioni interi possint, dexterve asini testis in vino potus pro portione, vel adalligatus brachiali. Eiusdem à coitu spuma collecta roseo panno, & inclusa argento, vt Osthanes tradit. Salpe genitale in oleum feruens mergi iubet septies, eoque perungi pertinentes partes. Bialcon cinerem ex eodem bibi, vel tauri à coitu vrinam, lutoque ipso illini pubem. At è diuerso muris fimo illito, cohibetur virorum Venus. Ebrietatem arcet pulmo apri

50 aut suis assus, ieiuni cibo sumptus eo die: item hædinus.

Mira præterea traduntur in eisdem animalibus. Vestigium equi excussum vngula (vt solet plerunque) si quis collectum reponat, singultus remedium esse recordantibus quoniam loco id reposuerint. Iecur leporum equinae vngulae simile esse, & rûpi equos qui vestigia luporum sub equite sequantur. Talis suum discordiæ vim quandam inesse. In incendiis si fimi aliquid egeratur è stabulis, facilius extrahi, nec recurrere oues bouesque. Hircorum carnes virus non resipere, si panem hordeaceum eo die, quo interficiantur, ederint, laërve dilutum biberint. Nullas verò teredinem sentire, Luna decrecente induratas sale. Adeoque nihil omissum, vt leporem furdum celerius pinguescere reperiamus. Animalium verò medicinas: si sanguis profluat iumentis, suillum finum ex vino infundendum. Bouum autem morbis seuum, sulphur viuum, allium syluestre, ouum coctum: omnia hæc trita in vino danda, aut vulpis adipem. Carnem Caballinam discoctam, potu suum morbis mederi. Omnium verò quadrupedum morbis, capram solidam cum corio, & ranam rubetam discoctas. Gallinaceos non attingi à vulpibus, qui iecur animalis eius aridum ederint: vel si pellicula ex ea collo inducta, galli inierint. Similia in felle mustelæ. Boues in Cypro contra tormina hominum excrementis sibi mederi. Non subteri pedes bouum, si prius cornua pice liquida perugantur. Lupos in agrum non accedere, si capti vnus pedibus infractis, cultróque adacto paulatim sanguis circa fines agri spargatur: atque ipse defodiatur in eo loco, ex quo cœperit trahi. Aut si vomerem, quo primus sulcus eo anno in agro ductus sit, excussum aratro, focus Larium, quò familia conuenit, absumat: ac lupum nulli animalium nociturum in eo agro, quandiu id fiat. Hinc deinde reuertemur ad animalia sui generis, quæ aut placida non sunt, aut fera.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIÆ

LIBER XXIX.

PROOEMIUM.

De origine medicina, & quando primùm clinice, & quando primùm iatralæptice, & de Chryssippo & Erasistrato, & empirice, & Herophilo, & reliquis illustribus Medicis: & quoties ratio medicine mutata sit, & qui primus Romæ Medicus, & quando, & quid de Medicis antiqui Romani iudicauerint, & vitia medicina.

CAPVT I.



NATVRA remediorum, atque multitudo instantium ac præteritorum, plura de ipsa medendi arte cogunt dicere: quam non ignarus sim, nullis antè hæc Latino sermone condita, ancépique lubricum esse rerum omnium nouarum, talium vtique quàm steriles gratiæ difficultates in promendo: sed quoniam occurrere verisimile est omnium qui hæc cognoscant cogitationi, quoniam modo exoleuerint in medicinae vsu, quæ tum parata atque pertinentia erant: mirumque & indignum protinus subit, nullam artium inconstantiorum fuisse, & etiamnum sæpius mutari, cum sit fructuosior nulla. Diis primùm inuentores suos assignauit, & cælo dicauit. Nec non & hodie multifariam ab oraculis medicina petitur. Auxit deinde famam etiam crimine, ictum fulmine Æsculapium fabulata, quoniam Tyndariden reuocauisset ad

ad vitam. Nec tamen cessauit narrare alios reuixisse opera sua, clara Troianis temporibus, quibus fama certior, vulnerum tamen duntaxat remediis. Sequentia eius (mirum dictu) in nocte densissima latuere usque ad Peloponnesiacum bellum: tunc eam reuocauit in lucem Hippocrates, genitus in insula Coo, in primis clara ac valida, & Æsculapio dicata. Is cum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo eius Dei quid auxiliatum esset, ut postea similitudo proficeret, excipuisse ea traditur, atque (ut Varro apud nos credit) iam templo cremato, instituisse medicinam hanc, quæ Clinice vocatur. Nec fuit postea quaestus modus, quoniam Prodicus Selymbriæ natus, discipulus eius, instituens quam vocant Iatroleptice, reuictoribus quoque Medicorum ac mediastinis vectigal inuenit. Horum placita Chrysiippus ingenti garrulitate mutauit, plurimumque etiam ex Chrysiippo discipulus eius Erasistratus, Aristotelis filia genitus. Hic Antiocho rege sanato c. talentis donatus est à rege Ptolemæo filio eius, ut incipiamus & præmia artis ostendere. Alia factio ab experimentis se cognominans Empirice, cœpit in Sicilia, Acrone Agrigentino Empedoclis Physici autoritate cõmendato. Dissederuntque eæ scholæ: & omnes eas damnauit Herophilus, in musicos pedes venarum pulsu descripto per ætatum gradus. Desertæ deinde & hæc secta est, quoniam necesse erat in ea literas scire. Mutata & quæ postea Asclepiades (ut retulimus) inuenerat. Auditor eius Themison fuit, qui quæ inter initia scripsit, illo mox recedente à vita, ad sua placita mutauit. Sed & illa Antonius Musa^a eiusdem autoritate Diui Augusti, quem contraria medicina graui periculo exemerat. Multos prætereo Medicos, celeberrimosque ex iis Cassios, Calpitanos, Aruntios, Albutios, Rubrios, c. l. h. s. annua mercede iis fuere apud principes. Quæ verò Stertinius imputauit principibus, quod h. s. quingenis annuis contētus esset: sexcena enim sibi quæstu vr̄bis fuisse numeratis domibus ostēdebat. Par & fratri eius merces à Claudio Cæsare infusa est: censuque, quanquam exhausti operibus Neapoli exornata, heredi^b h. s. c. c. reliquere, quantum ad eam ætatem Aruntius solus. Exortus deinde est Vectius Valens, adulterio Messalinæ Claudij Cæsaris nobilitatus, pariterque eloquentiæ affectator. Is eam potentiam nactus, nouam instituit sectam. Eadem ætas Neronis principatu ad Theffalum transfiliuit, delentem cuncta maiorum placita, & rabie quadam in omni æui medicos perorantem: quali prudentia ingenioque, æstimari vel vno argumento abundè potest, cum monumento suo (quod est Appia via) iatronicen se inscripserit. Nullius histrionum equarumque trigarij comitator egressus in publico erat: cum Crinas Massiliensis arte geminata, ut cautior religiosiorque, ad siderum motus ex ephemeride Mathematica cibos dando, horasque obseruando, autoritate eum præcessit. Nupérque centies h. s. reliquit muris patriæ, mœnibus quoque aliis penè non minori summa extructis. Hi regebant fata, cum repente ciuitatem Charmis ex eadem Massilia inuasit, damnatis non solum prioribus Medicis, verum & balineis: frigidaque etiam hybernis algoribus lauari persuasit. Merisit ægros in lacus. Videbamus senes Consulares usque in ostentationem rigentes. Qua de re extat etiam Annei Senecæ adstipulatio. Nec dubium est, omnes istos famam nouitate aliqua aucupantes, animas statim nostras negotiari. Hinc ille circa ægros miseræ sententiarum concertationes, nullo idem censente, ne videatur accessio alterius. Hinc illa infelicis monumenti inscriptio, turba se medicorum perisse. Mutatur ars quotidie toties interpollis, & ingeniorum Græciæ flatu impellimur. Palamque est, ut quisque inter istos loquendo polleat, imperatorem illico vitæ nostræ necisque fieri: ceu verò non millia gentium sine Medicis degant, nec tamen sine Medicina: sicut populus Romanus ultra sexcetesimum annum, nec ipse in accipiendis artibus lentus, Medicinæ verò etiam auidus, donec expertam damnauit. Etenim percensere insignia prisorum in his moribus conuenit. Cassius Helmina ex antiquis autor est, primum è Medicis venisse Romam Peloponneso Archagathum Lysaniæ filium, L. Æmilio, M. Liuiio Coss. anno vr̄bis d. x. x. v. eique ius Quiritium datum, & tabernam in compito Acilio emptam ob id publicè. Vulnerarium eum tradunt fuisse vocatum, miræque gratum aduentum eius initio: mox à seuitia secandi vrendique, transisse nomen in carnificem, & in tedium artem omnèsque Medicos: quod

^a & quidam^b Hermolai
hic legit se-
stertia tre-
centa: Eui-
deus sterter-
tiam trecen-
tes: que sum-
ma est centu-
plicato maior.
Vide ipsum
lib. 2. de Af-
je.

clarissimè intelligi potest ex M. Catone, cuius auctoritati triumphus atque Censura minimum conferunt: tanto plus in ipso est. Quamobrem verba eius ipsa ponemus, Dicam de istis Græcis suo loco Marce fili, quid Athenis exquisitum habeam, & quod bonum sit eorum literas inspicere, non perdiscere. Vincam nequissimum & indocile genus illorum: & hoc puta vatem dixisse: Quodcumque ista gens suas literas dabit omnia corrumpet. Tum etiam magis, si Medicos suos huc mittet. Iurarunt inter se barbaros necare omnes Medicina. Sed hoc ipsum mercede faciunt: ut fides iis sit, & facillè disperdant. Nos quoque dicunt barbaros, & spurcius nos, quam alios opicos, appellatione fecerunt. Interdixi tibi de Medicis. Atque hic Cato D C V. anno urbis nostræ obiit, lxxv. suo, ne quis illi defuisse publicè tempora, aut priuatim vitæ spatia ad experiendum arbitretur. Quid ergo? damnatam ab eo rem vtilissimam credimus? Minime hercule, subiicit enim qua Medicina & se & coniugem vsque ad longam senectam perduxerit, iis ipsis scilicet, quæ nunc nos tractemus. Profiteturque esse commetarium sibi, quo medeatur filio, seruis familiaribus, quem nos per genera vsus sui differimus. Non rem antiqui damnant, sed artem. Maximè verò quæstum esse immani pretio vitæ recusabat. Ideo templum Æsculapij, etiam cum reciperetur is Deus, extra urbem fecisse, iterumque in insula, traduntur. Et cum Græcos Italia pellerent, diu etiam post Catonem excepisse Medicos. Augebo prouidentiam illorum. Solam hanc artium Græcarum nondum exercet Romana grauitas in tanto fructu, paucissimi. Quiritium attigere, & ipsi statim ad Græcos transfugæ. Imò verò auctoritas aliter quam Græcè eam tractantibus, etiam apud imperitos pertesque linguæ, non est. Ac minus credunt, quæ ad salutem suam pertinent, si intelligunt. Itaque hercule in hac artium sola euenit, ut cuicumque Medicum se professorem statim credatur, cum sit periculum in nullo mendacio maius. Non tamen illud intuemur: adeò blanda est sperandi pro se cuique dulcedo. Nulla prætereà lex, quæ puniat inscitiam capitalem, nullum exemplum vindictæ. Discunt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt: Medicoque tantum hominem occidisse impunita summa est. Quinimo transit conuitium, & intemperantia culpatur. Vtròque qui periit, arguuntur. Sed decuriæ pro more censuris principum examinatur: inquisitio per a parietes agitur: & qui de nûmo iudicet, à Gadibus colunifq; Herculis accersitur: de exilio verò non nisi die xl. quinque electis viris datur tabella. At de iudice ipso quales in consiliu eunt, statim occisuri? Merito, dum nemini nostru libet scire, quid saluti suæ opus sit. Alienis pedibus ambulamus: alienis oculis agnoscimus: aliena memoria salutamus: aliena viuimus opera. Perieruntq; rerum naturæ pretia & vitæ argumeta. Nihil aliud pro nostro habemus, quam delicias. Non deseram Catonem tam ambitiosæ artis inuidiæ à me obiectum, aut Senatam illu qui ita cesebat, idq; non criminibus artis arreptis, ut aliquis expectauerit. Quid enim venenorum fertilius, aut vnde plures testamtorum insidiæ? Iam verò & adulteria etiam in principum domibus, ut Eudemi in Liuia Drusi Cæsaris: item Valentis, in qua dictum est regina. Non sint artis ista, sed hominum. Non magis hæc urbi timuit Cato, ut equidem credo, quam reginas. Ne avaritiam quidem arguam, rapacesque nundinas pendentes fatibus, & dolorum indicaturam, ac mortis arrham, aut arcana præcepta. Squamam in oculis emouendam potius, quam extrahendam: per quæ effectum est, ut nihil magis prodesset videretur, quam multitudo grassantium. Neque enim pudor, sed æmuli pretia summittunt. Notum est ab eodem Charmide vnum ægrum ex prouincialibus h-s ducentis conductum: Alconti vulnerum Medico h-s.c. damnato ademisse Claudium principem. Eidemque in Gallia exulanti, & deinde restituto acquisitum non minus intra paucos annos. Et hæc personis imputentur. Ne faciem quidem aut inscitiam eius turbæ arguamus, ipsorumque intemperantiam in morbis, aquarum calidarum diuerticulis: imperiosam in ediam, & ab iisdem deficientibus cibos sæpius die ingestos, mille prætereà pœnitentiæ modis, culinarum etiam præceptis & vnguentorum misturis, quando nullas omifere vitæ illecebras. Inuehi peregrinas merces, conciliarique extrema pretia, displicuisse maioribus crediderim equidem, non tamen hoc Catonem prouidisse, cum damnaret artem

a Py. partes

b Fr. lur. de

c externa

tem. Theriace vocatur excogitata compositio luxuriæ. Fit ex rebus externis, cum tot remedia dederit natura, quæ singula sufficerent. Mithridaticum antidotum ex rebus li i i j componitur, interim nullo pondere æquali, & quarundam rerum sexagesima denarij vnius imperata. Quo Deorum perfidiam istam monstrante? Hominum enim subtilitas tanta esse non potuit. Ostentatio artis & portentosa scientiæ venditatio manifesta est. Ac ne ipsi quidem illam nouere. Comperique vulgo pro cinnabari Indica in medicamentum addi, inscitia nominis, quod esse venenum docebimus inter pigmenta. Verum hæc ad singulorum salutem pertinent. Illa autem, quæ timuit Cato, atque prouidit, innocentiora multo & parua opinatu, quæ proceres artis eiusdem in semetipsis fatentur. Illa perdere imperij mores, illa quæ sani patimur, luctatus, ceromata, ceu valetudinis causa instituta, balinæ ardentes, quibus persuasere in corporibus cibos coqui, vt nemo non minus validus exiret, obedientissimi verò efferrentur. Potus deinde ieiunorum ac vomitiones, & rursus perpotationes, ac pilorum euiratio instituta resinis eorum: Itemque pectines in feminis quidem publicati. Ita est profecto, lues morum, nec aliunde maior, quam è medicina, vatem prorsus quotidie facit Catonem, & oraculum: Satis esse ingenia Græcorum inspicere, non perdiscere. Hæc fuerint dicenda pro Senatu illo, sexcentisque populi Romani annis aduersus artem, in qua conditione insidiosissima auctoritatem pessimis boni faciunt: simul contra attonitas quorundam persuasiones, qui prodesse nisi pretiosa non putant. Neque enim dubitauerim, aliquibus fastidio futura quæ dicentur animalia: at non Virgilio fuit nominare formicas nulla necessitate, & curculiones, ac lucifugis congesta cubilia blattis: non Homero inter prælia Deorum improbitatem muscæ describere: non naturæ gignere ista, cum gignat hominem. Proinde causas quisque & effectus, non res, æstimet. Ordinem autem à confessis, hoc est, lanis ouisque, vt obiter rebus præcipuis honos in primis perhibeatur. Quædam etiam si alienis locis, tamen obiter dici necesse erit: Nec deerat materiæ pompa, si quicquam aliud intueri liberet, quam fidem operis. Quippe inter prima proditis etiam ex cinere phœnicis nidoque medicinis, ceu verò id certum esset, atque non fabulosum. Irridere est, vitæ remedia post millesimum annum reditura monstrare.

De medicinis lanarum.

CAP. II.

Lanis auctoritatem veteres Romani etiam religiosam habuere, postes à nubentibus attingi iubentes. Præterque cultum & tutelam contra frigora, succidæ plurima præstant remedia ex oleo vinoque aut aceto, prout quæque mulceri morderive opus sit, & astringi laxarive, luxatis membris, dolentibusque neruis impositæ, & crebro suffusæ. Quidam etiam salem admiscunt luxatis. Alij cum lana rutam tritam adipemque imponunt. Item contusis tumentibusque. Halitus quoque oris gratiores facere traditur, conficatis dentibus atque gingiuis admisto melle. Prodest & phreneticis suffitum. Sanguinem in naribus sistit cum oleo rosaceo, & alio modo indita auribus obturatis spissius. Quin & hulceribus vetustis imponitur cum melle. Vulnera ex vino, vel aceto, vel aqua frigida & oleo expressa sanat. Arietis vellera lota frigida ex oleo madefacta, in mulieribus malis inflammationes vuluæ sedant. Et si procidant, suffitum reprimunt. Succida lana imposita subditæque mortuos partus euocat. Sistit etiam profluuia earum. At canis rabiosi moribus inculcata post diem septimum soluitur. Reduias sanat ex aqua frigida. Eadem nitro, sulphure, oleo, aceto, pice liquida feruentibus tincta, quam calidissima imposita bis die, lumborum dolores sedat. Sanguinem sistit ex ariete succida, articulos extremitatum præligans. Laudatissima omnis è collo, natione verò Galatica, Tarentina, Attica, Milesia. Succidam imponunt & desquamatis, percussis, liuidis, incussis, collisis, contritis, deiectis, capitis & aliis doloribus, stomachi inflammationi ex aceto & rosaceo. Cinis eius illinitur attritis, vulneratis, ambustis. Et in oculorum medicamenta additur: item in fistulas auresque suppuratas. Ad hæc detonsam eam, alij verò euulsam decisis summis partibus siccant, carpuntque, & in fictili crudo componunt, ac melle perfundunt vtrunque. Alij assulis tedæ subiectis, & subinde interstratis, oleo aspersam accendunt, cine-

rémque in labellis aqua addita confricant manu, & confidere patiuntur, idq; sæpius mutant aquam, donec linguam astringat leniter, nec mordeat. Tum cinerem reponunt. Vis eius septica est, efficacissiméque genas purgat. Quin ipsæ sordes pecudum sudor que feminum & alarum adhærentes lanis (œsypum vocant) innumeros propè vsus habet. In Atticis ouibus genito palma. Fit pluribus modis, sed probatissimum, lana ab his partibus recenti concepta, aut quibuscunque sordibus succidis primùm collectis, ac lento igni in æneo vase subferuefactis & refrigeratis, pinguique quod supernatet, collecto in fictili vase, iterumque decocta priori materia: quæ pinguitudo vtraque frigida aqua lauatur, & in linteo siccat, ac Sole torretur, donec candida fiat ac translucida. Tum in stannea pyxide conditur. Probatio autem, vt sordium virus oleat, & manu fricante ex aqua non liquetur, sed albefcat vt cerusa. Oculis vtilissimum contra inflammationes genarumque callum. Quidam intesta torrent, donec pinguedinem amittat, vtilius tale existimantes erosio & duris genis, angulis scabiosis & lacrymantibus. Hulcera nō oculorum modo fanat sed oris etiam & genitalium cum anserino adipe. Medetur & vuluæ inflammationibus, & sedis rhagadiis & condylomatis cum meliloto ac butyro. Reliquos vsus eius suo loco digeremus. Sordes quoque caudarum concretæ in pilulas, ac siccatæ per se tussæque in farinam & illitæ dentibus mirè profunt, etiam labantibus, gingiuisque, si carcinoma serpat. Iam verò pura vellera aut per se imposita cæcis doloribus, aut accepto sulphure: & cinis eorum genitalium vitiis. Tantumque pollent, vt medicamentis quoque superponantur. Medentur ante omnia & pecori ipsi, si fastidio non pascatur. Cauda enim quam arctissimè præligata, euulsa inde lana, statim vescuntur. Traduntque quod extra nodum sit è cauda præmori.

De ouorum natura.

CAP. III.

LAnæ habent & cum ouis societatem simul fronti impositæ contra epiphoras. Non opus est eas in hoc vsu radica esse curatas: neque aliud, quam candidum ex ouo, infundi ac pollinem thuris. Oua per se infuso candido oculis epiphoras cohibent, vrentesque refrigerant. Quidam cum croco præferunt, & pro aqua miscent collyriis. Infantibus verò contra lippitudines vix aliud remedium est, butyro admisto recenti. Eadem cum oleo trita ignes sacros leniunt, betæ foliis superilligatis. Candido ouorum in oculis & pili reclinantur Hammoniaco trito admistoque. Et vari in facie cum pineis nucleis, ac melle modico. Ipsa facies illita Sole non aduritur. Ambusta aquis si statim ouo occupentur, pustulas non sentiunt. Quidam admiscent farinam hordeaceam, & falis parum. Hulceribus verò ex ambusto cum candido ouorum tostū hordeū & suillo adipe, mirè prodest. Eadem curatione ad sedis vitia vtuntur: infantibus quidem, etiam si quid ibi prociat. Ad pedum rimas ouorum candido decocto cum cerussæ denariorum duum pondere, pari spumæ argenti, myrrhæ, exiguo deinde vino. Ad ignem sacrum, candido ouorum trito cum amylo. Aiunt & vulnera candido glutinari, calculosq; pelli. Lutea ouorum cocta vt indurescant, admisto croco modicè, item melle & lacte mulieris illita, dolores oculorum mitigant. Vel cum rosaceo & mulso lana oculis imposita, vel cū trito apij semine ac polenta in mulso illita. Prodest & tussientibus per se luteum deuoratum liquidum, ita vt dentibus non attingatur: thoracis distillationibus faucium scabritiæ. Priuatim contra hæmorrhoidum morsum illinitur, sorbeturq; crudū. Prodest & renibus, vesicæ rofionibus exulcerationibusq;, & cruenta excreantibus. Quinq; ouorum lutea in vini hemina cruda sorbentur dysentericis, cum iure putaminis sui & papaueris succo ac vino. Dantur cœliacis cum vuæ passæ pinguis pari pondere & malicorio, per triduum æquis portionibus. Et alio modo lutea ouorum triū lardi veteris & mellis quadrantibus, vini veteris cyathis tribus trita ad crassitudinem mellis, & cū opus sit, auellanæ nucis magnitudine ex aqua pota. Item ex oleo fricta terna, totis ouis pridie maceratis in aceto. Sic & lienicis. Sanguinem autem reiicientibus cum tribus cyathis musti. Vtuntur iisdem ad liuentia, si vetustiora sint, cum bulbis ac melle. Siftunt & menses mulierum cocta, & ex vino pota inflatio

inflationes quoque vuluæ cruda cum oleo ac vino illita. Vtilia sunt & ceruicis doloribus cum anserino adipe & rosaceo. Sedis etiam vitiiis durata igni, vt calore quoque profint. Et condylomatis cū rosaceo. Item ambustis durata ex aqua, mox in pruna putaminibus exustis, tum lutea ex rosaceo illinuntur. Fiunt & tota lutea, que vocant schista, cum triduo incubata tolluntur. Stomachum dissolutum confirmant pulli ouorum cum gallæ dimidio, ita ne ante duas horas alius cibus sumatur. Dant & dysentericis pullos in ipso ouo decoctos, admista vini austeri hemina, & pari modo olei polentæque. Membrana putaminis detracta siue crudo, siue cocto, labiorum fissuris medetur. Putaminis cinis in vino potus, sanguinis eruptionibus. Comburi sine membrana oportet: sic fit & dentifricium. Idem cinis & mulierum menses cum myrrha illitus sistit. Firmitas putaminū tanta est, vt recta nec vi nec pondere vlllo frangantur, nec nisi paululū inflexa rotunditate. Tota oua adiuuant partum, cum ruta, & anetho, & cumino pota ex vino. Scabiem corporum ac pruritus oleo & cedria mistis tollunt. Hulcera quoque humida in capite cyclamino admista. Ad puris & sanguinis excreationes ouum crudum cum porri sectiui succo, parique mensura mellis Græci calefactum hauritur. Dantur & tussientibus cocta & trita cum melle, & cruda cum passo oleique pari modo. Infunduntur & virilitatis vitiiis singula cum ternis passi cyathis, amylique semuncia à balineis. Aduersus ictus serpentium cocta tritaque adiecto nasturtio illinuntur. Cibo quot modis iuuent notū est, cum transmeent faucium tumorem, calfactūque obiter foueant. Nullus est alius cibus, qui in ægritudine alat, neque oneret, simulq; vim potus ac cibi habeat. Maceratorum in aceto molliri diximus putamen. Talibus cum farina in pane subactis cœliaci recreantur. Quidam ita resoluta in patinis torreri vtilius putant. Quo genere non aluos tantum, sed & menses fœminarum sistunt, aut si maior sit impetus, cruda cum farina ex aqua hauriuntur, & per se lutea ex iis decocta in aceto, donec indurefcant: iterumque cum trito pipere torrentur ad cohibendas aluos. Fit & dysentericis remedium singulare, ouo effuso in fictili nouo, eiusdemque oui mensura, vt paria sint omnia, melle, mox aceto, item oleo, confusis crebrōque permistis. Quo fuerint ea excellentiora, hoc præsentius remedium erit. Alij eadem mensura pro oleo & aceto resinam adiiciunt rubentem, vinumque: & alio modo temperant, olei tantum mensura pari, pincique corticis duabus sexagesimis denariorum, vna eius quod rhus diximus, mellis obolis quinque simul decoctis, ita vt cibus alius post quatuor horas sumatur. Torminibus quoque multi medentur, oua bina cum aliis piscis quatuor vnà atterendo, vini que hemina calefaciendo, atque ita potui dando. Et ne quid desit ouorum gratiæ, candidum ex his admistum calci viuæ glutinat vitri fragmenta. Vis verò tanta est, vt lignum perfusum ouo non ardeat, ac ne vestis quidem contacta aduratur. De gallinarum autem ouis tantum locuti sumus, cum & reliquarum alitum restent magnæ utilitates, sicut suis locis dicemus. Præterea est ouorum genus in magna Galliarum fama, omissum Græcis. Angues innumeri ætate conuoluti, falliuis faucium corporumque spumis artificio complexu glomerantur, anguinum appellatur. Druidæ sibilis id dicunt in sublime iactari, sagōque oportere intercipi, ne tellurem attingat. Profugere raptorem equo: serpentes enim insequi, donec arceatur amnis alicuius interuentu. Experimentum eius esse, si contra aquas fluitet vel auro vinctum. Atque, vt est Magorum solertia occultandis fraudibus sagax, certa Luna capiendum censent, tantquam cōgruere operationem eam serpentium humani sit arbitrij. Vidi equidem id ouum mali orbiculati modici magnitudine, crusta cartilaginis, velut acetabulis brachiorū polyphi crebris, insigne Druidis. Ad victorias litium ac regum aditus mirè laudatur: tantæ vanitatis, vt habentem id in lite in sinu equitem Romanum è Vocontis, à Diuo Claudio principe interemptum non ob aliud sciam. Hic tamen complexus anguium & efferatorum concordia, causa videtur esse, quare exteræ gentes caduceum in pacis argumentis circumdata effigie anguium fecerint. Neq; enim cristatos esse in caduceo mos est. De anserum ouis magnæ utilitatis, ipsoq; anseri dicturi hoc in volumine, debemus honorē & Comagenorum clarissimæ rei. Fit ex adipe anserum, alioquin celeberrimi vsus est, ad

a In vetusto quodā exemplari, quamuis alioquin deprauatissime scripto, postrema litera ex dictione, alius, principio subsequentis dictionis, piscis, coheret. Quo fit, vt hinc legendum coniciā, Cū alij spicis quatuor. Spicis enim Latini vocant segmenta illa in illij capitibus, quas Græci ἀγρῖδας nominant.

hoc in Comagene Syriae parte cum cinnamo, casia, pipere albo, herba quae Comagene vocatur, obrutis niue vasis, odore iucundo, vtilissimum ad perfrictiones, conuulsiones, caecos ac subitos dolores, omniaque quae acopis curantur: vnguentumque pariter ac medicamentum est. Fit & in Syria alio modo, adipe auium curato, vt diximus, additis crysifceptro, xylobalsamo, phoenice elate, item calamo singulorum pondere, qui sit adipis, cum vino bis aut ter subferuefactis. Fit autem hyeme, quoniam aestate non glaciatur: nisi accepta cera. Multa praeterea remedia sunt ex anser, quod miror, aequè quam capris. Nanque anser coruusque ab aestate in autumnum morbo conflictari dicuntur. De anserum honore, quem meruere Gallorum in Capitolium ascensu deprehensio, diximus.

Remedia de cane, & ex animalibus quae placida non sunt, sed fera, & ex volucris, & contra morsus phalangiorum.

C A P. I I I I.

E Adem de causa supplicia annua canes pendunt inter aedem Iuuentutis & Summani, viui in furca sambucea arbore fixi. Sed plura de hoc animali dici cogunt priscorum mores. Catulos lactentes adeo pueros existimabant ad cibum, vt etiam placandis numinibus hostiarum vice vterentur his. Genito manè catulo res diuina fit, & in cenis Deum etiamnum ponitur catulina. Aditialibus quidem epulis celebrem fuisse. Plauti fabulae indicio sunt. Sanguine canino contra toxica nihil praestantius putatur. Vomitiones quoque hoc animal monstrasse homini videtur. Et alios vsus ex eo mirè laudatos referemus suis locis. Nunc ad statutum ordinem pergemus. Aduersus serpentium ictus efficacia habentur, simum pecudis recens in vino decoctum illitumque: mures dissecti & impositi, quorum natura non est spernenda, praecipue in assensu siderum (vt diximus) cum lumine lunae fibrarum numero crescente ac decrescente. Tradunt magi, iocinere muris dato porcis in fico, sequi dantem id animal. In homine quoque similiter valere, sed resolui cyatho olei potio. Mustelarum duo genera: alterum syluestre. Distant magnitudine. Graeci vocant ictidas. Harum fel contra aspides dicitur efficax, caetero venenum. Haec autem quae in domibus nostris oberrat, & catulos suos (vt autor est Cicero) quotidie transfert, mutatque sedem, serpentes persequitur. Ex ea inueterata sale denarij pondus in cyathis tribus datur percussis, aut ventriculus coriandro fartus inueteratusque & in vino potus. Et catulus mustelae etiam efficacius. Quaedam pudenda dictu tanta autorum asseueratione commendantur, vt praeterire fas non sit. Siquidem illa concordia rerum, aut repugnantia, medicinae gignuntur: veluti cimicum animalis foedissimi, & dictu quoque fastidiendi natura, contra serpentium morsus, & praecipue aspidum valere dicitur. Item contra venena omnia: argumento, quod dicunt gallinas, quo die id ederint, non interfici ab aspide: carnes quoque earum percussis plurimum prodesse. Ex his quae tradunt, humanissimum est, illinire moribus cum sanguine testudinis: item suffitu eorum abigere: sanguisugas adhaerentes, haustasque ab animalibus restinguere in potu datos. Quamquam & oculos quidam inungunt tritis cum sale & lacte mulierum, auresque cum melle & rosaceo admistis. Eos qui agrestes sint, & in malua nascantur, crematos cinere permixto rosaceo infundunt auribus. Caetera quae de iis tradunt, vomicae & quartanarum remedia aliorumque morborum, quamquam ouo aut cera aut faba inclusos censeant deuorandos, falsa, nec referenda arbitror. Lethargi tamen medicinae cum argumento adhibent, quoniam vincatur aspidum somnifica vis, septenos in cyatho aquae dantes, puerilibus annis quaternos. Et stranguariae fistulaeque imposuere. Adeo nihil parens illa rerum omnium sine ingentibus causis genuit. Quin & adalligatos laevo brachio binos lana subrepta pastoribus, resistere nocturnis febribus prodiderunt, diurnis in rosaceo panno. Rursus iis aduersatur scolopendra, suffituque necat. Aspides percussos torpore & somno necant, omnium serpentium minimè sanabiles. Sed venenum earum si sanguinem attingit, aut recens vulnus, statim interimit: inueteratum huius tardius. De caetero potum quantalibet copia, non nocet. Non est enim tabifica vis: itaque occisa morsu earum animalia, cibus innoxia sunt. Cuiusmodi etiam in proferendo ex his remedio, nisi M. Varronem scirem lxxxvij. vitæ anno prodi-

prodidiffe, aspidum ictus efficaciffimè curari, haufte à percuffis ipforum vrina. Bafilifci, quem etiam ferpentes ipfi fugiunt, alios olfactu necantem, qui hominem vel fi afpiciat tantum, dicitur interimere, fanguinem Magi miris laudibus celebrant, coeuntem picis modo & colore, dilutum cinnabari clariorem fieri. Tribuunt ei & fuffeffus petitionum à Poteftatibus, & à Diis etiam precum, morborumque remedia, veneficiorum amuleta. Quidam id Saturni fanguinem appellant. Draco non habet venena. Caput eius limini ianuarum fubditum, propitiatis adoratione Diis, fortunatam domum facere promittunt. Oculis eius inueteratis, & cum melle tritis, inunctos non pauefcere ad nocturnas imagines, etiam pauidos. Cordis pingue in pelle dorcadum neruis ceruinis adalligatū in lacerto, conferre iudiciorum victoriæ. Primum fpondylum aditus poteftatum mulcere. Dentes eius illigatos pedibus caprearum ceruinis neruis, mites præftare dominos, poteftatésque exorabiles. Sed fuper omnia eft compositio, qua inuictos faciunt Magorum mendacia: Cauda draconis & capite, pilis leonis è fronte & medulla eiusdem, equi victoris fpuma, canis vnguibus adalligatis ceruino corio, neruisq; cerui alternatis & dorcadis: quæ arguiffe non minus refert, quàm contra ferpentes remedia demonftraffe, quoniam hæc morborum veneficia funt. Draconum adipem venenata fugiunt: item virus ichneumonum, & cutis cinere in aceto perunctos. Viperæ caput impofitum, vel alterius quàm quæ percuffit, fine fine prodeft. Item fi quis eam ipfam in vapore baculo fuflineat: aiunt enim præcauere: item fi quis exuftæ eius cinerem illinat. Reuerti autem ad percuffum ferpentes neceffitate naturæ, Nigidius autor eft. Caput quidem difsecant Scythæ inter aures ad eximendum lapillum, quem aiunt ab ea deuorari territa. Alij ipfo toto capite vtuntur. Fiunt ex vipera paffilli, qui theriaci vocantur à Græcis, quaternis digitis vtrinque amputatis, exemptisq; interancis & liuore fpinæ adhærente, reliquo corpore in patina ex aqua & anetho difcocto, fpinisque exemptis, & addita fimilagine, atque ita in vmbra ficcatis paffillis, quibus ad multa medicamenta vtuntur. Significandum videtur è vipera tantum hoc fieri. Quidam purgata, vt fuprà dictum eft, adipem cum olei sextario decoquunt ad dimidias. Ex eo, cum opus fit, ternis ftillis additis in oleum perunguntur, vt omnes beftiæ fugiant eos. Prætereà conftat, contra omnium ferpentium ictus, quamuis infanabiles, ipfarum ferpentium exta impofita auxiliari: eosque qui aliquando viperæ iecur coctum hauferint, nunquam poft eà feriri à serpente. Neque anguis venenatus eft, nifi per mensem Luna inftigatus. Sed prodeft viuus comprehenfus, & in aqua contufus, fi foucatur ita morfus. Quin & inefte ei remedia multa creduntur, vt dicemus, & ideo Æfculapio dicatur. Democritus quidem monftra quædam ex his cõficit, vt poffint auium fermones intelligi. Atqui anguis Æfculapius Epidauro Romanam aduectus eft: vulgòque pascitur & in domibus. Ac nifi incendiis femina exurerentur, non efferet fœcuditati eorum refiftere. In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus eft, quod in aqua viuit, hydri vocantur, nullis ferpentium inferiores veneno. Horum iecur feruatum aduerfus percuffos ab his auxilium eft. Scorpio tritus ftellionum veneno aduerfatur. Fit enim & è ftellionibus malum medicamentum. Nam cum immortalis eft vino, faciem eorum qui biberint, lentigine obducit. Ob hoc in vnguento necat eum, infidiantes pellicum formæ. Remediū eft oui luteum, & mel ac nitrum. Fel ftellionum tritum in aqua mustelas congregare dicitur. Inter omnia venenata salamandræ fcelus maximum eft. Cætera enim fingulos ferunt, nec plures pariter interimunt: vt omittã, quod perire confcientia dicuntur homine percuffo, neque amplius admitti ad terras: salamandra populos pariter necare improuidos potest. Nam fi arbore irrepfit, omnia poma inficit veneno, & eos qui ederint, necat frigida vi, nihil aconito diftans. Quinimo fi contacto ab ea ligno vel pede crufta panis incoquatur, idem veneficium eft: vel fi in puteum cadat. Quippe cum falua eius quacunque parte corporis, vel in pede imo refperfa, omnino in toto corpore defluat pilus. Tamen talis ac tanta vis veneni à quibusdam animalibus, vt fuibus, manditur, domante eadem illa rerum diffidentia. Venenum eius extinguunt primum omnium ab his quæ vefcantur illa, verifimile eft. Quæ prodantur, can-

tharidum potu, aut lacerta in cibo sumpta: cætera aduersantia diximus, dicemúsque suis locis. Ex ipsis quæ Magi tradunt contra incendia, quoniam ignes sola animalium extinguat, si forent vera, iam esset experta Roma. Sextius Venerem accendi cibo carum, si de tractis interaneis, & pedibus, & capite in melle seruétur, tradit, negatq; restingui ignem ab iis. Ex volacribus in auxilio contra serpentes primùm vultur est. Annotatum quoque minus virium esse nigris. Pennarum ex his nidore, si vrantur, fugari eas dicunt. Item cor eius alitis habentes, tutos esse ab impetu non solum serpentium, sed etiã ferarum, latronumque, & regum ira. Carnibus gallinaceorum, ita vt tepeant auulsæ, appositis, venena serpentium domantur: item cerebro in vino poto. Parthi gallinæ malunt cerebrum plagis imponere. Ius quoque ex his potum præclare medetur, & in multis aliis vsibus mirabile. Pantheræ leonésque non attingunt perunctos eo, præcipuè si & allium fuerit incoctum. Aluum soluit: validiùs è vetere gallinaceo. Prodest & contra longinquas febres, & torpētibus membris tremulisque, & articulariis morbis, & capitis doloribus, epiphoris, inflationibus, fastidiis, incipienti tenesmo, iocineri, renibus, vesicæ: contra cruditates, suspiria. Itaque etiam faciendi eius extant præcepta. Efficacius enim cocti cum oleo marino, aut cybio, aut cappari, aut apio, aut herba Mercuriali, aut polypodio, aut anetho: vtilissimè autem in congiis tribus aquæ ad tres heminas cum supra dictis herbis, & refrigeratum sub dio dari tempestiuus antecedente vomitione. Non præteribo miraculum, quanquam ad medicinam non pertinens: si auro liquefcenti gallinarum membra miscantur, consumunt id in se. Ita hoc venenum auri est. At gallinaceis ipsis circulo è sarmentis addito collo, non canunt. Auxiliatur contra serpentes & columbarum caro recens concepta, & hirundinum: bubonis pedes vsiti cum plumbagine herba. Nec omittam in hac quoque alite exemplum Magicæ vanitatis. Quippe præter reliqua portentosa mendacia, cor eius impositum mammæ mulieris dormientis sinistrae, tradunt efficere vt omnia secreta pronuntiet. Prætereà in pugnam ferentes idem, fortiores fieri. Eiusdem ouo ad capillos remedia demonstrant. Quis autem quæso ouum bubonis vnquam videre potuit, cum ipsam auem vidisse prodigium sit? quis vtique experiri, & præcipuè in capillo? Sanguine quidem pulli bubonis etiam crispari capillum promittunt. Cuius generis propè videri possint, quæ tradunt & de vesperilione, si ter circumlatus domui viuus, per fenestram inuerso capite infigatur, amuletum esse: priuatimque ouilibus circumlatus toties, & pedibus suspensum sursum in superliminari. Sanguinem quoque eius cum carduo, contra serpentium ictus inter præcipua laudant. Phalangium est Italiæ ignotum, & plurium generum. Vnum simile formicæ, sed multo maius, rufo capite, reliqua parte corporis nigra, albis incurfantibus respersum guttis. Acerbior huius, quam vespæ ictus. Viuit maximè circa furnos & molas. In remedio est, si quis eiusdem generis alterum percusso ostendat. Et ad hoc seruantur, cum mortui inueniuntur. Et cortices eorum contriti & poti medentur, & mustelæ catuli, vt diximus supra. Æquè phalangion Græci vocant inter genera araneorum, sed distinguunt lupi nomine. Tertium genus est eodem phalangij nomine araneus lanuginosus, grandissimo capite. Quo dissecto inueniri dicuntur intus vermiculi duo, adalligatiquè mulieribus ceruina pelle ante Solis ortum, præstare ne concipiant, vt Cæcilius in commentariis reliquit. Vis ea annua est: quam solam ex omni atocio dixisse fas sit, quoniam aliquarum sæcunditas plena liberis tali venia indiget. Vocatur & rhagion acino nigro similis, ore minimo sub aluo, pedibus breuissimis, tanquam imperfectis. Dolor à morfu eius qualis à scorpione. Vrina similis araneis textis. Idem erat asterion, nisi distingueretur virgulis albis. Huius morfu genua labefactantur. Peior utroque est cæruleus lanugine nigra, caliginem concitās, & vomitus araneosus. Etiamnum deterior, à crabrone penna tantum differens. Hic & ad maciem perducit. Myrmecion formicæ similis capite, aluo nigra, guttis albis distinguentibus, vesparum dolore torquet. Tetragnathij duo genera habent: peior, medium caput distinguente linea alba, & transuersa altera. Hic oris tumorem facit. At cinereus posteriori parte candicans, lentior. Minimè autem noxius eodem colore

colore, qui telas muscis in parietibus latissimè pandit. Contra omnium morsus remedium est gallinaceum cerebrū cum piperis exiguo potum in posca. Item formicæ quinque potæ: pecudum fimi cinis illitus ex aceto: & ipsi aranei quicumque in oleo putrefacti. Muris aranei morsus sanatur coagulo agnino in vino potato: vngulæ arietinæ cinere cum melle, mustelæ catulo, vt in serpentibus dictum est. Si iumēta momorderit, mus recens cū sale imponitur, aut fel vespertilionis ex aceto. Et ipse mus araneus contra se remedio est, diuulsus & impositus. Nam si pregnans momordit, protinus dissilit. Optimū, si imponatur qui momorderit. Sed & alios ad hunc vsum seruāt in oleo, aut lutō circumlitos. Est & contra morsum eius remedio terra ex orbita. Fertur enim non transiri ab eo orbitam, torpore quodam naturæ. Scorpionibus contrarius maximè inuicem stellio traditur, vt visu quoque pauorem iis afferat, & torporem frigidi sudoris. Itaque in oleo putrefaciunt eum, & ita ea vulnera perungunt. Quidam oleo illo spumam argenteam decoquunt ad emplastri genus, atque ita illinunt. Hunc Græci coloten vocant, & ascalaboten, & galeoten. In Italia non nascitur. Est enim hic plenus lentigine, stridoris acerbi, & vesicitur, quæ omnia à nostris stellionibus aliena sunt. Prodest & gallinarum fimi cinis illitus, draconis iecur, lacerta diuulsa, mus diuulsus, scorpio ipse suæ plagæ impositus, aut assus in cibo sumptus, aut potus, in meri cyathis duobus. Proprium est scorpionū, quod manus palmam non feriunt, nec nisi pilos attigere. Lapillus qualiscunque, ab ea parte qua in terra erat, appositus plagæ, leuat dolorem. Item testa terra operta ex aliqua parte, sicut erat imposita, liberare dicitur. Non debent respicere qui imponunt & cauere ne Sol aspiciat. Vermes terreni triti impositi profunt. Multa & alia ex his remedia sunt, propter quæ in melle seruantur. Noctua apibus contraria, & vespis crabronibusque & sanguifugis: pici quoque Martij rostrum secum habentes non feriuntur ab iis. Aduersantur & locustarum minimæ sine pennis, quos attelabos vocant. Est & formicarum genus venenatum: non ferè in Italia. Solpugas Cicero appellat, salpugas Bætica. Iis cor vespertilionis contrarium, omnibusque formicis: salamandris cantharides, vt diximus. Sed in iis magna quæstio, quoniam ipsæ venena sunt potæ vesicæ cum cruciatu præcipuo. Cossinum equitem Romanum, amicitia Neronis principis notū, cum is lichene correptus esset, vocatus ex Ægypto Medicus ob hanc valetudinem eius à Cæsare, cum cantharidum potum præparare voluisset, interemit. Verum illitas prodesse nō dubium est, cum succo taminæ vuæ, & seuo ouis vel capræ. Ipsarum cantharidum venenum in qua parte sit, non constat inter autores. Alij in pedibus & capite existimant esse, alij negant. Conuenit tamen pennas earum auxiliari, in quacunq; parte sit venenum. Ipsæ nascuntur ex vermiculo, in spongia maximè, cynorrhodi quæ fit in caule, sed fœcundissimè in fraxino: cæteræ in alba rosa, minus efficaces. Potētissimæ inter omnes variæ, luteis lineis, quas in pennis transuersas habēt, multum pingues: inertiores minutæ, latæ, pilosæ: inutilissima verò, vnius coloris macræque. Cōduntur in calice fictili non picato, & linteo colligato, congestæ rosa matura, & suspenduntur super acetum cum sale feruens, donec per linteolum vaporentur, postea reponuntur. Vis earum adurere corpus, crustas obducere.

40 Eadem pityocampis, in picea nascentibus, eadem buprestis, similiterque præparantur. Efficacissimæ omnes ad lepras lichenasque: dicuntur & menses ciere & vrinam. Ideo Hippocrates & hydropicis dabat. Cantharides obiectæ sunt Catoni Uticensi, ceu venenum vendidisset in auctione regia, quoniam eas sestertiis lx. addixerat.

De seuo struthiocamelino, & cane rabido, & lacerta, & anseribus, & columbis, & mustelis remedia.

C A P. V.

ET seuum autem struthiocamelinum tunc vænisse sestertiis lxxx. obiter dictum sit, efficacioris ad omnia vsum, quàm est adeps anserinus. Diximus & mellis venenati genera: contra quod vtuntur melle, in quo apes sint mortuæ. Idem potū in vino, remediū est vitiorum, quæ cibo piscium gignuntur. In canis rabidi morsu tuetur à pauore aquæ capitis canini cinis illitus vulneri. Oportet autem comburi omnia eodem modo, vt semel dicamus, in vase fictili nouo, argilla circumlito, atque ita in furnum indito. Idē & in

potione proficit. Quidam ob id edendum dederunt. Aliqui & vermem è cadauere canino adalligauere: menstruaue in panno subdidere calici, aut intus ipsius caudæ pilos combustos insuere vulneri. Cor caninum habentem fugiunt canes. Non latrant verò, lingua canina in calceamento subdita pollici: aut caudam mustelæ, quæ abscissa dimissa sit, habentes. Est limus saliuæ sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu, fieri hydrophouos non patitur. Multo tamen vtilissimè iecur eius, qui in rabie momorderit, datur, si possit fieri, crudum mandendum: si minus, quoquo modo coctum, aut ius coctis carnibus. Est vermiculus in lingua canū, qui vocatur à Græcis lytta, quo exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Idem ter igni circūlatus, datur morsis à rabioso, ne rabidi fiant. Et cerebello gallinaceo occurritur. Sed id deuoratum anno tantum eo prodest. Aiunt & cristam contritam efficaciter imponi, & anseris adipem cum melle. Saliuntur & carnes eorum, qui rabidi fuerunt, ad eadem remedia in cibo dandæ. Quin & necantur catuli statim in aqua, ad sexum eius qui momorderit, vt iecur crudum deuoretur ex iis. Prodest & fimum gallinaceum, duntaxat rufum, ex aceto impositum: & muris aranei caudæ cinis, ita vt ipse, cui abscissa sit, viuus dimittatur: glebula ex hirundinum nido illita ex aceto, vel pulli hirundinis combusti: membrana siue senectus anguiū, veneratione exuta, cum cæcro masculo trita. Nam etiam per se reposita in arcis armariisque, tineas necat. Tāta vis mali est, vt vrina quoque calcata rabiosi canis noceat, maximè bulcus habentibus. Remedium est fimum caballinum aspersum aceto, & calfactum in fico impositum. Minus hoc miretur, qui cogitet, lapidem à cane morsum, vsque in prouerbium discordiæ venisse. Qui in vrinam canis suam egerit, torporem lumborum dicitur sentire. Lacerta, quam hi sepa, alij chalcidicen vocant, in vino pota, morsus suos fanat. Veneficiis ex mustela syluestri factis, contrarium est ius gallinacci veteris largè haustum, peculiariter contra aconitum: addi parum salis oportet. Gallinarum fimum duntaxat cādidum, in hyssopo decoctum aut mulso, venena fungorum boletorumque atringit: item inflationes ac strangulationes: quod miremur, cum, si aliud animal gustauerit id fimum, torminibus & inflationibus afficiatur. Sanguis anserinus contra lepores marinos valet, cum olei æqua portione. Item contra mala medicamenta omnia asseruatur cū Lemnia rubrica & spinæ albæ succo, pastillorum drachmis quinque, qui in cyathis ternis aquæ bibantur: item mustelæ catulus, vt supra diximus præparatus. Coagulum quoque agninum aduersus omnia mala medicamenta pollet: item sanguis anatum Ponticarum. Itaque & spissatus feruatur, vinoque diuitur. Quidam foeminæ anatis efficaciorum putant. Simili modo contra venena omnia, ciconiarum ventriculus valet, coagulum pecoris. Caulis ius ex carne arietum, priuatim aduersus cantharidas: item lac ouium calidum, præterquam iis qui buprestin aut aconitum biberint. Columbarum syluestrium fimum priuatim contra argenti viui potum. Contra toxica, mustela vulgaris inueterata, binis drachmis pota.

Ad alopecias tollendas, & ad pilos reddendos, & ad lendes tollendos, & ad palpebras, & ad glaucomata, & ad oculos, & ad parotidas remedia. CAP. VI.

Alopecias replet fimi pecudum cinis cum oleo cyprino & melle: item vngularum muli vel mulæ ex oleo myrteo. Prætereà (vt Varro noster tradit) murinum fimum, quod item muscerdas appellat. Et muscarum capita recentia, prius folio ficulneo asperatas. Alij sanguine muscarum vtuntur. Alij decem diebus cinerem earum illinunt cum cinere chartæ, vel nucum, ita vt sit tertia pars è muscis. Alij lacte mulierum cum brassica cinerem muscarum subigunt: quidam melle tantum. Nullū animal minus docile existimatur, minorisve intellectus: eo mirabilius est, Olympiæ sacro certamine, nubes earum immolato tauro Deo, quem Myiodem vocant, extra territoriū id abire. Alopecias cinis è murium capitibus caudisque & totius muris emendat: præcipuè si veneficio acciderit hæc iniuria. Item herinacei cinis cum melle, aut coriū combustum cum pice liquida. Caput quidē eius vstum per se, etiā cicatricibus pilos reddit. Alopecias autē in ea curatione præparari oportet nouacula & sinapi. Quidā ex aceto vti maluerunt. Quæ de herinaceis dicuntur,

^a Malium, Chalcidicē, vt infra lib. 32. cap. 3. & apud Arist. de animalibus. 8. cap. 24.

dicuntur, omnia tanto magis valebunt in hystrice. Lacertæ quoque, vt docuimus, combustæ cum radice recentis harundinis, quæ vt vnâ cremari possit, minutim findenda est: ita myrteo oleo permisto cineres capillorum d. fluuia cōtinent. Efficaciùs virides lacertæ omnia eadem præstant. Etiamnum vtilius admisto sale, & adipe vrsino, & capra tusa: Quidam denas virides in decem sextariis olei veteris discoquunt, cōtenti semel in mense vngere. Pellium viperinarum cinis, alopecias celerrimè explet, item gallinarû finum recens illitum. Corui ouum in æreo vase permistum illitumque derafo capite nigritiam capillis affert: sed donec inarescat, oleum in ore habendum est, ne & dentes simul nigrescant. Idque in vmbra faciendum, neque ante quatrimum abluendum. Alij sanguine & 10 cerebro eius vtuntur cum vino nigro. Alij excoquunt ipsum, & nocte concubia in plumbeum vas cōdunt. Aliqui alopecias cantharide trita illinunt cum pice liquida, nitro præparata cute. Caustica vis earum, cauendumque ne exulcerent altè. Postea ad hulcera ita facta, capita murium, & fel murium, & finum cum elleboro & pipere illini iubent. Lendes tolluntur adipe canino, vel anguibus in cibo sumptis anguillarum modo, aut vernatione eorum, quam exuunt, pota. Porrigines felle ouillo cum creta Cimolia, illita capiti, donec inarescat. Capitis doloribus remedio sunt cochlearum, quæ nudæ inueniuntur nondum peractæ, ablata capita, ex his lapidea duritia exempta (est autem calculi latitudine) quæ alligantur, & minutæ frōti illinuntur trita. Item ægyptij ossa è capite aut vulturis adalligata, aut cerebrum, cum oleo cedrino peruncto capite, & intus naribus illitis. 20 Cornicis cerebrum coctum, in cibo sumptum, vel noctuæ, idem præstat: gallinaceusque si inclusus abstineatur die ac nocte, pari inedia eius qui doleat, euulsis collo plumis circumligatisque, vel cristis: mustelæ cinis illitus: surculus ex nido milui puluino subiectus: murina pellis cremata ex aceto illito cinere. Limacis inter duas orbitas inuentæ ossiculum per aurem cū ebore traiectum, vel in pellicula canina adalligatum, quod remedium pluribus semperque prodest. Fracto capiti aranei tela ex oleo & aceto imposita, nõ nisi vulnere sanato, abscedit. Hæc & vulneribus tonstrinarum sanguinem sistit. A cerebro verò profluentem, anseris sanguis, aut anatis infusus: adepsque earundem alitum cum rosaceo coctus. Matutinò pascentis hirundinis caput præcisum, maximè Luna plena, lineo panno adalligant capitis doloribus licio: aut cera alba fronti illinunt, & pilos caninos panno 30 adalligant. Cerebrum cornicis in cibo sumptum, palpebras gignere dicitur: œsypû cum myrrha calidum penicillo illitum. Idè præstare muscarum, fimiq; murini cinerem æquis portionibus, vt efficiatur dimidiû pondus denarij, promittitur, additis duabus sextis denarij è sibi, vt omnia œsypo illinantur, itè murini catuli triti in vino vetere ad crassitudinem acopi. Pilos in his incommodos, euulsos renasci nõ patitur fel herinacei: ouorum stellionis liquor: salamadræ cinis: lacertæ viridis fel in vino albo Sole coactum ad crassitudinem mellis in æreo vase: hirundinis pullorum cinis cū lacte tithymali, spumaque cochlearum. Glaucomata dicunt Magi cerebro catuli v i j. dierû emendari, specillo demisso in dextrâ partem, si dexter oculus curetur, in sinistrâ, si sinister: aut felle recenti asionis. Noctuarum est id genus maximum, quibus pluma aurium modo micat. Suffusionè 40 oculorum canino felle malebat quàm hyænæ curari Apollonius Pitaneus cum melle: item albugines oculorum. Murium capitum caudarumq; cinere ex melle inunctis, claritatem visus restitui dicunt: multoque magis gliris aut muris syluestris cinere, aut aquilæ cerebro vel felle. Cum Attico melle cinis & adeps foricis cōbusti tritus, lacrymosis oculis plurimum confert: sibi, quod quid sit dicemus in metallis. Mustelæ cinis suffusionibus: item lacertæ hirundinisve cerebrum: quæ etiam trita coctæve frōti illitæ, epiphoras sedant, siue per se, siue cum polline, siue cum thure. Sic & solatis profunt. Vinas quoque cremare, & cinere earum cum melle Cretico inungi caligines, vtilissimum est. Iumentorum oculis membrana aspidis, quam exuerit, cum adipe eiusdè claritatem inunctis facit. Viperam viuam in fictili nouo comlurere, addito sceniculi succo ad cyathum vnum, & 50 thuris manna vna, atq; ita suffusiones oculorû & caligines inungere vtilissimum est. Medicamentum id echion vocatur. Fit & collyriû è vipera, in olla putrefacta, vermiculisq;

enatis cum croco tritis. Exuritur in olla cum sale, quem lingendo claritatem oculorum consequitur, & stomachi totiusque corporis tempestiuitates. Hic sal & pecori datur salubritatis causa, & in antidotum contra serpentes additur. Quidam & viperis vtuntur in cibis. Primum omnium occisæ statim sale in os addi iubent, donec liquecat humor, quatuor digitorum mēsurā vtrinque præcisā, exēptisq; interaneis discoquunt in aqua, aut oleo, sale, anetho, & omnibus aut statim vescuntur, aut pane colligūt vt sæpius vtantur. Ius præter supra dicta pediculos è toto corpore expellit, pruritūq; etiā summæ cutis. Effectum ostēdit & per se capitis viperini cinis. Vtilissimè oculos inungunt. Itēque adeps viperinus. De felle nō audacter suaferim quæ præcipiunt, quoniā (vt suo loco docuimus) nō aliud est serpentium venenū. Anguim adeps ærugini mistus, ruptas oculorum partes sanat, & membrana siue senectus vernatione eorū exuta, si adfricetur, claritatem facit. Vlulæ quoq; fel prædicatur ad albugines, suffusiones, caligines: adeps similiter ad claritatem. Aquilæ, quam diximus pullos ad contuendum Solem experiri, misto felle cum melle Attico inunguntur nubeculæ & caligationes suffusionēsq; oculorum. Eadem vis & in vulturino felle est cum porri succo, & melle exiguo. Item in gallinacci felle alligato ad argema, & ad albugines ex aqua diluto: itē ad suffusiones oculorum, maximè candidi gallinacci. Fimū quoq; gallinaccorum, duntaxat rubrum, lusciosis illinendum monstrant. Laudant & gallinæ fel, sed præcipuè adipem, contra pustulas in pupillis. Has scilicet eius rei gratia faginant. Adiuuat mirificè & ruptas oculorum tuniculas admistis schisto & hæmatite lapidibus. Fimum quoque earum, duntaxat candidum, in oleo vetere corneisq; pyxidibus adseruant, ad pupillarum albugines. Qua in mentione significandum est, pauones fimum suum resorbere tradi, inuidentes hominum vtilitatibus. Accipiter decoctus in rosaceo efficacissimus ad inunctiones omnium vitiorū putatur: itē fimi eius cinis cum Attico melle. Laudatur & milui iecur. Fimum columbarum ex aceto ad ægilopas. Similiter ad albugines & cicatrices. Fel anserinum, sanguis anatum contusis oculis, ita vt postea hyssopo & melle inungantur. Fel perdicum cum mellis æquo pondere, per se verò ad claritatem, dorcados. Hippocratis (vt putant) autoritate adiicitur, quod in argentea pyxide id seruari iubent. Qua perdicum in vase æreo decocta cum melle, hulceribus oculorum & glaucomatis medētur. Columbarum, turturum, palumbium, perdicum sanguis, oculis cruore suffusis eximiè prodest. In columbis masculæ efficaciorē putāt. Vena autem sub ala ad hunc vsū inciditur, quoniam suo calore utilior est. Superimponi oportet splenium è melle decoctū, lanāque succidā ex oleo aut vino. Earundem auium sanguis nyctalopas sanat: & iecur ouium: atque (vt in capris diximus) efficacius fuluæ. Decocto quoq; eius oculos abluere suadēt: & medulla dolores tumorēsq; illinunt. Bubonis oculorū cinis collyrio mistus claritatem oculis facere promittitur. Turturis fimum albugines extenuat: itē cochlearū cinis: fimum cenchridis: accipitrum generis hāc Græci faciunt. Argema ex melle omnibus, quæ supra scripta sunt, sanatur. Mel vtilissimum oculis, in quo sunt apes immortuæ. Ciconiæ pullū qui ederit, negatur annis continuis lippiturus: item qui draconis caput habeat. Huius adipe & melle cum oleo vetere, incipiētes caligines discuti tradunt. Hirundinum pullos plena Luna excæcant, restitutāque corū acie capita comburunt: hoc cinere cum melle vtuntur ad claritatem & dolores, ac lippitudines & ictus. Lacertas quoque pluribus modis ad oculorum remedia assumunt. Alij viridem includunt nouo fictili: ac lapillos, qui vocātur cinædia, quæ & inguinum tumoribus adalligari solent, nouem singulos signis signātes, & singulos detrahunt per dies. Nono emittūt lacertā: lapillos seruant ad oculorum dolores. Alij terram substernunt lacertæ viridi excæcatæ, & vnā in vitreo vase annulos includunt è ferro solido vel auro: cū recepisse visum lacertā apparuerit per vitrum, emissā ea, annulis contra lippitudinē vtuntur. Alij capitis cinere pro stibio ad scabritias. Quidā viridem longo collo in sabulosis nascentem cōburunt, & incipientem epiphoram inungunt: item glaucomata. Mustelæ etiā oculis punctu erutis, aiūt visum reuerti: eadēque quæ in lacertis & annulis faciunt. Serpentis oculum dextrum adalligatum contra epiphoras

phoras prodesse, si serpens viua demittatur. Lacrymantibus sine fine oculis, cinis stellic-
 nis capitis cum stibio eximiè medetur. Aranei muscarij telæ, & præcipuè speluncæ ipsa
 imposita per frontem ad duo tempora, ita vt à puero impube & capiat & imponatur,
 nec is triduo se ostendat ei cui medeatur, néve alteruter nudis pedibus terram attingat
 his diebus, mirabiliter epiphoris mederi dicuntur. Albugines quoque dicitur tollere inun-
 ctione araneus candidus, longissimis ac tenuissimis pedibus, cōtritus in oleo vetere. Sed
 is etiam cui crassissimum textum est, in contignationibus ferè, adalligatus panno epipho-
 ras sanare traditur. Scarabei viridis natura contuentium visum exacuit. Itaque gemma-
 rum sculptores contuitu eorum acquiescunt. Aures purgat fel pecudis cum melle: cani-
 ni lactis instillatio sedat dolorem. Grauitatem adeps cum absinthio & oleo vetere: item
 10 adeps anserinus. Quidam adiungunt succum cæpæ & allij pari modo. Utuntur & per se
 ouis formicarum. Nanque & huic animali est medicina: constatque vsos ægros hoc ci-
 bo sanari. Anserum quoque & omnium auium adeps præparatur, exemptisque venis om-
 nibus patina nouo fictili operta in Sole, subdita aqua feruenti liquatur: saccatusque li-
 neis faccis, & in fictili nouo repositus loco frigido, minus putrescit adaito melle. Muriū
 cinis cum melle instillatus, aut cum rosaceo decoctus aurium dolores sedat. Si aliquod
 animal intrauerit, præcipuum remedium est murium fel aceto dilutum. Si aqua intra-
 uerit, adeps anserinus cum cæpæ succo. Gliris detracta pelle, intestinis exemptis disco-
 quitur melle in vase nouo: sed Medici malunt è nardo decoqui vsque ad tertias, atque ita
 20 asseruari, deinde cum opus sit, strigili tepesacta infundere. Constat deplorata aurium
 vitia eo remedio sanari: aut si terreni vermes adipe anseris decocti infundantur. Item ex
 arboribus rubri cum oleo triti exulceratis & ruptis auribus præclare medentur. Lacer-
 ti inueterati in os pendentium addito sale contusi & ab ictu læsas aures sanant: efficacis-
 simè autem ferrugineas maculas habentes, lineis etiam per caudam distincti. Millepeda,
 ab aliis contipeda aut multipeda dicta, animal est è vermibus terræ pilosum, multis pe-
 dibus arcuatim repens, tactūque contrahens se: oniscon Græci vocant, alij tibon: effica-
 citer sanat aurium dolores, in cortice Punici mali decoctum & porrisucco. Addunt &
 rosaceum, & in alteram aurem infundunt. Illam autem quæ non arcuatur, sepa Græci
 vocant, alij scolopendrā, minorem perniciosamque. Cochleæ, quæ sunt in vsu cibi, cum
 30 myrrha aut thuris polline appositæ, item minutæ & latæ fracturis aurium illinuntur cum
 melle. Senectus serpentium feruente testa vsta instillatur rosaceo admisto, cōtra omnia
 quidem vitia efficax, sed cōtra graueolentiam præcipuè: aut si purulentæ sunt, ex aceto:
 melius cum felle caprino, vel bubulo, aut testudinis marinæ. Vetustior anno eadē mem-
 brana non prodest, nec imbre perfusa, vt aliqui putant. Item aranei sanies cum rosaceo,
 aut per se in lana, vel cum croco, auribus prodest: gryllus cum sua terra effossus & illitus.
 Magnam autoritatem huic animali perhibet Nigidius, maiorem Magi, quoniam retro
 ambulet, terramque terebret, stridat noctibus. Venantur eum formica circunligato ca-
 pillo in cauernam eius coniecta, efflato prius puluere ne sese condat: ita formicæ com-
 plexu extrahitur. Ventris gallinaceorum membrana quæ abiici solet, inueterata & in vi-
 40 no trita, auribus purulentis calida infunditur, gallinarum quoque adeps. Est & quædam
 pinguitudo blattæ, si caput auellatur: hanc tritam vnā cum rosaceo auribus mirè pro-
 desse dicunt, sed lanam, qua in cluserint, post paulum extrahendam. Celerrimè enim id
 pingue transire in animal, fierique vermiculum. Alij binas ternasve in oleo decoctas ef-
 ficacissimè auribus mederi scribunt, & tritas in linteolo imponi contusis. Hoc quoque
 animal inter pudenda est: sed propter admirationem naturæ, prisorumq; curæ, totum
 in hoc loco explicandum. Plura earum genera fecerunt. Molles, quas in oleo decoctas,
 verrucis efficaciter illini experti sunt. Alterum genus mylæcon appellauere, circa mo-
 las ferè nascens. Has capite detracto attritas, lepras sanasse, Musa & Pycton in exemplis
 reliquerunt. Tertium genus & odoris tædio inuisum, exacuta clune, cum pisselæo sana-
 50 re hucera aliās insanabilia: strumas, panos, diebus xxj. impositas, percussa, contusa,
 cacoëthe, scabiem, furunculósque, detractis pedibus & pennis. Nos hæc etiam audita

fastidimus. At hercule Diodorus & in morbo regio, & orthopnoicis se id dedisse tradit cum resina & melle. Tantum potestatis habet ea ars pro medicamento dandi, quicquid velit. Humanissimi eorum cinerem crematarum seruandum ad hos vsus in cornea pyxide censuere, aut tritas clysteribus infundendas orthopnoicis aut rheumaticis. Infixa utique corpori illitas extrahere constat. Mel vtilissimum auribus quoque est, in quo apes emortuæ sunt. Parotidas comprimit columbinum sterus vel per se, vel cum farina hordeacea aut auenacea. Noctuæque cerebrum vel iecur cum oleo infusum auriculæ aut parotidi: multipeda cum resinæ tertia parte illita: grylli siue illiti, siue adalligati. At reliqua morborum genera medicinâsque ex iisdem animalibus, aut eiusdem generis, sequenti dicemus volumine.

C. PLINII SECVNDI NATURALIS HISTORIÆ
LIBER XXX.

PROOEMIUM.

De origine Magica artis, quando, & à quibus cæperit, & à quibus celebrata fuerit, & reliquæ ex animalibus medicina.

CAPVT I.



MAGICAS vanitates sæpius quidem antecedentis operis parte, vbicunque causæ locusque poscebant, coarguimus, detegimusque etiamnum: in paucis tamen digna res est, de qua plura dicantur, vel eo ipso, quod fraudulentissima artium plurimum in tota terrarum orbe, plurimisque seculis valuit. Auctoritatem ei maximam fuisse nemo miretur, quandoquidem sola artium tres alias imperiosissimas humanæ mentis complexa in vnam se redegit. Natam primùm è Medicina nemo dubitat, ac specie saluari irrepisse velut altiore sanctiorémque, quàm Medicinam: ita blandissimis desideratissimisque promissis addidisse vires religionis, ad quas maximè etiamnum caligat humanum genus. Atque vt hoc quoque suggesserit miscuisse artes Mathematicas, nullo non audio futura de sese sciendi, atque ea è cælo verissimè peti credente. Ita possessis hominum sensibus triplici vinculo, in tantum fastigij adoleuit, vt hodièque etiam in magna parte gentium præualeat, & in Oriète regum regibus imperet. Sine dubio illic orta in Perside à Zoroastre, vt inter autores conuenit. Sed vnus hic fuerit, an postea & alius, non satis constat. Eudoxus, qui inter sapientiæ sectas clarissimam, vtilissimamque eam intelligi voluit, Zoroastrem hunc sex millibus annorum ante Platonis mortem fuisse prodidit. Sic & Aristoteles. Hermippus qui de tota ea arte diligentissimè scripsit, & vices centum millia versuum à Zoroastre condita, indicibus quoque voluminum eius positis explanauit, præceptorem, à quo institutum diceret, tradidit Azonacem, ipsum verò v. millibus annorum ante Troianum bellum fuisse. Mirum hoc in primis, durasse memoriâ artémque tam longo æuo, commentariis non intercidentibus, præterea nec claris nec cõtinuis successionebus custoditam. Quotus enim quisque auditu saltem cognitos habet, qui soli cognominantur, Apuscorum & Zaratum Medos, Babyloniùmque Marmaridium, & Arabem Hippocum, Assyrium verò Zarmocnidam, quorum nulla extant monumenta. Maximè tamen mirum est, in bello Troiano tantum de arte ea silentium fuisse Homero, tantumq; operis ex eadem in Vlixis erroribus,

bus adeo vt totum opus non aliunde constet. Siquidem Protea & Sirenum cantus apud eum non aliter intelligi volunt: Circe vtique & inferorum euocatione hoc solum agi. Nec postea quisquam dixit, quonam modo venisset Telmessum religiosissimam urbem, quando transisset ad Theffalas vrbes, quarum cognomen diu obtinuit in nostro orbe alienæ gentis. Troianis itaque temporibus Chironis medicinis contenta, & solo Marte fulminante, miror equidem Achillis populis famam eius in tantum adhæsisse, vt Menander quoque literarum subtilitati sine æmulo genitus, Theffalam cognominarit fabulam, complexam ambages fœminarum detrahentium Lunam. Orphea putarem è propinquo primùm intulisse, ad vicinas vsque superstitiones ac Medicinæ profectum, si non 10 expers sedes eius tota Thrace Magices fuisset. Primus extat (vt e quidem inuenio) commentatus de ea Osthanes, Xerxem regem Persarum bello, quod is Græciæ intulit, comitatus: ac velut semina artis portentosa sparsisse, obiter infecto, quacunque commeauerat, mundo. Diligentiores paulo ante hunc ponunt Zoroastrem alium Proconnesium. Quod certum est, hic maximè Osthanes ad rabiem, non auiditatem modo scientiæ eius, Græcorum populos egit. Quanquam animaduerto summam literarum claritatem gloriâque ex ea scientia antiquitus & penè semper petitam. Certè Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato ad hanc discendam nauigauere, exiliis verius, quam peregrinationibus, susceptis. Hanc reuersi prædicauere: hanc in arcanis habuere. Democritus Apollonicem Captidenem & Dardanum è Phœnice illustrauit, voluminibus Dardani 20 in sepulcrum eius petitis, suis verò ex disciplina eorum editis: quæ recepta ab aliis hominum atque transiisse per memoriam, æquè ac nihil in vita, mirandum est. In tantum fides istis fâsque omne deest, adeo, vt ij qui cætera in viro illo probant, hæc eius esse opera inficientur. Sed frustra. Hunc enim maximè affixisse animis eam dulcedinem constat. Plenumque miraculi & hoc, pariter vtrasque artes effloruisse, Medicinam dico, Magicenque, eadem ætate illam Hippocrate, hanc Democrito illustrantibus, circa Peloponnesiacum Græciæ bellum, quod gestum est à cc c. vrbis nostræ anno. Est & aliâ Magices factio, à Mose & Iamne & Iotape Iudeis pendens, sed multis millibus annorum post Zoroastrem. Tanto recentior est Cypria. Non leuem & Alexandri Magni temporibus autoritatem addidit professioni secundus Osthanes, comitatu eius exornatus, planèque, quod nemo dubitet, orbem terrarum peragrauit. Extant itaque & apud Italas gentes vestigia eius in duodecim tabulis nostris, aliisque argumentis, quæ 30 priori volumine exposui. dc lvi. demum anno vrbis, Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Crasso Coss. Senatusconsultum factum est, ne homo immolaretur: palamque in tempus illud sacra prodigiosa celebrata. Gallias vtique possedit, & quidem ad nostram memoriam. Nanque Tiberij Cæsaris principatus sustulit Druidas eorum, & hoc genus vatum medicorumque. Sed quid ego hæc commemorem in arte Oceanum quoque transgressa, & ad naturæ inane peruecta? Britannia hodièque eam attonitè celebrat tantis ceremoniis, vt dedisse Persis videri possit. Adeo ista toto mundo consensere, quam discordi & sibi ignoto. Non satis æstimari potest, quantùm Romanis debeat, qui 40 sustulere monstra, in quibus hominem occidere religiosissimum erat, mandi verò etiam saluberrimum.

De speciebus Magia, Neronisque & magorum detestatio.

C A P.

I I.

VT narravit Osthanes, species eius plures sunt. Nanque & ex aqua, & ex sphæris, & ex aère, & stellis, & lucernis, ac peluibus, securibusque, & multis aliis modis diuina promittit: præterea umbrarum, inferorumque colloquia: quæ omnia ætate nostra princeps Nero vana falsaque comperit: quippe non citharæ tragicique cantus libido illi maior fuit, fortuna rerum humanarum summa gestiente in profundis animi vitiis. Primùmque imperare Diis concupiuit, nec quicquam generosius voluit. Nemo vnquam 50 vlli artium validius fauit. Ad hæc, non opes ei defuere, non vires, non discendi inge-

M

nium, aliâque non patiente mundo. Immenſum & indubitatum exemplum eſt falſæ artis, quam dereliquit Nero: vtinâmque inferos potiùs & quofcunq; de ſuſpicionibus ſuis Deos conſuluiffet, quàm lupanaribus atque proſtitutis mandaret inquisitiones eaſ: nulla profeſſò ſacra, barbari licet ferique ritus, nõ mitiora, quàm cogitationes eius, fuiſſent. Sæuius ſic nos repleuit vmbriſ. Sunt quædam Magis perfugia, veluti lentiginem habentibus non obſequi numina, vt cerni non poſſint. Fortè hoc in illo. Nihil membriſ defuit: nam dies eligere certos liberum erat: pecudes verò, quibus non niſi ater colos eſſet, facile. Nam hominem immolare etiam gratiſſimum. Magus ad eum Tyriditates venerat, Armeniacum de ſe triumphum afferens, & ideo prouinciis grauis. Nauigare noluerat, quoniam expuere in maria, aliſque mortalium neceſſitatibus violare naturam eam fas non putant. Magos ſecum adduxerat. Magicis etiã cœniſ eum initiauerat. Non tamen cùm regnum ei daret, hanc ab eo accipere artem valuit. Proinde ita perſuaſum ſit, inſteſtabilem, irritam, inanem eſſe, habentem tamen quaſdam veritatis vmbraſ, ſed in hiſ veneficaſ artes pollere, non Magicaſ. Quærat aliquiſ, quæ ſint mentiti veteres Magi, cùm adoleſcentibus nobiſ viſuſ Apion Grammaticæ artiſ, prodiderit cynocephaliã herbam, quæ in Ægypto vocaretur oſyrites, diuinam, & contra omnia veneficia: ſed ſi ea eruere- tur, ſtatim eum qui eruiſſet, mori. Séque euocaſſe vmbraſ ad percontandum Homerum, qua patria quibùſque parentibus genituſ eſſet: non tamen auſuſ profiteri, quid ſibi reſpondiſſe diceret.

De Talpiſ, & reliquæ medicina per morboſ digeſta in animalibus, quorum genera placida ſunt, aut fera.

CAP. III.

PEculiare vanitatis ſit argumentum, quòd animalium cunctòrum talpaſ maximè mirantur, tot modis à rerù natura damnataſ, cæcitate perpetua, tenebris etiam nõ aliſ, deſoſſaſ ſepultiſque ſimileſ. Nulliſ æquè credunt extiſ: nullum religioniſ capaciuſ iudicant animal: vt ſi quiſ cor eiſ recens palpitanſq; deuorariſ, diuinationiſ & rerù efficiendarum euentuſ promittant. Dente talpæ viuæ exempto, ſanari dentiù doloreſ adalligato affirmant. Cæterò ex eo animali placita eorum, ſuiſ reddemus lociſ. Nec quicquam probabiliuſ inuenietur, quàm muris aranei morſibus aduerſari eaſ, quoniam & terra orbitiſ (vt diximur) depreſſa aduerſatur. Cæterùm dētium doloribuſ (vt iidè narrant) medetur canum qui rabie perierunt, capitum ciniſ crematorum ſine carnibuſ, intillatuſ ex oleo cyprino per aurè, cuiuſ è parte doleant. Caninuſ dens ſiniſter maximuſ, circumſcarificato eo qui doleat: aut draconis oſ è ſpina: item enhydridiſ. Eſt autè ſerpens maſculus & albuſ. Huiuſ maximo dente circumſcarificant. At in ſuperiorù dolore duoſ ſuperioreſ adalligant, è diuerſo inferioreſ. Huiuſ adipe perunguntur, qui crocodilum captât. Denteſ ſcarificant & oſſibuſ lacertæ è fronte Luna plena exemptiſ, ita ne terram attingant. Colluunt caniniſ dentibuſ decoctiſ in vino ad dimidiaſ parteſ. Ciniſ eorum pueroſ tardè dentienteſ adiuuat cum melle. Fit eodè modo & dentifriciuſ. Cuiſ dentibuſ cinis è murino ſimo inditur, vel iecur lacertarum aridum. Anguinuſ cor ſi mordeatur, aut alligetur, efficaciſ habetur. Sunt inter eoſ, qui murem biſ in meſe iubeant mandi, doloreſq; ita caucri. Vermes terreni decocti in oleo, inſuſque auriculæ, cuiuſ è parte doleant, præſtant leuamentuſ. Eorundem ciniſ exeiſiſ dentibuſ coniectuſ, ex facili cadere eoſ cogit. integroſ dolèteſ illituſ iuuat. Comburi autem oportet in teſta. Proſunt & cum mori radice in aceto ſcillite decoctiſ, ita vt colluantur denteſ. Iſ quoque vermiculuſ, qui in herba Veneriſ labro appellata inuenitur, cuiſ dentium indituſ mirè prodeſt. Nam erucaſ braſſicæ, eiſ contactu cadūt. Et è malua cimiceſ inſunduntur auribuſ cum roſaceo. Harrenulæ, que inueniuntur in cornibuſ cochlearum, cuiſ dentium inditæ ſtatim liberant dolore. Cochlearum inaniù ciniſ cum myrrha gingiuiſ prodeſt, ſerpentibuſ cum ſale in olla exuſtæ ciniſ, cum roſaceo in contrariam aurem inſuſuſ. Anguinę vernationiſ membrana cū oleo tedæque reſina calefacta, & auri alterutri inſuſa: adiiçiūt aliqui thuſ & roſaceum, eadem cuiſ indita, vt ſine moleſtia cadant, præſtat. Vanuſ arbitror eſſe, Caniſ ortu angueſ candidoſ membranam exuere, quoniam nec in Italia viſuſ eſt, multoque minus

minus credibile in tepidis regionibus tam ferò exui. Hanc autem vel inueteratam cum cera celerrimè dentes euellere tradunt. Et dens anguium adalligatus, dolores minuit. Sunt qui & araneum animal ipsum sinistra manu captum tritumque in rosaceo, & in aurem infusum cuius à parte doleat, prodesse arbitrentur. Osliculis gallinarum in pariete seruatis, fistula salua, adacto dente vel gingiua scarificata, proiectoque osliculo, statim dolorem abire tradūt. Item fimo corui lana adalligato, vel passerum cum oleo calefacto; & proximæ auriculæ infuso, pruritus quidem intolerabilem facit: & ideo tolerabilius est passeris pullorum sarmentis crematorum cinerem ex aceto infricare.

Quomodo commendetur os, & contra maculas faciei, & ad faucium vitia.

C A P. I I I I.

ORis saporem commendari affirmant, murino cinere cum melle si fricentur dentes. Admiscent quidam marathri radices. Penna vulturis si scalpantur dentes, acidum halitum faciunt. Hoc idem hystricis spina fecisse, ad firmitatem pertinet. Lingue hucera & laborum, hirundines in mulso decoctæ sanant. Adeps anferis aut gallinæ rimas. Oesypum cum galla, araneorum telæ candidæ, & quæ in trabibus paruè texuntur. Si feruentia os intus excusserint, lacte canino statim sanabitur. Maculas in facie, œsypum cum melle Corfico, quod asperrimum habetur, extenuat. Item scobem cutis in facie cū rosaceo impositum vellere. quidam & butyrum addunt. Si verò vitiligines sint, fel caninum prius acu punctas. Liuentia & suggillata pulmones arietum pecudumque in tenues
 20 confecti membranas calidi impositi, vel columbinum fimum. Cutem in facie adeps anferis, vel gallinæ custodit. Lichenas & murino fimo ex aceto illinunt, & cinere herinacci ex oleo. In hac curatione prius nitro ex aceto faciem foueri præcipiunt. Tollit ex facie vitia & cochlearum, quæ latè & minutæ passim inueniuntur, cum melle cinis. Omnium quidem cochlearum cinis spissat, calfacit sinectica vi: & ideo causticis commiscetur, psorisque & lepris & lentigini illinitur. Inuenio & formicas Herculeas appellatas, quibus tritis adiecto sale exiguo, talia vitia sanentur. Buprestis animal est rarum in Italia, simillimum scarabeo longipedi. Fallit inter herbas bouem maximè, vnde & nomē inuenit: deuoratūque tacto felle ita inflammat, vt rumpat. Hæc cum hircino seuo illita lichenas
 30 ex facie tollit septica vi, vt supra dictum est. Vulturinus sanguis cum chamæleontis albe (quam herbam esse diximus) radice & cedria tritus, contactusque brassica lepras sanat: item pedes locustarum cum seuo hircino triti. Varos adeps gallinaceus cum cæpa tritus & subactus. Vtilissimum & in facie mel, in quo apes sint immortalæ. Præcipuè tamen faciem purgat atque erugat cygni adeps. Stigmata delentur columbino fimo ex aceto. Grauedinem inuenio finiri, si quis nares murinas osculetur. Vna & faucium dolor mitigatur fimo agnorum, priusquam herbam gustauerint, in umbra arefacto. Vna succo cochleæ acu transfossæ illita, vt cochlea ipsa in fumo suspendatur. Hirundinum cinere cum melle: sic & tonsillis succurritur. Tonsillas & fauces lactis ouilli gargarizatio adiuuat. Multipeda trita, fimum columbinum cum passo gargarizatum, etiam cum fico arida ac nitro impositum extrà. Asperitatem faucium & distillationes leniunt cochleæ: coqui
 40 debent in lacte, demptoque tantum terreno conteri, & in passo dari potui. Sunt qui Altypalæicas efficacissimè putant, & in iis smegma earum. Lenit & gryllus infricatus: aut si quis manibus, quibus eum contriuerit, tonsillas attingat. Anginis felle anferino cum elaterio & melle citissimè succurritur: cerebro noctuè, cinere hirundinis, ex aqua calida potu. Huius medicinæ autor est Ouidius poëta. Sed efficaciores ad omnia quæ ex hirundinibus monstrantur, pulli syluestrium. Figura nidorum eas depræhendit. Multo tamen efficacissimi ripariarum pulli. Ita vocant in riparum cauis nidificantes. Sunt qui cuiuscunque hirundinis pullum edendum censent, ne toto anno metuatur id malū. Strangulatos cum sanguine comburunt in vase, & cinerem cum pane aut potu dant. Quidam & mustelæ cineres pari modo admiscent. Sic & ad strumæ remedia dant, & comitialibus
 50 quotidie potu. In sale quoque seruatæ hirundines ad anginā vna drachma bibuntur: cui malo & nidus earum mederi dicitur potus. Millepedam illini anginis, efficacissimum pu-

tant. Alij x x j. tritas in aquæ mulſe hemina dari per harundinem, quoniam dentibus tactis nihil profint. Tradunt & murem cum verbenaca excoctum, ſi bibatur is liquor, remedio eſſe. Et corrigiam caninam ter collo circumdatam: ſinum columbinum vino & oleo permixtum. Cervicis neruis & opiſthotono ex milui nido furculus vitis adalligatus auxiliari dicitur.

Ad ſtrumas exhulceratas, ad humerorum & præcordiorum dolores.

C A P. V.

Strumis exhulceratis muſtelæ ſanguis: ipſa decocta in vino: non tamen ſectis admouetur. Aiunt & in cibo ſumptâ idem efficere. Vel cineri eius ſarmentis combuſtæ miſcetur axungia. Lacertus viridis adalligatur: poſt dies x x. oportet alium adalligari. Quidam cor eius in argenteo vaſculo ſeruant. Ad fœminarum ſtrumas veteres cochleæ cum teſta ſua tuſæ illinuntur, maximè quæ frutectis adhærent. Item cinis aſpidum cum ſeuo taurino imponitur. Anguinus adeps miſtus oleo. Item anguium cinis ex oleo illitus, vel cum cera. Ediſſe quoque eos medios abſciſſis vtrinque extremis artubus aduerſus ſtrumas prodeſt: vel cinerem bibiſſe in nouo fictili ita crematorum: efficacius multo inter duas orbitas occiſorum. Et gryllum illinire cum ſua tera effoſſum ſuadent: item ſinum columbarum per ſe, vel cum farina hordeacea auenaceæve ex aceto. Talpæ cinerem ex melle illinire. Alij iecur eiufdem contritum inter manus illinunt, & triduo non abluunt. Dextrum quoque pedem eius remedio eſſe ſtrumis affirmant. Alij præcidunt caput, & cum terra à talpis excitata tuſum digerunt in paſtillos pyxide ſtannea, & vtuntur ad omnia quæ intumeſcunt, & quæ apoſtemata vocant, quæque in ceruice ſint: veſicæque ſuilla tunc vetant. Tauri vocantur ſcarabei terreſtres, ricino ſimiles: nomen cornicula dedere. Alij pediculos terræ vocant. Ab his quoque terram egeſtam illinunt ſtrumis & ſimilibus vitiis & podagris. Triduo non abluunt: prodèſtque hæc medicina in annum. Omniâque his adſcribunt, quæ nos in gryllis retulimus. Quidam & à formicis terra egeſta ſic vtuntur. Alij vermes terrenos totidem, quot ſint ſtrumæ, adalligant, paritèrque cum his areſcunt. Alij viperam circa Canis ortum circuncidunt, vt diximus, dein mediam comburunt, dein cinerem eum dant bibendum ter ſeptenis diebus, quantum præhenditur ternis digitis: ſic ſtrumis medentur. Aliqui verò circumligant eas lino, quo præligata infra caput vipera pependit, donec exanimaretur. Et millepedis vtuntur, addita ſinæ terebinthi partem quarta: quo medicamento omnia apoſtemata curari iubent. Humeri doloribus muſtelæ cinis cum cera medetur. Ne ſint malæ hircutæ, formicarum oua pueris infricata præſtant. Item mangonibus, vt lanugo tardior ſit pubeſcētium, ſanguis è teſticulis agnorum, qui caſtrantur: qui euulſis pilis illitus & contra virus proficit. Præcordia vocamus vno nomine exta in homine, quorum in dolore cuiuſcunque partis ſi catulus lactens admoueat, apprimaturque his partibus, tranſire in eum morbus dicitur. Idque in exéterato profuſoque vino depræhēdi, vitiato viſcere illo quod doluerit hominis: & obrui tales religio eſt. Hi quoque, quos Melitæos vocamus, ſtomachi dolorem ſedant applicati ſæpius. Tranſirèque morbos ægritudine eorum intelligitur, plerumque & morte.

De pulmonum vitiis, iecoris, & ſanguinis reiectionibus.

C A P. VI.

Pulmonum vitiis medentur & mures, maximè Africani, detracta cute in olco & ſale decocti, atque in cibo ſumpti. Eadem res & purulentis vel cruentis excreationibus medetur. Præcipuè verò cochlearum cibus ſtomacho. In aqua eas ſubferueſieri intacto corpore earum oportet, mox & in pruna torreri, nihilo addito: atque ita è vino garoque ſumi, præcipuè Africanas. Nuper hoc compertum plurimis prodeſſe. Id quoque obſeruant, vt numero impari ſumant. Virus tamen earum grauitatem halitus facit. Profunt & ſanguinem excreantibus, dempta teſta tritæ in aque potu. Laudatiſſimæ autem ſunt Africanæ, ex his Solitanæ. Aſtypaleicæ, Sicule modicæ, quoniam magnitudo duras facit & ſine ſucco: Balearicæ, quas cauaticas vocant, quoniam in ſpeluncis naſcuntur.

tur. Laudatæ & ex insulis Caprearum. Nullæ autem cibus gratæ, neque veteres, neque recentes. Fluuiatiles & albæ virus habent: nec non syluestres, stomacho inutiles, aluum soluunt. Item omnes minutæ. Contra marinæ stomacho vtiliores: efficacissimæ tamen in dolore stomachi. Laudatiores traduntur quæcunque viuæ cum aceto deuoratæ. Prætereà sunt quæ aceratæ vocantur, latæ multifariamque nascentes, de quarum vsu suis dicemus locis. Gallinaceorum ventris membrana inueterata & inspersa potioni, distillationes pectoris & humidam tussim, vel recens tosta lenit. Cochleæ crudæ tritæ cum aquæ tepidæ cyathis tribus si sorbeantur, tussim sedant. Distillationes sedat & canina cutis cuiuslibet digito circumdata. Iure perdicum stomachus recreatur. Iocinerum doloribus medetur mustela syluestris in cibo sumpta, vel iocinera eius. Item viuerra porcelli modo inafata. Suspiriosis multipedæ, ira vt ter septenæ in Attico melle diluantur, & per harundinem bibantur. Omne enim vas earum nigrescit contactu. Quidam torrent ex his sextarium in patina, donec candidæ fiant: tunc melle miscent. Alij centipedam vocant, & ex aqua calida dari iubent. Cochleæ in cibos his quos linquit animus, aut quorum alienatur mens, aut quibus vertigines fiunt, ex passi cyathis tribus singulæ contritæ cum sua testa & calefactæ, in potu datæ diebus plurimum nouem. Aliqui singulas primo die dederunt, sequenti binas, tertio ternas, quarto duas, quinto vnam. Sic & suspiria emendant & vomicas. Est animal locustæ simile sine pennis, quod τρυχάλις Græcè vocatur: Latinum nomen non habet, vt aliqui arbitrantur: nec pauciores, hoc esse quod gryllus vocetur. Ex his xx. torreri iubent, ac bibi è mulso contra orthopnoæas, sanguinemque expuentibus. Est qui cochleis illotis protropum infundat, vel marinam aquam, ita decoquat, & in cibo sumat: aut si tritæ cum testis suis sumantur cum protropo, sic & tussi medentur. Vomicas priuatim sanat mel in quo apes sint emortuæ. Sanguinem reiicientibus pulmo vulturinus vitigineis lignis combustus, adiecto flore mali Punici ex parte dimidia, item cotoneorum liliorumque iisdem portionibus potus manè atque vesperi in vino si febris absit. Si minus, ex aqua in qua cotonea decocta sunt. Pecudis lien recens Magicis præceptis super dolentem lienem extenditur, dicente eo qui medeatur, lieni se remedium facere. Post hæc iubent eum in pariete dormitorij eius τετόνε includi, & ob signari annulo, tæque nouies carmen dici. Caninus si viuenti eximatur, & in cibo sumatur, liberat eo vitio. Quidam recentem superalligant. Alij duorum dierum catuli ex aceto scillitico dant ignorantibus, vel herinacei lienem. Item cochlearum cinerem cum semine lini & vrticæ addito melle, donec persanet. Eo liberat & lacerta viridis, viua in olla ante cubiculum dormitorium eius, cui medetur, suspensa, vt egrediens reuertensque attingat manu: cinis è capite bubonis cum vnguento: mel in quo apes sint emortuæ: araneus, & maximè qui lycos vocatur. Vpupæ cor in lateris doloribus laudatur, & cochlearum cinis in ptisana decoctarum, quæ & per se illinuntur. Canis rabiosi caluarie cinis potioni inspergitur. Lubarum dolori stellio transmarinus, capite ablato & intestinis, decoctus in vino cum papaueris nigri denarij pondere dimidio eo succo bibitur. Lacertæ virides decisis pedibus & capite, in cibo sumuntur. Cochleæ tres contritæ cum testis suis, atque in vino decoctæ cum piperis granis xv. Aquilæ pedes euellunt in aduersum à suffragine, ita vt dexter dexteræ partis doloribus adalligetur, sinister leuæ. Multipeda quoque, quam oniscum appellauimus, medetur denarij pondere ex vino cyathis duobus pota. Vermem terrenum catillo ligneo antè fissio & ferro vincto impositum, aqua excepta perfundere, & defodere, vnde effoderis, Magi iubent, mox aquam bibere catillo, mirè id prodesse ischiadicis affirmantes.

Ad dysentericos, & ventris mala, remedia.

C A P. V I I.

Dysentericos recreant femina pecudum decocta cum lini semine aqua pota. Caseus ouillus vetus, seuum ouium decoctum in vino austero. Hoc & ileo medetur, & tussi veteri. Dysentericis stellio transmarinus ablati intestinis & capite, pedibusque ac cute, decoctusque & in cibo sumptus. Cochleæ duæ cum ouo, vtraque cum putamine contri-

ta, atque in vase nouo addito sale & passi cyathis duobus, aut palmarum succo & aquæ cyathis tribus subferuefactis & in potu datis. Profunt & combustæ, vt cinis earum bibatur in vino addito resinæ momento. Cochleæ nudæ, de quibus diximus, in Africa maximè inueniuntur, vtilissimæ dysentericis, quinæ combustæ cum denarij pondere dimidij acaciæ: exque eo cinere dantur cochlearia bina in vino myrtite, aut quolibet austero cum pari modo caldæ. Quidam omnibus Africanis ita vtuntur. Alij totidem Africanas, vel latas infundunt potiùs. Et si maior fluxio sit, addunt acaciam fabæ magnitudine. Senectus anguium dysentericis & tenesmis in stanneo vase decoquitur cum rosaceo. Vel si in alio, cum stanno illinitur. Ius è gallinaceo iisdem medetur, sed veteris gallinacei vehementius. Salsum ius aluum ciet. Membrana gallinarum tosta & data in oleo ac sale, cœliacorum dolores mulcet. Abstinerè autem à frugibus antè & gallinam & hominem oportet. Fimum columbinum tostum potùmque. Caro palubi in aceto decocta dysentericis & cœliacis medetur. Turdus inassatus cum myrti baccis dysentericis: item merulæ. Mel, in quo sint immortalæ apes, decoctum. Grauiissimum vitium ileos appellatur. Huic resisti aiunt discerpti vespertilionis sanguine: etiam illito ventre subuenire. Siftit aluum & cochlea, sicut diximus in suspiriosis, temperata. Item cinis earum quæ viuæ crematæ sint, potus ex vino austero. Gallinaceorum iecur assum cum ventriculi membrana, quæ abiici solet, inueterata, admisto papaueris succo. Alij recentem torrent ex vino bibendam. Ius perdicum, & per se ventriculus contritus ex vino nigro. Item palumbus ferus, è posca decoctus. Lien pecudis tostus, & in vino tritus. Fimum columbinum cum melle illitum. Ossifragi venter arefactus & potus, iis qui cibos non conficiunt, vtilissimus, vel si manu tantùm teneant capientes cibum. Quidam adalligant ex hac causa, sed continuare non debent: maciem enim facit. Siftit & anatum masculularum sanguis. Inflationem discutit cochlearum cibus. Tormina sanat lien ouium tostus, atque è vino potus: palumbus ferus ex posca decoctus: apodes ex vino: cinis ibidis sine pennis crematæ potus. Quod prætereà traditur in torminibus, mirum est. anate apposita ventri transire morbum, anatémque emori. Tormina & melle curantur, in quo sunt apes immortalæ decocto. Coli vitium efficacissimè sanatur aue galerita assa in cibo sumpta. Quidam in vase nouo cum plumis exuri iubent, conterique in cinerem, bibique ex aqua cochlearibus ternis per quatrimum: quidam cor eius adalligari femini: alij recens tepénsque adhuc deuorari. Consularis Asprenatum domus est, in qua alter è fratribus cõlo liberatus est, aue hac in cibo sumpta, & corde eius armilla aurea incluso: alter sacrificio quodam factò crudis laterculis in formam camini, atque vt sacrum peractum erat, obstructo sacello. Vnum est ossifrago intestinum mirabili natura, omnia deuorata conficienti. Huius partem extremam adalligatam prodesse contra colum constat. Sunt oculi interaneorum morbi, de quibus mirum proditur. Si catuli, priusquam videant, applicentur triduo stomacho maximè ac pectori, & ex ore ægri suctum lactis accipiant, transire vim morbi, postremo exanimari, dissectisque palàm fieri ægri causas. Mori & humari debere eos obrutos terra. Magi quidem vespertilionis sanguine contacto ventre, in totum annum caueri dolorem tradunt: aut per dolorem, si quis aquam per pedes fluentem haurire sustineat.

Ad calculos & vesicæ dolores, testiúmque & inguinum tumores, & ad panos.

CAP. VIII.

MVrino fimo contra calculos illinire ventrem prodest. Herinacei carnem iucundam esse aiunt, si capite percusso vno ictu interficiatur, prius quam in se vrinam reddat: eos qui carnem ederint, stranguriæ morbum contrahere minimè posse. Hæc caro ad hunc modum occisi, stillicidia vesicæ emendat: item suffitus ex eodem. Quòd si vrinam in se reddiderit, eos qui carnem ederint, stráguriæ morbum contrahere traditur. Iubent & vermes terrenos bibi ex vino aut passo ad comminuédos calculos: vel cochleas decoctas, vt in suspiriosis. Easdem exemptas testis tritásque, tres in vini cyatho bibi, sequenti die duas, tertia die vnam, vt stillicidia vrinæ emendent. Testarum verò inanium cinerem ad calculos

calculos pellendos. Item hydri iecur bibi, vel cinerem scorpionum in pane fumí, vel si quis cum locusta edit. Lapillos qui in gallinaceorum vesica, aut in palumbinum ventriculo inueniantur, conteri & potioni inspergi. Item membranam è ventriculo gallinacci aridam: vel si recens sit, tostam. Fimum quoque palumbinum in faba sumi contra calculos & alias difficultates vesicæ. Similiter plumarum cinerem palumbium ferorum ex aceto mulso. Et intestinorum ex his cinerem cochlearibus tribus è nido hirundinum. Gryllum dilutum aqua calida. Ossifragi ventrem arefactum. Turturis fimum in mulso decoctum, vel ipsius discoctæ ius. Turdos quoque edisse cum baccis myrti prodest vrinæ: cicadas tostas in patellis: millepedam oniscon bibisse: & in vesicæ doloribus decoctum agnorum pedum. Aluum ciet gallinaceorum discoctorum ius, & acria mollit. Ciet & hirundinum fimum, adiecto melle subditum. Sedis vitiis efficacissima sunt cæsypum (quidam adiiciunt pompholygem, & rosaceum) canini capitis cinis: senecta serpentis ex aceto, si rhagades sint: cinis fimi canini candidi cum rosaceo: aiuntque inuentum Æsculapij esse, & eodem verrucas efficacissimè tolli: murini fimi cinis, adeps cygni, seuum bouis. Procidencia alui succus cochlearum punctis euocatus illita depellit. Attritis medetur cinis muris syluatici cum melle: vel herinacci, cum vespertilionis cerebro, & alumine, & cæsypo. Fimum columbinum cum melle. Condylomatis priuatim araneus dempto capite pedibusque infricatur. Ne acria perurant, adeps anserinus cum cera Punica, cerussa, rosaceo: adeps cygni. Hæc & hæmorrhoidas sanare dicuntur. Ischiadicis cochleas crudas tritas cum vino ammineo & pipere, potu prodesse dicunt: lacertam viridem in cibo ablatis pedibus, interaneis, capite. Sic & stellionem, adiectis huic papaue-
 10 ris nigri obolis tribus. Ruptis conuulsis fel ouium cum lacte mulierum. Verendorum for-
 micationibus verrucisque medetur arietini pulmonis inassati sanies. Cæteris vitiis velle-
 20 rum eius vel fordidorum cinis ex aqua: seuum ex omento pecudis, præcipuè à renibus,
 admisto cinere pumicis & sale: lana succida ex aqua frigida: carnes pecudis combustæ ex
 aqua: mulæ vngularum cinis: dentis caballini contusi farina insperfa. Testibus verò,
 farina ex ossibus canini capitis sine carne tufis. Si decidat testium alter, spumam cochlea-
 rum illitam remedio esse tradunt. Tetrus ibi hulceribus & manantibus auxiliatur cani-
 30 ni capitis recentis cineres: cochleæ latæ paruæ contritæ ex aceto, vel cinis eius: mel, in
 quo apes sunt emortuæ, cum resina: cochleæ nudæ, quas in Africa gigni diximus, tritæ
 cum thuris polline & ouorum albo: tricesimoque die resoluunt. Aliqui pro thure bulbum
 admiscent. Hydrocelicis stelliones mirè prodesse tradunt, capite, pedibus, interaneisque
 demptis, reliquum corpus inassatum. In cibo id sæpius datur, sicut ad vrinæ incontinen-
 40 tiam. Caninum adipem^a cum alumine scisso fabæ magnitudine. Cochleas Africanas cum
 sua carne & testa crematas potio cinere. Anserum trium linguas inassatas in cibo: huius
 rei autor est Anaxilaus. Panos aperit seuum pecudum cum sale tosto. Murinum fimum
 admulto thuris polline, & sandaracha discutit. Lacertæ cinis, & ipsa diuisa imposita. Item
 multipeda contrita, admista resina terebinthina ex parte tertia. Quidam & sinopidem
 admiscent cochleæ contusæ. Et per se cinis inanium cochlearum ceræ mistus, discusso-
 40 riam vim habet. Fimum columbarum per sese, vel cum farina hordeacea, aut auenacea
 illitum. Cantharides mista calce panos scalpelli vice aperiunt. Inguinum tumorem co-
 chleæ minutæ cum melle illitæ leniunt. Varices ne nascantur, lacertæ sanguine pueris
 crura ieiunis à ieiuno illinuntur.

Ad podagras articulorum dolores.

C A P. I X.

POdagras lenit cæsypum cum lacte mulieris & cerussa: fimum pecudum, quod liqui-
 dum reddunt: pulmones pecudum: fel arietis cum seuo: mures dissecti impositi: san-
 guis mustelæ cum plantagine illitus, & viuæ combustæ cinis ex aceto & rosaceo, si pen-
 na illinatur, vel si cera & rosaceum admisceatur: fel caninum, ita ne manu attingatur, sed
 50 penna illinatur: fimum gallinarum: vermium terrenorum cinis cum melle, ita vt tertio
 die soluantur. Alij ex aqua illinire malunt. Alij ipsos aceto mensura cum mellis cyathis

M 4

^a melius, Cū alumine schi-
 sto, tum ex
 vetusto cod. tū
 ex Plinio ipso,
 qui infra libr.
 35. cap. 15. duo
 facit aluminis
 concreti gene-
 rasque Gra-
 cis non inibus
 distinguit, schi-
 ston appellat,
 & strongy-
 lon, hoc est,
 scissile & ro-
 tundum.

tribus, pedibus antè rosaceo perunctis. Cochleæ latæ potæ tollere dicuntur pedum & articulorum dolores. Bibuntur autem binæ in vino tritæ. Eadem illinuntur cum helxines herbæ succo. Quidam ex aceto intriuisse contenti sunt. Quidam sale cum vipera cremato in olla noua, & sæpius sumpto, aiunt podagra liberari. Vtile esse & adipe viperino pedes perungi. Et de miluo affirmant, si inueterato tritòque, quantum tres digiti capiant, bibatur ex aqua. Aut si pedes sanguinent cum vrtica: vel pennis eorum, cum primùm nascentur, tritis cum vrtica. Quin & fimus eorum articulorum doloribus illinitur: item cinis mustelæ aut cochlearum, & cum amylo vel tragacantho. Incussos articulos aranei telæ commòdissimè curât. Sunt qui cinere earum vti malint, sicut fimi columbini cinere, cum polenta & vino albo. Articulis luxatis præsentaneum est & seuum pecudis cum cinere è capillo mulierum. Pernionibus quoque imponitur seuum pecudum cum alumine. Canini capitis cinis, aut fimi murini. Quod si putrida sint hulcera, cera addita ad cicatricem perducunt, vel gryllorum crematorum fauilla ex oleo: item muris syluatici cum melle: vermium quoque terrenorum cum oleo vetere: & cochleæ, quæ nudæ inueniuntur. Hulcera omnia pedum sanat cinis earû, quæ viuæ combustæ sint: fimi que gallinacei cinis exulcerationes, columbini fimi cinis ex oleo. Attritus etiam calceamentorum, veteris soleæ crematæ cinis, agninus pulmo & arietis sanat. Dentis caballini contusi farina priuatim subluuiem. Lacertæ viridis sanguis subtritus, & hominum & iumentorum pedes sublitus sanat. Clauos pedum vrina muli mulæve cû luto suo illita: fimum ouium. Iecur lacertæ viridis, vel sanguis flocco impositus: vermes terreni ex oleo: stellio-
nis caput cum viticis pari modo tritum ex oleo: fimum columbinum decoctum ex aceto. Verrucas verò omnium generum vrina canis recens cum suo luto illita: fimi canini cinis cum cera: fimum ouium: sanguis recens murinus illitus, vel ipse mus diuulsus: herinacei fel: caput lacertæ vel sanguis, vel cinis totius: mēbrana senectutis anguium: fimum gallinaceum cum oleo & nitro. Cantharides cum vua taminia intritæ exedunt: sed ita erosas aliis, quæ ad persananda hulcera monstrauimus, curari oportet.

Remedia aduersus morbos toti corpori.

C A P. X.

NVnc reuertemur ad ea, quæ totis corporibus metuenda sunt. Fel canis nigri masculi amuletum esse Magi dicunt domus totius, suffitæ eo purificatæve contra omnia mala medicamenta. Item sanguine canis respersis parietibus, genitalique eius sub limine ianuæ defosso. Minus mirentur hoc, qui sciunt fœdissimum animalium in quantum magnificent ricinum, quoniam vni nullus sit exitus saginæ, nec finis alia quàm morte, diutius in fame viuenti. Septenis ita diebus durasse tradunt: at in satietate paucioribus dehiscere. Hunc ex aure sinistra canis omnes dolores sedare adalligatum. Eundem in augurio vitalium habent. Nam si æger ei respondeat qui intulerit, à pedibus stanti interrogantique de morbo, spem vitæ certam esse: moriturum nihil respondere. Adiciunt, vt euellatur ex aure læua canis, cui non sit alius, quàm niger color. Nigidius fugere tota die canes conspectum eius, qui è sue id animal euellerit, scriptum reliquit. Rursus Magi tradunt, lymphatos sanguinis talpæ aspersu respiscere. Eos verò, qui à nocturnis Diis Faunisque agitentur, draconis lingua, & oculis, & felle, intestinisque in vino & oleo decoctis, ac sub dio noctu refrigeratis, perunctos matutinis vespertinisque liberari. Perfrictionibus remedio esse tradit Nicander amphibænam mortuam adalligatam, vel pellem tantum eius. Quinimo arbori, quæ cædatur, adalligata non algere cædentes, faciliusque succidere. Itaque sola serpentium frigori se committit, prima omnium procedens, & ante cuculi cantum. Aliud est cuculo miraculum, quo quis loco primo audiat alitem illam, si dexter pes circumscribatur, ac vestigium id effodiatur, non gigni pulices, vbicunque spargatur. Paraly sin cauentibus pinguia glirium decoctorum & foricum utilissima tradunt esse: mille das, vt in anginis diximus, potas phthisin sentientibus: lacertam viridem decoctam in vini sextariis tribus ad cyathum vnum, singulis cochlearibus sumptis per dies, donec conualescant. Cochlearum cinerem potum in vino. Comitialibus

mitialibus morbis œsypum cum myrrhæ momento, & vini cyathis duobus dilutum,
 magnitudine nucis auellanæ, à balneo potum. Testiculos arietinos inueteratos, tritosq;
 dimidio denarii pondere in aqua vel lactis asinini hemina. Interdicitur vini potus qui-
 nis diebus antè & postea. Magnificè laudatur & sanguis pecudum potus: item fel cum
 melle, præcipuè agninum. Catulus lactens sumptus, abscisso capite pedibusque, ex vi-
 no & myrrha. Lichen mulæ potus in oxymelite cyathis tribus. Stellionis transmarini
 cinis potus in aceto. Tunica stellionis, quam eodem modo, vt anguis, exuit, pota.
 Quidam & ipsum harundine exenteratum inueteratumque bibendum dedere. Alij in
 cibo in ligneis veribus inassatum. Operæpretium est scire quomodo præripiatur, cum
 10 exuitur membrana hyberna, aliàs deuoranti eam, quoniam nullum animal fraudulen-
 tius inuidere homini tradunt. Inde stellionum nomen aiunt in maledictum translatum.
 Obseruant cubile eius æstatibus. Est autem in locis hostiorû fenestrarumque, aut came-
 ris sepulcrisve: ibi vere incipiente fissis harundinibus textas opponunt easas, quarum an-
 gustiis etiam gaudet, eo faciliùs exuens circumdatum torporem. Sed eo derelicto non
 potest remeare. Nihil ei remedio in comitialibus morbis præfertur. Prodest & cerebrum
 mustelæ inueteratum potumque, & iecur eius: testiculi vuluæque aut ventriculus inue-
 teratus cum coriandro, vt diximus: item cinis: syluestris verò tota in cibo sumpta. Ea-
 dem omnia prædicantur ex viuerra. Lacerta viridis cum condimentis quæ fastidium
 abstergeat, ablatis pedibus & capite. Cochlearum cinis addito semine lini & vrticæ cum
 20 melle inunctos sanat. Magis placet draconis cauda in pelle dorcadis adalligata ceruinis
 neruis: vel lapilli è ventre pullorum hirundinum sinistro lacerto annexi. Dicuntur e-
 nim excluso pullo lapillum dare. Quòd si pullus is detur incipienti in cibo quem pri-
 mum peperit, cum quis primùm tentatus sit, liberatur eo malo. Postea medetur hiru-
 dinum sanguis cum thure vel cor recens deuoratum. Quin & è nido earum lapillus im-
 positus recreare dicitur confestim, & adalligatus in perpetuum tueri. Prædicatur & iecur
 milui deuoratum, & senectus serpentium. Iecur vulturis tritum cum suo sanguine ter
 septenis diebus potum. Cor pulli vulturini adalligatum. Sed & ipsum vulturem in cibo
 dari iubent, & quidem satiatum humano cadauere. Quidam pectus eius bibendum cen-
 sent, & in cerrino calice. Aut testes gallinacei ex aqua & lacte, antecedente quinque die-
 30 rum abstinentia vini, ob id inueteratos. Fuere & qui viginti vnam muscas rufas, & qui-
 dem emortuas, in potu darent, infirmioribus pauciores.

*Contra morbum regium, & phreneticos, & contra
 febres & hydropicos.*

CAP. XI.

MOrbo regio resistunt sordes aurium, aut mammarum pecudis denarij pondere cum
 myrrhæ momento, & vini cyathis duobus: canini capitis cinis in mulso: multiper-
 da in vini hemina: vermes terreni in aceto mulso cum myrrha. Gallina si sit luteis pedi-
 bus prius aqua purificatis, dein collutis vino, quod bibatur. Cerebrum perdicis aut
 aquilæ in vini cyathis tribus. Cinis palmarum aut interaneorum palumbis in mulso ad
 40 cochlearia tria. Passerum cinis sarmentis crematorum cochlearibus duobus in aqua mul-
 sa. Auis icterus vocatur à colore, quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, & auem
 mori. Hanc puto Latine vocari galgulum. Phreneticis prodesse videtur pulmo pecudum
 calidus circa caput alligatus. Nam non modò muris cerebrum dare potui ex aqua, aut
 cinerem mustelæ, verum etiam inueteratas herinacei carnes quis possit furenti, etiam si
 certa fit medicina? Bubonis certè oculorum cinerem inter ea, quibus prodigiosè vitam
 ludificatur, acceperim. Præcipuèque febrium medicina placitis eorum renuntiat. Nanque
 & in xij. signa digessere eam Sole transmeante, iterumque Luna: quod totum abdicandum
 paucis exemplaribus docebo. Siquidem crematis tritisque cum oleo perungi iubet ægros
 cum Geminis transit Sol, cristis, & auribus, & vnguibus gallinaceorum: si Luna, radiis bar-
 50 bisque eorum: si Virginem alteruter, hordei granis: si Sagittarium, vespertilionis alis: si
 Leonem Luna, tamaricis fronde, & adiiciunt fatiuæ: si Aquarium, è buxo carbonibus tritis.

Ex iltis confessa, aut certè verisimilia ponemus, sicut & lethargum olfactoriis. excitari: inter ea fortassis mustelæ testiculis inueteratis, aut iocinere vsto. His quoque pulmonem pecudis calidum circa caput adalligari putant vtile. In quartanis medicina clinice prope modum nihil pollet. Quamobrem plura eorum remedia ponemus, primumque ea, quæ adalligari iubent: Pulverem, in quo se accipiter volutauerit, lino rutilo in linteolo: canis nigri dentem longissimum. Pseudosphecem vocant vespam, quæ singularis volitat: hanc sinistra manu apprehensam subnectunt: alij verò, quam quis eo anno viderit primam. Viperæ caput abscissum in linteolo, vel cor viuientis exemptum. Muris rostellum auriculâsque summas roseo panno, ipsûmque dimittunt. Lacertæ viridis viuæ dextrum oculum effossum, mox cum capite suo deciso, in pellicula caprina. Scarabæum 10 qui pilulas voluit. Propter hunc Ægypti magna pars scarabæos inter numina colit, curiosa Apionis interpretatione, qua colligat Solis operum similitudinem huic animali esse ad excusandos gentis suæ ritus. Sed & alium adalligant Magi, cui sunt cornicula reflexa, sinistra manu collectum. Tertium, qui vocatur fullo, albis guttis, dissectum vtrique lacerto adalligant: cætera sinistro. Cor anguinum sinistra manu exemptum viuentibus. Scorpionis caudæ quatuor articulos cum aculeo panno nigro, ita vt nec scorpionem dimissum, nec eum qui alligauerit, videat æger triduo. Post tertium circuitum id condat. Erucam in linteolo ter lino circumdant totidem nodis, ad singulos dicentes, quare faciat qui medebitur. Limacem in pellicula, vel quatuor limacum capita præcisa harundine. Multipedam lana inuolutam. Vermiculos ex quibus tabani fiunt, antequam 20 pennas germinent. Alios è spinosis fructibus lanuginosos. Quidam ex illis quaternos inclusos iuglandis nucis putamine adalligant: cochleâsque, quæ nudæ inueniuntur. Stelionem inclusum capsulis subiiciunt capiti, & sub decessu febris emittunt. Deuorari autem iubent cor mergi marini sine ferro exemptum inueteratûmque conteri, & in calida aqua bibi. Corda hirundinum cum melle. Alij fimum drachma vna in lactis caprini & ouilli, vel passi cyathis tribus ante accessiones. Sunt qui totas censeant deuorandas. Aspidei cutem pondere sexta parte denarij cum piperis pari modo, Parthorum gentes in remedium quartanæ bibunt. Chrysippus Philosophus tradidit phryganion adalligatum remedio esse quartanis. Quod esset animal neque ille descripsit, nec nos inuenimus qui nouisset. Demonstrandum tamen fuit à tam graui autore dictum, si cuiusquam cura 30 efficacior esset ad inquirendum. Cornicis carnes esse, & nidum illinire, in longissimis morbis vtilissimum putant. Et in tertianis fiat potestas experiendi, quoniam miseria spei delectat, ane aranei, quem lycon vocant, tela cum ipso specu toto resina cerâque imposita vtrisque temporibus & fronti proffit: aut ipse calamo adalligatus, qualiter & aliis febribus prodesse traditur: item lacerta viridis adalligata viua in eo vase quod capiat. Quo genere & recidiuas frequenter abigi affirmant. Hydropicis cæsypum ex vino addita myrrha modicè potui datur, nucis auellanæ magnitudine. Aliqui addunt & anserinum adipem, & oleum myrteum. Sordes ab vberibus ouium eundem effectum habent. Item carnes inueteratæ herinacei sumptæ. Vomitus quoque canum illitus ventri, aquam 40 trahere promittitur.

Ad ignem sacrum, ad carbunculos, furunculos, ambusta, neruorumque contractiones.

C A P.

X I I.

IGni sacro medetur cæsypum cum pompholyge & rosaceo, ricini sanguis, vermes terreni ex aceto illiti, gryllus contritus in manibus. Quo genere præstat, vt qui id fecerit, antequam incipiat vitium, toto eo anno careat. Oportet autem eum ferro cum terra cauernæ suæ tolli: Adeps anseris. Viperæ caput aridum asseruatum & combustum, dein ex aceto impositum. Senectus serpentium ex aqua illita à balineo cum bitumine & seuo agnino. Carbunculus fimo columbino aboletur per se illito, vel cum lini semine ex aceto mulso. Item apibus, quæ in melle sunt immortuæ impositis. Polétaq; imposita inspersa. 50 Si in verendis sit, cæterisq; ibi hulceribus occurrit è melle cæsypum cum plûbi squamis. Item

Item fimum pecudum incipientibus carbunculis. Tubera & quæcūque molliri opus sit, efficacissimè anserino adipe curantur. Idem præstat & gruum adeps. Furunculis mederi dicitur araneus, priusquam nominetur impositus, & tertia die solutus. Mus araneus pendens enecatus, sic vt terram nec postea attingat, ter circumdatus furiculo, toties expuentibus medente & eo cui medebitur. Ex gallinaceo fimo quod est rufum maximè recès illitum ex aceto. Ventriculus ciconiæ ex vino decoctus. Muscæ impari numero infricatæ digito medico. Sordes ex pecudum auriculis. Seuum ouium vetus cum cinere è capillis mulierum. Seuum arietis cum cinere pumicis & falis pari pōdere. Ambustis canini capitis cinis medetur. Item glirium cum oleo. Fimum ouium cum cera commistum. Muriū
 10 cinis & cochlearum: idque sic vt ne cicatrix quidem appareat. Itē adeps viperinus. Fimi columbini cinis ex oleo illitus. Neruorum nodis medetur capitis viperini cinis ex oleo cyprino illitus. Terreni vermes cum melle illiti. Dolores tollit eorum amphibia mortua adalligata. Adeps vulturinus cum ventre arefactus, contritusque cum adipe suillo inueterato. Cinis è capite bubonis in mulso potus cum lilij radice, si Magis credimus. In contractione neruorum caro palumbina in cibis prodest & inueterata: herinacci spasticis: item mustelæ cinis. Serpentium senectus in pelle taurina adalligata spasmos fieri prohibet. Opisthotonos milui iecur aridum tribus obolis in aquæ mulsæ cyathis tribus potum. Reduias, & quæ in digitis nascuntur pterygia, tollūt, canini capitis cinis, aut vulua decocta in oleo, superillito butyro ouillo cum melle. Item folliculus cuiuslibet animalium
 20 fellis. Vnguium scabritiam cātharides cum pice tertio die solutæ, aut locustæ frictæ cum seuo hircino. Pecudum seuum. Aliqui miscent viscum & portulacam, alij æris florem & viscum, ita vt tertio die soluant.

Ad sanguinem sistendum & tumores vulnerum, hulcera, vulnera, & alia mala, ex animalibus remedia.

C A P.

X I I I.

Sanguinem sistit in naribus seuum ex omento pecudum inditum. Item coagulum ex aqua, maximè agninum, subductum vel infusum, etiam si alia non prosint. Adeps anserinus cum butyro pari pondere pastillis ingestus. Cochlearum terrena. Sed & ipsæ extractæ testis. E naribus fluentem sistunt cochleæ contritæ fronti illitæ: aranei telæ sup-
 30 positæ: gallinacei cerebellum, vel sanguinis profluua ex cerebro: item columbinus sanguis ob id feruatus concretusque. Si verò ex vulnere immodicè fluat, fimi caballini cum putaminibus ouorum cremati cinis impositus mirè sistit. Vulneribus medetur œsypum cum hordei cinere & ærugine æquis partibus. Ad carcinomata quoque ac serpentina valet. Erodit & hulcerum margines: carnesque excrecentes ad æqualitatem redigit. Explet quoque, & ad cicatricem perducit. Magna vis & in cinere pecudum fimi ad carcinomata, addito nitro aut cinere ex ossibus fœminum agnorum, præcipuè in his hulceribus quæ cicatricem non trahant. Magna & pulmonibus quoque arietum. Excrecentes carnes in hulceribus ad æqualitatem efficacissimè reducant. Fimo quoque ipso ouium sub testa calefacto & subacto, tumor vulnerum sedatur. Fistulæ purgantur fa-
 40 nanturque: item epiniætides. Summa verò vis in canini capitis cinere: excrementa omnia spodij vice erodit ac persanat. Et murino fimo eroduntur. Item mustelæ fimi cinere. Duritias etiam in alto hulcerum & carcinomata persequitur multipeda trita, admista resina terebinthina & sinopide. Eadèmq; utilissima sunt in his hulceribus, quæ vermibus periclitantur. Quin & vermium ipsorum genera mirandos vsus habent. Cofses qui in ligno nascuntur, sanant hulcera omnia. Nomas verò, combusti cum pari pondere anisi, & ex oleo illiti. Vulnera recentia conglutinant terreni, adeò vt neruos quoque abscissos illitis solidari infra septimum diem persuasum sit: itaque in melle seruandos censent. Cinis eorum margines hulcerum duriores absomit, cum pice liquida vel simbio melle. Quidam arefactis in Sole ad vulnera ex aceto vtuntur, nec soluunt,
 50 nisi biduo intermisso. Eadem ratione & cochlearum terrena prosunt: totæque exemptæ & impositæ, recentia vulnera conglutinant, & nomas sistunt. Herpes quoque ani-

mal à Græcis vocatur, quo præcipuè sanantur quæcunque serpunt. Cochleæ profunt eis cum testis suis tusæ: cum myrrha quidem & thure, etiam præcisos neruos sanare dicuntur. Draconum quoque adeps siccatus Sole magnopere prodest: item gallinacei cerebrum recentibus plagis, sale viperino in cibo sumpto. Tradunt & hulcera tractabilia fieri, & sanari celerius. Antonius Musa Medicus cum incidisset insanabilia hulcera, vipers edendas dabat, miræque celeritate perfanabat. Tryxalidum cinis margins hulcerum duos aufert cum melle: item fini columbini cinis cum arsenico & melle, ea quæ erodenda sunt. Bubonis cerebrum cum adipe anserino mirè vulnera dicitur glutinare: quæ verò vocantur cacoëthe, cinis feminum arietis cum lacte muliebri, diligenter prius elutis linteolis. Vlula auis cocta in oleo, cui liquato miscetur butyrum ouillum & mel. Hulcerum labra duriora apes in melle mortuæ emolliunt. Et elephâtia in sanguis & cinis mustelæ. Verberum vulnera atque vibices pellibus ouium recentibus impositis obliterantur. Articulorum fracturis cinis feminum pecudis peculiariter medetur: efficacius cum cera. Idem medicamentum fit ex maxillis simul vltis, cornuque ceruino & cera mollita rosaceo. Ossibus fractis caninum cerebrum linteolo illito, superpositis lanis, quæ subinde suffundantur, ferè x i i j. diebus solidat: nec tardiùs cinis syluestris muris cum melle, aut cum vermium terrenorum cinere, qui etiam ossa extrahit. Cicatrices ad colorem reducit pecudum pulmo, præcipuè ex ariete, seuum ex nitro: lacertæ viridis cinis: vernatio anguium ex vino decocta: fimum columbinum ex melle. Item vitiligines albas ex vino. Ad vitiliginem & cantharides cum rutæ foliorum duabus partibus in Sole, donec formicet cutis, tolerandæ sunt. Postea fouere, oleoque perungere, necessarium, iterumque illinire, idque diebus pluribus facere, cauentes exulcerationem multam. Ad easdem vitiligines & muscas illini iubent cum radice lapathorum: gallinarum fimum candidum, seruatum in oleo vetere cornea pyxide: vespertilionum sanguinem: fel herinacei ex aqua. Scabiem verò, bubonis cerebrum cum aphronitro, sed ante omnia sanguis caninus sedant: pruritus cochleæ minutæ, latæ, contritæ illitæ. Harundines, & tela, quæque alia extrahenda sunt corpori, euocat mus dissectus impositus. Præcipuè verò lacerta dissecta, & vel caput eius tantum contusum cum sale impositum. Cochleæ ex his quæ gregatim folia sectantur, contusæ impositæque cum testis, & ex quæ manduntur, exemptæ testis: sed cum leporis coagulo efficacissimè. Ossa anguium eundem cum coagulo cuiuscunque quadrupedis intra tertium diem approbant effectum. Laudantur & cantharides tritæ cum farina hordeacea.

Ad muliebria mala medenda, & conceptus maturandos.

C A P.

X I I I I.

IN muliebribus malis membranæ à partu ouium proficiunt, sicut in capris retulimus. Fimum quoque pecudum eosdem vsus habet. Locustarum suffitu stranguriæ maxime mulierum iuuantur. Gallinaceorum testes subinde si à conceptu edat mulier, mares in vtero fieri dicuntur. Partus conceptos hystricum cinis potus continet: maturat caninum lac potum: euocat membrana è canum secundis, si terram non attigerit. Lumbos parturientium potus lactis: fimum murinum aqua pluuia dilutum, mammas mulierum à partu tumefcentes reficit. Cinis herinaceorum cum oleo perunctarum custodit partus contra abortus. Faciliùs enituntur, quæ fimum anserinum cum aquæ cyathis duobus forbuere: aut ex vtriculo mustelino per genitale effluentes aquas. Vermes terreni illiti in ceruices & scapulas, ne nerui doleant præstant. Grauidis secundas pellunt in passo poti. Iidem per se impositi, mammaram suppurationes concoquunt & aperiunt, extrahuntque, & ad cicatricem perducunt. Lac deuocant poti cum mulso. Inueniuntur & in gramine vermiculi, qui adalligati collo, continent partum. Detrahuntur autem sub partu: aliàs eniti non patiuntur. Cauendum etiam ne in terra ponantur. Conceptus quoque causa dantur in potu quini aut septeni. Cochleæ in cibo sumptæ accelerant partum: item conceptum impositæ cum croco. Eadem ex amylo & tragacantha illitæ, profluvia sistunt. Profunt & purgationibus sumptæ in cibo, & yuluam auer-

auerfam corrigunt cum medulla ceruina, ita vt vni cochleæ denarij pondus addatur & cyperii. Inflationes quoque vuluarum discutiunt exemptæ testis, tritæque cum rosaceo. Ad hæc astypalæicæ maximè eliguntur. Alio modo Africanæ binæ tritæ cum fœnigræci quod tribus digitis capiatur, additis mellis cochlearibus quatuor, illinuntur aluo, prius irino succo perunctæ. Sunt & minutæ longæque, candidæ cochleæ, passim oberrantes. Eæ arefactæ Sole in tegulis, tufæque in farina, miscentur lomento æquis partibus, candorémque & læuorem corpori afferunt. Scabendi desideria tollunt minutæ & latæ cū polenta. Viperam mulier prægnans si transcenderit, abortum faciet: item amphispænam, mortuam duntaxat. Nam viuam habentes in pyxide, impunè transeunt, etiam si mortua sit: atque asseruata, partus faciles præstat vel mortua. Mirum, si nō asseruatam transcenderit grauida, innoxiam fieri, si protinus transcendat asseruatam. Anguis inueterati suffitus menstrua adiuuant. Anguium senectus adalligata lumbis, faciliores partus facit, protinus à puerperio remouenda. Dant & in vino bibendam cum thure: aliter sumpta, abortum facit. Baculus, quo angui rana excussa sit, parturientes adiuuat: tryxalidum cinis illitus cum melle, purgationes. Item araneus, qui filum deducit ex alto, capi debet manu caua, tritúsque admoueri: quòd si redeuntem prehenderit, inhibebit idem purgationes. Lapis ætites in aquilæ repertus nido, custodit partus cōtra omnes abortuum insidias. Penna vulturina subiecta pedibus adiuuat parturientes. Ouum corui grauidis cauendū constat, quoniam transgressus abortus asperos faciat. Fimum accipitris in mulso potum, videtur fœcundas facere. Vuluarum duritias & collectiones, adeps anserinus aut cygni emollit. Māmas à partu custodit adeps anseris cum rosaceo & araneo. Phryges & Lycæones mammis puerperio vexatis inuenere otidum adipem vtile esse: his quæ vulua strangulentur, & blattas illinunt. Ouorum perdicis putaminum cinis cadmiæ mistus, & ceræ, stantes mammas seruat. Putant & ter circumductas ouo perdicis non inclinari: & si forbeantur eadem, fœcunditatem facere, lactis quoque copiam. Cum anserino adipe perunctis mammis, dolores minuere, molas vteri rumpere, scabiem vuluarum sedare, si cum cimice trito illinantur. Vespertilionum sanguis psilothri vim habet: sed malis puerorum illitus non satis proficit, nisi erucæ vel cieutę semen postea inducatur: sic enim aut in totum tolluntur pili, aut non excedunt lanuginem. Idem & cerebro eorum profici putāt. Est autem duplex, rubens vtique, & candidum. Aliqui sanguinem & iecur eius admiscēt. Quidam in tribus heminis olei discoquunt viperā, exemptis ossibus psilothri vice vtuntur, euulsis prius pilis quos renasci nolunt. Fel herinacei psilothrum est, vtique misto cerebro vespertilionis, & lacte caprino. Item per se cinis cum lacte canis primi partus, euulsis pilis quos renasci nolunt: vel nondum natis, perunctis partibus, alij nō surgunt. Idem euenire traditur sanguine ricini euulsi cani: item hirundinino sanguine vel felle.

Promiscua medicina.

CAP. XV.

Ovis formicarum supercilia denigrari cum muscis tritis tradunt. Si verò oculi nigri nascentium placeant, foricem prægnanti edendum. Capilli ne canescant, vermium terrenorum cinere præstari admisto oleo. Infantibus, qui lacte concreto vexantur, præsidio est agninum coagulum ex aqua potum. Aut si vitium coagulato lacte acciderit, discutitur coagulo ex aceto dato. Ad dentitionem cerebrum pecori vtilissimum est. Ossibus in canino fimo inuentis, adustio infantium, quæ vocatur siriasis, adalligatis emendatur, ramices infantium lacertæ viridis admotæ dormientibus morfu. Postea harundini alligata suspenditur in fumo: traduntque pariter cum ea expirante sanari infantem. Cochlearum saliuia illita infantium oculis, palpebras corrigat gignitque. Ramicosis cochlearum cinis cum thure ex oui albi succo illitus per dies triginta medetur. Inueniuntur in corniculis cochlearum harenaceæ duritiæ: eæ dentitionem facilem præstant adalligatæ. Cochlearum inanium cinis admistus ceræ, proci-

punctis emissam e cerebro viperæ. Cerebrum viperæ illigatum pelliculæ dentitiones adiuuat. Ad idem valent & grandissimi dentes serpentium. Fimum corui lana adalligatum infantium tussi medetur. Vix est ferio complecti quædam: non omittenda tamen, quia sunt prodita. Ramici infantium lacerta mederi iubent. Marem hanc præhendi. Id intelligi & quod sub cauda vnam cauernâ habeat. Id agendum, vt per aurum & argentum aut ostrum mordeat vitium. Tum in calice nouo illigatur, & in fumo ponitur. Vrina infantium cohibetur muribus elixis in cibo datis. Scarabæorum cornua grandia dētīculata, adalligata his amulērī naturam obtinent. Bouis capiti lapillum ineffe tradunt, quē ab eo expui si necem timeat, inopinantis præciso capite exemptum, adalligatumque, mirè prodesse dentitioni. Item cerebrum eiusdem ad eundem vsum adalligari iubēt: & lima-¹⁰ cis lapillū siue ossiculum, quod inuenitur in dorso. Magnificè iuuat & ouis cerebrū ginguis illitum: sicut aures adeps anserinus cum ocini succo impositus. Sunt vermiculi in spinosis herbis asperi, lanuginosi: hos adalligatos protinus mederi tradūt infantibus, si quid ex cibo hæreat. Somnos allicit cęsypum cū myrrhæ momento in vini cyathis duobus dilutum, vel cū adipe anserino & vino myrtite: auis cuculus leporina pelle adalligatus: ardeolæ rostrum in pelle asinino fronti adalligatum. Putāt & per se rostrum eiusdē effectus esse vino collutum. E diuerso somnum arcet vespertilionis caput aridum adalligatum. In vrina virili lacerta necata, Venerem eius qui biberit, cohibet. Nam inter amatoria esse Magi dicunt. Inhibet & fimum cochleæ & columbinum cum oleo & vino potum. Pulmonis vulturini dextræ partes Venerem concitant viris adalligatæ gruis pelle.²⁰ Item si lutea ex ouis quinque columbarum, admisso adipis suilli denarij pōdere, ex melle sorbeantur. Passeres in cibo vel oua eorum. Gallinacei dexter testis arietina pelle adalligatus. Ibiūm cineres cum adipe anseris & irino perunctis si conceptus fit, partus continere: contrā inhiberi Venerem pugnatoris galli testiculis anserino adipe illitis adalligatisque pelle arietina tradunt. Item cuiuscunque galli gallinacei, si cum sanguine gallinacei lecto subiiciantur. Cogunt cōcipere inuitas setæ ex cauda mulæ, si iunctis euellantur, inter se colligatæ in coitu. Qui in vrinam canis suam ingesserit, dicitur ad Venerem pigrior fieri. Mirū & de stellionis cinere (si verum est) linamento inuolutū in sinistra manu Venerem stimulare: si transferatur in dextram, inhibere. Item vespertilionis sanguinē collectum flocco, suppositūmque capiti mulierum, libidinem mouere: aut anseris linguā³⁰ in cibo vel potione sumptam. Phthiriasin à toto corpore pota membrana senectutis anguium triduo inhibet: ac serum exempto caseo potum cum exiguo sale. Cascos, si cerebrum mustelæ coagulo addatur, negat corrumpi vetustate, aut à muribus attingi. Eiusdē mustelæ cinis si detur in ossa gallinaceis pullis & columbinis, tutos esse à mustelis. Iumentorum vrinæ tormina vespertilione adalligato finiuntur. Verminatio ter circumlato verendis palumbo: mirū dictū, palumbus emissus moritur, iumentum liberatur cōfestim. Ebriosis oua noctuæ per triduum data in vino, tædium eius adducunt. Ebrietatem arcet pecudum assus pulmo præsumptus. Hirundinis rostri cinis cum myrrha tritus, & in vino quod bibetur inspersus, securos præstabit à temulentia. Inuenit hoc Horus Assyriorum rex. Præter hæc sunt notabilia animalium ad hoc volumen pertinentium. Gromphenā⁴⁰ auem in Sardinia narrant grui similem, ignotam iam etiam Sardis, vt existimo. In eadem prouincia est ophion ceruis tantūm pilo similis, nec alibi nascens. Iidem autores nominare sirulugum, quod nec quale esset animal, nec vbi nasceretur, tradiderunt. Fuisse quidem non dubito, cū & medicinæ ex eo sint demonstratæ. M. Cicero tradit animal bytuos vocari, qui vites in Campania erodant.

De miraculis quarundam bestiarum.

C A P. X V I.

Reliqua mirabilia ex his, quæ diximus. Non latrari à cane membranā ex secundis canis habentem, aut leporis fimum vel pilos tenentem. In culicū genere muliones non ampliùs, quàm vno die, viuere. Eosque qui arborarij pici rostrum habeant, & mella exi-⁵⁰ mant, ab apibus non attingi. Porcos sequi eos, à quibus cerebrū corui acceperint in ossa.

Pulue-

Puluerem, in quo se mula volutauerit, corpori inspersum mitigare ardores animi. Sorices fugari, si vnus castratus emittatur. Anguina pelle, & fale, & farre cum serpyllo contritis vno die, deiectisque cum vino in fauces boum vna maturescence, toto anno eos valere: vel si hirundinum pulli tres tribus offis dentur. Puluere è vestigio anguium collecto, sparsas apes in aluearia reuerti. Arietis dextro teste præligato oues tantum gigni. Non lassescere in vlllo labore, qui neruos ex alis & cruribus gruis habeant. Mulas non calcitrare, cum vinum biberint. Ungulas tantum mularum repertas, neque aliam vllam materiam quæ non perroderetur à veneno Stygis aquæ, cum id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret, memoria dignum est, magna Aristotelis infamia excogitatum. Nunc
 10 ad aquatilia reuertemur.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIÆ

L I B E R X X X I.

P R O O E M I V M.

Medicina ex aquatilibus. Aquarum mirabilia.

C A P V T I.



30 **Q**VATILIVM sequuntur in medicina beneficia, opifice natura ne in illis quidem cessante, & per vndas fluctusque ac reciprocos æstus, amniùmque rapidos cursus improbas exerente vires: nusquam potentia maiore, si verum fateri volumus. Quippe hoc elementum cæteris omnibus imperat: terras deuorat aquæ, flammæ necant, scandunt in sublime, & cælum quoque sibi vindicant, ac nubium obtentu vitalem spiritum strangulant. Quæ
 30 causa fulmina elidit, ipso secum discordante mundo. Quid esse mirabilius potest aquis in cælo stantibus? At illæ, ceu parum sit in tantam peruenire altitudinem, rapiunt eò secum piscium examina. Sæpe etiã lapides subuehunt, portâtes aliena pondera. Eadem cadentes omnium terra nascetium causa fiunt, prorsus mirabili natura, si quis velit reputare, vt fruges gignantur, arbores fruticesque viuant, in cælum migrare aquas, animamque etiam herbis vitalem inde deferre: iusta confessione, omnes terræ quoque vires aquarum esse beneficij. Quapropter ante omnia ipsarum potentia exempla ponemus. Cunctas enim quis mortalium enumerare queat?

De differentia aquarum, medicinis, & obseruationibus c c l x v j.

C A P. I I.

40 **E**Micant benignè passimque in plurimis terris, alibi frigida, alibi calida, alibi iuncta, sicut in Tarbellis Aquitanica gente, & in Pyrenæis montibus, tenui interuallo discernente. Alibi tepida egelidæque auxilia morborum conferentes, & è cunctis animalium hominum tantum causa erumpentes. Augent numerum Deorum nominibus variis, vrbesque condunt, sicut Puteolos in Campania, Statyellas in Liguria, Sextias in Narbonensi prouincia. Nusquam tamen largius quam in Baiano sinu, nec pluribus auxiliandi generibus, aliæ sulphuris, aliæ aluminis, aliæ salis, aliæ nitri, aliæ bituminis, nonnullæ etiam acida falsæve mistura. Vapore quoque ipso aliquæ profunt. Tantaque eis est vis, vt balneas calefaciant, ac frigidam etiam in solis feruere cogant, quæ in Baiano Posidianæ vocantur, nomine accepto à Claudij Cæsaris liberti. Obsonia quoque percoquunt. Vaporat & in mari
 50 ipso, quæ Licinij Crassi fuere: mediosque inter fluctus existit aliquid valetudini salutare. Iam generatim neruis profunt pedibusve, aut coxædicibus, aliæ luxatis fractisve. Inaniunt.

aluos. Sanant hulcera. Capiti auribusque priuatim medentur: oculis verò Ciceronianæ. Digna memoratu villa est ab Auerno lacu Puteolos tendentibus imposita litori, celebrata porticu ac nemore, quam & vocabat M. Cicero Academiam, ab exemplo Athenarum ibi compositis voluminibus eiusdem nominis, in qua & monumentum sibi instaurauerat, ceu verò non & in toto terrarum orbe fecisset. Huius in parte prima exiguo post obitum ipsius, Antistio Vetere possidente, eruperunt fontes calidi perquam salubres oculis, celebrati carmine Laureæ Tullij, qui fuit è libertis eius, vt protinus noscatur etiam ministerium eius ex illa maiestate. Ponam enim ipsum carmen, dignum vbique, & non ibi tantum legi,

*Quo tua Romana vindex clarissime lingue
Sylua loco melius surgere iussa viret,
Atque Academia celebratam nomine villam,
Nunc reparat cultu sub potiore Vetus:
Hic etiam apparent lymphæ non antè repertæ,
Languida quæ infuso lumina rore leuant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope.
Ut, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures, oculis quæ medeantur, aquæ.*

In eadem Campaniæ regione Sinuessanæ aquæ sterilitatem fœminarum, & virorù infan- 20
niam abolere produntur. In Ænaria insula calculosis mederi. Et quæ vocatur Acidula,
ab Teano Sidicino quatuor M. pass. hæc frigida. Item in Stabiano, quæ dimidia vocatur:
& in Venafrano ex fonte Acidulo. Idem contingit in Velino lacu potantibus. Itè in Sy-
riæ fonte iuxta Taurum montem, autor est M. Varro: & in Phrygiæ Gallo flumine Calli-
machus. Sed ibi in potando necessarius modus, ne lymphatos agat, quod in Æthiopia
accidere his qui fonte rubro biberint Ctesias scribit. Iuxta Romam Albulæ aquæ vulne-
ribus medentur: egelidæ hæ: sed Cutiliæ in Sabinis gelidissimæ, suctu quodam corpora
inuadunt, vt propè morsus videri possit, aptissimæ stomacho, neruis, vniuerso corpori.
Thespiarum fons conceptus mulieribus repræsentat: Item in Arcadia flumen Elatum.
Custodit autem partum Linus fons in eadem Arcadia, abortusque fieri non patitur. E 30
diuerso in Pyrrhea flumen, quod Aphrodisium vocatur, steriles facit. Lacus Alphion vi-
tiligines tollit. Varro autor est, Titium quendam Prætura functum, marmorei signi fa-
ciem habuisse propter id vitium. Cydnus Ciliciæ amnis podagricis medetur, sicut appa-
ret in epistola Cassij Parmensis ad M. Antonium. Contra, aquarum culpa in Træzene
omnium pedes vitia sentiunt. Tungri ciuitas Galliæ fontē habet insignem, plurimis bul-
lis stellantem, ferruginei saporis: quod ipsum nõ nisi in fine potus intelligitur. Purgat
hic corpora: tertianas febres discutit, calculorumque vitia. Eadē aqua igne admoto tur-
bida fit: ad postremum rubescit. Leucogæi fontes inter Puteolos & Neapolim oculis &
vulneribus medentur. Cicero in admirandis posuit, Reatinis tantum paludibus vngulas
iumentorum indurari. Eudicus in Hestiarotide fontes duos tradit esse, Ceronem, ex quo 40
bibentes oues nigras fieri: Melan, ex quo albas: ex vtroque autem varias. Theophrastus
in Thuriis Crathim candorem facere, Sybarim nigritiam bobus ac pecori. Quin & ho-
mines sentire differentiam eam. Nam qui Sibarim bibant, nigriores esse, durioresque &
crispo capillo: qui ex Crathide, candidos mollioresque, ac porrecta coma. Item in Mace-
donia qui velint sibi candida nasci, ad Aliacmonem ducere: qui nigra aut fusca ad A-
xium. Idem omnia fusca quibusdam in locis tradit nasci, & fruges quoque, sicut in Mes-
sapiis. At Lusis Arcadiæ quodam fonte mures terrestres viuere & conuersari. Erythris
Aleos amnis pilos gignit in corporibus. In Bœotia ad Trophonium Deum iuxta flumen
Orchomenon duo sunt fontes, quorum alter memoriam, alter obliuionem affert, inde
nominibus inuentis. In Cilicia apud oppidum Cescum riuus fluit Nûs, ex quo biben- 50
tium subtiliores sensus fieri M. Varro tradit. At in Cea insula fontem esse, quo hebetes
fiant:

fiant: Zamæ in Africa, quo canoræ voces. Vinum tēdio venire his qui ex Clitorio lacu
 biberint. Et Eudoxus & Theopompus inebriari fontibus iis quos diximus. Mutianus
 Andri è fonte Liberi patris, statis diebus septenis eius Dei vinum fluere, si auferatur à
 cōspectu templi, sapore in aquā transcunte. Polyclytus explere olei vicem iuxta Solos
 Ciliciæ fontem. Theophrastus hoc idem fieri in Æthiopia eiusdem virtutis fonte. Ly-
 cos, in Indiæ terris fontem esse, cuius aqua lucernæ ardeant. Idem Ecbatanis traditur.
 Theopompus in Scotussa lacum esse dicit, qui vulneribus medetur. Iuba in Troglodytis
 lacum, insanum malefica vi appellatum, ter die fieri amarum falsūque, ac deinde dul-
 cem, totiesque etiam noctu, scatentem albis serpentibus vicenū cubitorum. Idem
 10 in Arabia fontem exilire tanta vi, vt nullum non pondus impactum respuat. Theophra-
 stus Marfyæ fontem in Phrygia ad Celænarum oppidum saxa egerere. Non procul ab
 eo duo sunt fontes, Clæon & Gelon, ab effectu Græcorum nominum dicti. Cyziçi fons
 Cupidinis vocatur, ex quo potantes amorem deponere Mutianus credit. Cranone est
 fons calidus citra summum feruorem, qui in vinum additus, triduo calorem potionis cu-
 stodit in vasis. Sunt & Mattiaci in Germania fontes calidi trans Rhenum, quorum hau-
 stus triduo feruet. Circa margines verò pumicem faciunt aquæ. Quòd si quis fide care-
 re ex his aliqua arbitratur, discat in nulla parte naturæ maiora esse miracula: quanquam
 inter initia operis abūdè multa retulimus. Ctesias tradit Siden vocari stagnum in Indis,
 in quo nihil innatet, omnia mergantur. Cælius apud nos in Auerno ait etiam folia subsi-
 20 dere: Varro, aues, quæ aduolauerint, emori. Contrà in Africæ lacu Apuscidamo omnia
 fluitant, nihil mergitur: Item in Siciliæ fonte^a Phinthia, vt Apion tradit: & in Medorum^a Pythiæ
 lacu puteoque Saturni. Fons Limyræ transire solet in loca vicina, portendens aliquid:
 mirūque quòd cum piscibus transit. Responso ab his petunt incolæ cibo, quem rapiūt
 annuentes: si verò euentum negent, caudis abigunt. Amnis Olachas in Bithynia Bria-
 zum alluit (hoc est & templo & Deo nomen) cuius gurgite periuri notantur pati velut
 flammam vrentem. Et in Cantabria fontes Tamarici in augurio habentur. Tres sunt,
 octonis pedibus distantes. In vnum alueum coeunt vasto amne. Singulis siccantur duo-
 decies diebus, aliquando vicies, citra suspicionem vllam aquæ, cū sit vicinus illis fons
 sine intermissione largus. Dirum est, non profluere eos aspicere volentibus: sicut proxi-
 30 mē Lartio Licinio legato post Præturam post septem dies accidit. In Iudæa riuus sabbat-
 tis omnibus siccatur. E diuerso miracula alia dira. Ctesias in Armenia scribit esse fon-
 tem, ex quo nigros pisces illico mortem afferre in cibus: quod & circa Danubij exortum
 audiui, donèc veniatur ad fontem alueo appositum, vbi finitur id genus piscium. Ideo-
 que ibi caput eius amnis intelligitur fama. Hoc idem & in Lydia in stagno nympharum
 tradunt. In Arcadia ad Pheneum aqua profluit è saxi, Styx appellata, quæ illico necat,
 vt diximus. Sed esse pisces paruos in ea tradit Theophrastus, letales & ipsos, quod non
 in alio genere mortiferorum fontium. Necare aquas Theopompus & in Thracia apud
^b Cychros dicit: Lycus in Leontinis tertio die, si quisquam biberit. Varro ad Soracten^b T. Clrob.
 in fonte, cuius sit latitudo quatuor pedum: Sole oriente eum exūdare feruenti similem,
 40 auésque quæ gustauerint, iuxta mortuas iacere. Nanque & hæc insidiosa conditio est,
 quòd quædam etiam blandiuntur aspectu, vt ad Nonacrin Arcadiæ. Omnino enim nul-
 la deterrent qualitate. Hanc putant nimio frigore esse noxiam, vtpote cū profluens ip-
 sa lapidescat. Aliter circa Thessalica Tempe, quoniam visus omnibus terrori est: tra-
 duntque etiam æs ac ferrum erodi illa aqua. Profluit (vt indicauimus) breui spatio: mi-
 rūque, siliqua syluestris amplecti radicibus fontem eum dicitur, semper florēs purpu-
 ra. Et quædam sui generis herba in labris fontis viret. In Macedonia, non procul Euri-
 pidis Poëtæ sepulcro, duo riuus confluunt, alter saluberrimi potus, alter mortiferi. In Per-
 perenis fons est, qui quacunque rigat, lapideam facit terram: item calidæ aquæ in Eubœæ
 Delio. Nanque alluit riuus, saxa in altitudinem crescunt. In Eurýmenis deiectæ coronæ
 50 in fontem, lapides fiunt. In Colossis flumen est, in quo lateres coniecti, lapides extrahun-
 tur. In Scyretico metallo arbores quæcunque flumine alluuntur, saxa fiunt cum ramis.

N

Distillantes quoque guttæ in lapides durefcunt in antris Coryciis: nam Miezæ in Macedonia, etiam pendentes in ipsis cameris: at in Coryco, cum decidere. In quibusdam spelûcis utroque modo, columnasque faciunt, ut in Phaulia Cherfonesi Rhodiorum in antro magno, etiam discolori aspectu. Et hæcenus contenti sumus exemplis.

De qualitate aquarum, in salubritate vel commoditate earum.

C A P.

I I I.

Quæritur inter Medicos, cuius generis aquæ sint utilissimæ. Stagnantes pigrasque merito damnant, utiliores quæ profluunt existimantes: cursu enim percussuque ipso extenuari atque proficere. Eoque miror, cisternarum ab aliquibus maximè probari. Sed hi rationem afferunt, quoniam leuissima sit imbrum aqua, ut quæ subire potuerit ac pendere in aëre. Ideo & niues præferunt imbribus, niuibûsque etiam glaciem, velut ad infinitum coacta subtilitate. Leuiores enim hæc esse, & glaciem multo leuiorem aqua. Horum sententiam refellere interest vitæ. In primis enim leuitas illa deprehendi aliter, quam sensu, vix potest, nullo penè momento ponderis aquis inter se distantibus. Nec leuitatis in pluuia aqua argumentum est subisse eam in cælum, cum etiam lapides subire appareat, cadensque inficiatur halitu terræ. Quo fit ut pluuia aquæ sordium inesse plurimum sentiat, citissimèque ideo calefiat aqua pluuia. Niuem quidem glaciemque subtilissimum elementi eius videri miror, appposito grandinum argumento, è quibus pestilentissimum potum esse conuenit. Nec verò pauci inter ipsos è contrario ex gelu ac niuibus insaluberrimos potus prædicant, quoniam exactum sit inde, quod tenuissimum fuerit. Minui certè liquorem omnem congelatione deprehenditur, & rore nimio scabiem fieri, pruina vredinem, cognatis & niuis causis. Pluuias quidem aquas celerrimè putrescere conuenit, minimèque durare in nauigatione. Epigenes autem, aquam quæ septies putrefacta purgata sit, perhibet amplius non putrescere. Nam cisternas etiam Medici confitentur inutiles, alio duritias facientes, faucibusque: etiam limi non aliis inesse plus, aut animalium quæ faciunt tædium, confitendum habent. Nec statim annium utilissimas esse, sicuti nec torrentium vllius, lacusque plurimos salubres maximè. Quædam igitur & huius generis aptissimæ aliæ alibi. Parthorum reges ex Choraspe & Eulæo tantum bibunt: & eam quamuis in longinqua comitantur illos. Et horum placere potum, non quia sint amnes, apparet, quoniam nec è Tigri nec Euphrate, nec è multis aliis bibunt. Limus aquarum vitium est: si tamen idem amnis anguillis scateat, salubritatis indicium habetur: sicuti frigoris, tineas in fonte gigni. Ante omnia autem damnantur amaræ, & quæ scrobem statim implent: quod euenit Trœzene. Nam nitrosas atque salmacidas in desertis Rubrum mare petentes, addita polenta, utiles intra duas horas faciunt, ipsaque vescuntur polenta. Damnantur in primis fontes, qui cœnum faciunt, quique malum colorem bibentibus: refert & si vasa ære inficiunt, aut si legumina tardè percoquant, si liquatæ leniter terram relinquunt, decoctæque crassis obducunt vasa crustis. Est etiam vitium non foetidæ modo, verum omnino quicquam respicientis, iucundum sit illud licet gratumque, & ut sæpe, ad viciniam lactis accedens. Aquam salubrem aëri quam simillimam esse oportet. Vnus in toto orbe traditur fons aquæ iucundè olentis in Mesopotamia Caburæ. Fabulæ rationem afferunt, quoniam eo Iuno perfusa sit. De cætero aquarum salubrium sapor odorve nullus esse debet. Quidam statim iudicant de salubritate, frustrante diligentia, quando perrarum est, ut leuior sit aliqua. Certior subtilitas, inter pares meliorem esse, quæ calefiat refrigereturque celerius. Quin exhaustam vasis ne manus pendeant, depositisque in humum tepescere affirmant. Ex quoniam ergo genere maximè probabilis continget? Puteis nimirum, ut in oppidis constare video: sed his, quibus exercitationis ratio crebro haustu contingit, & illa tenuitas colante terra. Salubritati hæc satis sunt. Frigori & opacitas necessaria, utque cælum videant. Super omnia obseruatio vna, eadem & ad perennitatem pertinet, ut illa vado exiliat vena, non è lateribus. Nam ut tactu gelida sit, etiam arte contingit, si etiam expressa in altum, aut è sublimi deiecta, verberatu corripiat aëra. In natando quidem spiritum

spiritum continentibus frigidior sentitur eadem. Neronis principis inuentum est, decoquere aquam, vitroque demissam in niues refrigerare. Ita voluptas frigoris cōtingit sine vitiiis niuis. Omnem vtique decoctam vtiliorem esse conuenit: item calefactam magis refrigerari, subtilissimo inuento. Vitiosæ aquæ remedium est, si decoquatur ad dimidias partes. Aqua frigida iniecta sistitur sanguis. Æstus in balneis arcetur, si quis ore teneat. Quæ sunt haustu frigidissime, non perinde & tactu esse, alternâte hoc bono, multi familiaris exemplo colligunt. Clarissima aquarum omnium in toto orbe, frigoris salubritatisque palma præconio vr̄bis, Marcia est, inter reliqua Deum munere vr̄bi tributa. Vocabatur hæc quondam Aufeia, fons autem ipse Piconia. Oritur in vltimis montibus Pelignorum: transit Marfos & Fucinum lacum, Romam non dubiè petens. Mox specu merfa, in Tiburtina se aperit i x. M. pass. fornicibus structis perducta. Primus eam in vr̄bem ducere auspicatus est Ancus Marcius, vnus è regibus. Postea Q. Marcius Rex in Prætura. Rursusque restituit M. Agrippa. Idem & Virginem adduxit ab octaui lapidis diuerticulo ij. M. pass. Prænestina via. Iuxta est Herculaneus riuus, quem refugiens Virginis nomen obtinuit. Horum amnium comparatione differentia supra dicta deprehenditur, cum quantum Virgo tactu, tantum præstet Marcia haustu. Quanquam vtriusque iam pridem vr̄bi periit voluptas, ambitione avaritiæque in villas ac suburbana decoquentibus publicam salutem. Non ab re sit, quærendi aquas iunxisse rationem. Reperiuntur in conuallibus maximè, & quodam conuexitatis cardine, aut montium radicibus. Multi septentrionales vbique partes aquosas existimauere. Qua in re varietatem naturæ aperuisse conueniat. In Hyrcanis montibus à meridiano latere non pluit. Ideo syluigeri ab Aquilonis tatum parte sunt. At Olympus, Ossa, Parnassus, Apenninus, Alpes vndique vestiuntur, amnibusque perfunduntur. Aliqui ab Austro, sicut in Creta Albi montes. Nihil ergo in his perpetuæ obseruationis iudicabitur. Aquarum sunt notæ iuncus aut harundo, aut herba, de qua dictum est: multumque aliqui loco pectore incubans rana. Salix enim erraticæ, & alnus, aut vitex, aut edera sponte proueniunt, & corruatione aquæ pluuiæ in locum humiliorem è superioribus defluentis, augurio fallaci. Certior multò nebulosa exhalatio est, ante ortum Solis longius intuentibus: quod ex edito quidam speculantur, proni terram mento attingente. Est & peculiaris æstimatio peritis tantum nota, quæ feruentissimo æstu sequuntur, dièque horis ardentissimis, qualis ex quoque loco repercussus splendeat. Nam si terra sitiente humidior est ille, indubitata spes promittitur. Sed tanta intentione oculorum opus est, vt indolescant: quod fugientes ad alia experimenta decurrunt, loco in altitudinem pedum quinque defosso, ollisque è figlino opere crudis, aut peruncta pelui ærea cooperto, lucernæque ardente concamerata frondibus, dein terra: Si figlinum humidum ruptumve, aut in ære sudor, vel lucerna sine defectu olei restincta, aut etiam vellus lanæ madidum reperiatur, non dubiè promittunt aquas. Quidam & igne prius excoquant locum, tanto efficaciore vasorum argumento. Terra verò ipsa promittit candicantibus maculis, aut tota glauci coloris. In nigra enim scaturigines non ferè sunt perennes. Figulari creta semper adimitur spes. Nec amplius puteum fodiunt, corria terræ obseruantes, vt à nigra descendat ordo supra dictus. Aqua semper dulcis in argillosa terra, frigidior in topho. Namque & hic probatur. Dulces enim leuesque facit, & colando continet sordes. Sabulum exiles limosæque promittit. Glarea incertas venas, sed boni saporis. Sabulum masculum & harena carbunculosa, certas stabilisque & salubres. Rubra saxa optimas, speique certissimæ. Radices montium saxosæ, & silex, hoc amplius rigentes. Oportet autem fodientibus humidiores assidue respondere glebas, faciliusque ferramenta descendere. Depressis puteis sulphurata vel aluminosa occurrentia putearios necant. Experimentum huius periculi est demissa ardens lucerna, si extinguitur. Tunc secundum puteum dextra ac sinistra fodiuntur æstuaria, quæ grauiorem illum halitum recipiant. Fit & sine his vitiiis altitudine ipsa grauior aër, quem emendant assiduo linteorum iactatu euentilando. Cum ad aquam ventum est, sine harena opus surgit, ne venæ obstruantur. Quædam aquæ vere statim incipiente frigidiores sunt, quarum non in alto

origo est: hybernis enim constant imbribus: quædã Canis ortu, sicut in Macedonia Pella vtrûque. Ante oppidû enim incipiente æstate, frigida est palustris: dein maximo æltu in excellioribus oppidi riget. Hoc & in Chio euenit, simili ratione portus & oppidi. Athenis Enneacrunos nimbofa æstate frigidior est, quàm puteus in Iouis horto. At ille siccitatibus riget.

Aquarum subito nascentium, aut desinentium ratio.

C A P. I I I I.

Maximè autem putei circa Arcturum. Nam ipsa æstate deficiunt, omnesq; quadriduo eo subsidunt. Iam verò multi hyeme tota: vt circa Olympum, vere primû aquis redeuntibus. In Sicilia quidem circa Messanã & Mylas hyeme in totû inarescunt fontes: æstate exundant, amnemq; faciunt. Apolloniæ in Ponto fons iuxta mare æstate tantum superfluit, & maximè circa Canis ortum, parcius, si frigidior sit æstas. Quædam terræ imbribus sicciore fiunt, velut in Narniensi agro: quod admirandis suis inferuit M. Cicero, siccitate lutû fieri prodens, imbre puluerem. Omnis aqua hyeme dulcior, æstate autem minus, autumno minimè: minusque per siccitates. Neque æqualis amnium plerûque gustus est, magna alvei differentia. Quippe tales sunt aquæ, qualis terra per quam fluunt, qualisque herbarum, quas lauant, succi. Ergo iidem amnes parte aliqua reperiuntur insalubres. Mutant saporem & influentes riui, vt Borysthenẽ, vicique diluuntur. Aliqui verò & imbre mutantur. Ter accidit in Bosphoro, vt falsi deciderent, necarentq; frumenta. Toties & Nili rigua pluuiæ amara fecere, magna pestilentia Ægypti. Nascuntur fontes decisis plerumque syluis, quos arborum alimenta consumebant: sicut in Hæmo obsidete Gallos Cassandro, cum valli gratia syluas cecidissent. Plerumque verò damnosæ torrentes corriuantur detracta collibus sylua, continere nimbos ac digerere consueta. Et coli moueriq; terram, callumque summæ cutis solui, aquarû interest. Proditur certè in Creta expugnato oppido, quod vocabatur Arcadia, cessasse fontes, amnesque qui in eo situ multi erant. Rursus condito post sex annos emeruisse, vti quæque cœpissent partes coli.

Observatio historica.

C A P. V.

Terræ quoque motus profundunt, sorbentque aquas: sicut circa Pheneum Arcadiæ quinquies accidisse constat. Sic & in Coryco monte amnis erupit, posteaquam cœptus est coli. Illa mutatio mira, vbi causa nulla euidens apparet: sicut in Magnesia calidas factas frigidas, aliàs non mutato sapore. Et in Caria, vbi Neptuni templum est, amnis qui fuerat antè dulcis, mutatus in salem est. Et illa miraculi plena, Arethusam Syracusis simû redolere per Olympia: verique simile, quoniam Alpheus in eam insulam sub ima maria permeet. Rhodiorû fons in Cherrhoneso nono anno purgamenta egerit. Mutantur & colores aquarû: sicut Babyloniæ lacus æstate rubras habet diebus xj. Et Borysthenes æstatis tēporibus cæruleus fertur, quanquam omnium aquarum tenuissimus: ideoq; innatans Hypani. In quo & illud mirabile, Auftris flantibus superiorem Hypanim fieri. Sed tenuitatis argumentum & aliud est, quòd nullum halitu non modò nebulam emittat. Qui volunt diligentes circa hoc videri, dicunt aquas grauiore post brumam fieri.

Ratio aquæ ducendæ, & quomodo medicatis utendum: & quid prosit nauigatio, & medicina aquæ marinæ.

C A P. V I.

Cæterum à fonte duci siccilibus tubis vtilissimum est, crassitudine binum digitorum commissuris pyxidatis, ita vt superior intret, calce viua ex oleo læuigatis. Libramentum aquæ in centenos pedes sursum elici, minimum erit: si vno cuniculo veniet, in binos actus: laminæ esse debent, per quas surgere in sublime opus fuerit, è plumbo. Subit altitudinem exortus sui: si longiore tractu veniet, subeat crebro descendatq;, ne libramenta pereant. Fistulas denum pedum longitudinis esse legitimum est. Et si quinariæ erunt, sexagena pondo pendere: si octonariæ, centena: si denariæ, centena vicena, ac deinde ad has portiones. Denariæ appellatur, cuius laminæ latitudo antequam curuetur digitorum decem est, dimidióque eius quinaria. In omni anfractu collis quinariam fieri, vbi dometur impetus, necessarium est: item castella, prout res exiget. Homerum calido-

rum

rum fontium mentionem non fecisse demiror, cum alioquin lavari calida frequenter induceret: videlicet quia medicina tunc non erat hæc, quæ nunc aquarum perfugio vtitur. Est autem utilis sulphurata nervis, aluminata paralyticis, aut simili morbo solutis. Bituminata aut nitrosa, qualis Cutilia, utilis est bibendo atque purgationibus. Plerique in gloria ducunt, plurimis horis perpeti calorem earum: quod est inimicissimum. nanque paulò diutiùs, quam balineis, vti oportet, ac postea frigida dulci, nec sine oleo discedenteis: quod vulgus alienum arbitratur, idcirco non alibi corporibus magis obnoxiiis. Quippe & vastitate odoris capita replentur, & frigore infestantur sudantia, reliqua corporum parte merfa. Similis error, quo quidam plurimo potu gloriantur. Vidique iam turgidos bibendo, in tantum vt annuli integerentur cute, cum reddi non posset hausta multitudo aquæ. Nec hoc ergo fieri conuenit sine crebro salis gustu. Vtuntur & cæno fontium ipsorum vtiliter, sed ita, si illitum Sole inarescat. Nec verò omnes quæ sint calidæ, medicatas esse credendum, sicut in Egesta Sicilia, Larissa, Troade, Magnesia, Melo, Lipara. Nec decolor species æris argentiue (vt multi existimauere) medicaminum argumentum est, quando nihil eorù in Patauinis fontibus ne odoris quidem differentia aliqua deprehenditur. Medendi modus idem & in marinis erit, quæ calefiunt ad neruorum dolores, ferruminant & fracturas, ossaq; contusa. Item corpora siccant, qua de causa & frigido mari vtuntur. Præterea est alius vsus multiplex, principalis verò nauigandi phthisi affectis, vt diximus, aut sanguinem egerentibus: sicut proxime Anneum Gallionem fecisse post Consulatum meminimus. Neque enim Ægyptus propter se petitur, sed propter longinquitatem nauigandi. Quin & vomitiones ipsæ instabili volutione commotæ plurimis morbis capitis, oculorum, pectoris, medentur, omnibusque, propter quæ elleborum bibitur. Aquam verò maris per se efficaciorum discutiendis tumoribus putant Medici, si illa decoquatur hordeacea farina, ad parotidas. Emplastris etiam, maximè albis, & malagmatis miscet. Prodest & infusa crebro ictu. Bibitur quoque, quamuis non sine iniuria stomachi, ad purganda corpora, bilémque atram, aut sanguinem concretum reddendum alterutra parte. Quidam & quartanis dedere eam bibendam, & in tenesmis articularibusque morbis asseruata, & in hoc vetustate virus deponentem. Aliqui decoctam, omnes ex alto haustam, nullaque dulcium

30 mistura corruptam, in quo vsu præcedere vomitum volunt. Tunc quoque acetum aut vinum aqua miscet. Qui parum dedere, raphanos supermandi ex mulso aceto iubet, vt ad vomitiones reuocent. Clysteribus quoque marinam infundunt tepesactam. Testium quidem tumori fouendo non aliud præferunt. Item pernionum vitio ante hulcera, simili modo pruritibus, psoris, & lichenum curationi. Lendes quoque & tetra capitis animalia hac curantur: & liuentia reducit eadem ad colorem. In quibus curationibus post marinam aceto calido fouere plurimum prodest. Quin & ad ictus venenatos salutaris intelligitur, vt phalangiorum & scorpionum, & ptyade aspide respersis. Calida autem in his assumitur. Suffitur eadem cum aceto capitis doloribus. Tormina quoque & choleram calida infusa clysteribus sedat. Difficiliùs perfrigescunt marina

40 lesa. Mammæ sororiantes præcordia maciémque corporis piscinæ maris corrigunt. Aurium grauitatem, capitis dolores, cum aceto feruentium vapor. Rubiginem ferro marinæ celerrimè exterunt. Pecorum quoque scabiem sanant, lanasque emolliunt. Nec ignoro, hæc mediterraneis superuacanea videri posse. Verum & hoc cura prouidit, inuenta ratione qua sibi quisque aquam maris faceret. Illud in ea ratione mirum si plus quam sextarius salis cum quatuor aquæ sextariis mergatur, vinci aquam, salémque non liquari. Cæterò sextarius salis cum quatuor aquæ sextariis, salissimi maris vim & naturam implet. Moderatissimum autem putant, supra dictam aquæ mensuram octonis cyathis salis temperari, quoniam ita & neruos calefaciat, & corpus non exasperet. Inueteratur, quod vocatur thalassomeli, æquis portionibus maris, mellis, imbris: ex alto

50 to & ad hunc vsum aduehunt, fictilique vase & picato condunt. Prodest ad purgationes maximè sine stomachi vexatione, & sapore grato & odore. Hydromeli quoque ex

imbre puro cum melle temperabatur quondam, quod daretur appetentibus vinum ægris, veluti innocentiore potu, damnatum iam multis annis iisdem vitiis, quibus vinum, nec iisdem vtilitatibus. Quia sæpe nauigantes defectu aquæ dulcis laborant, hæc quoque subsidia demonstrabimus. Expansa circa nauium vellera madescunt accepto halitu maris, quibus humor dulcis exprimitur. Item demissæ reticulis in mari concauæ è cerapilæ, vel vasa inania obturata, dulcem intra se colligunt humorem. Nam in terra marina aqua argilla percolata dulcescit. Luxata hominum corpora & quadrupedum, natando in cuiuslibet generis aqua, facillimè in artus redeunt. Est & in metu peregrinantium, vt tentent valetudinem aquæ ignotæ: hoc cauent è balineis egressi statim frigidam suspectam hauriendo. Muscus, qui in aqua fuerit podagris illitus prodest: item oleo admisto, talorum dolori tumorique. Spuma aquæ affricu verrucas tollit. Nec non harena litorum maris, præcipuè tenuis & solibus candens, in medicina est siccandis corporibus coopertis hydropicorum, aut rheumatismos sentientium. Et hætenus de aquis: nunc de aquatilibus. Ordinemur autem, vt in reliquis, à principalibus eorum, quæ sunt sal & spongia.

De generibus salis, & confecturis, & medicinis, & obseruationibus.

C A P.

V I I.

SAl omnis aut fit, aut gignitur: vtrunque pluribus modis, sed causa gemina, coacto humore, aut siccato. Siccatur in lacu Tarentino æstiuis solibus, totumque stagnum in sale abit, modicum alioquin, altitudine genua non excedens. Item in Sicilia in lacu, qui Cocanicus vocatur, & alio iuxta Gelam. Horum extremitates tantum inarescunt, sicut in Phrygia, Cappadocia, Apendi, vbi largius coquitur, & vsque ad medium lacum. Aliud etiam in eo mirabile, quod tantum noctu subuenit, quantum die auferas. Omnis est talis sal minutus, atque non gleba est. Aliud genus ex aquis maris sponte gignitur, spuma in extremis litoribus ac scopulis relicta. Hic omnis rore densatur, & est acrior qui in scopulis inuenitur. Sunt etiamnum naturales differentia tres. Nanque in Baetris duo lacus vasti, alter ad Scythas versus, alter ad Arios, sale æstuant: sicut ad Cittium in Cypro, & circa Memphin, extrahunt lacu, dein Sole siccant. Sed & summa fluminum densantur in sale, amne reliquo veluti sub gelu fluente, vt apud Caspias portas, quæ salis flumina appelluntur. Item circa Mardos & Armenios. Præterea apud Baetros amnis Ochus & Ocus, ex appositis montibus deferunt salis ramenta. Sunt & in Africa lacus, & quidem turbidi, sale ferentes. Ferunt quidem & calidi fontes, sicut Pagasæi. Et hætenus habent se genera ex aquis sponte prouenientia. Sunt & montes natiui salis, vt in Indis Oromenus, in quo lapicidinarum modo cæditur renascens: maiusque regum vectigal ex eo est, quam ex auro atque margaritis. Effoditur & è terra, vt palam est, humore densato, in Cappadocia. Ibi quidem cæditur specularium lapidum modo. Ponderus magnum glebis, quas micas vulgus appellat. Carrhis Arabiæ oppido muros domosque massis salis faciunt, aqua ferruminantes. Inuenit & iuxta Pelusium Ptolemæus rex, cum castra faceret. Quo exemplo postea inter Ægyptum & Arabiam, etiam squalentibus locis, cæptus est inueniri, detractis harenis: qualiter & per Africæ sitientia vsque ad Hammonis oraculum. Is quidem crescens cum Luna noctibus. Nam Cyrenaici tractus nobilitantur Hammoniaco, & ipso, quia sub harenis inueniatur, appellato. Similis est colore alumini, quod schiston vocant, longis glebis, neque perlucidis, ingratus sapore, sed medicina vtilis. Probatur quam maximè perspicuus, rectis scissuris. Insigne de eo proditur, quod leuissimus intra specus suos, in lucem vniuersam prolatus, vix credibili pondere ingrauescat. Causa euidens, cuniculorum spiritu madido sic adiuuante molientes, vt adiuuat aquæ. Adulteratur Siculo, quem Cocanicum appellauimus, necnon & Cyprio mirè simili. In Hispania quoque citeriore Egelastræ cæditur, glebis penè translucentibus, cui iam pridem palma à plerisque Medicis inter omnia salis genera perhibetur. Omnis locus in quo reperitur sal, sterilis est, nihilque gignit: & in totum sponte nascens inter hæc est. Facitij varia

ria genera. Vulgaris plurimūsq̄ in salinis, mari adfuso, non sine aquæ dulcis riguis, sed imbre maximè iuuante, ac super omnia Sole multo, non aliter inarescens. Africa circa Vticam construit aceros salis ad collium speciem: qui vbi Sole Lunâque induruere, nullo humore liquefcunt, vixque etiam ferro cæduntur. Fit tamen & in Creta sine riguis, in salinas mare infundentibus: & circa Ægyptum, ipso mari influente in solum (vt credo) Nilo succosum. Fit & è puteis in salinas ingestis. Prima densatio Babylone in bitumen liquidum cogitur, oleo simile, quo & in lucernis vtuntur: hoc detracto subest sal. Et in Cappadocia è puteis ac fonte aquam in salinas ingerunt. In Chaonia excoquunt aquam ex fonte, refrigerandóque salem faciunt inertem, nec candidum. Galliæ, Germaniæque ardentibus lignis aquam falsam infundunt. Hispaniæ quadam sui parte è puteis hauriunt, muriam appellant: & illi quidem etiam lignum referre arbitrantur. Quercus optima, vt quæ per se cinere syncero vim salis reddat: alibi corylus laudatur: ita infuso liquore falso, carbo etiam in salem vertitur. Quicumque ligno confit sal, niger est. Apud Theophrastum inuenio, Imbrios harundinis & iunci cinerem decoquere aqua solitos, donec exiguum superesset humoris. Quin & è muria falsamentorum recoquitur, iterumque consumpto liquore ad naturam suam redit: vulgo è mænis iucundissimus. Marinorum maximè laudatur Cyprius à Salamine: at è stagnis Tarétinus, ac Phrygius, qui Tattæus vocatur. Hi duo oculis vtilis. A Cappadocia verò qui in laterculis affertur, cutis nitorem dicitur facere. Magis tamen extendit is, quem Cittieum appellauimus. Itaque à partu ventrem eo cum melanthio illiniunt. Salsissimus sal siccissimus: suauissimus omnium Tarentinus, atque candidissimus. & de cætero fragilis, qui maximè candidus. Pluuia dulcescit omnis. Suauiolem tamen rores faciunt: sed copiosum Aquilonis flatus. Austro non nascitur. Flos salis non fit, nisi Aquilonibus. In igne nec crepitat, nec exilit Tragafæus, neque Acanthius ab oppido appellatus: nec vllius spuma, aut ramentum, aut tenuis. Agrigentinus ignium patiens, ex aqua exilit. Sunt & colorum differentiæ. Ruber Memphi, rufus est circa Oxum, Centuripis purpureus. Circa Gelam in eadem Sicilia tanti splendoris, vt imaginem recipiat. In Cappadocia croceus offoditur, translucidus & odoratissimus. Ad medicinæ vsus, antiqui Tarentinum maximè, laudabāt. Ab hoc quencunque è marinis, ex eo genere spumeum præcipuè. Iumétorum verò & boum oculis, Tragafæum & Beticum. Ad obsonium & cibum vtilior, quisquis facile liquefcit: item humidior, minorem enim amaritudinem habent, vt Atticus & Euboicus. Seruandis carnibus aptior acer & siccus, vt Megaricus. Conditur etiam odoribus additus, & pulmentarij vicem implet, excitans auiditatem, inuitansque in omnibus cibus, ita vt fit peculiaris ex eo intellectus inter innumera condimenta. Ita est in mandendo quæsitus garo. Quin & pecudes armentaque & iumenta sale maximè sollicitantur ad pastum, multo largiore lacte, multóque gratiore etiam in caseo dote. Ergo hercule vita humanior sine sale nequit degere: adeóque necessarium elementum est, vt tranferit intellectus ad voluptates animi quoque. Nam ita sales appellantur: omnisque vitæ lepos & summa hilaritas, laborumque requies non alio magis vocabulo constat. Honoribus etiam militiæque interponitur, salariis inde dictis, magna apud antiquos autoritate, sicut apparet ex nomine Salariae viæ, quoniã illa sal in Sabinos portari consueuerat. Ancus Marcius rex, salis modia sex millia in congiario dedit populo, & salinas primus instituit. Varro etiam pulmentarij vice vsos veteres, autor est: esitasse enim salem cum pane & caseo, vt prouerbio apparet. Maximè tamen in sacris intelligitur autoritas, quando nulla conficiuntur sine mola falsa. Salinarum synceritas summam fecit suam differentiam quadam fauilla salis, quæ leuissima ex eo est & candidissima: appellatur & flos salis, in totum diuersa ros, humidiorisque naturæ, & crocei coloris, aut rufi, veluti rubigo salis: odore quoque ingrato ceu gari, dissentiens à sale non modò à spuma. Ægyptus inuenit, videturque Nilo deferri. Et fontibus tamen quibusdam innatat. Optimum ex eo, quod olei quandam pinguitudinem reddit. Est enim etiam in sale pinguitudo, quod miramur. Adulteratur autem tingiturque rubrica, aut plerunque testa trita: qui fucus aqua de-

prehenditur, diluente factitium colorem, cum verus ille non nisi oleo resoluatur, & vnguentarij propter colorem eo maximè vtantur. Canitia in vasis summa est: media verò pars humidior, vt diximus. Floris natura aspera, excafactoria, stomacho inutilis. Sudorem ciet, aluum soluit in vino & aqua, acopicis & smegmaticis vtilis. Detrahit & ex palpebris pilos efficacissimè. Fæces imæ concutiuntur, vt color croci redeat. Præter hæc etiamnum appellatur in salinis falsugo, ab alijs falsilago, tota liquida, marina aqua falsior, vi distans. Aliud etiamnum liquoris exquisiti genus, quod garon vocauerunt, intestinis piscium cæterisq; quæ abiicienda essent, sale maceratis, vt sit illa putrescentium sanies. Hoc olim conficiebatur ex pisce, quem Græci garon vocabant. Capite eius vsto, suffitu extrahi secundas morantes.

De scombro pisce, & muria, & alece.

C A P. V I I I.

Nunc è scombro pisce laudatissimum in Carthaginis Spartariæ cetariis: sociorum id appellatur, singulis millibus nummum permutantibus congios penè binos. Nec liquor vllus penè præter vnguenta maiore in pretio esse cœpit, nobilitatis etiam gentibus. Sombros quidem, & Mauritania, Bæticiæque, & Carteia ex Oceano intrantes capiunt, ad nihil aliud vtilis. Laudantur & Clazomenæ garo, Pompeiique & Leptis, sicut muria Antipolis ac Thurijs, iam verò & Dalmatia. Vitium huius est alex, imperfecta nec colata fæx. Cœpit tamen & priuatim ex inutili pisciculo, minimoque confici. Apuam nostri, aphyen Græci vocant, quoniam is pisculus è pluuia nascitur. Foroiulienses piscem ex quo faciunt, lupum appellant. Transiit deinde in luxuriam, creueruntque genera ad infinitum: sicuti garum ad colorem mulsi veteris, adeoque dilutam suauitatem, vt bibi possit. Aliud verò ad castimoniarum superstitionem, etiam sacris Iudæis dicatum, quod sit è piscibus squama carentibus. Sic alex peruenit ad ostreas, echinos, vticas, camaros, mullorum iocinera. Innumerisque generibus ad saporem gulæ cœpit sal tabescere. Hæc obiter indicata sint desiderijs vitæ, & ipsa tamen nonnulli vsus in medendo. Namque & alece scabies pecoris sanatur, infusa per cutem incisam: & contra canis morsus draconisque marini prodest. In linteolis autem conceptis imponitur. Et garo ambusta recentia sanatur, si quis infundat ac non nomet garum. Contra canum quoque morsus prodest, maximèque crocodili, & hulceribus quæ serpunt, aut fordidis. Oris quoque & aurium hulceribus aut doloribus mirificè prodest. Muria quoque, siue illa falsugo, spiffat, mordet, extenuat, siccatur. Dysentericis vtilis est, etiam si nome intestina corripit. Ischiadicis, cœliacis veteribus infunditur. Fotu quoque apud mediterraneos aquæ marinæ vicem pensat.

De natura salis, & eius medicinis.

C A P. I X.

Salis natura est per se ignea, & inimica ignibus, fugiens eos, omnia erodens. Corpora verò astringens, siccans, alligans: defuncta etiam à putrescendo vendicans, vt durent ita per secula. In medendo verò mordens, adurens, repurgans, extenuans, dissoluens. Stomacho tantum inutilis, præterquam ad excitandam auiditatem. Aduersus serpentium morsus cum origano, melle, hyssopo. Contra cerasten cum origano, aut cedria, aut pice, aut melle. Auxiliatur contra scolopendras ex aceto potus: aduersus scorpionum ictus, cum quarta parte lini feminis, ex oleo vel aceto illitus: aduersus crabrones verò vel vespas, similiaque, ex aceto. Ad heterocraneas, capitisque hulcera, & pustulas, papulasve, & incipientes verrucas, cum seuo vitulino: item oculorum remedijs, & ad excrescentes ibi carnes totiisque corporis pterygia: sed in oculis peculiariter: ob id collyrijs emplastrisque additur. Ad hæc maximè probatur Tattæus, aut Caunites. Ex ictu verò suffusis cruore oculis suggillatisque, cum myrrha pari pondere ac melle, aut cum hyssopo ex aqua calida, vtque foueantur falsugine. Ad hæc Hispaniensis eligitur, contraque suffusiones oculorum cum lacte in coticulis teritur. Priuatim suggillationibus in linteolo inuolutus, crebrèque ex aqua feruenti impositus. Hulceribus oris manantibus in linteolo con-

pto.

pto. Gingiuarum tumori infricatus. Et contra scabritiem linguæ fractus comminutusque. Aiunt dentes nõ erodi neque putrescere, si quis quotidie manè ieiunus salem contineat sub lingua, donec liquefcat. Lepras idem & furunculos, & lichenas, & pforas emēdat cum passā vua exempto eius ligno, & feuo bubulo atque origano ac fermēto vel pane, maximè Thebaicus. Hic & ad pruritus eligitur. Tonsillis & vuis cum melle prodest. Quicumque ad anginas, hoc amplius cum oleo & aceto, eodem tempore extra faucibus illitus cum pice liquida. Emollit & aluum in vino mittit. Idem noxia, & tinearum genera pellit in vino potus. Æstus balnearum conualescentes vt tolerare possint, linguæ subditus præstat. Neruorum dolorem, maximè vsurpanda obseruatione circa humeros & 10 renes, in faccis aqua feruenti crebrò madefactus leuat. Colum torminæque & coxarum dolores potus, & in iisdem faccis impositus candens. Podagras cum farina ex melle & oleo tritus, ibi maximè obseruanda vsurpatione, qua quidem totis corporibus nihil esse vtilius sale & Sole dicunt. Itaque cornea videmus corpora piscatorum. Sed hoc præcipuum dicatur in podagris. Tollit & clauos pedū: item perniones. Ambustis ex oleo imponitur, aut commanducatus, pustulasque reprimit. Ignibus verò sacris hulceribusque quæ serpunt, ex aceto aut hyssopo. Carcinomatis cū vua taminia. Phagedænis hulcerū, tritus cum farina hordei, superimposito linteolo madente vino. Morbo regio laborantes, donec fudent ad ignem, contra pruritus quos sentiunt, ex oleo & aceto infricatus iuat: & fatigatos ex oleo. Multi & hydropicos sale curauere, feruorēque febrium cum 20 oleo perunxere, & tussim veterem linctu eius discussere. Clysteribus infudere ischiadicis. Hulceribus ex crescentibus vel putrescentibus imposuere. Crocodilorum morsibus ex aceto in linteolis, ita vt batuerentur antehac hulcera. Bibitur & contra opium ex aceto mulso. Luxatis imponitur cum farina & melle: item extuberationibus. Dentium dolori cum aceto & fotu, & illitus cum resina prodest. Ad omnia autem spuma salis iucundior vtiliorque. Sed quicumque sal acopis additur ad excafactiones: item smegmaticis ad extendendam cutem læuandamque. Pecorum quoque scabiem & boum illitus tollit. Daturque lingendus: & oculis iumentorum inspuitur. Hæc & de sale dicta sint.

De nitri generibus & confecturis, & medicinis, & obseruationibus.

C A P.

X.

30 **N**ON est differenda & nitri natura, non multum à sale distans, & eo diligentius dicenda, quia palàm est & Medicos qui de eo scripsere, ignorasse naturam, nec ququam Theophrasto diligentius tradidisse. Exiguum fit apud Medos, canescentibus siccitate conuallibus, quod vocant halmirhaga. Minus etiam in Thracia iuxta Philippos, fordidum terra, quod appellant agrium. Nam quereu cremata nunquam multum factitatum est, & iam pridem in totum omissum. Aquæ verò nitrosæ pluribus locis reperiuntur, sed sine viribus densandi. Optimum copiosumque in Clytis Macedonia, quod vocant chalastricum, candidum, purumque, proximum sali. Lacus est nitrosus, exiliente è medio 40 dulci fonticulo. Ibi fit nitrum circa Canis ortū nouenis diebus, totidemq; cessat, ac rursus innatat, & deinde cessat. Quo apparet, soli naturam esse quæ gignat, quoniam compertum est, nec Soles proficere quicquam, cum cesset, nec imbres. Mirum est & illud, scatebra fonticuli semper emicante, lacum nec augeri, nec effluere. Iis autem diebus, quibus gignitur, si fuere imbres, falsius nitrum faciunt, Aquilones deterius, quia validius commouent limum. Et hoc quidem nascitur. In Ægypto autem conficitur multò abundantius, sed deterius. Nam fuscum lapidosumque est. Fit penè eodē modo, quo sal, nisi quòd salinis mare infundunt, Nilum autem nitrariis. Excedente Nilo siccantur, decedente madent fucco nitri xl. diebus continuis, non (vt in Macedonia) statis. Si etiam imbres affuerint, minus de flumine addunt: statimque vt densari est cœptum, rapitur ne resoluatur in nitrariis. Sic quoque olei natura interuenit, ad scabiem animalium vtilis. Ipsum 50 autem cōditum in aceruis durat. Mirum, in lacu Ascanio, & quibusdam circa Chalcida

fontibus, summas aquas dulces esse potarique, inferiores nitrosas. In nitro optimum, quod tenuissimum, & ideo spuma melior. Ad aliqua tamen fordidum, tanquam ad inficiendas purpuras tinctorasque omnes. Magnus & nitro usus, qui dicitur suo loco. Nitraria egregia Aegyptiis. Nam circa Naucratis & Memphim tantum solebat esse, circa Memphin deteriores. Nam & lapidescunt ibi in aceruis: multique sunt tumuli ea de causa faxei. Faciunt ex his vasa, necnon frequenter liquatum cum sulphure coquentes in carbonibus. Ad ea quoque, quae inueterari volunt, illo nitro utuntur. Sunt ibi nitrariae, in quibus & rufum exit a colore terrae. Spumam nitri, quae maxime laudatur, antiqui negabant fieri, nisi cum ros cecidisset, praegnatis nitrariis, sed nondum parientibus. Itaque non fieri incitatis, etiam si caderet. Alij a operimentum fermento gigni existimauere. Proxima aetas Medicorum aethronitrum tradidit in Asia colligi, in speluncis mobilibus distillans. Specus eos colycas vocant: dein siccant Sole. Optimum putant Lydium. Probatio, ut sit minime ponderosum, & maxime friabile, colore penes purpureo. Hoc in pastillis affertur. Aegyptium in vasis picatis, ne liquecat. Vasa quoque ea Sole inarescentia perficiuntur. Nitri probatio, ut sit tenuissimum & quam maxime spongiosum fistulosumque. Adulteratur in Aegypto calce: deprehenditur gustu. Syncerum enim facile resoluitur: adulteratum pungit. Calce aspersum reddit odorem vehementem. Vritur in testa opertum ne exultet: alias igni non exilit nitrum: nihilque gignit aut alit, cum in salinis herbae gignatur, & in mari tot animalia, tantum algae. Sed maiorem esse acrimoniam nitro apparet, non hoc tantum argumento, sed in illo, quod nitrariae calceamenta protinus consumunt, alias salubres, oculorumque claritati utiles. In nitrariis non lippiunt. Hulcera allata eorum celerrime sanantur: ibi facta, tarde. Ciet & sudorem cum oleo perunctis, corpusque emollit. In pane salis vice utuntur Chalastrea: ad raphanos Aegypto: teneriores eos facit, sed obscuriora alba & deteriora, olera viridiora. In medicina autem calfacit, extenuat, mordet, spissat, siccant, exulcerat. Utile his, quae euocanda sunt aut discutienda, & lenius mordenda atque extenuanda, sicut in papulis pustulisque. Quidam in hoc usu accensum vino austero restinguunt, atque ita trito in balneis utuntur sine oleo. Sudores nimios inhibet cum arida iride adiecta oleo viridi. Extenuat & cicatrices oculorum & scabritias genarum cum fico illitum, aut decoctum in passo ad dimidias partes: item contra argema oculorum. Ungues decoctum cum passo in mali Punici calyce adiuuat nitrum: claritatem visus cum melle inunctum. Prodest dentium dolori ex vino, si cum pipere colluantur: item cum porro decoctum. Nigrescentes dentes crematum dentifricio ad colorem reducit. Capitis animalia, & lentes necat, cum Samia terra illitum ex oleo. Auribus purulentis vino liquatum infunditur. Sordes eiusdem partis erodit ex aceto. Sonitus & tinnitus discutit siccum additum. Vitiliginis albas cum Cimolia creta, aequo pondere ex aceto, in Sole illitum emendat. Furunculos admixtum resinæ extrahit, aut cum vicia alba passa, nucleis eius simul tritis. Testium inflammationi occurrunt: item eruptionibus pituitae in toto corpore cum axungia. Contraque canis morsus, addita & resina, iniunctis cum aceto illinitur. Sic & serpentium morsibus, phagedaenis, & huculceribus quae serpunt, aut putrescunt, cum calce ex aceto. Hydropicis cum fico tusum datur illiniturque. Discutit & tormina, si decoctum bibatur pondere drachmae cum ruta, vel anetho, vel cumino. Reficit lassitudines cum oleo ex aceto perunctorum. Et contra algores horroresque prodest, manibus pedibusque confricatis cum oleo. Comprimit & pruritus suffusorum felle, maxime cum aceto datum. Succurrit & venenis fungorum ex posca posum: aut si buprestis pasta sit, ex aqua, vomitionesque euocat. His qui sanguinem tauri biberint, cum lasere datur. In facie quoque exulcerationes sanat cum melle & lacte bubulo. Ambustis tostum, donec nigrescat, tritumque illinitur. Infunditur ventris & renum doloribus, aut rigori corporum, nervorumque doloribus. Paralyti in lingua cum pane imponitur. Suspiriosis in prisana fumitur. Tussim veterem sanat, flos misso galbano, resinæ terebinthinæ, pari pondere omnium, ita ut fabae magnitudo deuoretur. Coquitur, dilutumque postea cum pice liquida sorbendum in angina datur.

Flos eius cum oleo cyprino articularum doloribus in Sole iucundus est. Regium quoque morbum in vino exterminat potum. Et inflationes discutit, sanguinis profluuium è naribus sistit ex feruenti aqua vapore naribus raptò. Pruriginem alumine permixto tollit: alarum virus ex aqua quotidiano fotu. Hulcera ex pituita nata cera permixtum: quo genere neruis quoque prodest. Cœliacis infunditur. Perungi ante accessiones frigidæ nitro & oleo multi præcepere. Sic & aduersus lepras, lentigines. Podagricis in balneis vti folio nitri prodest, atrophis, opisthotonis, tetanis. Sal nitrum sulphuri concoctum in lapidem vertitur.

De spongiarum natura.

C A P. X I.

10 **S**pongiarum genera diximus in naturis aquatilium marinorum. Quidam eas ita distinguunt. Alias ex his mares exultimauere, tenui fistula spissioresque, perforbentes, & quæ tinguntur in deliciis, aliquando & purpura: alias fœminas, maioribus fistulis æ perpetuis. E maribus duriores alias, quas appellant tragos, tenuissimis fistulis atque densissimis. Candidæ cura fiunt, è mollissimis recètes per ætatem tinctæ salis spuma, ad Lunam & pruinas sternuntur inuersæ, hoc est, qua parte adhæsere, vt candor è bibant. Animal esse docuimus, etiam cruore inhærente. Aliqui narrant & auditu regi eas, contra hique ad sonum, exprimentes abundantiam humoris, nec auelli petris posse, ideo abscindi ac saniem emittere. Quin & eas quæ ab Aquilone sint genitæ, præferunt cæteris. Nec vsquam diutius durare spiritum Medici affirmant. Sic & prodesse corporibus, quia nostro suum misceant, & ideo magis recentes, magisque humidas: sed minùs in calida aqua minùsque vnctas, aut vnctis corporibus impositas: & spissas minùs adhærescere. Mollissimum genus earum penicilli, oculorum tumores leuant ex mulso impositi. Idem abstergendæ lippitudini vtilissimi: eosque tenuissimos & mollissimos esse oportet. Imponuntur spongiæ ipsæ epiphoris ex posca: ex aceto calido ad capitis dolores. De cætero recentes discutunt, molliùt, mitigant. Veteres cõglutinant vulnera. Vfus earum ad abstergenda, fouenda, operienda à fotu dum aliud imponatur. Hulcera quoque humida & senilia impositæ siccant: fracturæ & vulnera spongiis vtilissimè fouentur. Sanguis rapitur in secando, vt curatio perspicui possit. Et ipsæ vulnerum inflammationibus imponuntur, nunc siccæ, nunc ex aceto inspersæ, nunc è vino, nunc ex aqua frigida. Ex aqua verò
30 cœlesti impositæ, secta recentia non patiuntur intumescere. Imponuntur & integris partibus, sed fluctuatione occulta laborantibus, quæ discutienda sit, & iis quæ apostemata vocant, melle decocto peructis. Item articulis aliàs aceto falso madidæ, aliàs è posca. Si ferueat impetus, ex aqua. Eadem & callo salsa madidæ: at cõtra scorpionum ictus ex aceto. In vulnerum curatione & succidè lanæ vicem implent, nunc ex vino & oleo, nunc ex eadem. Differentia hæc, quod lanæ emolliùt, spongiæ cõercent, rapiuntque vitia hulcerum. Circunligantur & hydropicis siccæ, vel ex aqua tepida poscave, vtcunque blandioribus opus est, operirive aut siccari cutem. Imponuntur & his morbis, quos vaporari oporteat, feruenti aqua perfusæ, expressæque inter duas tabulas. Sic & impositæ stomacho profunt, & in febris contra nimios ardores. Sed spleneticis è posca, ignibus sacris
40 ex aceto, efficaciores quàm aliud. Imponi oportet sic, vt sanas quoque partes spatiosè operiant. Sanguinis profluuium sistunt ex aceto, aut frigida. Liuorem ab ictu recentem, ex aqua salsa calida sæpius mutata tollunt, testium tumorem dolorémque ex posca. Ad canum morsus vtiliter concisæ imponuntur, ex aceto, aut frigida, aut melle, abundè subinde humectandæ. Africanæ cinis cum porri sectiui succo, sanguinem reiicientibus haustu salis ex frigida prodest. Idem cinis vel cum oleo vel aceto fronti illitus, tertianas tollit. Priuatim Africanæ ex posca tumorem discutunt. Omnium autem cinis cum pice crematarum, sanguinem sistit vulnerum. Aliqui raras tantum, ad hoc cum pice vrunt. Et oculorum causa comburuntur in cruda olla figulini operis, plurimum proficiente eo cinere contra scabritias genarum, excrescentésque carnes, & quicquid
50 opus sit ibi destringere, spissare, explere. Vtilius in eo vsu lauare cinerem. Præstant & strigilum vicem linteolorumque affectis corporibus. Et contra Solem aptè prote-

gunt capita. Medici inscitu ad duo nomina eas redegere, Africanas, quarum firmitus sit robur, Rhodiacasque, ad fouendū molliores. Nunc autem mollissimæ circa muros Antiphelli vr̄bis reperiuntur. Trogus autor est, circa Lyciam penicillos mollissimos nasci in alto, vnde ablatæ sint spongiæ. Polybius super ægrum suspensos quietiores facere notes. Nunc reuertemur ad marina animalia & aquatilia.

C. PLINII SECVNDI NAT-
 TVRALIS HISTORIÆ
 LIBER XXXII.

PRO O E M I V M.

Medicina ex aquatilibus.



ENTVM est ad summa naturæ exemplorūque, per rerum²⁰ ordinem, & ipsum sua sponte occurrit immensum potentiæ occultæ documentum, vt prorsus nec aliud vltra quæri debeat, nec par aut simile possit inueniri, ipsa se vincente natura, & quidem numerosis modis. Quid enim violentius mari ventisve, & turbinibus & procellis? quo maiore hominum ingenio in vlla sui parte adiuta est, quàm velis remisque? Addatur his & reciproci æstus inenarrabilis vis versumque totum mare in flumen.

De echeneide pisce, & mirabili eius proprietate, & torpedine, & marino lepore, & mirabilia Rubri maris.

CAPVT I.

T Amen omnia hæc pariterque eodem impellentia, vnus ac paruus admodum pisci-³⁰ culus, echeneis appellatus, in se tenet. Ruant venti licet, & sæuiant procellæ, imperat furori, viresque tantas compescit, & cogit stare nauigia: quod non vincula vlla, non anchoræ pondere irreuocabili iactæ. Infrænat impetus, & domat mundi rabiem nullo suo labore, non retinendo, aut alio modo, quàm adhærendo. Hæc tantilla est satis contra tot impetus, vt vetet ire nauigia. Sed armatæ classes imponunt sibi turrium propugnacula, vt in mari quoque pugnetur velut è muris. Heu vanitas humana, cùm rostra illa ære ferroque ad ictus armata, semipedalis inhibere possit, ac tenere deuincta pisciculus. Fertur Actiaco Marte tenuisse prætoriam nauim Antonij, properatis circumire & exhortari suos, donec transfiret in aliam. Ideoque Cæsariana classis impetu maiore protinus venit. Tenuit & nostra memoria Caij principis ab Astura Antium remigantis: vt res⁴⁰ est etiam auspicalis pisciculus. Si quidem nouissimè tum in vr̄bem reuersus ille Imperator, suis telis confossus est. Nec longa fuit illius moræ admiratio, statim causa intellecta, cùm è tota classe quinquere mis sola non proficeret, exilientibus protinus qui id quærerent circa nauim, inuenere adhærentem gubernaculo, ostenderuntque Caio, indignanti hoc fuisse quod se reuocaret, quadringentorūque remigum obsequio contra se intercederet. Constabat peculiariter miratum quomodo adhærens tenuisset, nec idem polleret in nauigium receptus. Qui tunc posteaque videre, eum limaci magnæ similem esse dicunt. Nos pluxium opiniones posuimus in natura aquatiliū, cùm de eo diceremus. Nec dubitamus idem valere omnia genera, cùm celebri & consecrato etiam exemplo apud Gnidiam Venerem conchas quoque eiusdem potentiæ credi⁵⁰ necesse sit. E nostris quidam Latinis remoram appellauere eum. Mirumque, è Græcis

cis alij lubricos partus atque procidentes contineri ad maturitatem alligato eo (vt diximus) prodiderunt: alij sale adseruatum adalligatumque grauidis partus soluere, ob id alio nomine odinolyontem appellari. Quocunq; modo ista se habeant, quis ab hoc tenendi nauigia exemplo de vlla potetia naturæ atque effectu, in remediis sponte nascentium rerum dubitet? Quin & sine hoc exemplo per se satis esset ex eodem mari torpedo: etiam procul & è longinquo, vel si hausta virgæve attingatur, quamuis præualidos lacertos torpescere, quamlibet ad cursum veloces alligari pedes. Quod si necesse habemus fateri hoc exemplo esse vim aliquam, quæ odore tantum & quadam aura sui corporis afficiat membra, quid non de remediorum omnium momentis sperandum est? Nō sunt
 10 minus mira, quæ de lepore marino traduntur. Venenum est aliis in potu, aut in cibo datus, aliis etiam visus. Siquidem grauidæ si omnino aspexerint, fœminam ex eo genere duntaxat, statim nausea & redundatione stomachi vitium fatentur, ac deinde abortum faciunt. Remedio est mas, ob id induratus sale, vt in brachialibus habeant. Eadem res in mari & tactu quidem nocet: Vescitur eo vnum tantum animalium, vt nō intereat, nullus piscis: tenerescit tantum, & ingrator viliorque fit. Homines quibus impactus est, piscem olent, hoc primo argumento veneficium id deprehenditur. Cætero moriuntur totidem diebus, quot vixerit lepus. Incertique temporis veneficium id esse, autor est Licinius Macer. In India affirmant non capi viuentem: inuicemque ibi hominem illi pro veneno esse, ac vel digito omnino in mari tactum mori. Esse autem ampliorem multo, sicut reliqua animalia. Iuba in his voluminibus, quæ scripsit ad C. Cæsarem Augusti filium de Arabia, tradit mitulos ternas heminas capere. Cetos sexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum sexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intrasse, pinguiq; eius negotiatores & omniū piscium adipe camelos perungere in eo situ, vt asilos ab his fugent odore.

*De ingeniis & mansuetudine quorundam piscium, & ubi ex manu edant,
 & ubi responsa dantur ex piscibus.*

CAP. II.

Mihi videntur mira & quæ Ouidius prodidit piscium ingenia, in eo volumine, quod Halicuticon inscribitur. Scarum inclusum nassis non fronte erumpere, nec infectis viminibus caput inferere, sed auersum caudæ ictibus crebris laxare fores, atque ita
 30 retrorsum erumpere. Quem luctatum eius si forte alius scarus extrinsecus videat, apprehensa mordicus cauda adiutare nixus erumpentis. Lupum rete circumdatum harenas arare cauda, atque ita conditum transire rete. Murænam maculas appetere ipsas consciam teretis ac lubrici tergi, tum multiplex flexu laxare, donec euadat. Polypum hamos appetere, brachiisque complecti, non morfu: nec prius dimittere, quam escam circumroferit, aut harundine leuatum extra aquam. Scit & mugil esse in esca hamum, in fidiâsque non ignorat: auiditas tamen tanta est, vt cauda verberando excutiat cibos. Minus in prouidendo lupus solertiæ habet, sed magnum robur in pœnitendo. Nam vt hæsit in hamo, tumultuoso discursu laxat vulnera, donec excidant insidiæ. Murænae amplius deuorant, quam hamum, admouentque dentibus lineas, atque ita erodunt. Pytheas id tradit. Idem
 40 infixam hamo inuertere se, quoniam sit dorso cultellato, spinâque lineam præsecare. Licinius Macer murænas tantum fœminini sexus esse tradit, & concipere è serpentibus, vt diximus, ob id sibilo à piscatoribus, tanquam serpētibus, euocari & capi: pinguescere lactatu, fuste non interim, easdem ferula protinus. Animam in cauda habere certum est, eaque icta celerrimè exanimari, at capitis ictu difficulter. Nouacula pisce quæ tacta sunt, ferrum olent. Durissimum esse piscium constat, qui orbis vocetur: rotundus est, & sine scamis, totusque capite constat. Miluago quoties cernatur extra aquam volitans, tempestates mutari, Trebius Niger autor est. Xiphiam, id est gladium, rostro mucronato esse: ab hoc naues perfossas mergi in Oceano ad locum Mauritaniae qui Gotta vocetur, non procul Lixo flumine. Idem loligines euolare ex aqua tradit, tanta multitudi-
 50 tudine vt nauigia demergant. E manu vescuntur pisces in pluribus quidem Cæsaris villis: sed quæ veteres prodidere, in stagnis, non piscinis, admirati, in Eloro Siciliae

castello, non procul Syracusis: item in Labradij Iouis fonte anguillas: hæ & inaures additas gerunt. Similiter in Chio iuxta fenum delubrum: in Mesopotamiæ quoque fonte Catura, de quo diximus. Nam in Lyciæ Myris in fonte Apollinis, quem Curium appellant, ter fistula euocati veniunt ad augurium. Diripere eos carnes obiectas, lætum est consultantibus: caudis abigere, dirum. Hierapoli Syriæ in lacu Veneris ædituorum vocibus parent vocati: exornati auro veniunt: adulantes scalpuntur: ora hiantia manibus inferendis præbent. In Stabiano Campaniæ ad Herculis petram, melanuri in mari panē abiectum rapiunt: iidem ad nullum cibum, in quo hamus sit, accedunt. Nec illa in nouissimis mira, amaros esse pisces ad Pelen insulam, & ad Clazomenas. Contra, ad scopulum Siciliæ, ac Leptin Africæ, & Eubœam, & Dyrrhachium. Rursus ita falsos, ut possint falsamenta existimari, circa Cephaleuiam & Ampelon & Paron, & Deli petras: in portu eiusdem insulæ, dulces. Quam differentiam pabulo constare, non est dubium. Apion maximum piscium esse tradit porcum, quem Lacedæmonij orthragoriscum vocant: grunnire eum, cum capiatur. Esse verò illam naturæ accidentiam, quod magis miremur, etiam in locis quibusdam, appposito occurrit exemplo. Siquidem falsamenta omnium generum in Italia Beneuenti recentia effici constat. Pisces marinos in usu fuisse protinus condita Roma, autor est Cassius Hemina: cuius verba de ea re hinc subiiciam: Numa constituit, ut pisces qui squamosi non essent, ni polluerent patrimonia, commentus ut conuiuia publica & priuata, cœnæque ad puluinaria facilius compararentur: ni qui ad pollutum emerent, pretio minùs parcerent, eaque præmercarentur. Quantum apud nos Indici margaritis pretium est, de quibus suo loco satis diximus, tantum apud Indos in curialio. Nanque ista persuasione gentium constant. Gignitur quidem & in Rubro mari, sed nigrius: item in Persico vocatur lace: laudatissimum in Gallico sinu circa Stœchadas insulas, & in Siculo circa Heliam ac Drepanum. Nascitur & apud Grauiscas, & ante Neapolin Campaniæ: maximèque rubens, sed molle, & ideo vtilissimum Erythris. Forma est ei fruticis, color viridis. Baccæ eius candidæ sub aqua ac molles: exemptæ confestim durantur & rubescunt, quasi corna fatiua specie atque magnitudine. Aiunt tactu protinus lapidescere, si viuat. Itaque occupari, euellique retibus, aut acri ferramento præcidi. Hac de causa curalium vocitatum interpretantur. Probatissimum quàm maximè rubens, & quàm ramosissimū, nec scabrosum, aut lapideum, vel rursus inane, aut cœcauum. Autoritas baccarum eius non minus Indorum viris quoque pretiosa est, quàm fœminis nostris vniones Indici. Aruspices eorum vatèsque imprimis religiosum id gestamen amoliendis periculis arbitrantur. Itaque & decore & religione gaudent. Prius quàm hoc notesceret, Galli gladios, scuta, galeas adornabant eo. Nunc tanta penuria est vendibili merce, ut perquam rarè cernatur in suo orbe. Surculi infantia adalligati, tutelam habere creduntur. Contraque torminum ac vesicæ & calculorum mala in puluerem igne redacti, potique cum aqua auxiliantur. Simili modo ex vino poti, aut si febris sit, ex aqua, somnum afferunt. Ignibus diu repugnant. Sed eodem medicamine sæpius potè tradunt lienem quoque absumi. Sanguinem reicientibus excreantibusve medentur. Cinis eorum miscetur oculorum medicamentis. Spissat enim ac refrigerat. Hulcerum caua explet. Cicatrices extenuat. Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam vocant, nihil est vsquam venenatius, quàm in mari pastinaca, utpote cum radio eius arbores necari dixerimus. Hanc tamen persequitur galeos. Idem & alios quidem pisces, sed pastinacas præcipuè, sicut in terra serpentes mustela. Tanta est auiditas ipsius veneni. Percussis verò ab ea medetur & hic quidem, sed & mullus ac laser.

De his, quibus in terris & in aquis victus est: & de castoreis medicina, & obseruationes.

C A P. I I I.

Spectabilis naturæ potentia in his quoque, quibus & in terris & in aqua victus est, sicut & fibris, quos castores vocant, & castorea testes eorum. Amputari hos ab ipsis, cum capiantur, negat Sextius diligentissimus medicina. Quinimo paruos esse substrictosque, & adhærentes spinæ, nec adimi sine vita animalis posse. Adulterari autem renibus eiusdem

dem qui fint grandes, cùm veri testes parui admodum reperiuntur. Præterea ne veficas quidem effe, cùm fint geminæ, quod nulli animalium. In his folliculis inueniri liquorem, & afferuari fale. Itaque inter probationes falſi effe folliculos geminos ex vno nexu dependentes, quod ipſum corrumpi fraude, conicientibus gummi cum fale Hammoniaco: quoniam Hammoniaco coloris effe debeant, tunicis circumdati liquore veluti mellis cerofi, odoris grauis, guſtu amaro & acri friabiles. Efficaciſſimi è Ponto Galatiæ, mox Africæ. Sternutamenta olfactu mouent. Somnum conciliant, cum roſaceo & pucedano peruncto capite: & per ſe poti in aqua: ob id phreneticis vtilis. Item lethargicos odoris ſuffitu excitant: vuluarumque exanimationes vel ſubditi. Et menſes ac ſecundas
 10 cient, duabus drachmis ex aqua cum pulegio poti. Medentur & vertigini, opifſthotonis, tremulis, ſpaſticis, neruorum vitiis, iſchiadicis, ſtomachicis, paralyticis, perunctis omnibus: Vel triti ad craſſitudinem mellis cum ſemine viticis, ex aceto aut roſaceo. Sic & cõtra comitiales ſumpti: poti verò contra inflationes, tormina, venena. Differentia tantum contra genera eſt miſturæ. Quippe aduerſus ſcorpiones ex vino bibuntur: aduerſus phalangia & araneos, ex mulſo, ita vt vomitione reddantur, aut vt retineantur, cum ruta: aduerſus chalcidas, cum myrtite: aduerſus ceraſten & preſteras, cum panace, aut ruta ex vino: aduerſus cæteras ſerpentes, cum vino. Dari binas drachmas ſatis eſt: eorum quæ ad
 20 iiciantur, ſingulas. Auxiliantur priuatim contra viſcum ex aceto: aduerſus aconitum ex lacte, aut aqua: aduerſum elleborum album ex aqua mulſa nitròque. Medentur & denti-
 bus, infuli cum oleo triti in aurem à cuius parte doleat: aurium doloribus melius, ſi cum meconio. Claritatem viſus faciunt cum melle Attico inuncti. Cohibent ſingultus ex aceto. Vrina quoque fibri reſiſtit venenis, & ob id in antidota additur. Adſeruatur autem optimè in ſua veſica, vt aliqui exiſtimant.

De teſtudine, & multorum piſcium medicina, & obſeruationes:

C A P. IIIII.

Geminus ſimiliter victus in aquis terræque, & teſtudinum: effectus quoque pari honore habendi, vel propter excellens in vſu pretium, naturæque proprietatem. Sunt ergo teſtudinum genera, terreſtres, marinæ, lutariæ, & quæ in dulci aqua viuunt. Has qui
 30 dam è Græcis emydas appellant. Terreſtrium carnes ſuffitionibus propriæ, Magicis que artibus refutandis, & contra venena ſalutares produntur. Plurimæ in Africa. Hæ ibi amputato capite pedibusque pro antidoto dari dicuntur: & ex iure in cibo ſumptæ, ſtrumas diſcutere, ac lienes tollere: item comitiales morbos. Sanguis earum claritatem viſus facit, ſuffuſionẽsque oculorum tollit. Et contra ſerpentium omnium & araneorum ac ſimilium, & ranarum venena auxiliatur, ſeruato ſanguine in farina pilulis factis, & cùm opus ſit, in vino datis. Felle teſtudinum cum Attico melle glaucomata inungi prodeſt: & ſcorpionum plagæ inſtillari. Tegumenti cinis vino & oleo ſubactus pedum rimas hulceræque ſanat. Squamæ è ſumma parte derafæ, & in potu datæ, Venerem cohibent. Eò
 40 magis hoc mirum, quoniam totius tegumenti farina accendere traditur libidinem. Vrinam earum aliter quàm in veſica diſſectarum, inueniri poſſe non arbitror: & inter ea hoc quoque eſſe, quæ portentofa Magi demonſtrent: aduerſus aſpidum ictus ſingulare, efficaciore tamen, vt aiunt, cimicibus admiftis. Oua durata illinuntur ſtrumis, & hulceribus frigore aut aduſtione factis. Sorbentur in ſtomachi doloribus. Marinarum carnes admiftæ ranarum carnibus contra ſalamandras præclare auxiliantur. Neque eſt teſtudine aliud ſalamandræ aduerſus. Sanguine alopeciarum inanietas & porrigo, omniæque capitis hulcera curantur. Inareſcere autem eum oportet, lentèque ablui. Inſtillatur & dolori aurium cum lacte mulierum. Aduerſus comitiales morbos manditur cum poline frumenti. Miſcetur autem ſanguis heminis tribus aceti, hemina vini addita his, & cum hordeacea farina: aceto quoque admifto, vt ſit quod deuoretur fabæ ma-
 50 gnitudine. Hæc ſingula & matutina & vespertina dantur, dein poſt aliquot dies vespere. Comitilibus inſtillatur ore diducto, his qui modicè corripiantur. Spafmo cum

castoreo clystere infunditur. Quod si dentes per annos colluantur testudinum sanguine, immunes a dolore fiunt. Et anhelitus discutit, quasque orthopnœas vocant: ad has in polenta datur. Fel testudinum claritatem oculorum facit: cicatrices extenuat: tonsillas sedat & anginas, & omnia oris vitia. Priuatim nomas ibi: item ardentium testium. Naribus illitum comitiales erigit, attollitque. Idem cum vernatione anguium aceto admisto, vnicè purulentis auribus prodest. Quidam bubulum fel admiscent, decoctarumque carniū testudinis succum, addita æquè vernatione anguium. Sed diu in vino testudinem excoquant. Oculorum quoque vitia omnia fel inunctum cum melle emendat: suffusiones etiam marinæ fel cum fluuiatilis sanguine & lacte mulierum. Capillus mulierum inficitur felle. Contra salamandras vel succum decoctum bibisse fatis est. Testudinum est tertium genus in cœno & paludibus viuentium. Latitudo his in dorso pectori similis, nec conuexo incurua calyce, ingrata visu. Ex hac quoque tamen aliqua contingunt auxilia. Tres nanque in succensa sarmenta coniectæ, diuidentibus se tegumentis rapiuntur: tum euulsæ carnes earum coquuntur in aquæ congio, sale modicè addito: ita decoctarum, ad tertias partes succus, paraly sin & articulares morbos sentientibus bibitur. Detrahit itè fel pituitas, sanguinèque vitiatum. Siftitur ab eo remedio alius aquæ frigidæ potu. Ex quarto genere testudinum, quæ sunt in amnibus, diuulsarum pingui cum acizoo herba tuso, admisto vnguento & semine lilij, ante accessiones si perungantur ægri, præter caput, mox conuoluti, calidam aquam bibant, quartanis liberari dicuntur. Hanc testudinè quintadecima Luna capi oportere, vt plus pinguium reperiatur. Verùm ægrum sextadecima Luna perungi tradunt. Ex eodem genere testudinum sanguis instillatus crebros capitis dolores sedat: item strumas. Sunt, qui testudinum sanguinem cultro æreo supinarum capitibus præcisis, excipi nouo fictili iubeant: ignem sacrum, cuiuscunque generis sanguine illini: item capitis hulcera manantia, & verrucas. Idem promittit testudinum omnium fimo panos discuti. Et licet incredibile dictu sit, aliqui tradunt, tardius ire nauigia, testudinis pedem dextrum vehentia. Hinc deinde in morbos digeremus aquatilia, non quia ignoremus gratiorem esse vniuersitatem animalium, maiorisque miraculi: sed hoc vtilius est vitæ, contributa habere remedia, cum aliud alij pro fit, aliud alibi facilius inueniatur.

De aquatilibus, remedia in morbos digesta: & primùm contra venena & venenata animalia.

C A P. V.

Venenatum mel diximus vbi nasceretur. Auxilio est piscis aurata in cibo. Vel si ex melle syncero fastidium cruditasve, quæ sit grauissima, incidat: testudinem circumcisis pedibus, capite, cauda, decoctam, antidotū esse, autor est Pelops, scincumque Apelles. Qui esset scincus, diximus: sæpius verò, quantum veneficiū menstruis mulierum. Contra omnia ea auxiliatur, vt diximus, nullus: Item contra pastinacam & scorpiones terrestres marinósque, & dracones, & phalangia illitus sumptusve in cibo. Eiusdem recentis è capite cinis contra omnia venena, priuatim contra fungos. Mala medicamenta inferri negant posse, aut certè nocere, stella marina vulpino sanguine illita, & affixa limini superiori, aut clauo æreo ianux. Draconis marini scorpionumque ictus, carnibus earum impositis: item araneorum morsus sanantur. In summa, contra omnia venena, vel potu, vel ictu, vel morsu noxia, succus earum ex iure decoctarum, efficacissimus habetur. Sunt & feruatis piscibus medicinæ, falfamentorumq; cibus prodest à serpente percussis, & contra bestiarum ictus, mero subinde hausto, ita vt ad vesperam cibus vomitione reddatur. Peculiariter à chalcide, cerasse, aut quas sepas vocat, aut elape dipsadève percussis. Contra scorpiones largius sumi, sed nõ euomi falfamēta prodest, ita vt sitis toleretur: & imponere eadem plagis cõuenit. Contra crocodilorum quidem morsus non aliud præsentius habetur. Priuatim contra presteris morsum sarda prodest. Imponuntur falfamenta & contra canis rabiosi: vel si non sint ferro vstæ plagæ, corporaque clysteribus exinanita, hoc per se sufficit. Et cõtra draconem marinum ex aceto imponuntur. Idem & cybij profectus. Draco quidem marinus ad spinæ suæ, qua ferit, venenum ipse impositus, vel cerebro

cerebro toto prodest. Ranarum marinarum ex vino & aceto decoctarum succus contra venena bibitur, & contra ranæ rubetæ venenum, & contra salamãdras. Fluuiatiles, si carnes edantur iúsvē decoctarum forbeatur, profunt & contra leporem marinum, & contra serpentes supra dictas. Contra scorpiones ex vino. Democritus quidem tradit, si quis extrahat ranæ viuenti linguam, nulla alia corporis parte adhærente, ipsaque dimissa in aquam, imponat supra cordis palpitationē mulieri dormienti, quæcunque interrogaerit, vera responsuram. Addunt etiamnum alia Magi, quæ si vera sunt, multo vtiliores vitæ existimentur ranæ, quàm leges. Nanque harundine transfixa natura per os, si surculus in menstruis defigatur à marito, adulteriorum tædium fieri. Carnibus earum vel hamo additis, præcipuè purpuras certum est allici. Iecur ranæ geminum esse dicunt, obiicique formicis oportere: eam partem, quam appetant, contra omnia venena esse pro antidoto. Sunt quæ in vepribus tantum viuunt, ob id rubetarum nomine, vt diximus, quas Græci phrynos vocant, grandissimæ cunctarū, geminis veluti cornibus, plenæ veneficiorum. Mira de his certatim tradunt autores. Illatis in populum silentium fieri. Officulo, quod sit in dextro latere, in aquam feruentem deiecto, refrigerari vas, nec postea feruere, nisi exempto. Id inueniri obiecta rana formicis, carnibusque erosis, singula in foliū addi. Et aliud esse in sinistro latere, quo deiecto feruere videatur, apocynon vocari. Canum impetus eo cohiberi, amorem concitari, & iurgia addito in potionem. Venerem adalligatum stimulare. Rursus à dextro latere refrigerari feruentia. Hoc & quartanas sanari adalligato in pellicula agninā recenti, aliásque febres. Amorem inhiberi eo. Item ex his ranis lien contra venena, quæ fiant ex ipsis, auxiliatur. Cor verò etiam efficacius est. Coluber est in aqua viuens: huius adipem & fel habentes qui crocodilos venentur, mirè adiuuari dicunt, nihil cōtra bellua audente. Efficacius etiamnum, si herba potamogiton misceatur. Cancris fluuiatiles triti potique ex aqua recentes, seu cinere adseruato, contra venena omnia profunt, priuatim contra scorpionum ictus cum lacte asinino: vel si non sit, caprino, vel quocunque. Addi & vinum oportet. Necāt eos triti cum ocimo admoti. Eadem vis contra venenatorum omniū morsus, priuatim scytalen, & angues, & cōtra leporem marinum, ac ranam rubetam. Cinis eorum seruatus prodest pauore potus periclitantibus ex canis rabiosi morsibus. Quidam addiiciunt gentianā, & dant in vino. Nam si iam pauor occupauerit, pastillos vino subactos deuorandos ita præcipiunt. Decem verò cancris cum ocimi manipulo alligatis, omnes qui ibi sint scorpiones ad eum locū coituros Magi dicunt: & cum ocimo ipsos cineremve eorum percussis imponunt. Minus in omnibus his marini profunt, vt Thrasyllus autor est. Nihil autem æquè aduersari serpentibus, quàm cancos, suésque percussas hoc pabulo sibi mederi. Cùm Sol fit in Cancro, torqueri serpentes. Ictibus scorpionum & carnes fluuiatiliū cochlearum resistunt crudæ vel coctæ. Quidam ob id salsas quoque adseruant. Imponunt & ipsis plagis. Coracini pisces Nilo quidem peculiare sunt: sed nos hæc omnibus terris demonstramus. Carnes eorum aduersus scorpiones valent impositæ. Inter venena sunt piscium porci marini spinæ in dorso, cruciatu magno læsorum: remedio est limus ex reliquo piscium eorum corpore. Canis rabidi morsu potum expauescentibus, faciem perungunt adipe vituli marini. Efficacius, si medulla hyænæ & oleum è lentisco & cera misceatur. Murænæ morsus ipsarum capitis cinere sanantur. Et pastinaca contra suum ictum remedio est, cinere suo ex aceto illito, vel alterius. Cibi causa extrahi debet è dorso eius, quicquid simile est croco, caputque totum: & hanc autem, & omnia testaceæ modicè collui in cibus, quia saporis gratia perit. E lepore marino veneficium restinguunt poti hippocampi. Contra dorycnium echini maxime profunt: & iis qui succum Carpathij biberint, præcipuè eius iure sumpto. Et cancri marini decocti ius contra dorycnium efficax habetur.

De ostreis & purpura, alga, & eorum remedia.

C A P. VI.

PECuliariter verò contra leporis marini venena & ostrea aduersantur. Idem videtur, nec potest videri satis dictum esse de his, cùm palma mensarum diu iam tribuatur illis. Gaudent dulcibus aquis, & vbi plurimi influunt amnes: ideo pelagia parua & rara

funt. Gignuntur tamen in petrosis, carentibusque aquarum dulcium aduentu, sicut circa Grynium & Myrinam. Grandescunt fideris quidem ratione maximè, vt in natura aquatiliam diximus: sed priuatim circa initia æstatis multo lacte prægnantia, atque vbi Sol penetret in vada. Hæc videtur causa, quare minora in aliis locis reperiantur. Opacitas enim prohibet incrementum, & tristitia minus appetunt cibos. Variant coloribus, rufa in Hispania, fusca in Illyrico, nigra & carne & testa Circeiis. Præcipua verò habentur, in quacunque gente spissa, nec salua sua lubrica, crassitudine potius spectanda, quàm latitudine: neque in luto capta, neque in harenosis, sed solido vado, spondylo breui atque non carnosum, nec fibris lacinosum, ac tota in aluo. Addunt peritiores notam, ambiente purpureo crine fibras, eoque argumento generosa interpretantur, calliblephara appellantes. Gaudent & peregrinatione, transferrique in ignotas aquas. Sic Brundisiana in Auerno compasta, & suum retinere succum, & à Lucrino adoptare creduntur. Hæc sint dicta de corpore. Dicemus & de nationibus, ne fraudentur gloria sua litora: sed dicemus aliena lingua, quæque peritissima huius censuræ in nostro æuo fuit. Sunt ergo Mutiaui verba, quæ subiiciam: Cyzicena maiora Lucrinis, dulciora Britannicis, suauiora Edulis, acriora Lepticis, pleniora Lucensibus, ficciora Coryphantenis, teneriora Istricis, candidiora Circeiensibus. Sed his neque dulciora, neque teneriora esse vlla compertum est. In Indico mari Alexandri rerum autores pedalia inueniri prodidere. Nec non inter nos nepotis cuiusdam nomenclator tridacna appellauit: tantæ amplitudinis intelligi cupiens, vt ter mordenda essent. Dos eorū in medicina hoc in loco tota dicitur. Stomachum vnicè reficiunt: fastidiis medentur. Addiditque luxuria frigus obrutis niue, summa montium & maris ima miscens. Molliunt aluum leniter. Eadem cocta cum mulso, tenebmo, qui sine exulceratione sit, liberant. Vesicarum hulcera quoque repurgant. In conchis suis vti clausa venerint, mirè distillationibus profunt. Testæ ostreorum cinis vnam fedat, & tonsillas admisto melle. Eodem modo parotidas, panos, mammarumque duritias, capitem hulcera ex aqua: cutemque mulierum extendit. Inspergitur & ambustis. Et dentifricio placet. Pruritis quoque & eruptionibus pituitæ ex aceto medetur. Crudæ si tundantur, strumas sanant & perniones pedum. Purpuræ quoque cōtra venena profunt. Et algam maris theriacen esse, Nicander tradit. Plura eius genera, vt diximus: longo folio & latiore, rubente, aliave crispo. Laudatissima, quæ in Creta insula iuxta terram in petris nascitur: tingendis etiam lanis ita colorem alligans, vt elui postea non possit. E vino iubet eam dari.

Ad alopecias, & capillos, & oculorum, & aurium, & dentium, & faciei vitia.

C A P.

V I I.

Alopecias replet hippocampinus cinis nitro & adipe suillo mistus, aut syncerus ex aceto. Præparat cutem sepiarum crustæ farina medicamentis. Cutem replet & muris marini cinis cum oleo: Item echini cum carnibus suis cremati: fel scorpionis marini. Ranarum quoque trium, si viuæ in olla concrementur, cinis cum melle: melius cum pice liquida. Capillum denigrant sanguisugæ, quæ in nigro vino diebus lx. computruere. At j in aceti sextariis duobus sanguisugarum sextarium in vase plumbeo iubet putrescere totidem diebus, mox illini in Sole. Sornatius tantam vim habere tradit, vt nisi oleum ore contineant qui tingunt, dentes quoque eorum denigrare dicat. Capitibus hulceribus, muricum vel purpurarum testæ cinis cum melle vtiliter illinitur: conchyliorum, vel si non vrantur, farina ex aqua doloribus. Castoreum cum peucedano & rosaceo. Omnium piscium fluuiatiliam marinorumque adeps liquefactus oleo admisto melle, oculorum claritati plurimum confert: item castoreum cum melle. Callionymi fel cicatrices sanat, & carnes oculorum superuacuas consumit. Nulli hoc piscium copiosius, vt existimauit Menander quoque in Comædiis. Idem piscis & vranoscopus vocatur ab oculo quem in capite habet. Et coracini fel excitat visum. Et marini scorpionis ruficum oleo vetere aut melle Attico incipientes suffusiones discutit: inungi ter oportet intermissis diebus. Eadem ratio albugines oculorum tollit. Mullorū cibo aciem oculorum hebetari tradunt.

Lepus

Lepus marinus ipse quidem venenatus est, sed cinis eius in palpebris pilos inutiles, euul-
 sos cohibet. Et ad hunc usum vtilissimi minimi: Itē pectunculi falsi triti cum cedria: & ra-
 næ, quas diopetes & calamitas vocant, sanguis earū cum lacryma vitis si euulso pilo pal-
 pebris illinatur. Oculorum tumorem ruboremque sepiaæ cortex cum lacte mulieris illi-
 tus sedat, & per se scabritias emendat. Inuertunt itaque genas id agentes, & medicamen-
 tum auferunt post paulum, rosaceo que inungunt, & pane imposito mitigant nocte. Ea-
 dem cortice & nyctalopes curantur in farinā trita & ex aceto illita. Extrahit & squamas
 eius cinis. Cicatrices oculorum cum melle sanat, pterygia cum sale & cadmia singulis
 drachmis. Emendat & albugines oculorum iumentorum. Adiciunt & ossiculis eius ge-
 nas, si terantur, sanari. Echini ex aceto epinyctidas tollunt. Eundem comburi cū viperi-
 nis pellibus ranisque, & cinerem aspergi potioni iubent Magi, claritatē visus promitten-
 tes. Ichthyocolla appellatur piscis, cui glutinosum est corium: idēque nomen glutino
 eius. Hoc epinyctidas tollit. Quidam ex ventre, non è corio, fieri dicunt ichthyocollam,
 vt glutinum taurinum. Laudatur Pontica candicans & carens venis squamisque, & quæ
 celerrimè liquefcit. Madescere autem debet concisa in aqua, aut aceto nocte ac die: mox
 tundi marinis lapidibus, vt facilius liquefcit. Vtilem eam in capitis doloribus affirmant,
 & tetanothis. Ranæ dexter oculus dextro, sinistro læuus suspensi è collo natiui coloris
 panno, lippitudines sanant. Quod si per coitum ranæ eruantur, albuginem quoque, alli-
 gati similiter in putamine oui. Reliquæ carnes impositæ fuggillationem rapiunt. Cancrī
 etiam oculos adalligatos collo, mederi lippitudini dicunt. Est parua rana in harundine-
 tis & herbis maxime viuens, muta ac sine voce, viridis, si fortè hauriatur, ventres boum
 distendens. Huius corporis humorem specillis derafum claritatem oculis inunctis nar-
 rant afferre: ipsasque carnes doloribus oculorum superponunt. Ranas etiam quindecim
 coniectas in fictili nouo iuncis configūt quidā: succum earū, qui ita effluerit, admiscēt
 lacrymæ, quæ ex alba vite emanat, atque ita palpebras emendant inutilibus pilis exem-
 ptis, acu instillates hunc succum in vestigia euulforum. Meges psilothrum palpebrarum
 faciebat in aceto enecans putrescentes, & hoc vtebatur multis variisque per aquationes
 autumnī nascentibus. Idem præstare sanguifugarum cinis ex aceto illitus putatur. Com-
 buri eas oportet in nouo vase. Idem tæniæ icur siccatum pondere x. i. i. j. cum oleo ce-
 drino perunctis pilis in x. mensibus. Auribus vtilissimum bati piscis fel recens, sed & inue-
 neratum vino: item bāchi, quem quidam myxona vocant: item callionymi cum rosaceo
 infusum: vel castoreum cum papaueris succo. Vocant & in mari pedunculos, eosque tri-
 tos instillari ex aceto auribus iubent. Et per se conchylio infecta lana magnopere pro-
 deest. Quidam aceto & nitro madefaciunt. Sūntque qui præcipuè contra omnia aurium
 vitia laudent gari excellentis sociorum cyathum, mellis dimidio amplius, aceti cyathum
 in calice nouo lenta pruna decoquere, subinde spuma pennis deterfa, & postquam defie-
 rit spumare, tepidum infundere. Si tumeant aures, coriandri succo prius mitigandas iide
 præcipiunt. Ranarum adeps instillatus, statim dolores tollit. Cancrorū fluuiatilium suc-
 cus cum farina hordeacea aurium vulneribus efficacissimè prodest. Parotides muricum
 testæ cinere cum melle, vel conchyliorum ex mulso curantur. Dentium dolores sedātur
 ossibus draconis marini scarificatis gingiuis: cerebro caniculæ in oleo decocto adserua-
 toque, vt ex eo dentes semel anno colluantur. Pastinacæ quoque radio scarificare gingi-
 uas, & in dolore vtilissimum. Conteritur is, & cum elleboro albo illitus, dentes sine vexa-
 tione extrahit. Salsamentorum etiam fictili vase combustorum cinis, addita farina mar-
 moris, inter remedia est. Et cybia vetera eluta in nouo vase, deinde trita profunt dolori-
 bus. Æquè prodesse dicuntur omnium salsamentorum spinæ cōbustæ tritaque & illita.
 Decoquantur & ranæ singulæ in aceti heminis, vt dentes ita colluantur, continēaturq;
 in ore succus. Si fastidium obstaret, suspēdebat pedibus posterioribus eas Sallustius Dio-
 nysius, vt ex ore virus deflueret in acetum feruens, idque è pluribus ranis. Fortioribus
 stomachis ex iure edendas dabat. Maxillaresque ita sanari dentes præcipuè putant, mo-
 biles verò supra dicto aceto stabiliri. Ad hoc quidam ranarum corpora binarum præ-

cifis pedibus in vini hemina macerant, & ita collui dentes labantes iubent. Aliqui totas adalligant maxillis. Alij denas in aceti sextariis tribus decoxere ad tertias partes, vt mobiles dentium stabilirent. Necnon xxvj. ranarum corda in olei veteris sextario sub æreo testo discoxere, vt infunderent per aurem dolentis maxillæ. Alij iecur ranæ decoctum & tritum cum melle imposuere dentibus. Omnia supra scripta ex marina tanto efficaciora. Si cariosi & fœtidi sunt, centum in furno areferi per noctem præcipiunt: postea tantundem salis addiatque fricari. Enhydri vocatur à Græcis coluber in aquis viuens. Huius quatuor dentium superioribus in dolore superiorum gingiuas scarificant, inferiorum inferioribus. Aliqui canino tantum earum contenti sunt. Vtuntur & cancrorum cinere: nam muricum cinis dentrificium est. Lichenas & lepras tollit adeps vituli marini: murænarum cinis cum mellis obolisternis: iecur pastinacæ in oleo decoctum: hippocampi & delphini cinis ex aqua illitus. Exhulcerationem sequi debet curatio, quæ perducit ad cicatricem. Quidam delphini iecur in fictili torrent, donec pinguitudo similitudine olei fluat, ac perungunt. Muricum vel conchyliorum testæ cinis maculas in facie mulierum purgat cum melle illitus cutemque erugat, extenditque septenis diebus illitus, ita vt octauo candido ouorum foueantur. Muricum generis sunt, quæ vocant Græci colycia, alij corythia, turbinata æquæ, sed minora multo, efficaciora etiam, & oris halitum custodientia. Ichthyocolla erugat cutem, extenditque in aqua decocta horis quatuor, dein contusa, colluta & subacta ad liquorem vsque mellis. Ita præparata in vase nouo conditur, & in vsu quatuor drachmis eius binæ sulphuris, & anchusæ totidem, octo spumæ argenteæ adduntur, aspersaque aqua teruntur vnâ. Sic illita facies post quatuor horas abluitur. Medetur & lentigini cæterisque vitiis ex ossibus sepiarum cinis. Idem & carnes excrecentes tollit & humida hulcera.

Promiscuæ medicina.

CAP. VIII.

PSoras tollit rana decocta in heminis quinque aquæ marinæ. Excoqui debet, donec fit crassitudo mellis. Fit in mari & halcyoneum appellatum, ex nidis, vt aliqui existimant, halcyonum & ceycum: vt alij, è fordibus spumarum crassescētibus: alij è limo, vel quadam maris lanugine. Quatuor eius genera: cinereum spissum, odoris asperi: alterum molle, lenius, odore ferè algæ: tertium candidioris vermiculi: quartum pumicosius, spongiæque putri simile, penè purpureum, quod optimum: hoc & Milesium vocatur. Quocandidius autem, hoc minus probabile est. Vis eorum, vt exhulcerent, purgent. Vsus totis & sine oleo. Mirè lepras, lichenas, lentigines tollunt cum lupino, & sulphuris duobus obolis. Halcyoneo vtuntur & ad oculorum cicatrices. Andreas ad lepras cancri cinere cum oleo vsus est: Attalus thynni recentioris adipe ad hulcera. Murænarum muria, & capitum cinis cū melle sanat strumas. Pungi piscis eius qui rana in mari appellatur, ossiculo de cauda, ita vt non vulneret, prodest. Id faciendum quotidie, donec percurentur: Eadem vis & pastinacæ radio, & lepore marino imposito, ita vt celeriter remoueantur: echini testis contusis & ex aceto illitis: Item scolopendræ marinæ è melle: cancro fluuiatili contrito vel combusto ex melle. Mirificè profunt & sepiæ ossa cum axungia vetere contusa & illita. Sic & ad parotidas vtuntur, & scari piscis marini iocineribus. Quin & testis cadi salsamentarij tuis cum axungia vetere, muricumque cinere ex oleo ad parotidas strumæque. Rigor cervicis mollitur cum marinis, qui pedunculi vocantur, drachma pota: castoreo pota cū pipere ex mulso misto ranis decoctis ex oleo & sale, vt forbeatur succus. Sic & opisthotono medentur, tetano: spasticis verò pipere adiecto. Anginas mænarum salsarum ex capitibus cinis ex melle illitus abolet: ranarum decoctarum ex aceto succus: hic & cōtra tonsillas prodest. Cancro fluuiatiles triti singuli in heminam aquæ anginis medentur gargarizati, aut è vino, aut calida aqua poti. Vuç medetur garrum cochlearibus subditum. Vocem siluri, recentes, falsive in cibo sumpti adiuuant. Vomitiones nulli inueterati tritique in potione concitant. Suspiriosis castoreum cū Hammoniaci exigua portione ex aceto mulso ieiunis vtilissimè potatur. Eadem potio spasmos

smos stomachi sedat ex aceto mulso calido. Tussim sanare dicuntur piscium modo è iure decoctæ in patinis ranæ. Suspensæ autem pedibus, cum destillauerit in patinam salua earum, exenterari iubentur, abiectisque interaneis cõdiri. Est rana parua arborem scandens, & ex ea vociferans. In huius os si quis expuat, ipsamque dimittat, tussi liberari narratur. Præcipiunt & cochleæ crudæ carnẽ tritam bibere ex aqua calida in tusli cruenta.

*Ad iocineris vitia laterumque, ad stomachi, alui,
& alia promiscua medicina.*

C A P. I X.

IOcineris doloribus scorpio marinus in vino necatur, vt inde bibatur. Conchæ longæ
 10 carnes ex mulso potæ cum aqua pari modo, aut si febres sint ex aqua mulsa. Lateris dolores leniunt hippocampi tosti sumpti, tetheaque similis ostreo in cibo sumpta: ischia dicorum muria filuri clystere infusa. Dantur autem conchæ ternis obolis dilutæ in vini sextariis duobus per dies quindecim. Aluum emollit filurus è iure, & torpedo in cibo. Et olus marinum simile satiui, stomacho inimicum, aluum facillimè purgat: sed propter acrimoniam cum pingui carne coquitur. Et omnium piscium ius. Idem & vrinas ciet, è vino maximè. Optimum è scorpionibus & iulide, & saxatilibus, nec virus resipientibus. Coqui debent cum anetho, apio, coriandro, porro, additis oleo & sale. Purgant & cybia vetera, priuatimque cruditates, pituitas bilèmque trahunt. Purgant & myaces, quorũ natura tota in hoc loco dicitur. Aceruantur muricum modo, viuuntque in algosis, gratif
 20 simi autumnò, & vbi multa dulcis aqua miscetur mari, ob id in Ægypto laudatissimi. Procedente hyeme, amaritudinem trahunt, colorèmque rubrum. Horum ius traditur aluum & vesicas exinanire, interanea destrinhere, omnia adaperire, renes purgare, sanguinem adipemque minuere. Itaque vtilissimi sunt hydropicis, mulierum purgationibus, morbo regio, articulari, inflationibus. Item prodesse felli pituitæque pulmonis, iocineris, splenis vitiiis, rheumatismis. Fauces tantum vexant, vocemq; obtundunt. Hulcera quæ serpant, aut sint purganda, sanant: Item carcinomata. Cremati autem, vt murices, & morsus canum hominumque cū melle, lepras, lentigines. Cinis eorum potus emendat caligines, gingiuarum & dentium vitia, eruptiones pituitæ: & cõtra dorycnium aut opocarthon antidoti vicem obtinent. Degenerant in duas species, in mitulos, qui sa
 30 lem virisque resipiunt: myscas, quæ rotunditate differunt, minores aliquanto atq; hirtæ, tenuioribus testis, carne duriores. Mituli quoque, vt murices, cinere causticam vim habent, & ad lepras, lentigines, maculas. Lauantur quoque plumbi modo ad genarũ crassitudines, & oculorum albugines, caliginèsq; atque in aliis partibus fordida hulcera, capitisque pustulas. Carnes verò eorum ad canis morsus imponuntur. Et pelorides emolliunt aluum: item castorea ex aqua mulsa drachmis binis. Qui vehementius volunt vti, addunt cucumeris satiui radicis siccæ drachmã, & aphronitri duas. Tetheæ torminibus & inflationibus occurrunt. Inueniuntur hæ in foliis marinis sugentes, fungorum veriùs generis, quàm piscium. Eadem & tenesmũ dissoluunt, renumque vitia. Nascitur & in mari absinthium, quod aliqui Seriphium vocant, circa Taposirin maximè Ægypti, exilius
 40 terrestri. Aluum soluit, & noxiis animalibus intestina liberat. Soluunt & sepia. In cibo dantur cū oleo, & sale & farina decoctæ. Mænæ falsæ cum felle taurino illitæ vmbilico, aluum soluunt. Ius piscium in patina coctorum cum lactucis tenesmum discutit. Cancri fluuiatiles triti ex aqua poti, aluum sistunt, vrinã ciet, in vino aluum. Ademptis brachiis calculos pellunt tribus obolis cum myrrha triti, singulis eorum drachmis. Ileos & inflationes castoreum cū dauci semine & petroselini quatum ternis digitis sumatur, ex mulsi calidi cyathis quatuor, tormina verò cum aceto vino misto. Erythini in cibo sumpti sistunt aluum. Dysentericis medentur ranæ cum scilla decoctæ, ita vt pastilli fiant: fel siue cor earum cum melle tritũ, vt tradit Niceratus. Morbo regio salsamentum cum pipere, ita vt reliqua carne abstineatur. Lieni medetur solea piscis impositus: itẽ torpedo: item
 50 rhombus viuus: dein remittitur in mare. Scorpium marinus necatus in vino, vesicæ vitia & calculos sanat. Lapis qui inuenitur in scorpionis marini cauda pondere oboli potus:

enhydridis iecur:blenniorum cinis cum ruta. Inueniuntur & in banchi piscis capite ceu lapilli. Hi poti ex aqua calculosis præclare medentur. Aiunt & vrticam marinam in vino potam prodesse: item pulmonem marinum decoctum in aqua. Oua sepia vrinâ mouent, renûmque pituitas extrahunt. Rupta conuulsa cancri fluuiatiles triti in afinino lacte maximè sanant: echini verò cum spinis suis contusi in vino poti calculos. Modus singulis hemina: bibitur donec proficit: & aliàs in cibis ad hoc proficiunt. Purgatur vesica & pectinum cibo. Ex his mares alij donacas, alij aulos vocant: fœminas onychas. Vrinam mares mouent. Dulciores fœminæ sunt & vnicolores. Sepia quoque oua vrinâ mouent, renes purgant. Enterocelæ lepus illinitur tritus cum melle. Iecur quoque aquatici colubri, itè hydri tritum potumque calculosis prodest. Ischiadicos autem liberant falsamenta ex siluro infusa clystere, euacuata prius aluo. Sedis attritus cinis è capite mugilû mulorumque. Comburuntur autè in fictili vase. Illini cum melle debent. Item capitis mænarum cinis ad rhagadas, & ad condylomata vtilis, sicut pelamidum falsarum capitum cinis, vel cybiorum cum melle. Torpedo apposita procidētis interanei morbum ibi coercet. Cancrorum fluuiatiliu cinis ex olea & cera, rimas in eadem parte emendat: item & marini cancri polline. Panos falsaméta coracini discutiunt: sciaenæ interanea & squamæ combustæ: scorpio in vino decoctus, ita vt foueantur ex illo. At echinorum testæ cõtusæ & ex aqua illitæ, incipientibus panis resistunt. Muricum vel purpurarum cinis vtroque modo, siue discutere opus sit incipientes, siue concoctos emittere. Quidam ita componunt medicamētum, ceræ & thuris drachmas x x. spumæ argenti xl. cineris muricum x. olei veteris heminam. Profunt per se falsamenta cocta. Cancri fluuiatiles triti verendorum pustulas discutiunt: cinis ex capite mænarum: item carnes decoctæ & impositæ. Similiter perca falsæ è capite cinis melle addito. Pelamidum capitis cinis, aut squatina piscis cutis cõbusta. Hæc est, qua diximus lignum poliri: quia & è mari fabriles vsus exeunt. Profunt & smarides illitæ: item muricum vel purpurarum testæ cinis cum melle: efficacius crematarum cû carnibus suis. Carbunculos verendorum priuatim falsamenta cocta cum melle restinguunt. At testem, si descenderit, cochlearum spuma illini volunt. Vrinâ incontinentiam hippocampi tosti & in cibo sæpius sumpti emendant. Item ophidion pisciculus congro similis cum lilij radice. Pisciculi minuti, ex ventre eius qui deuoraue- rit exempti, & cremati, ita vt cinis eorum bibatur ex aqua. Iubent & cochleas Africanas cum sua carne cõburi, cineremq; ex vino Signino dari. Podagris articularibusque morbis vtile est oleum, in quo decocta est rana, & ipsius intestina, & rubetæ cinis cum adipe vetere. Quidam & hordei cinerem adiiciunt, trium generum æquo pondere. Iubēt & lepore marino recenti podagrâ fricari. Fibrinis quoque pellibus calceari, maximè Pontici fibri. Item vituli marini: cuius & adeps prodest. Item & bryon, de quo diximus, lactucæ simile, rugosioribus foliis, sine caule. Natura est ei styptica. Impositum lenit impetus podagræ. Itè alga, de qua supra dictum est: obseruatúrque in ea ne arida imponatur. Perniones emendat pulmo marinus, cancrique marini cinis ex oleo: item fluuiatiles triti, sicq; cinere & oleo subacti: & filuri adeps. Et in articulis morborum impetus sedant ranæ subinde recentes impositæ: quas quidam dissectas iubent imponi. Corpus auget ius mitulorum, & concharum. Comitiales, vt diximus, coagulum vituli marini bibunt cum lacte equino, afininove, aut cum Punici succo: quidã ex aceto mulso. Nec non aliqui per se pilulas deuorant. Castoreum in aceti mulsi cyathis tribus ieiunis datur. His verò, qui sæpius corripiuntur, clystere infusum mirificè prodest. Castorei drachmæ duæ esse debent, mellis & olei sextarius, & aquæ tantundem. Ad presens verò correptis olfactu subuenit cum aceto. Datur & multelæ marinæ iecur: item muris vel testudinum sanguis.

Ad febres omnium generum, & contra diuersas infirmitates.

C A P. X.

FEbrium circuitus tollit iecur delphini gustatum ante accessiones. Hippocampi necantur in rosaceo, vt perungantur ægri in frigidis febribus. Et ipsi adalligantur ægris. Item ex asello pisce lapilli qui plena Luna inueniuntur in capite, alligantur in linteolo.

Pagri

Pagri fluuiatilis longissimus dens capillo adalligatus, ita vt quinque diebus eum qui alligauerit, non cernat æger: ranæ verò in triuio decoctæ oleo abiectis carnibus, perunctos liberant quartanis. Sunt qui strangulatas, in oleo ipsas clàm adalligent, oleoq; eo perungant. Cor earum adalligatum frigora febrium minuit: & oleum, in quo intestina decocta sint. Maximè autem quartanis liberât, ablatis vnguibus ranæ adalligatæ, & rubetæ. Iecur eius vel cor adalligatur in panno leucophæo. Cancri fluuiatiles triti in oleo & aqua, perunctis ante accessiones in febribus profunt. Aliqui & piper addût. Alij decoctos ad quartas in vino è balineo egressis bibere suadent in quartanis. Aliqui vero sinistrum oculum deuorari iubêt. Magi quoque oculis earum ante Solis ortum adalligatis ægro, ita vt cæcas dimittant in aquam, tertianas abigi promittunt. Eosdem oculos cum carnibus lusciniæ in pelle ceruina adalligatos, præstare vigiliam somno fugato tradunt. In lethargumque vergentibus coagulo balænæ, aut vituli marini ad olfactum vtuntur. Aliqui sanguinem testudinum lethargicis illinunt. Tertianis mederi dicitur & spondylus per se adalligatus: quartanis cochleæ fluuiatiles in cibo recentes. Quidam ob id asseruant sale, vt dent tritas in potu. Strombi in aceto putrefacti, lethargicos excitant odore. Profunt & cardiacis. Cachectis, quorum corpus macie cõficitur, tetheæ vtilis sunt cum ruta ac melle. Hydropicis medetur adeps delphini liquatus, & cum vino potus. Grauitati saporis occurritur tactis naribus vnguento, aut odoribus, vel quoquo modo obturatis. Strombi quoq; carnes tritæ, & in mulsi tribus heminis pari modo aquæ, aut si febres sint, ex aqua nulla datæ proficiunt. Item succus cancrorum fluuiatilium cum melle. Ranæ quoque aquaticæ in vino vetere & farre decoctæ, ac pro cibo sumptæ, ita vt bibatur ex eodem vase. Vel testudo decisis pedibus, capite, cauda, & intestinis exemptis, reliqua carne ita condita, vt citra fastidium sumi possit. Cancri fluuirtiles ex iure sumpti, & phthificis prodesse traduntur. Adusta sanâtur cancri marini vel fluuiatilis cinere: & ea quæ feruenti aqua combusta sunt. Hæc cûratiõ etiã pilos restituit cum cancrorum fluuiatilium cinere. Putântque vtendum cum cera & adipe vrsino. Prodest & febrî ranarum fellis cinis. Ignes sacros restinguunt ranarum viuientium ventres impositi: pedibus posterioribus pronas adalligari iubent, vt crebriore anhelitu profint. Vtuntur & silurorum capitum cinere, falsamentorum ex aceto. Pruritus scabiémque non hominum modo, sed & quadrupedum efficacissimè sedat iecur pastinacæ decoctum in oleo. Nervos vel præcisos purpurarum callum, quo se operiunt, tusum glutinat. Lethargicos coagulum vituli adiuuat in vino potum oboli pondere: item ichthyocolla. Tremulos iuuat castoreum, si ex oleo perungantur. Mullos in cibo inutiles neruis inuenio. Sanguinem fieri piscium cibo putant, sisti polypo tuso illitõque. De quo & hæc traduntur: muriã ipsam ex sese emitte- re, & ideo non debere addi in coquendo: secari harundine: ferro enim infici, vitiũque trahere natura desinente. Ad sanguinem sistendum & ranarum illinunt cinerem, vel sanguinem inarefactum. Quidam ex ea rana, quam Græci calamiten vocant, quoniam inter harundines fruticésque viuat, minima omnium & viridissima, cineré fieri iubent. Aliqui & nascentium ranarum in aqua, quibus adhuc cauda est, in calice nouo combustarum cinerem, si per nares fluat, iniiciendum. Diuersus hirudinum, quas sanguifugas vocant, ad extrahendum sanguinem vsus est. Quippe eadem ratio earum, quæ cucurbitarum medicinalium, ad corpora leuanda sanguine, spiramenta laxanda, iudicatur. Sed vitium, quod admissæ semel desiderium faciunt circa eadẽ tempora anni semper eiusdem medicinæ. Multi podagris quoque admittendas censuere. Decidunt satietate, & pondere ipso sanguinis detractæ, aut sale aspersæ. Aliquando tamen affixa relinquunt capita, quæ causa vulnera insanabilia facit, & multos interimit, sicut Messalinum è Consularibus patriciis, cum ad genua admisisset. Inuehunt virus remedio verso: maximèque rufæ ita formidantur. Ergo sugentia ora forficibus præcidunt: ac veluti siphonibus defluit sanguis: paulatimque morientium capita se contrahunt: nec relinquuntur. Natura earum aduersatur cemicibus, & suffitu necat eos. Fibrinarum pellium cum pice liquida combustarum cinis, narium profluuia sistit, succo porri mollitus. Extrahunt tela corpori inhærentia se-

piarum testæ ex aqua, falfamentorum carnes, cancri fluuiatiles triti, siluri fluuiatilis, qui
 & alibi, quàm in Nilo nascitur, carnes impositæ recentes siue falsæ. Eiusdem cinis extra-
 hit, & adeps: & cinis spinæ eius vicem spodij præbet. Hulcera quæ serpunt, & quæ ex iis
 excrescunt, ex capite mænarum cinis vel siluri coërcet. Carcinomata percarum capita
 falsarum, efficacius si cineri earum misceatur sal, & cunila capitata, oleoque subigantur.
 Cancrini marini cinis vsti cum plumbo, carcinomata compefcit. Ad hoc & fluuiatilis suffi-
 cit cum melle lineaque lanugine. Aliqui malunt alumen melque miscere cineri. Phage-
 dænæ siluro inueterato, & cum sandaracha trito: cacoëthe & nomæ & putrescentia cy-
 bio veterè sanantur. Vermes verò innati ranarû felle tolluntur: fistulæ rperiuntur, siccâ-
 tûrque falfamentis cum linteolo immisissis. Intrâque alterum diem callum omnem aufe-
 runt, & putrescentia hulcerum, quæque serpunt, emplastri modo subacta & illita. Et salpe
 expurgat hulcera in linteolis conceptis. Item echinorum testæ cinis. Carbunculos co-
 racinorum falfamenta illita discutiunt. Item mullorum falfamenti cinis. Quidam capi-
 te tantum vtuntur cum melle, vel coracinorum carne. Muricum cinis cum oleo tumo-
 rem tollit: cicatrices fel scorpionis marini. Verrucas tollit glani iecur illitum: capitis
 mænarum cinis cum allio tritus, ad thymia crudis vtuntur: fel scorpionis marini rufi:
 smarides tritæ illitæ. Alex deferuefacta vnguium scabritiam, cinisque è capite mænarum
 extenuat. Mulieribus lactis copiam facit glauciscus è iure sumptus, & smarides cum pti-
 sana sumptæ, vel cum fœniculo decoctæ. Mammæ ipsas muricum vel purpuræ testarum
 cinis cum melle efficaciter sanat. Cancrini fluuiatiles illiti vel marini pilos in mamma, vel
 muricum carnes appositæ tollunt. Squatinæ illitæ crescere mammæ non patiuntur.
 Delphini adipe linamenta accensa exitant vuluæ strangulatu oppressas. Item scombri
 in aceto putrefacti. Percarum vel mænarum capitis cinis admisto sale & cunila oleoque,
 vuluæ medetur: suffitione quoque secundas extrahit. Item vituli marini adeps instillatur
 igni naribus intermortuarum vuluæ vitio: & cum coagulo eiusdem in vellere imponitur.
 Pulmonis marini cinis adalligatus, egregiè profluuia purgat. Echini viuentestusi & in
 vino dulci poti. Siftunt & cancri fluuiatiles triti in vino potique. Item siluri suffitu, præ-
 cipuè Africi, faciliores partus fieri dicuntur. Cancrini ex aqua poti profluuia sistere: ex
 hyssopo purgare. Et si partus stranguletur, similiter poti auxiliantur. Eisdem recentes
 vel aridos bibunt ad partus continendos. Hippocrates ad purgationes mortuosque par-
 tus vtitur illis, cum quinis lapathi radicibus, cum ruta & fuligine tritis, & in mulso datis
 potui. Item in iure cocti cum lapatho & apio, menstruas purgationes expediunt: lactisq;
 vbertatem faciunt. Item in febrili quæ sit cum capitis doloribus & oculorum palpitatio-
 ne, mulieribus in vino austero poti prodesse dicuntur. Castoreum ex mulso potum pur-
 gationibus prodest: contraque vuluam olfactum cum aceto & pice, aut subditum pastil-
 lis. Ad secundas etiam vti eodem prodest cum panace in i i j. cyathis vini: & à frigore la-
 borantibus ternis obolis. Sed si castoreum fibrumve supergrediatur grauida, abortum
 facere dicitur, & periclitari partus, si superferatur. Mirum & quod de torpedine inue-
 nio: si capiatur, cum Luna in Libra fuerit, triduoque asseruetur sub dio, faciles partus fa-
 cere postea, quoties inferatur. Adiuuare & pastinacæ radius adalligatus vmbilico æsti-
 matur, si viuèti ablatu sit, ipsaque denuo in mare dimissa. Inuenio apud quosdam ostrac-
 cium vocari, quod aliqui onychem vocant: hoc suffitum vuluæ pœnis mirè resistere.
 Odorem esse castorei, meliusque cum eo vstum proficere. Vetera quoque hulcera & ca-
 coëthe eiusdem cinere sanari. Nam carbunculos & carcinomata in mulierum parte
 præsentissimo remedio sanari tradunt cancro fœmina, cum salis flore contuso post ple-
 nam Lunam, & ex aqua illito. Psilothrum est thynni sanguis, fel, iecur, siue recentia, siue
 feruata. Iecur etiam tritum, mixtæque cedria plumbea pyxide asseruatum. Ita pueros
 mangonizauit Salpe obstetrix. Eadem vis est pulmonis marini: leporis marini sangui-
 ne & felle: vel si in oleo lepus hic necetur. Cancrini scolopendræ marini cinis cum oleo:
 vrtica marina trita ex aceto scillite: torpedinis cerebrum cum alumine illitum x v j. Luna.
 Ranæ parua, quam in oculorum curatione descripsimus, sanies efficacissimè psilothrum
 est, si

est, si recens illinatur: & ipsa arefacta ac tusa, mox decocta tribus heminis ad tertias, vel in oleo decocta æreis vasis. Eadem mensura alij ex quindecim ranis conficiunt psilothrū, sicut in oculis diximus. Sanguisugæ quoq; tostæ in vase fictili, & ex aceto illitæ, eundem contra pilos habent effectum. Et suffitus vrentium eas necat cimices inuectas. Castoreo quoque cum melle pro psilothro vsi pluribus diebus reperiuntur. In omni autem psilothro vellendi prius sunt pili. Infantium gingiuis dentitionibusque multum confert delphini cum melle dentium cinis, & si ipso dente gingiux tangantur. Ad alligatusque idem pauores repentinos tollit. Idem effectus & caniculæ dentis. Hulcera verò, quæ in auribus, aut vlla corporis parte fiant, cancrorum fluuiatilium succus cum farina hordeacea sanat. Et ad reliquos morbos triti in oleo peructis profunt. Siria seifque infantium spongia frigida crebro humefacta, rana inuersa adalligata efficacissime sanat, quam aridam inueniri affirmant. Mullus in vino necatus, vel piscis rubellio, vel anguillæ duæ, item vua marina in vino putrefacta, iis qui inde biberint, tædium vini affert. Venerem inhibet echeneis & hippopotami frontis è sinistra parte pellis in linteolo adalligata, felve torpedinis viux genitalibus illitum. Concitant cochlearum fluuiatilium carnes sale adseruata, & in potu ex vino datæ: erythini in cibo sumpti: iecur ranæ diopetis vel calamitæ in pellicula gruis alligatum, vel dens crocodili maxillaris annexus brachio, vel hippocampus, vel nerui rubetæ dextro lacerto adalligati. Amorem finit in pecoris recenti corio rubeta alligata. Equorum scabiem ranæ decoctæ in aqua extenuant, donec illiniri possit. Aiuntque ita curatos non repeti postea. Et Salpe negat canes latrare, quibus in ossa rana viua data sit. Inter aquatilia dici debet & calamochnus. Latine adarca appellata. Nascitur circa harundines tenues è spuma aquæ, dulcis ac marinæ, vbi se miscent. Vim habet causticam: ideo acopis additur contra perfrictionum vitia. Tollit & mulierum lentiginis in facie. Et calami simul dici debent. Phragmitis radix recens tusa luxatis medetur, & spinæ doloribus ex aceto illita. Cyprij verò, qui & donax vocatur, cortex alopecii medetur vstus, & hulceribus veteratis: folia extrahendis quæ infixæ sint corpori, & igni sacro. Paniculæ flos si aures intrauerit, exurdat. Sepiæ atramento tanta vis est, vt in lucerna addito Æthiopus videri ablato priore lumine, Anaxilaus tradat. Rubeta decocta, & in aqua potu data, suum morbis medetur: vel cuiuscunque ranæ cinis. Pulmone marino si confricetur lignum, ardere videtur, adeo vt baculum ita præluceat.

Animalium omnium in mari viventium, centum septuaginta sex genera esse.

C A P.

X I.

PERACTA aquatiliū dote, non alienum videtur indicare per tot maria, tam vasta, & tot millibus passuum terræ infusa, extraque circumdata mensura penè ipsius mundi, quæ intelligantur animalia centum septuaginta sex omnino generum esse, eaque nominatim complecti: quod in terrestribus volucrisque fieri non quit. Neque enim omnis Indiæ Æthiopiæque aut Scythiæ desertorumve nouimus feras aut volucres, cum hominum ipsorum multo plurimæ sint differentiæ, quas inuenire potuimus. Accedat his Taprobane, insulæque aliæ Oceani fabulosè narratæ. Profectò conueniet, non posse omnia genera in cōtemplationem vniuersam vocari. At hercule in tanto mari Oceano quæcunque nascuntur, certa sunt, notioraque, quod miremur, quæ profundo natura merfit. Vt à belluis ordiamur, arbores, phiseteres, balænæ, pristis, Tritones, Nereides, elephanti, homines qui marini vocantur, rotæ, orcæ, arietes, musculi, & alij piscium forma arietes, delphini, celebresque Homero vituli. Luxuriæ verò testudines, & Medicis fibri, quorum è genere luras nusquam mari accepimus mergi, tantum marina dicentes. Iam caniculæ, dromones, cornutæ, gladij, ferræ: communisque mari, terræ, amni, hippopotami, crocodili: & amni tantum ac mari, thynni, thynnides, siluri, coracini, percæ. Peculiaris autem maris acipenser, aurata, asellus, acarne, aphyæ, alopecias, anguilla, araneus, box, batis, banchus, batrachus, belone, quos aculeatos vocamus, balanus, coruus, cytharus. Chromborum genera, cyprinus, chalcis, cobio. Callarias asellorum generis, ni minor esset.

Colias siue parianus, siue faxitanus à patria Bætica, lacertorum minima: ab iis Mæotici: cybiū. Ita vocatur concisa pelamis, quæ post x l. dies à Ponto in Mæotim reuertitur. Cordyla, & hæc pelamis pusilla, cum in Pontū è Mæotide exit, hoc nomen habet: cantharus callionymus, siue vranoscopus, cinædi foli piscium lutei: cnide, quam nos vrticam vocamus. Cancrorum genera, chamætrachea, chamæleos chamæpelorides geueris varietate distantes & rotunditate, chamæglycymerides, quæ sunt maiores, quàm pelorides, colycia siue corophya. Concharum genera, inter quæ & margaritifera: cochleæ, quarum generis pentadactyles, melicembales, echinophoræ dicuntur quibus cantat. Extra has sunt rotundæ in oleario vsu cochleæ, cucumis, cynopus, câmarus, cynosdextra, draco. Quidam aliud volūt esse dracunculum. Est autem graculo similis. Aculeos in brachiis habet ad caudam spectantes. Sic & scorpio lædit, dum manu tollitur: erythinus, echeneis, echinus. Elephati locustrarum generis nigri, pedibus quaternis, bifulcis, præterea brachia duo binis articulis, singulisque forficulis denticulatis. Faber siue zeus, glaucisci, glanis, gonger, gerres, galeos, garus, hippos, hippuros, hirundo, halipleumon, hippo campos, hepar, helacathenes. Sunt lacertorū genera, loligo volitans, locustæ, lucernæ, liparis, lamyrus, lepus, leones, quorū brachia cancris similia sunt, reliqua pars locustæ: mullus, merula inter saxatiles laudata, mugil, melanurus, mæna, meryx, murena, mys, mitulus, myscus, murex, oculata, ophidiō, ostrea, otia, orcynus. Hic est pelamidum generis maximus, neque redit in Mæotin, similis tritoni, vetustate melior. Orbis, orthragoriscus, phager, phycis saxatiliū, pelamis: earum generis maxima apolectus vocatur, durior tritone: phorcus, phitharus, passer, pastinaca. Polyporum genera: pectines maximi & nigerrimi æstate, laudatissimi Mitylenis, Tyndaride, Salonis, Altini, Antij, in insula Alexandria in Ægypto pectūculi, purpuræ, percides, pinna, pinnotheræ, rhina, quem squatum vocamus. Rhombus, scarus principalis hodie. Solea, fargus, scylla, sarda. Ita vocatur pelamis longa, ex Oceano veniens. Scomber, salpa, sparus, scorpæna, scorpis, sciadeus, sciæna, scolopendra, smyrus, scepini, strombus, solé, siue aulos, siue donax, siue onyx, siue dactylus, spondylus, smarides, stella, spōgia. Turdus inter saxatiles nobilis. Tomus thurianus, quem alij xiphiam vocant. Thessa, torpedo, thea. Tritō pelamidū generis magni: ex eo vræa cybia fiunt. Vrenæ, vua xiphia. His adiciemus apud Ouidium posita nomina, quæ apud neminem alium reperiuntur: sed fortassis in Ponto nascuntur, vbi id volumen supremis suis temporibus inchoauit: Bopgyrum in scopulis viuentem, orphum rubetem, rhacinumque pullum, pictas mormyras, aureiq; coloris chryson. Præterea paruum teragum, & placentem cauda labrum, epodas lati generis. Præter hæc insignia piscium tradit channem ex seipsa concipere, glaucū æstate nunquam apparere, pompilum qui semper comitetur nauigiorum cursus, chromin qui nidificet in aquis. Helopem quoque dicit esse nostris incognitum vndis: ex quo apparet falli eos, qui eundem acipenserem existimauerunt. Helopi palmam saporis inter pisces multi dederunt. Sunt præterea à nullo autore nominati, sudis Latine appellata, à Græcis sphyræna rostro similis nomine, magnitudine inter amplissimos, rarus, sed tamen non degener. Appellatur & pernæ concharum generis, circa Pontias insulas frequētissima. Stant velut fuillo crure longo in harena defixæ, hiantesque, quæ limpitudo est, pedali non minus spatio, cibum veantur. Dentes in circuitu marginum habent pectinatim spissatos. Intus pro spondylo grandis caro est. Et hyænam piscem vidi in Ænaria insula captum, caput exerentem. Præter hæc purgamenta aliqua relatu indigna, & algis potius annumeranda, quàm animalibus.

C. PLINII SECUNDI NATA- TURALIS HISTORIÆ

LIBER XXXIII.

Metallorum natura.

PROOEMIUM.



ET ALLA nunc, ipsæque opes, & rerum pretia dicentur, tellurem intus inquirente cura multiplici modo: quippe alibi diuitiis foditur, quærente vita aurum, argentum, electrum, æs: alibi deliciis gemmas, & parietum digitorumque pigmenta: alibi temeritati ferrum, auro etiam gratius inter bella cædesque. Persequimur omnes eius fibras, viuimusque super excavatam, mirantes dehiscere aliquando, aut intremiscere illam, ceu verò non hoc etiam indignatione sacræ parentis exprimi possit.

10 Imus in viscera eius, & in sede Manium opes quærimus, tanquam parum benigna fertili- que, quaquà calcatur. Inter hæc minimum remediorum gratia scrutamur. Quo- to enim cuique fodiendi causa medicina est? Quanquam & hæc summa sui parte tribuit, vt minimè parca, facilisque in omnibus quæ profunt. Illa nos premunt, illa nos ad inferos agunt, quæ occultauit atque demersit, illa quæ non nascuntur: vt repente mens ad inane euolans reputet, quæ deinde futura sit finis, sæculis omnibus exhaurien- di eam, quousque penetret avaritia. Quàm innocens, quàm beata, imò verò & deli- cata esset vita, si nihil aliud, quàm supra terras, concupisceret, breuiterque nisi quod secum est? Eruitur aurum & chryfocolla iuxta, vt pretiosior videatur nomen ex auro custodiens. Parum enim erat vnain vitæ inuenisse pestem, nisi in pretio esset auri etiam 30 sanies. Quærebat argentum avaritia: boni consuluit interim inuenisse minium, ruben- tisque terræ excogitauit vsum. Heu prodigiosa ingenia, quot modis auximus pretia re- rum? Accessit ars picturæ, & aurum argentumque cælando carius fecimus. Didicit homo naturam prouocare. Auxere & artem vitiorum irritamenta. In poculis libidi- nes cælare iuuat, ac per obscœnitates bibere. Abiecta deinde sunt hæc, & sordere cœpe- re: & auri argentique nimium fuit. Murrhina & crystallina ex eadem terra effodimus, quibus pretium faceret ipsa fragilitas. Hoc argumentum opum, hæc vera luxuriæ glo- ria existimata est, habere quod posset statim totum perire. Nec hoc fuit satis, turba gemmarum potamus, & smaragdis teximus calices: ac temulentia causa tenere Indiam iuuat: & aurum iam accessio est.

40 *Quæ prima commendatio metallorum auri, & de origine anu-
lorum aureorum, & modo auri apud antiquos, &
equestri ordine, & de iure anulorum
aureorum.*

CAPUT I.

50 Vtinàmque posset è vita in totum abdicari aurum, sacra fames, vt celeberrimi auto- res dixere, proficissum conuiciis ab optimis quibusque, & ad perniciem vitæ reper- tum: quantum feliciore æuo, cum res ipsæ permutabantur inter se, sicut & Troianis tem- poribus factitatum, Homero credi conuenit. Ita enim (vt opinor) commercia victus gra- tia inuenta. Alios coriis boum, alios ferro captiuisque rebus emptitasse tradit: quan- quam & ipse miratus aurum, æstimationes rerum ita fecit, vt centum boum arma aurea

permutasse Glaucum diceret cum Diomedis armis nouem boum. Ex qua consuetudine multa legum antiquarum pecore constat, etiam Romæ. Pessimum vitæ scelus fecit, qui anulum primus induit digitis. Nec hoc quis fecerit traditur. Nam de Prometheo omnia fabulosa arbitror, quanquam illi quoque ferreum anulum dederit antiquitas: vinculum-
^a T. Cygem. que id, non gestamen intelligi voluerit. ^a Midæ quidem anulum, quo circumactō habentem nemo cerneret, quis nō etiam fabulosiorem fateatur? manus & prorsus sinistrae maximam auctoritatem conciliauere auro, non quidem Romanæ, quorum more ferreum id erat & bellicæ virtutis insigne. De regibus Romanis non facile dixerim. Nullum habet Romuli in Capitolio statua, nec præter Numæ Seruiique Tullij alia, ac ne L. quidem Bruti. Hoc in Tarquiniis maximè miror, quorum è Græcia fuit origo, vnde hic anulorum vsus venit, quanquam etiam nunc Lacedæmone ferreo vtantur. Sed à Prisco Tarquinio omnium primo filium, cū in prætextæ annis occidisset hostem, bulla aurea donatum constat: vnde mos bullæ durauit, vt eorum qui equo meruissent filij, insigne id haberēt, cæteri lorum. Et ideo miror Tarquinij eius statuam sine anulo esse. Quanquam & de nomine ipso ambigi video: Græci à digitis appellauere: apud nos prisca vngulum vocabant, postea & Græci & nostri symbolum. Longo certè tempore, ne Senatū quidem Romanum habuisse aureos, manifestum est. Siquidem his tantum qui legati ad exteras gentes ituri essent, anuli publicè dabantur, credo quoniam ita exterorum honoratissimi intelligebantur. Neque aliis vti mos fuit, quàm qui ex ea causa publicè accepissent: vulgòque sic triumphabant. Et cū corona ex auro Hetrusca sustineretur à ter-
^b T. aqua go, anulus tamen in digito ferreus erat, ^b æquè triumphantis, & serui fortasse coronam sustinentis. Sic triumphauit de Iugurtha C. Marius: aureumque non ante tertium Consulatum sumpsisse traditur. Hi quoque, qui ob legationem acceperant aureos, in publico tantum vtiebantur eis: intra domos verò ferreis. Quo argumento etiam nunc sponsæ anulus ferreus mittitur, isque sine gemma. Nec Iliacis temporibus vllos fuisse anulos video: nusquam certè Homerus dicit, cū & codicillos missitatos epistolarum gratia indicet, & conditas arcis vestes, ac vasa aurea argenteaque, & ea colligata nodi, non anuli, nota. Sortiri quoque contra prouocationem duces non anulis tradit. Fabricam etiam Deūm fibulas, & alia muliebris cultus, sicut inaures, in primordio factasse, sine mentione anulorum. Et quisquis primus instituit, cunctanter id fecit, læuisque manibus
^c T. sartoris ac latentibus induit, cū si honos securus fuisset, dextra fuerit ostentandus. Quod si impedimentum potuit in eo aliquod intelligi etiam ^c confertoris vsu, argumētum est, maius in læua fuisse, qua scutum capitur. Est quidem apud eundem Homerum virorum crinibus aurum implexum: ideo nescio an prior vsus à cæminis cœperit. Romæ quidem non fuit aurum, nisi admodum exiguum, longo tempore. Certè cū à Gallis capta vrbe pax emeretur, non plus quàm mille pondo effici potuere. Nec ignoro ^d duo millia pondo auri perisse, Pompeij tertio Consulatu, è Capitolini Iouis folio, à Camillo ibi condita, & ^e T. rapuisse suo, & Pomp. ideo à plerisque existimari duo millia pondo collata. Sed quod accessit, Gallorum præda fuit, detractumque ab his in parte captæ vrbis delubris. Gallos autem cum auro pugnare solitos, Torquatus indicio est. Apparet ergo Gallorum templorumque tantumdem, nec amplius fuisse: quod quidem in augurio intellectum est, cū Capitolinus duplum reddidisset. Illud quoque obiter indicari conuenit, quoniam de anulis sermonem repetimus, ædituum custodiæ eius comprehensum, fracta in ore anuli gemma, statim expirasse, & indicium ita extinctum. Ergo vt maximè duo tantum millia pondo, cū capta est Roma anno trecentesimo lxxij. fuere, cū iam capitum liberorum censa essent clij. millia quingenti lxxx. In eadem post annos cccvij. quod ex Capitolinæ ædis incendio cæterisque omnibus delubris C. Marius filius Præneste detulerat, tredecim millia pondo: quæ sub eo titulo in triumpho transtulit Sylla, & argenti vij. millia. Idem ex reliqua omni victoria pridie transtulerat auri pondo xv. millia, argenti pondo centum & quindecim millia. Frequētior autem vsus anulorum non ante Cn. Flauium Anij filium deprehenditur. Hic nanque publicatis diebus factis, quos populus à paucis

paucis principum quotidie petebat, tantam gratiam plebis adeptus est, alioquin libertino patre genitus, & ipse Appij Cæci scriba, cuius hortatu exceperat eos dies, consultando assidue sagaci ingenio, promulgaueratque, ut Ædilis curulis crearetur cum Q. Anicio Prænestino, qui paucis antè annis hostis fuisset, præteritis C. Petilio & Domitio, quorum patres Consules fuerant. Additum Flauio, ut simul & Tribunus plebis esset. Quo facto tanta Senatus indignatione exarsit, ut anulos ab eo abiectos fuisse, in antiquissimis reperitur Annalibus. Fallit pleròsque, qui tum & equestrem ordinem id fecisse arbitrantur. Est enim adiectum hoc quoque: sed & phalera posita, propter quæ nomen Equitum adiectum est. Anulos quoque depositos à nobilitate, in Annales relatum est, non à Senatu uniuerso. Hoc actum P. Sempronio Longo, L. Sulpitio c o s s. Flauius vouit ædem Concordiæ, si populo reconciliaisset ordines. Et cum ad id pecunia publica non decerneretur, ex multatitia sceneratoribus condemnatis ædiculam æreã fecit in Græcostasi, quæ tunc supra comitium erat. Inciditque in tabella ærea eam ædem c. quatuor annis post Capitolinam dedicatam. Ita c c c c x l v i i j. à condita vrbe gestum est: & primum anulorum vestigium extat. Promiscui autem vsus alterum secundo Punico bello: neque enim aliter potuissent trimodia illa anulorum Carthaginem ab Annibale mitti. Inter Cepionem quoque & Drusum ex anulo in auctione vænali, inimicitia cœpere: vnde origo socialis belli, & exitia rerum. Ne tum quidem omnes Senatores habuerunt: utpote cum memoria auorum multi Prætura quoque functi, in ferro consenuerint: sicut Calphurnium & Manilium, qui legatus C. Marij fuerat Iugurthino bello, Fenestella tradit: & multi L. Fufidium illum, ad quem Scaurus de vita sua scripsit: in Quintiorum verò familia aurum ne scæminas quidem habere mos fuerit: nullòsque omnino anulos maior pars gentium hominùmque, etiam qui sub imperio nostro degunt, hodièque habeat. Non signat Oriès aut Ægyptus etiam nunc, literis contenta solis. Multis hoc modis, ut cætera omnia, luxuria variauit, gemmas addendo exquisiti fulgoris, censùque opimo digitos onerando, sicut dicemus in gemmarum volumine: mox & effigies varias cælando, ut alibi ars, alibi materia esset in pretio. Alias deinde gemmas violari nefas putauit: ac ne quis signandi causam in anulis esse intelligeret, solidas induit. Quasdam verò neque ab ea parte quæ digito occultatur, auro cludit, aurumque millibus lapillorum vilius fecit. Contra verò multi nullas admittunt gemmas, auroque ipso signant: id Claudij Cæsarj principatu repertum. Nec non & seruitia iam ferrum auro cingunt: alia per sese mero auro decorant: cuius licentiæ origo nomine ipso in Samothrace id institutum declarat. Singulis primò digitis geri mos fuerat, qui sunt minimis proximi: sic in Numæ & Seruij Tullij staturis videmus. Postea pollicis proximo induere, etiã Deorum simulacris: dein iuuat & minimo dare. Galliæ Britanniaque in medio dicuntur vsæ. Hic nunc solus excipitur: cæteri omnes onerantur, atque etiam priuatim articuli minoribus alijs. Sūt qui tres vni minimo congerant: alij verò & huic vnum tantum, quo signantem signet. Cõditus ille, ut res rara, & iniuria vsus indigna, velut è sacrario promitur: & vnũ in minimo digito habuisse, prætiosioris in recondito supelletilis ostentatio est. Iam alij pondera eorum ostentant.

Alii plures quàm vnum, gestare labor est. Alij bractæas infarcire leuiore materia propter casum tutius gemmarum sollicitudini putant. Alij sub gemis venena cludent, sicut Demosthenes summus oratorum Græciæ, anulòsque mortis gratia habent. Denique ut plurimum opum scelera anulis fiunt. Quæ fuit illa priscorum vita, qualis innocentia, in qua nihil signabatur? At nunc cibi quoque ac potus anulo vindicatur à rapina. Hoc profecere mancipiorum legiones, & in domo turba externa, ac seruorum quoque causa nomenclator adhibendus. Aliter apud antiquos, singuli Marcipores Luciporésve dominorum gentiles, omnem victum in promiscuo habebant, nec vlla domi custodia à domesticis opus erat. Nunc rapiendæ comparantur epulæ, paritèrque qui rapiant eas, & clauis quoque ipsas signasse non est satis: grauatissimò somno aut morientibus anuli detrahuntur: maiorque vitæ ratio circa hoc instrumentum esse cœpit, incertum à quo tempore. Videmur tamen posse in externis auctoritatem eius rei

intelligere circa Polycratem Sami tyrānum, cui dilectus ille anulus in mare abiectus, capto relatus est pisce, ipso circiter c c x x x. annū vr̄bis nostræ interfecto. Celebrator quidem vsus cū fœnore cœpisse debet: argumento est consuetudo vulgi, ad spōsiones etiānum anulo exiliente, tracta ab eo tempore, quo nondum erat arrha velocior: vt planè affirmare possimus, nummos antè aqud nos, mox cœpisse anulos. De nummis paulò post dicitur. Anuli distinxere alterum ordinem à plebe, vt semel cœperant esse celebres, sicut tunica ab anulis Senatū tantum: quanquam & hoc serò: vulgòque purpura latiore tunicæ vsos inuenimus etiam præcones, sicut patrē L. Ælij Stilonis, Præconini ob id cognominati. Sed anuli planè medium ordinem, tertiumq; plebi & patribus inseruere: ac quod antea militares equi nomen dederant, hoc nunc pecuniæ iudices tribuunt. Nec pridem id factum: Diuo Augusto decurias ordinante, maior pars iudicū in ferreo anulo fuit: iiq; non equites, sed iudices vocabantur. Equitum nomen subsistebat in turmis equorū publicorum. Iudicum quoque non nisi quatuor decuriæ fuere primò: vixque singula millia in decuriis inuenta sunt, nondum prouinciis ad hoc munus admittis: seruatūque in hodiernum est, ne quis è nouis ciuibus in iis iudicaret.

De decuriis iudicum, & quoties nomina equestris ordinis immutata, & donis militaribus, & quando primum corona aurea.

C A P. I I.

Decuriæ quoque ipsæ pluribus discretæ nominibus fuere, Tribunorum æris, & Selectorum, & Iudicum. Præter hos etiamnum Nongenti vocabantur ex omnibus selecti, ad custodiendas cistas suffragiorum in comitiis. Et diuisus hic quoque ordo erat superba vsurpatione nominum, cum alius se Nongentum, alius Selectum, alius Tribunum appellaret. Tiberij demum principatus nono anno in vnitatem venit equester ordo: anulorūque autoritati forma constituta est, C. Asinio Pollione, C. Antistio Vetere c o s s. anno vr̄bis conditæ d c c l x x v. quod miremur, futili penè de causa, cum C. Sulpitius Galba, dum iuuenalem famam apud principem popinarū pœnis aucupatur, questus esset in Senatu, vulgò institores eius culpæ defendi anulis. Hac de causa cōstitutum, ne cui ius id esset, nisi cui ingenuo ipsi, patri auoque paterno scstertia c c c c. census fuisset, & lege Iulia theatri in x i i j. ordinibus sedendi. Postea gregatim in sine id appeti cœptum. Propterque hæc discrimina Caius princeps decuriam quintam adiecit: tantumq; natum est factus, vt quæ sub diuo Augusto impleri non potuerant decuriæ, non capiant eum ordinem, passimque ad ornamenta ea etiam seruitute liberati transiliant: quod antea nunquam erat factum, quoniam in ferreo anulo equites iudicēsque intelligebantur: adeoque promiscuū id esse cœpit, vt apud Claudium Cæsarem in Censura eius vnus ex equitibus Flavius Proculus c c c c. ex ea causa reos postularet. Ita dum separatur ordo ab ingenuis, communicatus est cum seruitiis. Iudicum autem appellatione separari eum ordinem, primi omnium instituere Gracchi discordi popularitate in contumeliam Senatū, mox ea debellata, autoritas nominis vario seditionū euentu circa publicanos substitit: & aliquandiu tertiæ vires publicani fuere. M. Cicero demum stabiliiuit equestre nomen in Cōsultu suo, ei Senatū concilians, ex eo se ordine profectum esse celebrans, eiusque vires peculiari popularitate quærens. Ab illo tempore planè hoc tertium corpus in republica factum est, cœpitque adici Senatui populòque Romano & equester ordo. Qua de causa & nunc post populū scribitur, quia nouissimè cœptus est adici. Quinetiam ipsum equitum nomen sæpe variatum est, in his quoque qui ad equitatum trahebantur. Celeres sub Romulo regibusq; appellati sunt: deinde flexumines: postea troffuli, cum oppidum in Thufcis citra Volfinios passuum i x. M. sine vlllo peditum adiumento cepissent eius vocabuli: idque durauit vltra C. Gracchum. Iunius certè, qui ab amicitia eius Gracchanus appellatus est, scriptum reliquit his verbis: Quod ad equestrem ordinem attinet, antea troffulos vocabant, nunc equites vocant: ideo quia non intelligunt troffulos nomen quid valeat, multos pudet eo nomine appellari: & causam, quæ supra indicata est, exponit: inuitosq; etiamnum tamen troffulos vocari. Sunt adhuc aliquæ nō omittendæ in auro differentiæ.

Auxilia

Auxiliares quippe & externos torquibus aureis donauere, at ciues non nisi argenteis. Præterq; armillas ciuibus dedere, quas non habent externi. Idem (quod magis miremur) coronas ex auro dedere ciuibus. Quis primus donatus sit ea, non inueni, sed quis primū donauerit à L. Pisone traditur. A. Posthumius Dictator apud lacum Regillum castris Latinorum expugnatis, ei cuius maximè opera capta essent, hanc coronam ex præda dedit. Item L. Lentulus c o s. Serg. Cornelio Merendæ, Samnitum oppido capto. Sed quinque librarum corona Piso Frugi filium ex priuata pecunia donauit: eamque coronam testamento reipublicæ legauit.

De reliquo usu auri in uiris & mulieribus, & de nummo aureo: & quando primum signatum est æs, argentum, & aurū & antequam signaretur qui mos in ære, & quæ maxima pecunia primo censu, & quoties & quibus temporibus autoritas auri.

C A P. I I I.

DEorum verò honori in sacris nihil aliud excogitatum est, quàm vt auratis cornibus hostiæ maiores duntaxat, immolarentur. Sed in militia quoque in tantum adoleuit hæc luxuria, vt M. Bruti in Philippicis campis epistolæ reperiantur frementes, fibulas tribunitias ex auro geri. At Hercules idem tu Brute mulierum pedibus aurum gestari tacuisti: cuius sceleris nos coarguimus illum primū, qui auro dignitatem per anulos fecit, vt habeant in lacertis iam pridem & viri, quod è Dardanis venit, itaque & Dardanium vocabatur.^a Viriæ Celticæ dicuntur:^b viriles Celtibericæ. Habeant fœminæ in armillis digitisque totis, collo, auribus, spiris: discurrant catenæ circa latera, & inserta margaritarū pondera è collo dominarum auro pendeant, vt in somno quoque vnionum conscientia adsit: etiā ne pedibus induitur, atque inter stolam plebēque hunc medium fœminarum equestrem ordinem facit? Honestius viri pedagogis id damus: balineasque diues puerorum forma conuertit. Iam verò etiam Harpocratem, statuasque Ægyptiorum numinum, in digitis viri quoque portare incipiunt. Fuit & alia Claudij principatu differentia, in solis his, quibus admissionem liberti^c eius dedissent imaginē Principis in anulo ex auro gerendi, magna criminum occasione: quæ omnia salutaris exortus Vespasiani Principis aboleuit, æqualiter publicando Principem. De anulis aureis eorūque usu hæcenus dictum sit. Proximum scelus fecit, qui primus ex auro denarium signauit: quod & ipsum latet autore incerto. Populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhū regem deuictum usus est. Libralis, vnde etiam nunc libella dicitur, & dipondius appendebatur assis. Quare æris grauis pœna dicta. Et adhuc expensa in rationibus dicuntur: item impendia & dependere. Quin & militum stipendiorum, hoc est stipis ponderandæ pensatores, libripendes dicuntur: qua consuetudine in his emptionibus quæ mancipij sunt, etiam nunc libra interponitur. Seruius rex primus signauit æs. Antea rudi vsos Romæ Remeus tradit. Signatum est nota pecudum: vnde & pecunia appellata. Maximus census c x. M. assium fuit illo rege: & ideo hæc prima classis. Argentum signatum est anno vrbs^d d. l x x v. Q. Fabio c o s. quinque annis ante primum bellum Punicum. Et placuit denarius pro x. libris æris, quinarius pro quinque, sestertium pro dipondio ac fessente. Libræ autem pondus æris imminutum bello Punico primo, cum impensis resp. non sufficeret, constitutumque vt asses sextantario pondere ferirentur. Ita quinque partes factæ lucri, dissolutumque æs alienum. Nota æris fuit ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrum nauis: in triente verò & quadrante rates. Quadrans antea triuncis vocatus à i i j. vncijs. Postea Annibale vrgente, Q. Fabio Maximo Dictatore, asses vnciales facti: placuitque denarium x v j. assibus permutari, quinarium octonis, sestertium quaternis. Ita resp. dimidium lucrata est. In militari tamen stipendio semper denarius pro x. assibus datus. Nota argenti fuere bigæ atq; quadrigæ: & inde bigati quadrigatique dicti. Mox lege Papyria femunciales asses facti. Liuius Drusus in Tribunatu plebis octauam partem æris argento miscuit. Qui nūc Victoriatus appellatur, lege Clodia percussus est. Antea enim hic nummus ex Illirico aduectus, mercis loco habebatur. Est autem signatus Victoria, & inde nomen. Aureus nummus post annum l x i j. percussus est, quàm ar-

^a T. Viriæ
^b T. Viriæ

^c T. ius, sic
etiam Lyp.

^d Car. 515.
LXXV. Q.
Ogulnio & C.
Fabio Conj.

a Locum hunc
expendit du-
deus lib. 3. de
Asse. tandem-
que in cam di-
scendi sententi-
am hunc in mo-
dum legendum
existimet: post
hæc placuit,
L. nummo:
signari ex
auri libris.
paulatimq;
principes im-
minuere pô-
dus: minutif-
simè Nero
ad l v. num-
mos &c.

b folia

c Buda⁹ par-
tim vetustorū
exemplariū si-
dem sequitur,
parim conie-
cturis non le-
uibus mixtis,
hæc legendū ar-
bitratur. Au-
ri pôdo d cc.
M. x xv j. ar-
genti x c ij.
M. & in nu-
merato tre-
centies & se-
ptuagies
quinquies.
d Idem: auri
pôdo dccc.
xlvi.
e Idem: Late-
rum aureo-
rum quin-
cim, argen-
teorum tri-
ginta quin-
ginta quin-
ginta, & in
numerato se-
stertii qua-
dringenties.
f Idem: Per-
seo rege vi-
cto, è Mace-
donica præ-
da, sestert-
ium ter mil-
lies.

genteus, ita ut scrupulum valeret sestertius vicenis, quod efficit in libras ratione sestertio-
rum, qui tunc erant, sestertios d c c c c. ^a Post hæc placuit x l. M. signari ex auri libris, pau-
latimque principes imminuere pondus: minutissimus verò ad x l v. M. Sed à nummo pri-
ma est origo auaritiæ excogitata, fœnore quæstiosa fegnitia. Hæc paulatim exarsit rabie
quadam, non iam auaritia, sed fames auri: utpote cum Septimuleius C. Gracchi familia-
ris auro repensum caput eius excisum ad Opimum tulerit, plumbòque in os addito par-
ricidio suo rempublicam etiam circumscripserit: nec iam Quiritum aliquo, sed vniuer-
so nomine Romano infami, rex Mithridates Aquilio duci capto aurum in os infudit: hæc
parit habendi cupidò. Pudet intuentem tantum nomina ista, quæ subinde noua Græco
sermone excogitatur, expresso argenteis vasis auro, aut incluso, quibus deliciis vaneunt
tam aurea quam aurata, cum sciamus interdixisse castris suis Spartacum, ne quis aurum
haberet aut argentum: Tanto fuit plus animi fugitiuis nostris. Messala Orator prodidit,
Antonium Triumvirum aureis usum in omnibus obscenis desideriis, pudendo crimine
etiam Cleopatram. Summæ apud exteros licentiæ fuerat, poculo aureo puluino subdito,
Philippum regem dormire solitum: Agnonem Teium Alexandri Magni præfectum au-
reis clavis suffigere crepidas. Antonius in contumeliâ naturæ utilitatem auro fecit, opus
proscriptione dignum. Sed præter alia equidem miror populum Romanum victis gen-
tibus in tributo semper argentum imperitasse, non aurum: sicut Carthagini cum Anni-
bale victæ argenti pondo annua in quinquaginta annos, nihil auri. Nec potest videri pe-
nuria mundi id venisse. Nam Midas & Cræsus in infinitum possederant. Iam Cyrus dei
ætâ Asia pondo xxxiij. millia inuenerat, præter vasa aurea, aurumq; factum, & in eo
folia ac platanum vitæque. Qua victoria argenti quingenta millia talentorum repor-
tauit, & craterem Semiramidis, cuius pondus quindecim talenta colligebat. Talentum
autem Ægyptium pondo lxx. capere Varro tradit. Iam regnauerat in Colchis Salu-
ces & Eubopes, qui terram virginem nactus, plurimum argenti aurique eruisse dicitur
in Samnorum gente, & alioquin velleribus aureis in clyto regno. Sed & illius aureæ ca-
meræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ atque parastatæ, victo Sesostris Ægypti
rege, tam superbo, ut prodatur annis quibusque sorte reges singulos è subiectis iungere
ad currum solitus, sicque triumphare. Et nos fecimus, quæ posteri fabulosa arbitrentur:
Cæsar qui postea Dictator fuit, primus in Ædilitate munere patris funebri, omni appa-
ratu harenæ argento usus est: ferasque argenteis vasis incessere, tum primum visum.
Mox, quod etiam in municipiis æmulantur, C. Antonius ludos scena argentea fecit. Item
L. Muræna, & Caius princeps in Circo pegma duxit, in quo fuere argenti pôdo c. xxxiij.
Claudius successor eius, cum de Britannia triumpharet, inter coronas aureas vnam viij.
pondo habuit, quam contulisset Hispania citerior, alteram ix. quam Gallia Comata, sicut
titulus indicauit. Huius deinde successor Nero, Pompeij theatrum operuit auro in vnum
diem, quod Tyridati regi Armeniæ ostenderet. Et quota pars ea apparatus fuit aureæ
domus ambientis urbem? Auri in ærario populi Romani fuere, Sex. Iulio, L. Aurelio
c o s s. septem annis ante bellum Punicum tertium c pondo d c c. x x c ij. argenti nona-
gintaduo millia, & extra numerum c c c. & l x x v. M. Item Sex. Iulio, L. Marcio c o s s. ⁴⁰
hoc est, belli socialis initio, d c c c x l v j. auri pondo. C. Cæsar primo introitu urbis in
ciuili bello suo ex ærario protulit c laterum aureorum x x v j. M. & in numerato pondo
c c c. Nec fuit aliis temporibus respublic. locupletior. Intulit & Æmilius Paulus, Per-
seo rege Macedonico deuicto, prædam pondo trium millium: à quo tempore populus
Romanus tributum pendere desuit. Laquearia, quæ nunc & in priuatis domibus auro te-
guntur, post Carthaginem euersam primò inaurata sunt in Capitolio, Censura L. Mum-
mij. Inde trāsire in cameras: in parietes quoque, qui iam & ipsi tanquam vasa inauran-
tur: cum sua ætas varia de Catulo existimauerit, quod tegulas æreas Capitolij inaurasset
primus. Inuentores auri, sicut metallorum ferè omnium septimo volumine diximus.
Præcipuam gratiam huic materiæ fuisse arbitror, non colore, qui in argento clarior est, ⁵⁰
magisque dici similis, & ideo militaribus signis familiarior, quoniam is longius fulget:
manife-

manifesto errore eorum, qui colorem siderum placuisse in auro arbitrantur, cum in gemmis aliisque rebus non sit præcipuus. Nec pondere aut facilitate materia prælatum est cæteris metallis, cum cedat per vtrunque plumbo. Sed quia rerum vni nihil igne deperit, tuto etiam in incendiis rogisque durate materia. Quinimo quò sæpius arsit, proficit ad bonitatem. Aurique experimēto ignis est, vt simili colore rubeat, quo ignis: atque ipsum obryzum vocāt. Primum autem bonitatis argumentum est, quàm difficillimè accendi. Prætereà mirum, prunæ violentissimæ igni indomitū, palea citissimè ardescere: atque vt purgetur, cum plumbo coqui. Altera causa pretij maior, quàm minimum vsu deteri, cum argento, ære, plumbo, lineæ producatur, manusq; fordescant decidua materia. Nec aliud laxius dilatatur, aut numerosius diuiditur, vtpote cuius vnciæ in septingenas & quinquagenas pluresque bracteas, quaternūm vtroque digitorum spargantur. Crassissimæ ex his Prænestinae vocantur, etiānum retinentes nomē, Fortunæ inaurato ibi fidelissimè simulacro. Proxima bractea quæstoria appellatur. Hispania strigiles vocat auri paruulas massas, quod super omnia solum in massa aut ramento capitur, cum cætera metallis reperta igni perficiatur. Hoc statim aurum est, consummatamq; materiam protinus habet, cum ita inuenitur. Hæc enim inuētio eius naturalis est: alia quam dicemus, coacta. Super cætera non rubigo vlla, non ærugo, non aliud ex ipso quod consumat bonitatem, minuāve pondus. Iam contra falis & aceti succos domitores rerum constantia: superq; omnia ne-
 10 tur, ac textitur lanæ modo, & sine lana. Tunica aurea triumphasse Tarquinius Priscum
 20 Verrius tradit. Nos vidimus Agrippinam Claudij principis, edente eo naualis prælij spectaculum, assidentem ei, indutā paludamento, auro textili sine alia materie. Attalicis vero iā pridem intexitur, inuento regum Asiæ. Marmoris & iis quæ candescere non possunt, oui candido illinitur: ligno glutini ratione composita: leucophoron vocāt. Quid sit hoc, aut quemadmodū fiat, suo loco docebimus. Æs inaurari argento viuo, aut certè hydrargyro legitimum erat: de quibus, vt dicemus illorum naturam reddentes, excogitata fraus est. Nanque æs cruciatur in primis, accensumque restinguitur sale, aceto, alumine. Postea exarenatur, an satis recoctum sit, splendore deprehendente, iterumque exhalatur igni, vt possit edomitum, mistis pumice, alumine, argento viuo, inductas accipere bracteas. Alumen in purgando vim habet talem, qualem esse diximus plumbo.

30 *Ratio naturalis inueniendi auri, & quando primum aurea
 statua, & medicina ex auro.*

C A P. I I I I.

AVrum inuenitur in nostro orbe: vt omitteremus Indicum, atque à formicis, aut gryphibus apud Scythas erutum. Apud nos tribus modis, fluminum ramentis, vt in Tago Hispaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Asiæ, Gange Indiæ. Nec vllum absolutius aurum est, cursu ipso tritūque perpolitum. Alio modo puteorum scrobibus effoditur, aut in ruina montium. Quare vtraque ratio dicetur. Aurum qui quærunt, ante omnia segullum tollunt: ita vocatur indicium: alueus, vbi id est, arenæque lauantur, atque ex eo quod refedit, coniectura capitur, vt inueniatur aliquando in summa tellure
 40 protinus rara felicitate: vt nuper in Dalmatia principatu Neronis, singulis diebus etiam quinquagenas libras fundens, cum iam inuentum in summo cæspite. Alutationem vocant, si & auro ea tellus subest. Cæterum montes Hispaniæ aridi sterilesque, & in quibus nihil aliud gignatur, huic bono coguntur fertiles esse. Quod puteis foditur, canalicium vocant, alij canaliense, marmoris glareæ inherens, non illo modo, quo in Oriente sapphiro atque Thebaico, aliisque in gemmis scintillat, sed micæ amplexum marmoris. Hi venarum canales per marmor vagantur, & latera puteorum, & huc illuc, inde nomine inuento, tellusque ligneis columnis suspenditur. Quod effossum est, tunditur, lauatur, vritur, molitur in farinam. Nam quod ad pilas cudunt, apilascudem vocant: argētum, quod exit à fornacis sudore. Quæ è catino iactatur spurcitia, in omni metallo vocatur scoria.
 50 Hæc in auro coquitur iterum & tunditur. Catini fiunt ex tasconio. Hæc est terra alba similis argillæ. Neque enim alia afflatum ignemque & ardentem materiam tolerat. Tertia

ratio opera vicerit Gigantum : cuniculis per magna spatia actis, cauantur montes ad lucernarum lumina. Eadem mensura vigiliarum est, multisque mensibus non cernitur dies. Arrugias id genus vocant: sicutque rimae subito, & opprimunt operarios, ut iam minus temerarium videatur è profundo maris petere margaritas : tanto nocentiores fecimus terras. Relinquuntur itaque fornices crebri montibus sustinendis. Occurrant in utroque genere silices. Hos igni & aceto rumpunt. Saepius verò, quoniam in cuniculis vapor & fumus strangulat, cadunt fracturis c. l. libras ferri terram agentibus : egeruntque humeris noctibus ac diebus per tenebras proximis tradentes: lucem nouissimi cernunt. Si longior videtur flex, latus sequitur. Fossam ambit quiete. Tamen in silice facilius existimatur opera. Est namque terra ex quodam argillae genere glareae mista (candidam vocant) prope inexpugnabilis. Cuneis eam ferreis aggrediuntur, & iisdem malleis: nihilque durius putant, nisi quod inter omnia auri fames durissima est. Peracto opere, ceruices fornicum ab ultimo cadunt, dantque signum ruinae, eamque solus intelligit in cacumine montis eius peruigil. Hic voce ictuue repente operarios reuocari iubet, pariterque ipse deuolat. Mons fractus cadit à sese longo fragore, qui concipi humana mente non possit, & flatu incredibili. Spectant victores ruinam naturae. Nec tamen adhuc aurum est: nec sciere esse, cum fodere. Tantaeque ad pericula euincenda fuit satis cause, sperare quod cuperent. Alius par est labor, vel hoc maioris impendij, flumina ad lauandum hanc ruinam iugis montium ducere obiter à centesimo plerunque lapide. Corrugos vocat, à corruatione, credo: nimirum & hic labor est. Praecipisse libramento oportet, ut fruaris quando in-
 fluat: itaque altissimis partibus ducitur. Conuallis & interualla substructis canalibus iunguntur. Alibi rupes inuiae caduntur, sedemque trabibus cauae praebere coguntur. Is qui cadit, funibus pendet, ut procul intuentibus species nefaria quidem, sed alitum fiat. Pendentes maiore ex parte librant, & lineas itineri praefigunt. Itaque insistentis vestigiis hominis locus non est. Manes trahuntur ad homines, ut vitium importent. Id genus terrae vrium vocant. Ergo per silices calculosue ducuntur, & vrium cuitant. Ad capita deiectus in superciliis montium piscinae cauantur, ducenos pedes in quasque partes, & in altitudinem denos. Emissaria in his quina pedum quadratorum ternum ferè relinquuntur, & repleto stagno excussis obturamentis erumpit torrens tanta vi, ut saxa peruoluat. Alius etiamnum in plano labor. Fossae, in quas profluat, cauantur: agogas vocant: ex sternuntur
 gradatim. Frutex est vlex roris marini similis, asper aurumque retinens. Latera cluduntur tabulis, ac per praerupta suspenduntur, canali ita profluente de terra in mare. His de causis iam promouit Hispania in priore genere: quae exhauriuntur immenso labore, ne occupent puteos, in hoc rigantur. Aurum arrugia quaesitum non coquitur, sed statim suum est. Inueniuntur ita massae. Necnon in puteis etiam denas excedentes libras. Palacras Hispani, alij palacranas: iidem quod minutum est, balucem vocant. Vlex siccatus vritur, & cinis eius lauatur substrato caespite herbofo, ut sidat aurum. Vicena millia podo ad hunc modum annis singulis Asturiam atque Gallaciam & Lusitaniam praestare quidam tradiderunt, ita ut plurimum Asturia gignat. Neque in alia parte terrarum tot seculis haec fertilitas. Italiae parcitum est vetere interdicto patrum, ut diximus: alioquin nulla foecun-
 dior metallorum quoque; erat tellus. Extat lex censoria Ictimulorum aurifodinæ, qua in Vercellensi agro cauebatur, ne plus quinque M. hominum in opere publicani haberent. Aurum faciendi est etiam vna ratio ex auripigmento, quod in Syria foditur pictoribus, in summa tellure, auri colore, sed fragili lapidum specularium modo. Inuitaueratque spes Caium principem auidissimum auri, quamobrem iussit excoqui magnum pondus: & plane fecit aurum excellens, sed ita parui ponderis, ut detrimentum sentiret, illud propter auaritiam expertus, quanquam auripigmenti librae xiiij. permutareretur: nec postea tentatum ab ullo est. Omni auro inest argentum vario pondere, alibi dena, alibi nona, alibi octaua parte. In vno tantum Galliae metallo, quod vocant Albicrarense, xxxvj. portio inuenitur: ideo caeteris praest. Vbicunque quinta argenti portio est, electrum vocatur.
 Scrobes eae reperiuntur in Canaliensi. Fit & cura electrum argento addito. Quod si quin-
 tam

tam portionem excessit, incudibus non resistit. Et electro autoritas, Homero teste, qui Menelai regiam auro, electro, argento, ebore fulgere tradit. Mineruæ templū habet Lindos insulæ Rhodiorum, in quo Helena sacrauit calicem ex electro. Adicit historia, mamma suæ mensura. Electri natura est, ad lucernarum lumina clariùs argento splendere. Quod est natium, & venena deprehendit. Nanque discurrunt in calicibus arquis cælestibus similes, cum igneo stridore, & gemina ratione prædicunt. Aurea statua prima omnium nulla inanitate, & antequam ex ære aliqua illo modo fieret, quam vocant holo-sphyraton, in templo Anaitidis posita dicitur, quod in situ terrarum nomine hoc significauimus, numine gentibus illis sacratissimo. Direpta est Antonij Parthicis rebus. Scitumque narratur dictum vnus veteranorum Bononiæ, hospitali Diui Augusti cœna, cum interrogaretur, essetne verum, eum qui primus violasset hoc numen, oculis membrisque captum expirasse? Respondit enim, tum maximè Augustum de crure eius cœnare, seque illum esse, totumque sibi censum ex ea rapina esse. Hominum primus & auream statuam & solidam Gorgias Leontinus Delphis in templo sibi posuit lxx. circiter Olympiade. Tantus erat docendæ oratoriæ artis quæstus. Aurum plurimis modis pollet in remediis. Vulneratisque & infantibus applicatur, vt minus noceant, quæ inferantur, veneficia. Est & ipsi superlato vis malefica, gallinarum quoque & pecorum fœturis. Remedium est abluere illatum, & spargere eos, quibus mederi velis. Torretur & cum salis grumo, pondere triplici misso, & rursus cum duabus salis portionibus, & vna lapidis, quem schiston vocant: ita virus tradit rebus vnâ crematis in fictili vase, ipsum purum & incorruptum. Reliquus cinis seruatus in fictili & ex aqua illitus, lichenas in facie sanat. Lomento eum conuenit abluere. Fistulas etiam sanat, & quæ vocantur hæmorrhoides. Quod si trito spuma adiciatur, putria hulcera & tetri odoris emendat. Ex melle verò decoctum cum melanthio, & illitum vmbilico, leuiter soluit aluum. Verrucas curari eo M. Varro est autor.

De chryfocolla, & medicina ex chryfocolla vj. & mirabilis natura eius glutinandis inter se perficiendisq; metallis.

C A P. V.

Chryfocolla humor est in puteis, quos diximus, per venam auri defluens crassescente limo rigoribus hybernis vsque in duritiam pumicis. Laudatiorem eandem in ærariis metallis, & proximam in argentariis fieri compertum est. Inuenitur & in plumbariis, vilior etiam auraria. In omnibus autem iis metallis fit & cura multum infra naturalem illam, immisissis in venam aquis leuiter hyeme tota vsque in Iunium mensem, dein siccatis in Iunio & Iulio, vt planè intelligatur nihil aliud chryfocolla, quàm vena putris. Natia duritia maximè distat, luteam vocant. Et tamen illa quoque herba, quam luteam appellant, tingitur. Natura est, quæ lino lanæve, ad succum bibendum. Tuditur in pila, deinde tenui cribro fecernitur: postea molitur, ac deinde tenuius sic cribratur. Quicquid nõ transmeat, repetitur in pila, dein molitur. Puluis semper in catinos digeritur, & ex aceto maceratur, vt omnis duritia soluatur: ac rursus tuditur, dein lauatur in conchis, siccaturque. Tunc tingitur alumine schisto & herba supra dicta, pingiturque, antequam pingat. Refert, quàm bibula docilisque sit. Nam nisi rapuit colorem, adduntur & schytanum atque turbystum: ita vocant medicamenta sorbere cogentia. Cùm tinxere pictores, orobitin vocant, eitisque duo genera faciunt: luteam, quæ seruatur in lomentum, & liquidam globulis sudore resolutis. Hæc vtraque genera in Cypro fiunt. Laudatissima in Armenia: secunda in Macedonia: largissima in Hispania. Summa commendationis est, vt colorem herbæ segetis lætè virentis quàm simillimè reddat. Visumque iam est Neronis principis spectaculis harenam circi chryfocolla sterni, cum ipse cõcolori panno aurigaturus esset, introducta opificum turba. Tribus eam generibus distinguunt: asperam, quæ taxatur in libras viij. mediam, quæ denariis quinque: attritam, quam & herbaceam vocant, quæ xiij. sublinunt autem harenosam, priusquam inducant, atramento & parætonio. Hæc sunt tenacia eius & colori blanda. Parætonium, quoniam est natura pinguisimum, & propter

læuorem tenacissimum, atramento aspergitur, ne Parætonij candor pallorem chryfocol-
læ afferat. Luteam putant à lutea herba dictam, quam ipsam cæruleo iubaritram, pro chry-
focolla inducunt, vilissimo genere atq; fallacissimo. Vfus chryfocollæ & in medicina est
ad purganda vulnera cum cera & oleo. Eadem per se arida ficit & contrahit. Datur & in
angina, orthopnœave, miscenda cum melle. Cōcitatur vomitiones: miscetur & collyriis ad
cicatrices oculorum: ac viridibus emplastris, ad dolores mitigandos, & cicatrices trahen-
das. Hanc chryfocollam Medici æcesin appellant, quæ non est orobitis. Chryfocollam &
aurifices sibi vendicant agglutinâdo auro: & inde omnes appellatam similiter vtentes di-
cunt. Temperatur autē ea Cypria ærugine, & pueri impubis vrina, addito nitro. Teritur
Cyprio ære in Cypriis mortariis: santernam vocât nostri. Ita ferruminatur aurum, quod
argentosum vocant. Signumq; est, si addita santerna nitescit. E diuerso ærosus cōtrahit
se hebetaturque, & difficulter ferruminatur. Ad id glutinum fit, auro, & septima parte ar-
genti ad supra dicta additis, vnâque contritis. Cōtexi par est reliqua circa hoc, vt vniuer-
sa naturæ contingat admiratio. Auri glutinum est tale. Argilla ferro, cadmia æris massis,
alumen laminis, resina plumbo & marmoris: sed plumbum nigrū albo iungitur, ipsumq;
album sibi oleo. Item stannum æramentis, stanno argentum. Pineis optimè lignis æs fer-
rumque funditur: sed & Ægyptia papyro, paleis aurum. Calx aqua accenditur, & Thra-
cius lapis, idēque oleo restinguitur. Ignis autem aceto maximè, & visco, & ouo. Terra
minimè flagrat. Carboni maior vis exulto, iterumque flagranti.

*De argento, & argento viuo, & stibio, siue alabastris, & scoria
argenti, & de spuma argenti.*

20

CAP. VI.

AB his argenti metalla dicantur, quæ sequens infania est. Non nisi in puteis reperi-
tur, nullaq; sui spe nascitur, nullis, vt in auro, lucentibus scintillis. Terra est alia rufa,
alia cineracea. Excoqui non potest, nisi cum plumbo nigro, aut cum vena plumbi. Galæ-
nam vocant, quæ iuxta argenti venas plerunq; reperitur. Et eodem opere ignium descē-
dit pars in plumbum, argentum autem supernè innatat, vt oleum aquis. Reperitur in o-
mnibus pene prouinciis, sed in Hispania pulcherrimū: id quoq; in sterili solo, atq; etiam
montibus: & vbicunq; vna inuenta vena est, nō procul inuenitur alia. Hoc quidem & in
omni ferè materia: vnde metalla Græci videntur dixisse. Mirum, adhuc per Hispanias ab
Annibale inchoatos puteos durare, sua ab inuentoribus nomina habētes. Ex quibus Bebe-
lo appellatur hodieq; qui c c c. pondo Annibali subministravit in dies, ad mille quingē-
tos iam passus cauato monte, per quod spatium Aquitani stantes diebus noctibusq; ege-
runt aquas lucernarum mensura, amnemq; faciunt. Argenti vena, quæ in summo reperi-
ta est, crudaria appellatur. Finis antiquis fodiendi solebat esse alumen inuentum: vltra ni-
hil quærebatur. Nuper inuenta æris vena infra alumen alba, nullū finem spei fecit. Odor
ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus, sed maximè canibus. Aurum, argen-
tumque quò mollius, eò pulchrius. Lineas ex argento nigras produci plerique mirantur.
Est & lapis in his venis, cuius vomica liquoris æterni argentum viuum appellatur, vene-
num rerum omnium. Exest ac perrumpit vasa permanens tabe dira. Omnia ei innatant,
præter aurum: id vnum ad se trahit. Ideo & optimè purgat, cæteras eius fordes expuens
crebro iactatu fictilibus in vasis, ita vitis abiectis, vt & ipsum ab auro discedat. In pelles
subactas effunditur, per quas sudoris vice defluens, purum relinquit aurum. Ergo & cum
æra inaurantur, sublitum bracteis pertinacissimè retinet. Verū pallore detegit simpli-
ces aut prætenues bracteas. Quapropter id furtum quærentes, oui liquore candido vsu-
m adulterauerunt: mox & hydrargyro, de quo suo dicemus loco. Et aliās argentum vi-
uum non largum inuētum est. In iisdem argenti metallis inuenitur, vt propriè dicamus,
spumæ lapis candidæ nitentisque, non tamen translucētis, stibium appellant, alij stibium,
alij alabastrum, alij labafon. Duo eius genera, mas & fœmina. Magis probant fœminam:
horridior est mas, scabriórque, & minus ponderosus, minusque radians, & harenosior: fœ-
mina contrà nitet, friabilis, fissurisq; non globis, dehiscens. Vis eius adstringere & re-
frige-

frigerare, principalis autem circa oculos: nanque ideo etiam plerique platyophthalmion id appellauere, quoniam in calliblepharis mulierum dilatet oculos. Et fluxiones inhibet oculorum exulcerationesque farina eius ac thuris, gummi admisto. Sistit & sanguinem è cerebro defluentem. Efficacior & contra recentia vulnera, & contra veteres canum morsus insperfa farina: & contra ambusta igni, cum adipe ac spuma argenti cerussa que & cera. Vritur autem ossis bubuli fimi circumlitum in clibanis: dein restinguitur mulierum lacte, teriturque in mortariis, admista aqua pluuiali. Ac subinde turbida transfunditur in æreum vas, & mundatur nitro. Fæx eius intelligitur plumbosissima, quæq; subsidit in mortario abiiciturque. Dein vas, in quo turbida transfusa sunt, opertum linteo per noctem relinquitur, & postero die, quod innatat, effunditur, spogiaque tollitur. Quod ibi subsidit, flos intelligitur, ac linteolo interposito in Sole siccatur, non ut perarescat. Iterumque in mortario teritur, & in pastillos diuiditur. Ante omnia autem vrendi modus necessarius est, ne plumbum fiat. Quidam non fimo vtuntur coquentes, sed adipe. Alij tritum in aqua triplici linteo saccant, fæcemque abiiciunt, idque quod defluxit, transfundunt, quicquid subsidat colligentes, emplastris quoque & collyriis miscent. Scoriam in argento Græci vocant helcysma. Vis eius adstringere & refrigerare corpora. Additur emplastris ut molybdæna, de qua dicemus in plumbo, cicatricibus maximè glutinandis, & contra tenefimos, dysenteriasque, infusa clysteribus cum myrteo oleo. Addunt & in medicameta, quæ vocant liparas, ad excrescentia hulcerum, aut ex attritu facta, aut in capite manantia. Fit in iisdem metallis & quæ vocatur spuma argenti. Genera eius tria: optima, quam chrysitin vocant: secunda, quam argiritin: tertia, quam molybditin. Et plerumque omnes hi colores in eisdem tubulis inueniuntur. Probatissima est Attica, proxima Hispaniensis. Chrysitis ex vena ipsa fit, argyritis ex argento, molybditis plumbi ipsius fusura, quæ fit Puteolis, & inde habet nomen. Omnis autem fit excocta sua materia ex superiori catino defluens in inferiorem, & ex eo sublata veruculis ferreis, atq; in ipsa flamma conuoluta veruculo, ut fit modici ponderis. Est autem, ut ex nomine ipso intelligi potest, feruescentis & futuræ materiæ spuma. Distat à scoria, quo potest spuma à fæce distare. Alterum purgantis se materiæ, alterum purgatæ vitium est. Quidam duo genera faciunt spumæ, quæ vocant sterylida & peumenem: tertium molybdænam, in plumbo dicendam. Spuma ut sit utilis, iterum coquitur, *confractis* tubulis ad magnitudinem anulorum: ita accensa follibus, ad separandos carbones cineremque abluitur aceto aut vino, simulque restinguitur. Quod si sit argyritis, ut candor ei detur, magnitudine fabæ *confracta*, in fictili coqui iubetur ex aqua, addito in linteolis tritico & hordeo nouis, donec ea purgetur. Postea sex diebus terunt in mortariis, ter die abluentes aqua frigida: & cum desinât, calida, addito sale fossili, in libram spumæ obolo. Nouissimo die condunt in plumbeo vase. Alij cum faba candida ac pitana coquunt, & in Sole siccant. Alij in lana candida cum faba, donec lanam non denigrent. Tunc sale fossilem adiiciunt, subinde aqua mutata, siccantque diebus xl. calidissimis æstatis. Necnon in ventre suo in aqua coquunt, exemptamque nitro fricant, & ut *suprà*, terunt in mortariis cum sale. Sunt qui non coquant, sed cum sale terant, & adiecta aqua abluant. Vfus eius ad collyria, & litu ad muliebrium cicatricum sceditates tollendas maculasque, & abluendum capillum. Vis autem siccare, mollire, refrigerare, temperare, purgare, explere hulcera, tumores lenire. Talibusque emplastris *suprà* dictis ignes etiam sacros tollit cum ruta myrtoque & aceto. Itemque pernioles cum myrtis & cera.

De minio, quanta autoritatis fuerit apud Romanos, ac inuentione eius,

& cinnabaris ratione in picturis & medicina: de generibus

minij, & ratione eius in picturis.

C A P. V I I.

Inuenitur in argentariis metallis minium quoque, & nunc inter pigmenta magnæ autoritatis, & quondam apud Romanos non solum maximæ, sed etiam sacræ. Enumerat *50* autores Verrius, quibus credere sit necesse, Iouis ipsius simulacri faciem diebus festis minio illini solitam, triumphantumque corpora: sic Camillum triumphasse. Hac reli-

gione etiam nunc addi in vnguenta cœnæ triumphalis, & à Censoribus in primis Iouem miniandum locari. Cuius rei quidem causam miror: quanquam & hodie id expeti cõstat Æthiopum populis, totosq; eo tingi proceres, huncque ibi Deorũ simulacris colorẽ esse. Quapropter diligentius persequemur omnia de eo. Theophrastus x c. annis ante Praxibulum Atheniensium magistratũ (quod tempus exit in vrbis nostræ c c x l i x. annum) tradit inuentum minium à Callia Atheniense, initio sperante aurum posse excoqui harena rubente in metallis argẽti: hanc fuisse originem eius. Reperiri autem iam tum in Hispaniis, sed durum & harenosum: item apud Colchos in rupe quadam inaccessiblei, ex qua iaculantes decuterent: id esse adulterum: optimũ verò supra Ephesum Cilbianis agris. Harenam cocci colorem habere: hanc teri, dein lauari, farinam, & quod subsidat, iterum lauari. Differentiam artis esse, quòd alij minium faciunt prima lotura: apud alios id esse dilutius, sequentis autem loturæ optimum. Autoritatem colori fuisse non miror. Iam enim Troianis temporibus rubrica in honore erat, Homero teste, qui nauẽs ea commendat, aliàs circa picturas pigmentaque rarus. Milton vocant Græci minium, quidam cinnabari. Vnde natus error Indico cinnabaris nomine. Sic enim appellant illi faniem draconis elisi elephantorum morientium pondere, permisso vtriusque animalis sanguine, vt diximus. Neque alius est color, qui in picturis propriè sanguinem reddat. Illa cinnabaris antidotis medicamentisq; vtilissima est. At hercule Medici, quia cinnabarin vocant, pro ea vtuntur hoc minio, quòd venenum esse paulò mox docebimus. Cinnabari veteres, quæ etiam nunc vocant monochromata, pingebant. Pinxerunt & Ephesio minio, quod delictum est, quia curatio magni operis erat. Præterea vtrunq; nimis acre existimatur. Ideo transiere ad rubricam, & sinopidem, de quibus suis locis dicam. Cinnabaris adulteratur sanguine caprino, aut sorbis tritis. Pretium synceræ nummi quinquaginta. Iuba minium nasci & in Carmania tradit: Hermogenes & in Æthiopia. Sed neutro ex loco inuehitur ad nos, nec ferè aliunde, quàm ex Hispania. Celeberrimum ex Sisaponnẽsi regione in Bætica, miniario metallo vêtigalibus populi Romani, nullius rei diligẽtiore custodia. Non licet id ibi perficere excoquiq; Romam perfertur vena signata, ad dena millia ferè pondo annua. Romæ autem lauatur, in vendendo pretio statuta lege ne modum excederet lxx. in libras. Sed adulteratur multis modis, vnde præda societati. Nanque est alterum genus. in omnibus ferè argentariis, itẽmque plumbariis metallis, quod fit exusto lapide venis permisso, non ex illo, cuius vomicam argentum viuum appellauimus (is enim & ipse in argentum excoquitur) sed ex aliis simul repertis. Steriles etiam plumbi deprehenduntur suo colore, nec nisi in fornacibus rubescentes, exusti que tunduntur in farinam. Et hoc est secundariũ minium, perquàm paucis notum, multum infra naturales illas harenas. Hoc ergo adulteratur minium in officinis sociorũ: item Scyrico. Quonam modo Scyricum fiat, suo loco dicemus. Sublini autem Scyrico minium compendij ratio demonstrat. Et alio modo pingentium furto opportunum est, plenos subinde abluentiũ penicillos. Sedit autem in aqua, constatque furantibus. Syncero cocci nitor esse debet. Secundarij autem splendor in parietibus sentit vlginem. Quanquam hoc rubigo quædam metalli est. Sisaponnensibus autem miniariis suæ venæ harena sine argento excoquitur. Auri modo probatur. Auro candente fucatum nigrescit: syncerum retinet colorem. Inuenio & calce adulterari. Ac simili ratione ferri candentis lamina, si non sit aurum, deprehendi illico. Solis atque Lunæ contactus inimicus: remedium, vt parieti siccato cera Punica cum oleo liquefacta candens fetis inducatur, iterũmque ad motis gallæ carbonibus aduratur ad sudorem vsque: postea candelis subigatur: ac deinde linteis puris, sicut & marmora nitescunt. Qui minium in officinis poliunt, faciem laxis vesicis illigant, ne in respirando perniciosam puluerem trahant, & tamen vt per illas spectent. Minium in voluminibus quoque scriptura vsurpatur, clariorẽsque literas, vel in auro, vel in marmore etiam in sepulcris facit.

De hydrargyro, de argento inaurando, de coticulis in argenti generibus, & experimentis.

CAP. VIII.

EX fecundario inuenit vita & hydrargyrum in vicem argēti viui, paulò antè dilatatum. Fit autem duobus modis: æreis mortariis pastillisque trito minio ex aceto: aut patinis fictilibus impositum ferrea concha, calyce coopertum, argilla superillita: dein sub patinis accensum follibus continuo igni, atque ita calycis sudore deterfo, qui fit argēti colore & aquæ liquore. Idem guttis diuidi facilis, & lubrico humore confluere. Quod cū venenum esse conueniat, omnia quæ de minio in medicinæ vsu traduntur, temeraria arbitror: præterquàm fortasse, quòd illitum capiti ventrīve, sanguinem sistit, dum ne quid penetret in viscera, ac vulnus attingat: aliter vtendum non equidem censeam. Hydrargyro argentum inauratur solū nūc propè, cū & in æra simili modo duci debeat. Sed eadem fraus, quæ in omni vitæ parte ingeniosissima est, viliorē excogitauit materiam, vt docuimus. Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant, quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo, vt autor est Theophrastus: nūc verò passim, quæ alij heraclium, alij Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas vncias lōgitudinis, binasque latitudinis non excedentes. Quod à Sole fuit in his, melius, quàm quod à terra. His coticulis periti, cū è vena vt lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti vel æris, scrupulari differentia, mirabili ratione, non fallente. Argenti duæ differentiæ. Batillis ferreis candentibus ramento imposito, quod candidū permaneat, probatur. Proxima bonitas rufo, nulla nigro. Sed experimento quoque fraus interuenit: seruatis in virorum vrina batillis, inficitur ita ramentū obiter dum vritur, candorēque mentitur. Est aliud experimentum politi, & in halitu hominis, si sudet protinus, nubēmque discutiat.

De speculis & Aegypto argento.

CAP. IX.

LAminas duci, & specula fieri non nisi ex optimo posse creditum fuerat. Id quoque iam fraude corrumpitur. Sed natura mira est imagines reddendi, quod repercusso aëre, atque in oculos regeſto fieri conuenit. Eadem vi in speculis vsu polita crassitudine, paulūque propulsa dilatatur in immensum magnitudo imaginum. Tātūm interest, repercussum illum respuat, an excipiat. Quinetiam pocula ita figurantur, expulsis intus crebris ceu speculis, vt vel vno intuente, populus totidem imaginum fiat. Excogitantur & monstrifica, vt in templo Smyrnæ dicata. Id euenit figura materiæ. Plurimūmque refert concaua sint & poculi modo, an parmæ Threcidicæ, media depressa an elata, transuersa an obliqua, supina an reſta, qualitate excipientis figuræ torquēte venientes vmbras. Nec enim est aliud illa imago, quàm digesta claritas materiæ excipientis vmbram. Atque vt omnia de speculis peragantur hoc loco, optima apud maiores fuerant Brundisina, stannō & ære mistis. Præolata sunt argentea. Primus fecit Praxiteles Mag. Pompeij ætate. Nuper credi cceptum, certiore imaginem reddi, auro appposito auersis. Tingit & Aegyptus argentum, vt in vasis Anubem suum spectet, pingitque, non cælat, argentum. Transit inde materia & ad triumphales statuas, mirūmque crescit pretium fulgoris excæcati. Id autem fit hoc modo. Miscentur argento, tertia pars æris Cyprij tenuissimi, quod coronarium vocant, & sulphuris viui, quantum argenti. Conſtantur ita in fictili circumlito argilla. Modus coquendi, donec seipsa opercula aperiant. Nigrescit & oui indurati luteo, vt tamen aceto & creta deteratur. Miscuit denario Triumuir Antonius ferrum. Miscuit æri falsæ monetæ. Alij è pondere subtrahunt, cū sit iustum lx xx ii i j. è libris signari. Igitur ars facta denarios probare, tam iucunda lege plebi, vt Mario Gratidiano vicatim totas statuas dicauerit. Mirūmque, in hac artium sola vitia discuntur, & falsi denarij spectantur exemplar, pluribusque veris denariis adulterinus emitur.

De immodica pecunia, & quorum maximæ opes fuerint, & quando primūm populus Romanus stipem sparserit.

CAP. X.

NON erat apud antiquos numerus vltra centum millia: itaq; & hodie multiplicantur hæc, vt decies centena millia, aut sæpius dicantur. Fœnus hoc fecit, nummūque per-

cuffus: & sic quoque æs alienum etiam nū appellatur. Postea Diuites cognominati, dum modo notum sit, eum qui primus acceperit hoc cognomen, decoxisse creditoribus suis. Ex eadem gente M. Crassus negabat locupletem esse, nisi qui reditu annuo legionem tueri posset. In agris suis sextertium M M. possedit, Quiritium post Syllam ditissimus. Nec fuit satis, nisi totum Parthorum esurisset aurum. atque ut nomē quidem optimi occupauerit (iuuat enim insectari inexplebilem istam habendi cupidinē) multos postea cognouimus feruitute liberatos opulentiores, pariterque tres Claudij principatu, Pallantē, Callistum, & Narcissum. Atq; ut hi omittantur, tanquam adhuc rerum potiantur, C. Asinio Gallo, C. Marcio Censorino C o s s. ad v j. cal. Feb. C. Cæcilius Claudius Isidorus testamento suo edixit, quamuis multa ciuili bello perdidisset, tamen relinquere seruorum quatuor 10 millia centum x v j. iuga bouum tria millia sexcenta, reliqui pecori c c. quinquaginta septem millia: in numerato H-s. DC. Funerari se iussit H-s x j. Cōgerant excedentes numerū opes quota tamē portio erūt Ptolemæi? quem Varro tradit Pompeio res gerente circa Iudæam, octona millia equitum sua pecunia tolerauisse: mille cōuiuas, totidem aureis potoriis, mutantem vasa cum ferculis, sagineasse. Quota verò ille ipse (neque enim de regibus loquor) portio fuit Pythij Bithyni, qui platanum auream, vitēque nobilem illam Dario regi donauit: Xerxis copias, hoc est septies centena l x x v i i j. millia hominū excepit epulo, stipendium quinque mensium frumentūque pollicitus, ut è quinque liberis senectuti suæ in delectu vnus saltē cōcederetur. Hunc quoq; ipsum aliquis comparet Cræso regi. Quæ (malū) amentia est, id in vita cupere, quod aut etiam seruis cōtigerit, 20 aut ne in regibus quidem inuenerit finem? Populus Romanus stipē spargere cœpit, Sp. Posthumio, Q. Marcio C o s s. tanta abundantia pecuniæ erat, ut eam conferret L. Scipioni, ex qua is ludos fecit. Nam quòd Agrippæ Menenio sextantes æris in funus contulit, honoris id necessitatēque propter paupertatem Agrippæ, non largitionis esse dixerim.

De luxuria & frugalitate in vasis, & lectis argenteis, & quando lances immodicæ factæ.

C A P. X I.

Vasa ex argento mira inconstantia humani ingenij variat, nullum genus officinæ diu probando, nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana) etenim tabernas mensis adoptauimus) nunc anaglypta, in asperitatēque excisa, circa linearum picturas quæri- 30 mus. Iam verò & mensas repositoriis imponimus, & ad sustinenda obsonia interradimus latera, & interest quamplurimum lima perdiderit. Vasa coquinaria ex argento Caluus Orator fieri queritur? at nos carrucas ex argento cælare inuenimus. Nostraque ætate Poppæa coniunx Neronis principis delicatioribus iumentis suis soleas ex auro quoque induere solebat. Libras x x x i j. argenti Africanus sequens hæredi reliquit. Idēque cum de Pœnis triumpharet, quater millies c c c. l x x. M. pondo transtulit. Hoc argenti tota Carthago habuit, illa terrarum æmula, quod nunc in mensarum est apparatus. Postea victa Numantia & deleta, idem Africanus in triumpho militibus x v i j. millia pondo dedit. O viros illo imperatore dignos, quibus hoc satis fuit. Frater eius Allobrogicus primus omnium mille pondo habuit. At Liuius Drusus in Tribunatu plebis x j. millia. Nam 40 propter quinque pondo notatum à Censoribus triumphalem senem, fabulosum iam videtur. Item Catum Ælium, cum legati Ætolorum in Consulatu prandentem in fœtibus adissent, missa ab his vasa argentea non accepisse, neque aliud habuisse argenti ad supremum vitæ diem, quam duo pocula, quæ L. Paulus fœcer ei ob virtutem deuictio Perseo rege donasset. Inuenimus legatos Carthaginensium dixisse, nullos hominum inter se benignius viuere, quam Romanos. Eodem enim argento apud omnes cœnitauiſſe ipsos. At Hercules Pompeium Paulinum Arelatenſis equitis Romani filium, paternaque quoq; gente pulsum, quòd x i j. pondo argenti habuisset apud exercitum, ferocissimis gentibus oppositum scimus. Lectos verò mulierum iam pridem totos operiri argento, & triclinia quædam, quibus argentum addidisse primus traditur Caruilius Pollio eques 50 Romanus, non ut operiret, aut Deliaca specie faceret, sed Punica. Idem & aureos fecit

fecit. Nec multò post argentei Deliacos imitati sunt. Quæ omnia expiauit bellum ciuile Syllanum. Paulò enim antè hæc facta sunt, lancésque è centenis libris argenti, quas tunc super quingentas numero Romæ fuisse constat, multósque ob eas prosriptos dolo cõcupiscentium. Erubescât Annales, qui bellum ciuile illud talibus vitiis imputauere. Nostra ætas fortior fuit: Claudij principatu seruus eius Dru sillanus nomine Rotundus, dispensator Hispaniæ citerioris quingenariam lancem habuit, cui fabricadæ officina prius exædificata fuerat: & comites eius octo quinquaginta librarum: quæso vt quàm multi eas conferui eius inferrent, aut quibus cœnantibus? Cornelius Nepos tradit ante Syllæ victoriam duo tantum triclinia Romæ fuisse argentea. Repositoriis argentum addi sua memoria cœptum Fenestella dicit, qui obiit nouissimo Tiberij Cæsaris principatu. Sed & testudineatum in vsum venisse. Ante se autem paulò lignea rotunda solida: nec multò maiora, quàm mensas fuisse. Se quidem puero, quadrata & compacta, aut acere operta, aut citro cœpisse. Mox additum argentum in angulis, lineásque per commissuras. Tympana verò se iuvene appellata stateras, & lances, quas antiqui magidas appellauerant. Nec copia tantum argenti fuerit vitæ, sed validius penè manupretium. idque iam pridem, vt ignoscamus nobis. Delphinos quinis millibus sestertiis in libras emptos C. Gracchus habuit. L. verò Crassus Orator duos scyphos Mentoris artificis manu cælatos sestertiis c. Confessus tamen est, nunquam se his vti propter verecundiam ausum. Constat eundem vj. millibus sestertiis in singulas libras vasa empta habuisse. Asia primùm deuicta luxuriã misit in Italiam. Siquidem L. Scipio transtulit in triumpho argenti cælati pondo millia quadringenta L. Et vasorum aureorum pondo centum millia, anno conditæ vrbs quingentesimo sexagesimo quinto. Eadem Asia domata multò etiam grauius afflixit mores, a *Aliás, do-* *nata: quam le-* *ctiorem agno-* *scit & sud-* *lib. 5. de Asia.* inutiliorque victoria illa hæreditas Attalo rege mortuo fuit. Tum enim hæc emendi Romæ in auctionibus regiis verecundia exempta est, vrbs anno d c x x v j. mediis l v j. annis erudita ciuitate amare etiam, non solùm admirari, opulentiam externam: immenso & Achaicæ victoriæ momento ad impellendos mores, quæ & ipsa hoc interuallo, anno vrbs d c v i j. parta, signa & tabulas pictas inunxit, ne quid deesset. Paritérque luxuria nata est, & Carthago sublata, ita congruentibus fatis, vt libéret amplecti vitia, & liceret peccare, & dignatione hinc alicui veterum. C. Marius post victoriam Cimbricam cantharis potasse Liberi patris exemplo traditur, ille arator Arpinas, & manipularis Imperator.

De statuis argenteis, & cælatura argenti, & cæteris quibusdam.

C A P. XII.

ARgenti vsum in statuas primùm ad honorem Diui Augusti in adulationem temporum transisse, falsò existimatur. Iam enim triumpho Magni Pompeij reperi-mus translata Pharnacis, qui primus regnauit in Ponto, argenteam statuam: item Mithridatis Eupatoris & currus aureos argenteosque. Argentum succedit ex re aliquando & auro, luxu fœminarum plebis compedes sibi ex eo facientium, quas induere aureas mos tristior vetat. Vidimus & ipsi Arellium Fuscum motum equestri ordine ob insignè calumniam, cum celebritate affectarentur adulescentium scholæ, ex argento anulos habentem. Et quid hæc attinet colligere, cum capuli militum ebore etiam fastidio, cælentur argento, vaginæ batillis, balthei laminis crepitent? Iam verò pædagogia ad transitum virilitatis custodiantur argento, fœminæ lauentur, & nisi argentea folia fastidiant, eademque materia & cibus & probris feruiat. Videret hæc Fabricius, & stratas argento mulierum balneas, ita vt vestigio locus non sit, cum viris lauantium: Fabricius inquam, qui bellicosos Imperatores plus quàm pateram & salinum ex argento habere vetabat. Videret hinc dona fortium fieri, aut in hæc frangi. Heu mores, Fabricij nos pudet. Mirum, in auro cælando inclaruisse neminem, argento multos. Maximè tamen laudatus est Mentor, de quo supra diximus. Quatuor paria denique ab eo omnino facta sunt: ac iam nullum extare dicitur. Ephesiæ Dianæ templum iacet, Capitolium incendiis. Varro & æreum signum eius habuisse scripsit. Proximi ab eo in admiratione Acragas, &

Boëthus, & Mys fuere. Extant hodie omnium opera in insula Rhodiorum: Boëthi apud Lyndiam Mineruam, Acragantis in templo Liberi patris in ipsa Rhodo, Bacchæ Centaurique cælati in scyphis: Myos in eadem æde & Silenus, & Cupidines. Acragantis & venatio in scyphis magnam famam habuit. Post hos celebratus est Calamis & Antipater, quique Satyrum in phiala grauatum somno collocauisse veriùs, quam cælasse dictus est, Statonicus. Mox Cyzicenus Tauriscus. Item Ariston & Eunicus Mitylenæi laudantur, & ^a Hecatæus: & circa Magni Pompeij ætatem Praxiteles, Posidonius Ephesius, Lædus Stratiates, qui prælia armatosque cælauit: Zopyrus, qui Areopagitas & iudiciû Orestis in duobus scyphis H-S XI I. æstinatis. Fuit dein Pytheas, cuius binæ vnciæ viginti vnerunt. Vlixes & Diomedes erant in phialæ emblemate, Palladium furripientes. Fecit idem & cocos magiriscia appellatos, paruulis potoriis, sed è quibus ne exempla quidem liceret exprimere: tam opportuna iniuriæ subtilitas erat. Habuit & Teucer crustarius famam. Subitòque ars hæc ita exoleuit, vt sola iam vetustate censeatur, vsque adeo attritis cælaturis, ne figura discerni possit, autoritas constet. Argentum medicatis aquis inficitur, atque etiam afflatu falso, sicut in mediterraneis Hispaniæ. In argenti & auri metallis nascuntur etiamnum pigmenta, sil & cæruleum. Sil propriè limus est. Optimum ex eo, quod Atticum vocatur. Pretium in libras x x i j. Proximum marmorosum sub dimidio Attici pretio. Tertium genus est pressum, quod alij Scyricum vocant ex insula Scyro. Idem quidem & ex Achaia, quò vtuntur ad picturæ vmbas. Pretium in libras huius H-S bini. Dipondiis verò detractis, quod lucidum vocant, è Gallia veniens. Hoc autem & Attico ad lumina vtuntur: ad abacos, nõ nisi marmoroso, quoniam marmor in eo resistit amaritudini calcis. Effoditur & ad x x. ab vrbe lapidem in montibus. Postea vritur, pressum appellantis qui adulterat. Sed esse falsum exustumque amaritudine apparet, quoniam resolutum in puluerem est.

De file, & cæruleo, & Nestoriano: & cælo, & quòd non omni anno æqualiter species vendantur.

C A P. X I I I.

Sille pingere instituere primi Polygnotus & Mycon, Attico duntaxat. Hoc secuta ætas ad lumina vsa est: ad vmbas autem Scyrico & Lydio. Lydium Sardibus emebatur, quod nunc obmutuit. Cæruleum harena est. Huius genera tria fuere antiquitus: Ægyptium, quod maximè probatur: Scythicum, hoc diluitur facilè: cùmque teritur, in i i j. 3º colores mutatur, candidiorem nigriorémve, crassiorem tenuiorémve. Præfertur huic etiamnum Cyprium. Accessit his Puteolanum & Hispaniense, harena ibi confici cæpta. Tingitur autem omne, & in sua coquitur herba, bibitque succum. Reliqua confectura eadem quæ chryfocollæ. Ex cæruleo fit quod vocatur lomentum: perficitur id lauando terendove, & hoc est cæruleo candidius. Pretia eius, x x i j. in libras, cærulei x v i j. Vfus in creta, calcis impatiens. Nuper accessit & Nestorianum ab autore appellatum. Fit ex Ægyptij leuissima parte: pretium eius xl. in libras. Idem & Puteolani vsus, præterquam ad fenestras: vocant cælon. Non pridem apportari & Indicum est cæptum, cuius pretium xvij. in libras. Ratio in pictura ad incisuras, hoc est, vmbas diuidendas ab lumine. Est & vtilissimum genus lomenti, quidam tritum vocant, quinis assibus æstimatum. Cæ- 4º rulei synceri experimentum in carbone vt flagret: fraus viola arida decocta in aqua, succoque per linteum expresso in cretam Eretriam. Vis eius in medicina, vt purget hulcera. Itaque & emplastris adiiciunt: item causticis. Teritur difficillimè sil. In medendo leuiter mordet, astringitque & explet hulcera. Vritur in fistilibus, vt profit. Pretia rerum, quæ vsquam posuimus, non ignoramus alia in aliis locis esse, & omnibus penè annis mutari, prout nauigationes constiterint, aut vt quisque mercatus sit, aut aliquis præualens maniceps annonam flagellet, non oblitum Demetrium à tota Seplasia Neronis principatu accusatum apud Consules: poni tamen necessarium fuit, quæ plerunque erant Romæ, vt exprimeretur autoritas rerum.

C. PLI-

C. PLINII SECVNDI NATV-
RALIS HISTORIÆ
LIBER XXXIII.

PRO O E M I V M.

Æris metalla.

CAPVT I.



DROXIME dicantur æris metalla, cui & in vsu proximum est pretium, imò verò ante argentum, ac penè etiam ante aurum, Corinthio. Stipis quoque autoritas, vt diximus. Hinc æra militum, Tribuni ærarij, & ærarium, & obæratib ab ære dicti. Docuimus, quandiu populus Romanus ære tantum signato vsus esset, & alia, quæ vetustas tradidit, cum æqualem vrbi autoritatè eius declararet, à rege Numa collegio tertio ærariorum fabrùm instituto. Vena quo dictum est modo effoditur, ignique perficitur. Fit & è lapide æroso, quem vocant cadmiam: Celebritas in Asia, & quondam in Campania, nunc in Bergomatium agro, extrema parte Italiae. Feruntque nuper etiam in Germania prouincia repertum.

Genera æris, quæ Corinthia, quæ Deliaca, quæ Æginetica.

CAP. II.

FIT & ex alio lapide, quem chalciten vocant in Cypro, vbi prima fuit æris inuentio: mox vilitas præcipua, reperto in aliis terris præstantiore, maximè orichalco, quod præcipuam bonitatem admirationemque diu obtinuit. Nec reperitur longo iam tempore, effœta tellure. Proximum bonitate fuit Sallustianum in Ceutronum Alpino tractu, non longi & ipsum æui. Successitque ei Liuianum in Gallia. Vtrunque à metallorum dominis appellatum, illud ab amico Diui Augusti, hoc à coniuge, velocis defœtus. Liuianum quoque certè admodum exiguum inuenitur. Summa gloria nunc in Marianum conuersa, quod & Cordubense dicitur. Hoc à Liuiano cadmiam maximè forbet, & orichalci bonitatem imitatur in sestertiis dupondiaris que, Cyprio suo assibus contentis. Et hætenus nobilitas in ære naturalis se habet. Reliqua genera artificio constant, quæ suis locis reddentur, summa claritate ante omnia indicata. Quondam æs confusum auro argentoque miscebatur, & tamen ars pretiosior erat: nunc incertum est, peior hæc sit, an materia. Mirumque, cum ad infinitum operum pretia creuerint, autoritas artis extincta est. Quæstus causa enim, vt omnia, exerceri cœpta est, quæ gloriæ solebat. Ideo etiam Deorum adscripta operi, cum proceres gentium claritatem & hac via quærent: adeoque exoleuit fundendi æris pretiosi ratio, vt iandiu ne fortuna quidem in ære ius artis habeat. Ex illa autem antiqua gloria Corinthium maximè laudatur: hoc casus miscuit, Corintho, cum caperetur, incensa: mirèque circa id multorum affectatio fuit: quippe cum tradatur, non alia de causa Verrem, quem Cicero damnauerat, proscripsum cum eo ab Antonio, quàm quòd Corinthiis se ei cessurum negauisset. At mihi maior pars eorum simulare eam scientiam videtur, ad segregandos se a cæteris magis, quàm intelligere aliquid ibi subtilius: & hoc paucis docebo. Corinthus capta est Olympiadis clvj. anno tertio, nostræ vrbis dcviij. cum antè seculo fictores nobiles esse desissent, quorum isti omnia signa hodie Corinthia appellant. Quapropter ad coarguendos eos, ponemus artificum ætates. Nam vrbis nostræ annos ex supra dicta comparatione Olympiadum, colligere facile erit. Sunt ergo vasa tantum Corinthia, quæ isti elegantiores modò in esculenta transferunt, modò in lucernas aut trulleos, nullo munditiarum respectu. Eius tria genera: candidum, argento nitore quàm

proximè accedens, in quo illa mixtura præualuit : alterum, in quo auri fulua natura: tertium, in quo æqualis omnium téperies fuit. Præter hæc est, cuius ratio nõ potest reddi, quanquam hominis manu facta dederit Fortuna temperamentum simulacro signisque, illud suo colore pretiosum ad iocineris imaginem vergens, quod ideo hepatizon appellant, procul à Corinthio: longè tamen ante Ægineticum atque Deliacum, quæ diu obtinere principatum. Antiquissima æris gloria Deliaci fuit, mercatus in Delo conceleberrante toto orbe, & ideo cura officinis tricliniorum pedibus fulcrisque. Ibi prima nobilitas æris. Peruénit deinde ad Deum simulacra, effigiémque hominum, & aliorum animalium. Proxima laus Æginetico fuit. Insula & ipsa, nec æs gignés, sed officinarum temperatura nobilitata. Bos æreus inde captus in foro boario est Romæ. Hic est exéplar Æ-¹⁰ginetici æris: Deliaci autem Iupiter in Capitolio in Iouis tonantis æde: illoq; ære Myron vsus est, hoc Polycletus, æquales atque condiscipuli. Emulatio autem & in materia fuit.

De candelabris, & templorum ornamentis.

C A P. I I I.

Priuatum Ægina candelabrorum superficiem duntaxat elaborauit, sicut Tarentum scapos. In his ergo iuncta cõmendatio officinarum est. Nec pudet Tribunorum militarium salariis emere, cum ipsum nomen à candelarum lumine impositum appareat. Accessio candelabri talis fuit: Theonis iussu præconis Cleippus fullo, gibbere præterea & alio fœdus aspectu, emente id Gegania festertis. eademque ostentate cõuiuio emptû²⁰ ludibrii causa nudatus, atque impotentia libidinis receptus in torum, mox in testamentum, prædiues numinum vice illud candelabrum coluit, & hanc Corinthiis fabulã adiecit: vindicatis tamen moribus nobili sepulcro, per quod æterna supra terras Geganiæ dedecoris memoria duraret. Sed cum esse nulla Corinthia candelabra constet, nomen id præcipuè in his celebratur, quoniam Mummij victoria Corinthum quidem diruit, sed compluribus Achaïæ oppidis simul æra dispersit. Prisci limina etiam ac valuas ex ære in templis factitauerunt. Inuenio & à Cn. Octauio, qui de Perseo rege naualem triumphum egit, factã porticum duplicem ad circum Flaminium, quæ Corinthia sit appellata à capitulis æreis columnarum. Vestæ quoque ædem ipsam Syracusana superficie tegi placuisse. Syracusana sunt in Pantheo capita columnarum a M. Agrippa posita. Quin³⁰ etiam priuata opulentia eo modo vsurpata est. Camillo inter crimina obiecit Sp. Caruius Quæstor, quod ærata ostia haberet in domo. Nam triclinia ærata abacóque & monopodia Cn. Manlium Asia deuicta prinum inuexisse triumpho suo, quem duxit vrbis anno cccclxvij. L. Piso autor est. Antias quidem L. Crassum hæredem L. Crassi O-ratoris, multa etiã triclinia ærata vendidisse. Ex ære factitauerunt & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur. Placuerunt & lychnuchi pensiles in delubris, aut arborum modo mala feretium lucentes: qualis est in templo Apollinis Palatini, quod Alexander Magnus Thebarum expugnatione captum in Cyne dicauerat eidem Deo. Transiit deinde ars vbique vulgo ad effigies Deorum.

Quando primum simulacrum Romæ factum, & de origine statuarum, & honore statuarum, & generibus, & figuris.

C A P. I I I I.

Romæ simulacrum ex ære factum Cereri primum reperio ex peculio Sp. Cassij, quem regnum affectantem pater ipsius interemerat. Transiit & ab Diis ad hominum statuas atque imagines multis modis. Antiqui pingebant eas bitumine, quò magis mirum est placuisse auro integere. Hoc nescio an Romanum fuit inuentum: certè etiam Romæ nõ habet vetustatẽ. Effigies hominum non solebant exprimi, nisi aliqua illustri causa perpetuitatem merentium, primo sacrorum certaminum victoria, maximeq; Olympiæ: ubi omnium qui vicissent, statuas dicari mos erat. Eorum verò, qui ter ibi superauissent, ex membris ipsorum similitudine expressa, quas iconicas vocant. Athenienses nescio an primi omnium Harmodio & Aristogitoni tyrannicidis publicè posuerint statuas.⁵⁰ Hoc actum est eodem anno, quo & reges Romæ pulsus. Excepta deinde res est à toto orbe terrarum

terrarum humanissima ambitione. Et iam omnium municipiorum foris statuæ ornamentum esse cœpere, prorogarique memoria hominum, & honores legendi æuo basibus inscribi, ne in sepulcris tantum legerentur. Mox forum & in domibus priuatis factum atque in atriis. Honos clientum instituit sic colere patronos.

De statu is togatis, & quibusdam aliis, & quibus primum in columna, & quando primum publicè, & quæ primum statua Roma.

C A P. V.

Togatae effigies antiquitus ita dicabantur. Placere & nudè tenentes hastam, ab ephorum è gymnasiis exemplaribus, quas Achilleas vocant. Græca res est, nihil velares at contrà Romana ac militaris, thoracas addere. Cæsar quidem Dictator loricatam sibi dicari in foro suo passus est. Nam lupercorum habitu facta, tam nouitiæ sunt, quàm quæ nuper prodire penulis induta. Mâcinus eodem habitu sibi statuit, quo deditus est. Notatum ab autoribus, & L. Actium Poëtam in Camœnarum æde maxima forma statuam sibi posuisse, cum breuis admodum fuisset. Equestres vtique statuæ Romanam celebrationem habent, orto sine dubio à Græcis exemplo. Sed illi celetas tantum dicabant in sacris victores. Postea verò & qui bigis vel quadrigis vicissent. Vnde & nostris currus in his qui triumphauissent. Seru hoc, & in his non nisi a Diuo Augusto sciuges, sicut & elephanti. Non vetus & bigarum celebratio in his qui Prætura functi curru vecti essent per Circum. Antiquior columnarum, sicut C. Menio, qui deuicerat priscos Latinos, quibus ex fœdere re tertias prædæ Rom. pop. præstabat, eodemque in Cōsulatu in fuggestu rostra deuictis Antiatribus fixerat anno vrbs cccc xvj. Itè C. Duellio, qui primus naualem triumphum egit de Pœnis, quæ est etiã nunc in foro. Item P. Minutio præfecto annonæ extra portam Trigemina vnciaria stipe collata, nescio an primo honore tali à populo, antea enim à senatu erat: præclara res, nisi friuolis cœpisset initiis. Nâque & Actij Nauij statua fuit ante Curiam, cuius basis cōflagrauit Curia incensa P. Clodij funere. Fuit & Hermodori Ephesij in comitio, legum, quas Decemviri scribebant, interpretis, publicè dicata. Alia causa & alia autoritas maior in Horatij Coclitis statua, quæ durat hodieq; cum hostes à pôte sublicio solus arcuisset. Equidè & Sibyllæ iuxta rostra esse nō miror, tres sint licet: vna, quam Sex. Pacuuius Taurus Ædilis plebis restituit: duæ, quas M. Messala. Primas putarè has, & Actij Nauij, positas ætate Tarquinij Prisci, nisi regum antecedentium essent in Capitolio.

De statu is sine tunicis, & quibusdam aliis, & quæ prima Roma statua equestris, & quando omnes statuæ priuatim & publicè sublatae, & quibus Roma mulieribus, quæ primæ ab exteris publicè posita.

C A P. V I.

EX his Romuli est sine tunica, sicut & Camilli in Rostris, & ante ædem Castorum fuit Q. Marcij Tremuli equestris togata, qui Samnites bis deuicerat, captaque Anagnina, populum stipendio liberauerat. Inter antiquissimas sunt & Tulli Cælij, L. Roscij, Sp. Nautij, C. Fulcinij in Rostris, à Fidenatibus in legatione interfectorum. Hoc à Romano populo tribui solebat iniuria cæsis, sicut & P. Iunio, & T. Coruncano, qui ab Teu-
ca Illyriorum regina interfecti erant. Non omittendum videtur, quod Annales annotauere, tripedaneas his statuas in foro statutas. Hæc videlicet mensura honorata tunc erat. Non præteribo C. Octauium ob vnum verbum: hic regem Antiochum, daturum
se responsum dicentem, virga, quam tenebat fortè, circumscripsit, & prius quàm egrederetur circulo illo, responsum dare coëgit. In qua legatione interfecto, Senatus statuam
poni iussit quàm oculatissimo loco in Rostris. Inuenitur statua decreta & Taraciæ Caiæ
siue Suffetiæ virgini Vestali, vt poneretur vbi vellet: quod adiectum non minus honoris habet, quàm fœminæ esse decretam. Meritum eius in ipsis ponam Annalium
verbis: Quod campum Tiberinum gratificata esset ea populo. Inuenio & Pythagoræ &
Alcibiadi in cornibus Comitij positas, cum bello Samniti Apollo Pythius fortissi-
mo Græcorum gentis iussisset, & alteri sapientissimo, simulacra celebri loco dicari,
donec Sylla Dictator ibi Curiam faceret. Mirumque est, illos patres Socrati cunctis ab

^a C. Popiliū legendum videtur ex Valer. Max. ceteri vique Historici.

eodem Deo sapientia prælato Pythagoram prætulisse, aut tot aliis virtute Alcibiadem, aut quenquam utroque Themistocli. Columnarum ratio erat, attolli supra cæteros mortales: quod & arcus significant nouitio inuento. Primus tamen honos cœpit a Græcis. Nullique arbitror plures statuas dicatas, quam Phalereo Demetrio Athenis. Siquidem ccc l x. statuere, quas mox lacerauerunt, nondum anno hunc numerum dierum excedente. Statuerant Romæ etiã in omnibus vicis C. Mario Gratidiano tribus, ut diximus, eadẽmque subuertere Syllæ introitu. Pedestres sine dubio Romæ fuere in autoritate longo tempore. Equestrium tamen origo perquam vetus est, cum fœminis etiam honore communicato. Clæliæ enim statua est equestris, ceu parum esset toga eam cingi: cum nec Lucretiæ, nec Bruto, qui expulerant reges, propter quos Clælia inter obsides fuerat, decernerentur. Hanc primã & Horatij Coclitis publicè dicatam crediderim: autẽ enim sibi ac Sibyllæ Tarquinium, & reges sibi ipsos posuisse verisimile est: nisi Clæliæ Piso traderet ab his positam, qui vna obsides fuerant, redditis à Porfena in honorem eius. E diuerso Annus Fœcialis, equestrem, quæ fuerit contra Iouis Statoris ædem in vestibulo Superbi domus, Valeriæ fuisse Publicolæ Consulis filiæ: eamque solam refugisse, Tiberimque tranauisse, cæteris obsidibus, quæ Porfenæ mittebantur, interemptis Tarquinij infidiis L. Piso prodidit, M. Æmilio, C. Popilio i. c. o. s. à Censoribus P. Cornelio Scipione, M. Popilio, statuas circa forum eorum qui magistratum gesserunt, sublatas omnes, præter eas quæ populi aut Senatus sententia statutz essent. Eam verò, quam apud ædem Telluris statuisset sibi Sp. Cassius qui regnum affectauerat, etiam constatam à Censoribus. Nimirum in ea quoque re ambitioni prouidebant illi viri. Extant Catonis in Censura vociferationes, mulieribus Romanis in prouinciis statuas poni. Nectamen potuit inhibere, quò minus Romæ quoque poneretur, sicuti Corneliæ Gracchorum matri, quæ fuit Africani prioris filia. Sedens huic posita, soleisque sine amento insignis, in Metelli publica porticu: quæ statua nunc est in Octauiaz operibus. Publicè autem ab exteris posita est Romæ C. Ælio Tribuno plebis, lege perlata in Stennium Statilium Lucanum, qui Thurinos bis infestauerat: ob id Ælium Thurini statua & corona aurea donauerunt. Eidem postea Fabricium donauere statua, liberati obsidione. Passimque clientes in clientelas ita recepti: & adeò discrimen omne sublatum, ut Annibalis etiam statuz tribus locis visantur in vrbe, cuius intra muros solus hostium emisit hastam.

De antiquis statuariis, & pretiis signorum immodicis, & colossis in vrbe celeberrimis.

C A P. VII.

FVisse autem statuariam artem familiarem Italiæ quoque & vetustam, indicant, Hercules ab Euandro sacratum, ut ferunt, in foro boario, qui triumphalis vocatur, atque per triumphos vestitur habitu triumphali: præterea Ianus geminus à Numa rege dicatus, qui pacis bellique argumento colitur, digitis ita figuratis, ut trecentorum sexagintaquinque dierum nota, per significationem anni temporis & æui se Deum indicaret. Signa quoque Tuscanica per terras dispersa, quæ in Hetruria factitata non est dubium. Deorum tantum putarem ea fuisse, ni Metrodorus Scepsius, cui cognomen à Romani nominis odio inditum est, propter duo millia statuarum Volsinios expugnatos obiiceret. Mirumque mihi videtur, cum statuarum origo tam vetus in Italia sit, lignea potius aut fictilia Deorum simulacra in delubris dicata, usque ad deuictam Asiam, vnde luxuria. Similitudines exprimendi quæ prima fuerit origo, in ea quam plasticen Græci vocant, dici cõuenientius erit: etenim prior, quam statuaria, fuit. Sed hæc ad infinitum effluit multorum voluminum opere, si quis plura persequi velit: omnia enim quis possit? In M. Sauri Ædilitate tria millia signorum in scena tantum fuere temporario theatro. Mummius deuicta Achaia repleuit urbem: ipse excessit non relicturus filiæ dotem. Cur enim non cum excusatione ponatur? Multa & Luculli inuexere. Rhodi etiamnum tria millia signorum esse, Mutianus ter Consul prodidit, nec pauciora Athenis, Olympiæ, Delphis superesse creduntur. Quis ista mortalium persequi possit? aut quis usus noscendi intelligatur? Insignia tamen maximè, & aliqua de causa notata, voluptarium sit attigisse,

gisse, artificesque celebratos nominauisse, singulorum quoque inexplicabili multitudine, cum Lysippus ad sexcenta x. opera fecisse prodatur, tantæ omnia artis, vt claritatem possent dare vel singula. Numerum apparuisse defuncto eo, cum thesaurum effregisset hæres: solitum enim ex manipretio cuiusque signi denarios deponere aureos singulos. Euecta supra humanam fidem ars est successu, mox & audacia. In argumentum successus vnum exemplum afferam, nec Deorum hominumve similitudinis expressæ. Ætas nostra vidit in Capitolio, prius quam id nouissimè conflagrauit à Vitellianis incensum, in cella Iunonis, canem ex ære, vulnus suum lambentem: cuius eximium miraculum & indiscreta veri similitudo, non eo solùm intelligitur, quod ibi dicata fuerat, verùm & noua satisficatione: nam summa nulla par videbatur: capite tutelarios cauere pro ea, instituti publici fuit. Audaciæ innumera sunt exempla. Moles quippe excogitatas videmus statuarum, quas colossos vocat, turribus pares. Talis est in Capitolio Apollo, translatus à M. Lucullo ex Apollonia Ponti vrbe x x x. cubitorum, c l. talentis factus, talis in campo Martio Iupiter à Claudio Cæsare dicatus, qui vocatur Pompeianus à vicinitate theatri: talis & Tarenti factus à Lysippo xl. cubitorum. Mirum in eo, quod manu, vt ferunt, mobilis (ea ratio libramenti est) nullis conuellatur procellis. Id quidem prouidisse & artifex dicitur, modico interuallo, vnde maximè flatum opus erat frangi, opposita columna. Itaque propter magnitudinem difficultatēque moliēdi, non attigit eum Fabius Verrucosus, cum Herculem qui est in Capitolio, inde transferret. Ante omnes autem in admiratione fuit Solis colossus Rhodi, quem fecerat Chares Lyndius, Lysippi supra dicti discipulus. Septuaginta cubitorum altitudinis fuit. Hoc simulacrum post quinquagesimum sextum annum terræmotu prostratum, sed iacens quoque miraculo est. Pauci pollicem eius amplectuntur. Maiores sunt digiti, quam pleræque statuæ. Vasti specus hiant de fractis membris. Spectantur intus magnæ molis saxa, quorum pondere stabiliuerat cōstituens. Duodecim annis tradunt effectum ccc. talentis, quæ contulerant ex apparatu regis Demetrii, relicto moræ tædio. Sunt alij minores hoc in eadem vrbe colossi centum numero, sed vbicunque singuli fuissent nobilitaturi locum. Præterque hos Deorū quinque, quos fecit Bryaxis. Factitauit colossos & Italia: videmus certè Apollinem in bibliotheca templi Augusti Thufanicum l. pedum à pollice, dubium ære mirabiliorem, an pulchritudine. Fecit & Sp. Caruilius Iouem, qui est in Capitolio, victis Samnitibus sacrata lege pugnantis, è pectoralibus eorum ocreis & galeis. Amplitudo tanta est, vt conspiciatur à Latario Ioue. Reliquiis limæ suam statuam fecit, quæ est ante pedes simulacri eius. Habent in eodem Capitolio admirationem & capita duo, quæ P. Lentulus Consul dicauit: alterum à Charete supra dicto factum: alterum fecit Decius, comparatione in tantum victus, vt artificium minimè probabilis artificis videatur. Verùm omnem amplitudinē statuarum eius generis vicit ætate nostra Zenodorus, Mercurio facto in ciuitate Galliæ Aruernis, per annos decem, H-S cccc. manipretio. Postquam satis ibi artem approbaauerat, Romam accitus est à Nerone, vbi destinatum illius principis simulacrum colossum fecit c x. pedum longitudine, qui dicatus Solis venerationi est, damnatis sceleribus illius principis. Mirabamur in officina non modò ex argilla similitudinem insignem, verùm & ex paruis admodum furculis, quod primum operis instar fuit. Ea statua indicauit interisse fundendi æris scientiã, cum & Nero largiri aurum argentumque paratus esset, & Zenodorus scientia fingendi celandique nulli veterum postponeretur. Statuam Aruernorum cum faceret, prouinciæ Vibio Auito præsidēte, duo pocula Calamidis manu cælata, quæ Cassio Syllano auunculo eius præceptoris suo Germanicus Cæsar adamata donauerat, æmulatus est, vt vix vlla differentia esset artis. Quantoque maior in Zenodoro præstantia fuit, tanto magis deprehendi æris obliterationi potest.

Nobilitates ex ære operum & artificum CCCLXVI. CAP. VIII.

Signis, quæ vocant Corinthia, plerique in tantum capiuntur, vt secum circumferant, sicut Hortensius Orator sphingem Verri reo ablatam. Propter quam Cicero illo iudicio in altercatione negati ei se ænigmata intelligere, respondit debere, quoniam sphin-

gem domi haberet. Circuntulit & Nero princeps Amazonem, de qua dicemus: & paulo ante C. Cestius Consularis signum, quod secum etiam in prælio habuit. Alexandri quoque Magni tabernaculum sustinere traduntur solitæ statuæ, ex quibus duæ ante Martis Ultoris ædem dicatæ sunt, totidem ante regiam. Minoribus simulacris signisque innumera propè artificum multitudo nobilitata est. Ante omnes tamen Phidias Atheniensis, Ioue Olympiæ factus, ex ebore quidem & auro: sed & ex ære signa fecit. Floruit autem Olympiade lxxxiij. circiter ccc. nostræ urbis anno. Quo eodem tempore æmuli eius fuerunt Alcámenes, Critias, Nestocles, Hægias. Et deinde Olympiade lxxxvij. Agelades, Callon, Polycletus, Phragmon, Gorgias, Lacon, Myron, Pythagoras, Scopas, Perelius. Ex his Polycletus, discipulos habuit Argium, Afopodorum, Alexim, Aristidem, Phrynonem, Dinonem, Athenodorum, Dameam Clitorium, Myronem Lycium. Nonagesima quinta Olympiade floruerunt Naucydes, Dinomedes, Canachus, Patrocles. Centesima secunda Polycles, Cephissodorus, Leochares, Hypatodorus. Centesima quarta Praxiteles, Euphranor. Centesima septima Echion, Therimachus. Centesima quartadecima Lysippus fuit, & cum eo Alexander Magnus. Item Lysistratus, & frater eius Sthenis, Euphronides, Sostratus, Ion, Silanion. In hoc mirabile, quod nullo doctore nobilis fuit ipse. Discipulos habuit Zeuxim & Iaden. Centesima vicesima Eutychides, Euthycrates, Lahippus, Cephissodorus, Timarchus, Pyromachus. Cessavit deinde ars, ac rursus Olympiade centesimaquingagesima quinta reuixit, cum fuere longè quidem infra prædictos, probati tamen, Antheus, Callistratus, Polycles, Athenæus, Callixenus, Pythocles, Pythias, Timocles. Ita distinctis celeberrimorum ætatibus insignes raptim transcurram, reliqua multitudine passim dispersa. Venere autem & in certamen laudatissimi, quantum diuersis ætatibus geniti, quoniam fecerant Amazonas: quæ cum in templo Ephesiæ Dianæ dicarentur, placuit eligi probatissimam ipsorum artificum, qui præsentibus erant, iudicio, cum apparuit eam esse, quam omnes secundam à sua quisque iudicassent. Hæc est Polycleti, proxima ab ea Phidiæ, tertia Ctesilæ, quarta Cydonis, quinta Phragmonis. Phidias, præter Iouem Olympium, quem nemo æmulari, fecit & ex ebore æquæ Mineruam Athenis, quæ est in Parthenone adstant. Ex ære verò, præter Amazonem supra dictam, Mineruam tam eximie pulchritudinis, ut à forma cognomen acceperit. Fecit & Cliduchum & aliam Mineruam, quam Romæ Æmilius Paulus ad ædem Fortunæ dedicauit. Item duo signa, quæ Catulus in eadem æde posuit palliata: & alterum colossicon nudum: primusque artem toreuticam aperuisse atque demonstrasse merito iudicatur. Polycletus Sicyonius Ageladis discipulus, Diadumenum fecit molliter iuuenem c. talentis nobilitatum. Idem & Doryphorum viriliter puerum. Fecit & quem canones artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quadam: solusque hominum artem ipse fecisse, artis opere iudicatur. Fecit & dstringentem, & nudum talo incessentem. Duosque pueros, item talis nudos ludentes, qui vocantur Astragalizontes: & sunt in Titi Imperatoris atrio: quo opere nullum absolutius plerique iudicant. Item Mercurium, qui fuit Lysimachiæ: Herculem, qui Romæ, Antæum à terra sustentem: Artemona, qui Periphoretos appellatus est. Hic consumasse hanc scientiam iudicatur, & toreuticam sic erudisse, ut Phidias aperuisse. Proprium eiusdem, ut vno crure insisterent signa, excogitasse: quadrata tamen ea esse tradit Varro, & penè ad vnum exemplum. Myronem Eleutheris natum, & ipsum Ageladis discipulum, bucina maxime nobilitauit, celebratis versibus laudata, quando alieno plerique ingenio magis, quam suo, commendantur. Fecit & canem, & discobolon, & Persea, & Pristas, & Satyrum admirantem tibias, & Mineruam, Delphicos pentathlos, Pancratiastas: Herculem etiam, qui est apud Circum maximum in æde Pompeij Magni. Fecisse & cicadæ monumentum ac locustæ, carminibus suis Erinna significat. Fecit & Apollinem, quem à Triumuiro Antonio sublatum restituit Ephesii Diuus Augustus, admonitus in quiete. Primus hic multiplicasse varietatem videtur, numerosior in arte, quam Polycletus, & symmetria diligentior: & ipse tamè corporum tenuis curiosus, animi sensus non expressisse, capillum quoque &

que & pubem non emendatius fecisse, quàm rudis antiquitas instituisse. Vicit eum Pythagoras Rheginus ex Italia, pancratiaſte Delphis poſito. Eundem vicit & Leontius, qui fecit ſtadiodromon Aſtylon, qui Olympiæ oſtenditur, & Libyn puerum tenentem tabel- lam eodem loco, & mala ferentem nudum. Syracuſis autem claudicantem: cuius hulceris dolorem ſentire etiam ſpectantes videntur. Item Apollinem citharædum, ſerpentemq; eius ſagittis cõfici, qui Dicæus appellatus eſt, quod cum Thebæ ab Alexandro caperentur, aurum à fugiente conditum, ſinu eius celatum eſſet. Hic primus neruos & venas expreſſit, capillumq; diligentius. Fuit & alius Pythagoras Samius, initio pictor, cuius ſigna ad ædem Fortunæ huiusce Deæ ſeptem nuda, & ſenis vnum, laudata ſunt. Hic ſuprà dicto
10 facie quoque indiſcreta ſimilis fuiſſe traditur: Rhegini autem diſcipulus & filius ſororis fuiſſe Soſtratus. Lyſippum Sicyonium Duris negat, Tullius fuiſſe diſcipulum affirmat, ſed primò ærarium fabrum, audendi rationem cœpiſſe pictoris Eupompi reſponſo. Eum enim interrogatum, quem ſequeretur antecedentium, dixiſſe demonſtrata hominum multitudine, naturam ipſam imitandã eſſe, non artificem. Plurima ex omnibus ſigna fecit, vt diximus, ſecundiffimæ artis, inter quæ diſtringentem ſe, quem M. Agrippa ante thermas ſuas dicauit, mirè gratum Tiberio principi: qui non quiuit temperare ſibi in eo, quanquam imperioſus fui inter initia principatus, tranſtulitque in cubiculum, alio ibi ſigno ſubſtituto: cum quidem tanta populi Romani contumacia fuit, vt magnis theatri clamoribus reponi Apoxyomenon flagitauerit, princepsq; quanquam adamatum, repo-
20 fuerit. Nobilitatur Lyſippus & temulenta tibicina, & canibus ac venatione. In primis verò quadriga cum Sole Rhodiorum. Fecit & Alexandrum Magnum multis operibus, à pueritia eius orſus. Quam ſtatuam inaurari iuſſit Nero princeps, delectatus admodum illa. Dein cum pretio periſſet gratia artis, detractum eſt aurum: pretioſiorque talis exiſtimatur, etiam cicatricibus operis atque conſciſſuris, in quibus aurum hæſerat, remanentibus. Idem fecit Hephæſtionem Alexandri Magni amicum, quem quidam Polycleto adſcribunt, cum is centum propè annis antè fuerit. Idem Alexandri venationem: quæ Delphis ſacrata eſt: Athenis Satyrorum turmam. Alexandrum amicorumque eius imagines ſumma omnium ſimilitudine expreſſit. Has Metellus Macedonia ſubaçta tranſtulit Romanam. Fecit & quadrigas multorum generum. Statuariæ arti plurimum traditur contu-
30 liſſe, capillum exprimendo, capita minora faciendo, quàm antiqui, corpora graciliora ſicioraque, per quæ proceritas ſignorum maior videtur. Non habet Latinũ nomen ſymmetria, quam diligentiffimè cuſtodiuit, noua intactaque ratione quadratas veterum ſtaturas permutando: vulgòque dicebat, ab illis factos, quales eſſent, homines: à ſe, quales viderentur eſſe. Propriæ huius videntur eſſe argutiæ operum, cuſtoditæ in minimis quoque rebus. Filios & diſcipulos reliquit laudatos artifices, Lahippum & Bedam, ſed ante omnes Euthycratem: quanquam is conſtantiam patris potiùs æmulatus, quàm eleganti- am, aſtremo maluit genere, quàm iucundo, placere. Itaque optimè expreſſit Herculem Delphis & Alexandrum, Theſpin venatorem, & Theſpiadas: prælium equeſtre, ad Trophonij oraculum: quadrigas Medæ complures: equum cum ſciſcinis: canes venantium.
40 Huius porrò diſcipulus fuit Tiſicrates, & ipſe Sicyonius, ſed Lyſippi ſectæ propior, vt vix diſcernantur complura ſigna, ceu ſenex Thebanus, Demetrius rex, Peuceſtes Alexandri Magni ſeruator, dignus tanta gloria. Artifices, qui compositis voluminibus cõdider- hæc, miris laudibus celebrant, & Telephanem Phocæum, ignotum aliàs, quoniam in Theſſalia, vbi habitauerat, latuerint opera eius: alioquin ſuffragiis ipſorum æquatur Polycleto, Myroni, Pythagoræ. Laudant eius Lariffam, & Spinarum pentathlon, & Apollinem. Alij nõ hanc ignobilitatis fuiſſe cauſam, ſed quoniam ſe regum Xerxis atque Darij officinis dederit, exiſtimant. Praxiteles quoque marmore felicior: ideo & clarior fuit. Fecit tamen ex ære pulcherrima opera: Proſerpinæ raptum: item Catagufam, & Ebrieta- tem, & Liberum patrem, nobilẽmque vnà Satyrum, quem Græci periboeton cognomi-
50 nant. Signa etiam, quæ ante Felicitatis ædem fuere, Venerẽmque, quæ cum ipſa æde incendio cremata eſt Claudij principatu, marmoreæ illi ſuæ per terras inclytæ parẽ. Item

Q

Stephusam, Spilumenem, Oenophorum. Harmodium & Aristogitonem tyrannicidas, quos à Xerxe Persarum rege captos victa Perside Atheniensibus remisit Magnus Alexander. Fecit & puberem subrepenti lacertæ cominus sagitta insidiantem, quem Sauroctonon vocant. Spectantur & duo signa eius diuerfos affectus exprimentia, flentis matronæ, & meretricis gaudentis. Hanc putant Phrynen fuisse, deprehenduntque in ea amorem artificis, & mercedē in vultu meretricis. Habet simulacrum & benignitas eius. Calamidis enim quadrigæ aurigam suam imposuit, ne melior in equorum effigie defecisset in homine crederetur. Ipse Calamis & alias quadrigas bigasque fecit, equis semper sine æmulo expressis. Sed ne videatur in hominum effigie inferior, Alcmena nullius est nobilior. Alcámenes Phidiæ discipulus & marmorea fecit, & æreum pentathlon, qui vocatur encrinomenos. At Polycleti discipulus Aristides quadrigas bigasque. Et Iphicratis Læna laudatur. Scortum hæc lyræ cantu familiare Harmodio & Aristogitoni, consilia eorum de tyrannicidio, vsque ad mortem excruciatam, tyrannis non prodidit. Quãobrem Athenienses & honorem habere ei volentes, nec tamen scortum celebrasse, animal nominis eius fecere: atque vt intelligeretur causa honoris, in opere linguam addi ab artifice vetuerunt. Bryaxis Æsculapium & Seleucum fecit. Bedas adorantem Batton Apollinem, & Iunonem, qui sunt Romæ in Concordiæ templo. Cresilas vulneratum deficientem, in quo possit intelligi, quantum restet animæ: & Olympium Periclem dignum cognomine. Mirumque in hac arte est, quòd nobiles viros nobiliores fecit. Cephilodorus Mineruam mirabilem in portu Atheniensium, & aram ad templum Iouis Seruatoris in eodem portu, cui pauca comparantur. Canachus Apollinem nudum, qui Philesius cognominatur in Didymæo, Æginetica æris temperatura. Ceruumque vnà ita vestigiis suspendit, vt linum subter pedes trahatur, alterno morsu digitis calcæque retinentibus solum, ita vertebrato dente vtrisque in partibus, vt à repulso per vices resiliat. Idem Celetizontas pueros fecit. Chæreas Alexandrum Magnum & Philippum patrem eius fecit. Ctesilaus Doryphoron, & Amazonem vulneratam. Demetrius Lyfimachen, quæ sacerdos Mineruæ fuit annis lxxiiij. Idem & Mineruam, quæ Musica appellatur, quoniam dracones in Gorgone eius ad ictus citharæ tinnitu resonant. Idem equitem Sarmenem, qui primus de equitatu scripsit. Dædalus & ipse inter fictores laudatus, pueros duos distringentes se fecit. Dinomenes Protefilaum & Pythodemum luctatorem. Euphranoris Alexander Paris est: in quo laudatur, quòd omnia simul intelligantur, index Dearum, amator Helenæ, & tamen Achillis interfector. Huius est Minerua Romæ, quæ dicitur Catuliana, infra Capitolium à Q. Luctatio Catulo dicata, & simulacrum Boni euentus, dextra pateram, sinistra spicam ac papauer tenens. Item Latona puerpera, Apollinem & Dianam infantes sustinens, in æde Concordiæ. Fecit & quadrigas bigasque, & Cliduchon eximia forma: & Virtutem & Græciam, vtrasque colosseas: mulierem ministrantem & adorantem. Item Alexandrum & Philippum in quadrigis. Eutychides Eurotam, in quo artem ipso amne liquidiorum plurimi dixerunt. Hegiæ Minerua, Pyrrhusque rex laudatur, & celetizontes pueri, & Castor ac Pollux ante ædem Iouis Tonantis. In Pario colonia Hercules Isidori. Buthyreus Lycius Myronis discipulus fuit, qui fecit dignum præceptore puerum sufflantem languidos ignes, & Argonautas. Leocras aquilam, sentientem quid rapiat in Ganymede, & cui ferat, parcentem vnguibus etiam per vestem: puerum Autolycon pancratio victorem, propter quem Xenophon Symposium scripsit: Iouemque illum tonantem in Capitolio, ante cuncta laudabilem: item Apollinē diadematum. Lyciscus Lagonem puerum subdolæ ac fucatæ vernilitatis. Lycus & ipse puerum suffitorem. Menæchmi vitulus genu premitur, replicata ceruice: ipseque Menæchmus scripsit de sua arte. Naucydes Mercurio & Discobolo & immolante arietem censetur. Naucerus luctatorem anhelantem fecit. Nicerates Æsculapium & Hygiam, qui sunt in Concordiæ templo Romæ. Pyromachi quadriga regitur ab Alcibiade. Policles Hermaphroditum nobilem fecit. Pyrrhus Hygiam & Mineruam, Phœnix Lysippi discipulus Epithersen. Stipax Cyprius vno celebratur signo, Splachnopte. Periclis Olympij vernula

vernula hic fuit, exta torrens, ignem oris pleni spiritu accendēs. Sillanion Apollodorum fecit, fictorem & ipsum, sed inter cunctos diligentissimum artis, & inimicum sui iudicem, crebrò perfecta signa frangētem, dum satiare cupiditatem nequit artis, & ideo insanum cognominatum. Hoc in eo expressit, nec hominem ex ære fecit, sed iracūdiam: & Achillem nobilem. Itē Epistatem exercentem athletas: Strōgylion Amazonem, quam ab excellentia crurum Eucnemon appellant, ob id in comitatu Neronis principis circūlatam. Item fecit puerum, quem amando Brutus Philippenfis cognomine suo illustrauit. Theodoros, qui labyrinthum fecit Sami, ipse se ex ære fudit, præter similitudinem mirabilem fama magnæ subtilitatis celebratus. Dextra limam tenet, læua tribus digitis quadrigulam tenuit translata Prænestæ, tantæ paruitatis, vt totam eam currumque & aurigam integeret alis simul facta muscā. Xenocrates Tificratis discipulus: aut, vt alij, Euthycratis, vicit vtrosque copia signorum, & de sua arte composuit volumina. Plures artifices fecere Attali & Eumenis aduersus Gallos prælia, Isigonus, Pyromachus, Stratonicus, Antigonus, qui condidit volumina de sua arte. Boëthi, quanquam argento melioris, infans eximiè anserem strangulat. Atq; ex omnibus, quæ retuli, clarissima quæque in vrbe iam sunt dicata à Vespasiano Principe in templo Pacis, aliisque eius operibus, violentia Neronis in vrbe conuecta, & in sellariis domus aureæ disposita. Prætereà sunt æqualitate celebrati artifices, sed nullis operum suorum præcipui, Ariston, qui & argentum cælare solitus est, Callias, Clesias, Cantharus Sicyonius, Dionysodorus Critiæ discipulus, Delia-
a Pol. Heculeni.
des, Euphorion, Eunicus, & Hecatæus. Argēti cælatores, Lesbodes, Prōdorus, Pythodius, Polygnotus: iidem pictores nobilissimi. Item ex cælatoribus Stratonicus, Scymnus, qui fuit Critiæ discipulus. Nunc percensebo eos, qui eiusdem generis opera fecerunt, vt Apollodorus, Androbulus, Asclepiodorus, Aleuas philosophos: Apellas & adorātes fœminas: Antigonus & Perixyomenon, tyrannicidāsque suprā dictos: Antimachus, Athenodorus fœminas nobiles: Aristodemus & luctatores, bigasq; cum auriga, philosophos, anus, Seleucum regem. Habet gratiam suam huius quoque Doryphorus. Cephissodori duo fuere: prioris est Mercurius, Liberum patrem in infantia nutriens. Fecit & concionantem manu elata: persona in incerto est. Sequēs philosophos fecit. Colothas, qui cum Phidia Iouem Olympium fecerat, philosophos. Item Cleon & Cenchramis, & Callicles, & Cephis: Chalcothenes & comœdos & athletas. Dahippus Perixyomenon. Daiphron, & Democritus, & Dæmon philosophos. Epigonus omnia ferè prædicta imitatus præcessit in tubicine, & matri interfectæ infante miserabiliter blandiente. Eubolidis digitis cōputans: Mycon athletis spectatus, Menogenes quadrigis. Nec minùs Niceratus omnia, quæ cæteri, aggressus, repræsentauit Alcibiadem, lampadēque accensa matrem eius Demaraten sacrificantem. Pisicrates bigæ Pitho mulierem imposuit. Idemque fecit Martem & Mercurium, qui sunt in Concordiæ templo Romæ. Perillum nemo laudat fœuio-
40
rem Phalaride tyrāno, qui taurum fecit, mugitus hominis pollicitus igne subdito, & primuseum expertus cruciatum iustiore fœuitia. In hoc à simulacris Deūm hominūque deuocauerat humanissimam artem. Ideōne tot conditores eius elaborauerant, vt ex ea tormenta fierent? Itaque vna de causa seruantur opera eius, vt quisquis illa videat, oderit manus. Sthenis Cererem, Iouem, Mineruam fecit, qui sunt Romæ in Cōcordiæ templo. Idem flentes matronas, & adorantes sacrificantēque. Simon canem & sagittarium fecit. Stratonicus cælator ille philosophos, Scopas vterque. Athletas autem & armatos, & venatores, sacrificantēque Batton, Euchir, Glaucides, Heliodorus, Hicanus, Lophon, Lyson, Leon, Menodorus, Myiagrus, Polycrates, Polydorus, pythocritus, protogenes, idem pictura clarissimus, vt dicemus: Patrocles, Polis, Posidonius, qui & argentum cælauit nobiliter, natione Ephefius, periclymenus, philon, Simenus, Timotheus, Theonnestus, Timarchides, Timon, Tisias, Thrafon. Ex omnibus autem maximè cognomine insignis est Callimachus, semper calumniator sui, nec finem habens diligentis, ob id Cacizotechnos
50
appellatus, memorabilis exemplo adhibendi curæ modum. Huius sunt saltantes Lacæna, emendatum opus, sed in quo gratiam omnem diligentia abstulerit. Hunc quidem &

picctorem fuisse tradunt. Non ære captus, nec arte, vnam solummodo Zenonis statuam Cypria in expeditione non vendidit Cato, sed quia philosophi erat, vt obiter hoc quoq; noscatur tam inane exemplum. In mentione statuarum est & vna non prætereunda, licet auctoris incerti, iuxta rostra Herculis tunicati, Elco habitu Romæ, torua facie, sentientæque suprema in tunica. In hac tres sunt tituli: L. Luculli Imperatoris, de manubiis: alter, pupillum Luculli filium ex S. C. dedicasse: tertius, T. Septimium Sabinum Ædilem curulem ex priuato in publicum restituisse. Tot certaminum tantæque dignationis simulacrum id fuit. Nûc reuertemur ad differentias æris & misturas. In Cyprio coronariû & regulare est, vtrunque ductile. Coronarium tenuatur in laminas, taurorumque felle tinctû, speciem auri in coronis histrionum præbet. Idemq; in vncias additis auri scrupulis fenis, 10 prætenui pyropi bractea ignescit. Regulare & in aliis fit metallis, itemque caldariû. Differentia, quod caldariû funditur tantum, malleis fragile, quibus regulare obsequitur, ab aliis ductile appellatû, quale omne Cyprium est. Sed & in cæteris metallis, eura distat à caldariario. Omne enim purgatis diligentius igni vitis, excoctisque, regulare est. In reliquis generibus palma Campano. Simile in multis partibus Italiæ prouinciisque. Sed octonas plûbi libras addunt, & lenè recoquunt propter inopiam ligni. Quantum ea res differentia afferat, in Gallia maximè sentitur, vbi inter lapides candefactos funditur. Exurente enim coctura, nigrum atque fragile conficitur. Prætereà semel recoquunt: quod sæpius fecisse, bonitati plurimum confert.

Differentia æris & mistura, & de seruando ære.

C A P.

I X.

ID quoque notasse non ab re est, æs omne frigore magno melius fundi. Sequens temperatura statuaria est, eadèmq; tabularis, hoc modo: Massa proflatur in primis, mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei, hoc est, ex vsu coempti. Peculiare in eo condimentum attritu domiti, & consuetudine nitoris veluti mansuefacti. Miscentur & plumbi argentarij pondo duodena ac selibræ, centenis proflati. Appellatur etiamnum & formalis temperatura æris tenerrimi, quoniam nigri plumbi decima portio additur, & argentarij vigesima: maximèque ita colorem bibit, quem Græcicum vocant. Nouissima est, quæ vocatur ollaria, vase nomen hoc dante, ternis aut quaternis libris plûbi argentarij in centenas æris additis. Cyprio si addatur plumbum, colos purpuræ fit in statuarum 30 prætextis. Æra extersa rubiginem celerius trahunt, quàm neglecta, nisi oleo perungantur. Seruari ea optimè in liquida pice tradunt. Vfus æris ad perpetuitatem monumentorum iam pridem translatus est, tabulis æreis, in quibus publicæ constitutiones inciduntur.

De cadmia medicina.

C A P. X.

Metalla æris multis modis instruunt medicinã, vtpote cùm hulcera omnia ibi ocyssimè sanentur. Maximè tamen prodest cadmia. Fit sine dubio hæc & in argenti fornacibus, candidior ac minus ponderosa, sed nequaquam cõparanda ærariæ. Plura autem genera sunt. Nanque ipse lapis, ex quo fit æs, cadmia vocatur, fufuris necessarius, medicina inutilis. Hic rursus in fornacibus existit, aliãque nominis sui originẽ recipit. Fit au- 40 tem egesta flammis atq; flatu tenuissima parte materiæ, & cameris lateribusve fornacum pro quãtitate leuitatis applicata. Tenuissima est in ipso fornacum ore, quã flammæ cluctantur, appellata capnitis, exusta, & nimia leuitate similis fauillæ. Interior optima, cameris dependens, & ab eo argumento botrytis cognominata. Ponderosior hæc priore, leuior porrò secuturis. Duo eius colores: deterior cinereus, puniceus melior, friabilis, oculorumque medicamētis vtilissima. Tertia est in lateribus fornacum, quæ propter grauitatem ad cameras peruenire non potuit. Hæc dicitur placitis, & ipsa ab argumento, crusta veriùs, quàm pumex, intus varia, ad pforas vtilior, & ad cicatrices trahendas. Fluunt & ex ea duo alia genera: onychitis extra penè cærula, intus onychitis maculis similis. Ostracitis tota nigra, & cæterarû fordidissima, vulneribus maximè vtilis. Omnis autem 50 cadmia in Cypri fornacibus optima, iterumque à Medicis coquitur carbone puro, atq; vbi

vbi in cinerem rediit, extinguitur vino ammineo, quæ ad emplaftra præparatur: quæ vero ad pforas, aceto. Quidam in ollis fictilibus tufam vrunt, ac lauant in mortariis, poftea ficcant. Nymphodorus lapidem ipfum quàm grauiſſimum ſpiſſiſſimùmque vrit pruna, & exuſtum Chio vino reſtinguit tunditque, mox linteo cribrat, atque in mortario terit, mox aqua pluuia macerat, iterumq; terit quod ſubſidit, donec ceruſſæ ſimilis fiat nulla dentium offenſa. Eadem Iollæ actio: ſed quàm puriſſimum lapidem eligit. Cadmiæ effectus ſiccare, perſanare, ſiſtere fluxiones, pterygia & ſordes oculorum purgare, ſcabritiem extenuare, & quicquid in plumbi effectu dicemus. Et æs ipſum ad omnia eadem vritur, præterque albugines oculorum & cicatrices. Hulcera quoque oculorum cum lacte fanat, idque Ægyptij collyrij modo terunt in coticulis. Facit & vomitiones è melle ſumptum. Vritur autem Cyprium in fictilibus crudis cum ſulphuris pari pondere, circumlito ſpiramento in caminis, donec vafa ipſa percoquantur. Quidam & ſalem addunt, alij alumen pro ſulphure, alij nihil, ſed aceto tâtùm aſpergunt. Vltimum teritur mortario Thebaico, aqua pluuia lauatur, minore effectu, iterumque adiecta largiore teritur, & dum conſidat, relinquatur: hoc ſæpius, donec ad ſpeciem miniæ redeat. Tunc ficcatum in Sole, in ærea pyxide feruatur.

De ſcoria, & flore, & ſquama æris, & ſtomomate, & æruginè, & hieracio.

CAP. XI.

ET ſcoria æris ſimili modo lauatur, minore effectu, quàm æs ipſum. Sed & æris flos
 20 medicina vtilis eſt. Fit ære fuſo, & in alias fornaces tranſlato: ibi flatu crebriore excu-
 tiuntur velut milij ſquamæ, quas vocant florem. Cadunt autem, cum panes æris aqua
 refrigerantur rubentque. Similiter ex eis fit, quam vocant lepida, & fic adulteratur flos,
 vt ſquama vaneat pro eo. Eſt autem ſquama hæc decuſſa vi clavis, per quos panes ærei
 ferruminantur. In Cypriis maximè officinis omnia. Differentia hæc eſt, quod ſquama
 excutitur iſtibus iſdem panibus: flos cadit ſponte. Squamæ eſt alterum genus ſubtilius,
 ex ſumma ſcilicet lanugine decuſſum, quod vocant ſtomoma. Atque hæc omnia Medi-
 ci (quod pace eorum dixiſſe liceat) ignorant, pars maior & nominibus, in tantum à con-
 ſciendis medicaminibus abſunt, quod eſſe proprium medicina ſolebat. Nunc quoties
 incidere in libellos, componere ex his volentes aliqua, hoc eſt, impendio miſerorum ex-
 30 periri commentaria, credunt ſeplafiæ, ea omnibus quidè fraudibus corrumpenti, factaq;
 iam pridem emplaftra & collyria mercantur, tabesque mercium. Fraus ſeplafiæ ſic exte-
 ritur. Et ſquama autem & flos vruntur in patinis fictilibus aut æreis, deinde lauantur, vt
 ſuprà, ad eodem uſus: & amplius ad narium carnoſa vitia, itémque ſedis & grauitates au-
 rium, per ſiſtulas in eas flatu impulſa, & hulcera oris farina admota. Tollit & tonſillas cum
 melle. Fit & ex candido ære ſquama, Cypria longè efficacior. Necnon vrina pueri priùs
 macerant clauos panesque. Quidam verò excuſſam ſquamam terunt, & aqua pluuia la-
 uant. Dant & hydropicis eam duabus drachmis in mulſi hemina, & illinunt cum polline.
 Æruginis quoque magnus uſus. Sed pluribus fit ea modis. Nanque & è lapide, ex quo
 coquitur, æs, deraditur, & ære candido perforato, atque in cadis ſuper acetum ſuſpenſo,
 40 æreo obturatis operculo, multo probatiore, quàm ſi hoc idem ſquamis fiat. Quidam vafa
 ipſa candidi æris fictilibus condunt in aceto, raduntque x. die. Alij vinaceis cõtègunt, to-
 tidémque poſt dies radunt. Alij delimatam æris ſcobem aceto ſpargunt, verſantque ſpa-
 this ſæpius die, donec abſumatur. Eandémque ſcobem alij terere in mortariis æreis ex
 aceto malunt. Ocyliſimè verò contrahit coronarium æruginem, recifamentis in acetum
 additis. Adulterant marmore trito maximè Rhodiam æruginem: alij pumice aut gum-
 mi. Præcipuè autem fallit atramento ſutorio adulterata. Cætera enim dente deprehen-
 duntur, ſtridentia in frendendo. Experimentum in batillo ferreo. Nam quæ ſyncera eſt,
 ſuum colorem retinet: quæ miſta atramento, rubefcit. Deprehenditur & papyro, galla
 priùs macerato: nigreſcit enim ſtatim æruginè illita. Deprehenditur & viſu, malignè vi-
 50 rens. Sed ſiue ſynceram ſiue adulteratam, aptiſſimum eſt ficcatam in patina noua vri &
 verſari, donec ſauilla fiat: poſtea teritur & reconditur. Aliqui in crudis fictilibus vrunt,

donec figlinum percoquatur. Nonnulli & thus masculum admiscunt. Lauatur autem ærugo, sicut cadmia: vis eius collyriis oculorū aptissima, delacrymationibus mordendo proficiens. Sed ablui necessarium penicillis calidis, donec rodere desinat. Hieracium vocatur collyriū, quod ita maximè constat: temperatur autem id Hammoniæ vncis quatuor, æruginis Cypriæ duabus, atramenti futorii, quod chalcanthum vocāt, totidem, misyos verò vna, croci sex. Hæc omnia trita aceto Thasio colliguntur in pilulas, excellentis remedij contra initia glaucomatum & suffusionum, cōtra caligines & scabritias & albugines, ac genarum vitia. Cruda autem ærugo vulnerariis emplastris miscetur. Oris etiam gingiuarumque hulcerationem mirificè emendat, & labiorum hulcera cum oleo. Quòd si & cera addatur, purgat, & ad cicatricem perducit. Ærugo & callum fistularum erodit, 10 vitiorūque quæ circa sedem, siue per se, siue cum Hammoniaco illita, vel collyrij modo in fistulas adacta. Eademq; cum resinæ terebinthinæ tertia parte subacta, lepras tollit.

De scolecia, & chalciti, & misy, & sory, & chalcantho.

C A P.

X I I.

EST & alterum genus æruginis, quam vocant scoleciā, in Cyprio ære, hoc trito alumine & sale, aut nitro pari pondere, cū aceto albo quàm acerrimo. Nō fit hoc nisi æstuosissimis diebus circa Canis ortum. Teritur autē, donec viride fiat, contrahatq; se vermiculorū specie, vnde & nomen. Quod vitiū vt emēdetur, duæ partes quæ fuere aceti, miscetur vrina pueri impubis. Idē autē in medicamentis & lanterna efficit, qua diximus aurum ferruminari, vsusque vtriusque, qui æruginis. Scolecia fit & per se, derasa ab ærario lapide, 20 de quo nūc dicemus. Chalcitim vocant lapidē, ex quo & ipsum æs coquitur. Distat a cadmia, quòd illa super terrā ex subdialibus petris cæditur, hæc ex obrutis. Itē, quòd chalcitis friat se statim mollis natura, vt videatur lanugo cōcreta. Est & alia distinctio, quòd chalcitis tria genera continet, æris, & misyos, & soryos, de quibus singulis dicemus suis locis. Habet autē æris venas oblongas. Probatur mellei coloris, gracili venarū discursu, friabilis, nec lapidosa. Putāt & recentē vtiorē esse, quoniā inueterata sory fiat. Vis eius ad excrescētia in hulceribus, sanguinē sistere, gingiuas, vuā, tonsillas farina compefcere. Vulnæ quoq; vitiis in vellere imponitur. Cū succo verò porri, verēdorū additur emplastris. Maceratur autē in fictili ex aceto circumlito fimo diebus xl. & colorē croci trahit. Tunc admisto cadmiæ pari pōdere, medicamentū efficit, psoricon dictū. Quòd si duæ partes chal- 30 citidis tertia cadmiæ tēperentur, acrius hoc idē fiet. Acrius etiānum & vehementius, si aceto, quā vino, tēperentur. Tosta verò efficacior fit ad eadē omnia. Sory Ægyptiū maximè laudatur, multū superato Cyprio Hispaniensi & Africo: quanquā oculorū quoque curationi quidam vtilius Cyprium putant: sed in quacunque natione optimū, cui maximum virus, in olfactu tritūque pinguius nigrescens & spongiosum. Stomacho res cōtraria in tātum, vt quibusdā olfactu modò vomitiones moueat: & Ægyptium quidem tale. Alterius nationis contritum splendescit. Et misy est lapidosus. Prodest autē & dentium dolori, si contineatur atque colluat: & oris hulceribus grauibus, quæque serpunt. Vritur carbonibus, vt chalcitis. Misy aliqui tradiderunt fieri exusto lapide in scrobibus, flori eius luteo miscente se ligni pinei fauilla. Reuera autem è suprā dicto fit lapide, concre- 40 tum natura discretūque, & optimum in Cypriorum officinis: cuius notæ sunt friati aureæ scintillæ, & cū teratur, harenosa natura, siue terrea, chalcitidi similis. Hoc admiscunt, qui aurum purgant. Vtilitas eius infusi cum rosaceo auribus purulentis, & in lana impositi capitis hulceribus. Extenuat etiam scabritias oculorum inueteratas. Præcipuè vtile tonsillis, contrāque anginas & suppurata. Ratio, vt xv j. drachmæ in hemina accenti coquantur addito melle, donec lentescat. Sic ad suprā dicta vtile est. Quoties opus sit molliri vim eius, mel aspergitur. Erodit & callum fistularum ex aceto fouentium: & collyriis additur. Sistit & sanguinem, hulcerāque quæ serpent, quæve putrescant. Absumit & excrescētes carnes. Peculiariter virilitatis vitiis vtile: & sceminarum profluuium sistit. Græci cognationem æris nomine fecerunt & atramento futorio. Appellant enim chal- 50 canthum. Nec vllius æquè mira natura est. Fit & in Hispania è puteis stagnisve, id genus aquæ

aquæ habentibus. Decoquitur ea, admista dulci pari mensura, & in piscinas ligneas funditur. Immobilibus super has transtris dependent restes lapillis extentæ, quibus adhærens limus vitreis acinis imaginem quandam vuæ reddit. Exemptum ita siccatur diebus xx x. Color est cæruleus, perquam spectabili nitore, vitrumque esse creditur: diluendo fit atramentum tingendis coriis. Fit & pluribus modis, genere eo in scrobes cauato. quarum è lateribus distillantes hyberno gelu sturias, stalagmiã vocant: neque est purius aliud. Sed ex eo candidum colorem sentientem violam, leucoion appellant. Fit & in saxorum catinis, pluuiæ aqua corriuato limo gelante. Fit & falis modo, flagrantissimo Sole admixtas dulces aquas cogente. Ideo duplici quidam differentia, fossile aut factitium appellat. hoc pallidius, & quantum colore, tantum bonitate deterius. Probant maximè Cyprium in medicinæ vsu. Sumitur ad depellenda ventris animalia drachmæ pondere cum melle. Purgat & caput dilutum, ac naribus instillatum: item stomachum, cum melle aut aqua mulsa sumptum. Medetur & oculorum scabritiæ dolorique, necnon & caligini, & oris hulceribus. Siftit & sanguinem narium: item hæmorrhoidum. Extrahit ossa fracta cum semine hyoscyami. Suspendit epiphoras, penicillo fronti impositum. Efficax & in emplastris ad purganda vulnera, & excrementa hulcerum. Tollit & vuas, vel si decocto tangantur. Cum lini quoque semine superponitur emplastris ad dolores tollendos: quodque ex eo candidat, in eo vsu præfertur violaceis, & grauitati aurium per fistulas inspiratur. Vulnera etiam per se illitum sanat, sed stringit cicatrices. Nupérque inuentum, vrsorum in harena & leonũ ora inspergere illo: tantaque est vis in astringendo, vt non queant mordere.

De pompholyge, & spodo, & antisfodo, & diphryge, & triente Seruilio.

CAP.

XIII.

ETIAMNUM in ærariis reperiuntur, quem vocant pompholygem & spodon. Differentia, quod pompholyx lotura paratur, spodos illota est. Aliqui id quod sit candidum leuissimumque, pompholygem dixere, & esse æris & cadmiæ fauillam. Spodon nigriorem ponderosiorémque esse, de rasam parietibus fornacum, mistis scintillis, aliquando & carbonibus. Hæc aceto accepto odorem æris præstat, & si tangatur lingua, saporem horridum. Conuenitque oculorum medicamentis, quibuscunque vitiis occurrens, & ad omnia, quæ spodos: hoc solum distat, quod huius elutior vis est. Additur & in emplastra, quibus lenis quæritur refrigeratio & siccatio. Vtilior ad omnia, quæ vino lota est. Spodos Cypria optima. Fit autem liquefcentibus cadmia & ærario lapide. Leuissimè hæc efflatur & ocyus, euolatque è fornacibus & tectis adhærescit, à fuligine distans candore. Quod minus candidum ex ea, immaturæ fornacis argumentum est: hoc quidam pompholygem vocat. Quod verò rubicundius ex iis inuenitur, acriorem vim habet, exulceratque adeo, vt cum lauatur, si oculos attingat, excæcet. Est & mellei coloris spodos, in qua plurimum æris intelligitur. Sed quodcunque genus lauando fit vtilius. Purgatur ante pinna, dein crassiore lotura. Digitis scabritiem exterunt. Media vis eius est, quæ vino lauatur. Est aliqua & in genere vini differentia. Leni enim lota collyriis oculorũ nimium vigiliis fatigatorum apta putatur. Eadem efficacior hulceribus quæ manant, vel oris quæ madent, & omnibus medicamentis, quæ parantur cõtra gangrænas. Fit & in argenti fornacibus spodos, quam vocant lauriotin. Vtilissima autem oculis affirmatur, quæ fiat in ærariis: nec in alia parte magis est vitæ ingenia mirari. Quippe ne inquirenda essent metalla, vilissimis rebus vtilitates easdem excogitauit. Antisfodon vocat cinerem fici arboris vel caprifici, vel myrti foliorum cum teneris ramorum partibus, vel oleastri vel cydonij mali vel lentisci. Item ex moris immaturis, id est candidis, in Sole arefactis: vel è buxi coma, vel pseudocyperis, aut rubi, aut terebinthi, vel cænãthes. Taurini quoque glutinis, aut linteorum cinerem, similiter pollere inuentum est. Vruntur omnia ea crudo fictili in fornacibus, donec figlina percoquantur. In ærariis officinis & psegma fit, iam liquato ære atque percocto, additis etiamnum carbonibus, flatuque accensis: ac repente vehementiori flatu expuitur æris palea quædam. Solum, quo excipiat, stratum esse debet.

a quod in
iisdem offi-
cinis diphry-
ges vocant
Græci.

Facile ab ea discernitur, a quam in iisdem officinis diphrygem vocant Græci, ab eo quod bis torreatur. Cuius origo triplex. Fieri enim traditur ex lapide pyrite cremato in caminis, donec excoquatur in rubricam. Fit & in Cypro ex luto cuiusdam specus arefacto prius, mox paulatim circumdatis sarmentis. Tertio fit modo in fornacibus æris fæce subsidente. Differentia est quidē, quod æs ipsum in catino defluit, scoria extra fornaces, flos supernatat, diphryges remanet. Quidā tradunt in fornacibus globos lapidis qui coquantur, ferruminari, circa hunc æs feruere, ipsum verò non percoqui, nisi translatum in alias fornaces, & esse nodum quendam materiæ. Id quod excocto superfit, hiphryges vocari. Ratio eius in medicina similis supra dictis, siccare, & excrementa consumere, & perpur-gare. Probatur lingua, vt eam siccet tactu statim, saporēque æris reddat. Vnum etiam-¹⁰ num æris miraculum non omittemus. Seruilia familia illustris in Fastis, trientem æreum pascit auro & argento, confumentem vtrunque. Origo atque natura eius incomperta est mihi. Verba ipsa de eare Messalæ senis posuim. Seruiliorum familia habet trientem fa-crum, cui summa cum cura magnificentiaque sacra quotannis faciunt: quem ferunt aliās creuisse, aliās decreuisse videri, & ex eo aut honorem aut diminutionē familiæ significari.

De ferro, & ferreis metallis, & differentiæ ferri.

C A P. X I I I I.

Proximè indicari debent metalla ferri, optimo pessimòque vitæ instrumento. Siqui-dem hoc tellurem scindimus, serimus arbuta, ponimus pomaria, vites squalore deci-fo annis omnibus cogimus iuuenescere. Hoc extruimus tecta, cædimus saxa, omnēsque ad alios vsus ferro vtimur. Sed eodem ad bella, cædes, latrocinia, non cominus solum,²⁰ sed etiam missili volucríque, nunc tormentis excusso, nunc lacertis, nunc verò pennato: quam sceleratissimam humani ingenij fraudem arbitror. Siquidem, vt ocycus mors perueniret ad hominem, alitem illam fecimus, pennasque ferro dedimus. Quamobrem culpa eius non naturæ fiat accepta. Aliquot experimentis probatum est, posse innocens esse ferrum. In fœdere, quod expulsis regibus populo Romano dedit Porfena, nominatim comprehensum inuenimus, ne ferro nisi in agricultura vterentur. Et stilo scribere intutum est, vt vetustissimi autores prodiderunt. Magni Pompeij in tertio Consulatu extat edictum, in tumultu necis Clodianæ, prohibentis vllum telum esse in vrbe. Et tamen vita ipsa non desit honorem mitiorem habere ferro quoque. Aristonidas artifex cum exprimere vellet Athamantis furorem Learcho filio præcipitato residentem, pœnitenti-³⁰ tiamque, ferrum & æs miscuit, vt rubigine eius per nitorem æris relucente, exprimeretur verecundiæ rubor. Hoc signum extat Thebis hodie. Est in eadem vrbe & ferreus Hercules, quem fecit Alcon, laborum Dei patientia inductus. Videmus & Romæ scyphos è ferro dicatos in templo Martis Vltoris. Obsistit eadem naturæ benignitas, exigentis à ferro ipso pœnas rubigine, eadēque prouidentia nihil in rebus mortaliū faciente, quàm quod infestissimum mortalitati. Ferri metalla vbique propemodum reperiuntur, quippe insula etiam Italiæ Ilua gignente: minimaque difficultate cognoscuntur ipso colore terræ manifesto. Sed ratio eadem excoquendis venis. In Cappadocia tantum quæstio est, aquæ an terræ fiat acceptum, quoniam perfusa certo fluuio terra, neque aliter, ferrum è fornacibus reddit. Differentia ferri numerosa. Prima in genere terræ⁴⁰ cæliue. Aliæ molle tantum, plumbòque vicinius subministrant: aliæ fragile & ærosum, rotarumque vsibus & clavis maximè fugiendum, cui prior ratio conuenit. Aliud breuitate sola placet, clavisque caligariis: aliud rubiginem celerius sentit, stricturneque vocantur eæ omnes, quod non in aliis metallis, à stringenda acie vocabulo imposito. Et fornacum maxima differentia est. In iis equidem nucleus ferri excoquitur ad indurandam aciem, aliòque modo ad densandas incudes, malleorumve rostra. Summa autem differentia in aqua est, cui subinde candens immergitur. Hæc alibi atque alibi vtillior nobilitauit loca gloria ferri, sicuti Bilbilin in Hispania & Turiassonem, Comum in Italia, cum ferraria metalla in his locis non sint. Ex omnibus autem generibus palma Serico ferro est. Seres hoc cum vestibus suis pellibusque mittunt. Secunda Parthico: neque alia genera⁵⁰ ferri ex mera acie temperantur: cæteris enim admiscetur. Mollior complexus in nostro orbe

orbe. Aliubi vena bonitatem hanc præstat, vt in Noricis: aliubi factura, vt Sulmone aqua, vt diximus. Quippe cum in exacuendo oleares cotes aquariæque differant, & oleo acrior fiat acies. Mirumque, cum excoquatur vena, aquæ modo liquari ferrum, postea in spongias frangi. Tenuiora ferramenta oleo restingui mos est, ne aqua in fragilitatem durentur. A ferro sanguis humanus se vlciscitur. Contactum namque eo, celerius subinde rubiginem trahit. De magnete lapide suo loco dicemus, concordiaque quam cum ferro habet. Sola hæc materia vires ab eo lapide accipit, retinetque longo tempore, aliud apprehendens ferrum, vt anulorum catena spectetur interdum: quod imperitum vulgus appellat ferrum viuum, vulneraque tali asperiora fiunt. Lapis hic & in cantabria nascitur, non ille magnes verus caute continua, sed sparsa bubbatone, ita appellant: nescio an vitro fundendo perinde utilis: nondum enim expertus est quisquam: ferri utiq; inficit aciem, vt magnes. Eodem lapide Dinocrates architectus Alexandria Arsinoës templum concamerare inchoauerat, vt in eo simulacrum eius è ferro pedere in aere videretur. Intercessit mors & ipsius & Ptolemæi, qui id sorori suæ iusserat fieri. Metallorum omnium vena ferri largissima est. cantabriæ maritimæ parte, quam Oceanus alluit, mons præruptè altus, incredibile dictu, totus ex ea materie est, vt in ambitu Oceani diximus.

De temperatura ferri, & medicinæ ex ferro, & æruginè, & rubiginè, & squama ferri, & hygreplastro.

C A P. XV.

Ferrum accensum igni, nisi duretur ictibus, corrumpitur. Rubens non est habile tundendo, neque antequam albescere incipiat. A ceto aut alumine illitum fit æri simile. A rubigine vindicatur cerussa & gypso, & liquida pice. Hæc est temperatura à Græcis antipathia dicta. Ferunt quidam & religione quadam id fieri. Et extare ferream catenam apud Euphratem amnem, in vrbe quæ Zeugma appellatur, qua Alexander Magnus ibi vincerat pontem, cuius annulos, qui resecti sunt, rubigine infestari, carentibus ea prioribus. Medicina è ferro est & alia, quam secandi. Nanque circumscribi circulo, terve circumlato mucrone, & adultis & infantibus prodest contra noxia medicamenta: & præfixisse in limine è sepulcro euulsos clauos aduersus nocturnas lymphationes. Pungique leuiter mucrone, quo percussus homo sit, contra dolores laterum pectorumque subitos, qui punctiorem afferant. Quædam vltione sanantur: priuatim verò canis rabidi morsus. Quippe etiã præualente morbo, expauescentisque potum, vlti plaga illico liberantur. Calefit etiam ferro candente aqua, in multis vitiis, priuatim verò dysentericis. Est & rubigo ipsa in remediis: & sic Telephum proditur sanasse Achilles, siue id ærea, siue ferrea cuspide fecit. Ita certè pingitur eam decutiens gladio. Sed rubigo ferri deraditur humido ferro clauis veteribus. Vis eius ligare, siccare, restringere. Emendat alopecias illita. Utuntur & ad scabritias genarum pustulasque totius corporis, cum cera & oleo myrteo: ad ignes verò sacros ex aceto: ad scabiem, paronychia digitorum & pterygia in linteolis. Siftit & foeminarum profluuia imposita velleribus. Plagis quoque recentibus vino diluta, & cum myrrha subacta: & condylomatis ex aceto prodest. Podagras quoque illita lenit. Squama quoque ferri in vsu est ex acie aut mucronibus, maximè simili, sed acriore, quam rubigo: quam obrè & contra epiphoras oculorum assumitur. Sanguinemque siftit, cum vulnera maximè ferro fiât. Siftit & foeminarum profluuia. Imponitur & contra lienum vitia. Hæmorrhoidas compescit, hulcerumque serpentia. Et genis prodest, farinæ modo aspersa paulisper: præcipua tamen commendatio eius in hygreplastro ad purganda vulnera fistulasque, & omnem callum erodendum, & rasis ossibus carnes recreandas. Componitur hoc modo: obolis ex Cimolia creta duobus, drachmis sex ex ære, totidem ex squama ferri, totidè ceræ, ex olei sextario. His adiicitur, cum sunt repurganda vulnera aut replenda, ceratum.

De plumbi metallis, & albo plumbo, & nigro.

C A P. XVI.

Sequitur natura plumbi. Cuius duo genera, nigrum, atque candidum. Pretiosissimum candidum, à Græcis appellatum cassiteron, fabulosèque narratum in insulas Atlantici

maris peti, vitilibusque nauigiis circumfuta corio aduehi. Nunc certum est, in Lusitania
 gigni & in Gallæcia, summa tellure harenosa, & coloris nigri: pondere tantum ea depre-
 henditur. Interueniunt & minuti calculi, maxime torrentibus siccatis. Lauat eas harenas
 metallici, & quod sub sidit, coquunt in fornacibus. Inuenitur & in aurariis metallis (quæ
 elutia vocant) aqua immissa eluente calculos nigras paulum calore variatos, quibus ea-
 dem grauitas quæ auro. & ideo in calathis, in quibus aurum colligitur, remanent cum eo,
 postea caminis separantur, conflaturque in album plumbum resoluuntur. Non fit in Gal-
 læcia nigrum, cum vicina Cantabria nigro tantum abundet: nec ex albo argentum, cum
 fiat ex nigro. Iungi inter se plumbum nigrum sine albo non potest, nec hoc ei sine oleo.
 Ac ne album quidem secum sine nigro. Album habuit autoritatē & Iliacis temporibus, 10
 teste Homero, cassiteron ab illo dictum. Plumbi nigri origo duplex est: aut enim sua pro-
 uenit vena, nec quicquam aliud ex se parit: aut cum argento nascitur, mistis que venis con-
 flatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, stannum appellatur: qui secundus, argen-
 tum: quod remansit in fornacibus, galæna, quæ portio est tertia addita venæ. Hæc rursus
 conflata, dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus.

De stanno, plumbo argentario, & quibusdam aliis.

C A P. X V I I.

STannum illitum æneis vasis, saporem gratiorē facit, & compescit æruginis virus, mi-
 rumque, pondus non auget. Specula quoque ex eo laudatissima, ut diximus, Brundisij
 temperabantur, donec argenteis uti cœpere & ancillæ. Nunc adulteratur stannum addi-
 ta æris tertia portione candidi in plumbum album. Fit & alio modo mistis albi plumbi ni- 20
 grique libris. Hoc nunc aliqui argentarium appellant. Idem & tertiarium vocant, in quo
 duæ nigri portiones sunt, & tertia albi. Pretium eius in libras x x x. hoc fistulæ solidantur.
 Improbiores ad tertiarium additis æquis partibus albi, argentarium vocant, & eo quæ
 volunt incoquunt. Pretia huius faciunt in pondo centum triginta. In libras, albo per se syn-
 cero pretia sunt triginta, nigro sexdecim. Albi natura plura aridi habet: contraque, nigri
 tota humida est. Ideo album nulli rei sine mistura vtile est. Neque argentum ex eo plum-
 batur, quoniam prius liquefcit argentum. Album incoquitur æreis operibus Galliarum
 inuento, ita ut vix discerni queat ab argento, eaque incoctilia vocant. Deinde & argentum
 incoquere simili modo cœpere, equorum maxime ornamentis, iumentorumque iugis in
 Alexia oppido: reliqua gloria Biturigum fuit. Cœpere deinde & effeda, & vehicula, & pe- 30
 torita exornare: similique modo ad aurea quoque, non modo argentea, stacula inanis
 luxuria peruēnit: quæque in scyphis cerni prodigium erat, hæc in vehiculis atteri, cultus
 vocatur. Plumbi albi experimentum in charta est, ut liquefactum pondere videatur, non
 calore, rupisse. India neque æs neque plumbum habet, gemmisque suis ac margaritis hæc
 permutat. Nigro plumbo ad fistulas laminasque utimur, laboriosius in Hispania eruto, to-
 tasque per Gallias: sed in Britannia summo terræ corio adeo largè, ut lex vltro dicatur,
 ne plus certo modo fiat. Nigri generibus hæc sunt nomina: Iouetanum, Caprariense, Olea-
 strense. Nec differentia vlla scoriæ, modo sit excocta diligenter. Mirumque in his solis me-
 tallis, quod derelicta fertilius reuiuiscunt. Hoc videtur facere relaxatis spiramentis ad fa-
 tiationem infusus aer, æque ut foeminas quasdam fecundiores abortus facere. Nuper id com- 40
 pertum in Bætica Santarensi metallo, quod locari solitum x libris per cc. ante annos,
 postquam oblitteratum erat, lv. locatum est. Simili modo Antonianum in eadem provin-
 cia pari locatione peruēnit ad pondo cccc. vectigalis. Et mirum, aqua addita non lique-
 scere vasa è plumbo constat: eadem in aqua calculus æreusve quadrans si addatur, vas peruri-

*Medicina de plumbo, & scoria plumbi, de molybdæna siue galena,
 de psimythio, & sandaracha.*

C A P. X V I I I.

IN medicina per se plumbi usus est cicatrices reprimere: ad alligatisque lumborum & re-
 nū parti laminis frigidiorē natura inhibere impetus Veneris. Vasaque in quiete Vene-
 rea sponte naturæ erumpentia usque in morbi genus, his laminis Caluus Orator cohibuisse
 traditur, viresque corporis studiorum labori custodisse. Nero (quoniam ita diis placuit)
 prin-

princeps lamina pectori imposita sub ea cantica exclamans, alendis vocibus demonstra-
 uit rationem. Coquitur ad medicinæ vsus patinis fictilibus, substrato sulphure minuto,
 laminis impositis tenuibus, opertisque sulphure & ferro mistis. Cum coquitur, muniēda
 in eo opere foramina spiritus conuenit: alioquin plumbi è fornacibus halitus noxius fen-
 titur, & pestilens, & canibus ocyslimè: omnium verò metallorum, muscis & culicibus:
 quamobrem non sunt ea tædia in metallis. Quidam in coquendo scobem plumbi lima
 quæ sitam sulphuri miscent: alij cerussam potius, quàm sulphur. Fit & lotura plurimi vsus
 in medicina, cum se ipso teritur in mortariis plumbeis addita aqua cælesti, donec crasse-
 scat. Postea supernatans aqua tollitur spongiis: quod crassissimum fuit, siccatum diuidi-
 10 tur in pastillos. Quidam limatum plumbum sic terūt: quidam etiam plumbaginem ad-
 miscent: alij verò acetum, alij vinum, alij adipem, alij rosam. Quidam in mortario lapi-
 deo, & maximè Thebaico, plumbeo pistillo terere malunt: candidiúsque fit ita medica-
 mentum. Id autem quod vitum est plumbum, lauatur, vt stibi & cadmia. Potest adstrin-
 gere, sistere, contrahere cicatrices. Vfus enim ex eodem & in oculorum medicamentis,
 & maximè contra procidentiam eorum & inanitatem, & hulcerum excrefcētia, rimasq;
 sedis aut hæmorrhoidas, aut condylomata. Ad hæc maximà lotura plumbi facit: cinis au-
 tem vsti ad hulcera serpentia, aut sordida: eadēque, quæ chartis, ratio profectus. Vritur
 autem in patinis per laminas minutas cum sulphure, versatum rudibus ferreis aut ferula-
 ceis, donec liquor mutetur in cinerem. Dein refrigeratum teritur in farinam. Alij clima-
 20 tam scobem in fictili crudo coquūt in caminis, donec percoquatur figlinum. Aliqui ce-
 russam miscent pari mensura, aut hordeum, terūtque, vt in crudo dictum est, & præfe-
 runt sic tritum plumbum spodio Cyprio. Scoria quoque plumbi in vsu est, optimaque,
 quæ ad luteum maximè colorem accedit sine plūbi reliquiis, aut sulphuris specie, & ter-
 ra carens. Lauatur hæc in mortariis minutim fracta, donec aqua luteum colorem trahat,
 & transfunditur in vas purum, idque sæpius, vsque dum subsidat, quod vtilissimum est:
 eosdēque effectus habet, quos plumbum, sed aciores. Mirari succurrit experientiam
 vitæ, ne sæce quidem rerum, excrementorumq; fœditate intentata tot modis. Fit & spo-
 dium ex plumbo eodem modo, quo ex Cyprio ære diximus. Lauatur in linteis raris in
 aqua cælesti, separatúrque terrenum trāsufusione, cribratúmque teritur. Quidam pulue-
 30 rem pennis detergere malunt, ac terere in vino adorato. Est & molybdena, quã alibi ga-
 lenam vocauimus, plumbi & argenti vena cōmunis. Melior hæc, quanto magis aurei co-
 loris, quantoq; minus plūbosa, friabilis, & modicè grauis. Cocta cum oleo, iocineris co-
 lorem trahit. Adhærescit & auri & argenti fornacibus. Et hanc metallicam vocant. Lau-
 datissima, quæ in Zephyrio fiat. Probantur minimè terrenæ, minimeq; lapidosæ: coquū-
 tur lauātúrque scoriæ modo. Vfus in liparas ad linienda refrigerandaque hulcera: empla-
 strisque, quæ nō alligātur, sed illita ad cicatricem perducunt, in teneris corporibus mol-
 lissimisq; partibus. Compositio eius est libris tribus, & ceræ libra vna, olei tribus hemi-
 nis, quod in senili corpore cum fracibus additur. Temperatur & cum spuma argenti, &
 scoria plumbi, ad dysenteriam & tenesnum fouendo calida. Psimmythium quoque, hoc
 40 est cerussam, plumbariæ dant officinæ. Laudatissimum in Rhodo. Fit autem ramentis
 plumbi tenuissimis super vas aceti asperrimi impositis, atque ita distillantibus. Quod ex
 eo cecidit in ipsum acetum, arefactum molitur & cribratur, iterúmque aceto misto in pa-
 stillos diuiditur, & in Sole siccatur æstate. Fit & alio modo, addito in vrceos aceti plum-
 bo, obturatos per dies x. derafoque ceu situ, ac rursus deiccto, donec deficiat materia.
 Quod derafum est, teritur & cribratur, & coquitur in patinis, miscetúrque rudiculis, do-
 nec rufescat, & simile sandarachæ fiat. Dein lauatur dulci aqua, donec nubeculæ omnes
 eluantur. Siccatur similiter postea, & in pastillos diuiditur. Vis eius eadem, quæ supra di-
 ctis, leuissima tantum ex omnibus: præterque ad candorem fœminarum. Est autē letalis
 potus, sicut spumæ argenti. Postea cerussa ipsa si coquatur, rufescit. Sandarachæ quoque
 50 propemodum dicta natura est. Inuenitur autem & in aurariis & in argentariis metallis,
 melior quò magis rufa, quoque magis virus redolens, ac pura friabilisque. Valet purga-

re, sistere, excalfacere, perrodere. Summa eius dos septica. Explet alopecias ex aceto illita. Additur oculorum medicamentis. Fauces purgat cum melle sumpta. Vocem lymphidam ac canoram facit. Suspiriosis tussientibusque iucundè medetur, cum resina terebinthina in cibo sumpta. Suffita quoque cum cedro, ipso nidore itidem medetur. Et arsenicum ex eadem est materia. Quod optimum, coloris etiam in auro, excellentius: quod verò pallidius aut sandarachæ similis est, deterius existimatur. Est & tertium genus, quo miscetur aureus color sandarachæ. Vtraque hæc squamosa. Illud verò siccum purumque gracili venarum discursu fissile. Vis eadem, quæ supra, sed acrior. Itaque & causticis additur, & psilothris. Tollit & pterygia digitorum, carnesque narium, & condylomata, & quicquid excrescit. Torretur, vt validius proficit, in noua testa, donec mutet colorem.

C. PLINII SECVNDI NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XXXV.

PROOEMIUM.



ET ALLORVM, quibus opes constant, annascentium quoque eis natura indicata propemodum est, ita connexis rebus, vt immesa medicinæ sylua, officinarumque tenebræ, & morosa celandi pingendique ac tingendi subtilitas simul dicerentur. Restant terræ ipsius genera lapidumque, vel numerosiore serie, plurimis singula à Græcis præcipuè voluminibus tractata. Nos in his breuitatem sequemur vtilem instituti modo, nihil necessarium aut naturale omittentes.

Honos picturæ.

CAPVT I.

PRIMUMQUE dicemus quæ restant de pictura, arte quondam nobili, tunc cum expeteretur à Regibus populisque, & illos nobilitante, quos esset dignata posteris tradere: nunc verò in totum marmoribus pulsa, iam quidem & auro, nec tantum vt parietes toti operiantur, verum & in terra so marmore, vermiculatis ad effigies rerum & animalium crustis. Non placent iam abaci, nec spatia montis in cubiculo delitentia: cœpimus & lapidem pingere. Hoc Claudij principatu inuentum: Neronis verò maculas, quæ non essent, in crustis inferendo vnitatem variare, vt ouatus esset Numidicus, vt purpura distingueretur Sinnadicus, qualiter illos nasci optaret delicia. Montium hæc subsidia deficientium: nec cessat luxuria id agere, vt quàm plurimum incendiis perdat.

Honos imaginum.

CAP. II.

IMAGINUM quidem pictura quàm maximè similes in æuum propagabatur figuræ: quod in totum exoleuit. Ærei ponuntur clypei, argenteæ facies surdo figurarum discrimine, statuarum capita permutantur, vulgatis iam pridem salibus etiam carminum. Adeo materiam malunt cōspici omnes, quàm se nosci. Et inter hæc pinacothecas veteribus tabulis consuunt, alienasque effigies colunt, ipsi honorem non nisi pretio ducentes, vt frangat hæres, furis detrahat laqueus. Itaque nullius effigie viuente, imagines pecuniæ, non suas, relinquunt: iidem palæstras athletarum imaginibus & ceromata sua exornant, & vultus Epicuri per cubicula gestant, ac circumferunt secum. Natali eius vicesima Luna sacrificant, feriasque omni mense custodiunt, quas icadas vocant, hi maximè, qui se ne viuentes quidem nosci volunt. Ita est profectò, artes desidia perdidit: & quoniã animorum imagines non sunt, negliguntur etiam corporum. Aliter apud maiores in atriis hæ erant que spectarentur, nō signa externorum artificum, nec æra, aut marmora. Expressi cera vultus

singu-

singulis disponebantur armariis, vt essent imagines, quæ comitarétur gentilitia funera, sempérque defuncto aliquo, totus aderat familiæ eius, qui vnquã fuerat, populus. Stemmata verò lineis discurrebant ad imagines pictas. Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magistratu gestarum. Aliæ foris & circa limina animorum ingentiũ imagines erant, affixis hostium spoliis, quæ nec emptori refringere liceret: triũphabant, que etiam dominis mutatis ipsæ domus: & erat hæc stimulatio ingens, exprobrantibus tectis, quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum. Extat Messalæ Oratoris indignatio, qua prohibuit inferi genti suæ Leuinorum alienam imaginem. Similis causa Messalæ seni expressit volumina illa, quæ de familiis condidit, cum Scipionis Africanus transisset atrium, vidissetq; adoptione testamentaria Salutionis (hoc enim ei fuerat cognomen) Africanorum dedecore notam irrepentem Scipionũ nomini. Sed pace Messalarum dixisse liceat, etiam mentiri clarorum imagines, erat aliquis virtutũ amor: multo que honestius, quàm mereri, ne quis suas expeteret. Non est prætereũdum & nouitiũ inuentum. Siquidem nõ solùm ex auro argentove, aut certè ex ære in bibliothecis dicatur illi, quorum immortales animæ in iisdem locis ibi loquũtur: quinimo etiam quæ nõ sunt, finguntur, pariũtque desideria non traditi vultus, sicut in Homero euenit. Quo maius (vt equidẽ arbitror) nullum est felicitatis specimen, quàm semper omnes scire cupere, qualis fuerit aliquis. Asinij Pollionis hoc Romæ inuentum, qui primus bibliothecã dicando, ingenia hominum rem publicam fecit. An priores cœperint Alexãdriæ & Pergami reges, qui bibliothecas magno certamine instituere, non facilè dixerim. Imaginum amorem flagrasse quondam, testes sunt, & Atticus ille Ciceronis edito de his volumine, & M. Varro benignissimo inuento insertis voluminum suorum fœcunditati, nõ nominibus tantùm septingentorum illustrium, sed & aliquo modo imaginibus, nõ passus intercidere figuras, aut vetustatem æui contra homines valere, inuentione muneris etiam Diis inuidiosus, quando immortalitatem non solùm dedit, verum etiam in omnes terras misit, vt præsentem esse vbique & claudi possent.

Quando primum clypei imaginum publice, quando in domibus positi, & de pictura initiis, & monochromato, & primis pictoribus, & antiquitate picturarum in Italia.

C A P. III.

ET hoc quidem alienis ille præstitit. Suorum verò clypeos in sacro vel publico priuatim dicere primus instituit (vt reperio) Ap. Claudius, qui Consul cum Seruilio fuit anno vr̄bis c c l i x. Posuit enim in Bellonæ æde maiores suos, placuitque in excelsis spectari, & titulos honorum legi. Decora res, vtique si liberorum turba paruulis imaginibus ceu nidum aliquem sobolis pariter ostendat: quales clypeos nemo non gaudens fauensque aspicit. Post eum M. Æmilius, collega in Consulatu Q. Lucretij, non in basilica modo Æmilia, verum & domi suæ posuit, id quoque Martio exemplo. Scutis enim, quilibet apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines: vnde & nomen habere clypeorum, non, vt peruersa Grammaticorum subtilitas voluit, à cluendo. Origo plena virtutis, faciem reddi in scuto cuiusque, qui fuerit vsus illo. Pœni ex auro factitauerunt & clypeos, & imagines, secumque in castris tulere. Certè captis eis talem Afrubalis inuenit Q. Marcius, Scipionum in Hispania vltor: isque clypeus supra fores Capitolinæ ædis vsque ad incendium primum fuit. Maiorum quidem nostrorum tanta securitas in ea re annotatur, vt L. Manlio, Q. Fulvio Coss. anno vr̄bis quingentesimo septuagesimo quinto M. Aufidius tutelæ Capitolij redemptor, docuerit patres argenteos esse clypeos, qui pro æreis per aliquot iam lustra assignabantur. De picturæ initiis incerta, nec instituti operis quæstio est. Ægyptij sex millibus annorum apud ipsos inuentam, prius quàm in Græciam transfret, affirmant, vana prædicatione, vt palàm est. Græci autem alij Sicyone, alij apud Corinthios repertam, omnes vmbra hominis lineis circumducta. Itaque talem primam fuisse: secundam singulis coloribus, & monochromaton dictam, postquam operosior inuenta erat: duratque talis etiam nunc. Inuentam linearem dicunt a Philocle Ægyptio, vel Cleanthe Corinthio. Primi exercuere Ardices Corinthius &

Telephanes Sicyonius, sine vlllo etiamnum colore, iam tamen spargentes lineas intus. Ideo & quos pingerent, adscribere institutum. Primus inuenit eas colorare, tecta (vt ferunt) trita, Cleophantus Corinthius. Hunc, aut eodem nomine alium fuisse, quem tradit Cornelius Nepos secutum in Italiam Demaratum, Tarquinij Prisci Romani regis patrem, fugientem à Corinθο iniurias Cypseli tyranni, mox docebimus. Iam enim absoluta erat pictura etiam in Italia. Extant certè hodièque antiquiores vrbe picturæ Ardeæ in ædibus sacris, quibus equidem nullas æquè demiror tam longo æuo durantes in orbitate tecti, veluti recentes. Similiter Lanuij, vbi Atalanta & Helena cominus pictæ sunt nudè ab eodem artifice, vtraque excellentissima forma, sed altera, vt virgo, ne ruinis quidem templi concussæ. Pontius legatus Caij principis eas tollere conatus est, libidine accensus, si tectorij natura permisisset. Durant & Care, antiquiores & ipse. Fatebiturque, quisquis eas diligenter æstiniauerit, nullam artium celerius consummatam, cum Iliacis temporibus non fuisse eam appareat.

De pictoribus Romanis, & quando primum dignitas picturæ, & qui victorias suas pictura proposuerunt, & quando externis picturis dignitas Romæ.

C A P. I I I I.

A Pud Romanos quoque honos maturè huic arti contigit. Siquidem cognomina ex ea Pictorum traxerunt Fabij clarissimæ gentis, princepsque eius cognominis ipse ædem Salutis pinxit anno vrbe conditæ ccccl. quæ pictura durauit ad nostram memoriam, æde Claudij principatu exusta. Proximè celebrata est in foro boario æde Herculis Pacuij Poëtæ pictura. Ennij sorore genitus hic fuit: clariorémque eam artem Romæ fecit gloria scenæ. Postea non est spectata honestis manibus, nisi fortè quis Turpiliū equitem Romanum è Venetia nostræ ætatis velit referre, hodièque pulchris eius operibus Veronæ extantibus. Læua is manu pinxit, quod de nullo antè memoratur. Paris gloriabatur tabellis, extinctus nuper in longa senectâ, Aterius Labeo Prætorius, etiam Proconsulatu prouinciæ Narbonensis functus. Sed ea res in risu & iam cõtumelia erat. Fuit & principum virorum non omittendum de pictura celebre consilium. Q. Pedius, nepos Q. Pedij Consularis triumphalisque, à Cæsare Dictatore coheredis Augusto dati, cum natura mutus esset, eum Messala Orator, ex cuius familia pueri auia erat, picturam docendum censuit, idque etiam Diuus Augustus comprobauit. Puer magni profectus in ea arte obiit. Dignatio autem præcipua Romæ increuit (vt existimo) à M. Valerio Maximo Messala, qui princeps tabulam picturæ prælij, quo Carthaginenses & Hieronem in Sicilia deuicerat, proposuit in latere Curie Hostiliæ, anno ab vrbe condita quadringentesimo nonagesimo. Fecit hoc quidem & L. Scipio, tabulamque victoriæ suæ Asiaticæ in Capitolio posuit. Idque ægrè tulisse fratrem Africanum tradunt, iratum haud immeritò, quoniam filius eius in illo prælio captus fuerat. Non dissimilem offensionem & Æmiliani subiit L. Hostilius Mancinus, qui primus Carthaginem irruperat, situm eius expugnationesque depictas proponendo in foro, & ipse assistens populo spectanti singula enarrando: qua comitate proximis comitiis Consulatum adeptus est. Habuit & scena ludis Claudij Pulchri magnam admirationem picturæ, cum ad regularum similitudinem corui decepti imagine aduolarent. Tabulis autem externis auctoritatem Romæ publicè fecit primus omnium L. Mummius, cui cognomen Achaici victoria dedit. Nanque cum in præda vendenda rex Attalus v. j. M. sestertium emisset Aristidis tabulam, Liberum patrem continentem, pretium miratus, suspicatusque aliquid in ea virtutis, quod ipse nesciret, reuocauit tabulam Attalo multum querentè, & in Cereris delubro posuit: quam primam arbitror picturam externam Romæ publicatam. Deinde video & in foro positas vulgo. Hinc enim ille Crassi oratoris lepos agentis sub veteribus, cum testis compellatus instaret: Dic ergo Crasse, qualem me reris? Talem, inquit, ostédens in tabula pictum inficetissimè Gallum exerentem linguam. In foro fuit & illa pastoris senis cum baculo, de qua Teutonorum legatus, interrogatus, quanti eum existimaret, respondit, sibi donari nolle talem viuum verumque. Sed præcipuam auctori-

autoritatem fecit publicè tabulis Cæsar Dictator, Aiace & Medea ante Veneris Genitricis ædem dicatis. Post eū M. Agrippa vir rusticitati propior, quàm deliciis. Extat certè eius oratio magna, & maximo ciuium digna de tabulis omnibus signisq; publicandis: quod fieri satius fuisset, quàm in villarum exilia pelli. Verùm eadem illa toruitas tabulas duas Aiace & Veneris mercata est à Cyzicenis H-s. xij. M. In thermarū quoque calidissima parte marmoribus incluserat paruas tabellas, paulò antè cùm reficerentur, sublatas. Super omnes Diuus Augustus in foro suo celeberrima in parte posuit tabulas duas, quæ belli pictam faciem habent & triumphum. Idem Castores ac Victoriā posuit, & quas dicemus sub artificum mentione in tēplo Cæsaris patris. Idem in curia quoque, quam in Comitio consecrabat, duas tabulas impressit parieti: Nemeam sedētem supra leonem, palmigeram ipsam, adstante cum baculo fene, cuius supra caput tabula bigæ dependet. Nicias scripsit se inuississe: tali enim vsus est verbo. Alterius tabulæ admiratio est, puberem filium seni patri similem esse, salua ætatis differentia, superuolante aquila draconem complexa. Philochares hoc suum opus esse testatus est. Immensa, vel vnam si quis tantum hanc tabulam æstimet, potentia artis, cùm propter Philocharem ignobilissimos alioquin Glaucionem filiūque eius Aristippum, Senatus populūque Romanus tot seculis spectet. Posuit & Tiberius Cæsar minimè comis Imperator, in templo ipsius Augusti, quas mox indicabimus.

Ratio pingendi, de pigmentis.

CAP. V.

HActenus dictum sit de dignitate artis morientis. Quibus coloribus singulis primipinxissent, diximus, cùm de pigmentis traderemus in metallis. Qui monochromateæ genera picturæ vocauerint, qui deinde, & quæ & quibus tēporibus inuenerint, dicemus in mentione artificum, quoniam indicare naturas colorum, causa instituti operis prior est. Tandem se ars ipsa distinxit, & inuenit lumen atque vmbra, differentia colorū alterna vice sese excitāte. Deinde adiectus est splendor, alius hic quàm lumen: quem quia inter hoc & vmbra esset, appellauerunt tonon: commissuras verò colorum & transitus, armogen.

De coloribus natiuis & factitiis.

CAP. VI.

SVnt autem colores austeri aut floridi. Vtrunque natura, aut mixtura euenit. Floridi sunt, quos dominus pingenti præstat, minium, Armeniū, cinnabaris, chrysocolla, Indicum, purpurissum. Cæteri austeri. Ex omnibus alij nascuntur, alij fiunt. Nascuntur sinopis, rubrica, parætonium, melinum, Eretria, auripigmentum. Cæteri finguntur, primūque quos in metallis diximus. Prætereà è vilioribus ochra, cerussa vsta, sandarach, sandyx, Scyricum, atramentum. Sinopis inuenta est primū in Ponto: inde nomen à Sinope vrbe. Nascitur & in Ægypto, Balearibus, Africa: sed optima in Lemno & in Cappadocia, effossa è speluncis. Quæ saxi adhæsit, excellit. Glebis suis colos, extrā maculosus. Hæcque vsi sunt veteres ad splendorem. Species sinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter has media. Pretium optimæ in libras x i j. denarij. Vfus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Eius, quæ ex Africa venit, octoni asses: cicerculū appellant. Quæ magis cæteris rubet, vtilior abacis. Idem pretium eius quæ pressior vocatur, & est maxime fusca. Vfus eius ad bases abacorum. In medicina verò blandus, emplastrisq; & malagmatis siue sicca compositione eius, siue liquida facilis, contra hælcerā in humore sita, veluti oris, sedis. Aluum sistit infusa: fœminarum profluuiā, pota denarij pondere. Eadem adusta siccat scabritias oculorum, è vino maxime. Rubricæ genus in ea voluere intelligi quidam secundæ autoritatis. Palmam enim Lemniæ dabant, minio proximam. Hæc est multum antiquis celebrata, cum insula, in qua nascitur. Nec nisi signata venundabatur: vnde & sphragidem appellauere. Hac miniū sublinunt adulterantque. In medicina præclara res habetur. Epiphoras enim oculorum mitigat & dolores circunlita. Ægilopas manare prohibet. Sanguinem reiicientibus ex aceto datur bibenda. Bibitur & contra lienum renūque vitia, & purgationes fœminarum. Item & contra venena, & serpentium ictus terrestrium marinorūque, omnibus

ideo antidotis familiaris. Ex reliquis rubricæ generibus, fabris vtilissima Ægyptia & Africana, quoniam maximè sorbentur. Picturis autem aptè nascitur & in ferrariis metallis. Ex ea fit ochra, exusta rubrica in ollis nouis luto circumlitis. Quo magis arsit in caminis, hoc melior. Omnis autem rubrica ficit, ideòque & emplastris conuenit, igni etiam sacro. Sinopidis Ponticæ selibra, filis lucidi libris x. & melini Græciensis duabus mistis tritisque vnà per dies xij. leucophorum fit, hoc est, glutinum auri, cum inducitur ligno. Parætonion nomen loci habet ex Ægypto: spumam maris esse dicunt solidatam cum limo: & ideo conchæ minutæ inueniuntur in eo. Fit & in Creta insula atque Cyrenis. Adulteratur Romæ creta Cimolia decocta conspissatâque. Pretium optimo in pond^a sex x. E candidis coloribus pinguisimum, & tectoriis tenacissimum propter læuorem. Melinum candidum & ipsum est, optimum in Melo insula. In Samo quoque nascitur: sed eo non vtuntur pictores propter nimiam pinguitudinem. Accubantes effodiunt ibi inter saxa venas scrutantes. In medicina eûdem vsum habet, quem Eretria creta. Prætereà linguam tactu ficit. Pilos detrahit & mitigat. Pretium in libras sextertij singuli. Est & colos tertius è candidis cerussæ, cuius rationem in plumbi metallis diximus. Fuit & terra per se in Theodoti fundo inuenta Smyrnæ, qua veteres ad nauium picturas vtantur. Nunc omnis ex plumbo & aceto fit, vt diximus. Vltà casu reperta incendio Piræei, cerussa in orcis cremata. Hac primus vsus est Nicias suprâ dictus. Optima nunc Asiatica habetur, quæ & purpurea appellatur. Pretium eius in libras^b æris quinque. Fit & Romæ cremato file marmoroso & restincto aceto. Sine vltà non fiunt vmbra. Eretria²⁰ terræ suæ habet nomen. Hac Nicomachus & Parasius vsi. Refrigerat emollitque. Explet vulnera, si coquatur, ad siccanda præcipuè vtilis, & capitis doloribus, & ad depræhendenda pura. Subesse enim ea intelligitur, si ex aqua illita non arefcat. Sandaracham & ochram Iuba tradit in insula Rubri maris Topazo nasci: sed inde non peruehuntur ad nos. Sandaracha quomodo fieret, diximus. Fit & adulterina ex cerussa in fornace cocta. Colos esse debet flammeus. Pretium in libras asses quini. Hæc si torreatur, æqua parte rubrica admista sandycem facit. Quanquam animaduerto Virgilium existimasse herbam id esse, illo versu:

Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.

Pretium in libras dimidium eius, quod sandarachæ. Nec sunt alij colores maioris ponderis. Inter factitios est & Scyricum, quo minium sublini diximus. Fit autè sinopide & sandyce mistis. Atramentum quoque inter factitios erit, quâquam est & terra geminæ originis. Aut enim falsuginis modo emanat, aut terra ipsa sulphurei coloris ad hoc probatur. Inuenti sunt pictores, qui è sepulcris carbones infectos effoderent. Sed importuna hæc omnia ac nouitia. Fit enim & fuligine pluribus modis, resina vel pice exustis. Propter quod officinas etiam ædificauere, fumum eum non emittentes. Laudatissimum eodem modo fit è tedis. Adulteratur fornacum balinearumque fuligine, quo ad volumina scribenda vtuntur. Sunt qui & vini fæcem siccata excoquant: affirmantque, si ex bono vino fæx fuerit, Indici speciem id atramentum præbere. Polygnotus & Mycon celeberrimi pictores Athenis, è vinaceis fecere, tryginon appellant. Apelles commētus est⁴⁰ ex ebore combusto facere, quod elephantinum vocat. Apportatur & Indicum ex India, inexplorata adhuc inuentionis mihi. Fit etiam apud infectores ex flore nigro, qui adhærefcit æreis cortinis. Fit & è tedis ligno cõbusto, tritisque in mortario carbonibus. Mira in hoc sepiarum natura: sed ex his non fit. Omne autem atramentum Sole perficitur, librarium gummi, tectorium glutino admisto. Quod autem aceto liquefactum est, ægrè eluitur. E liquidis coloribus, quos à dominis dari diximus propter magnitudinem pretij, ante omnes est purpurissimum è creta argentaria: cum purpuris pariter tingitur, bibitque cum colore celerius lanis. Præcipuum est primum, feruente aheni rudibus medicamentis inebriatum. Proximum egesto eo addita creta in ius idè. Et quoties id factum est, leuatur bonitas pro numero dilutiore sanie. Quare Puteolanum potiùs laudatur, quàm Ty⁵⁰rium aut Gætulicum, vel Laconicum, vnde pretiosissimæ purpuræ. Causa est, quod hyf-
gino

^a Bud. xvj. talentis. Fide ipsum lib. 3. de asse.

^b vultus codic. xvj. denarij.

gino maximè inficitur, rubiámque cogitur forbere. Vilissimum à Canusio. Pretium huic a singulis denariis in libras ad triginta. Pingentes sandyce sublita mox ouo inducentes purpurissum, fulgorem minij faciunt. Si purpuram facere malunt, cæruleum sublinunt, mox purpurissum ex ouo inducunt. Ab hoc maxima autoritas Indico. Ex India venit, harundinum spumæ adhærescente limo, cum teritur, nigrum: at in diluendo misturam purpuræ cæruleique mirabilem reddit. Alterum genus eius est in purpurariis officinis innatans cortinis: & est purpuræ spuma. Qui adulterant, vero Indico stercore columbina, aut cretam Selinusiam, vel annulariam vitro inficiunt. Probaturn carbone. Reddit enim, quod syncerum est, flammam excellētis purpuræ: & dum fumat, odorem maris olet. Ob id quidam è scopulis id colligi putant. Pretium Indico denarij viginti in libras. In medicina Indicum rigores & impetus sedat, siccátque hulcera. Armenia mittit, quod eius nomine appellatur. Lapis est hic quoque chryfocollæ modo infectus. Optimúmque est, quod maximè viret, communicato colore cum cæruleo. Solebant libræ eius trecenis nummis taxari. Inuenta per Hispanias harena est, similem curam recipiens. Itaque ad denarios senos vilitas rediit. Distat à cæruleo candore modico, qui teneriorè hunc efficit colorem. Vsum in medicina ad pilos tantùm alendos habet, maximeq; in palpebris. Sunt etiam nū nouitij duo colores è vilissimis, viride quod Appianum vocatur, & quod chryfocollá luteam mentitur, ceu parum multa sint mendacia eius. Fit & ex creta viridi æstimatum festertiis in libras. Anulare quod vocant, candidum est, quo muliebres picturæ illuminantur. Fit & ipsum ex creta admistis vitreis gemmis, ex vulgi anulis, vnde & anulare dictum.

Qui colores non inducantur, & quibus coloribus antiqui pinxerunt, & quando primùm gladiatorum pugna propositæ sunt.

CAP. VII.

EX omnibus coloribus cretulam amare, vdoque illini recusant, purpurissum, Indicum cæruleum, melinum, auripigmentum, Appianum, cerussa. Cera tinguntur iisdem his coloribus ad eas picturas, quæ inuruntur, alieno parietibus genere, sed classibus familiari, iam verò & onerariis nauibus: quoniã & pericula expingimus, ne quis miretur & rogos pingi. Iuuátque pugnatos ad mortem, aut certè cædem, speciose vehi. Qua cõtemplatione tot colorú tanta varietate subit antiquitatem mirari. Quatuor coloribus solis immortalia illa opera fecere, ex albis melino, ex silaccis Attico, ex rubris sinopide Pontica, ex nigris atramento, Apelles, Echion, Melanthius, Nicomachus, clarissimi pictores, cum tabulæ eorum singulæ oppidorum vænirent opibus. Nunc & purpuris in parietes migratibus, & India cõferente fluminum suorú limum, & draconum & elephantorum saniem, nulla nobilis pictura est. Omnia ergo meliora tunc fuere, cum minor copia. Ita est, quoniam, vt supra diximus, rerum non animi pretiis excubatur. Et nostræ ætatis insaniam ex pictura nõ omittam. Nero princeps iusserat colosseum se pingi cxx. pedum in linteo, incognitum ad hoc tempus. Ea pictura cum peracta esset in Lamianis hortis, accensa fulmine cum optima hortorum parte conflagrauit. Libertus eius cum daret Antij munus gladiatorium, publicas porticus inuestiuit pictura, vt constat, gladiatorum ministrorumque omnium veris imaginibus redditis. Hic multis iam seculis summus animus in pictura. Pingi autem gladiatoria munera, atque in publico exponi cœpta à C. Terentio Lucano. Is auo suo, à quo adoptatus fuerat, triginta paria in foro per triduum dedit, tabulamque pictam in nemore Dianæ posuit.

De ætate pictura, operum & artificum indicatura, nobilitates, CCCV.

CAP. VIII.

Nunc celebres in ea arte quàm maxima breuitate percurram: neque enim instituti operis est talis executio. Itaque quosdam vel in transcurso, & in aliorum mentione obiter nominasse satis erit, exceptis operum claritatibus, quæ & ipsa conueniet attingi, siue extant, siue intercidere. Non constat sibi in hac parte Græcorú diligentia, tam multas post Olympiadas celebrando pictores, quàm statuarios autores: primúmque Olympiade nonagesima, cum & Phidiam ipsum initio pictorem fuisse tradatur, clypeúmque

R

Athenis ab eo pictum: prætereà in confesso sit, octogesimatertia fuisse^a Panæum fratrem eius, qui clypeum intus pinxit, & in Ægyde Mineruæ, quam fecerat Colotes Phidiæ discipulus, & in faciendo Ioue Olympio adiutor. Quid? quod in cōfesso perinde est, Bularchi pictoris tabulam, in qua erat Magnetum prælium, à Candaule rege Lydiæ Heraclidarum nouissimo, qui & Myrsilus vocitatus est, repensam auro. Tanta iam dignatio picturæ erat. Id circa ætatem Romuli acciderit necesse est: duo enim de vicesima Olympiade interit Candaules: aut (vt quidam tradunt) eodem anno, quo Romulus, nisi fallor, manifesta iam tum claritate artis atque absolutione. Quod si recipi necesse est, simul apparet multò vetustiora principia esse, cōsque qui monochromata pinxerint, (quorum ætas nō traditur) aliquanto antè fuisse, Hygiænōtem, Diniam, Charmam, & qui primus in pictura¹⁰ marem fœminamque discreuerit, Eumarum Atheniensem figuras omnes imitari ausum, qui que inuenta eius excoluerit, Cimonem Cleonæum: Hic catagrapha inuenit, hoc est, obliquas imagines, & variè formare vultus, respicientes suspicientésve & despicietes. Articulis etiam membra distinxit. Venas protulit, præterque in veste & rugas & sinus inuenit. Panæus quidem frater Phidiæ, etiam prælium Atheniensium aduersus Perfas apud Marathona factum pinxit. Adeo iam colorum vsus percrebuerat, adeoque ars perfecta erat, vt in eo prælio iconicos duces pinxisse tradatur, Atheniensium Milciadem, Callimachum, Cynegyrum: Barbarorum Datim, Artaphernem.

Primum pictura certamen, & qui primi penicillo pinxerunt.

C A P. I X.

Quinimo certamen picturæ etiam florente eo institutum est Corinthi ac Delphis: primusque omnium certauit cum Timogora Chalcidense, superatus ab eo Pythiis, quod & ipsius Timagoræ carmine vetusto apparet, chronicorum errore non dubio: Alij quoque post hos clari fuere ante nonagesimam Olympiadem, sicut Polygnotus Thasius, qui primus mulieres lucida veste pinxit, capita earum mitris versicoloribus operuit, plurimumque picturæ primus contulit. Siquidem instituit os adaperire, dentes ostendere, vultum ab antiquo rigore variare. Huius est tabula in porticu Pompeij, quæ ante curiam eius fuerat: in qua dubitatur, ascendentem cum clypeo pinxerit, an descendentem. Hic Delphis ædem pinxit: hic & Athenis porticum, quæ Pœceli vocatur, gratuito, cum partem eius Mycon mercede pingeret: vnde maior huic autoritas. Siquidem Amphityones, quod est publicum Græciæ concilium, hospitia ei gratuita decreuere. Fuit & alius Mycon, qui minoris cognomine distinguitur: cuius filia Timarete & ipsa pinxit. Nonagesima autem Olympiade fuere Aglaophon, Cephissodorus, Phrylus, Euenor pater Parafij & præceptor maximi pictoris, de quo suis annis dicemus: omnes iam illustres, non tamen, in quibus hæere expositio debeat, festinans ad lumina artis, in quibus primus refulsit Apollodorus Atheniësis nonagesimatertia Olympiade. Hic primus species exprimere instituit, primusque gloriam penicillo iure contulit. Eius est sacerdos adorans, & Ajax fulmine incensus, qui Pergami spectatur hodie: neque ante eum tabula vllius ostenditur, quæ teneat oculos. Ab hoc artis fores apertas Zeuxis Heracleotes intrauit, Olympiadis nonagesimæ quintæ anno quarto, audentemque iam aliquid penicillum (de hoc enim adhuc loquimur) ad magnam gloriam perduxit, à quibusdam falso in octogesimanona Olympiade positus, cum fuisse necesse est Demophilum Himeræum, & Neseam Thasium, quoniam vtrius eorum discipulus fuerit, ambigitur. In eum Apollodorus supra dictus versus fecit, artem ipsis ablatam Zeuxin ferre secum. Opes quoque tantas acquisiuit, vt in ostentatione earum, Olympiæ aureis literis in palliorum tesseris intextum nomen suum ostentaret. Postea donare opera sua instituit, quod ea nullo satis digno pretio permutari posse diceret, sicuti Alcmenam Agrigétinis, Pana Archelao. Fecit & Penelopen, in qua pinxisse mores videtur: & athletam. Adeoque sibi in illo placuit, vt versum subscriberet, celebrem ex eo, inuisurum aliquem facilius, quam imitaturum. Magnificus est Iupiter eius in throno, adstãtibus Diis: & Hercules infans dracones strangu-⁵⁰lans, Alcmena matre coràm pauente & Amphitryone. Deprehenditur tamen Zeuxis gran-

grandior in capitibus articulisque: alioquin tantus diligentia, vt Agrigentinis facturus tabulam, quam in templo Iunonis Laciniae publicè dicarent, inspexerit virgines eorum nudas, & quinque elegerit, vt quod in quaque laudatissimum esset, pictura redderet. Pinxit & monochromata ex albo. Æquales eius & æmuli fuere Timantes, Androcydes, Eupompus, Parafius.

De auibus per picturam deceptis: & quid difficillimum in pictura.

C A P.

X.

Descendisse hic in certamen cum Zeuxide tradatur. Et cum ille detulisset vuas pictas tanto successu, vt in scenam aues aduolarent, ipse detulisset linteum pictum, ita veritate repræsentata, vt Zeuxis alitum iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam, atque intellecto errore cōcederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipse volucres fefellisset, Parafius autem se artificem. Fertur & postea Zeuxis pinxisse puerum vuas ferentem, ad quas cum aduolassent aues, eadē ingenuitate processit iratus operi, & dixit: vuas melius pinxi, quàm puerum. nam si & hoc consummassem, aues timere debuerant. Fecit & figlina opera, quæ sola in Ambracia relicta sunt, cum inde Musas Fuluius Nobilior Romam transferret. Zeuxidis manu Romæ Helena est in Philippi porticibus: & in Cōcordiæ delubro Marsyas religatus. Parafius Ephesi natus, & ipse multa constituit. Primus symmetriam picturæ dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris, cōfessione artificum in lineis extremis palmam adeptus. Hæc est in pictura summa subtilitas. Corpora enim pingere & media rerum, est quidē magni operis, sed in quo multi gloriam tulerint. Extrema corporum facere, & desinentis picturæ modum includere, rarum in successu artis inuenitur. Ambire enim, debet se extremitas ipsa, & sic desinere, vt promittat alia post se, ostendatque etiā quæ occultat. Hanc ei gloriā concessere Antigonus & Xenocrates, qui de pictura scripsere, prædicantes quoque, non solum confitentes. Alia multa graphidis vestigia extant in tabulis ac membranis eius, ex quibus proficere dicuntur artifices. Minor tamen videtur sibi comparatus in mediis corporibus exprimendis. Pinxit ^a & ^a T. Demetrius Demon Atheniensem, argumēto quoque ingenioso. Volebat namque variū, iracundum, iniustum, inconstantem: eundem exorabilem, clementem, misericordem, excelsum, gloriosum, humilem, ferocem, fugacemque, & omnia pariter ostendere. Idē pinxit & Thesea, qui Romæ in Capitolio fuit: & Nauarchum thoracatum. Et in vna tabula, quæ est Rhodi, Meleagrum, Herculem, Persea. Hæc ibi ter fulmine ambusta, neque oblitterata, hoc ipso miraculum auget. Pinxit & Archigallum: quam picturam amavit Tiberius princeps: atque vt auctor est Decius Eucleo, lx. sestetertius æstimatam, cubiculo suo inclusit. Pinxit & Cressam nutricem, infantemque in manibus eius: & Philiscum & Liberum patrem adstante Virtute: & pueros duos, in quibus spectatur securitas & ætatis simplicitas: item sacerdotem, adstante puero cum acerra & corona. Sūt & duæ picturæ eius nobilissimæ, ^b Hoplitides: alter in certamine ita decurrens, vt sudare videatur: alter arma deponens, vt anhelare sentiatur. Laudantur & Æneas Castorque ac Pollux in eadē tabula: itē Telephus, Achilles, Agamemnon, Vlixes. Fœcundus artifex, sed quo nemo insolentius & arrogantius sit usus gloria artis. Nanque & cognomina vsurpauit, Abrodiætum se appellando, aliisque verbis principem artis, & eam ab se consummatam. Super omnia Apollinis se radice ortum: & Herculem, qui est Lyndi, talē à se pictum, qualē sæpe in quiete vidisset. Ergo magnis suffragiis superatus à Timanthe Sami in Aiace armorumque iudicio, herois nomine se molestē ferre dicebat, quod iterum ab indigno victus esset. Pinxit & minoribus tabellis libidines, eo genere petulantis ioci se reficiens. Nam Timanthei vel plurimum affuit ingenij. Eius enim est Iphigenia, oratorum laudibus celebrata, qua stante ad aras peritura, cum mcestos pinxisset omnes, præcipuè patrum, cum tristitiæ omnem imaginem consumpsisset, patris ipsius vultum velauit, quem dignè non poterat ostendere. Sunt & alia ingenij eius exemplaria, ^c veluti Cyclops dormiens in paruula tabella: cuius & sic magnitudinem exprimere cupiens, pinxit iuxta Satyros, thyrsos pollicem eius metientes: atque in omnibus eius operi-

R 2

bus intelligitur plus semper, quàm pingitur: & cùm ars summa sit, ingenium tamen ultra artem est. Pinxit & Heroa absolutissimi operis, artē ipsam complexus viros pingendi: quod opus nunc Romæ in templo Pacis est. Euxenidas hac ætate docuit Aristidem præclarum artificem, Eupompus Pamphilum Apellis præceptorem. Est Eupompi victor certamine gymnico palmam tenens. Ipsius autoritas tanta fuit, vt diuiserit picturam in genera tria, quæ ante eum duo fuere, Helladicum, & quod Asiaticum appellabant. Propter hunc qui erat Sicyonius, diuiso Helladico tria facta sunt, Ionicum, Sicyonium, Atticum. Pamphili pictura est cognatio, & prælium ad Phliuntem, & victoria Atheniensium: item Vlixes in rate. Ipse Macedo natione, sed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipuè Arithmetice & Geometrice, sine quibus negabat artem perfici posse. Docuit neminem minoris talento annis decem: quam mercedem & Apelles & Melanthius ei dedere. Et huius autoritate effectum est Sicyone primùm, deinde & in tota Græcia, vt pueri ingenui ante omnia diagraphicen, hoc est picturam in buxo docerentur, recipereturque ars ea in primum gradum liberalium. Semper quidem honos ei fuit, vt ingenui eam exercerent, mox vt honesti, perpetuò interdicto ne seruitia docerentur. Ideo neq; in hac neq; in toreutice, vllius qui seruerit, opera celebrantur. Clari etiam c v i j. Olympiade extitere Echiō & Therimachus. Echionis sunt nobiles picturæ, Liber pater, item Trægædia & Comædia. Semiramis ex ancilla adipiscens regnum, anus lampadas præferens, & noua nupta verecūdia notabilis. Verùm omnes prius genitos futurōque postea superauit Apelles, eousq; Olympiade cx i j. in pictura prouectus, vt plura solus propè, quàm cæteri omnes, contulerit, voluminibus etiam editis quæ doctrinam eam continent. Præcipua eius in arte venustas fuit, cùm eadem ætate maximi pictores essent: quorum opera cùm admiraretur, collaudatis omnibus, deesse iis vnam illam Venerem dicebat, quam Græci Charita vocant: cætera omnia contigisse, sed hac soli sibi neminem parè. Et aliam gloriam vsurpauit, cùm Protogenis opus immensi laboris ac curæ supra modum anxie miraretur. Dixit enim, omnia sibi cum illo paria esse, aut illi meliora, sed vno se præstare, quòd manum ille de tabula nesciret tollere: memorabili præcepto, nocere sæpe nimiam diligentiam. Fuit autem non minoris simplicitatis, quàm artis. Nam cedebat Amphioni de dispositione, Asclepiodoro de mensuris, hoc est, quanto quid à quo distare deberet. Scitum est, inter Protogenem & eum quod accidit. Ille Rhodi viuebat: quòd cùm Apelles ad nauigasset, auidus cognoscendi opera eius, fama tantùm sibi cogniti, continuo officinam petiit. Aberat ipse, sed tabulam magnæ amplitudinis in machina aptatam picturæ, anus vna custodiebat. Hæc Protogenem foris esse respondit, interrogauitque, à quo quæsitum diceret. Ab hoc, inquit Apelles: arreptōque penicillo lineam ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam. Reuerso Protogeni, quæ gesta erant, anus indicauit. Ferunt artificem protinus contemplatum subtilitatem, dixisse Apellem venisse: non enim cadere in alium tam absolutum opus. Ipsumque alio colore tenuiorem lineam in illa ipsa duxisse, præcepissēque abeuntem, si redisset ille, ostenderet, adiicerētque hunc esse quem quæreret: atque ita euenit. Reuertitur enim Apelles, sed vinci erubescens, tertio colore lineas fecuit, nullum relinquens amplius subtilitati locum. At Protogenes victum se confessus, in portum deuolauit, hospitem quærens. Placuitque, sic eam tabulam posteris tradi, omnium quidem, sed artificum præcipuo miraculo. Consumptam eam constat priore incendio domus Cæsaris in palatio, auidè antè à nobis spectatam, spatio siore amplitudine nihil aliud continentem, quàm lineas visum effugientes, inter egregia multorum opera inani similem, & eo ipso allicientem, omnique opere nobiliorem. Apelli fuit aliquin perpetua consuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, vt non lineam ducendo exerceret artem: quod ab eo in prouerbum venit. Idem perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens, vitia quæ notarentur auscultabat, vulgum diligentiosem iudicem, quàm se, præferens. Feruntque à sutore reprehensum, quòd in crepidis vna intus pauciores fecisset ansas, eodem postero die superbo commendatione pristinæ admonitionis cauillante circa crus, indignatum prospexisse, denuntian-

a. *Nudem ex
vetusto codice
legi, annuis
talentis de-
cem:*

nuntiāntem, ne supra crepidam futor iudicaret, quod & ipsum in prouerbium venit. Fuit enim & comitas illi, propter quam gratior Alexandro Magno erat, frequenter in officinam ventitanti: nam vt diximus, ab alio pingi se vetuit edicto. Sed & in officina imperitè multa differenti silentium comiter suadebat, rideri eum dicens à pueris qui colores terebant. Tantum erat autoritati iuris in regem, alioquin iracundum: quanquam Alexander ei honorem clarissimo præbuit exemplo. Nanque cum dilectam sibi ex pallacis suis præcipuè nomine, Campaspen nudā pingi ob admirationē formæ ab Apelle iussisset, eumque tum pari captum amore sensisset, dono eam dedit. Magnus animo, maior imperio sui, nec minor hoc factō, quàm victoria aliqua. Quippe se vicit, nec torum tantum suum, sed etiam affectum donauit artifici: ne dilectæ quidem respectu motus, vt quæ modò regis fuisset, modo pictoris esset. Sunt qui Venerem Anadyomenen illo pictam exemplari putant. Apelles & in æmulis benignus, Protogeni dignationem primus Rhodi cōstituit. Sordebat ille suis, vt plerumque domestica: percontantique quanti licitaretur opera effecta, paruum nescio quid dixerat: at ille quinquagenis talentis poposcit: famamque dispersit, se emere, vt pro suis venderet. Ea res concitauit Rhodios ad intelligendum artificem: nec nisi augmentibus pretium, cessit. Imagines adeo similitudinis indiscretæ pinxit, vt incredibile dictu Apion Grammaticus scriptum reliquerit, quendam ex facie hominum addiuināntem (quos Metoposcopos vocant) ex iis dixisse aut futuræ mortis annos, aut præteritæ? Non fuerat ei gratia in comitatu Alexandri cum Ptolemæo: quo regnante, Alexandriam vi tempestatis expulsus, subornato fraude æmulorum plano regio inuitatus, ad regis cœnam venit: indignantique Ptolemæo, & vocatores suos ostendenti, vt diceret à quo eorū inuitatus esset, arrepto carbone extincto è foculo, imaginem in pariete delineauit, agnoscente vultum plani rege ex inchoato protinus. Pinxit & Antigoni regis imaginem altero lumine orbam, primus excogitata ratione vitia cōdendi: obliquam nanque fecit, vt quod corpori deerat, picturæ potius deesse videretur: tantumque eam partem è facie ostendit, quam totam poterat ostendere. Sunt inter opera eius & expirantium imagines. Quæ autem nobilissima sint, non est facile dictu. Venerem exeuntem è mari Diuus Augustus dicauit in delubro patris Cæsaris, quæ Anadyomene vocatur, verbis Græcis tali opere, dum laudatur, victo, sed illustrato. Huius inferiorem partem corruptam qui reficeret, non potuit reperiri. Verum ipsa iniuria cessit in gloriam artificis. Consenuit hæc tabula carie: aliāque pro ea Nero principatu substituit suo Dorothei manu. Apelles inchoauerat aliam Venerem Cois, superaturus etiam suam illam priorem. Inuidit mors peracta parte: nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta inuentus est. Pinxit & Alexandrum Magnum, fulmen tenentem in templo Ephesiæ Dianæ viginti talentis auri. Digiti eminere videntur, & fulmen extra tabulam esse. Sed legentes meminert, omnia ea quatuor coloribus facta: manipretium eius tabulæ in nummo aureo mensura accepit, non numero. Pinxit & Megabyzi sacerdotis Dianæ Ephesiæ pompam: Clytum equo ad bellum festinantem, & ei galeam poscenti armigerum porrigentem. Alexandrum & Philippum quoties pinxerit, enumerare superuacuum est. Mirantur eius Abrohem Samij, & Menandrum regem Cariæ Rhodij. Item Ancæum: Alexandriæ Gorgosthenem tragædum: Romæ Castorem & Pollucem, cum Victoria & Alexandro Magno. Item belli imaginem, restrictis ad terga manibus, Alexandro in curru triumphante. Quas vtrasque tabulas Diuus Augustus in fori sui partibus celeberrimis dicauerat simplicitate moderata. Diuus Claudius plaris existimauit, in vtrisque excisa facie Alexandri Diui Augusti imaginem subdere. Eiusdem arbitrantur manu esse & in Antoniæ templo Herculem auersum, vt (quod est difficillimum) faciem eius ostendat verius pictura, quàm promittat. Pinxit & heroa nudum: eaque pictura naturam ipsam prouocauit. Est & equus eius, siue fuit, pictus in certamine: quod iudicium ad mutas quadrupedes prouocauit ab hominibus. Nanque ambitu æmulos præualere sentiens, singulorum picturas inductis equis ostendit: Apellis tantum equo adhinnuere: idque postea semper illius experimentum artis ostentatur. Fecit & Neoptolemmum ex equo aduer-

sus Persas, Archelaum cum vxore & filia, Antigonum thoracatum cum equo inceden-
 tem. Peritiores artis præferunt omnibus eius operibus eundem regem sedētem in equo:
 Dianam sacrificantium virginum choro mistam, quibus vicisse Homeri versus videtur
 idipsum describentis. Pinxit & quæ pingi non possunt, tonitrua, fulgetra, fulguraque:
^{a T. Cerinon} Bronten, Astrapen, ^a Ceraunobolon appellant. Inuenta eius & cæteris profuere in arte.
 Vnum imitari nemo potuit, quòd absoluta opera atramento illinebat ita tenui, vt id-
 ipsum percussu claritates colorum excitaret, custodirētque à puluere & sordibus, ad
 manum intuenti demum appareret. Sed & tum ratione magna, ne colorum claritas ocu-
 lorum aciem offenderet, veluti per lapidem specularem intuentibus è longinquo: & ea-
 dem res nimis floridis coloribus austeritatem occultè daret. Æqualis eius fuit Aristides ¹⁰
 Thebanus: is omnium primus animum pinxit, & sensus omnes expressit, quos vocant
 Græci ethe: item perturbationes, durior paulo in coloribus. Huius pictura est, oppido ca-
 pto ad matris morientis è vulnere mammam adrepens infans: intelligiturque sentire ma-
 ter, & timere né emortuo lacte sanguinem infans lambat. Quam tabulam Alexander
 Magnus transtulerat Pellam in patriam suam. Idem pinxit prælium cum Persis, centum
 homines ea tabula complexus, pactusque in singulos minas denas à tyranno Elatensium
 Mnafone. Pinxit & currentes quadrigas, & supplicantem penè cum voce: & venatores
 cum captura, & Leontionem pictorem, & Anapauomenen propter fratris amorem mo-
 rientem. Item Liberum patrem & Ariadnen, spectatos Romæ in æde Cereris: Tragœ-
 dum & puerum, in Apollinis: cuius tabulæ gratia interiit pictoris inscitia, cui tergen- ²⁰
 dam eam mandauerat M. Iunius Prætor sub die ludorum Apollinarium. Spectata est &
 in æde Fidei in Capitolio imago senis cum lyra puerum docentis. Pinxit & ægrum sine
 fine laudatum. Qua in arte tantum valuit, vt Attalus rex vnā tabulam eius centum ta-
 lentis emisse tradatur. Simul, vt dictum est, & Protogenes floruit. Patria ei Caunus, gen-
 tis Rhodiis subiectæ. Summa eius paupertas initio, artisque summa intentio, & ideo mi-
 nor fertilitas. Quis eum docuerit, non putant constare. Quidam & naues pinxisse vsque
 ad annum quinquagesimum argumentum esse, quòd cum Athenis celeberrimo loco
^{b T. Hermio-} Mineruæ delubro propylæon pingeret, vbi fecit nobilē Paralum & ^d Hemionida, quam
^{nidam, quom} quidam Nausicaam vocant, adiecerit paruulas naues longas in iis, quæ pictores parerga
^{quidem Na-} appellant, vt appareret, à quibus initiis ad arcem ostentationis opera sua peruenissent. ³⁰
^{xiā, vel Na-} Palmam habet tabularum eius Ialysus, qui est Romæ, dicatus in templo Pacis: quem
^{xicam} cum pingeret, traditur madidis lupinis vixisse, quoniam simul famem sustinerent &
 sitim, ne sensus nimia dulcedine obstrueret. Huic picturæ quater colorem induxit sub-
 sidio iniuriæ & vetustatis, vt decedente superiore inferior succederet. Est in ea canis mi-
 re factus, vt quem pariter casus & ars pinxerit. Non iudicabat se exprimere in eo spu-
 mam anhelantis posse, cum in reliqua omni parte (quod difficillimum erat) sibi ipse satisf-
 fecisset. Displicebat autem ars ipsa, nec minui poterat, & videbatur nimia, ac lōgius a ve-
 ritate discedere, spumæque illa pingi non ex ore nasci, anxio animi cruciatu, cum in pi-
 ctura verum esse, non verisimile vellet: absterferat sæpius mutaueratque penicillum, nul-
 lo modo sibi approbans. Postremo iratus arti, quòd intelligeretur, spongiam eam impe- ⁴⁰
 git inuiso loco tabulæ, & illa reposuit ablatos colores, qualiter cura optabat: fecitque
 in pictura fortuna naturam. Hoc exemplo similis & Nealcem successus in spuma equi
 similiter spongia impacta secutus dicitur, cum pingeret popyzonta retinentem equum.
 Canem ita Protogenes monstrauit & fortuna. Propter hunc Ialysum, ne cremaret tabu-
 las Demetrius rex, cum ab ea parte sola posset Rhodum capere, non incendit: parcen-
 témque picturæ fugit occasio victoriæ. Erat tunc Protogenes in suburbano hortulo
 suo, hoc est, Demetrii castris. Neque interpellatus prælii inchoata opera intermisit
 omnino, sed accitus à rege interrogatusque, qua fiducia extra muros ageret, respondit,
 scire se illi cum Rhodiis bellum esse, non cum artibus. Disposuit ergo rex in tutelam
 eius stationes, gaudens quòd posset manus seruare, quibus iam pepercerat: & ne sæpius ⁵⁰
 auocaret, vltro ad eum venit hostis: relictisque victoriæ suæ votis, inter arma & muro-
 rum

rum ictus spectauit artificem. Sequiturque tabulam eius temporis hæc fama, quod eam Protogenes sub gladio pinxerit. Satyrus hic est, quem Anapauomenon vocant, ne quid desit temporis eius securitati, tibi as tenens. Fecit & Cydippen, Tlepolemon, Philiscum Tragediarum scriptorem meditantem, & athletam, & Antigonum regem, & imaginem matris Aristotelis Philosophi: qui etiam suadebat ut Alexandri Magni opera pingeret, propter æternitatem rerum. Impetus animi & quædã artis libido in hæc potius cum tulere. Nouissimè pinxit Alexandrum, ac Pana. Fecit & signa ex ære, ut diximus. Eadem ætate fuit Asclepiodorus, quem in symmetria mirabatur Apelles. Huic Mnason tyrannus pro duodecim Diis dedit in singulos mnas trecenas: idemq; Theomnetto in singulos heroas mnas centenás. His annumerari debet Nicomachus, Aristodemi filius ac discipulus. Pinxit hic raptum Proserpinæ: quæ tabula fuit in Capitolio in Mineruæ delubro supra ædiculam Iuuentutis. Et in eodem Capitolio alia, quam Plancus Imperator posuerat, Victoria quadrigam in sublime rapiens. Hic primus Vlixii addidit pileum. Pinxit & Apollinem & Dianam, Deumque matrem in leone sedentem: item nobiles Bacchas arreptantibus Satyris: Scyllamque, quæ nunc est Romæ in templo Pacis. Nec fuit alius in ea arte velocior. Tradunt nanque conduxisse pingendum ab Aristrato Sicyoniorum tyranno, quod is faciebat Telesti poëtæ, monumētum, præfinito die, intra quem perageretur, nec multò antè venisse, tyranno in pœnam accenso: paucisque diebus absoluisse celeritate & arte mira. Discipulos habuit Aristidem fratrem, & Aristoclem filiū, & Philoxenum Eretrium, cuius tabula nullis postferēda, Cossandro regi picta, continuit Alexandri prælium cum Dario. Idem pinxit & lasciuiam, in qua tres Sileni comestantur. Hic celeritatem præceptoris secutus, breuiore etiamnum quasdam picturæ vias & compendiaras inuenit. Annumeratur his & Nicophanes, elegans & concinnus, ita ut vetusta opera pingeret propter æternitatem rerum, impetuosi animi, & cui pauci comparentur. Cothurnus ei & grauitas artis. Multum à Zeuxide & Apelle abest Apellis discipulus Perseus, ad quem de hac arte scripsit, qui huius fuit ætatis. Aristidis Thebani discipuli fuerunt & filij, Niceros, & Aristippus, cuius est Satyrus cū scypho coronatus. Discipuli eius fuerunt Antorides & Euphranor, de quibus mox dicemus. Nanque subtexi par est minoris picturæ celebres in penicillo, è quibus fuit Pyreicus arte paucis postferendus: proposito nescio an destruxerit se, quoniam humilia quidem secutus, humilitatis tamē summam adeptus est gloriam. Tonstrinas sutrinasque pinxit, & asellos & obsonia ac similia, ob hoc cognominatus Rhyparographos, in iis consummata voluptatis. Quippe ex pluris vaniēre, quàm maxime multorum. E diuerso meniana, inquit Varro, omnia operiebat Serapionis tabula sub veteribus. Hic scenas optimè pinxit, sed hominem pingere nō potuit. Cōtra Dionysius nihil aliud, quàm homines pinxit, ob id Anthropographus cognominatus. Parua & Callicles fecit: item Calaces comicis tabellis: vtraque Antiphilus. Nam & Hesionam nobilem pinxit, & Alexandrum ac Philippum cum Minerua, qui sunt in schola in Octauianæ porticibus: & in Philippi Liberum patrem, Alexandrum puerum, Hippolytum tauro emisso expauescentem: in Pompeia verò Cadmū & Europen. Idem iocoso nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit. Vnde hoc genus picturæ grylli vocantur. Ipse in Ægypto natus didicit à Ctesidemo. Decet non sileri & Ardeatis templi pictorem, præsertim ciuitate donatum ibi & carmine, quod est in ipsa pictura his versibus:

*Dignis digna loca picturis condecorauit,
Regina Iunonis supremæ coniugis templum,
Marcus Ludius Eloras Aetolia oriundus,
Quem nunc & post semper ob artem hanc Ardea laudat.*

Ea sunt scripta antiquis literis Latinis: non fraudando & Ludio Diui Augusti ætate, qui primus instituit amœnissimam parietum picturã, villas, & porticus, ac topiaria opera, lucos, nemora, colles, piscinas, euripos, amnes, litora, qualia quis optarat, varias ibi obambulantium species, aut nauigantium, terraque villas aduentium asellis aut vehieu-

lis. Iam piscantes aucupantesque, aut venantes, aut etiam vindemiâtes. Sunt in eius exemplaribus nobiles palustri accessu villæ: succollantium specie mulieres labentes trepidæque feruntur: plurimæ præterea tales argutiæ, facetissimi sales. Idemque sub dialibus maritimas vrbes pingere instituit, blandissimo aspectu minimoque impedio. Sed nulla gloria artificum est, nisi eorum qui tabulas pinxere: eoque venerabilior apparet antiquitas. Non enim parietes excolebant dominis tantum, nec domos vno in loco mansuras, quæ ex incendiis rapi non possent. Casula Protogenes contentus erat in hortulo suo. Nulla in Apellis tectoriis pictura erat. Nondum libebat parietes totos pingere. Omnis eorum ars urbibus excubabat: pictorque res communis terrarum erat. Fuit & Arellius Romæ celebris, paulò ante Diuum Augustum, nisi flagitio insigni corrupisset artem, semper alicuius 10
fœminæ amore flagrans, & ob id Deas pingens, sed dilectarum imagine. Itaque in pictura eius scorta numerabantur. Fuit & nuper grauis ac seuerus, idemque floridus, humilis rei pictor Amulius. Huius erat Minerua, spectantem aspectans, quacunque aspiceretur. Paucis diei horis pingebat, id quoque cum grauitate, quod semper togatus, quâquam in machinis. Carcer eius artis domus aurea fuit: & ideo non extant exempla alia magnopere. Post eum fuere in autoritate Cornelius Pinus & Actius Priscus, qui Honoris, & Virtutis ædes Imperatori Vespasiano Augusto restituenti pinxerunt: id Priscus antiquis similior.

*De auium cantu compescendo, & quis encausto & penicillo primus
lacunaria & cameras pinxerit, sparsimque pretia
mirabilia picturarum.*

C A P.

X I.

10

NON est omittenda in picturæ mentione celebris circa Lepidum fabula. Siquidem in Triumviratu quodam loco deductus à magistratibus in nemorosum hospitium, minaciter cum iis postero die exoptulauit, somnum ademptum sibi volucrum concentu. At illi draconem in longissima membrana depictum circumdedere loco: eoque terrore aues tum siluisse narratur, & postea cognitum est ita posse compesci. Ceris pingere, ac picturam inurere quis primus excogitauerit, non constat. Quidam Aristidis inuentum putant, postea consummatum à Praxitele. Sed aliquanto vetustiores encausticæ picturæ extitere, vt Polygnoti & Nicanoris & Arcesilai Pariorum. Lyssippus quoque Æginæ picturæ suæ inscripsit ἐν ἐνκαυστῶν, quod profectò non fecisset, nisi encaustica inuenta. Pamphilius quoque Apellis præceptor non pinxisse tantum encaustica, sed etiam docuisse traditur Pausiam Sicyonium primum in hoc genere nobilem. Brietis filius hic fuit, eiusdemque primò discipulus. Pinxit & ipse penicillo parietes Thespiis, cum reficerentur, quondam à Polygnoto picti, multumque comparatione superatus existimabatur, quoniam non suo genere certasset. Idem & lacunaria primus pingere instituit: nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit. Paruas pingebat tabellas, maximèque pueros. Hoc æmuli eum interpretabantur facere, quoniam tarda picturæ ratio esset illa. Quamobrem arti
a additurus a daturus & celeritatis famam, absoluit vno die tabellam, quæ vocata est hemerios, puero picto. Amavit in iuuenta Glyceram municipem suam, inuentricem coronarum, certandòque imitatione eius, ad numerosissimam florum varietatem perduxit artem illam. 40
Postremò pinxit illam sedentem cum corona, quæ è nobilissimis eius tabula appellata est stephanoplocos, ab aliis stephanopolis, quoniam Glycera venditando coronas sustentauerat paupertatem. Huius tabulæ exemplar, quod apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit à Dionysio Athenis. Pausias autem fecit & grandes tabulas, sicut spectatam in Pompeij porticibus bouum immolationem. Eam enim picturam primus inuenit, quam postea imitati sunt multi, æquauit nemo. Ante omnia cum longitudinem bouis ostendere vellet, aduersum eum pinxit, non transuersum: vnde & abundè intelligitur amplitudo. Dein cum omnes, quæ volunt eminentia videri, candicantia faciant, colorumque condiant nigro: hic totum bouem atri coloris fecit, vmbraque corpus ex ipsa dedit, magna prorsus arte in æquo extantia ostendens, & in contracto solida omnia. Sicyone & hic vi- 50
tam egit, diuque fuit illa patria picturæ. Tabulas inde è publico omnes propter æs alienum

num ciuitatis addictas, Scauri Ædilitas Romam transtulit. Post cum eminuit longè ante omnes Euphranor Iithmius Olympiade centesima quarta, idem qui inter fictores dictus est à nobis. Fecit & colossos & marmora, ac scyphos scalpsit: docilis ac laboriosus ante omnes, & in quocunque genere excellens ac sibi æqualis. Hic primus videtur expressisse dignitates heroum, & vsurpasse symmetriam. Sed fuit vniuersitate corporum exilior, capitibus articulisque grandior. Volumina quoque composuit de symmetria & coloribus. Opera eius sunt, equestre prælium, duodecim Dij: Theseus, in quo dixit, eundem apud Parasiū rosa paltum esse, suum verò carne. Nobiles eius tabulæ Ephesi, Vlixes simulata vesania bouem cum equo iungens, & palliati cogitantes, dux gladium condens. Eodem tempore fuit & Cydias, cuius tabulam Argonautas H-s c x l i i j. Hortensius Orator mercatus est, eique ædem fecit in Tusculano suo. Euphranoris autem discipulus fuit Antidotus. Huius est clypeo dimicans Athenis, & luctator, tibi cénque inter pauca laudatus. Ipse diligentior, quam numerosior, & in coloribus seuerus, maximè inclaruit discipulo Nicia Athenienti, qui diligentissimè mulieres pinxit. Lumen & umbras custodiuit, atque vt eminenter è tabulis picturæ, maximè curauit. Opera eius, Nemea aduecta ex Asia Romam à Syllano, quam in Curia diximus positam: item Liber pater in æde Concordiæ: Hyacinthus, quem Cæsar Augustus delectatus eo secum deportauit Alexandria capta: & ob id Tiberius Cæsar in templo eius dicauit hanc tabulam: & Diana. Ephesi verò est Megabyzi sacerdotis Ephesiæ Dianæ sepulcrum: Athenis Ne-
 cromantia Homeri. Hanc vendere noluit Attalo regi talentis sexaginta, potiùsque patriæ suæ donauit, abundans opibus. Fecit & grâdes picturas, in quibus sunt Calypso, & Io, & Andromeda: Alexander quoque in Pompeij porticibus præcellens, & Calypso sedens. Huic quidem adscribuntur quadrupedes. Prosperrimè canes expressit. Hic est Nicias, de quo dicebat Praxiteles interrogatus quæ maximè opera sua probaret in marmoribus, quibus Nicias manum admouisset: tantum circunlitioni eius tribuebat. Non satis discernitur, alium eodem nomine, an hunc eundem quidam faciant Olympiade centesima duodecima. Niciæ comparatur, & aliquanto præfertur Athenion Maronites Glaucionis Corinthij discipulus, & austerior colore, & in austeritate iucundior, vt in ipsa pictura eruditio eluceat. Pinxit in templo Eleusine Phylarchum, Athenis frequentiam, quam vocauere polygynæcon. Item Achillem virginis habitu occultatum Vlixem deprehendente. Et in vna tabula, quaque maximè inclaruit, agasonem cum equo. Quod nisi in iuuenta obiisset, nemo ei compararetur. Est nomen & Heraclidæ Macedoni. Initio naues pinxit: captoque rege Perseo Athenas commigrauit, vbi eodem tempore erat Metrodorus pictor, idemque philosophus, magnæ in vtraque scientia autoritatis. Itaque cum L. Paulus deuicto Perseo petisset ab Atheniensibus, vt sibi quam probatissimum philosophum mitterent ad erudiendos liberos, itemque pictorem ad triumphum excolendum, Athenienses Metrodorum elegerunt, professi eundem in vtroque desiderio præstantissimum: quod ita quoque Paulus iudicauit. Timomachus Byzantius Cæsaris Dictatoris ætate Aiacem ei pinxit & Medeam, ab eo in Venetis Genitricis ædes positas, octoginta talentis venundatas. Talentum Atticum ^{xvi.} a ^{Alias, x. vi.} taxat M. Varro. Timomachi æquè laudantur Orestes, Iphigenia in Tauris, Lecythion ^{hoc est, denarium sex milibus, quælibet agnoscione agnoscat & sud. 4. de esse.} agilitatis exercitator, cognatio nobilium, palliati, quos dicturos pinxit, alterum stantem, alterum sedentem. Præcipuè tamen ars ei fauisse in Gorgone visa est. Pausiæ filius & discipulus Aristolaus è seuerissimis pictoribus fuit: cuius sunt Epaminondas, Pericles, Medea, Virtus, Theseus: imago Atticæ plebis, bouum immolatio. Sunt quibus & Mechopanes eiusdem Pausiæ discipulus placeat diligentia, quam intelligant soli artifices, aliàs durus in coloribus, sed & multus. Nam Socrates iure omnibus placet. Talesque sunt eius picturæ, cum Æsculapio filiæ Hygia, Ægle, Panacea, Iaso, & piger qui appellatur Ocnos spartum torquens, quod asellus arrodit. Hactenus indicatis in genere vtroque proceribus, non silebuntur & primis proximi. Aristocles, qui pinxit ædem Apollinis Delphis. Antiphilus puero ignem confiante laudatur;

ac pulchra aliàs domo splendescēte, ipsiusque pueri ore: item lanificio, in quo prope rant omnium mulierum pensa: Ptolemæo venante. Sed & nobilissimo Satyro cum pelle pantherina, quem Aposcoponta appellant. Aristophon Ancaeo vulnerato ab apro cum socia doloris Astypale: numerosaque tabula, in qua sunt Priamus, Helena, Credulitas, Vlixes, Deiphobus, Dolon. Androbios pinxit Scyllin ancoras Persicæ classis præcidentē: Artemon Danaen, mirantibus eam prædonibus: reginam Stratonicen, Herculem & Deianiram. Nobilissimas autem, quæ sunt in porticibus Octaviæ, operibus. Herculem ab OETA monte Doridos exuta mortalitate consensu Deorum in cælum euntem, Laomedontis circa Herculem & Neptunum historiam. Alcimachus Dioxippum, qui pancratio Olympiæ citra pulveris iactum (quod vocat aconiti) vicit: Cœnus stemmata. Ctesilochus Apellis discipulus petulanti pictura innotuit, Ioue Liberum parturiente depicto mitrato, & muliebriter ingemiscente inter obstreticia Dearum: Cleon Admeto: Ctesidemus Oechaliæ expugnatione & Laodamia: Clesides reginæ Stratonices iniuria. Nullo enim honore exceptus ab ea, pinxit volutantem cū piscatore, quem reginam amare sermo erat. Eamque tabulam in portu Ephesi proposuit: ipse velis raptus est. Regina tolli vetuit, vtriusque similitudine mirè expressa. Craterus comædos Athenis in Pompeo pinxit: Eutychedes bigam: regit Victoria. Eudorus scena spectatur: idem & ex ære signa fecit. Iphis Neptuno & Victoria. Abron Amicitiam & Concordiam pinxit, & Deorum simulacra. Leontiscus Aratum victorem cum trophæo, psaltriam. Leon Sappho, Nicearchus Venerem inter Gratias & Cupidines: Herculē tristem insanix pœnitentia. Nealces Venerem, ingeniosus & solers in arte. Siquidē cū prælium nauale Ægyptiorum & Persarum pinxisset, quod in Nilo, cuius aqua est mari similis, factum volebat intelligi, argumēto declaravit, quod arte non poterat. Asellum enim in litore bibentem pinxit, & crocodilum insidiatē ei. Oenias Syngenicon. Philiscus officinam pictoris, ignem cōstante puero. Phalerion Scyllam: Simonides Agatarchum & Mnemosynen. Simus iuuenem requiescentem in officina fullonis, Quinquatrus celebrantem: idēque Nemefin egregiam. Theodorus verò emungentem: idem ab Oreste matrem & Ægisthum interfici: bellumque Iliacum pluribus tabulis, quod est Romæ in Philippi porticibus: & Cassandram, quæ est in Cōcordiæ delubro: Leontium Epicuri cogitantem: Demetrium regem. Theon Orestis insaniam, Thamyram citharædum. Tauriscus Discobolum, Clytæmnestram, Paniscum, Polynicem regnum repetentem, & Capanea. Nō omittetur inter hos in signe exemplum. Namque Erigonus tritor colorum Nealce pictoris in tantum ipse profecit, vt celebrem etiam discipulum reliquerit Pasiam, fratrem Æginetæ fictoris. Illud verò perquam rarum ac memoria dignum, etiam suprema opera artificum imperfectasque tabulas, sicut Irin Aristidis, Tyndaridas Nicomachi, Medeam Timomachi, & quam diximus Venerem Apellis, in maiori admiratione esse, quàm perfecta. Quippe in iis lineamenta reliqua, ipsæque cogitationes artificum spectantur: atque id lenocinio cōmendationis dolor est: manus, cū id agerent, extinctæ desiderantur. Sunt etiamnum nō ignobiles quidē, in transcurso tamen dicendi, Aristonides, Anaxander, Aristobulus Syrus, Arcefilas Tificratis filius, Corybas Nicomachi discipulus, Carmanides Euphranoris, Dionysodorus Colophonius, Diogenes qui cum Demetrio rege vixit, Euthymedes, Heraclides Macedo, Mydon Soleus^a Pyromachi statuarij discipulus, Mnasitheus Sicyonius, Mnasitimus Aristonidis filius & discipulus, Nessus Abronis filius, Polemon Alexandrinus, Theodorus Samius, & Stadius Nicosthenis discipuli, Xenon Neoclis discipulus Sicyonius. Pinxere & mulieres, Timarete Niconis filia Dianam in tabula, quæ Ephesi est antiquissimæ picturæ: Irene Cratini pictoris filia & discipula puellam quæ est Eleusine: Calypso senem & præstigiatores Theodorum: Alcisthene saltatorem: Aristarete Nearchi filia, & discipula Æsculapium. Lala Cyzicena perpetua virgo Marci Varronis iuuenta Romæ & penicillo pinxit, & cestro in ebore, imagines mulierum maximè, & Neapolitanum in grandi tabula: suam quoque imaginem ad speculum. Nec vllius velocior in pictura manus fuit: artis verò tantum, vt multum manipretio antecederet, celeberrimos eadem

^a L. Philomachi

eadem ætate imaginum pictores Sopylon & Dionysium, quorum tabulæ pinacothecas implent. Pinxit & quædam Olympias : de qua hoc solum memoratur, discipulum eius fuisse Autobulum. Encausto pingēdi duo fuisse antiquitus genera cōstat, cera, & in ebo-re cestro, id est, viriculo, donec classes pingi cœpere. Hoc tertium accessit, resolutis igni ^{T. vniade,} ceris penicillo vtendi, quæ pictura in nauibus nec sole nec sale ventisque corrumpitur. Pingunt & vestes in Ægypto inter pauca mirabili genere, candida vel postquam attri- uere illinentes non coloribus, sed colorem sorbentibus medicamentis. Hoc cum fecere, non apparet in velis: sed in cortinam pigmenti feruentis merfa, post momentum extra- huntur picta. Mirumque, cum sit vnus in cortina colos, ex illo alius atque alius fit in ve-
 12 ste, accipientis medicamenti qualitate mutatus. Nec postea abluī potest: ita cortina non dubiè confusura colores si pictos acciperet, digerit eos ex vino, pingitque dum coquit. Et adultæ vestes firmiores fiunt, quàm si non vrerentur.

Plastices primi inuentores, de simulacris, de vasis fictilibus, & pretio eorum.

C A P.

X I I.

DE pictura fatis superq; contexuisse his & plasticen conueniat. Eiusdem operæ terræ fingere ex argilla similitudines, Dibutades Sicyonius figulus primus inuenit Co-
 10 rinthi filia opera: quæ capta amore iuuenis, illo abeunte peregre, vmbra ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circumscripsit: quibus pater eius impressa argilla typum fe-
 20 cit, & cum cæteris fictilibus induratum igni proposuit: eumque seruatum in nymphæo, donec Corinthum Mummius euerteret, tradunt. Sunt, qui in Samo primos omniū pla-
 30 sticen inuenisse Rhœcum & Theodorum tradant, multo antè Battiadas Corintho pul-
 40 sos. Demaratum verò ex eadem vrbe profugum, qui in Hetruria Tarquinius Priscum regem populi Romani genuit, comitatos fictores Euchira & Eugrammum: ab iis Italiae traditam plasticen. Dibutadis inuentum est, rubricam addere, aut ex rubrica cretâ finge-
 50 re. Primusque personas tegularum extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia proty-
 60 pa vocauit. Postea idem eçtypa fecit. Hinc & fastigia templorum orta, propter hunc pla-
 70 stæ appellati. Hominis autem imaginem gypso è facie ipsa primus omnium expressit, cerâque in eam formam gypsi infusa emédare instituit Lysistratus Sicyonius frater Ly-
 80 sippi, de quo diximus. Hic & similitudinem reddere instituit: ante eum quàm pulcherri-
 90 mas facere studebant. Idem & de signis effigiem exprimere inuenit. Creuitque res in-
 100 tantum, vt nulla signa statuæve sine argilla fierent. Quo apparet antiquiorem hanc fuis-
 110 se scientiam, quàm fundendi æris. Plastæ laudatissimi fuere Damophilus & Gorgasus, iidemque pictores: qui Cereris ædem Romæ ad circum maximum vtroque genere ar-
 120 tis suæ excoluerunt, versibus inscriptis Græcè, quibus significarunt, à dextra opera Da-
 130 mophili esse, à parte læua Gorgasi. Ante hanc ædem Thuscanica omnia in ædibus fuisse, autor est M. Varro. Ex hac, cum reficeretur, crustas parietum excisas tabulis marginatis inclusas esse: Item signa ex fastigiis dispersa. Fecit & chalcosthenes cruda opera Athe-
 140 nis, qui locus ab officina eius Ceramicos appellatur. M. Varro tradit sibi cognitum Ro-
 150 mæ Posim nomine, à quo factas Romæ vuas, item pisces, ita vt non sit aspectu discerne-
 160 re à veris. Idem magnificat Arcesilaum L. Luculli familiarem, cuius proplasmata pluris
 170 vanire solita artificibus ipsis, quàm aliorum opera. Ab hoc factam Venerem Genitricem
 180 in foro cæsaris, & priusquam absolueretur, festinatione dedicandi positam. Deinde ei-
 190 dem à Lucullo H-s. lx. signum Felicitatis locatum, cui mors vtriusque inuiderit. Octa-
 200 uio equiti Romano cratera facere volenti, exemplar è gypso factum talento. Laudat &
 210 Pasitelem, qui plasticen matrem statuariae sculpturæque & cælaturæ esse dixit, & cum
 220 esset in omnibus his summus, nihil vnquam fecit, antequàm finxit. Præterea elabora-
 230 tam hanc artem Italiae, & maximè Hetruriæ: Turianumque à Fregellis accitum, cui lo-
 240 caret Tarquinius Priscus effigiem Iouis in Capitolio dicandam. Fictilem eum fuisse, &
 250 ideo miniari solitum: fictile in fastigio templi eius quadrigas, de quibus sæpe diximus.
 260 Ab hoc eodem factum Herculem, qui hodièque materiæ nomen in vrbe retinet. Hæ
 270 enim tum effigies Deum erant laudatissimæ. Nec pœnitet nos illorum, qui tales coluere.

Aurum enim & argentum ne Diis quidem conficiebant. Durant etiam nunc plerisque in locis talia simulacra. Fastigia quidem templorum etiam in vrbe crebra & municipiis mira cælatura, & arte æuîque firmitate certiora auro, certè innocentiora. In sacris quidem etiam inter has opes hodie non murrhinis crySTALLINISVE, sed fictilibus proliabatur sympuuiis: inenarrabili terræ benignitate, si quis singula æstimet, etiam vt omittantur in frugum, vini, pomorum, herbarum, fruticum, medicamentorum, metallorum generibus, beneficia eius, quæque adhuc diximus, vel quæ assiduitate fatiant figlinarum opera imbricibus, tubulis, tegulisque ad balneas hamatis, vel ad tecta coctilibus laterculis frontatisque, aut quæ rota fiunt, etiam fictilibus doliis ad vina excogitatis, & ad aquas. Propter quæ Numa rex septimum collegium figulorum instituit. Quin & defunctos sese multi fictilibus doliis condi maluere, sicut M. Varro, Pythagorico modo in myrti & oleæ atq; populi nigræ foliis. Maior quoq; pars hominum terrenis vtitur vasis. Samia etiamnum in esculentis laudantur. Retinet hanc nobilitatem & Aretium in Italia: & calicum tantum Surrentum, Asta, Pollentia: in Hispania Saguntum, in Asia Pergamum. Habent & Tralleis opera sua, & Mutina in Italia: quoniam & sic gentes nobilitantur. Hæc quoque per maria terrasque vltro citroque portantur, insignibus rotæ officinis Erythis. Hodièque in templo ostenduntur amphoræ duæ propter tenuitatem consecratæ, discipuli magistrisque certamine, vter tenuiorem humum duceret. Cois laus maxima, Hadrianis firmitas, nonnullis circa hoc seueritatis quoq; exemplis. Q. Coponium inuenimus ambitus damnatum, quia vini amphoram dedisset dono ei, cuius suffragij latio erat. Atque vt luxu quoque aliqua contingat autoritas figlinis, tripatinum, inquit Fenestella, appellabatur summa cœnarum lautitia. Vna erat murænarum, altera luporum, tertia myxonis piscis, inclinatis iam scilicet moribus, vt tamen eos præferre Græciæ etiam Philosophis possimus. Siquidem in Aristotelis hæredum auctione l x. patinas vænisse traditur. Nam nos cum vnam Æsopi tragœdiarum histrionis in natura auium diceremus a festertis c. stetisse, non dubito indignatos legentes. At Hercules, Vitellius in principatu suo b c c. festertis condidit patinam, cui faciendæ fornax in campis exædificata erat: quoniam eò peruenit luxuria, vt etiam fictilia pluris constent, quàm murrhina. Propter hanc Mutianus altero Consulatu suo c in cõquisitione exprobrauit patinarum paludes Vitellij memoria, non illa fœdiore, cuius veneno Asprenati reo Cassius Seuerus accusator obiiciebat interisse c x x x. conuiuas. Nobilitantur iis oppida quoque, vt Rhegium, & Cumæ. Samia testa Matris Deum sacerdotes, qui galli vocantur, virilitatem amputant, nec aliter citra perniciem, si M. Cælio credamus, qui linguam sic amputandam obiecit graui probro, tanquam & ipse iam tunc eidem Vitellio malediceret. Quid non excogitauit ars? fractis etiam testis vtendo sic, vt firmius durent tufis calce addita, quæ vocant Signina. Quo genere etiam pauimenta excogitauit.

Terræ varietates, & de puluere Puteolano, & aliis terræ generibus, quæ in lapidibus vertuntur.

C A P. XIII.

Verum & ipsius terræ sunt alia segmenta. Quis enim satis miretur, pessimam eius partem, ideoque puluerem appellatum in Puteolanis collibus, opponi maris fluctibus, mersumque protinus fieri lapidem vnum inexpugnabilem vndis, & fortiorem quotidie, vtique si Cumano misceatur cæmento. Eadem est terræ natura & in Cyzicena regione: sed ibi non puluis, verum ipsa terra qualibet magnitudine excisa & demersa in mare lapidea extrahitur. Hoc idem circa Cassandriam produnt fieri: & in fonte Gnidio dulci intra octo menses terram lapidescere. Ab Oropo quidem Aulidem vsque quicquid terræ attingitur mari, mutatur in saxa. Non multum à puluere Puteolano distat è Nilo harena tenuissima sui parte, non ad sustinenda maria fluctusque frangendos, sed ad debellanda corpora palæstræ studiis. Inde certè Patrobio, Neronis principis liberto, aduehebatur. Quin & Leonato & Cratero ac Meleagro Alexandri Magni ducibus fabulum hoc portari cum reliquis militaribus commerciis reperio. Plura de hac parte non sum dicturus, non Hercules magis, quàm de terræ vsu in ceromatis, quibus

a Suprà li. 10. caput. 51. hanc Æsopi patinam D. C. taceat festertis. Vnde & hic n. c. legendum videtur, nō C. b Decies festertium, hic legit Budeus, ex vetusto quodam codice. Vide ipsum lib. 4. de assine in concione

quibus exercendo iuuentus nostra corpora, vires animorum perdidit.

De parietibus formaceis, & lateritiis, & eorum ratione.

C A P. X I I I I.

Quid? non in Africa Hispaniâque ex terra parietes, quos appellant formaceos, quoniam in forma circumdatis vtrinque duabus tabulis inferciuntur veriùs, quam inftruuntur, æuis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omnique cæmento firmiores? Spectat etiam nunc speculas Annibalis Hispania, terrenâque tures iugis montium impositas. Hinc & cæspitum natura, castrorum vallis accommodata, contra fluminum impetus aggeribus. Illini quidem crates parietum luto, & lateribus crudis extrui, quis ignorat? Lateres non sunt è fabuloso, neque harenoso, multoque minus calcuoso ducendi solo, sed è cretoso & albicante, aut ex rubrica, vel si iam ex fabuloso, è masculo certè. Finguntur optimè vere: nam solstitio rimoso fiunt. Ædificiis non nisi bimos probant. Quin & intritam ipsam eorum, priùs quam fingantur, macerari oportet. Genera eorum tria: didoron, quo vtimur, longum sesquipedale, latum pede: alterù tetradoron: tertium pentadoron. Græci enim antiqui doron palmum vocabant, & ideo dora munera, quia manu darentur. Ergo à quatuor & quinque palmis, prout sunt, nominantur. Eadem est latitudo. Minore in priuatis operibus, maiore in publicis vtuntur in Græcia. Pitane in Asia, & in vltioris Hispaniæ ciuitatibus Massia & Calento fiunt lateres, qui siccati non merguntur in aqua. Sunt enim è terra pumicosa, cum subigi potest, vtillissima. Græci, præterquam vbi è silice fieri poterat structura, parietes lateritios prætulere. Sunt enim æterni, si ad perpendicularum fiant: ideo & in publica opera & regias domos adduntur. Sic struxere murum Athenis, qui ad montem Hymettum spectat: sic Patris ædes Iouis & Herculis, quâuis lapideas columnas & epistylia circumdarent: domum Trallibus regiam Attali: item Sardibus Cræsi, quam gerusian fecere: Halicarnassi Mausoli: quæ etiam nunc durant. Lacedæmone quidem excisum lateritiis parietibus opus tectorium propter excellentiam picturæ ligneis formis inclusum, Romam deportauere in Ædilitate ad comitium exornandum Muræna & Varro. Quod opus cum per se mirum esset, translatum tamen magis mirabantur. In Italia quoque lateritius murus Aretij & Meuanix est. Romæ non fiunt talia ædificia, quia sesquipedalis paries non plus quam vnâ contignationem tolerat. Cautumque est, ne communis crassior fiat, nec intergeriorum ratio patitur.

De sulphure, alumine, & generibus eorum, & medicina.

C A P. X V.

Hæc sint dicta de lateribus. In terræ autem reliquis generibus vel maximè miranda natura est sulphuris, quo plurima domantur. Nascitur in insulis Æoliis inter Siciliam & Italiam, quas ardere diximus. Sed nobilissimum in Melo insula. In Italia quoque inuenitur, in Neapolitano Campanæque agro, collibus qui vocantur Leucogæi. Quod est cuniculis effossum, perficitur igni. Genera quatuor: viuum, quod Græci apyron vocant, nascitur solidum, hoc est glebosum. Eo solo ex omnibus generibus Medicinæ vtuntur. Cætera enim liquore constant, & conficiuntur oleo incocta. Viuum autem effoditur, translucetque, & viret. Alterum genus appellant glebam, fullonum tantum officinis familiare. Tertio quoque generi vnus tantum est vsus ad suffiendas lanas, quoniam candorem tantum mollitiemque confert. Egula vocatur hoc genus. Quarto autem ad ellychnia maximè conficienda. Cæterò tanta vis est, vt morbos comitiales deprehendat nidore, impositum igni. Lusit & Anaxilaus eo, candens in calice nouo, prunæque subdita circumferens, exardescens repercussu pallorem dirum, velut defunctorum, offundente conuiuuiis. Natura eius calfacit, concoquit: sed & discutit collectiones corporum: ob hoc talibus emplastris malagmaticisque miscetur. Renibus quoque & lumbis in dolore cum adipe, mirè prodest impositum. Aufert & lichenas à facie cum terebinthi resina, & lepras. Harpacticon vocatur à celeritate auellendi. auelli enim subinde debet. Prodest & suspiriosis linctum. Purulenta quoque extusli-

tibus:& cōtra scorpionum ictus. Vitilignes viuum nitro mistum , atque ex aceto tritum & illitum tollit: itē lendes in palpebris, aceto sandarachato admisto. Habet & in religionibus locum ad expiandas suffitu domos. Sentitur vis eius & in aquis feruentibus. Neque alia res facilius accenditur: quo apparet ignium vim magnam etiam ei inesse. Fulmina & fulgura quoque sulphuris odorem habent: ac lux ipsa eorum sulphurea est. Et bituminis vicina est natura, alibi limus, alibi terra: limus è Iudææ lacu, vt diximus, emergēs: terra in Syria circa Sidonem oppidum maritimum. Spissantur hæc vtraque, & in densitatem coeunt. Est vero liquidum bitumen, sicut Zacynthium, & quod a Babylone inuehitur. Ibi quidem & candidum gignitur. Liquidū est & Apolloniaticum, quæ omnia Græci pissasphaltō appellat ex argumento picis & bituminis. Gignitur & pingue liquorisq; olea-¹⁰ ceci in Sicilia Agragantino fonte inficiens riuum. Incolæ id harundinum paniculis colligunt, citissimè sic adhærescens. Vtuntur eo ad lucernarum lumina olei vice: item ad scabiem iumentorum. Sunt qui & naphtham, de qua in secundo diximus volumine, bituminis generi ascribant. Verum ardens eius vis ignium naturæ cognata, procul ab omni vsu abest. Bituminis probatio, vt quàm maximè splendeat, sitque ponderosum ac graue: leue autem modicè, quoniam adulteratur pice. Vis, quæ sulphuris, sistit, discutit, contrahit, glutinat. Serpentes nidore fugat accensum. Ad suffusiones oculorum & albugines Babylonium efficax traditur: item ad lepras, lichenas, pruritúsque corporum. Illinitur & podagris. Omnia autem eius genera incommodos oculorum pilos replicant. Dentium doloribus medentur simul cum nitro illita. Tussim veterem & anhelitus cum vino po-²⁰ tum emendat. Dysentericis etiam datur eodem modo, sistitque aluum. Cum aceto verò potum discutit concretum sanguinem, & detrahit. Mitigat huiusmodi dolores, item articulorum. Cum farina hordeacea impositum, emplastrum: quod uliare facit sui nominis. Sanguinem sistit. Vulnera colligat. Glutinat neruos. Vtuntur etiam ad quartanas bituminis drachma, & hedyosmi pari pondere cum myrrhæ obolo subacti. Comitiales morbos vstum deprehendit. Vuluarum strangulationes olfactum discutit cum vino & castoreo. Procidentia sedis suffitu reprimit. Purgationes fœminarum in vino potum elicit. In reliquo vsu æramentis illinitur, firmatque ea contra ignes. Diximus & tingi solitas ex eo statuas & illini. Calcis quoque vsum præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris. Placet & ferrariis fabrorum officinis tingendo ferro, clauorūque capitibus, & multis³⁰ aliis vsibus. Nec minor, aut ab eo dissimilis est aluminis opera, quod intelligitur falsugo terræ. Plura & eius genera. In Cypro candidum & nigrum, exigua coloris differētia, cum sit vsus magna: quoniam inficiendis claro colore lanis candidum liquidumq; vtilissimum est, contraque fuscis aut obscuris nigrum. Et aurum nigro purgatur. Fit autem omne ex aqua limoque, hoc est, terræ exudātis natura. Corriuatū hyeme æstiuus solibus maturatur. Quod fuerit ex eo præcox, cãdidius fit. Gignitur autem in Hispania, Ægypto, Armenia, Macedonia, Ponto, Africa: infulis Sardinia, Melo, Lipara, Strongyle. Laudatissimum in Ægypto, proximum in Melo. Huius quoque duæ species, liquidum spissumque. Liquidum probatio, vt sit lymphidum lacteumque, sine offensis fricantium, cum quodam igniculo caloris. Hoc phorimon vocant. An sit adulteratum, deprehenditur succo Punici⁴⁰ mali. Syncerum enim mistura ea nigrescit. Alterum genus est pallidæ & scabræ naturæ, & quod inficitur galla. Ideoque hoc vocat paraphoron. Vis liquidum aluminis astringere, indurare, rodere. Melle admisto sanat oris hulcera, papulas, pruritúsque. Hæc curatio fit in balineis duabus mellis partibus, tertia aluminis. Virus alarum sudorésque sedat. Sumitur pilulis contra lienis vitia, pellendumque pruritus ac per vrinam sanguinem. Emendat & scabiem nitro ac melanthio admistis. Concreti aluminis vnum genus schiston appellant Græci, in capillamenta quædam canescentia dehiscens. Vnde quidam trichitin potius appellauerit. Hoc fit è lapide, ex quo & chalcitin vocant: vt sit sudor quidam eius lapidis in spumam coagulatus. Hoc genus aluminis ficit, minusque sistit humorem in-⁵⁰ utilem corporibus. Sed auribus magnopere prodest infusum, vel illitum, vel oris hulce-⁵⁰ ribus, dentibusque, si salua cum eo contineatur. Et oculorum medicamentis inseritur aptè,

aptè, verendisq̄ue vtriusque sexus. Coquitur in patinis, donec liquari desinat. Interioris est alterum generis, quod strongylen vocant. Duæ eius species, fungosum atque omni humore dilui facile: quod in totum damnatur. Melius pumicosum, & foraminum fistulis spongiæ simile, rotundumque natura, candido propius, cum quadam pinguitudine sine harenis friabile, nec inficiens nigritia. Hoc coquitur per se carbonibus puris, donec cinis fiat. Optimum ex omnibus quod melinum vocat, ab insula Melo, vt diximus. Nulli vis maior neque adstringendi, neque denigrandi, neque indurandi. Nullum spissius. Oculorum scabritias extenuat: combustum vtilius epiphoris inhibendis. Sic & ad pruritus corporis. Sanguinem quoque sistit in totum foris illitum. Vulsis pilis ex aceto illitum, renascentem mollit lanuginem summam. Omnium generum vis in adstringendo: vnde nomen Græcis. Ob id oculorum vitia aptissima sunt. Sanguinis fluxiones inhibet cum adipe. Sic & infantium hulcera. Putrescentia hulcerum compefcit cum adipe, & hydropicorum eruptiones siccatur. Et aurium vitia cum succo Punici mali: & vnguium scabritias, cicatricumque duritias & pterygia, perniones: Phagedænas hulcerum ex aceto, aut cum galla pari pondere cremata: lepras cum succo olerum: cum salis verò duabus partibus, vitia quæ serpunt: lendes & alia capillorum animalia, permistum aquæ. Sic & ambustis prodest, & furfuribus corporum eum sero & pice. Infunditur & dysentericis. Vuam quoque in ore comprimit, ac tonsillas. Ad omnia quæ in cæteris generibus diximus, efficacius intelligitur ex Melo aduectum. Nam ad reliquos vsus vitæ in coriis lanisque perficiendis, quanti sit momenti, significatum est. Ab his per se omnia ad medicinas pertinentia terræ genera tractabimus.

De terra Samia, & Eretria, & Chia, & Selinusia, & ^a Pigniti, & Ampeliti medicina.

^a Pigniti

C A P.

X V I.

SAMIA duæ sunt, quæ syropicon, & quæ alter appellatur. Prioris laus, vt recens sit & leuis, linguæque glutinosa. Altera glebosiior, candida. Vtraque vritur, ac lauatur. Sunt qui præferant priorem. Profunt sanguinem expuentibus. Emplastrisque quæ siccandi causa componuntur, oculorum quoque medicamentis miscentur. Eretria totidem differentias habet. Nanque & alba est, & cinerea, quæ præfertur in medicina. Probatur mollietie, & quod si æra præducantur, violaceum reddit colorem. Vis & ratio eius in medendo dicta est inter pigmenta. Lauatur omnis terra (in hoc enim loco dicemus) perfusa aqua siccataque solibus, iterum ex aqua trita ac reposita, donec cõfidat, & digeri possit in pastillos. Coquitur in calcibus cerebro concussu. Est in medicaminibus & Chia terra candidans, effectus eius, qui Samiæ. Vfus ad mulierum maximè cutem. Item & Selinusia. Lactei coloris est hæc, & aqua dilui celerrima. Eademque lacte diluta, & tectoriorum albaria interpolantur. ^b Pignitis Eretria simillima est, grandioribus tantum glebis & glutinosa, cui effectus idem qui Cimoliæ, infirmior tamen. Bitumini simillima est ampelitis. Experimentum eius, si ceræ modo accepto oleo liquefcatur, & si nigricans colos maneat tostæ. Vfus ad molliendum discutiendumque. Ad hæc medicamentis additur, præcipueque in calliblepharis & inficiendis capillis.

^b Pignitis
Discutiendi.

Cretæ genera ad vestium vsus, Cimolia, Sarda, Umbrica, saxum, argentaria.

C A P.

X V I I.

CRETÆ plura genera. Ex iis Cimoliæ duo ad Medicos pertinentia, candidum, & ad purpurissum inclinans. Vis vtrique ad discutiendos tumores, & sistendas fluxiones aceto assumpto. Panos quoque & parotidas cohibet: & lichenas illita, pustulasque. Si vero aphronitrum & nitrum adiiciatur & acetum, & pedum tumores sanat, ita vt in Sole curatio hæc fiat, vt post sex horas aqua falsa abluatur. Testium tumoribus Cypria cera addita prodest. Et refrigerandi quoque natura cretæ est: sudoresque immodicos sistit illita. Atque ita papulas cohibet ex vino sumpta in balineis. Laudatur maximè Thessalica. Nascitur & in Lycia circa Bubonem. Est & alius Cimoliæ vsus in vestibus. Nam Sarda, quæ affertur è Sardinia, candidis tantum assumitur, inutilis versicoloribus: & est vilissima omnium Cimoliæ generum: pretiosior Umbrica, & quam vocant saxum.

Proprietásque saxi, quòd crescit in macerando: atque pondere emitur, illa mensura. Umbri-
 brica non nisi poliendis vestibus assumitur. Neque enim pigebit hanc quoque partem
 attingere, cum lex Metella extet fullonibus dicta, quam C. Flaminius, L. Æmilius Cen-
 sores dedere ad populum ferendam. Adeò omnia maioribus curæ fuere. Ergo ordo hic
 est: primùm abluitur vestis Sarda: dein sulphure suffitur: mox desquamatur Cimolia,
 quæ est coloris veri. Fucatus enim deprehenditur, nigrescitque, & effunditur sulphure.
 Veros autem & pretiosos colores emollit Cimolia, & quodam nitore exhilarat contri-
 ftatos sulphure. Candidis vestibus saxum vtilius à sulphure, inimicum coloribus. Græcia
 pro Cimolia Tymphaico vtitur gypso. Alia creta argentaria appellatur, nitorem argen-
 to reddens. Est & vilissima, qua Circum præducere ad victoriæ notam, pedésque vana-
 lium trans mare aduectorum denotare instituerunt maiores. Talémque Publium mimi-
 cæ scenæ conditorem, & Astrologiæ confobrinum eius Manlium Antiochum, ité Gram-
 maticæ Taberium Erotem, eadem naue aduectos videre proavi.

Qui & quorum liberti præpotentes.

CAP. XVIII.

Sed quid hos refero aliquo literarum honore commendatos? Talem in catasta vide-
 re Chryfogonum Syllæ, Amphionem Q. Catuli, Heronem L. Luculli, Demetrium
 Pompeij, Augénque Demetrii, quanquàm & ipsa Pompeij credita est: Hipparchum M.
 Antonij, Menam & Menecratem Sex, Pompeij, aliósque deinceps, quos enumerare iam
 non est, è sanguine Quiritium & proscriptionum licentia ditatos. Hoc est insigne vana-
 litiis gregibus, opprobriúmque insolentis fortunæ: quod & nos adeò potiri rerum vi-
 dimus, vt Prætoria quoque ornamenta decerni à Senatu iubente Agrippina Cl. Cæsaris
 viderimus libertis: tantúmque non cum laureatis fascibus remitti illò, vnde cretatis pe-
 dibus aduenissent.

De terra ex Galata, terra Clupea, terra Balearica, terra Ebusitana.

CAP.

XIX.

Prætereà sunt genera terræ proprietatis suæ, de quibus iam diximus: sed & hoc loco
 reddenda natura. Ex Galata insula, & circa Clupeam Africæ, scorpiones necat: Ba-
 learis & Ebusitana serpentes.

30

C. PLINII SECVNDI NAT- VRALIS HISTORIÆ

LIBER XXXVI.

PRO O E M I V M.

Naturæ lapidum, ac marmorum luxuria.

CAPVT I.

40



LAPIDVM natura restat, hoc est, præcipua morum insania,
 etiam vt gemmæ cum succinis, atque crystalli cum murrhinis
 fileantur. Omnia nanque, quæ vsque ad hoc volumen tracta-
 uimus, hominum causa genita videri possunt. Montes natu-
 ra sibi fecerat ad quasdam compages telluris visceribus den-
 sandas, simul ad impetus fluminum domandos, fluctusque fran-
 gendos, ac minimè quietas partes coërcendas durissima sui
 materia. Cædimus hos, trahimúsque nulla alia, quam delicia-
 rum, causa, quos transcendisse quoque mirum fuit. In portento propè maiores ha-
 buere Alpeis ab Annibale exuperatas, & postea à Cimbris: nunc ipsæ cæduntur in mil-
 le genera marmorum: promontoria aperiuntur mari, & rerum natura agitur in planum.

Euchimus

Euehimus ea, quæ separandis gentibus pro terminis constituta erant nauësque marmorum causa fiunt, ac per fluctus, sæuissimam rerum naturæ partem, huc illucque portantur iuga mōtium, maiore etiamnum vefania, quàm cum ad frigidus potus vas petitur in nubila, cæloque proximæ rupes cauantur, vt bibatur glacie. Secum quisq; cogitet, quæ pretia horum audiat, quas vehi trahique moles videat. Sed & quàm sine his multorum fuerit beator vita, ad quàmque multorum necesse sit necesse ista facere, imò verius pati mortaleis, quos ad vsus, quãsvē ad voluptates alias, nisi vt inter maculas lapidum iaceant: ceu verò non tenebris noctium dimidiæ parti vitæ cuiusque gaudia hæc auferētibus. Ingens ista reputantem subit etiam antiquitatis rubor. Extant Cenforiæ leges, glandia in cœnis, glirësque, & alia dictu minora apponi vetantes. Marmora inuehi, & maria huius rei causa transiri, quæ vetaret, lex nulla lata est.

Quis primus marmor in publicis operibus ostenderit.

C A P.

I I.

DIcat fortassis aliquis: non enim inuehebantur. Id quidem falsò. Trecentes l x. columnas M. Scauri Ædilitate ad scenam theatri temporarij, & vix vno mēse futuri in vsu, viderunt portari silentio legum. Sed publicis nimirū indulgentes voluptatibus. Id ipsum cur? aut qua magis via irrepunt vitia, quàm publica? Enimuero non alio modo in priuatos vsus illa venēre, ebora, aurum, gemmæ: aut quid omnino Diis relinquimus? Verum esto, indulserint publicis voluptatibus, etiãne tacuerunt maximas earum atque adeò duodequadragenū pedum, Lucullei marmoris in atrio Scauri collocari? Nec clam illud occultéque factum est. Satisfdari sibi damni infecti egit redemptor cloacarum, cum in Palatiū extraherentur. Non ergo in tam malo exemplo moribus cauere vtilius fuerat, quàm tacere tantas moles in priuatam domum trahi præter fictilia Deorum fastigia?

Quis primus peregrino marmore columnas habuerit Romæ.

C A P.

I I I.

NEc potest videri Scaurus rudi & huius mali improuidæ ciuitati obrepisse quodã vitæ rudimento. Iam enim L. Crassum Oratorem illum, qui primus peregrini marmoris columnas habuit in eodem Palatio, Hymettias tamē nec plures sex aut longiores duodenū pedum, M. Brutus in iurgiis ob id Venerem Palatinam appellauerat. Nimirū ista omifere moribus victis: frustra q; interdicta quę vetuerant cernentes, nullas potiùs, quàm irritas, esse leges maluerunt. Qui nos sequentur meliores nos esse probabunt. Quis enim tantarum hodie columnarum atrium habet? Sed priùs, quàm de marmoribus dicamus, hominum in iis præferenda dicemus pretia. Antè igitur artifices percensebimus.

Qui primum laudati in marmore scalpendo, & quibus temporibus.

C A P.

I I I I.

MArmore scalpēdo primi omnium inclaruerunt Dipœnus & Scyllis geniti in Creta insula, etiamnum Medis imperantibus, priùsque quàm Cyrus in Persis regnare inciperet, hoc est, Olympiade circiter L. li Sicyonem se contulere, quæ diu fuit officinarum omnium metallorum patria. Deorum quorundam simulacra publicè locauerant Sicyonij, quæ priùs quàm absoluerentur, artifices iniuriam questi abierūt in Ætolos. Protinus Sicyonios fames inuasit ac sterilitas, mœrorque dirus. Remedium petentibus Apollo Pythius affuturum respondit, si Dipœnus & Scyllis Deorū simulacra perfecissent. Quod magnis mercedibus obsequiisque impetratum est. Fuere autem simulacra ea Apollinis, Dianæ, Herculis, Mineruæ, quod è cælo postea tactum est.

Nobilitates operum & artificum in marmore c x x v j. de marmore Pario, & Mausoleo.

C A P. V.

CVm ij essent, iam fuerant in Chio insula Malas sculptor, dein filius eius Micciades, ac deinde nepos Anthermus Chius, cuius filij Bupalus & Anthermus clarissimi in ea scientia fuere, Hipponactis Poëtæ ætate, quem certum est l x. Olympiade fuisse. Quòd si quis horum familiam ad proauum vsque retro agat, inueniet artis eius originem cum Olympiadum origine cœpisse. Hipponacti notabilis fœditas vultus erat: quamobrem

S

imaginem eius lasciua locorum ij propofuere ridentium circulis. Quod Hipponax indi-
 gnatus, amaritudinem carminum distinxit in tantum, vt credatur aliquibus ad laqueum
 eos compulisse: quod falsum est. Complura enim in finitimis insulis simulacra postea fe-
 cere, sicut in Delo, quibus subiecerunt carmen, non vitibus tantum cēseri Chium, sed &
 operibus Anthermi filiorum. Ostendunt & Iasij Dianam manibus eorū factam. Et in ipsa
 Chio narrata est operis eorum Dianæ facies in sublimi posita, cuius vultum intrantes tri-
 stem, exeuntes exhilaratum putant. Romæ signa eorū sunt in Palatina æde Apollinis in
 fastigio, & in omnibus ferè quæ Diuus Augustus fecit. Patris quoque eorum & Deli fue-
 re opera, & in Lesbo insula. Dipœni quidem Ambracia, Argos, Cleone, operibus refertæ
 fuere. Omnes autē tantum candido marmore vsi sunt è Paro insula, quem lapidem cœ-
 pere lychniten appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur, vt autor est Varro,
 multis postea candidioribus repertis, nuper etiam in Lunensium lapidicinis. Sed in Pa-
 riorum mirabile proditur, gleba lapidis vnus cuneis diuidētium soluta, imaginem Sile-
 ni intus extitisse. Nō omittendum, hanc artem tanto vetustiore fuisse, quàm Picturam
 aut Statuariā, quarum vtraque cum Phidia cœpit lxxij. Olympiade, post annos circi-
 ter cccxxij. Et ipsum Phidiam tradunt scalpisse marmora, Veneremque eius esse
 Romæ in Octauiae operibus eximia pulchritudinis. Alcamenē Atheniensem (quod cer-
 tum est) docuit in primis nobilem, cuius sunt opera Athenis complura in ædibus sacris,
 præclaræque Venus extra muros, quæ appellatur Aphrodite ἐν κήποις. Huic summam ma-
 num ipse Phidias imposuisse dicitur. Eiusdem discipulus fuit Agoracritus Parius, ei ætate
 gratus. Itaque è suis operibus pleraque nomini eius donasse fertur. Certauere autē inter
 se ambo discipuli in Venere facienda. Vicitque Alcámenes non opere, sed ciuitatis suf-
 fragiis, cōtra peregrinum suo fauentis. Quare Agoracritus ea lege signum suum vendi-
 disse traditur, ne Athenis esset, & appellasse Nemefim. Id positum est Rhamnunte pago
 Atticæ, quod M. Varro omnibus signis prætulit. Est & in Matris magnæ delubro in ea-
 dem ciuitate Agoracriti opus. Phidiam clarissimum esse per omnes gentes, quæ Iouis
 Olympij famam intelligunt, nemo dubitat: sed vt merito laudari sciant etiam qui opera
 eius non viderunt, proferemus argumenta parua & ingenij tantum. Neque ad hoc Iouis
 Olympij pulchritudine vtemur, non Mineruæ Athenis factæ amplitudine, cum sit ea cu-
 bitorum xxvj. e bore hæc & auro cōstat: sed scuto eius, in quo Amazonum prælium cœ-
 lauit intumescente ambitu parmæ, eiusdem concava parte Deorum & gigantum dimica-
 tionem, in soleis verò Lapitharum & Centaurorum: adeò momenta omnia cōpacta ar-
 tis illius fuere. In base autem quod cælatum est, Pandoras genesin appellauit. Ibi Dij sunt
 xxx. numero nascentes, Victoria præcipuè mirabili. Periti mirantur & serpentem, & sub
 ipsa cuspidè æream sphingem. Hæc sunt obiter dicta de artifice nunquam satis laudato,
 simul vt noscatur illam magnificentiam æqualem fuisse & in paruis. Praxitelis ætatem in-
 ter statuarios diximus, qui marmoris gloria superauit etiam semet. Opera eius sunt Athe-
 nis in Ceramico, sed ante omnia, & nō solum Praxitelis, verum & in toto orbe terrarum
 Venus, quam vt viderent multi, nauigauerunt Gnidum. Duas fecerat, simulq; vendebat,
 alteram velata specie, quam ob id quidem prætulerunt optione, quorum conditio erat,
 Coi, cum alteram etiam eodem pretio detulisset, feuerum id ac pudicum arbitantes: re-
 icctam Gnidij emerunt, immensa differentia famæ. Voluit eam postea à Gnidiis merca-
 ri rex Nicomedes, totum æs ciuitatis alienum, quod erat ingēs, dissoluturum se promit-
 tens. Omnia perpeti maluere, nec immerito. Illo enim signo Praxiteles nobilitauit Gni-
 dum. Ædícula eius tota aperitur, vt conspici possit vndique effigies Deæ, fauente ipsa, vt
 creditur, facto. Nec minor ex quacunque parte admiratio est. Ferunt amore captū quen-
 dam, cum delituisset noctu, simulacro cohæsisse, eiusque cupiditatis esse indicem macu-
 lam. Sunt in Gnido & alia signa marmorea illustrium artificum, Liber pater Bryaxidis, &
 alter Scopæ, & Minerua: nec maius aliud Veneris Praxitelicæ specimen, quàm quod in-
 ter hæc sola memoratur. Eiusdem est & Cupido obiectus à Cicerone Verri, ille propter
 quem Thespiæ visebantur, nunc in Octauiae scolis positus. Eiusdem & alter nudus in Pa-
 rio

rio colonia Propontidis, par Veneri Gnidiæ nobilitate & iniuria. Adamavit enim eum Alchidas Rhodius, atque in eo quoque simile amoris vestigium reliquit. Romæ Praxitelis opera sunt, Flora, Triptolemus, Ceres in hortis Seruilianis, boni Euentus & bonæ Fortunę simulacra in Capitolio: item & Mænades, & quas Thyadas vocant, & Caryatidas, & Sileni in Asinij Pollionis monumentis, & Apollo & Neptunus. Praxitelis filius Cephifodorus rei & artis hæres fuit. Cuius laudatum est Pergami symplegma, signum nobile, digitis corpori veriùs, quàm marmorì, impressis. Romæ eius opera sunt Latona in Palatij delubro: Venus in Asinij Pollionis monumentis: & intra Octaviæ porticus in Iunonis æde Æsculapius ac Diana. Scopæ laus cum his certat. Is fecit Venerem & Pothon & Phaëthontem, qui Samothraciæ sanctissimis cæremoniis coluntur. Item Apollinem Palatinum, Vestam sedentem laudatam in Seruilianis hortis, duasque chametæras circa eam, quarum pares in Asinij monumentis sunt, vbi & Canephorus eiusdem. Sed in maxima dignatione Cn. Domitij delubro in Circo Flaminio Neptunus ipse, & Thetis, atque Achilles, Nereides supra Delphinos & cete & hippocampos sedentes. Item tritones, chorusque Phorci & priestes, ac multa alia marina, omnia eiusdem manus, præclarum opus etiam si totius vitæ fuisset. Nunc verò præter supra dicta, quæque nescimus, Mars est etiamnum sedens colosseus eiusdem in templo Bruti Callaici apud Circum eundem ad Labicanam portam eunti. Prætereà Venus in eodem loco nuda Praxitelicam illam Gnidiã antecedens, & quencunque alium locum nobilitatura. Romæ quidem magnitudo operum eam obliterat, ac magni officiorum negotiorumque acerui omnes à contemplatione talium abducunt, quoniam otiosorum & in magno loci silentio apta admiratio talis est. Qua de causa ignoratur artifex eius quoque Veneris, quam Vespasianus Imperator in operibus Pacis suæ dicauit, antiquorum dignam fama. Par hæsitatio est in templo Apollinis Sosiani, Nioben cum liberis morientem Scopas an Praxiteles fecerit: item Ianus pater in suo templo dicatus ab Augusto ex Ægypto aduectus, vtrius manus sit, iam quidem & auro occultatus. Similiter in Curia Octaviæ quæritur de Cupidine fulmen tenente. Id demum affirmatur, Alcibiadem esse principem forma in eâ ætate. Multa in eadem schola sine autoribus placent. Satyri quatuor, ex quibus vnus Liberum patrem palla velatus humeris præfert: alter Liberum similiter: tertius ploratum infantis cohibet: quartus cratere alterius sitim sedat: duæque Auræ velificantes sua veste. Nec minor quæstio est in Septis, Olympum & Pana Chironemque cum Achille qui fecerint, præsertim cum capitali satisfactione fama iudicet dignos. Scopas habuit æmulos eadem ætate Bryaxin & Timotheum, & Leocharem, de quibus simul dicendum est, quoniam pariter cælauere Mausoleum. Sepulcrum hoc est ab vxore Artemisia factum Mausolo Cariæ regulo, qui obiit Olympiadis centesimæ anno secundo. Opus id vt esset inter septem miracula ij maximè artifices fecere: Patet ab Austro & Septentrione sexagenos ternos pedes, breuius à frontibus, toto circuitu pedes quadringentos xj. attollitur in altitudinem xxv. cubitis: cingitur columnis xx xvj. Ab Oriente cælauit Scopas, à Septentrione Bryaxis, à Meridie Timotheus, ab Occasu Leochares. Priùsque quàm peragerent, regina Artemisia, quæ mariti memoriæ id opus extrui iusserat, obiit. Non tamen recesserunt, nisi absoluto iam, id gloriæ ipsorum artisque monumentum iudicantes: hodièque certant manus. Accessit & quintus artifex. Nanque supra pteron pyramis altitudine inferiorem æquauit, xxiiij. gradibus in metæ cacumen se contrahens. In summo est quadriga marmorea, quam fecit Pythis. Hæc adiecta cxl. pedum altitudine totum opus includit. Timothei manu Diana Romæ est in Palatio, Apollinis delubro, cui signo caput reposuit Aulanius Euander. In Magna admiratione est & Hercules Menestrati: & Hecate Ephesi in templo Dianæ post ædem, in cuius contemplatione admo-^a Pol. Heicold

tant. Nam Myronis illius, qui in ære laudatur, anus ebria est Smyrnæ in primis incluta. Pollio Asinius, vt fuit acris vehementiæ, sic quoque spectari monumenta sua voluit. In

iis sunt Centauri nymphas gerentes Archesitæ, Thespiades Cleomenis, Oceanus & Iupiter Entochi, Hippiades Stephani, Hermerotes Taurisci, non cælatoris illius, sed Tralliani. Iupiter hospitalis Pamphili praxitelis discipuli. Zetus & Amphion ac Dirce & taurus, vinculumque ex eodem lapide, Rhodo aduecta opera a pollonij & Taurisci. Parentum ij certamen de se fecere. Menecratē videri professi, sed esse naturalem Artemidorū. Eodem loco Liber pater Euty chidis laudatur: ad Octauia verò porticum a pollo Philisci Rhodij in delubro suo. Item Latona & Diana, & Musæ noue, & alter a pollo nudus. Eum, qui citharam in eodem templo tenet, Timarchides fecit. Intra Octauia verò porticus in æde Iunonis ipsam Deam Dionysius & polycles: aliam Venerem eodem loco Philiscus. Cætera signa Praxiteles. Item polycles & Dionysius Timarchidis filij Iouem, qui est in proxima æde, fecerunt. Pana & Olympum luctantes, eodem loco Heliodorus, quod est alterum in terris symplegma nobile: Venerem lauante m sese. Dædalum stantē Polycharmus. Ex honore apparet in magna autoritate habitum Lysia opus, quod in Palatio super arcum Diuus Augustus honori Octauij patris sui dicauit in ædícula columnis adornata. Id est quadriga currusque, & a pollo ac Diana ex vno lapide. In hortis Seruilianis reperio laudatos, Calamidis a pollinem illius cælatoris, Dactylidis Pythias, Amphistrati Callisthenem historiarum scriptorem. Deinde multorū obscurior fama est, quorundā claritati in operibus eximiis obstante numero artificum, quoniam nec vnus occupat gloriā, nec plures pariter nuncupari possunt, sicut in Laocoonte, qui est in Titi Imperatoris domo, opus omnibus & picturæ & statuariæ artis præferendum. Ex vno lapide eum & liberos draconumque mirabiles nexus de consilij sententia fecere summi artifices a gefander & Polydorus & a thenodorus Rhodij. Similiter Palatinas domos Cæsarum repleuere probatissimis signis Craterus cū Pythodoro, polydectes cum Hermolao, pythodorus alius cum Artemone, & singularis a phrodicius Trallianus. Agrippæ pantheū decorauit Diogenes Atheniensis: & Caryatides in columnis templi eius probantur inter pauca operum: sicut in fastigio posita signa, sed propter altitudinem loci minus celebrata. In honore est, nec in templo vlllo Hercules, ad quem Pœni omnibus annis humana sacrificauerunt victima, humi stans, ante aditum porticus ad nationes: Sitæ fuere & Thespiades ad ædem Felicitatis, quarum vnam adamauit eques Romanus Iunius Pisciculus, vt tradit Varro: admiratur & Pasiteles, qui & quinque volumina scripsit nobilium operum in toto orbe. Natus hic in Græciæ Italiae ora, & ciuitate Romana donatus cum iis oppidis, Iouem fecit eburneum in Metelli æde, quæ campus petitur. Accidit ei, cū in naualibus, vbi feræ Africanæ erant per caueam intuens leonem cælaret, vt ex alia cauea panthera erumperet, non leui periculo diligentissimi artificis. Fecisse opera complura dicitur: sed quæ fecerit, nominatim nō refertur. Arcesilaum quoque magnificat Varro, cuius se marmoream habuisse lænam tradit, aligerosque ludetes cum ea Cupidines, quorum alij religatam tenerent, alij è cornu cogere bibere, alij calcearent foccis, omnes ex vno lapide. Idem & a Coponio xii ij. nationes, quæ sunt circa Pompeij, factas autor est. Inuenio & Canachum laudatum inter statuarios, fecisse marmorea. Nec Sauron atq; Batrachum obliterari conuenit, qui fecere templa Octauia porticibus inclusa, natione ipsi Lacones. Quidā & opibus præpotentes fuisse eos putant, ac sua impensa construxisse, inscriptionem sperantes. Qua negata, hoc tamen alio loco & modo vsurpasse. Sunt certè etiam nū in columnarum spiris insculpta nomina eorum argumento, rana atq; lacerta. In Iouis æde extitisse picturam, cultusque reliquos omnes scemineis argumentis constat. Etenim facta Iunonis æde cū inferrentur signa, permutasse geruli traduntur: & id religione custoditum, velut ipsis Diis sedem ita partitis. Ergo & in Iunonis æde cultus est, qui Iouis esse debuit. Sunt & in paruis marmoreis famam consecuti, Myrmecides, cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis musca: & Callicrates, cuius formicarum pedes atque alia membra peruidere non est.

Quando

Quando primum marmorum in ædificiis usus, & quis primus Romæ crustauerit parietes, & quibus atatibus quæque marmora in usum venerint, & quis primus marmora secuerit, & ratio secandi: de harena.

C A P.

V I.

HÆc sint dicta de marmorum sculptoribus, summâque claritate artificum: quo in tractatu subit mentem non fuisse tum autoritatē maculoso marmori: fecere è Thasio, Cycladum insularum, æquè & è Lesbio: liuidius hoc paulo. Versicolores quidem maculas, & in totum marmorum apparatus Menander etiam diligentissimus luxurię interpretis, primus & rarò attigit. Columnis demum utebantur in templis, nec lautitię causa (nondum enim ista intelligebantur) sed quia firmiores aliter statui non poterant. Sic est inchoatum Athenis templū Iouis Olympij, ex quo Sylla Capitolinis ædibus aduexerat columnas. Fuit tamen inter lapidem atque marmor differentia iam & apud Homerum. Dicit enim Paridis os marmoreo faxo percussum: sed hætenus, regias quoq; domos cum laudatissimè præter æs, aurum, electrum, argentum, ebore tantum adornans. Primum (ut arbitror) versicolores istas maculas Chiorum lapidicinæ ostenderunt, cum extruerent muros, faceto in id M. Ciceronis sale: omnibus enim ostentabant, ut magnificum. Multo, inquit, magis mirarer, si Tiburtino lapide fecissetis. Et Hercules non fuisset picturæ honos ullus, non modò tātus, in aliqua marmorum autoritate. Secandi marmor in crustas nescio an Cariæ fuerit inuentum. Antiquissima, quod equidem inueniã, Halicarnassi Mausoli domus Proconnesio marmore exulta est, lateritiis parietibus. Is obiit Olympiadis c. anno ij. vrbis Romæ anno cc ci j. Primū Romæ parietes crusta marmoris operuisse totius domus suæ in Cælio monte Cornelius Nepos tradidit Mamurram Formiis natum, equitem Romanum, præfectum fabrorū C. Cæsaris in Gallia. Neque indignatio sit tali autore inuenta re. Hic nanq; est Mamurra Catulli Veronensis carminibus profcissus, quem, ut res est, domus ipsius clarius, quàm Catullus, dixit habere, quicquid habuisset Comata Gallia. Nanque adiecit idem Nepos, eum primum totis ædibus nullam nisi è marmore columnam habuisse, omnes solidas è Carystio aut Lunensi. Denique M. Lepidus Catuli in Consulatu collega, primus omnium limina ex Numidico marmore in domo posuit magna reprehensione. Is fuit Consul anno vrbis dclxvj. Hoc primū inuecti Numidici marmoris vestigium inuenio, nō in columnis tantū crustisve, ut Mamurra Carystium posuit, sed in massa ac vilissimo liminum vsu. Post hunc Lepidū fermè quadrien-
nio L. Lucullus Consul fuit, qui nomen (ut apparet ex re) Luculleo marmori dedit, admodum deletatus illo, primusq; Romā inuexit, atrum alioqui, cum cætera maculis aut coloribus commendentur. Nascitur autem in Nili insula, solūmque penè horū marmorum ab amatore nomen accepit. Inter hos primum (ut arbitror) marmoreos parietes habuit scena M. Scauri, non faciliè dixerim sectos, an solidis glebis positos, sicuti est hodie Iouis tonantis ædes in Capitolio. Nondum enim secti marmoris vestigia inuenerat Italia. Sed quisquis primū inuenit secare, luxuriãque diuidere, importuni ingenij fuit. Harena hoc fit, & ferro videtur fieri, serra in prætenui linea premente harenas, versandoq; tractu ipso secante. Æthiopica hæc maximè probatur. Nam id quoque accessit, ut ad Æthiopas vsque peteretur, quod faceret marmora: imò verò etiam in Indos, vnde margaritas quoque peti seueris moribus indignum erat. Hæc proximè laudatur. Mollior tamen, quæ Æthiopica. Illa nulla scabritie secat. Indica non æquè læuigat: sed ea combusta polientes marmora fricare iubentur. Simile & Naxiæ vitium est, & Coptidi, quæ vocatur Ægyptia. Hæc fuere antiqua genera marmoribus secandis. Postea reperta est harena nō minus probanda, ex quodam Adriatici maris vado, æstu nudante, obseruatione non facili. Iam quidem quacunque harena secare è fluuiis omnibus fraus artificum ausa est: quod dispēdium admodum pauci intelligunt. Crassior enim harena laxioribus segmentis terit, & plus erodit marmoris, maiusque opus scabritia polituræ relinquit. Ita sectæ attenuantur crustæ:
Rursusque Thebaica polituris accommodatur, & quæ sit è poro lapide aut è pumice:

^a Ios. Scal.
quem Metro-
dorus Scepsius
clarius.

^b Ios. Scal.
idem Nepos
expungit

^c secaret

De Naxio, & Armenio, & de generibus marmorum.

CAP. VII.

Signis è marmore poliendis, gemmisque etiam scalpendis atque limandis Naxium diu placuit ante alia: ita vocantur cotes in Cypro insula genitæ. Vicere postea ex Armenia vectæ. Marmorum genera & colores non attinet dicere in tanta notitia: nec facile est enumerare in tanta multitudine. Quoto quoque enim loco non suum marmor inuenitur? Et tamen celeberrimi generis dicta sunt in ambitu terrarum cum gentibus suis. Non omnia tamen in lapidicinis gignuntur, sed multa & sub terra sparsa. Pretio sissimi quidem generis Lacedæmonium viride, cunctisque hilarius. Sic & Augustum, ac deinde Tiberium, in Ægypto Augusti ac Tiberij primùm principatu reperta. Differentiaque eorum est ab ophite, cum sit illud serpentium maculis simile, unde & nomen accepit, quod hæc maculas diuerso modo colligunt, Augustum vndatim crispum in vertices, Tiberium sparsim conuoluta canitie. Neque ex ophite columnæ, nisi parvæ admodum, inueniuntur. Duo eius genera, molle candidum, nigricans durum. Dicuntur ambo capitis dolores sedare adalligati, & serpentium ictus. Quidam phreneticis ac lethargicis adalligari iubent candicantem. Contra serpentes autem à quibusdam laudatur præcipuè ex his, quem tephriâ appellant, à colore cineris. Vocatur & Memphites à loco, gemmantis naturæ. Huius usus conteri, & iis, quæ vrenda sint aut secanda, ex aceto illini. Obstupescit ita corpus, nec sentit cruciatum. Rubet porphyrites in eadem Ægypto: ex eo candidis interuenientibus punctis, leucostictos vocatur. Quantislibet molibus cedendis sufficiunt lapidicinæ. Statuas ex eo Cl. Cæsari procurator eius in urbem ex Ægypto aduexit Triarius Pollio, non admodum probata nouitate. Nemo certè postea imitatus est. Inuenit eadem Ægyptus in Æthiopia, quæ vocant basalten, ferrei coloris atque duritiæ. Unde & nomen ei dedit. Nunquam hic maior repertus est, quam in templo Pacis ab Imperatore Vespasiano Augusto dicatus: argumento Nili xv j. liberis circa ludentibus, per quos totidem cubiti summi incrementi augentis se amnis intelliguntur. Non ab similis illi narratur in Thebis delubro Serapis, ut putant, Memnonis statua dicatus: quem quotidiano Solis ortu cõtactum radiis, crepare dicunt. Onychem etiam tum in Arabiæ montibus, nec vsquam aliubi, nasci putauere nostri veteres: Sudines in Germania. Potoriis primùm vasis inde factis, dein pedibus lectorum sellisque, Cornelius Nepos tradit fuisse magno miraculo, cum P. Lentulus Spinter amphoras ex eo Chiorum magnitudine cadorum ostendisset: post quinquennium deinde triginta duorum pedum longitudine columnas vidisse se. Variatum in hoc lapide postea est. Nanque pro miraculo in signi, quatuor modicas in theatro suo Cornelius Balbus posuit. Nos ampliores triginta vidimus in cœnatione, quam Callistus Cæsaris Claudij libertorum potentia notus sibi exædificauerat.

De alabastrite, & Lygdino, & Alabandico.

CAP. VIII.

Hunc aliqui lapidem alabastriten vocant, quem cauant ad vasa vnguentaria, quoniam optimè seruare incorrupta dicitur. Idem & vltus emplastris conuenit. Nascitur circa Thebas Ægyptias, & Damascum Syriæ. Hic cæteris candidior. Probatissimus verò in Carmania, mox in India: iam quidem & in Syria Asiaque. Vilissimus autem & sine vllò nitore in Cappadocia. Probantur quàm maximè mellei coloris, in vertice maculosi atque non translucidi. Vitia in iis corneus color aut candidus, & quicquid simile vitro est. Paulum distare ab eo in vnguentorum fide multi existimant Lygdinos in Tauro repertos, amplitudine, qua lances craterasque non excedant, antea ex Arabia tantum aduehi solitos, candoris eximij. Magnus & duobus contrariæ inter se naturæ honos: Coralitico in Asia reperto, mensuræ non vltra bina cubita, candore proximo eborei & quadam similitudine. E diuerso niger est Alabandicus terræ suæ nomine, quanquam & Miletî nascens, ad purpuram tamen magis aspectu declinante. Idemque liquatur igni, ac funditur ad usum vitri. Thebaicus interinctus aureis guttis, inuenitur in Africa parte Ægypto adscriptæ, coticulis ad terenda collyria quadam vtilitate naturali conueniens.

niens. Circa Syenen verò Thebaidis Syenites, quem ante pyrrhopœcilon vocabat. Tra-
bes ex eo fecere reges quodam certamine, obeliscos vocantes, Solis numini sacros. Ra-
diorum eius argumentum in effigie est, & ita significatur nomine Ægyptio. Primus om-
niū id instituit Mitres, qui in Solis vrbe regnabat, somnio iussus: & hoc ipsum inscri-
ptum est in eo. Etenim sculpturæ illæ effigiesque, quas videmus, Ægyptiæ sunt literæ.
Posteà & alij regum in supra dicta vrbe, Sochis quatuor numero, quadragenū octonū
cubitorum longitudine: Ramises autem is, quo regnante Ilium captum est, quadraginta
cubitorum. Idem digressus inde, vbi fuit Mneuidis regia, posuit alium, longitudine vnde-
cenis pedibus, per latera cubitis quatuor.

De obelisco Thebaico, & Alexandrino, & de illo qui est in Circo magno.

C A P.

I X.

Opus id fecisse dicuntur xx. m. hominum. Ipse rex, cum subrecturus esset, verereturq;
ne machinæ ponderi non sufficerent, quò maius periculum curæ artificum denūtia-
ret, filium suum adalligauit cacumini, vt salus eius apud molientes prodesset lapidi. Hac
admiratione operis effectum est, vt cum oppidum id expugnaret Cambyses rex, vêtūm-
que esset incendio ad crepidines obelisci, extingui ignem iuberet molis reuerentia, qui
vrbs nullam habuerat. Sūt & alij duo, vnus à Smarre positus, alter ab Eraphio sine notis,
quadragenū octonū cubitorum. Alexandria statuit vnum octoginta cubitorum Ptole-
mæus Philadelphus, quem exciderat Nectabis rex purum: maiusq; opus fuit in deuehen-
do statuendò ve multo, quàm in excidendo. A Satyro architecto aliqui deuectum tradūt
rate: Callixenus à Phœnice, fossa perducta vsque ad iacentem obeliscum è Nilo. Nouesq;
duas in latitudinem patulas, pedibus ex eodem lapide ad rationem geminati per dupli-
cem mensuram ponderis oneratas. ita vt subirent obeliscum pendente extremitatibus
suis in ripis vtrinq;: posteà egestis laterculis alleuatas naues excepisse onus statutum. Ex-
cisos autem sex tales in monte eodem, & artificem donatum talentis quinquaginta. Hic
autem obeliscus fuit in Arsinoë positus à rege suprà dicto, munus amoris in coniuge, ea-
démque sorore Arsinoë. Inde eum naualibus incommodum Maximus quidã præfectus
Ægypti transtulit in forum, reciso cacumine, dum vult fastigium adderre auratum, quod
posteà omisit. Et alij duo sunt Alexandria in portu ad Cæsaris templum, quos excidit
Mesphees rex quadragenū binū cubitorū. Super omnia accessit difficultas mari Romam
deuehendi, spectatis admodū nauibus. Diuus Augustus priorem aduexerat, miraculique
gratia Puteolis naualibus perpetuis dicauerat: sed incendio consumpta est. Diuus Clau-
dius aliquot per annos asseruatã, qua Caius Cæsar importauerat, omnibus quæ vnquam
in mari visæ sunt, mirabiliorem, turribus Puteolano ex puluere exædificatis, perductam
Ostiam, portus gratia merfit: alia ex hoc cura nauium, quæ Tiberi subuehant. Quo expe-
rimento patuit, nō minus aquarum huic amni esse, quàm Nilo. Is autem obeliscus, quem
Diuus Augustus in Circo magno statuit, excisus est à rege Semneferteo, quo regnante
Pythagoras in Ægypto fuit, centum viginti quinque pedum, & dodrantis, præter basim e-
iusdē lapidis: is verò, qui est in campo Martio, nouem pedibus minor, à Sefostride. Inscri-
pti ambo rerum naturæ interpretationem Ægyptiorum opera philosophiæ continent.

De illo, qui est in campo Martio pro gnomone.

C A P.

X.

EI qui est in campo, Diuus Augustus addidit mirabilem vsū ad deprehendendas so-
lis vmbas, dierumque ac noctium magnitudines, strato lapide ad obelisci magnitudi-
nem, cui par fieret vmbra Romæ confecto die sexta hora, paulatimq; per regulas (quæ
sunt ex ære inclusæ) singulis diebus descresceret, ac rursus augesceret, digna cognitu res
& ingenio fœcundo. Manlius Mathematicus apici auratam pilam addidit, cuius vertice
vmbra colligeretur in semetipsam, alia atque alia incrementa iaculantē apice, ratione (vt
ferunt) à capite hominis intellecta. Hæc obseruatio triginta iam ferè annis non congruit,
siue Solis ipsius dissono cursu, & cæli aliqua ratione mutato, siue vniuersa tellure aliquid
à centro suo dimota, vt deprehēdi & in aliis locis accipio, siue vrbs tremoribus, ibi tan-

tum gnomone intorto, siue inundationibus Tiberis sedimento molis facto: quanquam ad altitudinem impositæ rei, in terram quoque dicantur iacta fundamenta.

De tertio obelisco Romæ in Vaticano.

C A P. X I.

Tertius Romæ in Vaticano, Caij & Neronis principû Circo, ex omnibus vnus omnino fractus est in molitione, quem fecerat Sesostridis filius Nuncoreus. Eiusdem remanet & alius c. cubitorum, quem post cæcitatem visu reddito, ex oraculo Soli sacrauit.

De pyramidibus Ægyptiis, & sphinge.

C A P. X I I.

Dicantur obiter & pyramides in eadem Ægypto, regum pecuniæ otiosa ac stulta ostentatio. Quippe cum faciendi eas causa à plerisque tradatur, ne pecuniam successoribus aut æmulis insidiantibus præberent, aut ne plebs esset otiosa. Multa circa hoc¹⁰ vanitas illorum hominum fuit, vestigiâque complurium inchoatarum extant. Vna est in Arfinoite nomo, duæ in Memphite, non procul labyrintho, de quo & ipso dicemus. Totidem vbi fuit Mæridis lacus, hoc est, fossa grandis. Sed Ægyptus inter mira ac memoranda narrat harum cacumina extrema, quæ eminere dicuntur. Reliquæ tres, quæ orbem terrarum impleuere fama, sanè conspicuæ vndique annauigâtibus, sitæ sunt in parte Africæ monte faxeo sterilique inter Memphim oppidum, & quod appellari diximus Delta, à Nilo minus quatuor millia passuum, à Memphi sex, vico apposito, quem vocant Busirin, in quo sunt assueti scandere illas. Ante has est sphinx, vel magis miranda, quasi syluestre numen accolentium. Amasin regem putât in ea conditum, & volunt inuectam videri. Est autem faxo naturali elaborata, & lubrica. Capitis monstri ambitus per frontem centum duos pedes colligit, lōgitudo pedû c x l i j. est, altitudo à vêtre ad summum apicem in capite l x i j. Sed pyramis amplissima ex Arabicis lapicidinis constat. Trecenta l x. hominû millia annis x x. eam construxisse produntur. Tres verò factæ annis l x x v i i j. & mensibus i i i j. Qui de iis scripserint, sunt Herodotus, Euhemerus, Duris Samius, Aristagoras, Dionisius, Artemidorus, Alexander Polyhistor, Butorides, Antisthenes, Demetrius, Demoteles, Apion. Inter omnes eos non cōstat à quibus factæ sint, iustissimo casu oblitteratis tantæ vanitatis autoribus. Aliqui ex his prodiderunt, in raphanos, & allium ac cæpas mille octingenta talenta erogata. Amplissima octo iugera obtinet foli, quatuor angulorû paribus interuallis, per octingentos octogintatres pedes singulorum laterum, latitudo à cacumine pedes x x v. Alterius interualla singula per quatuor angulos pares³⁰ d c c x x x v i j. comprehendunt. Tertia minor prædictis, sed multo spectatior, Æthiopicis lapidibus assurgit c c l x i i j. pedibus inter angulos. Vestigia ædificationum nulla extant. Harena latè pura circum, lentis similitudine, qualis in maiori parte Africæ. Quæstionum summa est, quānā ratione in tantā altitudinem subuecta sint cémenta. Alij enim nitro ac sale adaggeratis cū crescente opere, ac peracto fluminis irrigatione dilutis: alij lateribus è luto factis extructos pontes, peracto opere in priuatas domos distributos. Nilum enim non putant rigare potuisse multo humiliorem. In pyramide maxima est intus puteus octogintafex cubitorum, flumen illò admissum arbitrantur. Mensuram altitudinis earum omniumque similium deprehendere, inuenit Thales Milesius vmbra metiēdo, qua hora par esse corpori solet. Hæc sunt pyramidû miracula: supremûque illud, ne quis⁴⁰ regum opus miretur, minimā ex his, sed laudatissimam, à Rhodope meretricula factam. Æsopi fabularum Philosophi conserua quondā & contubernalis hæc fuit, maiore miraculo tantas opes meretricio esse conquisitas quæstu. Magnificatur & alia turris, à rege facta in insula Pharo, portum obtinente Alexandriæ, quam constitisse octingentis talentis tradūt: magno animo, ne quid omittamus, Ptolemæi regis, quod in ea permiserit Sottrati Gnidij architecti structuræ ipsius nomen inscribi. Vfus eius, nocturno nauium cursui ignes ostendere, ad prænuntianda vada, portusque introitum: sicut iam tales compluribus locis flagrant, vt Puteolis ac Rauennæ. Periculû in corruatione ignium ne sidus existimetur, quoniam è longinquo similis flammæ aspectus est. Hic idem architectus primus omnium pensilem ambulationem Gnidi fecisse traditur.

De labyrinthis, Ægyptio, Lemnio, Italico.

CAP. XIII.

Dicamus & labyrinthos, vel portentosissimū humani ingenij opus, sed non (vt existimari potest) falsum. Durat etiam nunc in Ægypto in Heracleopolite nomo qui primus factus est ante annos, vt tradunt, III M D C. a Petefuco rege, siue Tithoë. Quanquā Herodotus totum opus regum esse dicit, nouissimāque Psammetichi. Causam faciendi variè interpretantur. Demoteles regiam Motherudis fuisse, Lycias sepulcrum Mœridis, plures Soli sacrum id extructum, quod maximè creditur. Hinc vtiq; sumpsisse Dedalum exemplar eius labyrinthi, quem fecit in Creta, non est dubium, sed centesimam tantum portionem eius imitatum, quæ itinerum ambages occursusq; ac recursus inexplicabiles
 10 continet: non (vt in pauimentis puerumve ludicris campestribus videmus) breui lacinia millia pass. plura ambulationis continentem, sed crebris foribus inditis ad fallendos occursus, redeundūque in errores eosdem. Secūdus hic fuit ab Ægyptio labyrinthus: tertius in Lemno: quartus in Italia. Omnes lapide polito fornicibus tecti: Ægyptius (quod miror equidem) introitu columnisq; reliquis è molibus compositis, quas dissoluere ne secula quidem possint, adiuuantibus Heracleopolitis, qui id opus inuisum mirè infestauere. Positionem operis eius singulasque partes enarrare non est, cum sit in regiones diuisum, atque in præfecturas (quas vocant nomos) sedecim, nominibus earum totidē vastis domibus attributis: præterea templa omnium Ægypti Deorum contineat, superque Nemeses quindecim ædiculis incluserit pyramides complures quadragenarum vlnarū,
 20 senos radice muros obtinentes. Fessli iam eundo perueniunt ad viarum illum inexplicabilem errorē. Quin & cœnacula prius excelsa, porticusq; ascenduntur nonagenis gradibus omnes: intus columnæ de porphyrite lapide, Deorum simulacra, regum statua, monstrificæ effigies. Quarundam autem domorum talis est situs, vt adaperientibus fores, tonitruum intus terribile existat. Maiore autem in parte transitus est per tenebras: aliæque rursus extra murum labyrinthi ædificiorum moles, pteron appellāt. Inde aliæ perfossis cuniculis subterraneæ domus. Refecit vnus omnino pauca ibi Circammon spado Nectabis regis, ante Alexandrum Magnum annis quingentis. Id quoque traditur, fulsisse trabibus spinæ oleo incoctæ, dum fornices quadrati lapidis assurgerent. De Ægyptio & Cretico labyrinthis, satis dictum est. Lemnius similis illis, columnis tantum centum quadra-
 30 ginta mirabilior fuit: quarum in officina turbines ita librati pependunt, vt puero circumagente tornarentur. Architecti illū fecere Zmilus & Rholus, & Theodorus indigena. Extantque adhuc reliquiæ eius, cum Cretici Italicique nulla vestigia extēt. Namq; & Italicum dici conuenit, quem fecit sibi Porsena rex Hetruriæ sepulcri causa, simul vt externorum regum vanitas quoque ab Italis superaretur. Sed cum excedat omnia fabulofitas, vt emur ipsius M. Varronis in expositione eius verbis: Sepultus est, inquit, sub vrbe Clusio, in quo loco monumentū reliquit lapide quadrato: singula latera pedum lata tricentū, alta quinquagenū: inque basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem: quo si quis improperet sine glomere lini, exitum inuenire nēqueat. Supra id quadratū pyramides stant quinque, quatuor in angulis, in medio vna, in imo latæ pedum septuagenū
 40 quinū, altæ centum quinquagenum: ita fastigiata, vt in summo orbis æneus & petasus vnus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula, quæ vëto agitata, longè sonitus referant, vt Dodonæ olim factum. Supra quem orbē quatuor pyramides insuper singulæ extant altæ pedum centenum. Suprà quas vno solo quinque pyramides, quarum altitudinem Varronem pudit adicere. Fabulæ Hetruscæ tradunt, eandē fuisse, quam totius operis: adeò vesana dementia quæsisse gloriam, impendio nulli profuturo. Præterea fatigasse regni vires, vt tamen laus maior artificis esset.

De pensili horto & oppido, & templo Diana Ephesia.

CAP. XIII.

Legitur & pensilis hortus, imò verò totum oppidum Ægyptiæ Thebæ, exercitus armatos subter educere solitis regibus, nullo oppidanorum sentiente. Etiamnum hoc
 50 minus mirum, quàm quod flumine medium oppidum interfluente. Quæ si fuissent, non

dubium est Homerum dicturum fuisse, cum centum portas ibi prædicaret. Magnificentia vera admiratio extat templum Ephesiæ Dianæ ducentis viginti annis factum à tota Asia. In solo id palustri fecere, ne terræ motus sentiret, aut hiatus timeret. Rursus ne in lubrico atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur, calcatis ea substruere carbonibus, dein velleribus lanæ. Vniuerso templo longitudo est ccccxv. pedum, latitudo ducentorum viginti, columnæ centum viginti septem à singulis regibus factæ, lx. pedum altitudine: ex iis xxxvj. cælata, vna à Scopa. Operi præfuit Chersiphron architectus.

^a Cuiac. hero nibus. Summa miracula, epystilia tantæ molis attolli potuisse. Id consecutus est ille ^a peronibus harena plenis, molli puluino super capita columnarum exaggerato, paulatim exinaniens imos, vt sensim totum insideret. Difficillimè hoc contigit in limine ipso, quod foribus imponebat. Etenim ea maxima moles fuit: nec sedit in cubili, anxio artifice mortis destinatione suprema. Traduntq; in ea cogitatione fessum nocturno tempore in quiete vidisse præsentem Deam, cui templum fiebat, hortantem vt viueret: se composuisse lapidem, atque ita postero die apparuit, ponderèque ipso correctus videbatur. Cætera eius operis ^b specimen ornamenta plurium librorum instar obtinent, nihil ad speciem naturæ pertinentia.

De delubro Cyzici, & lapide fugituo, & de Echo septies resonante, & de ædificio sine clauo, & mirabilia ædificiorum Romæ.

C A P. X V.

DVrat & Cyzici delubrum, in quo filum aureum commissuris omnibus politi lapidis subiecit artifex, eburneum Iouem dicaturus intus, coronante eum marmoreo Apolline. Tralucet ergo iuncturæ tenuissimis capillamentis, lenique afflatu simulacra refouente, præter ingenium artificis ipsa materia, quamuis occulta, in pretio operis intelligitur. Eodem in oppido est lapis, fugitiuus appellatus: Argonautæ eo pro anchora vsi, ibi reliquerant. Hunc è Prytaneo (ita vocatur locus) sæpe profugum fixere plûbo. Eadem in vrbe iuxta portam quæ Thracia vocatur, turres vij. acceptas voces numerosiore percussu multiplicant: noménque huic miraculo Echo est à Græcis datum. Et hoc quidem natura locorum euenit, & plerunque conuallium: ibi casu accidit: Olympiæ autem arte, mirabili modo, in porticu quam ob id heptaphonon appellât, quoniam septies eadem vox redditur. Cyzici & buleuterion vocât ædificium amplum, sine ferreo clauo, ita disposita contignatione, vt eximântur trabes sine fulturis, ac reponantur. Quod item Romæ in ponte Sublicio religiosum est, posteaquam Coclite Horatio defendente ægrè reuulsus est. Verùm & ad vrbis nostræ miracula transire conueniat, nongentorumq; annorum dociles scrutari vires, & sic quoq; terrarum orbem victum ostèdere: quod accidisse toties penè, quot referentur miracula, apparebit. vniuersitate verò aceruata, & in quendam vnum cumulum coniecta, non alia magnitudo exurget, quàm si mundus alius quidam in vno loco narretur. Nam vt Circum maximum à Cæsare Dictatore extructû longitudine stadiorum trium, latitudine vnus, sed cum ædificiis iugerum quaternum, ad sedem cclx. millium inter magna opera dicamus, nónne inter magnifica basilicam Pauli columnis è Phrygibus mirabilem, forumq; Diui Augusti, & templum Pacis Vespasiani Imperatoris Augusti, pulcherrima operû, quæ vnquam: Pantheon Ioui Vltori ab Agrippa factum, cum treatrum antè texerit Romæ Valerius Ostiensis architectus ludis Libonis? Pyramides regum miramur opera, cum solum tantum foro extruendo H-s millies Cæsar Dictator emerit: & si quidem impensæ mouent captos auaritia animos, P. Clodius, quem Milo occidit, sestertium centies & quadragies octies domo empta habitauerit: quod equidè non fecus, ac regum insaniam, miror. Itaque & ipsum Milonem sestertium septingenties æris alieni debuisse, inter prodigia animi humani duco. Sed tunc senes aggeris vastum spatium, & substruções insanas Capitolij mirabantur: præterea cloacas, operum omnium dictu maximum, suffossis montibus, atque (vt paulò antè retulimus) vrbe pensili, subtérque nauigata. A.M. Agrippa in Ædilitate post Consulatum, per meatus corruati vij. amnes, cursuque præcipiti torrentium modo rapere atque auferre omnia coacti, insuper mole imbrium concitati, vada ac latera quatunt: aliquando Tiberis

beris retro infusi recipiunt fluctus: pugnantque diuersi aquarum impetus intus: & tamē obnixa firmitas resistit. Trahuntur moles internæ tantæ, nō succumbētibus causis operis: pulsant ruinæ sponte præcipites, aut impactæ incendiis: quatitur: solū terræ motibus: durant tamen à Tarquinio Prisco annis d c c c. propè inexpugnabiles: non omittendo memorabili exemplo, vel eo magis, quoniam celeberrimis rerum cōditoribus omissum est: cum id opus Tarquinius Priscus plebis manibus faceret, essetque labor incertum longior an periculosior, passim conscita nece Quiritibus tædium fugientibus, nouum & inexcogitatum antea posteaque remedium inuenit ille rex, vt omnium ita defunctorum figeret crucibus corpora spectanda ciuibus, simul & feris volucribusq; laceranda. Quamobrem pudor Ro. nominis proprius, qui sæpe res perditas seruauit in præliis, tunc quoq; subuenit, sed illo tempore imposuit, tum erubescens cum puderet viuos, tanquam puditurum esset extinctos. Amplitudinem cauis eam fecisse proditur, vt vehem fœni largè onustam transmitteret. Parua sunt cuncta, quæ diximus, & omnia vni comparanda miraculo, antequam noua attingam, M. Lepido, Q. Catulo Consulibus, vt cōstat inter diligentissimos autores, domus pulchrior nō fuit Romæ, quàm Lepidi ipsius. At hercule intra annos xxxv. eadem centesimum locum non obtinuit. Cōputet in hac æstimatione, qui volet, marmorum molem, opera pictorum, impendia regalia, & cum pulcherrima laudatissimæque certantes centum domos, posteaque eas ab innumerabilibus aliis in hunc diē victas. Profectò incendia puniunt luxum: nec tamen effici potest, vt mores aliquid ipso homine mortalius intelligant. Sed eas omnes duæ domus vicerunt. Bis vidimus vrbe totam cingi domibus principum, Caij & Neronis, & huius quidem (ne quid deesset) aurea. Nimirum sic habitarunt illi, qui hoc imperium fecere, tantas ad vincendas gentes triumphosque referendos ab aratro aut foco exeuntes, quorum agri quoque minorem modum obtinuerunt, quàm cellaria istorum. Subit verò cogitatio, quota portio harū fuerint aræ illæ; quas inuicē Imperatoribus decernebant publicè ad exædificandas domos: summusque illarum honos erat, sicut in L. Valerio Publicola, qui primus Consul fuit cum L. Bruto, post tot merita, & fratre eius, qui bis in eodem magistratu Sabinos deuicerat, adiici decreto, vt domus eorum fores extrà aperirentur, & ianua in publicum reiceretur. Hoc erat clarissimum insigne inter triumphales quoq; domos. Non patiemur duos Caios, vel duos Neronis ne hac quidem gloria famæ frui: docebimurque etiam insaniam eorum victam priuatis operibus M. Scauri, cuius nescio an Ædilitas maximè prostrauerit mores ciuiles, maiusque sit Syllæ malum, tãta priuigni potentia, quàm proscriptio tot millium. Hic fecit in Ædilitate sua opus maximum omnium, quæ vnquam fuere humana manu facta, non temporaria mora, verum etiam æternitatis destinatione. Theatrum hoc fuit. Scena ei triplex in altitudinem c c l x. columnarum, in ea ciuitate quæ sex Hymettias non tulerat sine probro ciuis amplissimi. Ima pars scenæ è marmore fuit, media è vitro, inaudito etiam postea genere luxuriæ. Summæ tabulis inauratis columnæ, vt diximus: imæ duodequadragenum pedum. Signa ærea inter columnas, vt indicauimus, fuerunt tria millia numero. Cauea ipsa cepit hominum lxx. millia, cum Pompeij amphitheatris toties multiplicata vrbe, tantoque maiore populo, sufficiat largè xl. mill. Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veste, tabulis pictis, cæteroque choro gio fuit, vt in Tusculanam villam reportatis quæ superfuerant quotidiani vsus deliciis, incensa villa ab iratis seruis, concremaretur ad h-s millies. Aufert animū, & à destinato itinere digredi cogit contemplatio tam prodigæ mentis, aliàmque connecti maiorem insaniam è ligno. C. Curio, qui bello ciuili in Cæsarianis partibus obiit, funebri patris munere, cum opibus apparatūque non posset superare Scaurum. (vnde enim illi vitricus Sylla, & Metella mater proscriptionum scætrix? vnde M. Scaurus pater, toties princeps ciuitatis, & Marianis sodalitiis rapinarum prouincialium sinus?) cum iam ne ipse quidem Scaurus comparari sibi posset, quando hoc certè incendij illius præmium habuit, conuectis ex orbe terrarum rebus, vt nemo postea par esset insaniam illi: Ingenio ergo vtendum fuit: operæ pretium est scire quid inuenerit, & gaudere moribus nostris,

ac nostro modo nos vocare maiores. Theatra duo iuxta fecit amplissima e ligno, cardinum singulorum versatili suspenſa libramēto: in quibus vtrifq; antemeridiano ludorum ſpectaculo edito inter ſeſe auerſis, ne inuicem obltreperent ſcenæ, & repētē circumactis vt contrā ſtarent, poſtremo iam die deſcendentibus tabulis, & cornibus inter ſe coëūtibus, faciebat amphitheatrum, & gladiatorum ſpectacula edebat, ipſum magis autortum populum Romanum circumferens. Quid enim miretur quiſque in hoc primum? inuentorem, an inuentum? artificem, an autorem? auſum aliquem hoc excogitare, an ſuſcipere? parere, an iubere? Super omnia erit populi furor, ſedere auſi tam infida inſtabiliſque ſede. En hic eſt ille terrarum victor, & totius domitor orbis, qui gentes & regna diribet, iura externis mittit, Deorum quædam immortalium generi humano portio, in ma- 10 china pendens, & ad periculum ſuum plaudens. Quæ vilitas animarum iſta! aut quæ que-rela de Cannis! quātū mali potuit accidere! Hauriri vrbes terræ hiatibus, publicus mortalium dolor eſt. Ecce populus Romanus vniuerſus velut duobus nauigiis impoſitus, binis cardinibus ſuſtinetur, & ſeipſum depugnante ſpectat, periturus momento aliquo luxatis machinis: & per hoc quæritur Tribunitiis cōcionibus gratia, vt penſileſtribus faceret. Qualis hic in roſtris? Quid non auſurus apud eos, quibus hoc perſuaſerit? Vera nanque conſitentibus populus Romanus funebri munere ad tumulum patris eius depugnauit vniuerſus. Variauit hanc ſuam magnificentiam feſſis turbatiſq; cardinibus, & amphitheatri forma cuſtodita, nouiſſimo die duabus per medium ſcenis athletas edidit, raptiſque è cōtrario repētē pulpitiſ eodem die victores è gladiatoribus ſuis produxit. Nec 20 fuit rex Curio aut gentiū Imperator, non opibus inſignis, vt qui nihil in cenſu habuerit præter diſcordiam principum. Sed dicantur vera æſtimatione inuicta miracula, quæ Q. Marcius Rex fecit. Is iuſſus à Senatu aquarum, Appiæ, Anienis, Tepulæ, ductus reficere, nouam à nomine ſuo appellatam cuniculis per montes actis intra Præturæ ſuæ tempus adduxit. Agrippa verò in Ædilitate ſua, adiecta Virgine, aqua, cæteris corriuatis atque emendatis lacus ſeptingentos fecit: præterea ſalientes centum quinque: caſtella centum-triginta complura etiam cultu magnifica: operibus iis ſigna trecenta ærea aut marmorea impoſuit, columnas ex marmore quadringentas, eaque omnia annuo ſpatio. Adiecit ipſe in Ædilitatis ſuæ cōmemoratione, & ludos vndeſexaginta diebus factos, & gratuita præbita balinea centumſeptuaginta, quæ nunc Romæ ad infinitum auxere numerū. Vi- 30 cit antecedentes aquarum ductus nouiſſimum impendium operis inchoati à C. Cæſare, & peracti à Claudio. Quippe à lapide quadreſimo ad eam excelſitatem, vt in omnes vrbes montes leuantur, influxere Curtius atque Cæruleus fontes. Erogatum in id opus æſtertiūm ter millies. Quod ſi quis diligentius æſtimauerit aquarum abundantiam in publico, balneis, piſcinis, domibus, euripis, hortis, ſuburbanis, villis, ſpatioque adueniētis extructos arcus, montes perfoſſos, conualles æquatas, fatebitur nihil magis mirandum fuiſſe in toto orbe terrarum. Eiuſdem Claudij inter maximè memoranda equidem duxerim, quamuis deſtitutum ſucceſſoris odio, montem perfoſſum ad lacum Fucinum emit-tendum, inenarrabili proſectò impendio, & operarū multitudine per tot annos: cum aut corriuatio aquarum, qua terrenus mōs erat, egeretur in vertice machinis, aut ſilex ca- 40 deretur, omniæque intus in tenebris fierent, quæ neque concipi animo, niſi ab iis qui videre, neque humano ſermone enarrari poſſunt. Nam portus Oſtienſis opus prætereo: item vias inter montes exciſas: mare Tyrrhenum à Lucrino molibus ſecluſum: tot pontes tantis impendiis factos. Et inter plurima alia Italiæ miracula, ipſa marmora in lapicidinis creſcere autor eſt Papyrius Fabianus, naturæ rerum peritiſſimus: exemptores quoque affirmant compleri ſponte illa montium hulcera. Quæ ſi vera ſunt, ſpes eſt nunquam deſuturam luxuriam.

De magnetis generibus, & medicinis.

C A P. X V I.

A Marmoribus digredienti ad reliquorum lapidum inſignes naturas, quis dubitet in primis magnetem occurrere? Quid enim mirabilius? aut qua in parte naturæ ma- 50 ior improbitas? Dederat vocem ſaxis, vt diximus, reſpondentem homini, imo verò & oblo-

a Bud. ex ve-
ruſt. cod. legit,
ſeſtertiūm
quingētes,
quinquages,
quinquies.

obloquentem. Quid lapidis rigore pigrius? Ecce sensus manusque tribuit illi. Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit & patitur mores: trahitur nanque a magnete lapide, domitrixque illa rerum omnium materia ad inane nescio quid currit: atque ut propius venit, afflittit, teneturque, & complexu hæret, Sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidam Heracleon. Magnes appellatus est ab inuatore (ut autor est Nicander) in Ida repertus. Nanque & passim inuenitur, ut in Hispania quoque. Inuenisse autem fertur, clavis crepidarum & baculi cuspide hærentibus, cum armenta pasceret. Quinque genera magnetis Sotacus demonstrat: Æthiopicum, a Magnesia Macedonia contermina Bœbeida lacum petentibus dextra: tertium in Echio Bœotia: quartum circa Alexandriam Troadem: quintum in Magnesia Asia. Differentia prima, mas sit an fœmina: proxima in colore. Nam qui in Macedonia & Magnesia reperiuntur, rufi nigrique sunt. Bœotius vero rufi coloris plus habet, quam nigri. Is qui in Troade inuenitur, niger est & fœminei sexus, ideoque sine viribus. Deterrimus autem in Magnesia Asia, candidus, neque attrahens ferrum, similisque pumici. Compertum tantò meliores esse, quantò sunt magis cærulei. Æthiopico laus summa datur, pondusque argento rependitur. Inuenitur hic in Æthiopia Zimiri: ita vocatur regio harenosa. Ibi & hæmatites magnes sanguinei coloris, sanguinemque reddens si teratur, sed & crocum. In attrahendo ferro non eadem, quæ magneti, hæmatitæ natura. Æthiopici argumentum est, quòd magnetem quoque alium ad se trahit. Omnes autem ij oculorum medicamentis profunt ad suam quisque portionem: maximeque epiphoras sistunt. Sanant & adusta cremati tritique. Alius rursus in eadem Æthiopia non procul mons gignit lapidem theameden, qui ferrum omne abigit, respuitque. De vtraque natura sæpius diximus.

a & Magnesia
siacu è Ma-
gnesia Mace-
donie coter-
mina, &c.

De lapidibus qui citò absumunt corpora in se condita, & de his qui diu seruant, & de Assio lapide, & medicinis eius.

C A P. X V I I.

Lapidem è Scyro insula integrum fluctuari tradunt, eundem comminutum mergi. In Assio Troadis sarcophagus lapis fissili vena scinditur. Corpora defunctorum condita in eo, absumi constat intra xl. diem, exceptis dentibus. Mutianus specula quoque & strigiles & vestes & calciamenta illata omnia lapidea fieri, autor est. Eius generis & in Lycia saxa sunt, & in Oriente, quæ viuentibus quoque adalligata, erodunt corpora. Mior est autem seruandis corporibus, nec absumendis chernites, ebori simillimus, in quo Darium conditum ferunt. Pariòque similis candore & duritia, minus tamen ponderosus, qui porus vocatur. Theophrastus autor est & translucidos lapides in Ægypto inueniri, quos ophitæ similes ait: quod fortassis tunc fuerit, quoniam & ij desinunt, & noui reperiuntur. Assius gustu falsus podagras lenit, pedibus, in vase ex eo cauato inditis. Præterea omnia crurum vitia in iis lapidinis sanantur, cum in metallis omnibus crura vitentur. Eiusdem lapidis flos appellatur, in farinam mollis, ad quædam perinde efficacax. Est autem similis pumici rufo. Admixtus æri Cyprio mammaram vitia emendat: pumici autem resinæve, strumas & panos discutit. Prodest & phthificis linctu. Cum melle vetera hulcera ad cicatricem perducit: ex crescentia erodit. Et ad bestiarum morsus utilis. Repugnantia curationi, ac suppurata siccatur. Fit & cataplasma ex eo podagris, misto fabæ lomento.

De ebore fossili, & lapidibus ossis, & palmatis, & aliorum generibus.

C A P. X V I I I.

Idem Theophrastus & Mutianus, esse aliquos lapides qui pariant, credunt. Theophrastus autor est & ebur fossile candido & nigro colore inueniri, & ossa è terra nasci, inueniri que lapides ossis. Palmati circa Mundam in Hispania, ubi Cæsar Dictator Pompeium vicit, reperiuntur, idque quoties fregeris. Sunt & nigri, quorum autoritas venit in marmora, sicut Tænarius. Varro nigros ex Africa firmiores esse tradit, quam in Italia. E diuerso albos tornis duriores, quam Parios. Idem Lunensem filicem serra secari, at Tusculanum dissilire igni. Sabinum fuscum addito oleo etiam lucere. Item anolas versatiles Volsiniis inuentas, aliquas & sponte motas inuenimus in prodigiis.

Nusquam hic vtilior, quàm in Italia, gignitur, lapisque, nõ faxum, est. In quibusdam verò prouincijs omnino non inuenitur. Sunt quidam in eo genere molliores, qui & cote læuigantur, vt procul intuentibus ophitæ videri possint. Neque est alius firmior: quando & lapidis natura, vt lignum, similiter imbres solésque aut hyemes non patitur, in alijs atque alijs generibus. Sunt qui & Lunam non tolerant, & qui vetustate rubiginem trahant, coloremve candidum oleo mutant.

De curalio vel pyrite, & medicinis eius, & ostracite, de amianto lapide & medicinis eius, & melitite lapide & viribus eius, de gagate lapide & medicinis eius, de spongijs, de Phrygio lapide & natura eius.

CAP. XIX.

Molarem quidam pyriten vocant, quoniam sit plurimus ignis illi: sed est alius etiamnum pyrites similitudine æris. In Cypro eum reperiri volunt, & in metallis, quæ sunt circa Acarnaniam, vnum argæteo colore, alterum aureo. Coquantur variè: ab alijs iterum tertioque in melle, donec cõsumatur liquor: ab alijs pruna prius, dein melle, & postea lauantur, vt æs. Vfusque eorum in medicina excalfacere, siccare, discutere, humorem extenuare, & duritias nimias mollire. Vtuntur & crudis tusisque ad strumas atque furunculos. Pyritarum etiamnum aliqui genus vnum faciunt, plurimum habens ignis, quos viuos appellamus, & ponderosissimi sunt. Hi exploratoribus castrorum maximè necessarii, qui clauo vel altero lapide percussi, scintillas edunt: quæ exceptæ sulphuratis aut fungis aridis vel folijs, dicto celerius ignem præbent. Ostracitæ similitudinem testæ habent. Vfus eorum pro pumice ad læuigandam cutem. Poti sanguinem sistunt, & illiti cum melle hucera dolorésque mammæ sanant. Amiatus aluminis similis, nihil igni deperdit. Hic veneficijs resistit omnibus, priuatim Magorû. Gæoden ex argumento appellant, quoniam amplexus est terram, oculorum medicamentis vtilissimum: item mammæ ac testium vitii. Melitites lapis succum remittit dulcè mellitumque tufus. Et ceræ mistus eruptionibus pituitæ maculisque corporis medetur, & faucium exulcerationi. Epinyctidas tollit, & vuluarum dolores impositus velleri. Gagates lapis nomē habet loci & amnis Gagis Lyciæ. Aiunt & in Leucola expelli mari, atque infra xij. stadia colligi. Niger est, planus, pumicosus, nõ multum à ligno differēs, leuis, fragilis: odore, si teratur, grauis. Fictilia ex eo inscripta non delentur. Cum vritur, odorem sulphureum reddit. Mirumque, accenditur aqua, oleo restinguitur. Fugat serpentes ita, recreatque vuluæ strangulationes. Deprehendit fonticum morbum & virginitatem suffitus. Idem ex vino decoctus, dētibus medetur: strumisque ceræ permistus. Hoc dicuntur vti Magi in ea, quam vocant axinomantiam, & peruri negant, si euenturum sit, quod aliquis optet. Spongiæ lapides inueniuntur in spongijs, & sunt natiui. Quidam eos tecolithos vocant, quoniam vesicæ medentur: calculos rumpunt in vino poti. Phrygius lapis gentis nomen habet. Est autē gleba pumicosa. Vritur antè vino perfusus, staturque follibus, donec rufescat, ac rursus dulci vino extinguitur, & hoc trinis vicibus, tingendis vestibibus tantum vtilis.

De hæmatite, & quinque generibus eius, & schisto. CAP. XX.

Schistos & hæmatites cognationem habent. Hæmatites inuenitur in metallis. Vitus minij colorem imitatur. Vritur, vt Phrygius, sed non restinguitur vino. Adulteratur schisto. Hæmatiten discernunt venæ rubetes: & friabilis est natura. Oculis cruore suffusis mirè conuenit. Sistit profluuium mulierum potus. Bibunt eum & qui sanguinem reiecerunt, cum succo Punici mali. Et in vesicæ vitii efficax. Bibitur & in vino contra serpentium ictus. Infirmior ad omnia hæc eadem est, quem schiston appellant. Sed in iis commodior croco similis, peculiarius splendet. Proficit oculorum lacrimis in lacte muliebri: procidentésque oculos præclare cohibet. Hæc est sententia eorum, qui nuperrimè scripsere. Sed Sotacus è vetustissimis autoribus, quinque genera hæmatitarum tradit, præter magnetem: principatum dat ex iis Æthiopico, oculorum medicamentis vtilissimo, & iis quæ panchresta appellant: item ambustis. Alterum andromamata dicit vocari, colore nigro, pondere ac duritia insignem, & inde nomen traxisse, præcipueque in Africa reper-

reperitum. Trahere autem in se argentum, æs, ferrum. Experimentum eius esse in cote ex lapide basanite. Reddere enim succum sanguineum, & esse ad iocineris vitia præcipui remediij. Tertium genus Arabici facit, simili duritie, vix reddentis succum ad cotem aquariam, aliquando croco similem. Quarti generis elatiten vocari, quandiu crudus sit: coctum vero milititen, vtilem ambustis, ad omnia vtiliorē rubrica. Quinti generis schiston, hæmorrhoidas reprimentem. In totū autem hæmatitas omnes tritos in oleo triū drachmarum pondere à ieiunis sumendos, ad vitia sanguinis. Idem autor, schiston alterius generis, quam hæmatiten, tradit, quem vocāt anthraciten. Nasci in Africa nigrum, attritum aquariis cotibus reddere ab ea parte, quæ fuerit ab radice, nigrum colorem, ab altera croci. Ipsum vtilem esse oculorum medicamentis.

De quatuor generibus aëtitis, & calamo, & Samio, & Arabo, & pumicibus.

C A P.

X X I.

A Etites lapides ex argumento nominis magnam famam habent. Reperiuntur in nidis aquilarum, sicuti in decimo volumine diximus. Aiunt binos inueniri, marem & fœminam. Nec sine iis parere, quas diximus, aquilas, & ideo binos tātūm. Genera eorum quatuor. In Africa nascentem pusillum ac mollem, intra se & velut in aluo habentem argillam suauem, candidam, ipsum friabilem, quem fœminei sexus putāt. Marem autem, qui in Arabia nascitur, durum, gallæ similem, aut subrutilum, in aluo habētem durum lapidem. Tertius in Cypro inuenitur, colore illis in Africa nascentibus similis, amplior tamen atq; dilatatus: cæteris enim globosa facies. Habet in aluo harenam iucundam & lapillos, ipse tam mollis, vt etiam digitis frietur. Quarti generis Taphiusius appellatur, nascens iuxta Leucadem in Taphiusa, qui locus est dextra nauigantibus ex hac ad Leucadem. Inuenitur in fluminibus candidus & rotundus. Huic est in aluo lapis, qui vocatur callimus, nec quicquā tenerius. Aëtitæ omnes grauidis adalligati mulieribus vel quadrupedibus in pelliculis sacrificatorum animalium continent partus, nō nisi parturiant, remouendi: alioqui vuluæ excidunt. Sed nisi parturientibus auferātur, omnino nō pariunt. Est & lapis Samius in eadē insula, vbi terram laudauimus, poliendo auro vtilis. Vtilis & in medicina oculorum hulceribus cum lacte, quo suprā dictum est modo, contra veteres lacrymationes. Prodest & contra vitia stomachi potus: vertigines sedat: mentes cōmotas restituit. Quidā & morbis comitialibus vtiliter dari putāt, & ad vrinæ difficultates. A copis etiam miscetur. Probatur grauitate & candore. Vuluas & partus contineri adalligato eo tradunt. Arabus lapis ebori similis, dentifriciis accōmodatur crematus. Priuatim hæmorrhoidas sanat cum lanugine linteorum, linteolis insuper impositis. Non prætermittenda est & pumicum natura. Appellantur quidē ita & erosa saxa, in ædificiis quæ musea vocāt, dependentia, ad imaginem specus arte reddendā: sed & ij pumices, qui sunt in vsu corporum læuigādorū fœminis, iam quidem & viris, atq; (vt ait Catullus) libris, laudatissimi sunt in Melo, Scyro, & Æoliis insulis. Probatio in candore minimūq; pondere, & vt quā maximè spōgiōsi aridique sint, ac teri faciles, nec harenosi in fricādo. Vis eorū in medicina, extenuare, siccare, trina vstione, ita vt torreantur carbone puro, ac toties vno restinguantur albo. Lauantur deinde, vt cadmia, & siccati conduntur, quā minimè vliginoso loco. Vfus farinæ eius oculorum maximè medicamentis: hulcera purgat eorum leniter, explētque cicatrices & emendat. Quidam tertia vstione refrigeratos potius, quā restinctos, terere malunt ex vino. Adduntur etiam ad malagmata, capitem verendorūq; hulceribus. Vtilissima fiunt ex his dentifricia. Theophrastus autor est, potores in certamine bibendi præsumere farinam eius, sed nisi immenso potu impleātur periclitari: tantūmque refrigerandi naturam esse, vt musta feruere desinant pumice addito.

De lapidibus mortariorum medicinalium, & mollibus lapidibus, & speculari lapide, & silicibus, & phengite, & cotibus, & reliquis ad structuram lapidibus, igni & tempestatibus resistentibus.

C A P. X X I I.

A Vtoribus curæ fuere lapides mortariorum quoq; , nec medicinalium tantūm, aut ad pigmenta pertinentium. Ephesiūmque lapidem in iis prætulere cæteris, mox &

Thebaicum, quem pyrhopœcilon appellauimus: aliqui pfaronium vocant. Tertium ex chalazio chrysitē. Medici autem & basanitē. Hic enim lapis nihil ex sese remittit. Ii autem lapides, qui succum reddunt, oculorum medicamentis vtiles existimantur: ideoque Æthiopici maximè ad ea probantur. Tænarium vero lapidem & Pœnicum, & hæmatiten iis medicamentis prodesse tradunt, quæ ex croco componantur: ex alio Tænario, qui niger est, & ex Pario lapide, nō æquè medicis vtilem: potioem ex alabastrite Ægyptio, vel ex ophite albo. Est enim hoc genus ophitis, ex quo vasa & etiam cados faciunt. In Siphno lapis est, qui cauatur, tornaturque in vasa coquendis cibis vtilia, vel ad esculentorum vsus, quod in Comensi Italiae lapide viridi accidere scimus. Sed in Siphnio singulare, quod ex calfactus oleo nigrescit durefcitque, natura mollissimus. Tāta qualitatum differentia est. Nam mollitiæ & trans Alpes præcipua sunt exempla. In Belgica prouincia candidum lapidem ferra, qua lignum, faciliusque etiā, secant ad regularum & imbricum vicem: vel si libeat, ad quæ vocant pauonacea tegendi genera: & hi quidem feciles sunt. Specularis verò (quoniam & hic lapis nomē obtinet) faciliore multo natura finditur in quamlibet tenues crustas. Hispania hunc olim citerior tantum dabat, nec tota, sed intra centum millia passuum circa Segobricam urbem: iam & Cypros, & Cappadocia, & Sicilia, & nuper inuentum Africa: postferendos omnes tamē Hispaniæ, & Cappadociæ mollissimis & amplissimæ magnitudinis, sed obscuris. Sunt & in Bononiēsi Italiae parte breues, maculosi, complexu filicis alligati, quorum tamen appareat natura similis eis, qui in Hispania puteis effodiuntur profunda altitudine. Necnon & saxo inclusus sub terrainuenitur, extrahiturque, aut exciditur. Sed maiori parte fossili natura, absolutus segmēti modo, nunquam adhuc quinque pedum longitudine amplior. Humorem hunc terræ quidam autumant crystalli modo glaciari. Et in lapidem concrefcere manifestò apparet, quod cum feræ decidere in puteos tales, & medullæ ex ossibus earum in eandem lapidis naturam post vnam hyemem figurantur. Inuenitur & niger aliquādo. Sed cādido natura mira, cum sit mollitia nota, perpetiendi Solis rigorisque: nec fenescit, si modo iniuria absit, cum hoc etiam in cæmentis multorum generum accidat. Inuenitur & alium vsum in ramentis quoque Circum maximum ludis Circensibus sternendi, vt sit in commendatione candor. Nerone principe in Cappadocia repertus est lapis duritia marmoris, cādiddus atque translucens, etiam qua parte fuluæ inciderant venæ, ex argumento phengites appellatus. Hoc cōstruxerat ædem Fortunæ, quam Sciam appellant, à Seruio rege sacratam, aurea domo complexus. Quare etiam foribus apertis interdiu claritas ibi diurna erat, haud alio quàm specularium modo, tanquam inclusa luce, nō transmissa. In Arabia quoque esse lapidem vitri modo translucidum, quo vtuntur pro specularibus, Iuba auctor est. Nunc ad operarios lapides transisse conueniat, primūque cotes ferro aciendo. Multa earum genera: Creticæ diu maximam laudem habuere: secūdam Laconicæ ex Taygeto monte, vtræque oleo indigentes. Inter aquarias Naxiæ laus maxima fuit, mox Armeniacæ, de quibus diximus. Ex oleo & aqua Ciliciæ pollēt, ex aqua Arsinoëtica. Repertæ sunt & in Italia aqua trahentes aciē acerrimo affectu. Necnon & trans Alpes, quas passernices vocant. Quarta ratio est salua hominis proficientium in tonstrinarum officinis, inutilis fragili mollitia. Flāminitanæ ex Hispania citeriore in eo genere præcipue. Reliqua multitudo lapidum in totum ædificiis inutilis est mortalitate mollitiæ. Quædam tamen loca non alium habent, sicut Carthago in Africa. Exercetur halitu maris, fricatur vento, & verberatur imbri. Sed cura tuentur picando parietes, quoniam & tectorij calce roditur. Scitèque dictum est, ad tecta eos pice, ad vinum calce vtī, quoniam sic multa condiunt. Alia mollitia circa Romam Fidenati & Albano. In Liguria quoque, Umbria, & Venetia, albus lapis dentata ferra fecatur. Hi tractabiles in opere, laborem quoque tolerant, sub tecto duntaxat. Asperginæ & gelu pruinisque rumpuntur in testas: nec contra humores & auram maris robusti. Tiburtini ad reliqua fortes, vapore dissiliunt. Nigri filices optimi: quibusdam in locis & rubentes. Nonnusquam verò & albi, sicut in Tarquiniensi Anicianis lapidinis circa lacum Volsiniensem. Et in Statoniensi sunt, quibus ne ignis quidem

quidem nocet. Idem & in monumēta scalpti, contra vetustatem quoque incorrupti permanēt. Ex iis formæ fiunt, in quibus æra funditur. Est & viridis lapis, vehementer igni resistens, sed nusquam copiosus: & ubi inuenitur, lapis, non saxum est. E reliquis pallidus, in cæmento rarò utilis. Globosus, contra iniurias fortis, sed ad structuram infidelis, nisi multa suffrenatione deuinctus. Nec certior fluuiatilis, semper veluti madens. Remedium est in lapide dubio, æstate eum eximere, nec ante biēnium eum inferere tecto, domitū tempestatibus. Quæ ex eo læsa fuerint, in subterranea structura aptantur utilius. Quæ restiterint, tutum est vel cælo committere. Græci è lapide duro ac silice æquato construunt veluti lateritios parietes. Cùm ita fecerint, isodomon vocant genus structuræ. At cùm inæquali crassitudine structa sunt, pseudisodomon. Tertium est emplecton, tantummodo frōtibus politis. Reliqua fortuito collocant. Alternas coagmentationes fieri, vt commissuras antecedentium medij lapides obtineant, necessarium est in medio quoque pariete, si res patitur: si minus, vtique à lateribus: medios parietes farcire fractis cæmentis. Dictyothe-ton vocant reticulatam structuram, quam frequētissimè Romæ struunt, rimis opportunam. Structuram ad normam & libellam fieri, & ad perpendiculum respondere oportet.

De cisternis & calce, & harena generibus, & mistura calcis & harena, & vitis structura, & tectoriis, & columnis.

CAP. XXIII.

ET cisternas harenæ puræ & asperæ quinque partibus, calcis quàm vehementissimæ duabus construi conuenit, fragmentis silicis non excedentibus libras. Ita ferratis vctibus calcari solum, parietesq; similiter. Utilius geminas esse, vt in priore vitia cōsidant aquæ, atque per colum in proximam transeat maximè pura aqua. Calcem è vario lapide Cato Cenforius improbat. Ex albo melior, quàm ex puro, & structuræ utilior. quæ ex fistuloso, tectoriis. Ad vtrunque damnatur ex silice. Utilior eadem ex effosso lapide, quàm ex ripis fluminum collecto. Utilior è molari, quia est quædam pinguior natura eius. Mirum, aliquid postquam arserit, accēdi aquis. Harenæ tria genera. Fossitia, cui quarta pars calcis addi debet: fluuiatili aut marinæ tertia. Si & testæ tusæ tertia pars addatur, melior materia erit. Ab Apennino ad Padum non inuenitur fossitia, nec trans maria. Ruinarum vrbis ea maximè causa, quòd furto calcis sine ferrumine suo cæmenta componuntur. In trita quoque quòd vetustior, eò melior. In antiquarum ædium legibus inuenitur, ne recētiore trima vteretur redēptor. Ideo nulla tectoria eorum rimæ fœdauere. Tectoriumq; nisi ter harenato, & his marmorato inductum est, nō satis splendoris habet. Vliginosa, & ubi falsugo vitiat, testaceo sublini utilius. In Græcia tectoriis etiam harenarum quod in-
ducturi sunt, prius in mortario ligneis vctibus subigunt. Experimentum marmorati est in subigendo, donec rutro non cohæreat. Contrà in albario opere, vt inacerata calx ceu glutinum hæreat. Sed macerari non nisi à gleba oportet. In Elide ædes est Mineruæ, in qua frater Phidiæ Panneus tectorium induxit lacte & croco subactum, vt ferunt: ideoque si teratur in ea hodiè que saliuæ pollice, odorem croci saporèmq; reddere traditur. Columellæ in æde densius positæ, crassiores videntur. Genera earum quatuor. Quæ sextam
partem altitudinis in crassitudine ima habent, Doricæ vocantur: quæ nonam, Ionicæ: quæ septimam, Tuscanicæ. Corinthiis eadem ratio, quæ Ionicis. Et differentia, quoniam capitulis Corinthiarum eadem est altitudo, quæ colligitur crassitudine ima: ideoque graciliores videntur. Ionici enim capituli altitudo tertia pars est crassitudinis. Antiqua ratio erat columnarum altitudinis, tertia pars latitudinum delubri. In Ephesæ Dianæ æde, de qua prius fuit sermo, primum columnis spiræ subditæ, & capitella addita. Placuitque altitudinis octaua pars in crassitudine, & vt spiræ haberent crassitudinis dimidium, septimæque partes detraherentur summarum crassitudini. Præter has sunt, quæ vocantur Atticæ columnæ, quaternis angulis, pari laterum interuallo.

De medicinis calcis, & maltha, & gypso.

CAP. XXIII.

Calcis & in medicina magnus vsus. Eligitur recens, nec aspersa aquis: vrit, discutit, extrahit, incipientesque serpere hulcerum impetus coërcet. Aceto & rosaceo tem-

perata perducit ad cicatricem. Luxatis quoq; cum adipe fuillo aut liquida resina ex melle medetur: eadem compositione & strumis. Maltha è calce fit recèti. Gleba vino restinguitur: mox tunditur cum adipe fuillo & ficu, duplici linamento: quæ res omnium tenacissima, & duritiam lapidis antecedens. Quod malthatur, oleo perfricatur antè. Cognata calci res gypsum est. Plura eius genera. Nã & è lapide coquitur, vt in Syria ac Thuriis: & è terra foditur, vt in Cyprio ac Perrhæbis: è summa tellure & Tymphaicum est. Qui coquitur lapis, non dissimilis alabastritæ esse debet, aut marmoroso. In Syria durissimos ad id eligunt, coquuntq; fimo bubulo, vt celerius vrantur. Omnium autem optimum fieri comperitum est è lapide speculari, squamamve talem habète. Gypso madido statim vtendum est, quoniam celerrimè coit, ac ficcatur: tamen rursus tundi & in farinam resolui patitur. ¹⁰ Vfus gypsi in albariis, sigillis ædificiorum & coronis gratissimus. Exemplum illustre C. Proculium Augusti Cæsaris familiaritate subnixum in maximo stomachi dolore gypso potò, consciuisse sibi mortem.

De pauimentis & quando primùm Romæ, & subdialibus pauimentis, & Græcanicis, & quando primùm camera.

CAP.

XXV.

PAuimenta originem apud Græcos habent elaborata arte, picturæ ratione, donec lithostrota expulere eã. Celeberrimus fuit in hoc genere Sosus, qui Pergami ^a statuit quem ^{stravit} vocant asaroton œcon, quoniam purgamèta cœnæ in pauimento, quæq; euerri solèt, veluti relicta fecerat paruis è testulis tinctisque in varios colores. Mirabilis ibi colûba bibès, ²⁰ & aquã umbra capitis infuscans. Apricatur aliæ scabentes sese in canthari labro. Pauimenta credo primùm facta, quæ nunc reuocamus, barbarica, atq; subtegulanea, in Italia fistucis pauita: hoc certè ex nomine ipso intelligi potest. Romæ scalpturatum in Iouis Capitolini æde primùm factum est post tertium Punicum bellum initum. Frequentata verò pauimenta ante Cimbricum magna gratia animorum, indicio est Lucillianus ille versus:

Ante pauimenta, atque emblemata vermiculata.

Subdialia Græci inuenerunt, talibus domos cõtegentes: facile tractu tepente, sed fallax, vbi cunq; imbres gelant. Necessariũ binas per diuersum coassationes substerni, capita earum præfigi ne torqueantur, & ruderi nouo tertiã partè testæ tufæ addi: deinde rudus, in quo duæ quintæ calcis misceantur, pedali crassitudine festucari. Tunc nucleo crasso sex digitos ³⁰ induci, & ex tessera grandi nõ minùs alta duos digitos strui. Fastigiũ verò seruari in pedes denos sesquicem, ac diligenter cote despumare, quernisq; axibus contabulare. Quæ torquentur, inutilia putant: imò & silice aut palea substerni melius esse, quò minor vis calcis perueniat. Necessariũ & globosum lapidè subiici. Similiter fiunt spicata testacea. Non negligendum est etiamnum vnũ genus Græcanicũ. Solo festucato iniicitur rudus aut testaceũ pauimètu: dein spissè calcatis carbonibus inducitur, sabulo calce ac fauilla mistis: materia crassitudine semipedali ad regulã & libellã exigitur, & est forma terrena. Si verò cote depolitũ est, nigri pauimenti visum obtinet. Lithostrota cœptauere iã sub Sylla paruilis certè crustis, extat hodièque, quod in Fortunæ delubro Præneste fecit. Pulsa deinde ex humo pauimenta in cameras transferre è vitro: nouitium & hoc inuentũ. Agrippa certè in ⁴⁰ thermis, quas Romæ fecit, figlinũ opus encausto pinxit: in reliquis albaria adornauit: non dubiè vitreas factururus cameras, si priùs inuentum id fuisset, aut à parietibus scenæ, vt diximus, Scauri peruenisset in cameras. Quamobrem & vitri natura indicanda est.

De origine vitri, & ratione faciendi, & de Obsidiano vitro, & generibus multifermibus vitri.

CAP. XXVI.

PARS est Syriæ, quæ Phœnice vocatur, finitima Iudææ, intra montis Carmeli radices paludem habens, quæ vocatur Cendeuia. Ex ea creditur nasci Belus amnis quinque M. p. spatio in mare perfluens iuxta Ptolemaidem coloniam. Lentus hic currit, insalubri potu, sed ceremoniis sacer, limosus, vado profundus. Non nisi refuso mari harenas fatetur, fluctibus enim volutatæ nitescunt, detritis sordibus. Nunc & à marino creduntur ⁵⁰ astringi morsu, non priùs vtilis. Quingentorum est passuum nõ ampliùs litoris spatium, idque

Idque tantum multa per secula gignendo fuit vitro. Fama est, appulsa naue mercatorum nitri, cum sparsi per litus epulas pararent, nec esse cortinis attollendis lapidum occasio, glebas nitri è naue subdidisse. Quibus accensis permista harena litoris, tràsluentes nobilis liquoris fluxisse riuos, & hãc fuisse originem vitri. Mox, vt est astuta & ingeniosa solertia, non fuit cõtenta nitrum miscuisse: cœptus addi & magnes lapis: quoniam in se liquorem vitri quoq; vt ferrum, trahere creditur. Simili modo & calculi splendentes multifariam cœpti vri: deinde conchæ, & fossiles harenæ. Autores sunt, in India è crystallo fracta fieri, & ob id nullum comparari Indico. Leuibus autem aridisque lignis coquitur, addito Cyprio ac nitro, maximè Ophirio. Continuis fornacibus, vt æs liquatur, massæque fiunt colore pingui nigricantes. Acies tanta est quacunque, vt citra vllum sensum ad ossa confecet, quicquid afflauerit corporis. Ex massis rursus funditur in officinis, tingiturque. Et aliud flatu figuratur, aliud torno teritur, aliud argenti modo cælatur, Sidone quondã iis officinis nobili: siquidem etiam specula excogitauerat. Hæc fuit antiqua ratio vitri. Iã verò & in Vulturno mari Italiae arena alba nascens, sex M. pass. litore inter cumas atque Lucrinum, quæ mollissima est, pila molæque teritur. Dein miscetur tribus partibus nitri pōdere vel mensura, ac liquata in alias fornaces transfunditur. Ibi fit massa, quæ vocatur hammonitrum: atque hæc recoquitur, & fit vitrum purum, ac massa vitri candidi. Iã verò & per Gallias Hispaniasque simili modo harenæ temperantur. Ferunt Tiberio principe excogitatum vitri temperamentum, vt flexibile esset: & totã officinam artificis eius abolitam, ne æris, argenti, auri, metallis, pretia detraherentur: eaque fama crebrior diu, quã certior, fuit. Sed quid refert, Neronis principatu reperta vitri arte quæ modicos calices duos, quos appellabant pterotos. H-s. sex milibus vèderet. In genere vitri & Obsidiana numerantur, ad similitudinẽ lapidis, quem in Æthiopia inuenit Obsidius, nigerrimi coloris, aliquando & translucidi, crassiore visu, atq; in speculis parietum pro imagine vmbras redente. Gemmas multi ex eo faciunt: vidimúsque & solidas imagines Diui Augusti, capti materia huius crassitudinis: dicauitque ipse pro miraculo in templo Concordiæ Obsidianos quatuor elephãtos. Remisit & Tiberius Cæsar Heliopolitarum ceremoniis repertam ibi in hæreditate eius qui præfuerat Ægypto, Obsidianã imaginem Menelai. Ex quo apparet antiquior materiæ origo, nunc vitri similitudine interpolata. Xenocrates Obsidianum lapidem in India, & in Samnio Italiae, & ad Oceanum in Hispania nasci tradit. Fit & tineturæ genere Obsidianum, ad escaria vasa, & totum rubens vitrum, atque non tràslucens, hæmatinon appellatum. Fit & album & murrhinum, aut hyacinthos sapphirósque imitatum, & omnibus aliis coloribus. Nec est alia nunc materia sequacior, aut etiam picturæ accommodatior. Maximus tamen honos in candido translucentibus, quàm proxima crystallo similitudine. Vfus verò ad potandũ argenti metalla & auri pepulit. Est autem caloris impatiens, ni præcedat frigidus liquor: cum addita aqua vitreæ pile Sole aduerso, in tantum excandescant, vt vestes exurant. Fragmenta teporata agglutinantur tãtũ, rursus affundi non queunt, præterquam abrupta fibimet: veluti cum calculi fiunt, quos quidam abaculos appellant, aliquos etiam pluribus modis versicolores. Vitrum sulphuri cõcoctum ferruminatur in lapidem. At peractis omnibus, quæ constant ingenio, artem natura faciente, succurrit mirari, nihil penè non igni perfici.

Ignium miracula, & medicina, & prodigia.

C A P. X X V I I.

Ignis accipit harenas, ex quibus alibi vitrum, alibi argëtum, alibi minium, alibi plumbi genera, alibi pigmenta, alibi medicaméta fundit. Igne lapides in æs soluantur, igne ferrum gignitur, ac domatur, igne cremato lapide cæmenta in tectis ligantur. Alia sæpius vri prodest. Eadẽmque materia aliud gignit primis ignibus, aliud secundis, aliud tertiis. Quando ipse carbo vires habere incipit restinctus, atq; interiisse creditus, maioris fit virtutis. Immenfa & improba rerum naturæ portio: & in qua dubium sit plura absumat, an pariat. Est & ipsis ignibus medica vis. Pestilentia, quæ Solis obscuratione contrahitur, ignis suffitu multiformiter auxiliari certum est. Empedocles & Hippocrates id monstra-

T 2

uere diuersis locis. Ad conuulsa viscera, aut contusa, vt M. Varro autor est: ipsis enim verbis eius vtar: Lix cinis est inquit foci. Inde enim cinis lixius potus medetur: vt licet videre gladiatores cum deluserint, hac iuuari potione. Quin & carbunculum genus morbi, quo duos Cōsulares nuper absumptos indicauimus, querneus carbo tritus cum melle fanat. Adeo in rebus damnatis quoque ac iam nullis, sunt aliqua remedia, vt in carbone ecce & cinere. Non præteribo & vnum foci exemplum, Romanis literis clarum: Tarquinio Prisco regnante tradūt repente in foco eius apparuisse genitale è cinere masculini sexus, eamque quæ infederat ibi, Tanaquilis reginæ ancillam Ocrisiam captiuam, consurrexisse grauidam. Ita Seruium Tullum natum, qui regno successit, Inde & in regia cubāti puero caput arfisse visum, creditumque Laris familiaris filium. Ob ib compitalia & ludos Laribus primùm instituisse.

C. PLINII SECVNDI NATVRA- LIS HISTORIÆ

LIBER XXXVII.

PROOEMIUM.

20



VT NIHIL instituto operi desit, gemmæ superfunt, & in arctum coacta rerum naturæ maiestas, multis nulla sui parte mirabilior. Tantum tribuunt varietati, coloribus, materiæ, decori, violari etiam signis gemmas nefas ducentes. Aliquas verò extra pretia vlla, taxatione inque humanarum opum arbitrantes, vt plerisque ad summam absolutamque rerum naturæ contemplationem satis sit vna aliqua gemma. Quæ fuerit origo gemmarum, & quibus initiis in tantum admiratio hæc exarserit, diximus quadantenus in mentione auri anulorumque. Fabulæ primordium à rupe Caucafea tradunt. Promethei vinculorum interpretatione fatali: primùmque saxi huius fragmentum inclusum ferro ac digito circumdatum, anulum, & hoc gemmam.

De gemma Polycratis tyranni, & Pyrrhi regis, & qui sculptores optimi, & nobilitates artificum, & quis primus dactylothecā Romæ habuit.

CAPVT I.

His initiis cœpit autoritas, in tantum amorem elata, vt Polycrati Samio seuero insularum ac litorum tyranno felicitatis suæ, quam nimiam fatebatur etiam ipse, satis piamenti in vnus gemmæ voluntario damno videretur, si cum fortunæ volubilitate paria faceret: planeq; ab inuidia eius abundè se redimi putaret, si hoc vnum doluisset. Afflido ergo gaudio lassus, prouectus nauigio in altum, anulum merisit. At illum piscis eximia magnitudine Regi natus, escæ vice raptum, vt faceret ostentum, in culinam domini rursus Fortunæ insidiantis manu reddidit. Sardonychem eam gemmam fuisse constat: ostenduntq; Romæ, si credimus, in Concordiæ delubro, cornu aureo Augustæ dono inclusam, & nouissimum propè locum tot prælatis obtinentem. Post hūc anulū regia fama est gemmæ Pyrrhi illius, qui aduersus Romanos bellum gessit. Nanque habuisse traditur achaten, in qua i x. Musæ & Apollo citharam tenens spectarentur, non arte, sed sponte naturæ ita discurrentibus maculis, vt Musis quoq; singulis sua redderentur insignia. Nec deinde alia, quæ tradatur, magnopere gemmarum claritas extat apud autores, præterquam Ismeniam choraulem, multis fulgentibusque vti solitum, comitante fabula vanitatem eius, indicato in Cypro sex aureis denariis smaragdo, in quo fuerat sculpta Amymon-
ne, iussif-

ne, iussisse numerari: & cum duo relati essent, imminuto pretio, malè me Hercules curatum, dixisse: multum enim detractum gemmæ dignitati. Hic videtur instituisse, ut omnes musicæ artis hac quoque ostentatione censerentur, veluti Dionysodorus æqualis eius & æmulus, ut sic quoque par videretur. Tertius, qui eodem tempore fuit inter musicos, Nicomachus, multas gemmas habuisse traditur, sed nulla peritia electas: forte quadam his exemplis initio voluminis oblatis aduersus istos, qui sibi hanc ostentationem arrogēt, ut palam sit eos tibicinum gloria tumere. Polycratis gemma, quæ demonstratur, illibata intactaque est. Ismenia ætate multos post annos, apparet scalpi etiam smaragdus solitos. Confirmat hanc eandem opinionem edictum Alexandri Magni, quo vetuit in gēma se ab alio scalpi, quàm à Pyrgotele, nō dubiè clarissimo artis eius. Post eum Apollonides & Cronius in gloria fuere, quique Diui Augusti imaginē similē expressit, qua postea principes signabant, Dioscorides. Sylla Dictator traditione Iugurthæ semper signauit. Est apud autores, & Intercatiensem illum, cuius patrem Scipio Æmilianus ex prouocatione interfecerat, pugnae eius effigie signasse: vulgato Stilonis Præconini sale, quidnā fuisse facturum eum, si Scipio à patre eius interemptus esset. Diuus Augustus inter initia sphinge signauit. Duas in matris anulis iam indiscretæ similitudinis inuenerat. Altera per bella ciuilia, absente eo, amici signauere epistolas & edicta, quæ ratio temporū nomine eius reddi postulabat, non in faceto lepore accipientium, ænigmata afferre eam sphingem. Quintiam Meccænatis rana, per collationem pecuniarum in magno terrore erat. Augustus postea ad euitanda conuicia sphingis, Alexandri Magni imagine signauit. Gemmas plures, quod peregrino appellant nomine dactyliotheam, primus omnium habuit Romæ priuignus Syllæ Scaurus. Diuque nulla alia fuit, donec Pompeius Magnus eam quæ Mithridatis regis fuerat, inter dona in Capitolio dicaret, ut M. Varro alique eiusdem ætatis autores confirmant, multum prælatam Scauri. Hoc exemplo Cæsar Dictator sex dactyliotheas in æde Veneris Genitricis consecrauit: Marcellus Octauia genitus in Palatina Apollinis æde vnam. Victoria tamen illa Pompeij primū ad margaritas gemmasque mores inclinauit: sicut L. Scipionis & Cn. Manlij ad cælatum argentum, & vestes Attalicas, & triclinia ærata: sicut L. Mummi, ad Corinthia & tabulas pictas.

De gemmis translatis in triumpho Pompeij, & natura crystalli, & medicinis, & luxuria circa ea, & quando primum inuenta murrhina, & luxuria circa ea, & natura murrhinorum, & quæ mentiti sunt autores de succino.

C A P.

I I.

ID vti planius noscatur, verba ex ipsis Pompeij triumphorum actis subiiciam. Ergo tertio triumpho, quem de piratis Asia, Ponto, gentibusque & regibus in septimo operis huius volumine indicatis, M. Pisone, M. Messala consulibus, pridie Calend. Octob. die natalis sui egit, transtulit aluëum cum tessera lusorium è gemmis duabus, latum pedes tres, longum pedes quatuor: & ne quis de ea re dubitet, nulla gemmarum magnitudine hodie propè ad hanc amplitudinem accedente, in eo fuit Luna aurea pondo xxx. lectos tricliniæ tres: vasa ex auro & gemmis abacorum nouem: signa aurea tria, Mineræ, Martis, & Apollinis: coronas ex margaritis triginta tres: montem aureum quadratum cum ceruis & leonibus, & pomis omnis generis, circumdata vite aurea. Museum ex margaritis, in cuius fastigio horologium erat. Imago Cn. Pompeij è margaritis, illa regio honore grata, illius probi oris veneradique per cunctas gentes, illa inquam ex margaritis, feueritate victa, & veriore luxuriæ triumpho. Quam profecto inter illos viros durasset cognomen Magni, si prima victoria sic triumphasset: & margaritis, Magne, tam prodiga re, & fœminis reperta, quam gerere te fas nō sit, hinc fieri tuos vultus: sic te pretiosum videri? Nonne illa similior tui est imago, quam Pyrenæi iugis imposuisti? Graue profecto fœdumque probum erat, ni verius iræ Deorum ostentum credi oporteret: clarèque intelligi posset, iam tum illud caput Orientis opibus sine reliquo corpore ostentatum. Cætera triumphii eiusdem quàm virilia! Reipublicæ datum mille talentum, legatis & quæstoribus, qui oras maris defendissent, H. s. bina millia, cō militibus singulis quinquaginta. Tolerabiliorem

C. Bud.
presidiis &
quæstoribus
qui oras maris
defendissent,
datum mille ta-
lentum militi-
bus singulis se-
ntum, comi-
tibus quingenis.

T 3

tamen fecit causam Caij principis, qui super omnia muliebria focculos induebat è margaritis: & Neronis principis, qui scepra, & ^a personas, & cubicula viatoria vnionibus cõstruebat. ^{histrionum} Quinimo etiam ius videmur perdidisse corripienti gemmata potoria, & varia supellectilis genera, anulos transeuntes. Quæ enim non luxuria innocentior existimari possit? Eadem victoria primùm in urbem murrhina induxit: primûsque Põpeius sex pocula ex eo triumpho Capitolino Ioui dicauit: quæ protinus ad hominum vsum transferre, abacis etiam escariisque vasis inde expetitis. Excrescitq; indies eius rei luxus, murrhino octoginta sestertiis empto, capaci planè ad sextarios tres calice. Potauit ex eo ante hos annos Consularis, ob amorem obroso eius margine, vt tamen iniuria illa pretium auget: neq; est hodie murrhini alterius præstantior indicatura. Idè in reliquis generis eius ¹⁰ quantum vorauerit, licet existimare ex multitudine, quæ tanta fuit, vt auferente liberis eius Nerone Domitio, theatrum peculiare trans Tiberim ^b hortis exposita occuparent: quod à populo impleri canente se, dum Pompeiano præludit, etiam Neroni satis erat: qui vidit tunc annumerari vnus scyphi fracta membra, quæ in dolorem credo seculi inuidiamque fortunæ, tanquam Alexandri Magni corpus in conditorio seruari, vt ostentarentur, placebat. T. Petronius Consularis moriturus, inuidia Neronis principis, vt mensam eius exhæredaret, trullam murrhinam trecentis sestertiis emptam fregit. Sed Nero, vt par erat principem, vicit omnes, trecentis sestertiis capidem vnã parando. Memoranda res, tanti Imperatorem patrẽmque patriæ bibisse. Oriens murrhina mittit. Inueniuntur enim ibi in pluribus locis, nec insignibus, maximè Parthici regni: præci- ²⁰ puè tamen in Carmania, Humorem putant sub terra calore densari. Amplitudine nusquam paruos excedunt abacos: crassitudine rarò, quanta dictum est vasi potorio. Splendor his sine viribus, nitòrque veriùs, quàm splendor. Sed in pretio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candorẽmque, & tertium ex vtroque ignescentem, velut per transitum coloris purpura rubescente, aut lacte candescente. Sunt qui maximè in iis laudent extremitates, & quosdam colorum percussus, quales in cœlesti arquo spectantur. His maculæ pingues placent: translucere quicquam aut pallere vitium est: Item sales verrucæque non eminentes, sed vt in corpore etiam plerunque sessiles. Aliqua & in odore commendatio est. Contraria huic causa crystallum facit, gelu vehementiore concreto. Non aliubi certè reperitur, quàm vbi maximè hybernæ niues ri- ³⁰ gent: glaciẽmque esse certum est: vnde & nomen Græci dedere. Oriens & hanc mittit, sed Indicæ nulla præfertur. Nascitur & in Asia, vilissima circa Alabãda & Orthosiam, finitimisque montibus, item in Cypro. Sed laudata in Europæ Alpium iugis. Iuba autor est, & in quadam insula Rubri maris ante Arabiam sita nasci, quæ Neron vocetur: & in ea, quæ iuxta gemmam topazion ferat, cubitalemq; effossam à Pythagora Ptolemæi regis præfecto. Cornelius Bocchus & in Lusitania nasci perquam mirandi ponderis, immensis iugis depressis ad libramentum aquæ puteis. Mirum & quod Xenocrates tradit Ephesius, aratro in Asia & Cypro excitari. Non enim inueniri in terreno, nec nisi inter cautes creditum fuerat. Similius vero est, quod idem Xenocrates tradit, torrentibus sæpe deportari. Sudines verò negat nisi ad Meridiem spectantibus locis nasci: quod certum est: non enim ⁴⁰ reperitur in aquosis, quanquam in regione prægelida, vel si ad vada vsque clacientur amnes. Cælesti humore paruaq; niue id fieri necesse est: ideo caloris impatiens, nisi in frigido potu abdicatur. Quare sexangulis nascatur lateribus, non facilè ratio inueniri potest, eò magis quod neque mucronibus eadem species est, & ita absolutus est laterum læuor, vt nulla id arte possit æquari. Magnitudo amplissima adhuc visa nobis erat, quam in Capitolio Liuia Augusta dicauerat, librarũ circiter quinquaginta. Idem Xenocrates autor est, vas amphorale visum, & aliqui ex India crystallum sextariorum quatuor. Nos liquidò affirmare possumus, in cauitibus Alpium nasci, atque adeò inuiis, vt plerunque fune pendentes eam extrahant. Peritis signa & indicia nota sunt. Infestantur plurimis vitis, scabro, ferrugine, maculosa nube, occulta aliquando vomica, præduro fragilique ⁵⁰ centto & sale appellato. Est & rufa aliquibus rubigo: aliis capillamentum rimæ simile.

Hoc

Hoc artifices cælatura occultant. Quæ verò sine vitio sunt, puras esse malunt, acenteta appellantes, nec spumei coloris lymphidæ aquæ. Postremò autoritas in pondere est. Inuenio Medicos, quæ sunt vrenda corporum, non aliter vtilius id fieri putare, quàm crySTALLINA pila aduersis posita Solis radiis. Alius hic furor, H-s C L. M. trullam vnam non ante multos annos mercatam à matrefamiliâs, nec diuite. Idem Nero amissarum rerum nuntio accepto, duos calices crySTALLINOS in suprema ira fregit illifos. Hæc fuit ratio seculum suû punientis, ne quis alius ex his biberet. Fragmenta farciri nullo modo queunt. Mirè ad similitudinem accessere vitrea, sed prodigij modo, vt suum pretium auxerint crySTALLI, non diminuerint. Proximum locum in deliciis fœminarum tamen adhuc tantum, succina obtinent, eandemque omnia hæc, quã gemmæ, auctoritatem, sanè maiorem aliquibus de causis crySTALLINA & murrhina, rigidi potus vtraque. In succinis causam ne deliciæ quidem adhuc excogitauerunt. Occasio est vanitas Græcorum diligētia. Legentes modò æquè perpetiantur me de ortu eorum, cùm hoc quoque interfit vitæ, scire posteros quicquid illi prodidere mirandum. Phaëthontis fulmine icti sorores fletu mutatas in arbores populos, lacrymis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, quem Padum vocamus: & electrum appellatum, quoniam Sol vocitatus sit Elector, plurimi Poëtæ dixerunt, primique vt arbitror, Æschylus, Philoxenus, Nicander, Euripides, Satyrus. Quod esse falsum, Italiae testimonio patet. Diligentiores eorum, Electridas insulas in mari Adriatico esse dixerunt, ad quas dilaberetur Padus. Qua appellatione nullas vnquam ibi fuisse, certum est: nec verò vllas ibi appositas esse, in quas quicquam cursu Padi deuehi possit. Nam quod Æschylus in Iberia, hoc est in Hispania, Eridanum esse dixit, eundemque appellari Rhodanum, Euripides rursus & Apollonius in Adriatico litore confluere Rhodanum & Padum, faciliorem veniam facit ignorati succini in tanta orbis ignorantia. Modestiores sed æquè falsum prodidere, in extremis Adriatici sinus rupibus in viis arbores stare, quæ Canis ortu hoc effunderent gummi. Theophrastus in Liguria effodi dixit. Phaëthontem in Æthiopia Hammonis obiisse: ob id delubrum ibi esse atque oraculum, electrumque gigni. Philemon fossile esse, & in Scythia erui duobus locis: candidum atque cerei coloris quod vocaretur electrum: in alio loco fuluum, quod appellaretur fualternicum. Demonstratus lyncurion id vocat, & fieri ex vrina lyncum bestiarum, è maribus fuluum & igneum, è fœminis languidius atque candidum. Alij dixerunt langurium, & esse in Italia bestias langurias. Zenothemis langas vocat easdem, & circa Padum iis vitam affirmat. Sudines arborem quæ gignat in Liguria. In eadem sententia & Metrodorus fuit. Sotacus credidit in Britannia arboribus effluere, quas electridas vocauit. Pytheas Guttonibus Germaniæ genti accoli æstuarium Oceani Mentonomon nomine, spatium stadiorum sex millium: ab hoc diei navigatione insulam abesse Abalum: illò vere fluctibus aduehi, & esse concreti maris purgamentum: incolas pro ligno ad ignem vti eo, proximisque Teutonibus videri. Huic & Timæus credidit, sed^a insulam Baltiam vocauit. Philemon negauit flammam ab electro reddi. Niceas Solis radiorum succum intelligi voluit. Hos circa occasum credit vehementiores in terram aëtos, pinguem sudorem in ea parte Oceani relinquere, deinde aëtib; in Germanorum litora eiici. Et in Ægypto nasci simili modo, & vocari Sacal: item in India, gratiusque thure esse Indis. In Syria quoque fœminas verticillos inde facere, & vocare harpaga, quia folia & paleas vestiumque fimbrias rapiat. Theophrastus Oceano id exæstuante ad Pyrenæi promontorium eiici: quod & Xenocrates credidit, qui de iis nuperrimè scripsit. Viuit adhuc Asarubas, qui tradidit iuxta Atlanticum mare esse lacum Cephisida, quem Mauri vocant electrum. Hunc Sole excafactum è limo dare electrum fluitans. Mnesias Africæ locum Sicyonem appellatum, & Crathin amnem in Oceanum effluentem è lacu, in quo aues, quas meleagridas & penelopas vocat, viuere. Ibi nasci ratione eadem, qua supra dictum est de electride lacu. Theomenes dicit, iuxta Syrtim magnam hortum Hesperidum esse, ex quo in stagnum cadat, colligi verò à virginibus Hesperidum. Ctesias Indis flumen esse Hypobarum, quo vocabulo significetur omnia vasa ferre

^a Insulam hanc supra ab. 4. c. 13. ex eiusdem Timæi sententia Bannomannâ vomimur. Quo fit, vt aut hic locum ex illo, aut esse ex hoc sit restituendus.

bona: fluere à Septentrione in exortium Oceanum iuxta montem syluestrem arboribus electrum ferentibus. Arbores eas aphytaoras vocari, qua appellatione significatur prædulcis suauitas. Mithrydates in Germaniæ litoribus esse insulam, vocarique eam Oserictam, cedri genere syluosam: inde defluere in petras. Xenocrates non succinum tantum in Italia, verumetiam thieum vocari, a Scythis vero sacrium, quoniam & ibi nascatur. Alios putare in Numidia gigni. Super omnes est Sophocles Tragicus Poëta, quod equidem miror tanta grauitate cothurni, & præterea vitæ fama, aliàs principe loco genitus Athenis, rebus gestis, exercitu ducto. Hic ultra Indiam fieri dixit è lacrymis meleagridum auium Meleagrum deflentium. Quod & credidisse eum, vel sperasse aliis persuaderi posse, quis nõ miretur? quàmve pueritiam tam imperitam posse reperiri, quæ auium ploratus annuos credat, lacrymasve tam grandes, auësque è Græcia, vbi Meleager periit, ploratum isse in Indos? Quid ergo? non multa æque fabulosa produnt Poëtæ? Sed hoc ea in re, quæ quotidie inuehatur atque abundet, & hoc mendacium coarguat, serio quenquam dixisse, summa hominum contemptio est, & intoleranda mendaciorum impunitas.

De ortu & medicinis & generibus & luxuria succinorum, & lyncurio, & medicina.

C A P.

I I I.

Certum est gigni in insulis Septentrionalis Oceani, & à Germanis appellari glessum: itaque & à nostris vnâ insularum ob id Glessariam appellatam, Germanico Cæsare ibi classibus rem gerente Auftrauiam à barbaris dictam. Nascitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, vt gummi in cerasis, resina pineis. Erumpit humoris abundantia: densatur rigore vel tepore autumnali. Cum intumescens æstus rapuit ex insulis, certè in litora expellitur, ita volubile, vt pendere videatur atque cõsidere in vado: quod arboris succum esse prisca nostri credidere, ob id succinum appellantes. Pineæ autem arboris esse indicio est pineus in attritu odor, & quod accensum tedæ modo ac nidore flagret. Affertur à Germanis in Pannoniam maximè prouinciam. Inde Veneti primum, quos Græci Henetos vocant, rei famam fecere, proximi Pannoniæ, id accipientes circa mare Adriaticum. Pado verò annexa fabulæ videtur causa, hodièque transpadanarum agrestibus fœminis, monilium vice succina gestantibus, maximè decoris gratia, sed & medicinæ: quando tõsillis creditur resistere, & faucium vitiis, vario genere aquarum iuxta illos infestante guttura ac vicinas carnes. D. C. ferè M. pas. à Carnunto Pannoniæ, abest litus id Germaniæ, ex quo inuehitur, percognitum nuper. Vidit enim eques Romanus, missus ad id comparandum à Iuliano curante gladiatorium munus Neronis principis, qui hæc cõmercia & litora peragrauit, tanta copia inuecta, vt retia arcendis feris podium protegentia succinis nodarètur, arma verò & libitina totusque vnus diei apparatus esset è succino. Maximum pondus is glebæ attulit x i j. librarum. Nasci & in India certum est. Archelaus, qui regnauit in Cappadocia, illinc cortice inhærente tradit aduehi rude, poliisque adipe suis lactentis incoctum. Liquidum primò destillare, argumèto sunt quædam intus translucencia, vt formicæ aut culices, lacertæque, quas adhæsisse multo nõ est dubium, & inclusas indurescenti. Genera eius plura. Candida odoris præstantissimi. Sed nec his, nec cereis pretium. Fuluis maior autoritas. Ex iis etiamnum amplior translucenciabus, præterquam si nimio ardore flagrent: imaginemque igneam inesse, non ignem, placeat. Summa laus Falernis à vini colore dictis, molli fulgore perspicuis. Sunt & in quibus decocti mellis lenitas placeat. Verum hoc quoque notũ fieri oportet, quocunque libeat, tingi, hædorum sæuo & anchusæ radice: quippe etiam conchylio inficiuntur. Cæterum attritu digitorum accepta caloris anima trahunt in se paleas ac folia arida, ac philyras, vt magnes lapis ferrum. Ramèta quoque eius in oleo addita flagrant dilucidius diutiùsque, quam lini medulla. Taxatio in deliciis tanta, vt hominis quamuis parua effigies, viuorum hominum vigintiùmque pretia superet, prorsus vt castigatio vna non sit satis. In Corinthiis æs placet auro argentoque misto, in cælatis ars & ingenia. Murrhinorum & crystallinorum diximus gratiam: vniones, quod capite circumferuntur, geramæ digitis:

in omnibus denique aliis vitiis ostentatio aut vsus placet: in succinis deliciarum tantum conscientia. Domitius Nero in cæteris vitæ suæ portentis, capillos quoque coniugis suæ Popeæ in hoc nomen adoptauerat, quodam etiam carmine succina appellando. Et quoniam nullis vitiis defunt pretiosa nomina, ex eo tertius quidam hic colos cœpit expeti à matronis. Vfus tamen succinorum inuenitur aliquis in medicina: sed non ob hoc fœminis placent. Infantibus ad alligari amuleti ratione prodest. Callistratus & cuiusque atati contra lymphationes prodesse tradit: & vrinæ difficultatibus potum, ad alligatumque. Hic & differentiam nouam attulit appellando chrysectrum, quasi coloris aurei, & matutino gratissimo aspectu, rapacissimum ignium, & si iuxta fuerint, celerrimè ardescens. Hoc collo ad alligatum, mederi febribus & morbis: tritum cum melle ac rosaceo aurium vitiis: & si cum melle Attico cõteratur, oculorum quoque obscuritatibus. Stomachi etiã vitiis vel per se farina eius sumpta, vel cum maltiche ex aqua pota. Succina etiam gemmis, quæ sunt translucidæ, adulterandis magnum habent locum, maximè amethystis, cum omni, vt diximus, colore tingantur. De lyncurio proximè dici cogit autorum pertinacia. Quippe etiam si non electrum id esset, lyncurium tamen gemmam esse contendunt. Fieri autem ex vrina quidem lyncis, sed egestã terra protinus bestia operiente eam, quoniam inuideat hominum vsui. Esse autem, qualem in igneis succinis, colorem, scalpique. Nec folia tantum aut stramenta ad se rapere, sed æris etiam ac ferri laminas, quod Dioscles quidem & Theophrastus credidit. Ego falsum id totum arbitror, nec visam in æuo nostro gemmam vllam ea appellatione, & quod de medicina simul proditur, calculos vesicæ eo potu elidi, & morbo regio occurri, si ex vino bibatur, aut si portetur etiã. Nunc gemmarum cõfessa genera dicemus, à laudatissimis orsi. Nec verò id solum agemus, sed ad maiorem vtilitatem vitæ obiter coarguetur Magorum infanda vanitas, quando illi vel plurima prodidere de gemmis, medicinæ ex his species blando prodigio transgressi.

De adamantis generibus & medicinis, & margaritis.

CAP. IIII.

Maximum in rebus humanis, non solum inter gemmas, pretium habet adamas, diu non nisi regibus & iis admodum paucis cognitus, vnus modò in metallis reperiens, perquam rarò comes auri, nec nisi in auro nasci videbatur. Veteres eum in Æthiopum tantum metallis inueniri existimauere, inter delubrum Mercurij atque insulã Meroën, dixeruntque non ampliorem cucumis semine, aut colore dissimilem inueniri. Nunc genera eius sex noscuntur: Indici, non in auro nascentis, sed quadã crystalli cognatione. Siquidem & colore translucido non differt, & laterum sexangulo lauore turbinatus in mucronem, aut duabus contrariis partibus, quò magis miremur, vt si duo turbines latissimis suis partibus iungantur: magnitudine verò etiam auellanæ nuclei. Similis est huic quidem Arabicus, minor tantum, similiter & nascens: cæteris pallor gentis, & in auro non nisi excellentissimo natalis. Incudibus hi deprehenduntur, ita respuentes ictum, vt ferrum vtrinque dissultet incudisque etiam ipsæ dissiliant. Quippe duritia inenarrabilis est, simulque ignium victrix natura, & nunquam incalescens. Vnde & nomen indomita vis Græca interpretatione accepit. Vnum ex iis vocat cenchron, quod est milij magnitudine. Alterum Macedonicum in Philippico auro reperiens: & hic est cucumis femini par. Post hos Cyprius vocatur in Cypro reperiens, vergens in æreum colorem, sed in medicina, vt dicemus, efficacissimus. Post huc est siderites ferrei splendoris, pondere ante cæteros, sed natura dissimilis. Nam & ictibus frangitur, & alio adamante perforari potest: quod & Cyprio euenit: breuiterque, vt degeneres, nominis tantum autoritatem habent. Idque, quod totis voluminibus his docere & mandare conati sumus, de discordia rerum concordiaque, quam antipathiam ac sympathiam appellauere Græci, non aliter clariùs intelligi potest. Siquidem illa inuicta vis duarum violentissimæ naturæ rerum ferri ignisque contemptrix, hircino rumpitur sanguine, nec aliter quam recenti calidoque macerata, & sic quoque multis ictibus, tunc etiã, præterquam eximias, incudes, malleisque ferreos frangens. Cuius hoc ingenio inuentum? quòve casu reperiens? aut quæ fuit coniectura experiendi rem immensi secreti, & in fœdissimo animalium? Numinum profecto

muneris talis inuentio omnis est. Nec quærenda in vlla parte naturæ ratio, sed voluntas. Et cum feliciter rumpere contingit, in tam paruas frangitur crustas, vt cerni vix possint. Expetuntur à scalptoribus, ferróque includuntur, nullam non duritiam ex facili cauantes. Adamas dissidet cum magnete lapide in tantum, vt iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi: aut si admotus magnes apprehenderit, rapiat, atque auferat. Adamas & venena irrita facit, & lymphationes abigit, metusque vanos expellit à mète: & ob id quidam eum anachiten vocauerunt. Metrodorus Scepsius, in eadem Germania & Baltia insula nasci, in qua & succinum, quod equidem legerim, solus dicit: & præfert Arabicis: quod falsum esse quis dubitet? Proximum apud nos Indicis Arabicisque margaritis pretium est, de quibus in nono diximus volumine inter res marinas.

De smaragdi generibus, & gemmis viridibus & translucidis CAP. V.

Tertia autoritas smaragdis perhibetur pluribus de causis. Nullius coloris aspectus iucundior est. Nam herbas quoque virentes frondésque auidè spectamus. Smaragdos verò tantò libentius, quoniã nihil omnino viridius comparatum illis viret. Præterea soli gemmarum contuitu oculos implent nec satiant. Quin & ab intentione alia obscurata, aspectu smaragdi recreatur acies. Scalpentibusque gemmas non alia gratior oculorum refectio est: ita viridi lenitate lassitudinem mulcent. Prætereà longinquo amplificantur visu, inficientes circa se repercussum aëra, non Sole mutati, nō vmbra, non lucernis, semperque sensim radiantes, & visum admittentes, ad crassitudinem sui facilitate translucida: quod etiam in aquis non fit. Iidem plerunque & cōcaui, vt visum colligant. Quapropter decreto hominum iis parcitur scalpi vetitis. Quamquam Scythicorum Ægyptiorumque duritia tanta est, vt nequeant vulnerari. Quorum verò corpus extensum est, eadem, qua specula ratione supini imagines rerum reddunt. Nero princeps gladiatorum pugnas spectabat smaragdo. Genera eorum duodecim: Nobilissimi Scythici, ab ea gente in qua reperiuntur appellati. Nullius maior austeritas, nec minus vitij. Et quantum smaragdi à gemmis distant, tantum Scythici à cæteris smaragdis. Proximam laudem habet, sicut & sedem, Bactriani, quos in commissuris saxorum colligere dicuntur. Etæsiis flantibus. Tunc enim tellure internitent, quia iis vêtis maximè harenæ mouëtur. Sed hos minores multò Scythicis esse tradunt. Tertium locum Ægyptij habent, qui eruuntur circa Copton oppidum Thebaidis in collibus & cautibus. Reliqua genera in metallis ærariis inueniuntur. Quapropter principatum ex iis Cyprij obtinent: dósque eorum est nec in colore liquido nec diluto, verum ex humido pingui, quaque perspiciatur, imitate translucidum mare: paritérque translucet & nitet, hoc est, colorem expellit, & aciem recipit. Ferunt in ea insula tumulo reguli Hermiæ iuxta cetarias in marmoreo leoni fuisse inditos oculos ex smaragdis, ita radiantibus etiam in gurgitem, vt territi instrumenta refugerent thynni, diu mirantibus nouitatem piscatoribus, donec mutauere oculis gemmas. Sed & vitia demonstrari oportet in tam procliui erratu. Sunt quidem omnium eadem. Quædam tamen nationum peculiaria, sicut in homine. Ergo Cyprij variè glauci, magisque ac minus in eodem smaragdo aliis partibus tenorem illú Scythicæ autoritatis non semper custodiunt. Ad hoc quibusdam intercurrit vmbra, surdusque fit colos: qui improbat⁴⁰ur etiam dilutior. Hinc genera distinguuntur. Sunt aliqui obscuro, quos vocant cæcos: alij densi, nec è liquido translucidi: quidam varia nubecula improbat. Aliud est hoc, quàm vmbra, de qua diximus. Nubecula enim albicantis est vitium, cum viridis non pertransit aspectus, sed aut intus occurrit, aut excipit in fine visum candor. Hæc coloris vitia: illa corporis, capillamentum, sal, plumbago. Ab iis Æthiopi laudantur à Copto dierum trium itinere, vt autor est Iuba, acriter virides, sed non facile puri aut colores. Democritus in hoc genere ponit Hermineos & Persicos. Illos extumescentes pinguitè: Persicos verò non translucidos, sed iucundi tenoris, visum implere, quem nō admittant, felium pantherarumque oculis fimiles. Nanque & illos radiare nec perspicere. Eisdem in Sole hebetari, vmbri refulgere, & longiùs, quàm cæteros, nitere. Omnium horum etiam vitium, quod fellis colorem aut aëris habet. In Sole dilucidi quidem

dem ac liquidi, sed non virides. Hæc vitia & Atticis maximè sentiuntur in argentariis metallis repertis in loco qui Thoricos vocatur, semper minus pingues, & è longinquo speciosiores. Frequens & iis plumbago, hoc est, vt in Sole plumbei videantur. Illud peculiare, quòd quidam ex iis senescunt, paulatim viriditate euanida, & Sole læduntur. Post hos Medici plurimum viriditatis habent, interdum & è sapphiro. Ii sunt fluctuosi, ac rerum imagines complexi, vt verbi gratia papauerum aut auium, pinnarumq; vel catulorum aut similium. Qui non omnino virides nascuntur, vino & oleo meliores fiunt: neq; est aliorum magnitudo amplior. Carchedonij nescio an in totum exoleuerint, postquam metalla æris ibi defecerunt: & semper tamen vilissimi fuere minimique. Iidem fragiles, sed colore incerti, & virentium in caudis pauonum columbarumque collo plumis similes, ad inclinationem magis aut minus lucidi, venosi quidem squamosique. Peculiare erat in his vitium sarcion appellatum: hoc est quædam gemmæ caro. Mons iuxta Carchedonem, in quo legebantur, smaragdites vocatus est. Iuba est autor, smaragdum quem cholon vocant, in Arabia ædificiorum ornamentis includi, & lapidem, quem alabastriten Ægyptij vocant. Complures verò è proximis Laconicos in Taygeto monte erui Medicis similes, & alios in Sicilia. Inferitur smaragdis & quæ vocatur tanos, è Persis veniens gemma, ingrâtè viridis, atque intus sordida. Item chalcosmaragdos è Cypro, turbida æreis venis. Theophrastus tradit in Ægyptiorum commentariis reperiri, regi eorum à rege Babylonio missum smaragdum munere iij. cubitorum longitudine, & trium
 20 latitudine. Et fuisse apud eos in Iouis delubro obeliscum è iij. smaragdis xl. cubitorum longitudine, latitudine verò in parte quatuor, in parte duorum. Se autem scribente, esse in Tyro Herculis templo stantem pilam è smaragdo, nisi potius pseudosmaragdus sit. Nam & hoc genus reperiri, & in Cypro inuentum ex dimidia parte smaragdum, ex dimidia iaspidem, nondum humore in totum transfigurato. Apion cognominatus Plistonices, paulò antè scriptum reliquit, esse etiam nunc in labyrintho Ægypti colosseum Serapin è smaragdo nouem cubitorum. Eandem multis naturam aut certè similem habere berylli videntur, in India originem habentes, rarò alibi reperti. Poliuntur omnes sexangula figura artificum ingeniis, quoniam hebescunt, ni color sordidus percussu angulorum excitetur. Aliter enim politi non habent fulgorem eundem. Probatissimi sunt ex
 30 iis, qui viriditatem puri maris imitantur. Proximi, qui vocantur chrysoberylli, & sunt paulo pallidiores, sed in aureum colorem exeunte fulgore. Vicinum genus huic est pallidius, & à quibusdam proprii generis existimatur, vocaturque chrysoprasus. Quarto loco numerantur hyacinthozontes. Quinto quos aëroides vocant. Post eos autem cerini: ac deinde oleagini, hoc est, colore olei. Postremi crystallis ferè similes. Hi capillamenta habent, sordisque, alioquin euanidi, quæ sunt omnium vitia. Indi mirè gaudent longitudine eorum, solisque gemmarum esse prædicant, qui carere auro malint: ob id perforatos elephantorum fetis religant. Et alios conuenit non oportere perforari, quorum sit
 absoluta bonitas, vmbilicis statim ex auro capita comprehendentibus. Ideo cylindros ex iis facere malunt, quàm gemmas, quoniam est summa commendatio in longitudine.
 40 Quidam & angulosos putant statim nasci, & perforatos gratiores fieri medulla candoris exempta, additòque auro percussa aut omnino castigata causa perspicuitatis ad crassitudinem. Vitia præter iam dicta eadem ferè, quæ in smaragdis, & pterygia. In nostro orbe aliquando circa Pontum inueniri putantur. Indi & alias quidem gemmas crystallallo inuento adulterare reppererunt, sed præcipuè beryllos.

De opali generibus, & vitis, & experimentis, & variis gemmis.

C A P. V I.

Minimum, iidemque plurimum ab iis differunt opali, smaragdis tantum cedentes. India sola & horum est mater. Atque ideo eis pretiosissimam gloriam compositores gemmarum & maximè inenarrabilem difficultatè dederunt. Est enim in iis carbunculi tenuior ignis, est amethysti fulgens purpura, est smaragdi virens mare, & cuncta pariter incredibili mistura lucentia. Alij summo fulgoris argumèto colores pigmentorum æquauere: alij sulphuris ardentem flammam, aut etiam ignis oleo accensi. Magnitudo

nucem auellanam æquat, insigni apud nos historia. Siquidem extat hodièque huius generis gemma, propter quam ab Antonio proscriptus Nonius Senator est, filius Strumæ Nonij eius, quem Catullus poëta in sella curuli visum indignè tulit, auúsque Seruilij Noniani, quem Consulem vidimus: illéque proscriptus fugiens, hunc è fortunis suis omnibus anulum abstulit secum, què certum est festertis viginti millibus æstimatum. Sed mira Antonij feritas atque luxuria, propter gemmam proscibentis: nec minor Nonij contumacia, proscptionem suam amantis, cum etiam feræ abrosas partes corporis relinquunt, propter quas se periclitari sciunt. Vitia opali, si color in florem herbæ, quæ vocatur heliotropium, exeat, aut crySTALLUM, aut GRADINEM: si sal interueniat aut scabritia, aut puncta oculis occurrantia: nullósque magis India similitudine indiscreta vitro adulterat. 10 Experimentum in Sole tantum. Falsis enim contra radios libratis digito ac pollice, vnus atque idem translucet colos in se consumptus. Veri fulgor subinde variat, & plus huc illucque spargit, & fulgor lucis in digitos funditur. Hanc gemmam propter eximiam gratiã pleriq; appellauere pæderota. Sunt & qui priuatum genus eius faciunt, sanganónque ab Indis vocari dicunt. Traduntur nasci & in Ægypto, & in Arabia, & vilissimi in Ponto. Item in Galatia ac Thaso & Cypro. Quippe opali gratiam habet: sed mollius nitet, raro non scaber. Summa coloris ex ære & purpura constat: viriditas smaragdi deest. Constatque melior ille color, cuius fulgor vini colore fuscatur, quam qui diluitur aqua. Hactenus de principatu conuenit, mulierum maximè senatusconsulto. Minus certa sunt, de quibus & viri iudicant. Singulorum enim libido singulis pretia facit, & præcipué regum. 20 Claudius Cæsar smaragdos induebat & sardonychas. Primus autem Romanorum sardoniche vsus est prior Africanus, vt tradit Demonstratus, & inde Romanis hanc gemmã fuisse celeberrimam. Quamobrem proximum ei dabimus locum. Sardoniches olim, vt ex nomine ipso apparet, intelligebantur candore in Sarda, hoc est, velut carnibus vngue hominis imposito, & vtroque translucido. Talésque esse Indicas tradunt, Ismenias, Demonstratus, Zenothemis, Sotacus: hi quidem duo reliquas omnes, quæ non traluceat, cæcas appellantes, quæ nunc nomen abstulere. Nullo sardarum vestigio Arabicæ sunt, cæperuntque pluribus hæ gemmæ coloribus intelligi, radice nigra, aut cæruleum imitante, & vnguem: creditum enim candido pingi, nec sine quadam spe purpuræ candore in minium transeunte. Has Indis nō habitas in honore Zenothemis scribit: tantæ aliás magnitudinis, vt inde capulos factitarent. Etenim constat ibi torrentibus detegi. Et placuisse in nostro orbe initio, quoniam solæ propè gemmarum scalptæ, ceram non auferrent. Persuasimus deinde & Indis, vt ipsi quoque iis gauderent. Vtiturque perforatis vtique vulgus tantum in collo. Et hoc est nunc Indicarum argumentum. Arabicæ excellent cādore circuli prælucido atque non gracili, neque in recessu gemmæ aut in deiectu renitente, sed in ipsis vmbonibus nitente, prætereà substrato nigerrimi coloris. Et hoc in Indicis cereum aut corneum inuenitur, etiam circuli albi: quædam in iis cælestis arqus anhelatio est. Superficies verò locustarum maris crustis rubentior. Iam melleæ aut fæculentæ (hoc enim nomen est vitio) improbantur, & si zona alba fundat se, non colligat. Simili modo, si ex alio colore in se admittat aliquid enormiter. Nihil enim in sua sede alieno 40 interpellari placet. Sunt & Armeniacæ, cætera probandæ, sed pallida zona. Exponeda est & onychis ipsius natura, propter nominis societatem: hoc in gemmam trāsilit ex lapide Carmaniæ. Sudines dicit in gemma esse cādoré vnguis humani similitudine: item chrysolithi colorem & sardæ & iaspidis. Zenothemis Indicam onychem plures habere varietates, igneam, nigram, corneã, cingentibus candidis venis oculi modo, interuenientibus quarundam oculis obliquis venis, Sotacus & Arabicam onychem tradit: sed eam à cæteris distare, quòd Indica igniculos habeat, albis cingentibus zonis singulis pluribusve, aliter quàm in sardoniche Indica. Illic enim momentum esse, hic circumum. Arabicas onychas nigras inueniri candidis zonis. Satyrus carnosas esse Indicas, parte carbunculi, parte chrysolithi & amethysti, totumque id genus abdicat. Veram autem onychem plurimas variásque cum lacteis zonis habere venas, omnium in trāsitu colore inenarrabili, & in vnum

in vnum redeunte concentum suauitate grata. Nec sardæ natura differenda est, diuiduæ ex eodem nomine: obiterque ardentium gemmarum indicanda.

De generibus carbunculorum, & vitis, & experimentis, & gemmis ardentibus.

C A P. V I I.

PRincipatum habent carbunculi, à similitudine ignium appellati, cum ipsi non sentiant ignes, ob id à quibusdam apyroti vocati. Horum genera, Indici & Garamantici, quos & Carchedonios vocauerunt, propter opulentiam Carthaginis magnæ. Adiciunt Æthiopicos & Alabandicos, in Orthosia caute nascentes, sed qui perficiantur Alabâdis. Præterea in omni genere masculi appellantur acriores, at fœminæ languidiùs refulgentes. In masculis quoque obseruant liquidioris alios flammæ, nigrioris alios, & quosdam lucidiùs, ac magis cæteris in Sole flagrantes. Optimos verò amethystizontas, hoc est, quorum extremus igniculus in amethysti violam exeat: proximos illis, quos vocant fyrtitas, pinnato fulgore radiantem. Inueniri autem vbicumque maximè Solis repercussu. Satyrus Indicos non esse claros dicit, ac plerunque sordidos, ac semper fulgoris retorridi: Æthiopicos pingues, lucemque non emittentes, sed cõuoluto igne flagrare. Callistratus fulgorem carbunculi debere candidum esse^a positi, extremo visu nubilantem: si attollatur, exardescens: ob id à plerisque hunc carbunculum candidum vocari. Qui languidiùs ac liuidiùs ex Indicis lucent, lithizontas appellari. Carchedonios multo minores esse: Indicos etiam in sextarij vnus mensuram cauari. Archelaus Carchedonios nigrioris aspectus esse, sed igne, vel Sole, & inclinatione acrius, quàm cæteros, excitari. Eosdè vmbra te tecto purpureos videri, sub cælo flammeos, contra radios Solis & scintillare, ceras signantibus his liquefcere, quâuis in opaco. Multi Indicos Carchedoniis candidiores esse, & è diuerso inclinatione hebetari scripsere: etiamnum in Carchedoniis maribus stellas intus ardere, fœminas fulgorem vniuersum fundere extra se. Alabânicos cæteris nigriores esse scabrosque. Nascuntur & in Thracia coloris eiusdem, ignem minimè sentientes. Theophrastus autor est, & in Orchomeno Arcadiæ inueniri, & in Chio: Illos nigriores, è quibus & specula fieri. Esse & Træzenios varios interueniētibus maculis albis: Itē Corinthios ex pallidioribus candidos. Massilia quoque importari Bocchus & Olyssipone scripsit magno labore ob argillâ Sole adustis saltibus. Nec est aliud difficilius, quàm discernere hæc genera: tanta est in eis occasio artis, subditis per quæ translucere cogantur. Aiunt ab Æthiopicis hebetiores in aceto maceratos quatuordecim diebus nitescere, totidem mensibus durante fulgore. Adulterantur vitro simillimè, sed cote deprehenduntur, sicut aliæ gemmæ factitiæ: mollior enim materia & fragilis: & centrosa scobe deprehenduntur & pondere, quod minus est vitreis: aliquando & pustulis argenti modo reluctantibus. Est & anthracitis appellata, in Thesprotia fossilis, carbonibus similis. Falsum arbitror, quod & in Liguria nasci tradiderunt, nisi fortè tunc nascebantur. Esse in iis & præinctæ candida vena traditur: harum igneus color, vt superiorum est: peculiare quidem, quod iactatæ in ignem velut intermortuæ extinguuntur: contra aquis perfusæ exardescunt. Cognata est huic sandastros, quam aliqui Garamantiten vocat: nascitur in India loco eiusdem nominis. Gignitur & in Arabia ad meridiem versa. Cõmendatio summa, quod velut in translucido stellantes, intus fulgent aureæ guttæ, semper in corpore, nunquam in cute. Accedit religio narrata à siderum cognatione ab inspectoribus, quoniam ferè stellarum Hyadum & numero & dispositione stellantur, ob id Chaldæis in ceremoniis habitæ. Et hic mares austeritas distinguit, quodam vigore apposita tingēs. Indicæ quidem etiam hebetare visus dicuntur. Blandior fœminis flamma, alliciens magis, quàm accendens. Sunt qui præferat Arabicas Indicis, fumidæque chrysolitho illas similes dicunt. Ismenias verò negat poliri sandastros propter teneritatem, & ob id in magno errore sunt, qui sandareson vocant. Inter omnes constat, quantum numero stellarum accedat, tantum & pretio accedere. Affert errorem aliquando similitudo nominis, sandaser, quod Nicanor sandaserion vocauit, alij sandaseron. Quidam verò hæc sandastron, illam sandareson, in India nascentem illam quoque, & loci nomē custodientem: mali colore,

^a vide nū re-
ctius, posuit.

aut olei viridis, omnibus improbatam. Ex eodem genere ardentium lychnites appellata à lucernarum accensarum præcipua gratia. Nascitur circa Orthosiam, totaque Caria ac vicinis locis, sed probatissima in Indis, quam quidam remissiore carbunculum esse dixerunt. Secunda bonitate similis est Ionis appellata à prælatis floribus. Et alias inuenio differentias: vnam quæ purpura radiet, alteram quæ cocco, a Sole excafactas, aut digitorum attritu, paleas & chartarum fila ad se rapere. Hoc idem & Carchedonius facere dicitur, quanquam multo vilior prædictis. Nascitur apud Nasamonas in montibus, vt incolæ putant, imbre diuino. Inuenitur ad repercussum Lunæ, maximè plenæ. Carthaginem quondam deportabatur. Archelaus & in Ægypto circa Thebas nasci tradidit, fragiles, venosas, morienti carboni similes. Potoria vasa & ex hoc lapide & ex lychnite facta inuenio. Omnia autem hæc genera sculpturæ contumaciter resistunt, partemq; ceræ in signo tenent. E diuerso ad hæc sarda vtilissima, quæ nomen cū sardoniche communicauit. Ipsa gemma vulgaris, & primùm Sardibus reperta, sed laudatissima circa Babyloniã, cùm lapidicinæ quædam aperirentur, hærens in faxi corde. Hocque modo metallū apud Persas defecisse traditur. Sed inueniuntur compluribus aliis locis, sicut in Paro & Affo. In India trium generum: rubrum, & quod demium vocant a pinguedine, tertium quod argenteis bracteis sublinitur. Indicæ perlucet: crassiores sunt Arabicæ. Inueniuntur & circa Leucada Epiri, & circa Ægyptum, quæ bractea aurea sublinuntur. Et in his autem mares excitatus fulgent: fœminæ pinguiore sunt, & crassius nitent. Nec fuit alia gemma apud antiquos vsu frequentior. Hac certè apud Menandrum & Philemoné fabulæ superbiunt. Nec vllæ translucentium tardius suffuso humore hebetantur, oleoque magis, quam alio liquore. Damnantur ex iis melleæ, & validius testaceæ.

De generibus topazy, & callaide, & de gemmis viridibus non translucentibus.

C A P.

V I I I.

EGregia etiamnum topazio gloria est, suo virenti genere, & cùm reperta est, prælatæ omnibus. Id accidit in Arabiæ insula, quæ Chitis vocatur: in qua Troglodytæ prædones, cùm diutius fame & tēpestare pressi, herbas radicisque effoderent, eruerunt topazion. Hæc Archelai sententia est. Iuba topazon insulam in Rubro mari à cōtinente itadiis ccc. abesse tradit, nebulosam & ideo quæsitam sæpe nauigantibus, ex ea causa nomen accepisse. Topazin enim Troglodytarum lingua significationem habere quæredidit. Ex hac primùm importatam Berenicæ reginæ, quæ fuit mater sequentis Ptolemæi, a Philemone præfecto regis, ac mire placuisse, & inde factam statuam Arsinoæ Ptolemæi Philadelphii vxori quatuor cubitorum, sacratam in delubro, quod aureum cognominabatur. Recentissimi autores & circa Thebaidis Alabastrum oppidum nasci dicunt: & duo eius genera faciunt, prasoidem atque chrysopterion similè chrysoprasio. Eius enim tota similitudo ad porri succum dirigitur. Est autè amplissima gemmarum. Eadem sola nobilissimam sentit: cæteræ Naxiis cotibus poliuntur. Hæc & vsu atteritur. Comitatur eam similitudine propior, quam autoritate, callais, è viridi pallens. Nascitur post auersa Indiæ apud incolas Caucafi montis Phicaros ac Aidasas amplitudine conspicua, sed fistulosa ac fordium plena. Syncerior multo præstantiorque in Carmania. Vtrobique autem in rupibus inuiis & gelidis, oculi figura extuberans, leuiterque adhærens, nec vt agnata petris, sed vt apposita. Quapropter scandere ad eam pigritia pedum equestres populos tædet, simul & periculum terret. Ergo fundis è longinquo incessunt, & cum toto musco excutunt. Hoc vectigal, hocque gestamen diuites in ceruice gratissimum norunt. Hic census, hæc gloria à pueritia deiectorum numerum prædicantium, in quo varia fortuna. Quidam icu primo cœpere præclaras, multi insectando nullas. Et venatus quidem callaidis talis: sectura formantur, aliàs fragiles. Optimus color smaragdi: vt tamen apparet, ex alieno est quod placeant. Inclusæ decorantur auro, aurumque nullæ magis decent: Quæ sunt earum pulchriores, oleo, vnguento, & mero colorem deperdunt. Viliores constantius repræsentant: neque est imitabilior alia mendacio vitri. Sunt qui in Arabia inueniri eas

eas dicant in nidis auium, quas melancoryphos vocant. Viridantium & alia plura sunt genera. Vilioris est turbæ prasius: cuius alterum genus sanguineis punctis obhorret: tertium virgulis tribus distinctum est candidum. Præfertur his chrysoprasius, porri succum & ipsa referens, sed hæc paulum declinans à topazio in aurum. Huic & amplitudo ea est, vt cymbia etiam ex ea fiant: cylindri quidem celerrimè. India & has generat, & nilion, fulgore hebeti ac breui, & cum intueare, fallaci. Sudines dicit & in Syuero Atticæ flumine nasci. Est autem color fumidæ topazij, aut aliquando melleæ. Iuba in Æthiopia gigni tradit, in litoribus amnis, quem Nilum vocamus, & inde nomen trahere. Non translucet molochites spissius virens, à colore maluæ nomine accepto, reddendis laudata signis, & infantium custodia quadam innato contra pericula ipsorum medicamine. Viret, & sæpe translucet iaspis, etiam si victa à multis, antiquitatis tamen gloriam retinens. Plurimæ ferunt eam gentes, smaragdo similem Indi: Cypros duram glaucóque pingui: Persæ aëri similem: ob id vocatur aërizusa. Talis & Caspia est: cærulea circa Thermodoontem amnem: in Phrygia purpurea: in Cappadocia ex purpura cærulea, atque non refulgens. Amisos Indicæ similem mittit, Chalcedon turbidam. Sed minus refert nationes, quam bonitates, distinguere. Optima ergo, quæ purpuræ quicquam habet: secunda, quæ rosæ: tertia, quæ smaragdi. Singulis autem Græci nomina ex argumento dedere. Quarta apud eos vocatur Borea, cælo autumnali matutino similis: & hæc erit illa, quæ vocatur aërizusa. Similis est & Sardæ, imitata & violas. Non minus multæ species reliquæ, sed omnes in vitio cæruleæ aut crystallo similes, aut myxis. Item terebinthizusa, improprio (vt arbitrator) cognomine, velut è multis eiusdem generis composita gemmis. Quamobrem præstantiores funda clauduntur, id est patentes, nec præterquam margines auro amplectente. Vitium est & breuis in iis nitor, & longè splendens, & fal, & omnia, quæ in cæteris. Et vitro adulterantur, quod manifestum fit, cum extrà fulgorem spargunt, atque non in se continent: nec diuersæ, quas sphragidas vocat, publico gemmarum dominio iis tantum dato, quoniam optimè signent.

De iaspide generibus.

C A P. I X.

Totus verò Oriens pro amuleti traditur gestare eam, quæ ex iis smaragdo similis est: & transfuersa linea alba media præcingitur, & grammatis vocatur: quæ pluribus, & transuersa linea alba media præcingitur, & grammatis vocatur: quæ pluribus, polygrammos. Libet obiter vanitatem Magicam hinc quoque coarguere, quoniam hanc concionantibus vtilem esse prodiderunt. Est & onychipuncta, quæ iaspis vocatur, & nubem complexa, & niues imitata. Hæc stellata rutilis punctis est, & sali Megarico similis: & veluti fumo infecta, quæ capnias vocatur. Magnitudinem iaspidis vnde ciuinciarum vidimus, formatamque inde effigiem Neronis thoracatam. Reddetur & per se cyanos, accommodato paulò antè iaspidis nomine, colore cæruleo. Optima Scythica, dein Cypria, postremo Ægyptia. Adulteratur maximè tinctura, idque in gloria regis Ægyptij ascribitur, qui primus eam tinxit. Diuiditur autem & hæc in mares feminasque. Inest ei aliquando & aureus puluis, non qualis in sapphirinis. Sapphirus enim & aureis punctis collucet. Cæruleæ & sapphiri, raroque cum purpura. Optimæ apud Medos, nusquam tamen perlucidæ. Præterea inutiles sculpturæ interuenientibus crySTALLINIS centrīs. Quæ sunt ex iis cyanei coloris, mares existimantur. Alius ex hoc ordo purpureis dabitur, & ab illis descendentes. Principatum amethysti Indicæ tenent. Sed in Arabiæ quoque parte, quæ finitima Syriæ Petra vocatur, & in Armenia minore, & in Ægypto, & in Gallia reperiuntur: fordidissimæ autem vilissimæque in Thaso & Cypro. Causam nominis afferunt, quod vsque ad vini colorem accedens, prius quam eum degustet, in violam desinat: fulgórque quidam in illa purpuræ non ex toto igneus, sed in vini colorem deficiens. Perlucent autem omnes violaceo colore, sculpturis faciles. Indicæ absolutum felicitis purpuræ colorem habent: ad hancque tingentium officinæ dirigunt vota. Fundit autem eum aspectu leniter blandum, neque in oculos, vt carbunculi, vibrat. Alterum earum genus descendit ad hyacinthos. Hunc colorem Indi sacon vocant, talem gemmam sacodion. Dilutior ex eodem saphinos vocatur, eadem paranites in.

contermino Arabiæ, gentis nomine. Quartum genus colorem vini habet. Quintum ad viciniam cryſtalli descendit, albicante purpuræ deiectu. Hoc & minimè probatur, quando præcellens debet esse in suspectu velut ex carbunculo refulgens quidam in purpura leuiter roseus nitor. Tales aliqui malunt pæderotas vocari, alij anterotas, multi Veneris gemmam, quòd maximè videtur decere & specie & colore extremo gemmæ. Magorum vanitas resistere ebrietati eas promittit, & inde appellatas. Præterè si Lunæ nomen ac Solis scribatur in iis, atque ita suspendantur è collo capillis cynocephali vel plumis hirundinis, resistere veneficiis. Iam verò quoquo modo adesse reges adituris. Grandinem quoque auertere, ac similia, & locustas, precatione addita, quã demonstrant. Nam è smaragdis quoque similia promifere, si aquilæ scalperentur, aut scarabæi: quæ quidem scripsisse eos non sine contemptu & irrisu generis humani arbitror. Multum ab ea distat hyacinthos, tamen è vicino descendens. Differentia hæc, quòd ille emicans in amethysto fulgor violaceus, dilutus est in hyacintho. Primo quoque aspectu gratus, euanescit antequam satiet, adeoque non implet oculos, vt penè non attingat, marcescens celerius nominis sui flore. Hyacinthos Æthiopia mittit & chrysolithos, aureo colore translucens. Præferuntur iis Indiæ, & si variæ non sint, Bactrianæ. Deterrimæ autem Arabiæ, quoniam turbidæ sunt & variæ, & fulgoris interpellati nubilo macularum, etiam quælympidæ contigere, veluti scobe sua refertæ. Optimæ vero sunt, quæ in collatione aurum albicare quadam argenti facie cogunt. Funda includuntur perspicuæ. Cæteris subiicitur orichalcum. Tametsi iam expertes gemmarum vsu appellantur aliqui & chryseletri, in colorem electri declinantes, matutino aspectu iucundiores. Ponticas deprehendit leuitas. Quædam in iis duræ sunt rufæque, quædam molles & sordidæ. Bocchus autor est, & in Hispania repertas, quo in loco cryſtallum dicit ad libramentum aquæ puteis defossis inde erutam. Et chrysolithon xij. pondo à se visam. Fiunt & leucochrysi, interueniente candida vena. Sunt in hoc genere capniæ. Sunt & vitreis similes, veluti croco refulgentes. Vitreæ verò, vt visu discerni non possint. Tactus autem deprehendit, tepidior in vitreis. In eodem genere sunt melichrysi, veluti per aurum sincero melle translucens, quas India mittit, quanquam ad iniuriam fragiles. Eadem & xyſtion parit, plebeiam ibi gemmam. Candidarum dux est pæderos: quanquam potest quæri, an in colore numerari debeat toties iactati per alienas pulchritudines nominis, adeò decoris prærogatiua in vocabulo facta est. Est & suum genus expectatione tanta dignum. Coëunt in translucidam cryſtallum viridis suo modo aër, simulque purpura, & quidam vini aureus nitor, semper extremus in visu: sed purpura coronatus matre singulis videtur his, & pariter omnibus. Nec gemmarum vlla est liquidior, capiti iucunda, suavis & oculis. Laudatissima est in Indis, apud quos argenon vocatur. Proxima apud Ægyptios, vbi fenites. Tertia in Arabia, verum scabra. Mollius radiat Pontica, & Asiatica. Ipsæ verò molliores sunt, Galatica & Thracia & Cypria. Vitia earum languor, aut alienis turbari coloribus, & quæ cæterarum. Proxima candicantium est Asteria, principatum habens proprietate naturæ, quòd inclusam lucem pupillæ modo quandam continet, ac transfundit cum inclinatione, velut intus ambulanti ex alio atq; alio loco reddens, eademq; contraria Soli regerens candicantes radios, vnde nomen inuenit, difficilis ad celandum. Indiæ præfertur in Carmania nata. Similiter candida est, quæ vocatur astrios, cryſtallo propinquans, in India nascens, & in Pallenis litoribus: intus à centro ceu stella lucet fulgore Lunæ plenæ. Quidam causam nominis reddunt, quòd astris opposita fulgorem rapiat, ac regerat. Optimam in Carmania gigni, nullamque minus obnoxiam vitio. Cerauniam enim vocari, quæ sit deterior. Pessimam lucernarum lumini similem. Celebrat & astroiten, mirasque laudes eius in Magicis artibus Zoroastrem cecinisse. Quidam diligentius de ea produnt. Astrobolon Sudines dicit oculis piscium similem esse, & radiare candido, vt Solem. Est inter candidas & quæ ceraunia vocatur, fulgorem siderum rapiens. Ipsa cryſtallina, splendoris cærulei, in Carmania nascens. Albâ esse Zenothemis fatetur, sed habere intus stellam concusantem. Fieri & hebetes ceraunias, quas

quas nitro & aceto per aliquot dies maceratas concipere stellam eam, quæ post totidem
 menses relanguescat. Sotacus & alia duo genera fecit cerauniæ, nigras rubentisque, ac si-
 miles eas esse securibus: per illas quæ nigræ sunt & rotundæ, vrbes expugnari & classes,
 easque betulos vocari: quæ verò longæ sunt, ceraunias. Faciunt & aliam raram admodum,
 & Parthorum Magis quæsitam, quoniam non aliubi inueniatur, quàm in loco fulmine
 icto. Proximum cerauniæ nomen apud eos habet, quæ appellatur iris. Effoditur in qua-
 dam insula Rubri maris, quæ distat à Berenice vrbe sexaginta millia pass. cætera sui parte
 crystallus. Itaque quidam radicem crystalli esse dixerunt. Vocatur ex argumêto iris. Nam
 sub tecto percussa Sole species & colores arcus cælestis in proximos parietes eiacularur,
 subinde mutans, magnaque varietate admirationem sui augens. Sexangulam esse, vt cry-
 stallum, constat. Sed esse aliquas scabris lateribus & angulis inæqualibus dicunt, in Sole a-
 perto proiectas, radios in se cadentes discutere: aliquas verò ante se proiecto nitore adiacen-
 tia illustrare. Colores verò non nisi ex opaco reddunt, nec vt ipsæ habeant, sed vt reper-
 cussu parietum elidant: optimaque, quæ maximos arcus facit simillimosque cælestibus.
 Est & alia iris ceræ similis, prædura: quam Horus crematam tusamque ad ichneumonum
 morsus remedio esse, nasci autem in Perside tradit. Similis est aspectu, sed non eiusdem ef-
 fectus, quæ vocatur zeros, alba nigraque macula in transfuersum distinguente crystallum.
 Expositis per genera colorum principalium gemmis, reliquas literarum ordine explica-
 bimus.

De quibusdam gemmis per alphabeti ordinem.

C A P. X.

A Chates in magna fuit autoritate, nunc in nulla est: reperta primùm in Sicilia iuxta
 flumen eiusdem nominis, postea plurimis locis, excedens amplitudine, numerosa va-
 rietatibus diuersis mutantibus cognominina eius. Vocatur enim phasachates, cerachates,
 sardachates, hæmachates, leucachates, dendrachates, velut arbuscula insignis: antachates,
 cum vritur, myrrham redolens, coralloachates guttis aureis sapphiri modo distincta, qua-
 lis copiosissima in Creta, sacra appellata. Putat eam contra araneorum & scorpionum ictus
 prodesse. Quod in Siculis vtique crediderim, quoniam primùm eius prouinciæ afflatu scor-
 pionum pestis extinguitur. Et in India inuentæ contra eadem pollent, & aliis magnis mi-
 raculis. Reddunt enim species fluminum, nemorum & iumentorum, etiam esseda & sta-
 ticula, & equorum ornamenta. Medici coticulas inde faciunt. Spectasse etiam prodest o-
 culis. Sitim quoque sedant in os additæ. Phrygiæ viridia non habent Thebis Ægyptiis
 repertæ carent rubentibus venis & albis. Et hæ quoque contra scorpiones validæ. Eadem
 autoritas & Cypriis est. Sunt qui maximè probent vitream perspicuitatem in his. Repe-
 riuntur & in Thracia & circa Oetam, & in Parnasso, & in Lesbo ac Messene, similes li-
 mitum floribus, & Rhodo. Aliæ apud Magos differentia. Leoninæ pelli similes, potè etiam
 habere contra scorpiones dicuntur. In Persis verò suffitu earum tepestates auerti, & præ-
 terea flumina sisti. Argumentum esse, si in feruentes cortinas additæ refrigerent: sed vt
 profint, leoninis iubis alligandas: nam hyænæ pelli similem abominantur, discordialem
 domibus. Eam verò, quæ vnus coloris sit, inuictam athleticis esse. Argumentum eius, quod
 in olla plena olei cocta cum pigmentis, & intra duas horas subferuifaceta, vnum colorem
 ex omnibus facit minij.

Acopis nitro similis est, pumicosa, aureis guttis stellata. Cum hac oleum subferuifa-
 ctum perunctis lassitudinem (si credimus) soluit. Alabastrites nascitur in Alabastrò
 Ægypti, & in Syriæ Damasco, candore interstincto variis coloribus. Hæc cremata
 cum fossili sale ac trita, grauitates oris & dentium extenuare dicitur. Aleatorias vocant
 in ventriculis gallinaceorum inuentas, crystallina specie, magnitudine fabæ: quibus Mi-
 lonem Crotoniensem vsus in certaminibus, inuictum fuisse videri volunt. Androda-
 mas argenti nitorem habet, vt adamas, quadrata, semperque tessellis similis. Magi putant
 nomen impositum ab eo, quod impetus hominum, & iracundias domet. Eadem sit, an-
 alia, argyrodamas, autores non explicant. Antipathes nigra non translucet. Experimen-
 tum eius si coquatur in lacte: facit enim hoc myrrhæ simile immissa. Eamque contra ef-

fascinationes auxiliari Magi volunt. Arabica ebori simillima est, & hoc videretur, nisi abnueret duritia. Putant contra dolores neruorum prodesse habentibus. Aromatites & ipsa in Arabia traditur gigni, sed & in Ægypto circa Pyras, vbique lapidosa, & myrrhæ coloris & odoris, ob hoc reginis frequentata. Asbestos in Arcadiæ montibus nascitur, coloris ferrei. Aspilaten Democritus in Arabia gigni tradit, ignei coloris. Eam oportere cameli pilo spleneticis alligari, inueniri que in nido Arabicarum alitum. Et aliam eodem nomine ibi in Leucopetra nasci argentei coloris, radiantem, contra lymphatum habendam. Atizoën in India & in Perside ac Ida monte nasci tradit, argenteo nitore fulgentem, magnitudine trium digitorum, ad lenticulæ figuram, odoris iucundi, necessariam Magis regem constituentibus. Augites non multis alia videtur esse, 10 quàm quæ callais. Amphitane alio nomine appellatur chryfocolla, in Indiæ parte, vbi formicæ eruunt aurum, in qua inuenitur auro similis quadrata figura: affirmaturque natura eius, quæ magnetis, nisi quòd trahere quoque aurum traditur. Aphrodisiace ex candida rufa est. Asyctos septenis diebus calorem tenet excafacta igni, nigra ac ponderosa, distinguuntibus eam venis rubentibus. Putant prodesse contra frigora. Ægyptilam Iacchus intelligit, per album sarda nigræque vena transeunte: vulgus autem in nigra radice cæruleam facit. Balanitæ genera duo habent, subuirides, & Corinthij æris similitudine. Illa à Copto, hæc ex Troglodytica veniens, medias secante flammea vena. Coptos & Batrachitas mittit: vnam ranæ similem colore: alteram ebori: tertiam rubentis è nigro. Baptes, mollis alioquin, odore excellit. Beli oculus albicans pupillam 20 pingit nigram, è medio aureo fulgore lucentem. Hæc propter suam speciem sacratissimo Assyriorum Deo dicatur. Aliam autem, quam Belum vocat, in Arbelis nasci Democritus tradit, nucis iuglandis magnitudine vitrea specie. Baroptenus siue baroptis nigra, sanguineis & albis nodis alligata dicitur, velut portentosa. Botrytes alia nigra est, alia pampinea, incipienti vix similis. Zoroastres crinibus mulierum similiorem Botrychytan vocat. Bucardia bubulo cordi similis Babylone tantum nascitur. Brontia capitibus testudinum similis, & cum tonitruis cadens (vt putant) fulmine icta restinguit, si credimus. Bolcæ nimbo inueniuntur, glebæ similitudine. Cadmitis eadem esset, quam Ostracitin vocant, nisi quòd hanc cæruleæ interdum cingunt bullæ. Callais sapphirum imitatur, candidior, & littoroso mari similis. Capnites quibusdam videtur suum 30 genus habere, plurimis spiris fumida, vt suo loco diximus: in Cappadocia & in Phrygia nascitur, ebori similis. Callainas ferunt plures coniunctos semper inueniri. Catochites Corsicæ lapis est, cæteris maior, mirabilis, si vera traduntur, impositam manum veluti gummi retinens. Catopyrites in Cappadocia prouenit. Cepites, siue cepocapites, candida est, venarum nodis coëuntibus, candore imaginem regerens. Ceramites, testæ colorem habet. Cinædiæ inueniuntur in cerebro piscis eiusdem nominis, candidæ & oblongæ, euentuque mirandæ, si modo est fides, præfagire eas habitum maris nubilo colore aut tranquillitate. Cerites ceræ similis est: Circos pyris: Corfoides canitiei hominis: Coralloachates corallo aureis guttis distinctæ: Corallis minio: gignitur in India & Syene. Craterites inter chrysolithum & electrum colorem habet, præduræ na- 40 turæ. Crocallis cerasum repræsentat. Cissites circa Copton nascitur candida, & videtur intus habere partum, qui sentiatur etiam strepitu. Chalcophonos nigra est, sed illius æris tinnitum reddit, tragædis, vt suadent, gestanda. Chelidoniæ duorum sunt generum, hirundinum colore, & altera parte purpureæ, nigris interpellantibus maculis. Chelonia oculus est Indiæ testudinis, vel portentosissima Magorum mendaciis. Melle enim colluto ore impositâ linguæ, futurorum diuinationem præstare promittunt: quintadecima Luna & silente, tota die: decrescente verò ante Solis ortum, cæteris diebus à prima in sextam horam. Sunt & chelonitides testudinum similes, ex quibus ad tempestates sedandas multa vaticinantur. Ea verò, quæ sit aureis guttis, cum scarabæo deiecta in aquam feruentem, tempestates auerti. Chlorites herbacei coloris est, quam 50 dicunt Magi inueniri in motallicæ auis ventre, congenitam ei: ferròque includi iu-
bent,

bent ad quædam prodigiosa moris sui. Choaspites à flumine dicta est, viridis, fulgoris aurei. Chrysolampis in Æthiopia nascitur, pallidi coloris die, noctu ignei. Chrysofophis aurum videtur esse. Cepionides in Æolidis Atarne, nunc pago, quondam oppido, nascuntur, multis coloribus translucens, alias vitreæ, alias crystallinæ, alias iaspideæ. Sed & fordidis tantus est nitor, vt imagines reddant, ceu specula. Daphniam Zoroastres morbis comitialibus demonstrat. Diadochus beryllo similis est. Diphris duplex, candida ac nigra, mas ac fœmina, genitale vtriusque sexus distinguente linea. Dionysias nigra ac dura mistis rubentibus maculis: ex aqua trita saporem vini facit, & ebrietati resistere putatur. Draconites siue draconia è cerebro fit draconum: sed nisi
10 viuentibus abscisso nunquam gemmescit, inuidia animalis mori se sentientis. Igitur dormientibus amputant. Sotacus qui visam eam gemmam sibi apud regem scripsit, bigis vehi quærentes tradit, & viso dracone spargere somnifica medicamenta, atque ita præcidere. Esse autem candore translucido, nec postea poliri, aut artem admittere. Encardia cognominatur & cardisce: vna, in qua nigra effigies cordis eminet: altera, eodem nomine viridi colore, cordis speciem repræsentat: tertia nigrum cor ostendit, reliqua sui parte candida. Enorchis candida est, diuisaque fragmentis testium effigiem repræsentat. Exhebenum Zoroastres speciosam & candidam tradit, qua aurifices aurum poliunt. Eristalis cum sit candida, ad inclinationes rubescere videtur. Erotylos eadem am-
20 phicome & hieromnemon, à Democrito laudatur in argumentis diuinationum. Eumeces in Bactris nascitur, filici similis, & capiti supposita visa nocturna oraculi modo reddit. Eumetren Beli gemmam, sanctissimi Deorum sibi, Assyrij appellant, porracei coloris, superstitionibus gratam. Eupetalos quatuor colores habet, caruleum, igneum, minij, mali. Eureos nucleo oliuæ similis est, striata concharum modo, non adeo candida. Eurotias situ videtur operire nigritiam. Eusebes ex eo lapide est, ex quo traditur Tyri in Herculis templo facta sedes, ex qua Dij sicilè surgebant. Epimelas fit, cum in candida gemma supernè nigricat colos. Galaxiam aliqui galactiten vocant, similem proximè dictis, sed intercurrentibus sanguineis aut candidis venis. Galactites ex vino colore lactis est. Eandem dicunt leucam, & leucographiam appellant, & synnephiten, tri-
30 tam lactis succo ac sapore notabilem. In educatione nutricibus lactis fœcunditatem, infantium quoque alligata collo saluam facere dicitur, in ore autem liquefcere. Eandem memoriam adimere dicunt. Mittit eam & Achelous amnis. Sunt qui smaragdum albis venis circumligatum galactiten vocent. Calicos argyrodamanti similis est, paulo sordidior. Inueniuntur autem binæ vel ternæ. Gasidanem Medi mittunt, coloris orobini, veluti floribus sparsam. Nascitur & in Arbelis. Hæc quoque gemma concipere dicitur, & intra se partum fateri concussa, concipere autem trimestri spatio. Glossopetra linguæ similis humanæ in terra non nascitur, sed deficiente Luna cælo decidere, & lenocinanti necessaria creditur. Quod ne credamus, promissi quoque vanitas facit. Ventos enim ea comprimere narrant. Gorgonia nihil aliud est, quàm corallium: nominis causa, quod in duritiam lapidis mutatur. Emollit maria: fulminibus & typhoni resistere affirmant. Ge-
40 nianen eadem vanitate inimicorum pœnas efficere promittunt. Heliotropium nascitur in Æthiopia, Africa, Cypro, porracei coloris, sanguineis venis distincta. Causa nominis, quoniam deiecta in vas aquæ fulgorem Solis accedentem percussu sanguineo mutat, maximè Æthiopica. Eadem extra aquam speculi modo Solem accipit, deprehenditque defectus, subeuntem Lunam ostendens. Magorum impudentiæ vel manifestissimum in hac quoque exemplum est, quoniam admista herba heliotropio, quibusdam quoque additis precationibus, gerentem conspici negent. Hephæstites quoque speculi naturam habet in reddendis imaginibus, quanquam rutila. Experimentum est, si feruentem aquam addita statim refrigeret, aut si in Sole addita aridam materiam accendat. Nascitur in Coryco. Horminodes, ex argumento viriditatis in candida gemma vel nigra, & aliquan-
50 do pallida, ambiente circulo aurei coloris, appellatur. Hexecontalithos in parua magnitudine multicolor, hoc sibi nomē adoptauit. Reperitur in Troglodytica regione. Hier-

cites alternat tota, miluini nigricans veluti plumis. Hammites ouis piscium similis est, & alia velut nitro composita, prædura alioquin. Hammonis cornu inter sacratissimas Æthiopiæ gemmas, aureo colore, arietini cornus effigiem reddens promittitur prædiuina somnia repræsentare. Hormesion inter gratissimas aspicitur, ex igneo colore radians auro, portante secum in extremitatibus candidam lucem. Hyæniæ ex oculis hyæniæ, & ob id in vase inueniri dicuntur: & si credimus, linguæ hominis subditæ futura prædicere. Hammatites in Æthiopia quidem principalis, sed & in Arabia & Africa inuenitur, sanguineo colore, non omittenda promissis ad coarguendas barbarorum insidias. Zachalias Babylonius in his libris quos scripsit ad regem Mithridatem, humana gemmis attribuit fata: has non contentus oculorum & iocinerum medicina decorasse, à rege etiã 10 aliquid petituris dedit, & litibus iudiciisque interposuit: in præliis etiam eas salutare pronuntiauit. Est & alia eiusdem generis, quæ vocatur henui ab Indis, xanthos appellata Græcis, è fuluo candicans. Idæi dactyli in Creta, ferreo colore pollicem humanum expriment. Ictérias aliti lurido similis, ideo existimatur salubris contra regiones morbos. Est & alia eodem nomine liquidior. Tertia folio viridi similis, latior prioribus, penè sine pondere venis luridis. Quartum genus in eodem colore nigris venis descendentibus. Iouis gemma candida est, non ponderosa, tenera. Indica gentium suarum habet nomen, subrufo colore, in attritu sudorem purpureum emanat. Alia eodem nomine candida, puluereo aspectu. Ion apud Indos violacea est, sed raro faturo colore lucet. Lepidotes squamas piscium variis coloribus imitatur. Lesbias Lesbi patriæ nomen ha- 20 bens, inuenitur & in India. Leucophthalmos rutila aliàs, oculi speciem candidam nigramque continet. Leucopetalos candorem niuis ex aureo distinguit. Libanochrothuris similitudinem ostendit, sed succum mellis. Limoniatas eadem videtur, quæ smaragdus. De lipare hoc tantum traditur, suffita ea omnes bestias euocari. Lysimachus Rhodio marmoris similis est aureis venis: politur ex marmore, amplitudine in angustias coëunte, vt inutilia exterantur. Leucochrysos fit chrysolito interalbicante. Mennonias qualis sit, non traditur. Medea nigra est, a Medea illa fabulosa inuenta: habet venas aurei coloris: sudorem reddit croci, saporem autem vini. Meconites papauera exprimit. Mitrax à Persis accepta est & Rubri maris montibus multicolor, contra Solem varie 30 refulgens. Meroctes porracea lacte sudat. Morion Indica, quæ nigerrimo colore translucet, vocatur pramnion: in qua miscetur & carbunculi colos, Alexandrinum: vbi fardæ, Cyprium. Nascitur & in Tyro & in Galatia. Xenocrates & sub Alpibus nasci tradit. Hæ sunt gemmæ, quæ ad ætyphas sculpturas aptantur. Myrrhites myrrhæ colorem habet, faciẽmque minimæ gemmæ, vnguenti odorem, attrita etiam nardi. Myrmecias nigra habet eminentias similes verrucis. Myrsinites melleum colorem habet, myrti odorem. Mesoleucos est, mediam gemmam candida distinguente linea: Mesomelas, nigra vena quemlibet colorem secante per medium. Nasamonites est sanguinea, nigris venis. Nebrites Libero patri sacra, nomen traxit à nebridum eius similitudine. Sunt & aliæ nigræ generis eiusdem. Nympharena vrbs & gentis Persicæ nomen habet, similis hippopotami dentibus. Orca barbari nominis, è nigro fuluoque ac viri- 40 di & candido placet. Ombria, quam aliqui notiam vocant, sicut ceraunia & brontia cadere cum imbribus & fulminibus dicitur, eundemque effectum habere, quem brontia, narratur. Preterea in aras addita ea, traditur libamenta non amburi. Orites globosa specie, à quibusdam & siderites vocatur, ignem non sentiens. Ostracias siue ostracites est testacea durior: altera achata similis, nisi quod achates politura pinguescit: duriori tanta inest vis, vt aliæ gemmæ scalpantur fragmentis eius. Ostraciti ostrea nomen & similitudinem dedere. Ophicardelon Barbari vocant, nigrum colorem binis lineis albis includentibus. De Obsidiano lapide diximus superiore libro. Inueniuntur & gemmæ eodem nomine ac colore, non solum in Æthiopia Indiaque, sed etiam in Samnio, vt aliqui putant, & in litoribus Hispaniensis Oceani. Panchrus ferè ex omnibus coloribus 50 constat. Pangonius non longior digito, ne crystallus videatur, numero plurium angulo- rum

rum cauetur. Paneros qualis sit, à Metrodoro non dicitur: sed carmen Timaridis regi-
 næ in eadem dicatum Veneri non inelegans ponit, ex quo intelligitur additam ei fecun-
 ditatem. Quidam hanc pansebaston vocant. Ponticarum plura sunt genera. Est stella-
 ta nunc sanguineis, nunc atris guttis, quæ inter sacras habetur. Alia pro stellis eiusdem
 coloris lineas habet, alia montium conualliumque effigies. Phloginos, quem & chrysi-
 ten vocant, ostreæ Atticæ assimilata inuenitur in Ægypto. Phœnicites ex balani simi-
 litudine appellatur: Phycites algæ. Perileucos, filo ab ore gemmæ ad radicem vsque
 candido descendente. Pæantides, quas quidam gemonidas vocant, prægnâtes fieri & pa-
 rere dicuntur, mederique parturientibus. Nam tales in Macedonia iuxta monumentum
 10 Tiresiæ inueniuntur, specie aquæ glaciata. Solis gemma candida est, & ad speciem si-
 deris in orbem fulgentes spargit radios. Sagdam Chaldæi adhærescentem nauibus inue-
 niunt, prasini coloris. Samothracia insula eiusdem nominis gemmam dat nigram, ac
 sine pondere, ligno similem. Sauriten in ventre viridis lacerti harundine dissecti tra-
 dunt inueniri. Sarcites bubulas carnes præsentat. Selenites ex candido translucet mel-
 leo fulgore, imaginem Lunæ continens, reddîtque eam in dies singulos crescentis mi-
 nuentisque numero: nascique putatur in Arabia. Siderites ferro similis, litigio illata di-
 scordias facit: quæque nascitur in Æthiopia Sideropœcillos ex ea fit variantibus guttis.
 Spongites spongiæ nomen repræsentat. Synodontites è cerebro piscium est, qui syno-
 dontes vocantur. Syrtitæ in litore Syrtium, iam quidem & in Lucania inueniuntur è
 20 melleo colore croco refulgentes: intus autem stellas continent languidas. Syringites sti-
 pulæ internodio similis, perpetua fistula cauatur. Trichrus ex Africa nigra est, sed tres
 succos reddit, à radice nigrum, medio sanguineum, summo candidum. Telirrhizos ci-
 nerei coloris aut rufi, candidis radicibus spectatur. Telicardios colore cordis, Persas
 apud quos gignitur, magnopere delectat, maculamque appellant. Thracia trium gene-
 rum est, viridis, aut pallidior, tertia sanguineis guttis. Tephritis nouæ Lunæ speciem
 habet curuatæ in cornua, quamuis cinerei coloris. Tecolithos oleæ nucleo similis, vi-
 detur: neque est ei gemmæ honos, sed lingentium calculos frangit pellitque. Veneris
 crines nigerrimi nitoris continent in speciem rufi crinis. Veientana Italica gemma est,
 Veiis reperia, nigram materiam distinguente limite albo. Zanthenem in Media nasci
 30 Democritus tradit, electri colore, & si quis terat in vino palmeo & croco, ceræ modo læ-
 tescere, odore magnæ suauitatis. Zmilaces in Euphrate nascitur, Proconnesio marmor
 similis, medio colore glauco. Zoronisios in Indo flumine nascitur: Magorum gemma
 esse narratur: neque aliud amplius de ea.

*De gemmis, quæ à membris hominum cognominantur, & quæ ab anima-
 libus, & de iis, quæ à cæteris rebus.*

C A P. X I.

Est etiamnum alia distinctio, quam equidem fecerim, subinde variata expositione. Si
 quidem à membris corporis habent nomina, Hepatites à iocinere, Steatites singu-
 lorum animalium adipe numerosa. Adadunephros eiusdem oculus dicitur: Deus & hic
 40 colitur Syris. Triophthalmos cum onyche nascitur, tres hominis oculos simul expri-
 mens. Ab animalibus cognominantur, carcinias marini cancri colore, echites viperæ,
 scorpites scorpionis aut colore aut effigie, scarites scari piscis, triglites mulli, ægoph-
 thalmos caprino oculo: item alia suillo. & à gruibus collo geranites, hieracites accipitris.
 Aëtites à colore aquilæ candicante cauda. Myrmecites innatam repentis formicæ effi-
 giem habet, scarabæorum cantharias. Lycophthalmos quatuor est colorum ex rutilo
 sanguinea: in medio nigrum candido cingitur, vt luporum oculi, illis per omnia similis.
 Taos pauoni est similis, item aspidi, quam vocari chelidoniam inuenio. Arenarum simi-
 litudo est in hamochryso, velut auro harenis misto. Cenchrates milij granis velut spar-
 sis. Dryites è truncis arborum: hæc & ligni modo ardet. Cissites in candido collucet
 50 æderæ foliis, quæ totam tenent. Narcissites venis etiam æderæ distincta. Cyamea ni-
 gra est, sed fracta ex se fabæ similitudinem parit. Pyren ab oliuæ nucleo dicta est: huius

aliquando inesse piscium spinæ videntur. Chalazias grandinum & colorem & figuram habet, adamantinæ duritiæ. Narrant etiam in ignem additæ manere suum frigus. Pyrites nigra quidem, sed attritu digitos adurit. Polyzonos nigra multis zonis candidat. Astrapiæ in candido aut cyaneo discurrent è medio fulminis radij. In Phlegontide intus ardere quædam videtur flâma quæ non exeat. In Anthracitide scintillæ discurrere aliquando videntur. Enhydros semper rotunditatis absolute, in candore est leuis, sed ad motum fluctuat intus in ea veluti in ouis liquor. Polytrix in viridi capillatur, sed defluuia comarum facere dicitur. Sunt & à leonis pelle & pantheræ nominatæ, leontios, pardalios. Colos appellauit chrysolithū aureus, chrysoptilum herbaceus, melleus melichrota: quamuis plura eius genera sint. Melichloron est geminus, parte flauus, parte melleus: Crocian¹⁰ croci, Polia canitiem quandam sparti indicat: eandem duriorem, nigra Spartopolios. Rhodites à rosa¹¹ est. Melites mali coloris, Chalcites æris, Sycites fici. Ratio nominum non est in Borfycite, in nigro ramosa, candidis aut sanguineis frondibus: nec gemite, velut in petra candidis manibus inter se complexis. Ananchitide in hydromantia dicunt euocari imagines deorum: Synochitide vmbras inferorum euocatas teneri: Dendritide alba defossa sub arbore, quæ cædatur, securis aciem non hebetari. Et sunt multo plures, magisque monstrificæ, quibus Barbari dedere nomina, confessi lapides esse. Nobis satis erit in his coarguisse dira mendacia.

Est, redundans, neque est in vestris codicibus. Dependent enim hæc ab eo quod præcessit, Colos appellauit, &c.

De gemmis nascentibus & factitijs, & figuris gemmarum.

C A P. X I I.

20

Gemmæ nascuntur & repente nouæ ac sine nominibus: vt Lampfaci in metallis aurariis vna inuenta, quæ propter pulchritudinem Alexandro regi missa fuit, vt autor est Theophrastus. Cochlides quoque nunc vulgatissimæ, fiunt veriùs, quàm nascuntur: in Arabia repertis ingentibus glebis, melle excoqui tradunt septenis diebus noctibusque sine intermissione: ita omni terreno vitiosoque decusso purgatam puramque glebam artificum ingenio variè distribui in venas, ductusque macularum quàm maximè vendibili ratione sectantium: quondamque tantæ magnitudinis fecere, vt equis regum in Oriente frontalia atque pro phaleris pensilia facerent. Et aliàs omnes gemmæ mellis decoctu nitescunt, præcipue Corfici, in omni alio vsu acriora abhorrentes. Quæ variæ sunt, & ad nouitatem accedere calliditate ingeniorum contigit, vt nomen vsitatum non habeant, physes appellat, ³⁰ velut ipsius naturæ admirationem in iis venditantes, cum finis nominum non sit, quæ persequi non equidem cogito, innumera ex Græca vanitate conficta. Indicatis nobilibus gemmis, etiam plebeijs rarorum generum, dictu dignas distinxisse satis erat. Illud verò meminisse conueniet, incrementibus variè maculis ac verrucis, linearumque interueniente multiplici ductu & colore, mutari sæpius nomina in eadem plerumque materia. Nunc communiter ad omnium gemmarum obseruationes pertinētia dicemus, opinionones secuti autorum. Cauæ aut extuberantes viliores videntur æqualibus. Figura oblonga maximè probatur, deinde quæ vocatur lenticula, postea^b clypeidos & rotunda: angulosis minima gratia. Veras à falsis discernendi magna difficultas: quippe cum inuentum sit, ex veris gemmis in alterius generis falsas traducere. Sardonyches è ceraunijs glutinā- ⁴⁰ tur gemmis, ita vt deprehendi ars non possit, aliunde nigro, aliunde candido, aliunde minio sumptis, omnibus in suo genere probatissimis. Quinimo etiam extant commentarij autorum, quos non equidem demonstrariim, quibus modis ex crystallo tingantur smaragdi, aliæque translucens, sardonix è sarda, item cæteræ ex alijs. Neque est villa fraus vitæ lucrosior.

^b clypeoides

De ratione probandarum gemmarum.

C A P. X I I I.

NOs contra rationem deprehendendi falsas demonstrabimus, (quando etiam luxuriam aduersus fraudes muniri decet) præter illa, quæ in principalibus quibusque generibus priuatim diximus. Translucens matutinò probari censent: aut si necesse est, in quartam horam, postea vetant. Experimenta pluribus modis constant. Primum pondere, si grauiores sentiuntur, posthæc corpore. Factitijs pustulæ in profundo apparent, scabritia

scabritia in cute, in capillamento fulgoris inconstantia, prius quam ad oculos perueniat, desinens nitor. Decussi fragmenti paulum, quod in lamina ferrea teratur, efficacissimum experimento excusant mangones gemmarum. Recusant similiter & limæ probationem.

Obsidianæ fragmenta veras gemmas non scarificant. Factitiæ scarificationis^a candicantiam fugiunt. Tantaque differentia est, vt aliæ ferro scalpi non possint, aliæ non nisi retu-

^a *Budæus in
posterioribus
in Pandectis
Annotationi-
bus legendum
cesset, candi-
cãtia, septimo
capit.*

fo, verum omnes adamante. Plurimum verò in his terebrarum proficit feruor. Gemmiferi amnes sunt Acesines & Ganges: terrarum autem omnium maximè India. Et iam peractis omnibus naturæ operibus, discrimen quoddam rerum ipsarum atque terrarum face-
re conueniat. Ergo in toto orbe & quacunq; cæli cõuexitas vergit, pulcherrima est om-
nium, rebûsque meritò principatum naturæ obtinens, Italia, reãrix parensq; mundi al-
tera, viris, fœminis, ducibus, militibus, seruitiis, artium præstantia, ingeniorum claritati-
bus, iam situ ac salubritate cæli atq; temperie, accessu cunctarum gentium facili, litori-
bus portuosiss, benigno ventorum afflatu, (etenim contingit recurrentis positio in partẽ
vtilissimam, & inter ortus occasûsque mediã) aquarû copia, nemorum salubritate, mon-
tium articulis, ferorum animalium innocentia, soli fertilitate, pabuli vbertate. Quicquid
est, quo carere vita non debeat, nusquam est præstantius: fruges, vinum, olea, vellera, lina,
vestes, iuueni. Ne equos quidem in trigariis præferri vllos vernaculis animaduerto. Me-
tallis auri, argenti, æris, ferri, quamdiu libuit exercere, nullis cessit: & iis nunc in se graui-
da pro omni dote varios succos, & frugum pomorûmque sapes fundit. Ab ea, exceptis
Indiæ fabulosis, proximè quidem duxerim Hispaniam, quacunq; ambitur mari.

C. PLINII NATVRALIS HISTORIÆ

LIBRI XXXVII. ET VLTIMI

FINIS.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



CLARISSIMO VIRO DO-
MINO DAMIANO AGOESSI-
GISMUNDVS GELENIVS

S. P. D.

AV D facile erat, Damiane optime, post Hermolaum super historia Pliniana annotanti, impudentiæ arrogantiaevæ opinionem evadere, si primus tale aliquid attentassem. Nunc posteaquam eruditorum aliquot in hoc genere lucubrationes magno applausu exceptas video, non opinor vllis apologiis opus, quod quæ pro parte virili animadverti, ipse quoque studiosis communico. Et tamen, etiamsi alius nemo post illum annotasset, dicere poteram, manere illi mansuramque suam gratiam, quod labore suo nos maxima parte laboris levari: qui ut primus hanc viam ingredientibus muniuit, ita neminem, quod minus eiusdem industriæ successio- nem capesseret, vetuit, modò suis vestigiis insistere studeret: & fortassis quædam, quæ vir ille restituit, post eius obitum à librariis denuo viciata sunt. Quin & gloria illi manet illibata per nos, quotquot aliquid castigati- onibus Plinianis adiecimus. Neque enim statim doctior est, qui posterior aliquid deprehendit, sed sæpenu- mero felicior. Equidem quamvis cupidè arripuerim conferendi exemplaria munus, quod partim iam exper- tus essem, id publico studiosorum commodo me facturum: Annotationes tamen inuitus adieci, nec nisi do- ctissimorum amicorum autoritate compulsus: quibus neque quicquam pernegari decebat, & illis sciebam consilij sui rationem constare. Nec hæc dico, quod hoc modo velim culpam in illos translatam, imò non de- precor arrogantiaæ crimen, nisi in his Annotationibus euicero, me nihil temere, nihil superuacaneè mutasse: sed tamen libentius Persiorum, quàm Læliorum, iudicio statutus, quantumuis diuersam ipse Plinius iudicium reiectionem habeat, idque non sine causa. Nam ille sua per modestiam extenuare maluit: nos non nostra in medium proponimus, sed Pliniana ex vetustissimis archetypis reuocata adferimus. Nanque eam castigandi rationem secutus sum, quam omnium certissimam vsu comperi. Quid enim certius, quàm duo peruerusta exemplaria inter se consentientia tequi: alterum longè integerrimum, deprauatius alterum, ita tamen ut syn- cerioris lectionis manifesta etiamnunc vestigia retineat: maxime, si phrasin quoque Plinianam diligenter ob- serues? Me certè hic oculatiorem fecit cum diuturna in cæteris Latinis scriptoribus exercitatio, dum eò at- tentius in his versor, quod non mihi solùm caueo, sed & his qui Frobenianos codices euoluunt prospectum cupio: tū- hic ipse autor plus minus decies non oscitanter perlustratus, ac proinde iam familiarior. Et in prima quidem edi- tione quædam non exigui momenti restituimus, parcius tamen, quia vltro, & à nemine dum demandata ea pro- uincia: at in secunda accuratius idem egimus, sed tum quoque ob angustiam temporis saltuatim duntaxat, prout ad singulos scrupulos res poscere videbatur, exemplaria consulendo. Nunc postremò nactus plusculum otij, à capite vsque ad calcem totum opus contulit: tantumque errorum sublatum est, quantum superesse non eram crediturus, nisi ipse periculum fecissem: non solùm eius generis, quæ sensum vitiant: sed etiam, quæ orationis veritatem deformant, maiora pleraque quàm pro literarum numero. Dicet aliquis, Tunc igitur postulas, ut quicquid quomodocunque mutasti, pro sincera lectione recipiamus: quod nemo ante te postulauit, quantum- uis doctior? Hic, quisquis est, non aliud responsum feret, quàm diuersam esse meam, atque illorum, castigandi rationem. Illi homines ingeniosi, etiam sicunde se non satis explicabant, vel ex autorum, quos citat Plinius, col- latione, vel alioqui coniecturis probabilibus, interdum variis, adiutare Lectorem pro sua benignitate conati sunt. Ego secutus consensum probatæ fidei codicum, quoties inueni manifestè veriore lectionem, eam in contex- tum reposui: sicubi hæsi, (quod sanè præterquam in nomenclatura herbarum, perrarò incidit in tanto archety- porum præsidio) locum aliis disquirendum relinquere malui, quàm frustra vexare. Quoniam verò ingenuè fa- tendum erat, nonnulla hodièque deprauata manere, si quis eis quoque restituendis operam impendere volet, aut etiam à nobis attracta retractare, vnum orabitur, à diuinationibus, non semper feliciter cadentibus, absti- neat, & ea demum adferat, quæ non solùm speciem sinceritatis præ se ferant, verum etiam alicuius ex tam mul- tis manuscriptis codicibus testimonio fulciri possint. Meam verò oppellam ideo tibi vir integerrime dedicaui, quod & te hoc genus studiis cum primis delectari animadverti: & affectionis erga te meæ, quam degustata tua humanitas excitauit, pignus aliquod esse volui: simul ut per te hic meus conatus innotescat Italis quoque, apud quos nunc viuis, quorumque exacta iudicia demiror, & candorem exosculor. Vale. Basileæ calendis Ianuarij, Anno M. D. XXXV.


SIGISMUNDI GELENI
CASTIGATIONES EX VETUSTO-
RVM ARCHETYPORVM COLLATIONE,

in aliquam multa Pliniani operis loca, ab aliis antea
parum animaduersa.

EX LIBRO SECVNDO
CAPITE VIII.

CIRCULORVM quoque cali ratio in terra mentione aptius dicitur, quādo ad eam pertinet tota Signiferi modulatio inuentionibus non dilatis.) Si hoc modo legamus, quō referentur hęc verba, *Inuentionibus non dilatis?* Non ad circulos, de quorum inuentione hęc nihil: vt iam demus Signiferi modulationem hęc rectē posse dici. Veteres codices habent: Quando ad eam tota pertinet, Signiferi modo inuentionibus non dilatis. Vt tota referatur ad Ratio, non ad Modulatio, quæ vox in manu scriptis non est: & sensus sit, de vno Signifero circulo hęc se dicturum, quid circa eum primi Anaximander & Cleostratus obseruauerint: cæterorum circulorum mentionem cum mētionē terræ aptius coniungendam: quod facit in fine libri. Minutiora annotare non videtur necesse. Satis est, in eis quæ maioris sunt momenti, fidem codicum, quos sequimur, approbare. *Tertium Martis, quod quidam Herculis vocant, ignea ardentis Solis vicinitate, binis fere annis conuertit.* Verus lectio, ignei, ardentis à solis vicinitate: quemadmodum & Liuius sæpe loquitur. Causam reddit non cur biennio circulum absumat, sed cur ardens sit & igneus. Temperari Iouem, salutarēque fieri Deum. De sydere loquitur, non de Deo. Scriba proximē sequentem particulam Deinde, deprauauit in Deum inde. Vt temporum ratio facilius Solis itineri congruat. Facilius redundat. Circa finem capituli pro Ctesias & Sosigenes, legitur, Hic idem & Sosigenes, magno manu scriptorum codicum consensu. Refertur autem ad Timæum. Quin & in catalogo mox post Timæum Sosigenes subicitur. Eodem versu in vtroque exemplari est, Peculiaris syderum ratio, non statio. ¶ Cap. ix. *Quæ mensis exitu latet, cum laborare iam creditur.* Antiquorum atque emendatorum codicum lectio est: Cum laborare non creditur, id est, interquiescere creditur, eò quòd tunc lucere desinat. Vnde quod interlunio fit, aliquoties Plinio silente Luna fieri dicitur. Vnum locum adscribam, qui primus occurrit libr. 28. cap. 7. Non segnius silente Luna, coitūque tum maribus exitiales esse. Tale est & illud apud Maronem: A Tenedo tacitæ per amica silentia Lunæ. Vbi interlunium significat, noctisque obscuritatem, Græcorum insidiis accommodam. Reperiuntur quidem apud poetas Solis labores, & Luna laborans: verū illi tum de eclipsibus loquuntur. Reliqui tamen vulgatam lectionem, contentus diuersam indicasse, mutaturus alioqui, nisi maturē animaduertissem, esse quibus & illa non displiceat. Tertio inde

versu illic legitur de Endymione: Et ob id amore eius famę traditus. Arbitrium sit penes eruditum lectorem. *Dein remorata in coitu.*) Scripsi morata. Remorari enim actiuam significationē habet: vnde remora piscis, quòd naues remoretur. *Omnia, quæ in celo prænosci potuerunt, magistra.*) Lego pernoscere, vt intelligas certam & absolutam cognitionem. De prælagiis Plinium hęc non loqui indicat quæ mox subsequuntur, In duodecim mēsium spatia, &c. Sequenti versu lege, *Ipsa toties Solem.* non, ipsum. ¶ Cap. xi. *Immensum esse constat, quia arborum, &c.*) Verbum constat, redundat. Refertur enim hęc tota oratio ad præcedēs verbum aperitur, & Qui arborum habent veteres codices, non Quia. Scriba a literam geminauit. ¶ Cap. xii. *Solis defectu, qui sub Astyage rege factus est*) Verus lectio, Qui Alyatte rege f. e. ¶ Cap. xvi. *Hoc vno protinus intelligi potest visu.*) Lege, Hoc non protinus. ¶ Cap. xviii. *In triquetra semi ambitur orbe.*) Legendum, Seminani ambitur orbe. ¶ Cap. xxv. *Fiunt & hirci, villorum specie.*) Scribo, Hirti. *Lampades a dentes imitantur faces.*) Legendum, Lampadias ardentibus imitantur faces. Lampadias eadem forma, qua proximo versu dixit Ceratias singulari numero. Item versu à fine pagin. 4. *Spira modo,* non Spinæ. Pagin. sequentis versu decimotertio: *Eo sidere significari,* non, *Eo signo.* ¶ Cap. xxvi. *Non modo an obirent noscerenturque, sed omnino aliqua transirent.*) Melius, Non modo an obirent nascerenturve, sed an om. &c. ¶ Cap. xxvii. *Atque hæc ego ratis temporibus.*) Rectius, Atque hæc ego statis temporibus. ¶ Cap. xxxi. *Semel in meridie.* Verus lectio, Semel & meridie. Exemplaria consentiunt. Mox post singula paria Consulū adiecimus coniunctionem, quò euidentius anni ab inuicem secernerentur. ¶ Cap. xxxii. *Alter Consul est C. Fannius, non L. Annius.* ¶ Cap. xxxv. *Postquam in Luna magnitudinem facta sit.* Miror, cur hic Hebraismus placuerit. Sic enim illi loquuntur: Factus est mihi Deus in protectorem, & in locum refugij. Nostri codices habent, Luna magnitudine. ¶ Cap. xxxviii. *Infra Lunam hæc sedes multo inferior (vt animaduerto propemodum constare infinitum) ex superiore natura aeris, & terreni halitus miscens vtraque sorte conditur.*) Planior lectio, Infra Lunam hæc sedes, multo que inferior (vt animaduerto propemodum constare) infinitum ex superiore natura aeris, infinitum & terreni halitus miscens, vtraque sorte confunditur. Attestantur ambò exemplaria. ¶ Cap. xlvii. *Veteres quatuor omnino seruari per totidē mundi partes: ideo nec Homerus plures nominat, Hebetius mox iudicatum id est. Secunda ætas octo addidit, ratione nimis subtili & concisa. Proximus inter vtranque media placuit.*) Est quidem sensus idem in antiqua lectione: mirum tamen, quantum sibi hęc indullerit castigator nescio quis, dictiones alias addendo, alias transponendo, alias diuisas componen-

Annotationes.

do, vnamque continuam orationem in plures minutas ineptè concidendo. Talem audaciam ardelionum probare non possum. Hermolaus extra culpam est: Alerientis fortasse non est. Nunc vide synceriores lectionem. Veteres quatuor omnino seruauere, per totidem mundi partes, (ideo nec Homerus plures nominat) hebeti (vt mox iudicatum est) ratione: secuta ætas octo addidit, nimis subtili & concisa: proximis inter vtranque media placuit. Quod si quis contendat nostram lectionem scribarum temeritate inuictam: primùm exemplaria consentiunt: deinde scribæ non solent tam feliciter errare. Castigatorum hæc solertia est, deprauationibus spciem aliquam synceritatis affingere, quorum impudentia sæpius, quàm vellem, ansam destomachandi præbet. *Argesten intelligit & Cæciam.*) Distingue, vt Cæcias sequentibus cohæreat: Et Cæciam aliqui vocant Hellepontium. *Saluberrimus autem omnium Aquilo, quia siccus & frigidior: noxius Auster, fortasse quia magis humidus.*) Non video, cur hîc quoque libuerit castigatibus tantum verborum transponere, fortiter contempta fide archetyporum. Auster, qui Græcis Notus, sæpius quidem imbrifer, interdum tamen serenificus est, vel Horatio teste: Albus vt obscuro detergit nubila celo Sæpe Notus. neque semper imbres adfert: utroque modo noxius: atque etiam magis, quoties est siccus, quod tunc etiam æstuosus sit. Id an non satis Latine Plinius expressit his verbis? Saluberrimus autem omnium Aquilo. Noxius Auster: & magis siccus, fortassis quia humidus frigidior est. Sequenti versu in ambobus legitur: Etesia nocte desinunt ferè, non Flare. & quorsum attinebat supponere Flare, cum æquè perfecta locutio sit: Etesia nocte desinunt. Nec malè nostri in sequenti versu: Cum vocantur Ornithia, pro quo in vulgatis est, Qui vocantur. Nam & Ornithia sunt Etesia, æquè stati. ¶ Cap. XLVIII. *Rursusque deiecti in terram, obducta nubium cute.*) Antiqua scriptura, Rursusque deiecti. interim obducta. Quod si maiore depressæ nubis eruperit specu, sed minus alto, quàm procella. Scribo Lato, non alto. Superiùs enim dixerat, Si late siccam nuperint nubem, procellam gignunt. ¶ Capit. XLIX. *Quod simul rupit nubem, exarsitque, & ignem habuit, aut postea concepit, fulmen est.*) Lego. Non postea concepit. Id addit ad differentiam præteris, quem in fine præcedentis capitis dixit, rupta nube demum, dum furit, accendi. *Vortex autem hoc meando distat à turbine, quo stridor à fragore.*) Non displicet, quod habent nostra exemplaria: Vortex autem remeando distat à turbine, & quod stridor à frigore. ¶ Cap. L. *Quæ à septentrione descendit ad teporem, qualis est omnis Campaniæ tractus.*) Rursus in ambobus est: Quæ à septentrione discedunt ad teporem, qualis est Urbis & Campaniæ tractus. ¶ Cap. LI. *Saturni ea sidere proficisci.*) Deest præpositio. A Saturni sidere. ¶ Cap. LIII. *Impetratum Vulsinis, & vrbe & agris depopulatis subeunte nostro, quod vocauerunt Oltam.* Syncera lectio: Imperatum, Volsinios urbem agris depopulatis subeunte monstro, quod vocauerunt Voltam. Alioqui serum erat Iouis tonantis auxilium iam depopulata vrbe. Quod autem ad monstri nomen attinet, Tusci terram vocabant volam. Inde Volta, terrigena belua. ¶ Cap. LV. *Quia nonnullæ earum sunt fulmine dirute.*) Magis idonea causa est in manuscriptis voluminibus: Nulla non earum fulmine diruta. Cap. LXIII. *Causa numen vltimum iam nullis imprecamur, rati graue.*) Quid est imprecari numen? Imprecamur mala. Numè,

nisi aliquid addas, nihil mali est. Transposuit vnam syllabam nescio quis, Imprecamur rati, scribendo, pro Precamur irati. Dicebant enim malè precantes: Sit tibi terra grauis. Sicut contra bene precantes: Sit tibi terra leuis: vt est videre in epitaphiis. Irati precamur defunctis terram grauem, cupientes & ipsam eis iratam, quasi nesciamus solam nunquam homini in aisci.

Cap. LXVIII. *Iam primum in dimidio computari mihi videtur, tanquam nulla portio ipsi decedat Oceano.*) Mihi, redundat. nam ipse improbat eam opinionem. & pro decedat Decidatur legendum. Portio terræ deciditur oceano, eique accedit, non decedit. *Europam Asiãque dispartit.*) In nostris exemplaribus pro Dispartit legitur Dispescit. Cap. LXX. *Neque enim (vt dixere aliqui) mundus hic polo excelso se attolit, vt vndique non cernantur hæc sidera.*) Primum non, Mundus, hic, sed, Hoc polo, legendum: deinde, Aut vndique cerneretur hæc sidera. Aut, id est, alioqui. nã & hoc significatu apud probos autores reperitur hæc particula. Sic libr. 19 cap. 5. Effodiuntur bulbi ante ver, aut deteriores illico fiunt. ¶ Cap. LXXI. *Eundemque remeans obuium contrario prauertebat occursum.*) Malui, quod est in scriptis exemplaribus, Præuertebat. præuertimus enim ad eandem metam nobiscum tendentes, non obuios. Et æquè integra locutio est absque coniunctione Que. ¶ Cap. LXXII. *Vasque horoscopa non vbiq; eidem sunt vsui.* Lege, Eadem. s. vasa.

¶ Cap. LXXVII. *Ipsoque crinium argumento.* Melius Crurum, quàm Criniū. ¶ Cap. LXXXVIII. *In eadem & oppidum haustum profundo: alioque motu terra Statinas emersisse: & alio, prouolutis montibus insulam extitisse Prochyta.*) Veteres codices pro Statinas habent Stagnum, vt intelligas omnia in vna insula accidisse, oppidum hiatus haustum, stagnum emersisse, montes prouolutos, non eodè tamen terræ motu, sed alio post alium. ¶ Cap. LXXXIX. *Domiston & Prienem Mileto, Artemisiam Parthenio promontorio.*) Illic veriùs legitur: Dromiscon & Perren, Mileto, Narthecusam Parthenio promontorio.

¶ Cap. XCIII. *Similiter in Reatino.*) Hæ tres voces cum fine huius capitis cohærent, non cum sequentis initio. ¶ Capit. XCVIII. *His addè, vt nihil quod equidem nouerim præteream, Aristoteles.*) Legendum, Addit. & sequenti versu redundat, affirmat. ¶ Cap. CIII. *In Falisco Clitumnus amnis aqua potata candidos boues facit.*) Hominem peritum regionum, qui tam leui momento Clitumnus ex Umbria in Hetruriam traduxit. Vetus lectio: In Falisco omnis aqua potata candidos boues facit. *In Ponto fluminis Aflaces irrigat campos, in quibus pasta oues nigro lacte æquè gentes alunt.*) Cui absurdum visum est, Scythicam gentem equino lacte alit, is multo vaniora credidisset, quæ Pausanias de victimis ex hoc armento tradit, & sacras quoque dapes apud illos equinis visceribus constare. Certè apud Maronem legiisse debuerat: Et lac concretum cum sanguine potat equino. Quare non erat cur mutaretur vetus lectio: In quibus pasta nigro lacte equæ gentem alunt.

¶ Cap. CVI. *In medio mari Hiera insula ardet. Aolia insula iuxta Italiam cum ipso mari ardit.*) Nulla insula propriè vocatur Aolia, sed ex septem Aoliis vni nomen est Hiera. Proinde magis placet antiqua lectio: In medio mari Hiera insula iuxta Italiam, &c. ¶ Cap. CVII. *Quid, quod innumerabiles partus, sed naturales scateni?*) Pro partus illic legitur Parui. Naturales dixit propter præcedentem speculorum mentionem: Parui, quia hætenus de magnis loquutus. ¶ Cap. CVIII. *Quæ mensura Artemido-*

In Plinii Naturalem Historiam

ro attestante efficit.) Melius: Artemidori ratione efficit.

EX LIBRO TERTIO.

C A P. I.

Lysam enim Liberi patris ac Lysam cum eo bacchantem. Lysiam istum nunquam natum opinor, & plana est vetus lectio: Lysum enim Liberi patris, ac Lysam cum eo bacchantium, nomen dedisse Lusitaniae. Nota est ex poetis Lysa, hoc est rabies, manadam Bacchi comitum obuios thyrso ferientium, & canes, pecudumque discerpentium: de qua illud, Et toruum vitulo caput ablatura superbo Bassaris, & lyncem Manas flexura corymbis. *Libida qua Clausa, Stici quod Iulientes.*) Antiqui codices verius: Ilipula, quae Laus: Artigi quod Iulientes, ac mox pro Auia Ecdanum, Arialdunum: pro Heburam, Vbeda: pro Ipho, Hippo: pro Tuati, Tucci. & subiicit: omnia Baetania: quod aliquis in obuia deprauauit. *Obulco quod Botiscense.*) Lege Pontificense. Ferè enim barbaris oppidorum in hoc tractu nominibus Latina cognomina adiungit, mox Ilipa cognomine magna, Italica. Magna, redudat. *Ab ora venti prope Menobam.* Venienti lege, non Venti.

Cap. III. *Oppida ora prima, Vrci.*) Lege, ora proxima. *Qui Phocensium fuerit soboles.*) Scribo Phocensium, à Phocæa Ioniae, non à Phocide Helladis. *Oscenses regionis, Baetaniae.*) Rectius Vescitaniae. Hæc mediterranea est regio, illa maritima: quauis & illa suam habeat Oscam ab hac diuersam. Ac mox pro Carcenses, Cinneses, Cortenses, Illic legitur, Carenenses, Cincenses, Cortonenses. *Caputque Celtiberiae, Segobrigenses, Carpetani, & Toletani.*) Lege & distingue sic, Caputque Celtiberiae Segobrigenses, Carpetaniae Toletani. Aliquanto post, Asturum duodecim populi diuisi in Augustanos, lege addendo, Diuisi in Augustanos & transmotanos. Ac mox, *In iis sunt Gyri.*) Legendum Giguri, attestante Ptolemæo.

Cap. III. *Amnis Cema.*) Cum omnes Geographi Varum in hac ora Galliae finem faciant, miror cur castigatibus libuerit Cemam pro Varo supponere, reclamantibus manu scriptis codicibus. Cap. V. *A Corsica minus cxx.*) Est quidem huic ferme par interuallum, & inter Corsicam, magis tamen placet Corcyram legi, quam Corsicam, quemadmodum habent vetusti codices. alioqui Corsica ante Sardiniam, non ante Ithacam ponenda erat, eo videlicet ordine, quo ipsa insula sita sunt. *Oppido Vendiaticorum, ciuitas Cemelion.*) Melior vetus lectio, Oppidum Vendiaticorum ciuitatis Cemelion. Cæsar, Lilius & Plinius solent gentes Hispanas atque Gallicas in ciuitates diuidere: cuiusmodi nunc imperitum vulgus communitates vocat. Sic inter Belgarum ciuitates numerantur, Remi, Treuiri, Eburones, Neruij, Morini, atque alij. Singulae ciuitates plura habebant oppida, pro suis quæque opibus: quædam exiguae non plus vno. Ita hoc loco Vendiaticorum ciuitatis oppidum Cemelion recensetur non longè ab ora. Et Vendiaticum dicuntur ea forma, qua in eisdem alpibus Ebroduntij, qui hodie sunt Ebrodunenses. Venidates diuersi sunt ab his trans Padum vicini Carnis. *Trira, Barderate.*) Iria, non Trira. *Atintanis Græca gente.*) Scribo Atintanis, à recto Atintan, sicut Acarnan. *Fluentini præfluenti Arno appositi.*) Non mutavi lectionem. omnes tamen, quotquot vidi, manu scripti codices, Florentinos habent, *Ibi fuere Amycla.*) Antiqua lectio. & vbi fuere Amy. Mox, Dein lacus Fundanus, lege addendo iuxta fidem veterum codicum, Dein locus speluncæ, lacus Fundanus. Meminerunt huius loci Tacitus & Traquilus. Itè sequenti versu pro, Oppidum Formiae, antiq. Læst. sedes: Oppidum Formiae, Hormiae dictum, vt existimauere,

antiqua Læstrygonum sedes. *Nauigatione à Circeis.*) Lege, nauigatio. & pro, *Capua ab x campo dicta.* illic est ratum, Capua ab campo dicta. Nec multo post, *Verulani,* pro Nerulanis. *Compita earum cclxv. pass.*) Syncera lectio, Compita Larum cclxv. attestatur Ouidianus versiculus, Compita grata Lari, compita grata cani. nam in comitis sacrum anniuersarium Laribus fiebat. vnde Compitalia dicta, dies ei sacrificio status. & verba quæ subiiciuntur intelligenda sunt de paribus inter se à milliario ad omnes portas spatiis. *Quod si quis altitudinem.*) Melius, Quod si quis. Paulò post pro Ficulnea veteres habent Ficiana, & pro Æneipolis constanter habent, Antipolis. Verisimileque est Pelasgos aut Arcadas, qui cum Ab originibus Saturniam tenebant, hoc nomen Ianiculo indidisse, quod id oppidum sibi ex aduerso situm esset. Ibidem, quod Antennas pluratio numero malui scribere, Virgilium quoque secutus sum, non solum libros manu descriptos. *Mutucumenses, Olliculani.*) Nostra exemplaria, Mutucumenses, Munientes, Numinientes, Olliculani. Atque ita confititur populorum numerus. *In antiquo Latio lili. populi.*) Syncera lectio, Ita ex antiquo Latio. *Pestum, à Græcis Posidonia appellatum.*) Præpositionem castigatores de suo adiecerunt. Idem factum & aliis locis plurimis. *Crathis fluius, pater, vt dixere, Scylla.*) Alius est Cratis, non in hac ora sed in fronte Italiae circa Thurios. Legendum igitur, Crathis fluius, mater, vt dixere, Scylla, testantibus Homero simul & emendatis exemplaribus Plinianis. *Inde Apennini sylua.*) Addendum nomen syluae Sila, cuius & Virg. meminit. id aliquis sustulit, putans per errorem repetitam dictionem. *Oppida habet ciuium Romanorum Palmam & Pollentiam, Latina Cinium & Cunici, quod federatum Bochorum fuit.*) Quis hinc sentiret erratum? est tamen non leue. Legendum enim, Et federatum Bochorum fuit. Sensus est, Olim quinque in ea insula oppida fuisse, duo ius ciuitatis habuisse, duo ius Latij: quintum federatum Romanorum fuisse, idque intercidisse. Quilectionem mutauit, somniauit Bochos reges, nec tenuit eodem propè modo dictum, Fuit, quo illud, Fuit Ilium. *Iammonem & Magonem.*) Scio Strabonem has solas enumerare, fieri tamen potuit, vt tertiam Saniferam aut ignoraauerit, aut prudens, tanquam minus nobilem, preterierit. Verisimile est autem eam solam indigenarum fuisse, reliquas duas à Pœnis colonias deductas, & à deductoribus denominatas vocabula Punica indicant. Sequenti versu pro Meraria legendum Manaria, à manis piscibus falsamento aptis. Cap. VI. *Et Barpona, Menaria, Colubraria, Venaria.*) Barpona vox est nihili & fictitia. Lege, Et parua, Men. Col. Ven. Cap. VII. *Inter se autem hæc promontoria late distant his spatiis.* Antiqui codices: Inter se autem hæc promontoria ac latera distat his spatiis. *Cephalædis, Aleuntium, Agathyrsum.*) Vera lectio, Cephalædis, Aleuntium, Agathirna. Hæc & Lilius sic nominat. Cephalædis hodieque nomen retinet. Cap. IX. *Cui successit Aeolus.*) Lege: qui successit Aeolo, & Longonis vox est deprauata. nam Melogonis siue Melogumis scribendum est, à prouentu ouium, *μυλογοვის.* Cap. XI. *Amita, Pactius, Ausidus.*) Scribendum, Amnes, Pactius, Ausidus. In fine capituli intercidit vna vox. integra lectio est, Norbanenses, Palionenses, Sturnini. Cap. XII. *Succentes, Lucentes.*) Scribo, Fucentes, Lucentes. Fucentes à Fucino lacu, Lucentes à luco quopiam. & pro Mutustæis Mutuscæos. Virg. Oliuiferaeque Mutuscæ. & Æquiculos, non Æquicolas. Est enim diminutivum. Cap. XIII. *Forosempronienfes, Ingini.*) Imò

Annotationes.

Imò Iguini. hodie Eugubini dicuntur. *Aestini, Sentinares.* (Pelestini, non *Aestini. Suprà Interamnani.*) Lego, supra Interamnam, cohærent enim hæ duæ voces cum præcedentibus. ¶ Cap. x v. *Regiates, Vrbinates.*) Imò Vmbranates. nam Vrbinates in sexta regione censentur. ¶ Cap. xv i. *Finibus Ligurum Gabiennorum.* Lege Vagiennorum, quorum oppidum Augusta, non longè à fonte Padi. ¶ Cap. xv i i. *Transpadana appellatur ab eo regio nona.*) Quia mox cap. 18. sequitur, Venetia decima regio, castigato pro sua sapientia hîc ex vndecima fecit nonam, oblitus suprà Liguriam ex descriptione D. Augusti dici nonam regionem: is totam Italiam diuisit in regiones vndecim. Quòd si hæc nona est, quæ nam erit vndecima? Sequenti versu non est, Fluctuoso alueo, sed Fructuoso, videlicet ob importationem variarum mercium. ¶ Cap. x i x. *Pola, quæ nunc Iulia pietas.*) Rectius, Pieras Iulia. Solet enim ferè in talibus oppidorum nominibus substantiuum adiectiuo præponi. Sic in Iulia, Concordia Iulia. Similiter in Italia Laus Pompeia. *In mediterranea regionis decima, Colonia Cremona. Brixia, Cenomannorum agro: Venetorum autem Natri Ateste.*) Antiqua & sincera lectio: In mediterraneo regionis decimæ Colonix, Cremona, Brixia Cenomannorum agro, Venetorum autem Ateste. Error est non simplex. primùm sola Cremona Colonia vocatur, quasi non & Brixia & Ateste colonix fuerint: deinde Natri coloniarum enumerationi inferitur, quo nomine nulla vsquam colonia legitur. Paulò post, *Fertini legèdum, non Feltrini:* nam hoc posterius nomen recens est, & ex illo altero vetere deprauatum. ¶ Cap. xx i. *Populorum pauca effatu digna aut felicia nomina.*) Melius, facilia. *Insula in eo sinu, Absyrtium, Arba.*) Integra lectio: Insulæ eius sinus cum oppidis, præter supra significatas, Absyrtium, Arba. ¶ Cap. xx i i. *Petunt in ea iura iuribus descriptis in decuriis.*) Legendum, Petunt in eam iura descripti in decuriis. *Stai, Colentini.*) Isthæi, non Stai. ¶ Cap. xxiii. *In ora verò ciuium Romanorum.*) Lege addendo, In ora verò Denda ciuium Ro. vt intelligamus huic oppido ius municipale fuisse. ¶ Cap. xxiii i. *Iam tamen colonia D. Claudij Sabaria, & oppida Carabatia, Iulia.*) Restituimus iã tamen colonia D. Claudij Sabaria & oppido Scarabantia Iulia habitantur. ¶ Cap. xxvi. *Flumina clara Dardanus, Margis, Pingius, Timachus ex Rhodope, Oescus ex Hæmo, Vrus, Escamus, Ieterus.*) Lege & distingue: Flumina clara, è Dardanis Margis, Pingus, Timachus: ex Rhodope Oescus: ex Hæmo V. E. I. *Electridas vocauerè, in quibus prouenit & succinum.* Scribo, proueniret succinum. *Adeo vt iis quas earum designent, haud vnquam constiterit.*) Particula iis redundat: quemadmodum sequenti versu hæc dictio, *Tracones:* si credimus vetustis iuxta atque emendatis codicibus.

EX LIBRO QVARTO. CAP. III.

Cum oppidis, Gymmis, Thebis.) Vera lectio, Siphis, Thebis. ¶ Cap. v. *Amnis Alpheus nauigabilis prope sex oppida.*) Veteres codices habent, Amnis Alpheus nauigatur in oppida Aulos & Leprion, vt intelligamus non vitra hæc oppida nauigabilem. *Intus autem ipsa Messene, Ithome, Oechalia, Arene, Pteleon, Thyron, Dorion, Thamyra vatis clara temporibus.*) Lege Dorion, Zancle, variis clara temporibus. Sensus est, hæc oppida non simul claruisse, sed diuersis temporibus aliud post aliud effloruisse. pleraque heroicis temporibus nobilia fuere: inter quæ

post Zancle eminuit, cæteraque obscurauit, & ad vltimum Zancle Messene, aliquantò post Peloponnesiacum bellum opera Thebanorum condita. *Locus Thyra, Gerania.*) Thyrea est in vetustis exemplaribus: & sic Herodotus quoque nominat. *Apefas, Antes.*) Pro his duobus nominibus vnum reposuimus. Apelantus, ex fide eorundem codicum. Sic enim Apelas dicitur Apelantus Latina terminatione, sicut elephas elephantus. ¶ Cap. v i i. *Oppida, Sidus, Cremyon.*) Sidus incuria scribarum ommissum fuerat. ¶ Cap. x. *Ampelos, Torone, Soggestedes.*) Singos non Soggestedes. Paulò post, pro *Acanthus, Istria, Graftonia,* vetus lectio habet, Acanthus: Stagira, Sitone. Ac mox, Amphipolis liberum. ¶ Cap. xi. *Doriscus cxxm. hominum capax.* Lege x m. hoc est, myriadis, attestante Herodoto. *Veteranorum Phinopolis.*) Hæc vox Veteranorum, coniungenda est cum Deuelto præcedente proximè. nam ea fuit Colonia, non Phinopolis, teste præter alios Ptolemæo. ¶ Cap. x i i. *In quæ mutata Vlyssis nauem.*) Neminein offendat, quòd vbi que Vlixem scripsi sequutus antiqua exemplaria. Fui & ipse quondam in ea opinione, vt putarem barbarè dici Vlixem. Postea reperi apud Plutarchum *ὁδὸς ῥωμαίων* Romanos Vlixem sua lingua appellare. Sed hæc leuiora passim coniectari non est propositum, duntaxat in annotationibus: in contextu & talium est habita ratio. Paulò post pro *Arnoxia Oxia* scribendum, attestantibus Græcis Geographis. *Dacenchris, Aspis.*) Nulla est insula Dacenchris nomine: sed Cenchreis nauali Corinthiorum obiacet Aspis insula: & sic lectionem vitiosam emendauimus. *Ophiussa, Buto, Aranus.*) Scribo ad fidem codicum, quos sequor, Butoa, Rhamnus. & sequenti versu pro Plachia Placia. Rursus huic proximo pro Lycades Lichades, à Licha in hoc mare ab Hercule proiecto, cuius Naso meminit in sua metamorph. Eodem versu pro Phocasia Phocaria à phocis, hoc est, vitulis marinis. *Mesatia, Eantiron.*) Lege, Mesate, Eantion: quasi dicas, Aiakis fanum. Aliquantò post, *Montis Abnobæ,* non *Arnobæ.* *In ora Carcinite.*) Scribo, In ora à Carcinite.

¶ Cap. x i i i. *Circa Istrum Apolloniatarum vna.*) Lege, Citra Istrum. Aliquantò post, *Corpora prægrandes ipsorum aures tota contegant,* non integant. ¶ Cap. xv i i. *Sed peninsulam spectatiorem excurrentem in Oceanum, à fine Osismiorum circuitu dcxxviii. pass. longitudine. In latitudine cxxv m.*) Vera lectio, Circuitu dcxxviii. pass. ceruice in latitudinem cxxv m. Ceruicem vocat Isthmon, qua insula, ceu caput, continenti ceu corpori cohæret. Sequenti versu pro Vanneres Nannetes, pro Cauritani lege Carnutani, pro Eburones Eburouices. ac mox Secusiani liberi, pro Secusij, Albij liberi. ¶ Cap. x i x. In primo versu, *Bituriges liberi,* redundat nam hoc ipso capite post aliquot versus horum facit mentionem. *Bergebi, Tarbeli quatuor. Signani, Cocostates, Sexagnani.*) Veteres codices, Begerri, Tarbeli quatuor signani, Cocostates sexsignani. In fine capituli deerat nomen insulæ, Et in Aquitanico sinu Vliarus. ¶ Cap. xx. *Ipsa Pyrenæi iuga ab ortu æquinoctiali in occasum brumalem.*) Deest vna dictio, Ab ortu æqu. fusa in oc. br. Eodem capite, Pefici scribendum, non Pisici, & pro Groniis Grauij, quasi Craij. ¶ Cap. x x i. *Oppidum & flumen Eumenium.*) Lege Minium. ¶ Cap. x x i i. *Abeft à continente proxima parte minus pedes dcc.*) Passus, nō Pedes. Nostri Tartesson appellat, quæ Pœni quondam Gadira, nam *Gadira Punica lingua septem significant.*) Antiqui codices, Nostri Tartesson appellat Pœni Gadir, ita Punica lingua septem significat.

In Plinii Naturalem Historiam

EX LIBRO QUINTO.

CAP. IX.

Cæsareæ in Thesæo dicatus.) Quid Mauris cum Theſeo? Antiqua lectio, in Ilſeo, hoc est in Iſidis fano cuius numen initio ab Ægyptiis orto, tota Africa religioſè colebat. *Elephantis insula infra nouissimum cataracten cccm. pass.*) Scribendum IIIIM. pass. Est enim cataractis vicina. *Copiosa Indicarum Arabicarumque mercium Nilo proximum emporium.*) Coptos emporii nomen est, quod in copiosa deprauauerunt. *Infra quod Abydus, Memnonis regia & Osiris templo inclutum, septem dierum itinere in Libyam remotum à flumine.*) O crassum erratum! Quomodo enim Abydus infra Tentyra in Ægypto atque adeò inter ripenses vrbes recenseretur, si tantum spatij inter eam & flumen interest? Itaque repositum ex manuscriptis: *V I I M D. pass. in L. r. a. fl.* ¶ Cap. xxviii. *laxitate inserta.*) Inſeſta nõ inſerta. Ac mox: *Quinta situs parte regie dicata: non, Regi.* Et paulò post, *xi. enim reperiuntur, super qua IIII. lege, Superque.* ¶ Cap. xii. *Qui subtilius diuidunt, circum Euphraten Syriam, Phœnicen volunt esse oram maritimam Syriæ, cuius pars sit Idumæa & Iudæa: deinde Phœnicem, deinde Syriam.*) Mollius erat, Circa Euphratem. Sed præstat ab exemplaribus non discedere, quæ sic habent: *Qui subtilius diuidunt, circumfundi Syria Phœnicen volunt, & esse oram maritimam Syriæ, cuius pars sit Idumæa & Iudæa, deinde Phœnicem, deinde Syria.* Hic nulla mentio Euphratis. Syria Phœnicem à lateribus, & à tergo amplectitur: frontem mare alluit. eius oræ partes sunt Idumæa & Iudæa, Phœnicem, & Syria Antiochena. ¶ Cap. xiiii. *Iannes duæ, altera vicus.*) Scribo, Altera intus Cap. xiiii. *Pars enim Syriæ iuncta.*) Verus, Pars eius Syriæ iuncta. Et inter toparchias est Gophnitica, non Zophantica. attestatur Iosephus. *Nomen Iudææ modo Herodium.*) Portentosa deprauatio. Legendura vt cohereat cum præcedentibus: Hierosolyma longè clarissima vrbium Orientis, non Iudææ modo: Herodium cum oppido. Est autem Herodium arcis nomen. ¶ Cap. xvii. *Haud procul ab Asphaltite.*) Verus lectio, Haud procul Asphaltite.

¶ Capite xxvi. *Amari relata, ubi vocabatur Olmia.*) Legendum Hormia, à portu. *Lalassis fluius.*) Dele fluius, quæ vox non habetur in manuscriptis. Est enim Lalassis oppidi nomen, teste Stephano. Caterùm Decurrit verbum ad Isauriam referendum, quòd decliuus sit, qua versus mare protenditur editiore situ mediterraneo. metaphora castigatorem parum attentum fefellit. *Oroanda, Sagaleſſos.*) Oroanda, est in codicibus manuscriptis, & apud Liuum. *Edigis, Paropamisus, Circius.*) Scribo, Emodus Paropamisus, Circius. In proxima ora Caria est, mox Ionia, vltra eam Æolis, media Doride. *Circunfunditur mari utroque latere ambiente.*) Hominem geographiæ peritum, quisquis Dorida Ioniam inter & Æolidem collocauit. Quid autem est liberos deprauare, si hoc non est? Syncera lectio manet etiam nunc in antiquis exemplaribus. In proxima ora Caria est, mox Ionia, vltra eam Æolis. Caria mediæ Doridi circumfunditur, ad mare utroque latere ambiens. Sic superius cap. 12. dixerat Syria Phœnicem circumfundi. Nec dubiũ est vtrumque locum ab vno castigatore data opera tam bellè deprauatum. ¶ Cap. xxviii. *Annis Ninus.*) Hermolao placet Ninus, de quo tamen subdubitat: manuscripti libri, tum etiam typis excusi quidam Indum habent. Et sunt nonnulli amnes binomines, atque haud scio an huic ipsi nomen mutatum narret Liuus,

posteaquam in eum Indus belluæ rector ab elephantò prolapsus est. ¶ Cap. xxxix. *Fuit in ora eius oppidum Temnos, nunc in extremo sinu Smyrna Cheseopolis promontorium. Leuce dein oppidum, quod insula fuit finisque Ionie.*) Syncera lectio: Fuit in ore eius oppidum Temnos: hunc in extremo sinu Myrmece scopuli, oppidum Leuce in promontorio quod fuit insula, finisque Ionie Phocæa.

¶ Cap. xxx. *Pergamum, quod intermeat Silenus.*) Selinus, non Silenus. ¶ Cap. xxxi. *Elyſia, Nymphalis, Macris.*) Lege: Lafia, Nymphais, Macris. *Proximæque Cynorhodussa.*) Lege: Proximæque Cauno Rhodussa. *Præter has citra Rhodum Cyclopiſ, Teganon.*) Verius: Præter has circa Rhodum, Cyclopiſ, Teganon. Posteriores à similitudine patellæ dictam apparet. Ac mox: *Ciſerussa, Therion, Archia.*) Legendum Cicerussa, Therionarce. hæc inde dicta, quòd in ea venenatæ bestioſe obtorpeſcant. *Argia numero viginti, Ethecusa.*) Lego, Et Hyetussa: quasi dicas Pluuialis. *Bolbula, Phete, Priapos.*) Verus lectio pro Phæate habet Phænæ: & sic etiam Liuius nominat. ¶ Cap. xxxii. *In quo portus Azari.*) Amyci, non Azari. Is fuit Bebricum rex, pugil eximius, à Pollice in eo certamine victus & occisus, cum Argonautas hospitio prohiberet.

EX LIBRO SEXTO.

CAP. I.

Calpæque Africa auulsa multo maiora absoruisse, quam reliquerit, spatia.) Antiqui codices habent, Tanto maiora: non, Multo maiora. ¶ Cap. ii. *Cerambis vadosa excursu.*) Lege vasto excursu. Paulò post: *Colonia Sinope Pteria.* Pteria redundat. ¶ Cap. iii. *Megapoliſ, Zelam.*) Scribo, Magnopoliſ, Zelam. & in fine capitis, *Sortira, Amasia, Comana:* Lege addendo, Sotira, Amasia, Comana, nunc Manteum. hoc est oraculum. Testis est Strabo. ¶ Cap. iiii. *Nunc Manteum Genetarum, Chalybum.*) In antiquis voluminibus hoc caput sic incipit: *Gentes, Genetarum, Chalybum.* Mox est Pharnacea op. non Pharnace: & Pyxites flu. non Pylites. ¶ Cap. vii. *Iaxamata Medorum (vt ferunt) soboles, & ipsi in multa genera diuisi.*) Legendum Sarmatæ. Nam Iaxamatarum gens non erat tam ampla, vt in multa genera diuidi posset, & mox subiicit, primo Sauromatæ Cynæocratumeni. Paulò post est, *Saluosif conuallibus asperas: non Saxosis.* ¶ Cap. ix. *Adiabenen Tigris & montes in vii. m. p. cingunt.*) Vera lectio, Adiabenen Tigris & montium sinus cingunt. ¶ Cap. xii. *Insula in Ponto Planctæ siue Cyaneæ.*) Planctæ legendum. *Hom. ως δ' ἴνεο πύργου.* ¶ Cap. xv. *Adiabenis connectuntur Cadurci quondam dicti, nunc Gordieni, præfluente Tigri, Hyſpirata Paredoni appellati.* Vereres codices, Adiabenis connectuntur Carduchi, nunc Cordueni, præfluente Tigri: his Pratitæ Paredoni appellati. Cadurci Galliæ sunt prouinciæ, non Parthorum regni. Et Carduchorum appellationem Macedones postea in mollius deflecterunt Corduenos vocantes. Pratitarum mentio fit & 25. capite. Circa finem huius capitis legendum: *Stadia 15680. prodendo: non, Procedendo.* ¶ Cap. xvi. *Fertilitatis incluta locus Darieum mons, gentes Tapyri, Auariaci.*) Lege & distingue sic: *Locus Darieum. mox gentes, Tapyri, Anariaci.* Aliquantò post est, *Aduersa montis Paropamiſi, & aduersus fontes Indi.* vbi legendum, Auerſa montis Paropamiſi, ex aduerso fontis Indi. Item pro *Demodamante Demonax* repositus est: cuius nominis fuit

Annotationes.

fuit & philofophus Luciani ætate non incelebris.
 ¶ Cap. xvii. *Perse illos Sacas vniverfos appellauere.*) Plinius fcripfit, in vniuerfum appellauere. Sic enim & alibi fepe loquitur. ¶ Cap. xx. *Pagunga, Ialij hi montium, qui perpetuo tractu oceani oram tenent, incola.*) Manufcripti codices, Pagungæ: iam hi montium &c. Elegans verò, quòd mox nescio quis x m. elephantorum pofuit, pro x. elephantis. *Mutauit super hos Caucafo fubiicit, Soleada, Sondra.*) Lege Montani fuper hos. quibus enumeratis fubiicit Taxilas iam in plana demiffio tradit. ¶ Cap. xxii. *Patrem Mabaciem commeaffe eò.*) In vetuftis codicibus est: Patrem Rachix com. eò. nam id fuit legato nomen. Scribam fefellit fimilitudo literarum. *Agros diligenter coli, pomis abundare.*) Plus est in manu fcriptis. ag. dil. coli, vitis vfum non effe, po. abundare. ¶ Cap. xxiii. *Hæc regio est ex aduerfo Baëtrianorum. Deinde eius oppidum Alexandria.*) Lege & diftingue fic, Hæc regio est ex aduerfo. Baëtrianorum deinde, cuius oppidum Alexandria. Ariænæ partem effe Dararin aliqui volunt. pro Dararin fcribo Daritin. *Circumuectus in mediterranea Perfidis & India.*) Ex India, non Et Indix. *Mille millibus paffuum ab Alexandria abest oppidum Heliopolis.*) Scribendum, Duo m. paffuum. Scriptum erat hoc modo m m. id typographi verterunt in mille millia. adeò nulla ratio habita est numerorum, perinde ac fi minimum referat. Deinde ex Iuliopoli fecerunt Heliopolim, quæ alibi fita est. *Ibi regnat Paridion.*) Lego, Pandion. *Aut Mecheris Ægypti intra diem sextum.* Lege addendo, Aut vtique Mechiris. ¶ Cap. xxvi. *Habet ipfa ab ortu Cafpious.*) Adde coniunctionem: Habet ergo ipla. *Antiochiam, quæ à præfecto Mefopotamie Nicatoris condita, Nicatoris vel Arbelis vocatur.*) Nofta exemplaria habent: Antiochiam, quæ à præfecto Mefopotamix Nicanore condita, Arabis vocatur. Arabis cognominata est ad differentiam aliarum, ideo quòd effet inter Arabas fita. Nicator verò regis est cognomen, non Præfecti nomen. *Supra Sicclafu tria millia paffuum, per quos Lycus &c.*) Illic tantum legitur, Supra Silici, Clafitæ, per quos Lycus &c. Paulòque poff, Gobaris, non Cobaris. *Feruntur ei plebes urbanae dc. effe.*) Et hic viciatus est numerus. Legendum est: Ferunt ei plebis urbanae dc m. effe. alioqui malè cohærent fequentes accufatiui Sirum, & Agrum. *Cum Perfe quoque fchenos & paraſangas alia menſura determinent.*) Lege adiendo, Alij alia menſura determinent. Sentus est, non debere cuiquam mirum videri, quòd inter autores de fpatiis earum regionum parum conftet, cum apud ipfos Perfas locorum indigenas alibi magis, alibi minus prolixæ fint paraſangæ, quòd idem apud Germanos quoque in milliariis accidit. ¶ Cap. xxvii. *Aterum deinde tranſit lacum, qui Teſbites appellatur.*) Tholpites, non Teſbites. Aliquantò pòft est, *Zagrus mons,* non Sagrus. Sufianis ab Oriente funt Coſſæi. Ad do vnam dictionem: Ab oriente proximi funt. Sunt enim his ab oriente & aliæ gentes, fed nulla æquè propinqua, ac Coſſæi. Circuit arcem Suſarum, ac Dianæ templum auguſtiſſimum cum illis gentibus & ipſe magna ceremonia fit.) Vetuſta exemplaria: Circuit arcem Suſarum, ac Dianæ templum auguſtiſſimum cum illis gentibus & ipſe magna ceremonia fit. Vetuſta exemplaria: Circuit arcem Suſorum, ac Dianæ templum auguſtiſſimum illis gentibus, & ipſe in magna ceremonia. *Præter aſylum Perſarum venientem ad vnum ex Sufianis oppidum.*) Lege, & diftingue: Præter aſylum Perſa-

rum venientem, & vnum ex Sufianis, videlicet aſylis. *Oppidum iuxta eum Magora Paſiones Sogdonaci filius.*) Paſines est in antiquis exemplaribus: & fic Græci Geographi vocant *παſίνου χόρα.* ¶ Cap. xxviii. *Infula Deuade.*) Deuadæ fcribo, vt fit genitiuus: fic aliquantò pòft Dioſcoridu pro Dioſcoriada. Sic enim folent denominari à præfectis claſſium. Eadem ratione in hoc ipſo capite leges Malchu inſulam, vbi hæctenus in impreſſis exemplaribus corruptè Malacho legebatur. *Sueleni, Sarraceni, Arrareni. Oppidum, in quo &c.*) Scribendum, Suelleni, Sarraceni Arra opidum. *Amyelome colonia Mileſiorum.*) Mileſij coloniis ſuis, vel in barbariſſimas gentes deduētis, Græca tamè ſolebant imponere nomina, quemadmodum videre licet in tot eorum coloniis per oram Ponticam diſperſis. Proinde magis placet Ampellone, à vineris, (quæ appellatio est in manuſcriptis exemplaribus) quàm Amyelome vox Græcis nihil ſignificans. ¶ Cap. xxix. *A Troglodytico verò.*) A præpoſitio redundat. præcedit enim in fine proximi capitis, Arabiæ latere, abſque præpoſitione. *Fuit & Cambiſo.*) ſcribo Cambyſu, paterno caſu, & Græca inflexione. Sic enim pleraque in eo tractu oppida nominantur *ἡρώων πόλις, καμβύσου πόλις.* *Infula Steue diræ aliquot, Hallonnenſes non pauciores, Cardamine, Topazos.*) Lego Halonneſi nō pauciores, Cardamine, Topazos. Et Scenæ diræ, Græcæ ſunt voces *σεναι δειραι.* *Infula ibi Cytis, topazium ferens, & ipſa ultra ſyluas, vbi Ptolemais.*) Lege & diftingue, Topazium ferens & ipſa. ultra ſyluæ. vt intelligas non in ſola Topazo inſula gemmam ipſius cognominem inueniri. deinde Ptolemaidos cognomen non eſt Epitherias, fed *ἐπι θήρας*, quemadmodum Antiochia *ἐπι δρυνης.* *Horarum ſex conſumuntur umbra.*) Non leue & hoc mendum. Caltigauimus fic: Hora ſexta conſumuntur umbra, hoc eſt meridie, iuxta Romanam ſuppurationem. *Infula Cytis.*) Vetuſta exemplaria, Colocalitis. Diētā apparet à prouentu copioſo colocaliæ. *Celetum teſtudinum.*) Eadem exemplaria habent Celticum: & fic Græci quoque hoc genus vocant, *κέλιον.* *Animal ſphingion.*) ſcribo, Sphingion. Diminutiuum eſt à ſphinge, & ſimia rum generis eſt hoc animal. *Herbas circa Meroen demum viridiores ſyluarumque aliquid aperuiſſe rhinocerotum elephantorumque veſtigia.*) ſcio verbum hoc Aperire, interdum perquam eleganter dici de nauigantibus, maxime quoties oram aliquam ſinuofam legunt: mihi tamen videtur hic nō habere locum. proinde malui & hic manu ſcripta ſequi exemplaria, quæ hanc lectionem habent, *Herbas circa Meroen demum viridiores, ſyluarumque aliquid apparuiſſe, & rhinocerotum elephantorumque veſtigia.* *Infula Diodori, & alia deſerta.*) Addendum hîc, per continentē quoque deſerta. vt intelligamus, quicquid litoris ex aduerſo harum inſularū, inter ſinum Abaliten & Gazam ſitum eſt, totū eſſe deſertum & incultum. *Gentes Trogloditarum Iuba tradit.*) ſcribe, Idem Iuba. *Gauconem, Emeum, Pidibotas, Endonacometas.*) Sincera lectio, Graucomen, E. P. Hebdomencontacometas. ac ſi Latine dicas, Grai vicum, & ſeptuaginta vicanos à numero vicorum. *Enonimiton Æthiopum.* Vera lectio extat in manu ſcriptis Euonymiton, Græca appellatione, quæ accolat ſiniſtram Nili ripam aduerſo flumine nauigantibus. *Aliam inſulam tractu dextro ſubeuntibus alueo.* Legendum non Tractu, ſed Tatu: eſt enim genitiuus Græcus, & inſulæ nomen *Τάτου νήσος*, & dextro, ad alueum refertur. *Delubrum Hammonis eſt ibi religioſum.*) Melius legitur, Et ibi. Dicit enim in Meroe quoque Hammo-

In Plinii naturalem Historiam

nis delubrum esse, diuersum ab illo Lybico, in quo oracula reddebantur, & quod Alexander adiit, Hammonem patrem, vt credi volebat, salutaturus. ¶ Cap. xxx. *Inde Paropas oppidum, Nauos Modunda, Mandadini Secanduni, Colligati, Secanda, Nauectaba, Cumi, Agrospi, Ægipani, Candrogari, Arabum summorum.*) Hic nostra exemplaria, quæ sequimur, discrepant à vulgatis editionibus, inter se verò consentiunt: vbi sic legitur: Inde per ripas, oppida, Nauos, Modundam, Andatim, Setundum, Colligat, Secande, Nauectaba, Cumi, Agrospi, Ægipam, Candrogari, Arabam, Summaram. Per ripas, dicit ideo, quia superius ex Bionis commentariis relata, in insulis Nili sita sunt. Sunt autem appellationis barbaricæ, & accusatiuo casu posita. Meridiana parte imminens mari mons. Illic legitur: A media eius parte imm. m. ¶ Cap. xxxi. *Contra hoc promontorium Gorgones insule narrantur.*) Lege Gorgades, quod est denominatum à Gorgon. ¶ Cap. xxxii. *Ex quibus perducti sunt à Iuba duo.*) Iuba, est in vetustis codicibus. Iuba enim nunquam illuc nauigauit, sed ab ipsius classiaris hi canes ei aduecti sunt. ¶ Cap. xxxiii. *Agrippa hoc idem interuallum à freto Gaditano ad sinum Persicum.*) Legendum est, ad sinum Issicum. ¶ Cap. xxxiiii. *Bessicam Thraciam, Mediam.*) Est quidem Madia Thraciæ pars, sicut & Bessica: magis tamen placet ita additum mediam, quemadmodum superius dixit Hispania media: itémque Septentrionalia Siciliæ, Narbonensis Galliæ exortiuæ: quòd hæ prouinciæ longè lateque pateant. Huc accedit quòd in manuscriptis non est diphthongus. Paulò post, Galliam, Aquitaniam: lege coniunctim, Galliam Aquitanicam, & versu sequenti, in parte Venetiæ, non in partem.

EX LIBRO SEPTIMO.

CAP. VII.

AT qui etiam hodie minoris potes.) Melius veteres, Atque etiam hodie. ¶ Cap. xi. *Sed ubi paululum temporis inter duos conceptus intercessit, vterque est perfectus.*) Lege, Vterque perfertur. Cap. xvi. *Quod alij Orionis, alij Etionis, fuisse tradunt*) Vetus lectio: Quod alij Orionis, alij Oti fuisse arbitrantur. Hunc Otum tam vasto corpore tantisque viribus præditum fuisse poetæ narrant, vt socio Ephialte fratre, Martem ipsum ex insidiis aggredi sit ausus. Hos Maro Æneid. sexto Aloidas vocat. Sequenti versu illic legitur, *Monumentis creditur:* non, Traditur, & rectè, mea sententia: quòd hoc posterius ab Historicis memoriæ proditum sit, non à poetis. *Salamiam Euthimenis filium.*) Scribo, Salamine. Quid enim attinebat nominare puerum? Sic mox, in filio, inquit, Cornelii Taciti.

¶ Cap. xvi. *Id esse sparsis manibus.*) Rectius est, Passis manibus. Sequenti versu hæc vox, Quibusdam priore loco redundat, neque in nostris archetypis geminatur.

Cap. xx. *Obnixo contra nitentibus iumentis.* Lego Obnixus. Ac mox, Et ducenaria duo. humeris: non, Duobus, & sequenti versu, *Quingenario thorace,* non quinquagenario.

¶ Cap. xxi. *Leena meretricis exemplum.*) Exemplum redundat. Sequenti versu est, Anaxarchi, non Anaxarchus.

¶ Cap. xxii. *Sui verò nominis oblitus Messala Cor-*

vinus.) Et hic Oblitus, redundat.

Cap. xxvi. *Belloque civili, quod omnia concutiebat externa.*) Quid opus erat hic Conciebat, mutare in Concutiebat? quasi non rectè dictum esset, externos hostes, Mithridatem, aliòsque intestinis Romanorum bellis excitos fuisse, ratos inuicto alioqui populo inferendi bellum nullum aliud tempus opportunius fore.

¶ Cap. xxviii. *L. Sicinius Dentatus.*) Siccium vocant manuscripti codices, atque etiam Livi, & Dionysius Halicarnassensis. *Ante xxii. annos bina caperat spolia.*) Verior antiqua lectio, Ante decimum septimum annum: nam ab hoc anno militaris ætas incipiebat. At hoc idem ante vigesimum secundum in tam insigni viro mirum videri non debuerat. *Quas Trebia, Ticinusque, aut Thrasymenus ciuicas coronas dedere?*) Coronas, aliquis interpretans primo in spatio, quod versus dirimit, adscripsit: ea vox deinde in contextum irrepsit: alioqui elegantius subintelligitur, quemadmodum in Laurea.

¶ Capite xxx. *Ille semper alioquin exitiali appellans nomine, vniuersos ex Italia pellendos censuit Græcos.*) Hæc tria verba, exitiali appellans nomine, nec in vetustis habentur exemplaribus, nec Plinium admodum sapiunt, & alioqui etiam absque eis integra est sententia. Quibus de causis haud illibenter ea omisimus, maxime cum similem superuacanea verbula infulcendæ licentiam sæpius & alibi, & in hoc ipso capite deprehenderimus. *Quo potius, quam vniuersi populi & illius gentis amplissimo testimonio, & in tota vita tua, & ad Consulatum tantum operibus electis?*) Nostrorum codicum lectio melior: Quo potius, quam vniuersi populi illius gentis amplissimi testimonio, & tota vita tua Consulatus tantum operibus electis? *Roscio theatralis seditionis auctori leges ignouerunt, notatæque sedes ignominia discrimine æquo animo tulerunt.*) Et hoc indidem restitui- mus ad hunc modum, Roscio theatralis auctori legis ignouerunt, notatæque se discrimine sedis æ. a. t.

Cap. xxxv. *Cui ob meritum honores illos, quos Herculi, decreuit Græcia.*) Sensus vtunque manet: à verbis Plinii discessum est. Legendum, Quod ob meritum honores illi, quos Herculi, decreuit Græcia. Ibidem Cleombrotus Ceus legitur, non Theombrotus. hic medicus fuit, alter Ambraciorum patria, professione philosophus. *Relato è funere homine, & conseruato.*) Lege, Seruato. *Laudatus Ctesiphon.* Lege addendo: *Laudatus est & Ctesiphon.*

¶ Cap. xxxix. *Sed hoc pretium belli, non hominis fuit: tam Hercule, quam libidinis, non fortuna Peronotomi spardonis, Seiano i. m. d. mercante à Sutorio Prisco.*) Hic locus multum torfit eruditos, multa frustra diuinantes. Atqui expedire illos potuerant ex hac difficultate exemplaria vetusta, quæ nobis certè eum hic, tum alibi sæpe egregiè succurrerunt. Ea sic habent, Tam Hercule quàm libidinis, non formæ, *Paxontem è spardonibus Seiani i. m. d. mercante Sutorio Prisco.* Nomen conuenit homini probroso, quale est Comazon, quem Hellogabalus Imperat. in deliciis habitum ad consulatum vsque euexit. Porro participia interdum verti in propria nomina, nouum videri non debet, cum etiam passiuæ forma quædam in hoc genere reperiantur, vt *Sozomenus.* is fuit Ecclesiasticæ historiæ scriptor.

¶ Cap. xl. *Numerus dierum computatur, ubi queritur pondus.*) Non erat mutanda vetus lectio: Numerus dierum

Annotationes.

rum comparatur: hoc est, numeri dierum felicium in feliciūque inter se conferuntur, vter maior sit.

Cap. xli. *Lampido Lacedaemonia refertur.*) Reperitur melius, quā Rutilianus, in Liuianis æquē ac Plinianis vetustis exemplaribus. ¶ Cap. xliii. *Sed accusatus, atque de iure virgarum in iudicum consilium missus.*) Plenior ac planior est antiqua lectio: Sed accusatus, atque de iure virgarum in eum, iudicum in consilium missus. Neque enim in omnes passim ius virgarum magistratus habebat, sed in tergum ciuis Roman. nihil illi licebat. Paulō post legendum, Supremo somnio, non Somno.

¶ Cap. xliiii. *Quod superest, nescio maior gloria, an indignationi, dolor accedat, inter tot Metellos tam sceleratam Catini audaciam semper fuisse inultam.*) Codices antiqui habent: nescio morum gloriae, an indignationis dolori, accedat. Subindicat Plinius, maiorem vlciscendi libidinem ætate sua regnasse, quā Metellorum, de quibus loquitur, tempore, cum mores P. R. adhuc minus corrupti essent. ¶ Cap. xlv. *Proscriptionis inuidia in collegam.* In collegam redundat. *Solicitudo Martis Aetiaci Pannonicique belli ruinae pontis.*) In exemplaribus nostris constanter legitur: Solicitudo Martis Aetiaci, Pannonici belli ruina ē turri. Videtur aliquis data opera lectionem mutasse ex Tranquillo. *Hærede hostis sui non suo filio excessit.*) Nihil opus erat addere duas voces: Satis plena erat vetus lectio, nempe hæc: Hærede hostis sui filio excessit. Sed hic quoque glossula interpretis irrepsit in contextum. ¶ Cap. xlviii. *Cui astipulatur Damastes.*) Damastes legendum. is fuit historiarum scriptor, patria Sigiensis ex Helleponto. ¶ Cap. l. *Hebesunt sensus, membra torquentur.*) Torpent, non Torquentur. ¶ Cap. li. *Profundi humoris è corpore effluunt.*) Vetus & sincera lectio, Præfandi humoris. Sic enim Plinius more suo verecundè genitale semen circumloquitur, ac si dicat, cum præfatione honoris aurium nominandi. ¶ Cap. lii. *Nam Calium Tuberonem.*) Scribo, C. Ælium Tuberonē. Tuberonū enim familia Æliæ gentis est. Mox est, Hermotimus non Hermotinus. *Se enim ab inferis remissum, habere que quod nuntiaret.*) Vetus, Habere, quæ nuntiaret. ¶ Cap. liiii. *Duo Cæsares, Prætor, & Prætura populi Romani, sanctus.*) Legendum, Prætor, & Prætura perfunctus. *Cum populo admodum placuisset.*) Adde, is, Is cum p a p. ¶ Cap. liiii. *Et tamen multarum prisca seruanere ritus, sicut in Cornelia domo nemo ante Syllam Dictatorem traditur esse crematus.*) Lege, Et tamen multæ familiæ prisca seruanere ritus, sicut in Cornelia nemo ante Syllam Dictatorē traditur crematus.

¶ Cap. lvi. *Vrique in Græciam attulisse è Phœnice Cadmum xvi. numero.*) Legendum, Intulisse. Hic nescio quis iniecit Latina elemēta, cum Plinius de Græcis literis loquatur, quare sustulimus ea, nec enim sunt in archetypis. *Doxius Cælij filius.*) Cæli, non Cælij. *Phœnices, ut Theophrastus.*) Tyrinthii, non Phœnices, teste Pausania. Paulō post est, Æacus inuentor argenti, non Ceacus. *Terebram, glutinum, ichthyocollam.*) Malim veterem lectionem, Ter glu. lithocollam. *Staphylus Sitheni filius.*) Imò Sileni. *Bucem & aratrum Briges Atheniensis.*) Scribo, Buzyges, ex re nomen habet. *Inducias Lycaon.*) Lycaon verius. *Citharædica carmina composuit Terpander.*) Lege, Citharædica car. *Prosaicam orationem.*) Anage Prosaicam: Scribo, Prosaicam orationem. *In Græcia vero Pyrrhus Dadali cognatus.*) Euchir, non Pyrrhus, at-

stantibus Græcis scriptoribus. *Hippagum Salaminij.*) Vetus lectio habet, Samij, pro Salaminij. ¶ Cap. lviii. *Græca inscriptio plenior erit hoc modo: Ναυαρχίας ποταμίου Ἀθλωάτος κόρα καὶ Ἀθλωά ἀνέθνηεν.* Vbi omissum erat, cui numini anathema consecratum esset. ¶ Cap. lx. *Nasica collega Lanati.*) Lanatis, legi debet.

EX LIBRO OCTAVO.

CAP. I.

Quippe intellectus illis sermonis patris, & in primis obedientia) Rectius legitur in manuscriptis, Et imperiorum obedientia. *Indicis Arabici minores.*) Veteres codices: Indis arant minores. Suprà quoque libri sexti cap. x i x. de elephantorum apud Indos vsu dixit: Iis arant, iis inuehuntur. Ad hoc cap. huius libri xi. docens vbi nascantur, Arabiæ non meminit. ¶ Cap. i i. *Aut lasciuente pernicitate colludere.*) Sincera lectio veterum codicum: Aut las. pyrrhiche col. Est autem πρῆξι salutationis genus Cretenlibus in primis familiare *Leëticas etiam ferentes quaterni singulas, puerperas imitantes.*) Nec leëticæ puerperas imitabantur, nec elephantum leëticarij. Quapropter sic scripsimus: Leëticas etiam ferentes quaterni singulos, puerperas imitantes. Cap. i i i. *Circa hos belli cura summa.*) Veteres rectius, Circa hos bellis summa cura. ¶ Cap. v i i. *Et illum dimitti pactus si interemisset. Solus ergo in harena congressus, magno Penorum dolore cōfecit.*) Scribo ex fide nostrorum exemplarium, Et ille, dimitti pactus, si interemisset, solus in harena congressus, m p d c. Et non longè à fine huius capituli: *Pari equitum ex aduerso dimicante: non, Eduerfo.* ¶ Cap. v i i i. *Antea domitandi gratia gregis, equitatu cogebant in conuallem.*) Distinguendum: Domitandi gratia, greges equitatu cogebant. ¶ Cap. x v. *Cuius contactus sequentes, ut ignis aliquis comburat.*) Nimum est, Comburat. Amburat, satis erat. ¶ Cap. x v i. *Non tanquam periculo coactus, sed tanquam amentia iratus.*) Amentia, legi debet. *Velut deputans absconsione turpitudinem.*) Noua elegantia, dignior tamen Apuleianis istis, quā Plinio. Simplicior est vetus lectio: Velut abscondēte turpitudinem loco. *Leonum simul pugnam plurium.*) Turbatus est ordo: restituimus sic: Leonum simul plurium pugnam. *Non sine ostento quodam tempore illo generosos spiritus iugum subire prodigio significante.*) Et hic veram lectionem commonstrant archetypa, nempe hanc: Non sine ostento quodam temporum, generosos spiritus iugum subire illo prodigio significante. *Quod ab eo factum Græci σωτήρης, id est, saluatoris templum Dionysij appellauerunt.*) Antiqui codices: Quod ab eo factum Græci νε γηρότης Διονυσου appellauerunt. ab eo factum, scilicet ab hiatu leonis. ¶ Cap. x x i. *Nec flexu multiplici, nec ut reliqua, corpus impellit.*) Posterior Nec, redundat. *Interficiunt eos, cauernis facile cognitiss sola tabe. necant illi simul odore, moriunturque.*) Verba quæ proximo versu præcedunt, faciunt vt magis probem veterem lectionem, videlicet hæc, Sæpe enim enectum concupiuerunt reges videre. Proinde sic lego, Iniciunt eas cauernis, facile cognitiss sola tabe. necant illæ simul odore, moriunturque. Iniciunt eas, mustelas scilicet, regis cupiditatis mercenarij ministri. Alioqui mihi non fit verisimile, mustelam esse adeo nocendi auidam, vt vltro latebras basilicæ peruestiget, & vel cum certa sua pernicie tam dirum monstrum lacessere non dubitet. Dissimile est, quod de viueris in cuniculorū venatu narrat infrà capite 55. Iniciunt eas, inquit,

In Plinii Naturalem Historiam

in specus, qui sunt multiformes in terra. ¶ Cap. x x i i. *Itaque Copas, qui Olympionicas scripsit.*) Antiqui codices, Agriopas. Nomen est Doricum, quale Gorgopas. *Et in lupum se conuertisse.*) Conuertisse dixit, pro conuersum esse. itaque s, redundat. Sic Vertere quoque sæpe est apud Liuium reperire: Id consilium in caput autoris vertit, & similes locutiones. Sequitur: Eundem x. anno restitutum, athleticè restitisse in pugilatu, victorèmq; victoria Olympia reuersum. Verus potior: Eundem decimo anno restitutum athleticæ, certasse in pugilatu, victorèmq; Olympia reuersum. Sic Horatius: Magna coronari quis victor Olympia. & Athleticæ, est *Ἰν ἀθλητικῆς*, sicut Arithmeticen dicimus. ¶ Cap. x x i i i. *Nec pedibus pauendas tantum serpentes.*) Restitue luxatum ordinem: Nec pedibus tantum. *Eosque non in fronte aut ex aduerso cernere.*) Aut, redundat. ¶ Cap. x x v i i. *Iaculando ea petendoque deficiat.*) Quanto melior antiqua lectio? Iaculando se appetendoque deficiat. ¶ Cap. x x x. *Alternis annis esse marem, alternis feminam fieri.* Germana lectio: Alternis annis mares, alternis feminas fieri.

¶ Cap. x x x i. *Theophrastus autor est, angues eo modo & stelliones senectutem exuere, eamque protinus deuorare.*) Quoniam referendum est illud, Eo modo? Nihil enim præcedit, quò referri possit. Et exuuias deuorari, vt de stellionibus verum esse ipse Plinius libro trigésimo capite decimo testatur, ita de anguib; manifestò fallum est, cum ex passim reperiantur. Legendum itaque, Anguis modo, non Angues eo modo. *Eosdem pestiferos ferunt in Græcia, innocuos esse in Sicilia.*) Hoc quoque, sicut id quod præcedit, ex autoritate Theophrasti refertur. Quid igitur attinebat veterem lectionem mutare? Eosdem pestiferi morsus in Græcia, innocuos esse in Sicilia.

¶ Cap. x x x i i. *A partu duas habent herbas, quæ aros & sesellis appellantur: postea redeunt ad fatum: illos imbui lactis primo nolunt succo.*) Cur illos, potius, quàm illum? Sed longè aliter scripsit Plinius: Illis imbui lactis primos volunt succos. illis, aro & seseli, quòd intelligant eis occultam quandam vim inesse, fortui suo salubrem.

¶ Cap. x x x v i. *Sæpe in harena colaphis in se etis exanimantur.*) Rursus data opera vitiata lectio. Opinor parum Latinum doctulis istis videbatur, infracto colapho exanimantur. ò industriam colapho dignam! *Arborem auersi diripiunt.*) Bellum & hoc. Sed quis vnquam id vidit saltem scriptum aut pictum? Legendum igitur, quemadmodum habent magno consensu vetusti codices: Arborem auersi derepunt: hoc est, non proni, sed posterioribus primùm pedibus, anterioribus interim molem corporis sustentantes, ne ruant: id quod notum est omnibus, qui modò vel semel vrsu ab arbore descendentes viderunt. Atque in hoc quoque hominem imitantur, præter morem quadrupedum. Quamobrem pulchre cohæret cum eo quod proximè præcedit: Ingre-diuntur & bipedes. ¶ Cap. x x x v i i. *Conduuntur & alpini, quibus magnitudo media est. Vera lectio vetus, Quibus magnitudo medium est. Sunt his pares, & in Egypto: similiter resident in clunes.*) Lege, Similiterque residunt in clunes. Aliquanto post, *Maleficio eo*, aliquis de industria mutauit in maleficio illo, nimirum quò minus esset vocaliũ. Grande verò operæpretium. ¶ Cap. xxxviii. *Sufflata cute distenta, ictus hominum & morsus canum arcet.*) Manente sensu, verba tantummodo mutata sunt. Sed quid opus erat? Nostri codices habent, Sufflatæ cutis distentu. ¶ Cap. xxxix. *Vel annua fame edurat.*) Rectius, durant Scriba dormitans e literam geminauit. ¶ Cap.

x l. *Canes defendere Cimbro, cæsis dominis eorum plaustris impositi.*) Legendum, Canes defendere Cimbris cæsis domus eorum plaustris impositas. *Cui nomē Hyrcani reddidit Durides.*) Duris, lege, quemadmodum primo libro in catalogo. Samius is fuit, Alexandri rerum scriptor. Et reginam Bithyniæ Confyngin vocant veteres codices, non Confyngen. *Scrutatur vestigia atque persequitur, comitantem ad feram inquisitorem loro retrahens quamuis aquam transiliens se occultaasset, quam significans demonstratio est, cauda primùm, deinde rostro.*) Hæc oratio media sui parte malè facta est. Consulamus archetypa. Illic reperio sic scriptum: *Scrutatur vestigia atque persequitur, comitantem ad feram inquisitorem loro trahens: qua visa, quàm silens & occulta, quàm sign. dem. &c. qua, scilicet fera, à cane visa. Vides nimirum Lector, quantum intersit. Et ab ea, quæ femina sit ex primipara genita, citius cerni.*) Hic quoque longè aliter habent incorrupta exemplaria, vbi legitur, Faunos cerni. quam dictionem deprauator non intellexit. ¶ Cap. xlii. *Laceratumque pariter aurigam inuenimus.*) Quid hic facit auriga, cuius longè aliud officium est? Lege non Pariter aurigam, sed Prorigam, vnica voce. Proriga enim appellatur, qui equos admittit, vt est apud Varronem lib. 2. c. 7. In fine capitis legendum: Præterque velicæ conuersio: non, Præterquam. Est enim is morbus iumentorum proprius, non hominum. Simile mendum & alibi aliquoties in hoc autore occurrebat.

¶ Cap. xliiii. *Vt bibant cogenda exonerandæve sunt.*) Melius, Exorandæve, hoc est, cogendæ sunt, nisi malis eblandiri, vt bibant. *Notum est, in Celtiberia singulas quadagenis millibus nummorum emi.*) Lege, Quadragenis millibus enixas. Cùm enim dixisset, quæstus ex iis optima prædia exsuperare, qui ferè ex fæctura solet fieri vberimus, hoc subiicit exemplum.

¶ Cap. xl v. *Sunt autores, ipsa complete decimum mensem duos parere, nunc raro geminos.*) Hæc lectio nihili est. Plinius longè aliud scripsit. Sunt autores, iplo complete decimum mensem die parere. Gignunt raro geminos. ¶ Cap. xlvi. *Hispania nigri velleris præcipuas habet: Pollentia iuxta alpes, Canusia rutili, quas Erythras vocant: item Bætica, vt Canusium: furuas Tarentum ac pulliginis sue, & succidis omnibus vsus medicatus.*) Facile agnoscas & hic eundem castigatorem. Syncera lectio est hæc: Hispania nigri velleris præcipuas habet, Pollentia iuxta Alpes cani: Asia rutili, quas Erythreas vocant: item Bætica: Canusium fului, Tarentum & suæ pulliginis. Succidis omnibus vsus medicatus. *Quippe ahenis coquentium extracta, indumentis vsu veniunt.*) Et hinc se explicare nequiuerunt, etiam doctissimi viri. Vetus ac syncera lectio: Quippe ahenis polientium extracta, in tomenti vsu veniunt. Loquitur de lanarum purgamentis. est autem tomentum, culcitæ fartum. Martialis: Culcitæ tomento quàm viduata suo. & de tomento, non de indumento, accipiendum, alioqui satis indicant quæ sequuntur: Antiquis enim torus è stramento erat. *Sicut villosa, & etiam ventralia.*) Coniunctio Et, superfluit. *In templo M. Anci durasse.*) Quid tibi vult hic M. Ancus? Certò scio in Roman. historia neminem hominum, aut Deorum esse hoc nomine. Dicit aliquis, de Anco Marcio accipiendum. at ex omni regum Roman. numero solum Romulum consecratum legimus. Sed quid ego his lectorè remoror, cùm in præptu sit in archetypis veterum nomē: In templo Sangi. Equidè demoror, quòd hic

Sangus

Annotationes.

Gangus tantopere ignotus fuerit recentioribus Grammaticis, ut etiam in Liuiana historia vno atque altero loco in Ianum sit demutatus. Et est quidem vnius nominis vtrunque nomen: sed hæc Romana appellatio est, illa altera Sabina. Vehementer suspicor pro talibus castigationibus Alerienti nos malã gratiam debere: nã huius primi opera typographi Roman. sunt vli. *Vndulata vestis primo laudatissimis fuit.*) Lege, E lautissimis. Ac mox: *Acu facere Idæi Phryges inuenerunt.*) Quid significat, Acu facere, Latine scientibus? Lego: Ac facere id (hoc est pingere: nam pictæ vestis mentio præcessit.) Phryges inuenerunt. Et sic habent antiqua exemplaria.

¶ Cap. l. *Mares quàm maximè simos, longis auriculis, infra æque armis quàm villosissimos probant.*) Lege, & distingue: Mares quàm maximè simos, longis auribus infra æque, armis quàm villosissimis, probant. ¶ Cap. lii. *Primus togati generis inuenit Fuluius Hirpinus.*) Et hic & lib. 9. cap. 56. in antiquis exemplaribus constanter legitur, Fuluius Lippinus. ¶ Cap. l. i. i. i. *Mira solertia, visco inungunt oculos, calcearique imitatione venantium tradunt.*) Verusti codices: Visco inungi, laqueis que calceari. nam vtroque modo capiuntur. Sequenti versu, Cornelius, su perfluè adiectus est. nam & hoc ex autoritate Mutiani narrat, quod nescio quis ad Cornelium autorẽ retulit. Alioqui cum duo sint in Indice Cornelij, Valerianus & Cellus, Plinius cognomẽ adiecit. Item sequenti versu lege, Nouam exultatione adorare, nõ, Noua exultationem adorari. ¶ Cap. l. v. *Vltima huius capituli dictio Dila bidas est, non Labili.* ¶ Cap. l. vi. *Dama mansuescunt raro cum fere iure dici nõ possint.*) Cum Plinius hinc perquam elegantem transitionem faciat ad reliqua animantia, ut videre, licet in manu scriptis, hoc modo: Hi (nempe lepores) mansuescunt raro, cum feri dici iure non possint. Cõplura nanque sunt nec placida nec fera & c. demitor, quibus intemperis agitur deprauator lectionem mutandam putarit, ac damas hinc inserendas, quamuis iam ante in alio genere recensitas, nec hinc villo modo quadrantes. Et quasi hoc parum esset titulũ quoque, quem Plinius fecit, De semiferis, ipse vertit, De damis. Sic nobis hinc verè literarius porcus bonos autores castigat. Et alia dissimulanter transfilit Hermolaus, dum Anitotelem, dum Theophrastum, dum id genus alios cõsulit, dum Roman. editionem cum Veneta confert, nõ paucis locis vtrãque ex æquo vitiatam, securus interim quid in ipsis Plinianis habeatur archetypis, quod tamẽ in primis curandum erat, quod non illius insectandi caulã dictum accipi velim, cui perpauca in literis conferri possunt, præferri fortassis nemo: sed ut appareat, hanc viam succurrendi veterum monumentis, quam nos ingredimur, esse longè certissimam, si modò viti docti negotium id, qua par est, cura ac religione tractandum suscipere non grauentur. ¶ Cap. l. vii. *Quos Censoria legis princeps, Q. Scavrus & M. in Consulatu non alio modo cœnis ademere, quàm cõchylia.*) Vbinam legitur istuc Consulatum parũimò vbi Q. Scavrus? deinde, vbi sic loquantur Latini scriptores, Q. Scavrus & M. & non potius, Q. & M. Scavri? Fatendum est & hinc corruptam esse lectionẽ. Integra sic habet: Quos Censoria leges, principique M. Scavrus in Consulatu, hoc est, Censores: & ante eos Scavrus Consul, cœ. ad. Sic enim dictũ est hinc Princeps, quomodo apud Poetã: Princeps ærata Trachon lecat æquora prora. id est, primus. Librarii fere non aliter scribebant Que, coniunctionem, quàm primã, literã puncto posito. id lector imperitus prænomina

putauit: vnde deprauidi occasio.

EX LIBRO NONO.

CAP. VIII.

Delphinus non tantum hominis amicum animal, verum & musica arte mulcetur symphonia cantu.) Rectius: Non homini tantum amicum animal, verum & musicæ arti, m. f. c. *Ex hominum manibus vescens, ferensque se tractandum.*) Lege, præbensque se tractandum, Paulò post, Amphilochi, scribendum, non Amphilochii. ἀμφιλοχοι. Sunt autem in Epiro. ¶ Cap. x. *Et cooperta terra, ac pauca corpore.*) Melius, Ac pauca pectore.

¶ Cap. xiii. *Ipsis in somno mugitus: unde nomen vituli accipiunt. Tenent disciplinam.*) Lege, & distingue: Vnde nomen vituli. Accipiunt tamen disciplinam.

¶ Cap. xv. *Silurus grassatur, ubicunque est, omne animal appetens, equos innatantes saepe demergens, præcipue in Mæno Germaniæ amne prope Lisboum, & in Danubio. Mari extrahitur porculo marino simillimus.*) Hoc loco nominatim recensentur pisces magnitudine insignes, non marini, sed fluuiorum, Nili, Rheni, Padi, Danubij, Borysthenis, Gangis. Horum medio catalogo non satis aptè inseritur marinus quidam piscis innominatus. Sequenda igitur antiquorum codicum lectio, ut post Lisboum nouæ orationis initium faciamus. Et in Danubio mario extrahitur, porculo marino simillimus. Is vulgo Italorum etiam nunc semilatio nomine moro appellatur, ob saltamenta illis notus, gustu aspectuque porcina salitam non nihil referentia: Germanis Hufio dictus, quasi ὕς, sicut mario ὑπό ἡ μέρπιδος.

¶ Cap. xvi. *Sunt & piscibus præstita in hac parte auguria.* Nostri codices melius: Sunt & in hac parte naturæ auguria, sunt piscibus præscita. ¶ Cap. xvii. *Inde aduectos Tib. Claudio principe Optatus Elipertius præf. classis, inter Ostiensem & Campaniam oram sparsos disseminauit.*) Lego: Optatus è libertis, scilicet ipsius principis. Notum est autem ex Tranquillo & Tacito, quanta fuerint potentia liberti Cæsarum.

¶ Cap. xviii. *His aquam acceptam ore remittunt.*) Quisquis hinc ordinẽ mutauit, fecit sermonem ἀμφιλοχοι. Verus ordo est hic: His aquam emittunt, acceptam ore.

¶ Cap. xix. *Miratur Arcadia suum excoetum.*) Deest coniunctio, Et. Commemorato enim Verbani & Larij piscium miraculo, subiecit, Miratur & Arcadia. Nam stagna & amnes transeunt. Plerisque euidentis ratio est.) Scribendum coniunctim: Nam in stagna & amnes transeundi plerisque euidentis ratio est.

¶ Cap. xxvii. *Item miluus subit in summa maria.*) Has voces, Item miluus, adiunximus fini præcedentis capituli, quas inde resectas nescio quis hic non suo loco assuit. Attollit cornua è mari sesquipedalia fere, cornuta, quæ ab his nomen traxit.) Diuersa lectio antiquior, quam secuti sumus: Attollit è mari sesquipedanea ferè cornua, quæ ab his nomen traxit: ut periphrafi vtatur, de vulgo nota loquens. alioqui superuacaneum videri potest, de etymologia admonere in re tam clara. Si quis tamen illam alterã lectionem mauult, fruatur.

¶ Cap. xxx. *Terreni maiores quàm pelagici.*) Lege pelagii, πελαγοι. Sic Græci longè à litoribus distita vocant: nostri πελαγος altum. In fine capituli, Liburnicarum ludens imagine, scribendum ex fide archetyporum, pro Liburnicarum gaudes imagine. ¶ Cap. xxx. *Simulque eam descendere in duo sensu carentia, nisi forte tristi. Id enim ubi constat rumore nauigantium humana calamitas in causa est.*) Antiquior lectio: Nisi forte tristi (id enim constat) omine nauigan-

In Plinii naturalem Historiam

tium, humana calamitas in causa est. ¶ Cap. xxxiii. *Nauigant ex his nerita, præbentisque concauam sibi partem, & alteram auræ opposcentes, per summa aquorum velificant.*) Primùm rectius legitur Veneriæ. Sunt enim conchæ non gratæ modò Veneri, sed etiam cognatæ, ob communem è mari originem: celebrisq; est eius deæ effigies, concham, atque haud scio an ex hoc ipso genere, pede premens. deinde mirum, quòd non còcauam partem auræ præbeat concha, sed diuersam, cùm concaua sit velificationi aptior. Sequenda igitur & hîc vetera exemplaria: Nauigant ex his veneriæ, præbentisque concauam sui partem & auræ opposcentes. p. l. æ. v. Castigator non intelligens quid Latinis significet præbere se & hunc locum corruptit, & suprâ Præbens se tractandum, in Ferens se tract. deprauauit, quemadmodum illic annotauimus. ¶ Cap. xxxiiii. *Iam quidem in tota rerum natura damnosissimum ventri mare est.*) Ventri superest, nec habebatur in archetypis manu scriptis.

¶ Cap. xxxv. *Anima hominis periculo quæsitæ maxime placet.*) Idem castigator nec hîc sensit Quæsitæ, positum pro Acquisitæ. Proinde vitiauit veterem lectiōnem: Anima hominis quæsitæ m. p. Ac mox: *E tantis Solis ardoribus, atque Indicis quoque insulis petunt, & admodum paucis.*) Syncera lectio: atque Indis quoque in insulas peruntur, & admodum paucas. Nec aliter ferè Plinius hoc verbo vititur, quanuis vbique studium fuit literatori nescio cui syntaxin temere mutare. *Speciem verò inani inflatam.*) Verus lectio, Speciem modò inani inflatam. Modo, id est, tantummodo, frequens apud hunc scriptorem. *Præcipuum custodiunt, pelago altius mersa, quàm ut penetrent radij.*) Tu scribe: Quare præcipuum custodiunt pelagiæ, altius mersæ, quàm ut penetrent radij. De pelagiis piscibus suprâ monui. *Nam apud Græcos non est, nec apud barbaros inuentores eius aliud, quàm margaritæ.*) Lege addendo, Nam apud Græcos id non est: ne apud barbaros quidem inuentores eius aliud, quàm margaritæ. Mox est, *Squamas assimulat, non Assimilat, quod Gallicum idioma sapit. Enormes, & feri, colorisque marmorei.*) Vetus lectio: Enormes ferè c. que. m. *Lautitiam eius omnem, apparatusque detractans.*) Imò, Obtrectans. *Gerebatque auribus tum maxime.*) Scribe: Gerebat cum maxime. In primis elegans locutio, sed per sæpe apud bonos autores scribarum vel oscitantia, vel peruersitate mutata. *Vniones conuiuis adsorbendum dedit.*) Melius, Absorbendos dedit. ¶ Cap. xxxvi. *Quia cum vita sua succum eum euomunt.*) Sua, superest. *Fraudatam se protinus luxuria credat, nos indiligentiæ damnet.*) Magis placet vetus lectio: Fraudatam profectò se luxuria credat, nòsque indiligentiæ damnet. ¶ Cap. xxxvii. *Capiuntur autem purpuræ paruulis rarisque conchis textu, veluti nassis, in alto iactis. Inest iis esca clusiles mordacisque concharum, quales videmus has semineces, sed redditas mari auido hiatu reuiuiscetes. Appetunt eas purpura.*) Et hic locus pessimè est à castigatoribus acceptus. Deprauationibus singillatim commonstrandis prolixior esse nolo: collatio eas satis indicabit. Scribi debet iuxta fidem archetyporum sic, Capiuntur autem purpuræ paruulis rarisque textu veluti nassis, in alto iactis. Inest iis esca, clusiles mordacisque conchæ, ceu mitulos videmus. Has semineces, sed redditas mari auido hiatu reuiuiscetes appetunt purpuræ.

¶ Cap. xxxix. *In conchyliata veste cetera eadem sine buccino, præterque ius temperatura. Aquæ pro indiuiso humani potus excremento dimidia & medicamina addunt.*)

Hæc perobscura sunt, nec mirum, cùm sint deprauata. Legendum: Præterque ius temperatur aqua pro inuiso humani potus excremento: dimidia & medicamina adduntur. Hoc est, præterquam quòd buccinum detrahitur, etiam hoc interest, quòd hic ius pro lotio aqua temperatur, & ex medicaminibus dimidium inditur eius, quod in purpuræ tinctura indi solet. Præter, Plinius vititur pro Præterea, id vbique fefellit castigatorem, qui exceptionem esse putabat. ¶ Cap. xl. *Sed alia sunt, nec habent finem vitia: iuuatque ludere impendio, & lusus geminare miscendo iterum, & ipsa adulterare adulteria natura.*) Syncerior lectio: Sed alia sunt è fine initia, quod pulchrè quadrat cum his verbis, Lusus geminare miscendo iterum. ¶ Cap. xli. *Glanus, qui & glanis vocatur.*) Castigator lectio, Cautius, qui glanis vocatur. nam sic præcedentibus pulchrè cohæret.

¶ Cap. li. *Plani piscium, quibus cauda non obest aculeæque, ut testudines & raia in coitu superueniunt.*) Itanc testudines inter planos pisces numerantur? Rectius, Plani piscium, quibus cauda non est, aculeatiquæ, ut testudines, in coitu superueniunt, id est, testudinum modo. *Spari, torpedo, squali.*) Sargi, non spari. Circa finem capitis est, Coalescit vulnus, non Callefcit. ¶ Cap. lli. *Postea visum tanti in extrema Italia petere Brundisium ostreas.*) Rectius, In extremam Italiam, familiari Plinio locutione. ¶ Cap. lvii. *In cauernis aquas hebetes remanere.*) Vetus lectio, In cauernis aquas habentibus remanere.

EX LIBRO DECIMO.

CAP. III.

Ingenium est ei, testudines raptas frangere.) Legendum, Ingenium est ei, id est, natura. *Quarti generis est pernopterus, eadem moratur per lacus.*) Vetus exemplaria, Pernopterus, eadem oripelagus. Sequenti versu, *Vt quam verberet cornus: nihil erat necesse mutare in, Vt pote quam.* ¶ Cap. viii. *Traditum est, missas in sublime sibi.* ¶ Cap. ix. *Ac ritu columbis potius.*) Vetus lectio, Ac victu columbi potius, ut intelligamus, eam & leguminibus vesci, præter reliquorum accipitrum morem. Ad hoc rictum vix puto inueniri de vllis auibus, nedum de columbis.

¶ Cap. xix. *Vncos ungues habentes omnino non congregantur, & sibi quoque prædantur.*) Lege, Et sibi quæque prædantur. Cap. xxii. *Scipio, an Metellus vir Consularis, an M. Sextius.*) Prius An, superfluit. Is Scipio Metellus Pompeii Magni focer fuisse fertur. ¶ Cap. xxiii. *Cyrenaici Achorem.*) Legendum, Et Elei Myiagron. Attestatur nostris exemplaribus & Pausanias. Ibidem, *Qualitatum est illi die: non, Postquam litatum est illi deo.*

¶ Cap. xxxii. *Madefactum multa aqua pennis puluerem spargunt.*) Lege, Madefactæ multa aqua. *In genere item ripariarum est.*) Antiqua lectio, In genere parrarum est. Parrarum & Horatius meminit, tanquam inauspicatarum. Impios parræ recinentis omen Ducat. *Eadem iam pauore libera, ac materna vocante cura.*) Rectius, Eadè in pauore libera, ac maternavacās cura. Non enim narrat, quid perdix facere soleat abducto per dolum à nidis aucupe, (nam tunc volatu se proripit) sed quo ingenio aduersus illū alioqui vtatur, cùm aut non habet pullos, aut longè alio loco habet. ¶ Cap. xl. *Caprimulgi appellantur grandiores merula aspectu.*) Lege, Gradioris. Hęc minutiora pigeret annotare, nisi animaduertissem omnibus inoleuisse editionibus. ¶ Cap. xli. *Super omnia humanas voces reddunt psittaci, & quidem sermose-*

Annotationes.

antes. *India auem hanc mittit, Psittacem vocant.*) Legendum, Psittaci quidem etiam fermocinantes. nam hæc verba, Super omnia humanas voces reddunt, ad præcedentia referuntur. Præterea legendum, sitacem vocat. & ita adhuc nonnullis barbaris nominatur. nam quod ad terminationes attinet, altera Græca est, Latina altera, neutra barbara. Vltimorum hoc capite verborum vera lectio est, *Ac cibis blandiente*, non, *Ad ciues*. Sensus est apertus. Quin & proximè sequentis cap. extrema verba deprauatè leguntur: *Quæ poturo sufficeret: pro, Quantum poturo suff.* ¶ *Cap. XLIII. Hunc siue emulacione incitatus manceps.*) Nihilò deterius habuit priusina lectio, *Emulacione vicinitatis: & plena erat locutio etiam abique participio.* ¶ *Cap. XLIX. Venerunt in Italiam Bebriacenses bellis ciuilibus trans Padum externa & noua aues (ita enim adhuc vocantur) turdorum specie.*) Quibusnam bellis ciuilibus? nam plura fuerunt diuersis temporibus. Deinde si Bebriacenses vocabantur, verba per parenthesis interiecta, post hanc vocem Bebriacenses, statim subiici debuerant. Præclare adiuuerunt hic quoque nostra exemplaria, vbi sic legitur: *Venere in Italiam Bebriacensibus bellis ciuilibus trans Padum & nouæ aues (ita enim adhuc vocantur) turdorum specie, &c.* Loquitur de bello ciuili Othoniano, quod cladem ad Bebriacum Galliæ Cisalpinæ oppidum, Bebriacense nominat. & Externæ, verbum est superuacaneum, inscitia castigatori adiectū. Is quisquis fuit, nō sentiens, Et pro etiā dictum, putauit aliquid deesse. Cæterū aues ipsæ nouæ appellatæ sūt, cūm recēs aduenissent, ac dein de appellatio māsit, etiā post multos annos ab earū aduentu: id quod satis indicare poterat vel titulus capitis, De nouis auibus. Sic enim & hęc & in primo libro constanter habetur in manu scriptis voluminibus. ¶ *Cap. I. Gallinæos quoque pascendi lacte addito cibis.*) Non multum fortasse refert: atramē antiqua scriptura est, Lactē madidis cibis. ¶ *Cap. L v. Liua Augusta.*) Vetus lectio, Iulia Augusta. Nec erat mutanda. nā tamen hęc ipsa gentilitio nomine Liua primū dicta est, tamen iam natu grandior, vt marito tam honorifica appellatione æquaretur, Augusta consalutata, & peræquē honoris gratia in gentem Iuliam ascita, Iulia Augusta vocari cœpit, relicto priore nomine: quemadmodum ex Tacito discere licet. Nec aliter legitur in omnibus emendatis autorum monumentis, duntaxat quoties Augustę cognomen additur. ¶ *Cap. LX. Nec aliās in pluribus tanta fecunditas maior tamē paruis.*) Legendum, Nec alia plures. s. parit, quā melancoryphus. Tantō fecunditas maior paruis. ¶ *Cap. L x i. Cui membrana, ceu penna.*) Melius, Cui & membranaceæ pinnae vni. ¶ *Cap. LXIII. Et de causa ingrediuntur in conceptu.*) Melius quadrabit, si legas, In coitu, vt est in manu scriptis. *Vicisse Olympia prægnantem equam Heccratidis Thessali inuenimus.* Scribo, Prægnantem Echeccratidis. ¶ *Cap. LXIII. Ex omnibus quæ perfectos fetus, vel tantos & innumeros edunt.*) Lege, Ex omnibus, quæ perfectos fetus, sues tantum & numerosos edunt. ¶ *Cap. L x x. Qui ob id cognuntur in nallas.* Lege, Quæ ideo coniiciuntur in nallas. ¶ *Cap. LXXII. Orygem perpetuo sitientem Africa generat, ex natura loci potu carentem mirabili modo ad remedia sitientium.*) Germana lectio, Orygem perpetuō sitientia Africæ generant, & natura loci potu carentem mirabili modo ad rem. s. sequenti versu vbi legitur, *Saluberrimi liquoris haustu vesicus dele, Haustu.* ¶ *Cap. L x x i i i. Vulpes & milui: angues, & mustela, & sues.*) Codices antiqui melius, Vulpes,

& Nili angues: mustelæ, & sues. Componit enim animallium paria inter se dissidentium. *De aspide miraculum à Philarcho traditur: Is enim autor est, &c.*) Vetus lectio: De aspide miraculum Philarcho reddatur. Vult enim Plinius fidem rei, quam narrat, penes autorem Philarchū esse. Id cū non intelligeret castigator, homo crassa Mineruæ, more suo castigauit, hoc est, mutauit in deterius.

EX LIBRO VNDECIMO

CAP. VII.

Nigra crusta est prima, (saporis amari.) Lege, Commosin crusta est prima. Explanat enim has voces, commosin, pifloceron, propolin. ac primò commosin.

¶ *Cap. x. Apprehensis pondusculo lapilli se librant.*) Melius, Apprehensi pōdusculo lapilli se librant. ¶ *Cap. x i. Fucus ademptis alis in alueum traiectus.*) Scribo, Reiectus:

¶ *Cap. x i i. Itaque cū prima.*) Lego pro Cū, Tum, hoc est, Vergiliarum exortu. ¶ *Cap. x i i i. Quæ feruoris ipsius spuma concreuit.*) Scribe, Quæ, videlicet membrana. nam si spuma nominatiuus non ablatiuus esset, In quā, dixisset potius, quā Quæ. ¶ *Cap. x i i i i. Contra copia ignauiam affert Maciem melle non erithace pascunt.*) Non leue erratum. Lege, Ac iam melle, non erithace pascuntur: vt sit sensus, Si copia mellis adsit, fastidiri erithacen in cibo ab apibus. Et mox error errorem peperit. *Quia deprauato, Ac iam, in Maciem, non bellè cohæret.* Ergo diligentiores: pro vna voce Ergo, suppositæ sunt tres, Qui autem sunt. Mox, *Dies status inchoandi:* melius quam, statutus. In fine capitis pro, *Non talia suauitas. vsq; que,* reposuimus, Non alia suauitas, visque.

¶ *Cap. xv. Aptissimum in astimatione è thymo.*) Vetus lectio, Aptissimum existimatur è thymo. & sequenti versu pro, Cum sit, Quod sit. *Sequens probatio, vt sit odoratum, & dulce. reglutinosum.*) Quid hoc verbi est, Reglutinosum? Restituimus, Odoratum, ex dulci acre, glutinosum. ¶ *Cap. x v i. Equitas etiam in eis obstringitur.*) Lege addendo voculā, Equitas quidem etiam in eis obstringitur. Nec caret sua elegantia particula Quidē, sicut sequenti versu temerariè fecit, qui detraxit vocem Ergo, scribens, *In primis præcipitur,* pro In primis ergo præcipitur. *Nam vbi incubauere, fauos liuidos faciunt.*) Antiqui codices, Nam nisi incubauere. vt quod procedit ad opera, non de mellificio, sed de proliferatione intelligatur, quæ incubatu fit. Tertio inde versu adde verbum Existimatur: Hulce ribus aptissimum existimatur. *Quam probabile al às sententiam fucorum euentus coarguit.*) Prouentus, non Euentus.

¶ *Cap. x v i i. Cum procedit, vna est totum examen circa eum conglobatur.*) In vetustis codicibus aliter legitur, ac distinguitur: Cūm procedit, vna est totum examen, circæque eum conglobatur. Bellum verò, quod mox, Assidui custodes autoritatis, nescio quis deprauauit in, Assidua custodientes autoritate. *Apparatus indicio diem tempestiuum eligentium.*) Lego, Apparatus indice, nempe murmure, quod nomen proximè præcessit. *Si qua lassatus deficit, aut forte aberrauit, odore prosequuntur.*) Verior lectio: Si qua lassata def. a. f. a. odore persequitur. nam lassari & aberrare in regem competere non potest. *Sedere in ore infantis Platonis, tunc etiam suauitatem illam prædulcis eloquij portendentes.*) Vt verior, ita multo elegantior vetus lectio: Sedere in ore infantis tum etiam Platonis, suauitatem, &c. *Et continenter: Sedere in castris ducis Drusi Imperatoris, tunc prosperrime pugnatum.*) Lege: In castris Drusi Imperat. quum prosp. pug. Et circa finem capitis. *Alterutra pars, quæ*

In Plinii naturalem Historiam

fuis: non, Quem suis. & sequenti versu: Maxime rixa in conuehendis floribus exorta: non, Maxima rixa & in c.f.c.
 ¶ Cap. xvi. *Aliqui non nisi in tantum adacto intestinum saepe assequatur.* Vetus lectio: Vt intestini quippiam sequatur. Sequenti versu redundabat, Dein, *Adrepentisque foribus opertas sufflant: ab hoc spatio prouolant.* Restituimus ex fide veterum codicum: Adrepentisque foribus per eas sufflant: ad hoc prouolant. hoc est, ad flatum ranarum prouolant apes. ¶ Cap. xix. *Papilio etiam ignauus & inhonoratus, luminibus accensis aduolans.* Adde uoculam Hic. Papilio etiam hic, quod non de quouis papilione loquatur. & Aduolitans frequentatiua forma legendum. Sed grauius erratum mox sequitur, utpote non simplex: *Filis etiam araneus, quacunque inceserit, alarum maxime lanugines obtexit.* Non enim de araneo loquitur, sed tertium nocendi modum papilionis narrat: Filis etiam araneosa, quacunque incesit, alarum maxime lanugine obtexit. ¶ Cap. xxi. *Prima eas retorquere rursus (que texere inuenit.)* Veteres codices: Redordiri, rursusque texere. ¶ Cap. xxi. *Hanc ab his quoque cogi subigique.* Quoque, redundat, sicut antepenultimo versu duæ dictiones: More ceræ: quæ cera ex postremis syllabis uerbi Lentescere, nata est. Et primam dictionem huius capituli, quæ est Bombyces, mutatis postremis literis perperam assuerunt fini uigesimali secundi capituli, cum ibi non minus grauius, quam argute dictum sit, ut denudet fœminas uestis: ac si dicat, nihil absurdius fieri posse, quam cum uestis ad tegendum partes, quibus pudor debetur, inuenta, eadem ad nudandum eas adhibeatur pellucida: quæ argutia perit, si dicas, Vestis bombycina, ac non simpliciter Vestis. *Nec puduit has uestes etiam uiros leuitate usurpare, propter onera astiua.* Itane hæ uestes propter onera usurpantur, ac non magis propter leuitatem? Verior lectio: Nec puduit has uestes usurpare etiam uiros, leuitatem propter æstiuam. Primum fœminarum lasciuia his uia est, quæ gauderent nuditatem suam per eas aspectari. Deinde uiri quoque usurpare cœperunt, ob delicatam leuitatem æstati conuenientem. ¶ Cap. xxi. *Circinato adnectens.* Hoc adiectiuum nomen substantiuum poscit: & habetur sanè in manuscriptis: Circinato orbe adnectes. Circinatum uocat tam absolutum, ut circino ductus uideri possit. *Derelicto laxo prætenti summa parte.* In his quidem uerbis nullum commodum sensum uideo. Quod si legas, ut in nostris archetypis habetur, Derelicta laxo prætenti summa parte: sensus erit, prætentæ telæ summam partem imperfectam præ lassitudine ab araneo derelictam. Ibidem, *Arbitrari licet legendum est, non Liceat. Pariunt autem oua ea in telas expansa, quia saliant.* Pro Expansa, lege, Et sparsa, Ideo sparsa, quia saliant. *Pariunt autem trecentos.* Reposuimus: Pariunt autem & tricenos. ¶ Cap. xxvi. *In Thracia partibus iuxta Olynthum.* Vetus lectio, In Thracia iuxta Olynthum. Quod in hoc annotaui, ne indocti, qui sic loqui solent, exemplum apud Plinium inueniri iactent. ¶ Cap. xix. *Idem quippe noctibus non uolare eas propter frigora tradiderunt, ignari etiam longinqua maria ab iis transiri, continuata plurium dierum profectioe. Quod maxime miremur, famem quoque, quam propter externa pabula petiere, sciunt imminere.* Non obscurum erit ex collatione, quanto & hic antiqua lectio sit incorruptior: lidem quippe nec uolare eas noctibus propter frigora tradiderunt, ignari etiam longinqua maria ab iis transiri, continuata plurium dierum (quod maxime miremur) fame quoque, quam propter

externa pabula petere sciunt. *Italiam ex Africa magna cohorte infestant.* Scribo, Italiam ex Africa maxime coortæ infestant. ¶ Cap. xxxi. *Multa autem insecta & aliter nascuntur, atque asilus in primis ex rore.* Asilus nec est in emendatis exemplaribus, nec alioqui hic locum habere potest, ubi de papilionibus fit mentio, non de asilis. Sequenti versu est, *Inde porrigitur uermiculus, non oritur.* ¶ Cap. xxxvi. *Alij præfixa his pila cuspidant.* Malim, ut uetus: Alij præfixa hastilia cuspidant. præcedit enim Cornibus. *Oculos unicolores nulli, cum candore omnibus mediufculo differentes.* Vetus lectio melior: Oculi unicolor nulli, cum candore omnibus mediis color differens. *Ardent, intenduntur, humectantur, cohibentur.* Legi debet: Humectant, conuiuent. *Ab iisdem, qui altero lumine orbi nascerentur, Coclites uocantur: queis parui utrinque ocelli, Lucini iniuria cognomen habuere.* Locus est fœdè corruptus. Exemplaria manu scripta habent: Ab iisdem, qui altero lumine orbi nascerentur, Coclites uocabantur: qui paruis utrisque, Ocellæ: Luscinii iniuria cognomen habuere. Ut hoc intersit inter Luscinium & Coclitem, quod hic fit unoculus natus, ille per vim eluscat. Porro Coclitem eo modo Opici ex Cyclope detorserunt, quo ex Ganymede Catamicum. Fuerunt autem Coclites Horatorum gentis, sicut Seruiliorum Ocellæ, Fabriciorum Luscinii, Pompeiorum Strabones, Papyriorum atque Æliorum Patii. *Bobus bis mutantur.* Vetus lectio: Boues bimi mutant. *Setis intus os hirtum, & linguam etiam appellatam.* Lege, Et linguam etiam ac palatum. ¶ Cap. xxxix. *Que uero ratio crocodilis, si non cruori, sed duritia tergoris tribuatur & solertia.* Lectio sanè inepta, castiganda ad exemplaria uetera sic: Ceu uero non crocodilis duritia tergoris tribuatur, & solertia. Coarguit enim hoc exemplo quorundam opinionem, qui subtilitatem animi constare cute operimentisque corporum putabant. *Velut languidiores, cum menstrui cursus steterit.* Legendum, Ut & lanugines oris, c. m. c. f. ¶ Cap. xl. *Primogeniti in quaque parte sues primas premunt, & si esca sunt faucibus proxima.* Prodigiosa deprauatio, cum à Plin. scriptum sit: Primis genitis in quoque partu sues primas præbent: ex sunt faucibus proximæ, scilicet māmæ. ¶ Cap. xli. *Tenuissimæ camelis, mox equabus.* Manu scripti codices habent Equis, nusquam obseruantes recentiorum exceptionem de ablatiuo in filibus, equabus, asinabus. Sicut & supra 40. cap. *Asinis à fetu dolent, non Asini.* Idem animaduerti & in Liuianis exemplaribus. ¶ Cap. xlii. *Duobus Alpes generibus pabula sua approbant, Dalmatia Docleatem mittunt, Ceutronicam Natuficum.* Vetus lectio: Dalmaticæ Docleatē mittunt, Ceutronicæ Vatusicum. Dalmaticas uocat iuga à Carnis ad Dalmatas usque pertinentia. ¶ Cap. xlvi. *Sunt autem crura his obliqua, humani poplitis modo.* Pollicis, non Poplitis. *Qua per fossa, ceu uinculis, spiritus fugit.* Legendum, Ceu iugulo, scilicet per fossa. ¶ Cap. xlvii. *Leo etiam uentris tortuosus.* Scribo, Tortuosus. ¶ Cap. xlviii. *Confirmat & apodas habere, nycterin & drepanin, in eis que rarissime apparent.* Nycterin pro rara non agnosco, quæ Græcis uespertilionem sonat, uolucrum potius, quam auem. Raræ uero rarum nomen magis conuenit, quemadmodum habet antiqua scriptura, Et apodas habere, & oca & drepanin. ¶ Cap. li. *Hinc tot cantibus & modulis flexiones.* Antiqua lectio potior: hinc tot cantus & moduli flexionisque. ¶ Cap. lii. *Qui uenena serpentium suctu è corporibus exigent.* Melius corporibus eximeret. *Scythia sagittarum*

Annotationes.

earum unguent aciem.) Verus lectio, Scythæ sagittas tinguunt.

EX LIBRO DVODECIMO

CAP. IIIII.

*V*Nam, quam peculiarius Virgilius celebravit, ebenum.) Rectius manu scripta volumina: Vnam è peculiaribus Indiæ Virg. celebravit ebenum. ¶ Cap. v. *Quorum pondera adeo in terram curvantur, ut annuo si.*) In corruptiora exemplaria, Quorum imi adeo, &c. ¶ Cap. vi. *Quo sapientiores Indorum, viuunt.*) Lege, Sapientes, id est, philosophi. ¶ Cap. x. *Facilius hoc & crustosius amariisque & gummosum.*) Lege addendo iuxta fidem veterum codicum, Facilius hoc, & crustosius, amariisque: at Indicum humidius & gummosum. Ibidem legitur, *In libras x. terni,* non, x tantum. ¶ Cap. xiiii. *Vt alij existimauere frutice venoso.*) Exemplaria nostra, quæ ob vetustatem sequimur, habent, Frutice myrtilloso. Quod nescio cur debuerit magis absurdum videri, quam gummosus, & similes Plinianæ voces. ¶ Cap. xiiii. *Græci flagoniam & atomum tali modo appellant, minorem autem Arabiam.*) Imò, Orobiam, à magnitudine ὀροβία, hoc est, eruii. Vltimo capituli versu lege, Potius quàm in micis frietur. ¶ Cap. xvi. *Facillime autem adulteratur Indica myrrha.*) Scribo, Fallacissimè autem adult. ¶ Cap. xviii. *Periti rerum astruxerunt.*) Afferant, non Astruxerunt. ¶ Cap. xix. *Reuchunt vitrea & ænea.*) Melius, Et athena. *Sterilior imbre, ceu diræ natura.*) Vetus codices Sterilior imbre, cædunt naturæ. & mox illic legitur, Venia eandem, non, Metendi. *Deinde sorte germina discerni.*) Cremina, non Germina. quæ vox vel ex Psalmographo nota esse poterat. ¶ Cap. xx. *Per Nabateos Troglodytasque confines, qui confidere ex Nabatæis.*) Verus lectio: per Nabatæos Troglodytas, qui confidere ex Nabatæis. Verus lectio: per Nabatæos Troglodytas, qui confidere ex Nabatæis. Vt intelligamus coloniam à Nabatæis negotiatoribus in Troglodyticen deductam. ¶ Cap. xiiii. *Eandem quecumque sit aspalatho.*) Lege, Eandem, quæ sit aspalatho. ¶ Cap. xv. *Maximè probatur, quod ante semen fluxit.*) Melius vetus exemplar, Maximè probatur, quod ante semen fluxit, id est, antequam semen prolatum sit. Paulò post illic legitur, Exit & in Pamphylia, sed aridior: non Acrior.

EX LIBRO DECIMOTERTIO.

CAP. I.

*P*rimùmque id scire conuenit, mutata autoritate ad peius transisse gloriam.) Syncera lectio: Mutatam autoritatem & læpius transisse gloriam. ¶ Cap. i. *Vestes prolatæ tempus.*) Antiqui codices, Vestes prorogant tempus. *Summa commendatio eorum, ut transeuntem feminam odor inuitet, etiam aliud agentem.*) Magis placet quod in eisdem codicibus habetur, Vt transeunte fœmina odor inuitet etiam aliud agentes. Neque enim vique adeo corrupti fuerunt Romanorum mores, vt frequentior esset viris, quàm fœminis, vnguentorum vsus. Ac mox, *sed quosdam crassitudo maxime delectat, id ipsum approbantes.*) Illic est, Spissum appellantes, non id ipsum approbantes. *Atque Caium principem solitum lauare.*) Lege, Atque Caium principem solia temperari, scilicet iussisse. *Vtinàmque dicere possemus, quis primus instituisset ista: nimirum hac mercede orbem terrarum corruptæ deuicere aquile.*) Duas voculas, Ita est, quibus perquam eleganter Plinius vtitur, scribarum siue potius castigatorum temeritas deprauauit in, Ista. Sic enim scribitur ac distin-

guitur in emendatis voluminibus: Vtinàmque dicere possemus, quis primus instituisset. Ita est, nimirum hac mercede corruptæ terrarum orbem deuicere aquilæ. Sic lib. 7. cap. 40. dixit. Ita est profectò, alius de alio iudicat dies. Item lib. 18. cap. 6. Itaque est profectò, opera, non impenfa, cultura constat. Præterea lib. 24. cap. 1. Ita est profectò, magnitudo populi Romani perdit ritus, vincendoque victi sumus. ¶ Cap. i. *Genera earum plurima: & prima fruticem non excedentia: sterilem hanc, aliubi & ipsam fertilem, breuè que ramis obiri umbra foliorum.* Emendata lectio: Sterilem hunc, aliubi & ipsam fertilem, breuè que ramorum orbe foliosum. Qui error tam crassus est, vt mirum sit à nemine deprehensum. *Præterea cæsum à dorso puluinato, & in aluo media fissura ple risque umbilicatum.*) Reposui ex manu scriptis, Præterea cæsum à dorso puluinata fissura, & in aluo media plerisque umbilicatum. *Quod erat prius, pomis refertam.*) Pro his verbis longè alia sunt in antiquis voluminibus, nempe hæc: Eratque, cum hæc proderem, fertilis.

¶ Cap. vi. *Certòque eam fugit alienus humor, qui alius omnem rigat.*) Lege, Qui aliam omnem rigat. ¶ Cap. xi. *Neque ad alios vsus illis, quàm funibus. Rex Antigonus in naualibus vsus est rebus, nondum sparto communicato.*) Syncera lectio, Nec aliis vsus est, quàm inde, funibus rex Antigonus in naualibus, rebus n. l. c. ¶ Cap. xii. *Que potuit esse segminibus utrinque amputatis.*) Scribo, Resegminibus. Minus forbet. *Politur & charta magis, ut splendeat.*) Lege, & distingue: Minus forbet politura charta, magis splendet. *Deprehenditur & lentigo oculis, sed mediis inserto glutinamentis ceu tænia iunco papyri bibulo, ibi vix litera fundente se.*) Voluminum veterum emendatior lectio, Sed inserta mediis glutinamentis tænia fungo papyri bibula, vix nisi litera fundente se. *Nam fabrili à gummi commissura fragiles sunt.*) In eisdem codicibus melius est. Nam fabrile, gummisque fragilia sunt. Fabrile videlicet glutinum. & Gummis, genitiuus est à Gummi, ῥόμμη ῥόμμη. *Minimum hunc modum integerit.*) Lege, Minimum hoc modo intergerit. ¶ Cap. xiii. *Quod eò magis miror, si etiamnum Homero condente Egyptus non erat. At cur si iam hic erat vsus, in plumbeis linteisque voluminibus scriptitatum constet? Cur & Homerus in ipsa illa Lycia Bellerophonti, codicillos datos, non Epistolæ prodidit?*) Hic tenebrio nescio quis aliquot voces ex ii. cap. repetitas, sed deprauatè, infulcire ausus est. nam vetusta exemplaria omnia tantum habent, *Q. e. m. m. l. e. h. c. Ae. non erat: aut cur, si iā hic erat vsus in ipsa illa L. B. & c. Agnoscis erudite Lector, Plinianum orationis fluxum, nullā interpolatoris operam desiderantem. ô impudentiam!*

¶ Cap. xv. *Interiit nuper incendio, quam Cethegus decedens libris 14. permutauerat.*) Verus lectio: interiit nuper incendio à Cethegis descendens, h. s. x. i. i. i. permutata. *A Nomio Tiberij Cesariis liberto.*) Lege addendo: Item à Nomio nam duas recenset amplissimas, Ptolemæi vna, alteram Nomij. *Operimento conchyly & lamina per mediam vestitam fuisse.*) Pro pessima opera malam gratiam meritis est, quilibet hic Pliniana verba, aliquot de suo additis. interpolate non est veritus. Nam syncera scriptura tantum habet, Operimento laminæ vestitæ fuisse. quemadmodum lateritii parietes ornatus causa marmoreis crustis vestiuntur. *Nutriuntur optime splendescuntque, manuque sicca fricantur ab alienis maxime: nec abaculis leduntur, ut in his genite.* O bellè tractatum Plinium! Vide obsecro Lector, quantum hæc à germana lectione discrepent, quæ talis est, Nutriuntur optime

In Plinii naturalem Historiam

splendescuntque manu sicca fricata à balineis maxime, nec à vinis læduntur, uti his genitæ. ¶ Cap. xviii. *Totumque abire in lacum.*) In altum, non In lacum.

¶ Cap. xix. *Punicum malum cognomen sibi vendicat.*) Lege, Cognomine sibi vendicat. ¶ Cap. xxi. *Semine colore & specie foris.*) Farris, non Foris. ¶ Cap. xxiii. *Utilitas herbosa ergo, & eo latior satietas, quod perquam modico pingue scūt & quadrupedia.*) Exemplaria vetera: Utilitas, quæ eruo, sed ocyor satietas, perquam modico pingue scūt & quadrupede. *Obiterque inter ordines allium capessere fertile est.*) Lege, Allium & capere feri fertile est.

¶ Cap. xxv. *Vix ut respicere è navi tutum sit.*) Prospicere, non Respicere.

EX LIBRO DECIMO QUARTO.

CAP. I.

Svdiales inambulationes umbrosis operculis opacat.) Sycera lectio, Umbrosis pergulis, ut est videre in emendatis manu scriptis. ¶ Cap. ii. *Vua tam parua, ut nisi pinguisimo solo coalere non possit.*) Rectius, Colere non profit. *In neglecto solo morosa pingui putrescit, gracili omnino non provenit.*) Legendum, In eligendo solo morosa. Morosam in eligendo iteo dicit, quod ei nec pingue nec gracile satis conveniat. *Tuncque Albanum vinum æmulantur.*) Restituimus ex vetustis codicibus, Albano vino æm. Sic Martialis, Æmula Baianis Altini littora villis, locutione à Græcis accepta, *αμύλα ποταμῶν σοι.* leuius hoc videri poterat, nisi in his leuibus tā saepe scribere lude re sibi permittant. *Mærica contra omnes ictus firmissima.*) Veteres libri, Contra omne fidus fir. ¶ Cap. iii. *Et coronaria nature lusu stephanitis.*) Scribo, Coronario nature Iulu. ¶ Cap. iii. *Cum C. Gracchus Tribunus plebis seditionibus agitatis interemptus.*) Latinius nostra exemplaria, Plebem seditionibus agitans. *Rarò quippe adhuc fuere, nec nisi importatis singulis testis millia nummum.*) Verus lectio, Nec nisi in nepotatu. ¶ Cap. vi. *Pucino retulit acceptos, non aquoso.*) Lego, Pucino retulit acceptos, non alio via. *Cum eadem vitis aliud alijs locis pullulet.*) Maluimus & hinc nostros manu scriptos sequi, in quibus est, Aliud alijs locis polleat. ¶ Cap. vii. *Nec Cymoliti per se gratia.*) Nostri veteres codices, Tmoliti, habent, cuius & apud Galenum fit mentio. *Cæsarem non aliud potaturum.*) Scribo, Poturum. ¶ Cap. xiii. *Interfectam fuisse à marito.*) Scribo ad exemplar vetus. *Interfectam fuisse à marito, attestante Gellio. Aromaticis delectatos.*) Lege Aromaticite. id est, quod nunc Hippocratis vocant, cuius inuentum videri volunt. ¶ Cap. xiiii. *Sic quoque diu transmarina fuerunt in autoritate ad atavos vsque nostros, etiam Falerno iam reperto, sicut apparet ex illo Comico versu Anaxipolis Thasi: Quinque Thasi vini inde depromam, Falerni bina.*) Quid ego audio, Anaxipolim Thasium Latinos versus scriptitasse? an forte Græcè quidem scripsit, sed togatas fabulas, alioqui ineptè citatur testis, ubi agitur de autoritate, quæ fuit vinis in Vrbe atque Italia. Subiiciam & hinc veterem lectionem, quod magis appareat deprauatio. Sic quoque postea diu transmarina in autoritate fuerunt, & ad auos vsque nostros: quin & Falerno iam reperto, sicut apparet ex illo Comico versu: *Quinque Thasi & c. Neque enim ratio tēporum patitur, ut legamus ad atavos, de vinis, quæ post Opimum Consulem in pretio fuerunt. Millia cadorum congiatorum.*) Lege, Cadorum congiatorum, id est, qui congium caperent. Sequenti versu est, C. Sentius, non Censius. *Hortensius super decem cados heredi reliquit.*) Non video cur

hoc magnum videri debeat, cum Lucullo eiusdem vini plusquam c. m. cadorum fuisse supra in hoc ipso capite scriptum sit. verior est dubio procul manu scripta lectio x. m. cadorum, quod scribere hoc modo scribere solent x. inde lapsus occasio. ¶ Cap. xv. *Quidni? Et Cæsar Dictator triumphi sui cæna vini Falerni amphoras c. Chycados c. in conuiuia distribuit.*) Conuiuia hinc vocat certum conuiuiarum numerum vnà discumbentium, qui ferè intra Musarum numerum consistebat, iuxta tritum illud prouerbiū: Septem conuiuium, nouem conuitium. Quare nimio plus essent centum cadi vel Cycloppum conuiuio. Itaque malui antiquam scripturam sequi. Quid, non & Cæsar Dictator triumphi sui c. v. F. Amphoras, Chycados, in conuiuia distribuit, id est, in singula conuiuia singulos cados, singulasque amphoras. ¶ Cap. xvi. *Fit & è pomis.*) Melius, Fiunt & è pomis. Ac mox: *Primumque è palmis, non, Proximumque eiè palmis. Myrtitem Cato quemadmodum fecerit, hoc paulò post indicabimus.*) Melius, Myrtitem Cato quemadmodum fieri docuerit, mox paulò indicabimus. *Ex cæteris herbis colatis.*) Colatis, redundat. *Qualem & redolent salicum Patauinorum in palustribus vindemia.*) Lege, Qualem & salicum redolent Patauinorum in palustribus vin. ¶ Cap. xvii. *Adeo nihil intentatum in vita fuit.*) Elegantius datiuo casu, Adeo nihil intentatum vitæ fuit. ¶ Cap. xviii. *Aspendios, damnata à feris.*) Dånata aris, lege. *αένδειν* enim libare significat. *Ægyptus & ecbolinam habet abortiuos facientem.*) Vetus, Ægyptus & ecbolada habet, abortus facientem. Sic & maris nauigio.) Rectius, Mari nauigato. ¶ Cap. xix. *Prolibare diis nefastum habetur vino.*) Rectius in vetustis codicibus scribitur Vina, sicut tertio abhinc versu, Polluta & Græca. *Præcepta tradiderint.*) Præcepta condiderint, est in veteribus, idque non ineleganter, ut nihil opus fuerit mutare. *Anni prioris vna nonnusquam face acetoue condiunt.*) Verus lectio: Nonnusquam prioris vini face acetoue condiunt. ¶ Cap. xx. *Iterum sponte feruere: qua calamitate cum defebuit, deperit sapor.*) Cum defebuit, voces sunt superuacaneæ, & ab interprete primum adiectæ. *Acor aut fumidum virus, aut picis adustio.*) Lege, Picis autem adustio, nam superiora resinæ vitia sunt, hoc picis. *Asia picem Indicam maxime probat, Græcia Piericam.*) Non Indicam, quod absurdum erat, sed Idæā, ab Ida cætatissimo Troadis monte, attestate etiā Theophrasto. ¶ Cap. xxi. *Sic cooperula doliorum medicada.*) Imò Opercula. Error natus ex geminatione literarum. ¶ Cap. xxii. *Postera die ex ore halitus fetidi.*) Veteres codices disertè habent, Halitus cadi, ut intelligamus eos nimia temulentia cadum olere. *Cum priorem diem quotidie perdant, imò verò & venientem.*) Nihilò deterior erat verus lectio: Illi verò & venientem. *L. Pisonem vrbis Romæ curatorem ab eo delectum.*) Syncerior lectio extat in antiquis voluminibus, L. Pisonem vrbis Romæ curæ ab eo delectum. hoc est, ad curam. Præfectus vrbis creatus est, non curator: & præfecturam circumloqui libuit.

EX LIBRO DECIMO QUINTO

CAP. I.

Oleam Theophrastus celeberrimus è Græcorum autoribus.) Moderatius Plinius, Theophrastus è celeberrimis Græcorum autoribus. *M. Seruius T. F. Aedilis curu- lis.*) Antiqua scriptura, *M. Scius L. F. Certè Seruius, prano*

Annotationes.

prænomē est, non nomē. Nec desiderare rastros, aut falcem
(aut curam.) Elegantius vetus: Nec desiderare rastros, aut falces, vllāmve curam. ¶ Cap. i i i. *Has enim
 sime occupat astas, quia sunt tenerr. mē, & amurca cogit
 decidere.)* Vera lectio: Has enim ocysimē occupatas,
 quia sunt tenerrimæ amurca cogit decidere. *Cum omni
 hora oleum decrescat.)* Lege, Omni mora. ¶ Cap. v. *Quæ
 carum in his locis optimam esse dicant.)* Veteres codices:
 Quam earum finitimis locis o.e.d. Nec erat opus muta-
 re. ¶ Cap. vi. *Præterea conchas & plumbeas cortinas aere
 vitari.)* Vitiata lectio est: restituumus iuxta fidem arche
 typorum sic: Præterea in conchas & plumbeas cortinas
 ære vitari. Refertur enim ad Decapulandū, quod præ-
 cessit. ¶ Cap. vi i. *Suis herbis componunt inter Cappado-
 ciam & Seleuciam, quod Seleucinum vocant.)* Vera lectio
 vetus, Inter Cappadociam & Galatiam quod Selgiti-
 cum vocant. Idem erratum deprehendimus & castiga-
 uimus lib. 2.3. cap. 4. scribendo sic: Selgiticum neruis vti-
 le diximus. *Epice fit, quod picinum appellant.)* Lege, Pissi-
 num, non Picinum, vt sit Græca vox. ¶ Cap. x i. *Præ-
 cocia verò mustea.)* Scribo, Præcoci, referendo ad proxi-
 mē præcedens Prouentu. *E struthis odoratissima.)* Lege
 A struthis, id est, post strutha, ¶ Cap. xiii. *Tamen pec-
 ciliare nomen dedit.)* Lege addendo: His tamen peculiare
 re. His. (lanatis, quorum mentio præcessit. *A conditione
 castrati seminis, quæ spadonia appellant. Belgemela à foliis. fo-
 lium enim vnum, aliquando & geminum erumpit è latere
 medio.)* Mira verò denominatio à gemino folio Belge-
 mela. Sed cur potius à gemino, cum sæpius vnicum e-
 rumpat? Antiqua exemplaria aliter habent: Quæ spado-
 nia appellant Belgæ Melofoliis folium vnum, aliquan-
 do & geminum, erumpit. Mirum autem videri non de-
 bet, si Belgæ spadonia vocabant Romano, & non Gal-
 lico vocabulo, vt qui prouinciales id temporis essent:
 apud quos ipse Plinius aliquandiu vixit: vnde hoc po-
 mum in eius notitiam venit. vrbanis alioqui non admo-
 dum notum. Melofolium verò dictio est ex Græca ac
 Latinā composita, quasi *μυλόφυλλον.*

¶ Cap. x v. *Reliquorum nomina aliter ill alijs locis appel-
 lantur.)* Scribe addendo, Aliter in alijs atque alijs loc. a.
*Conduntur verò pyra, vt vuæ, ac totidem modis, non aliter
 quam in cadis. Præterea quæ in pomis proprietates pyris quoque
 vini. Similiter iis agris medentes in escā dant.)* Vera lectio:
 Conduntur verò pyra, vt vuæ, ac totidem modis, nec
 aliud in cadis, præterquam pruna. Pomis proprietates py-
 nique vini: similiterque in agris medentes cauent.

¶ Cap. x v i. *Eandem pomis vino subigunt.)* Melius, Vi-
 no subigunt. *Oleo aspergi in ore, vt de palmis diximus.)* Hoc
 nunquam dictum est: sed particula Vt, redundat. Mox
 legendum, De palmis diximus, vt sit trāsitus ad reliqua
 Ac si dicat, Nisi inter peregrinas arbores de palmis di-
 ctum esset, potuisset hic inter secundas mēlas de earum
 fructu dici. nunc de ficis proximē dicendum. ¶ Cap.
 xv i i. *Ad nos ex alijs transiere gentibus Chalcidica, quarū
 pira genera siquidem & Lydiæ quæ sunt purpureæ & mamil-
 lana similitudinem mammillarum habent.)* Legendum ex fi-
 de veterum exemplariorum, Ad nos ex alijs transiere
 gentibus, Chalcide, Chio quarum plura genera. siquidē
 & Lydiæ, quæ sunt purpureæ, & mamillana, similitudi-
 nem earum habent. Alioqui Plinius miserat Chias, Ro-
 mæ non incelebres, & Martiali in primis amatas. *Nam
 Alexandrina enixiores. Candicans terina, cognomine delica-
 ta.)* Eadem exemplaria veram etiam nunc lectionem
 recinent, Nam Alexandrina è nigris est, candicante

rima, cognomine delicatæ. Alioqui non bene cohæretis
 quod mox subsequitur, Nigra & Rhodia est. *Tanto pro-
 pius Carthaginem pomo Carō admonuit.)* Elegantius vetus
 lectio, Tanto propius Carthaginem pomo Carō admo-
 nit. ¶ Cap. x i x. *Ergo culices partim fraudati alimento in
 matre, hoc est, putri eius tabe, ex qua nati ad cognatam vo-
 lant.)* Antiquior lectio melior, Ergo culices parit, hi frau-
 dati alimento in matre, putri eius tabe, ad cognatam
 volant. ¶ Cap. xx. *Setania tamen maius pomum est.)* Tam-
 en superuacaneum est, natum ex proximis syllabis,
 tania, nec ad sensum quicquam facit. ¶ Cap. xxi. *Hæc
 obnoxia acri odore, nec suavitate incunda.)* Cuiam obno-
 xia? Syncera lectio, Hæc obnoxia acori. Odore & suavi-
 tate rotunda præcellunt. cæteris vini sapor. *Et rufatur
 capillus primum prodeuntibus nucleis.)* Nuculis nō nucleis.

¶ Cap. x x i i. *Molitura etiam præstant.)* Vetus, Molun-
 tur etiam, & præstant &c. ¶ Cap. x x v. *Minus quin-
 quennio est.)* Satis Latinē dixerat Plinius, Minus quin-
 quennium est, nec erat cur muraretur. ¶ Cap. xxviii.
*Aliquorum lignum ipsum in vsum & pomi vicem, vt grand
 myxis, quas in Ægypto gigni diximus.)* Vetus lectio, Ali-
 quorum lignum ipsum in vfu & pomi vice, vt generi
 amygdalæ, quam in Ægypto gigni diximus. Dixit autē
 Plinius his verbis, Pomum longius pyro, inclusum a-
 mygdalæ putamine & corio, colore herbido. ¶ Cap.
 x x i x. *Antequam piper reperiretur, illam obtinens vicem.)*
 Illius obtinens vicem, legendum est. *plebeia, torrida, ac
 squalida.)* Scribo, Retorrida: qua voce libenter vtitur.
Quin & virgæ anuli.) Lege, Virgæ anuli. *Papyrium Naso-
 nem.)* Massonem, non Nasonem, attestante Liuius.

¶ Cap. x x x. *Et postea accessere genera eius. Hanc sylue-
 strem &c. Quā hæc? Libri vetusti, Postea accessere gene-
 ratinus, hanc syluestre &c. Alioqui malè cohæret, Ac-
 cessit & regia, nisi cinus præcedat. Folio crispo ac breui, quæ
 inuenitur rara.)* Lege, Inuētū rara. *Præferenda utique myrto
 & olea est.)* Vetus lectio, Præferenda ei vtroque olea.

EX LIBRO DECIMOSEXTO.

CAP. I.

Nauigantibus similes, cum integant aquæ circumdata nau-
 fragiis. Cum verò recesserint, fugientes cum mari pisces
 circa tuguria venantur.) Vera lectio, Nauigantibus simi-
 les, cum integant aquæ circumdata, naufragis verò, cum
 recesserint, fugientēque cum mari &c. *Non pecudes hos
 habere, non lacte ali, vt finitimos. Ne cum feris quidem dimi-
 care contingit.)* Melius, Non pecudem his habere, non la-
 cte ali, vt finitimos, ne cum feris quidem dimicare co-
 potus non nisi ex imbre.) Legendum addendo, Potus iis,
 Et sequenti versu, *Et hæc gentes certè:* Certè, superfluit.

¶ Cap. ii. *Roborum vastitas intacta.)* Et hinc adde vnam
 dictionē, *Æuis roborum vastitas intacta.* ¶ Cap. i i i.
Veluti pop. Rom. ipsa corona imposita.) Ipsi, non ipsa. *Longum
 est, ex institutione operis.* Vetus lectio, Nec instituti ope-
 ris. Quicque patriæ muros primus scandens, audentem
 irrumpere occidit. *Quicque cinem maluit seruare, quam ho-
 stem occidere.)* An non hæc inter se pugnant? sicut nec id
 aptè cohæret, quod mox subiicitur, Vtque eum locum,
 in quo sit actum, obtineret hostis eo die. O strenuē na-
 uatam è deprauatore operam, & cui nulla ex his, quæ
 hinc memorantur, corona dignum sit præmium! Resti-
 tuimus ex fide manu descriptorum hoc modo, *Quæ
 sub ipso Ioue datur, cuique muros patria gaudens
 rumpit. Confert enim leges Romanas de ciuica, cum
 illa Græcorum de Hieronicis, hoc est sacrorum certa-
 minum victoribus, in quorum honorem patria cuique*

In Plinii naturalem Historiam

ſua redeunti murorum partem diruebat, qua oppidum intraret: tanquam nihil opus eſſet mœnibus ciuitati, quæ tales viros gigneret. Mox ſubiiciuntur capita legum, Ciuem ſeruare, Hoſtem occidere, Vtque eum locum, in quo ſit actum, hoſtis obtineat eo die.

¶ Cap. v. *Nec non & in copia frugum.* Veteres codices: Nec non & inopia frugum. *Distinguemus ergo proprietate naturæque, & ubi res coget, etiam Græcis nominibus utendum*) Utendum, ſuperfluit. nam omnia referuntur ad verbum Distinguemus. ¶ Cap. vi. *Continentur hiſpido calyce, per genera plus minus complectente.*) Scribe addendo, Plus minus cutem complectente, cutem glandis ſcilicet. ¶ Cap. vii. *Gignunt & alia ramorum eius pilulas corpori, non pediculo, adherentes.*) Legendum, Gignunt & alæ ramorum eius pilulas, corpore, non pediculo adh. Item circa finem capitis: *Et in folio rubente aquoſos nucleos candicantes.* non Rubentes, quod neſcio quis ad pilulas præcedentes referendum putauit.

¶ Cap. viii. *Granum hoc, primòque ceu ſpectes frutices paruos aquifoliæ ilicis, quiſquiliū vocant.*) Syncera lectio: Primòque ſeu ſcapus fruticis paruæ aquifoliæ ilicis: culculium vocant. Eſt enim Hiſpanum vocabulum, non Romanum: & culculiatum videtur olim dictum, quod nunc deprauatè ſcarlatum. *Signum hoc eius, quod in tenebris decerpitur.*) Quo, non, Quod. *Græci cortices arborum appellant.*) Vetus, Corticis arborem. ¶ Cap. xviii. *Tingendi cauſa ad ſeruorum veſtes.*) Illic legitur, Ad ſeruitorum veſtes. ¶ C. xiiii. *Et apud nos vere palmæ à matre integræ decerpuntur, meliores enim ſunt, quæ non diuiſæ fuerint.*) Integra lectio: Et apud nos ferè palmis à meſſe decerpuntur. ex his meliora, quæ ſeſe non diuiſerint. Loquitur de foliis. *Decidua à populo quernaque*) Rectius, Decidua populea quernaque. ¶ Cap. xxv. *Cætera vere concepto.*) Vetus lectio: Cæteræ vere concepturo. *Sic fit, ut dum prima cacumina impelluntur, ſe cutis operiat, geniculato incremento.*) Et hæc diuerſa lectio, Vt prima cacumina impelli ſequutis appareat. ¶ Cap. xxvi. *Cedri, & iuniperus, & ilex, annuæ ferè habentur: nonus fructus in iis autumno pendet.* Noſtra exemplaria: Citreæ, & iuniperus, & ilex, anniferæ habentur: nouiſque fructus in his cum annotino pendet. ¶ Cap. xxix. *Quoniam omnis infirmitas celo magis accidit.*) Lege, Cælo magis obnoxia eſt. ¶ Cap. xxxi. *Fæſtidio balsamum alibi naſci natura, quam in Syria, noluit ferè: nec non & palmam naſci ubique, aut natam parere.*) Si dixiſſet Alibi, quàm in Iudæa, veriſimilius erat: neque enim in tota Syria naſcitur aut vlla alia eius parte, præterquam Iudæa. Antiquior ac verior lectio hæc: Fæſtidiit balsamum alibi naſci, Aſſyria malus alibi ferè: nec non & palma naſci ubique, aut nata parere. *Cælum nullo modo quit ſlecti.*) Quit, redundat. *Mutari naturam in iſdem locis, atque in profundo valere.*) Exemplaria vetera: Atque pro indiuiſo valere. *An in Lyciis frigidiſque montibus naſcitur.*) Lege, At in Lyciis Phrygiſque m. n. ¶ Cap. xxxvi. *Durantque eius alta tecta.*) Eius, non eſt quò referatur. Lege, Durantque æuis. Sic ſuprà: *Æuis roborum vaſtita intacta. Et canori tibia ipſo educenda.*) Melius: Et canere tibia ipſæ docendæ. Nec aliter eſt in emendatis exemplaribus.

¶ Cap. xxxvii. *Licet populi vitibus placeat, & Cæcubum ducant.*) Lege, Et Cæcuba educunt. *Sequaciſ ad iuncturas lentitia.*) Rectius, Ad vincturas. *Mollioribus vaſis, quàm ut e corio ſiant.*) Vilioribus, non Mollioribus. *Decidua ſalici fertilitas.*) Legi debet: Cædua ſalici fertilitas. ¶ Cap. xxxviii. *Ictus ab altero capite vel grauis ſentiatur.*) Atqui

magis conueniebat, Vel leuiſſimus. Legendum itaque, Vel graphij, non, Vel grauis. Eſt autem graphiū (vt vulgo etiam notum eſt) ſtylus ferreus, quo in ceratis tabelis, quicquid liberit, exarare ſolemus. *Fagispectines tranſuerſi in pulpa apud antiquos. Inde & vaſis honos.*) Distingue: Apud antiquos inde & vaſis honos. ¶ Cap. xli. *cxx. modij tunc lentis pro ſaburra ei ſuere.* Pudendum erratū, cum tam modica ſaburra vix mediocri nauigio ſufficiat, nedū illi viſque ad miraculum ingenti. *ἀλλὰ τῆς τοιούτων οὐ φερόντες ἰπποκλείδῃ η, modò ſenſus ſit ut cunquæ Grāmaticus. Vera lectio eſt. cxxm. modium lentis. Quas & ipſas eſſe modicas admodum miror.* Modico, ſcilicet ſimulachro. Id miratur, quòd alioqui iunctura: ferè nullæ ſint in grandibus ſimulachris. *Nōne ſimulachrum Iouis in arce è cupreſſo durat.*) Veteres codices, ſimulachrum Veious.

¶ Cap. xliiii. *Et dulcior in Punicis.*) Reſtituimus ex archetypis noſtris, Et dulciori in Punicis. Sēſus eſt Quò dulciora poma, eò minus viuacem eſſe arborem. *Decem arbores metiens.*) Mittens, non Metiens. *Quod notatur & in ſpina fullonia.*) Scribo: Quod verò in ſpina fullonia: Pendet enim à præcedente verbo Gignatur. *Edendi ratio ætatis quadragenis diebus.*) Rectius, Ea medendi ratio ætatis quadragenis diebus.

EX LIBRO DECIMOSEPTIMO. CAP. III.

IN Aquilonem obſeruare vites & arbores poni ſuaſere.) Lege, In Aquilonem obuertas vites. ¶ Cap. iiii. *Sed idem ſolum vbicunquæ arduum opere, difficile cultu, bonis ſuis acrius penè paſcit, quàm vitis. Affligit agricolam & carbunculus terræ quæ ita vocatur. Emendari vitem hac terra putatur.* Longè emendatior, ac planior vetus lectio: id quod vel abſque commonſtratoꝝ cuius Latinè ſcienti perſpicuum eſſe poteſt. Eſt autem hæc: Sed idem ſolum vbicunquæ arduum opere, difficile cultu, bonis ſuis acrius penè, quàm vitis poſſet, affligit agricolam. Et carbunculus, terra quæ ita vocatur, emendari vite macra puratur. Hæc lectio bellè quadrat & ad præcedentia, & ad ſequentia. *Item vites aduri, quod non antea, Thracia ſenſit admoto Hebro.*) Noſtra exemplaria verius, Aenos ſenſit. *Campos Roſciæ dixit Italiæ ſumen eſſe.* Roſcæ ſcribendum, vt eſt in veteribus. Virg. Et Roſcæ rura Velini.

¶ Cap. viii. *Harenacea vtuntur, ſi aliqua non ſit: in vliginofis verticibus, & ſi alia ſit, ubi hos gentium ſolos nouimus &c.*) Emendatior lectio: Harenacea vtuntur, ſi aliena non ſit: in vliginofis verò, & ſi alia ſit. Vbios gentium ſolos nouimus. & reliqua. Vbii Germanica gens erat, ſed in Gallicam ripam à Romanis traducta, quo loco nunc eſt celeberrima Agrippinienſis Colonia. ¶ Cap. x. *Amygdala in argilla molli meridie ſpectanti ſeri iubentur.*) Amygdala legi debet, iubet, non iubentur. Præcedit enim proximo verſu Mago, cuius hoc eſt præceptū. Ac mox eodem verſu, *Gaudere & dura, non, Gaudere eas in dura. Quo in genere & cum parui ſunt, auelluntur.*) Veruſti codices magno conſenſu habent, Et cum perna ſua auelluntur, & ita melius cohæret cum hiſque ſequuntur. *Namque & huic principio eligi ſolum refert.*) Melius, Namque ad principium e. ſ. r. *Non omittendum naturæ miraculum, ex tam paruo gigni arbores.*) Magis placet vetus lectio, Non omittendo naturæ miraculo. Sic enim ſæpe Plinius loquitur. ¶ Cap. xi. *Cato, ſi locus aquoſus ſit, inquit, latas pedes ternos: in faucibus imiſque palmum & pedem.*) Reſtituimus mutata diſtinctione ſic: Latos pedes ternos in faucibus, imiſque palmum & pedem. In faucibus, id eſt, ſūma ſui parte. Imiſque id eſt, ima ſui parte.

Cato

Annotationes.

Cato crassio rem quinque digitis non omisit. Idem ait, attinere meridianam cæli partem signari in cortice.) Scribo, & distinguo, Cato crassio rem quinque digitis. Non omisisset idem, si attineret, &c. Cato referri debet ad præcedens verbum, Præcipiunt. Et Non omisisset, eleganti eclipti dictum est, ac si dicat, ideo à Catone omisissum præceptum hoc, quia nullius sit momenti. ¶ Cap. x i i. Illam incisionem pudendam esse conueniet, & adultas inter sese luctantibus iusto plus.) Pudenda sanè incisionem locum hunc deprauatum apparet, cum in antiquis voluminibus rectè legatur, Adultas interlucare iusto plus. Interlucari autem arbores dicuntur, quoties adempta ramorum parte, quantum opacitati earum detrahitur, tantum luci accedit: vnde & Interlucare, dictum. ¶ Cap. x i i i i. Ne excutatur in vento, ne cortex à ligno decidat alterutri.) Vetus lectio: Ne exacuatur inuento, ne cortex à ligno decidat alterutri. Præcessit enim: Calami exacutio medullam ne nudet. ¶ Cap. x v. Atque ut gemmascere incipiens ligetur calamis.) Legendum pro Ligetur, Legatur. Ac mox: Vt inde potius distillaret mucor, vbi humor, pro Mucor legebatur. ¶ Cap. x v i i. Autumno ablaqueato, & stercus adycito.) Lege, Addito, non Adycito, Sic enim Cato loqui solet. Vt eadem oliueta constent.) Integra lectio est: Vt æuis eadem oliueta constent. Sic supra lib. 16. capite secundo, Æuis roborum vastitas intacta. Eiusdem capite 36. Durantque æuis tecta alta. Mirumque, quæ Pallas castigatori hanc mentem dederit, vt eam vocem vbique aut omitteret, aut deprauaret. Confessa enim de tempore serendi aquæ ratio est, vere & autumno. Id ex magna parte fieri decreuere.) Rectius in archetypis legitur, & distinguitur, hoc modo: Connexa enim de tempore serendi æquæ ratio est. Vere & autumno id magna ex parte fieri decreuere. Ac mox, Natura totius, non, Potius. Ideo faciles corticum esse amplexus.) Illic habetur, Complexus.

¶ Cap. xx. Ideo nucibus potius, quam radice, p. c. i.) Scribo, potius, quam viuiradicibus.

¶ Cap. x x i. Et prædictis velut armamentis vinearum.) Hæc verba, quæ nescio quis fini præcedentis perperam affuerat, huius capituli initio adposuimus, melius hîc coherentia. Id enim, cum decisi, nec intorii trigemmes.) Lege, lidem cum decisi. Paulò post pro in area, restituiimus Marra. Oculorum exinde materia emicat cum aqua, trigesimo mense viuiradix transfertur.) Scribo & distinguo, Oculorum inde materia emicat, cum qua x x x v i. m. c. se v. Detraxere hoc experimenta seminary curaque. Sequitur vinearum ratio.) Distinguentium, Detraxere hoc experimenta. Seminarij curam sequitur v. r.

¶ Cap. x x i i. Sulco latitudo pale est.) Lege addendø, sulco latitudo palæ satis est. Eodem versu, In quanque partem, non, Quancunque. Que ex his longiores fient, vt vites binas accipiant. E diuerso alia labuntur.) Antiqua lectio. Qui ex his longiores fient, vt vites binas accipiant è diuerso, alicui vocabuntur. Intra biennium autem fructus.) Malui veterem lectionem: Interest autem biennium fructus, quò tardius in fato prouenit, quam in transito. Ideo vtriusque fructum tardum, præterea retorridum & nodosum puluinosumque reddi incrementum.) Alia lectio antiquior, in quam exemplaria consentiunt, sic habet: Id vtrunque fructum tardum, præterea retorridum & nodosum reddit, pumilionum incremento. Operarum ista computatio est. In latifundis verò legitima natura festinatio.) Vetus lectio: Ope-

rarum ista computatio est in latifundiis, non legitima nat. fest.

¶ Cap. x x i i i. Et vlmus detruncata & media inter ramorum scamna digeritur.) Legendum, In ramorum scamna. Meridianum Solem spectare palmites debent. Non malè est in manu scriptis: spectare palmæ debent. Nam sequitur mox: Rami à proiectu digitorum modo subrigi. nec de vitibus loquitur, sed de arboribus, quæ vitibus maritantur. Traduces Gallica cultura binis vtrinque lateribus, si pedum quadrageno distent spatio, quaternis viceno, inter se obui miscentur alliganturque vno conciliati, virgultorum comitatu obiter ligati qui deficiant. Aut si breuitas non patiatur ipsorum, adalligato protenduntur in viduam arborem iunco.) Repræsentabimus & hîc veterem lectionem, quam veterem esse certè illi facile indicabunt, quibus id culturæ genus visu cognitum est, etiam hodie in ea Italia parte frequens. Nam de Cisalpina Gallia loquitur. Est autem talis: Traduces Gallica cultura bini vtrinque lateribus, si pes quadrageno distet spatio, quaterni si viceno, inter se miscentur alliganturque vnà conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati, quæ deficiant: aut si breuitas non patiatur ipsorum, adalligato protenduntur in viduam arborem vnco. Sed quæ vilitate reddituum impendia exuperent.) Reditum, non Redituum. Vilitas enim de vino intelligi debet. Cariosasque tantum vitis partes incipientes marcescere deputando.) Antiqua scriptura, Incipientes inarescere. Quoniam certa latera est facilius abscondere, quam detorquere, quò velis. Plagas in arborum tonsura supinare, velut calices faciendi.) Satis apparet deprauatorem hunc neque literaturam calluisse, nec agriculturam. Reponenda igitur ex vetustis exemplaribus incorrupta lectio, & hoc modo distinguendum: Quam detorquere, quò velis, plagas. In arborum tonsura supiniore velut calices faciendi, ne consistat humor.

¶ Cap. x x i i i i. Itaque per hyemes cæli rigorem probamus. Non enim solum infirmissima arbores gelu periclitantur, sed maxima.) Verior lectio, & cum proximè præcedentibus Plinij verbis melius cohærens, est hæc: Itaque per hyemes cæli rigorem probamus, non soli. Nec infirmissimæ arbores gelu periclitantur, sed maximæ. Vnde partium adhibita societate, nominum quoque cum hominum miseris.) Castigauimus ex fide manu descriptorum: Vnde partium debilitas, societate nominum quoque cum hominum miseris. Idque aues corticis sono experiuntur.) Adde Cui. Aues caui corticis sono experiuntur. Quapropter & grando in iis causis intelligi debet, & carbunculatio, quod pruinarum iniuria euenit. Deest coniunctio, &. Et pruinarum iniuria euenit. Sunt enim tria diuersa mala. Nasctur hoc malum tempore humido & lento.) Lege, Tempore humido. Quod araneum vocant.) Quod particulam scriba de suo adiecit. Legendum (araneum vocant) per parenthesis. Idem peccatum scribarum aliis locis, nec in hoc solo autore, deprehendere licet. Ibi autem & in reliquis partibus.) Malè detracta est coniunctio, cum scriptum sit: Et ibi autem, & in reliquis partibus. Intercunt pleræque excisa stirpe.) Lego, Et sissa stirpe. Olfactrix enim intelligitur, & tangi eam odore mirum in modum.) Vetus scriptura mollius, Olfactrix enim intelligitur, & tangi odore mirum in modum.

¶ Cap. x x v. Inter vitia arborum est & prodigys locus.)

In Plinii naturalem Historiam

Et hinc nescio quis tres primas huius capituli voces fini præcedentis alluerat. ¶ Cap. x x v i. *Autumno varia, & hoc est ex natura soli.* Scribo, *Varia, & ex natura soli. Cæterum maiore in parte orbis etiam pluuia aut in omni aqua seri & arari non conuenit.* Antiqua lectio manu scriptorum voluminum: Etiam pluuia autumnus aquas eruari conuenit, quod sanè aptius ad præcedentia de Hispanorum vindemiis uerba quadrat. *In Sulmonensi Italia agro Fabiano.*) Lege addendo, *In Sulmonensi Italia agro, pago Fabiano. Tanto magis si niues scateant.* Quis unquam uel uidit, uel legit niues scaterè? Uique adeo nihil referre putant isti quem sermonem etiam facundissimis autoribus affingant. Scribi debet, Si niues iaceant.

¶ Cap. x x v i i. *Et ab ima parte circumforato defluens pituita abstrahatur.* Abstergeatur, non abstrahatur. *Similis stercoreatio. Gaudet ea, &c.*) Melius, Similis fimi ratio. Gaudet ea, & reliqua. *Eo anno uolenta, proximo dulcia futura.*) Lege, *Vinolèta.* De Punicis loquitur. ¶ Cap. xxviii. *Multi talpas amurcant.*) Lege addendo, *Multi & has, & talpas.* Et has, scilicet formicas, quarum mentio proxime præcedit. Ultimo uersu legendum: *Cuius rei rationem quoque eodem volumine tradidit.*

EX LIBRO DECIMO OCTAŪO.

CAP. I.

Tenebris quoque & ipsarum noctium quieti inuidentium gemitu.) Nescio quis detraxit unum uerbum minime hoc loco superuacaneum. Legendum enim, *Tenebris quoque suis, &c.* ¶ Cap. i i i. *Pilumni, qui pilum pistrinis inuenerunt.*) Lego, *Inuenerat.* Est enim paternus casus Pilumni, sicut mox Pisonis. Et unus tantum apud autores Latinos memoratur Pilumnus, qui ob hoc ipsum inuentum suum à præcis consecratus est. *Ludos bouum causa celebrantes, Bupetios uocabant.*) *Vetus scriptura, Bubetios. Noxiám uel duplionem uel decerni.*) Antiqui cod. *Noxiám uel.* & sic alibi quoque. *Marci quidem Curij post triumphos.*) *Manius est uerum prænomen huius Curij. Et quidem ut tradit Norbanus nudo.*) In huius libri indice, ubi recenset Plinius quos autores sequatur, nullus est Norbanus: & in manu scriptis exemplaribus tantum est: Et quidem, ut traditur, nudo. nulla omnino Norbani in hoc loco mentione. *D. Syllanus sapientiæ compositissima. Quos sequeremur prætexuimus in hoc volumine.* Hæc duo uerba, *Sapientiæ compositissima,* neque aptè cohererent Syllano, & alioqui sunt deprauata. Incorrupta lectio est hæc: *Sapientes uero complures, quos sequentes prætexuimus in hoc volumine.* Aliquot, inquit, reges & duces scripserunt de agricultura, sapientes uero, id est, philosophi, complures. ¶ Cap. vi. *Novissimus uillam in Misenenſi posuit C. Marius septies Consul. sed peritiam castrametandi, sicut comparatus ei in cæteris etiam Sylla Felix, quos cæcos fuisse dicere conuenit. Nec iuxta paludes ponendam esse, neque aduerso amne.*) Næ hic castigator magno conatu magnas nugas attulit. Nunc uide germanam lectionem: Sic ut comparatos ei cæteros etiam Sylla Felix cæcos fuisse diceret. Cæcos ideo, quod cum Marius nouissimus in Misenenſi uillam ædificaret, tamen commodissimum eam situ posuit, quem alij præoccupare neglexissent ob imperitiam eligendi. Id testimonium eò grauius fuit, quia ab inimico prolatum. Postea sequitur, *Conuenit nec iuxta palæc. Non fraudabo magnitudine hac quoque sua Cn. Pompeium.*) *Vera lectio: Non fraudando magnitudine hac quoque sua Cn. Pompeio.* Quia locutione per septimum casum cum sæpe Plinius utatur, tamen castigatores ferè semper mutare eam audi-

sunt. *Omnium sententijs absolutus itaque est. Profecto opera non impensa cultura constat.*) Distinguendum aliter, hoc modo: *Omnium sententijs absolutus.* Itaque est profectò, opera non impensa cultura constat. *Fruteta igni optime tolluntur.*) Lego frutecta. Sic enim à frutice frutectum denominatur, sicut à carice carectum. *Humidum agrum fossione concidi.*) Melius, *Fossis concidi.* *Fossas autem retusis locis apertas relinqui, in solutiore terra sepibus firmari, imbricibus ac supinis lateribus procumbere.*) Malè tractato loco succurrimus auxilio ueterum codicum hoc modo: *Fossas autem cretosiſ locis apertas relinqui, in solutiore terra sepibus firmari, ne procièant, aut supinis lateribus procumbere.* Hæc lectio longè est planior. *Cretoſum enim solum opponit solutiore, & pro natura terræ fossas alia atque alia latera habere debere præcipit Ora utrinque lapidibus statuminari.*) Plenior antiqua lectio: *Ora autem earum binis utrinque lapidibus statuminari.* ¶ Cap. v i i. *At communis quadrupedum hominumque usui lupinus.*) *Commune lupinum, neutro genere, legi debet. Sed nullum frumento ponderosius.*) Lege: *Sed nullum frumentum ponderosius est.* nam Plinius milium quoque frumenti genus facit, ut ex quo tum panem rustica plebs conficeret, cum hodie in pulte sit eius usus, in panificio perrarò. *Et fortunatam Italiam frumento canescere candido.*) *Magis conuenit Canere, quam Canescere, inchoatiua forma: nec habent inchoatiuum uetera exemplaria. Sequenti uersu lege, Peculiaris hodieque. Adicit Sardum sex libras.*) *Vetus lectio. Adicit Sardum selibras. quod uerisimilius est, cum sequatur, Bæoticum totam libram addit. Porro Selibras, distributiue dixit. Lex natura certa est in quocunque genere. Pani militari tertia portio ad grani pondus accedit. Sicut optimum esse frumentum quod in subactu congium aqua capiat.*) *Emendata lectio, Lex certa naturæ, ut in quocunque genere pani militari tertia portio ad grani pondus accedat, sicut optimum frumentum esse, quod in subactu congium aqua capiat. Quibusdam impermixtis, ut Cyprio & Alexandrino.*) *Rectius, Quibusdam in binis mixtis. In Bæotia & Africa genus.*) *In Bæotia, non Bæotia. Seri non ualet, nisi in sicca & sit.*) *Elegantius, Seri non uult. Quod quadragesimo die, quo satum est, matureſcit.*) Lege, *Quam satum est. Proximum trimestri, quod est minime ponderosum, tritico.*) Scribo, *Proximum è trimestri quodam minime ponderoso tritico. Probatum autem leuitate, & leuore, atque ut recens sit. iam & Catonis dicto, apud nos hordei farina ad medendum utuntur.*) *Verior antiqua lectio, Atque ut recens sit, iam & Catoni dictum. Apud nos hordei farina & ad medendum utuntur. Significat autem amyllum, tamen rem exoticam, tamen iam tum ætate Catonis Romæ fuisse notum. Ignibus durato, ac postea emollito.*) *Mollito, non Emollito. Ita sapientes agricola triticum cibari tantum serunt.*) Legendum, *Itaque sapientes. Quod in Hispania & Carthagine Aprili mense collectum est.*) Lego, *In Hispania & Carthagine Ea est Carthaginiensium colonia, ab aliquibus Noua, ab aliis Spartaria cognominata.*

¶ Cap. v i i i. *In Egypto autem & Syria, Ciliciæque & Asia, ac Græciæ parte peculiare.*) *Nec hic operæ pretium erat mutare ueterem lectionem hanc, Egypto autem, & Syriæ, Ciliciæque & Asiæ, ac Græciæ peculiare. Et mox, Egyptus similaginem conficit è tritico suo, nequaquam Italia parem.*) *Scribo, Italicę. Obsidionis famen describens.*) *Famen exprimens, est in emendatis codicibus. Pulse fritilla conficiuntur.*) Legendum, *Fitilla, attestante Arnobio, libro aduersus gentes septimo.*

¶ Cap.

Annotationes.

¶ Cap. i x. *Et cibary tria, surfurum semodium.*) Melius, Furfurumque semodius. ¶ Cap. x. *Tritico nihil est ferilius: hoc enim natura ei attribuit.*) Vetus lectio: Hoc ei natura tribuit. Sequenti versu est, *Byzacio Africa campo, non Byzantio. Triticum ante perfundi aqua multa iubet, postea euelli, deinde Sole siccatum pilo repeti.*) Euelli, hinc malè conuenit, ubi de pistrinis sermo est. Magis placet, quod habent vetera exemplaria, Eualli, sicut paulò post iterum eodem verbo vitur Plinius. Et ipsa autem, inquit, quæ eualluntur, variam pisturarum rationem habent. Acus vocatur cum per se pinsitur spica. Eualli frumentum intelligo, dum repurgatur modò, non etiam frangitur. Id Balilenses molitores vernacula sua lingua *renlen* dicunt: quomodo alij vocent, nescio. ¶ Cap. x i. *Cum fieret autè panis hordeaceus, eruilia aut cicercula admistione ferme tabatur.*) Absurda lectio, restituenda ad verum sic: Eruilia aut cicerculæ farina ei præfermentabatur. hoc est, ex eruilia aut cicerculæ farina fermentum ei præparabatur. *Vulgò verò nec sufferuere faciunt.*) Lege, Sufferuere faciunt, compolita dictione. *Cum apud veteres ponderosissimo cuique, præcipuo tritico, salubritas perhibita sit.*) Crassum hercle erratum, pro Ponderosissimo cuique tritico præcipua salubritas. *A festinatione, vt speusici.*) Imò, Speustici. *Non pridem etiam è Parthis aduecti.*) Lege, E Parthis inuecto, aliàs oratio erit parum congrua. *Durat sua Piceo in panis inuentione gratia, ex alicæ materia: cum nouem diebus macerata, decimo ad speciem tracta, & subacta vix passa sicco est. Ibi postea in furnis ollis indita quæ rumpantur ibi, torrent.*) Admetiar & hinc totidem verbis veterem lectionem: ea per se satis coarguet istam supposititiam. Eum nouem diebus macerant, decimo ad speciem tractæ subigunt vix passæ succo: postea in furnis, ollis inditum, quæ rumpantur ibi, torrent. Vitur tractæ vocabulo & Cato cap. 67. *Gallia setis equorum inuenere, Hispania lino.*) Scribe, Galli è setis, Hispani è lino. *Sed inter hæc dicatur prima & alicæ ratio.*) Melius manu descripti libri. Sed inter prima dicatur & alicæ ratio. *Inter prima, sicut, in primis. In Campani tamen laudatissimus campus est montibus subiacens.*) Lego, Laudatissima, & aliter distinguo: sicut Veronensi Pisanòque agro, in Campania tamen laudatissima. Deinde est nouæ orationis initium: Campus est subiacens montibus. *Extatque D. Augusti decretum, quo anno ad vicena millia.*) Scribe, Quo annua v. m. *Alicæ adulterina fit maxime è zea.*) Rectius, Alicæ adulterina fit, maxime quidem è zea. Ac mox legendum, *Difficiliter deterunt utriculos, non Conterunt.*

¶ Caput x i i. *Ob hoc Pythagorica sententia damnata: vel ut alij tradidere, quoniam mortuorum animæ sunt in ea.)* Vetus lectio: Ob hæc Pythagorica sententia damnata: ut alij tradidere, quoniam mortuorum animæ sunt in ea. *Est enim arietino capiti simile, unde ita appellatur. Album, nigrumque est, & columbinum, quod alij venerium vocant, candidum, rotundum, leue. Arietino minus, quod religio peruigilijs adhibet. Est & cicercula minuti ciceris, inæquales angulos habens, veluti pisum.)* Hæc partim sunt deprauata, partim (quod non leuius est crimen) perperam distincta: quamobrem totam orationem retexam: Est enim arietino capiti simile, unde ita appellatur, album nigrumque: est & columbinum, quod alij venerium vocant, candidum, rotundum, leue, arietino minus, quod religio peruigilijs adhibet. est & cicercula minuti ciceris, inæqualis, angulosi, velut pisum. *Siliquæ rotundæ ciceri, caterisque leguminum longæ.)* Que, redundat.

¶ Caput x i i i. *In transcursu eas attingere nostri.)* Scribo, Ea. Sunt enim rapa Plinio vbique neutri generis, sicut mox, *Quadrupes & fronde eorum gaudent,* non Earum. *Masculinum, fæmininumque.)* Antiqua scriptura: Masculinum fæmininumque. Ac rursum *ad dicitur ad,* Rapam lætioram, pro eo quod rectè erat: Rapa lætiora. *Quos a Luna procedente hyeme nix prima ceciderit.)* Scribendum, Præcedente.

¶ Cap. x i i i i. *Et unum hoc seritur non arata, ubi fuerit maxime sabulosa.)* In corrupta lectio: Seritur non arato. quærit max. f. & c. ¶ Cap. x v. *Degeneratque ex leguminibus cracca.)* Lege: Degeneransque, nam & hæc pabulum est. *Marris à solo radi.)* Melius, Ad solum, quem admodum dicimus, Ad viuum radi. Ac mox, *Ita reliqua, non Itaque, Et paulò post, Deplere sanguinem,* non Repellere. Sunt enim contraria, Deplere, & Replere.

¶ Caput x v i i. *Quippe cum Germania populi edant eam.)* Melius, Serant eam. frumentum esse probat, quod cultura proueniat. ¶ Cap. x v i. *At in Bactris, Africa, Cyrene, omnia hæc superflua: quæ fecit indulgentia cæli.)* Syncera lectio: Omnia hæc superuacua fecit indulgentia cæli. ¶ Cap. x x i i. *Vt mersis capitibus totis eas querant viribus.)* Viribus, abundat. Satis est, Mersis capitibus totis. & attestantur antiqui codices. ¶ Cap. x x i i i. *Nisi hic male substrauisse pecori colonum apparcat.)* Integra lectio: Nisi hoc contingat, malè substrauisse pecori. col. app.

¶ Cap. x x i i i i. *Id enim optimum, quoniam grauissimum: neque alio modo utilius dispergitur.)* Antiqua scriptura: Utilius discernitur. *Nihilque contrarium praripere quadam falsa diligentia.)* Hæc verba neque cohærent cum superioribus, neque sensum habent probum. Germana lectio est, Idque in contrarium præcepere quidam falsa diligentia. *Spes ardua & immensa, misceri posse cælestem diuinitatem imperitiæ, sed contemplanda tamen, grandi vitæ emolumento.)* Posteriora verba aliter leguntur in vetustis exemplaribus, nempe sic, Sed tentanda iam grandi vitæ emolum.

¶ Cap. x x v i. *Foveas aperire, aquam de agro pellere.)* Vetus lectio, Incilia aperire, aquam de a. p. *Bubus glandem tunc aspergi conuenit, in iuga singula modios CCXL.)* Ipsa absurditas numeri falsam scripturam coarguit. Tollendus est omnino, cum absoluta sit locutio etiam absque eo, q. d. iugatim singulos modios. *Non utique vi. Idus Febr. sed siue ante quam ver præuenit, siue postquam hyemarit.)* Confer veterum codicum lectionem, & senties quanto pulchrius cum ad præcedentia, tum ad sequentia quadret. Illic sic legitur, Sed siue antè, quando præuernat, siue post, quando hyemat, Quando præuernat, hoc est, quando præmaturè ver incipit, quando hyemat, hoc est, quando hyems nondum desæuit. In priore verbo elegans est cõpositio, posterius est Græco *χειμῶν* translatus est. ¶ Cap. x x v i i. *Dedi ecce tibi herbas horarum indices: & ut ne sic quidè oculos tuos à terra reuoces, heliotropiū ac lupinum circumaguntur cum Sole.)* Antiqua scriptura melius: Et vt ne sole quidè oculos tuos à terra auoces, heliotropiū ac lupinum circumaguntur cum illo. ¶ Cap. x x v i i i. *Itali fœnū ex dextera vna manu secant.)* Restituimus ex nostris manu scriptis: Italus fœnitex. v. m. secat. Ex hoc vsq. ad brumâ decrescunt dies, qui creuerunt sex menses. *At Sol ipse ad Aquilonem scandens, asper, ardua mensus ab ea meta incipit flecti.)* Hæc lectio aliquot manifesta errata habet: in vetere nihil est offendiuli. In hoc vsque, à bruma dies creuerunt sex mensibus. Sol ipse ad Aquilonem scandens, ac per ardua enisus.

In Plinii Naturalem Historiam

ab ea m. i. f. *Et huius veterinorum pabulo versa folia stringis, stringes autem deputas.*) Syncera lectio: Et huius ver-
tam. Pabulo folia eius stringis, vitem deputas. Hæc lectio collata ad præcedentia, quæque mox sequuntur. magis etiam probabitur, euidentius veritate eius elucente. nos breuitati studemus. *Transiisse solstitium cætu ne putes.*) Emendati codices: *Transiisse solstitium caugto putes.* *Et huius folia circumaguntur.* Scribendum, *Et huius circumaguntur.* ut supra tertio ab hoc versu, *Et huius ver-
tam.* Nec quæque unquam annonæ intulere caritatem.) *Lege: Quæque nunquam annonæ in cætu. Paulò post lego, Sapientiæ adfectatoribus.* ¶ Cap. x x x. *Ritus diuersitatem magnitudo facit messium, & raritas operariorum.*) Elegantius est, *Et caritas operarum. Alij omnino pendunt, & afflatu extenuari granum arbitrantur.*) Quid est, omnino pendunt? Legendum. Alij omnino pendunt tabulato extenuari granum arbitrantur. ¶ Cap. x x x i. *Vindemiator Ægypto non exoritur.*) Scribo, *Vindemiator Ægypto Nonis exoritur.*) *Et paulò post, Arcturus verò medius, non Medis. Sed iam & Calendis Ianuary defectu vasorum vindemiantes vites vidi.*) Vites, superfluit. *Sed equi patrisfamilias modus est annonæ, cuiusque anni vilitate.*) Quanto elegantior vetus lectio! S. æ. p. modus est, annonæ cuiusque anni viti: quemadmodum dicimus, *Vti foro.* ¶ Cap. x x x v. *Cum repente stellarum fulgor obumbratur, vti neque nubilo, neque caligine fluitans, graues denuntiantur tempestates.*) Nostra exemplaria rectius: *Cum repente stellarum fulgor obscuratur, idque neque nubilo, neque caligine, pluuia aut graues denuntiantur tempestates. Eum à Septentrione, ventum.*) Illic legitur, *ventum cum. f. Aquilonem. Sole occidente, si ex vtraque parte eius calum patet, tempestatem significabant.*) Cælum petent. f. nubes. Nisi ita legas, nõ est quò referas verbum Significabunt. *Delphini tranquillo mari lasciuientes, flutum, ex qua veniunt parte: item spargentes aquam, item turbantes tranquillitatem.*) Posterior pars castiganda sic: *Item spargentes aquam turbato, tranquillitatem. Sæque lambentes contra pluuiam.*) *Lege, Contra pilum. Formice abscondite concursantes.*) Addenda particula Vel. Absconditæ, vel concursantes.

EX LIBRO DECIMONONO.

CAP. I.

Textumque rursus tu nditur clavis. *Lego, Textumque, ut de tela intelligatur. Quaternis denariis stipula eius permutata quondam, ut auri.*) Equidem stipulas auri nunquam antea reperi. In manu scriptis exemplaribus legitur, *scripula. id ponderis genus est, Ad cliuum vsque in Capitolium.*) Rectius, *Ad cliuum vsque Capitolinum.*

¶ Cap. i i. *In sicco præferunt e cannabi funes. Et spartum alitur etiam demersum, veluti natalium sit impensa.*) Germana lectio: *At spartum alitur etiam demersum, veluti natalium sicim pensans. Superius enim dixerat, Iuncum esse aridi soli. Distinguuntur & colore, ruffo nigroque, & intus candido. Laudatissima sunt quæ Africa crescunt. Anne vitium id terræ, neque enim aliud intelligi potest, malumne id ea protinus globetur magnitudine qua futurum est, & viuante, an non, haud facile arbitror intelligi posse.*) Ita quidem legitur in vulgatis editionibus: sed longè aliud est in emendatis exemplaribus manu descriptis. *Distinguuntur & colore, ruffo nigroque, & intus candido, laudatissima Africa. Crescant, anne vitium id terræ (neque enim aliud intelligi potest) ea protinus globetur magnitudine, qua futurum est: & viuante, an nõ, haud facile arbitror intelligi posse.* ¶ Cap. i i i. *Misy, præcipuum suauitate, odore ac sapore.*) Melius, *Suauitate odoris ac saporis, Quibusdam lo-*

cis acceptantur riguis, & feruntur.) Absona lectio. *Elegantia integritas in nostris manu scriptis exemplaribus extat: Quibusdam locis accepta riguis feruntur. Diuque iam non aliud ad nos inuehitur, quam quod in Perside aut Media & Armenia nascitur, laser, multo infra Cyrenaicum. Id quoque adulteratur gummi.*) *Vetus lectio, Quam quod in Perside, aut Media, & Armenia nascitur largè, sed multo infra Cyrenaicum: id quoque adulteratur gummi. Mirum quantum conferens candori mollitiæque. Equè nascitur satiuæ vbique.*) In vetustis codicibus tantum est, *Nascitur satiuæ vbique.* Equè Echo, opinor, addidit, præcedens oratio in eas syllabas exeat. ¶ Cap. i i i i. *Epipcurus hortorum magister.*) Antiqui codices habent, *Ocii magister, quod magis probatur. Alias in Numidia atque Æthiopia in sepulchris aucupari, aut pugnare cum feris mandu ab eo cupientem quod mandat alius.*) Castigauimus ex fide archetyporum hoc modo: *Alias in Numidiam atque Æthiopiæ sepulchra: aut pugnare cum feris, mandique capientem quod mādāt alius. In Numidiam peti, quod verbum eodem versu præcedit: non in Numidia aucupari, cum nullum sit aucupiū Numidicarum, quæ cicures sunt, gallinaeque generis. de his enim accipiendū est, Efrugibus quoque quoddam alimentum excogitasse luxuriam.*) *Lego addendo, Excogitasse sibi luxuriam. Ac mox, Alio pane proceptum, alio vulgi. non, Alios. Et quæ minime accederent ad desiderium panis.*) Vitiauit elegantiam sermonis, quisquis hic *Ad, præpositionem de suo addidit. Scribendum erat. Accenderent def. Ac mox, Iam quoque in fenestris.* Quoque superuacaneum est, nec habetur in emendatis codicibus. *Et contingat aliqua gratia operi, curæque nostræ.* Mollior est antiqua lectio, *Operæ curæque nostræ.* ¶ Cap. v. *Viuent hausti in stomacho in posterum diem, nec perfici queunt. in cibis non insalubres, tamen plurimum natant. Oleum odere mire.*) Aliter legitur in nostris exemplaribus, *ad hunc modum, Nec perfici queunt in cibis, non insalubres tamen plurimum. Natura olei odore mirè. Quod de semine eius faciunt.*) *Lego, Quod è femine eius faciunt. Nostri armoracion.*) Imò *Armoraciam.* Est enim Latinum nomen. *Ad eò ceteris cibis prælatu raphanus, ut ex auro dicaretur raphanus.*) *O battologiam! quid opus erat repetere raphanus? Scripsit & Morchion Græcus.*) *Molchion, non Morchion. Fuit eius nominis medicus, cuius libellum Latine versum vidimus, nondum publicatum. Inest longitudine nervus, qui in decoctis extrahitur.*) *In, præpositio redudat Lege, Qui decoctis extrahitur. Cicer his feritur mensibus, Februario, Martio, Aprili.*) *Vetus lectio, Ciceris satus mensibus, Eebr. & c. Mox est, Pluribus modis austeritate victa, non Plurimis. Sed hoc genus leuiora non semper annotamus, ob euitandum lectoris tædium, quale est mox, Melle, vuisque passis, cum scribendum sic, Vuisve. Et aliquantò post, Folia quæ sunt in eis ampla, pro Quæ sunt his. Effodiuntur bulbi ante ver. At deteriores ilico fiunt, si finduntur.*) *Si finduntur, superfluit. Sic enim est in vetustis voluminibus. Effodiuntur bulbi ante ver, aut de. il. fiunt. Aut, id est, alio qui. Sic libr. 2. cap. 7x. Aut vndique cernerentur hæc sidera.* ¶ Cap. v i. *Scitini duo genera. hoc herbaceum folio.*) *Hoc, redundat. Sunt qui & allium & vspicum inter Opalia ac Saturnalia feri aprissime putent.*) *Veteres codices, Inter Compitalia ac Saturnalia. Pulchriusque existimatur tale.*) *Antiqua lectio, Puchriusque tale existimant quidam. Sed hoc ad sensum nihil refert.* ¶ Cap. v i i. *Mirum in beta semine: non enim totum eo anno gignitur.*) *Non malè antiqua scriptura: Non enim totum eodem*

Annotationes.

eodem anno gignit. Nil ocimo fecundius. Cum maledictis ac probris ferendum præcipiunt: lætius proueniet. Satum e-
tas pauitur terra adacta cuminum, & qui ferunt, precantur
ne exeat.) Syncera lectio: Cum maledictis ac probris fe-
 rendum præcipiunt, vt lætius proueniat. lato pauitur
 terra. Et cuminum qui ferunt, precantur ne exeat. At-
 testantur vetulti codices manu scripti.

¶ Cap. vii. Est autem satiui differentia in folio.) Le-
 gendum: Et satiui autem differentia in folio. Alij coloris
 & temporis satum genera discreuere.) Scribo, Alij colore, &
 tempore satum, genera discreuere. Cappadocas, Græcas.
 Longiora his folia, caulēque lati.) Sine caula mutata est ve-
 tus lectio: Cappadocas, Græcas, longioris has folii,
 caulēque lati. Tamet si ad sensum perparum refert. Me-
 dici innocentiorē, quā olus esse iudicauerē.) Verba, quæ
 sequuntur, postulant vt legamus Nocentiorē, quem-
 admodum legitur in antiquis voluminibus. Errori
 occasionem præbuit postrema litera præcedentis di-
 ctionis. Sequenti versu: Vtque validis potius in cibo sint:
 Que, redundat. Sed teneritas in dote sit. Frigora non tole-
 rat.) Antiqua scriptura rectius: Sed teneritas in dote, si
 frigora non tolerat. Est etiam sua gratia nonnunquam plan-
 ta habitum excellentibus, halmyridia vocant.) Vera lectio
 veterum exemplarium: Nunquam plantæ habitum ex-
 cellentibus. Intelligendum est enim de plantis brassi-
 cæ. huc facit diminutiua vox ἀλωειδίων. Viret thyrso pri-
 mum emicante: qui caulem educens, tempore ipso quo fa-
 stringatus est in toros, stringitur.) Duæ voculæ, Quo, & Est
 redundant, & Striatum, lege, non Stringitur. nam in-
 ter toros interueniunt striæ, sicut in aruo inter porcas
 sulci. Eadem ratione striatæ columnæ apud Vitru-
 uium leguntur. Sic & melopepones striato cortice
 conspiciuntur. Nullum gratius his solum, quā Rauennatium.
 Hortorum indicauimus corrudam. Hunc intelli-
 gimus syluestrem asparagum, quem Græci orminum aut mya-
 canthon vocant.) Distingue, Quā Rauennatium hor-
 torum. Indicauimus & corrudam. Hunc intelligo syl-
 uestrem asparagum. Apricis gaudet & siccis, terra quam-
 maxime lateritia.) Lego, Lateraria, Lateritios parie-
 tes dicimus, ex lateribus constructos. Laterariam ter-
 ram, quæ apta sit fingendis lateribus. A Cornelio Cethe-
 go in consulatu collega Q. Flamini.) Quintius Flamininus
 est verum nomen. Ligusticum syluestre est. In Liguria sua
 montibus feritur. Vbi que suauis satiuium, sed sine viribus.)
 Integra manente scriptura, vitiosa distinctio sensum
 in contrarium deprauauit. Tu sic distinguito, Ligusti-
 cum syluestre est in Liguria suæ montibus: feritur vbi-
 que: suauius & c. Sinapi nulla cultura, melius tamen planta
 relata.) Legendum, Planta tralata. ¶ Cap. x. Nanque
 & ocimum se necat, degeneratque rite in serpyllum.) Vera
 lectio, Nanque & ocimum senecta degenerat in serpyl-
 lum. Item contra formicas.) Lege, Idem. Ac mox: Rem-
 edium monstrauit limum marinum, aut cinerem obturandis
 earum foraminibus. pro eo quod vulgò deprauatè legi-
 tur, Limo marino, aut cinere obturatis. Naporum me-
 dicina sunt.) Scribo, Medicina est & proximè sequenti
 versu, Quo si amisso, non Quæ. ¶ Cap. xii. Solummodo
 ex omnibus lapathum syluestre melius. Hoc insatiuum rumex
 vocatur, nasciturque fortissimum. Traditur semel satum du-
 rare, nec vnquam vitari terra.) Demitor, quam ob rem
 castigatibus visum sit ab archetypo hic discedere.
 Vetera exemplaria habent sic: Solum verò ex omnibus
 lapathum syluestre melius: hoc in satiuis rumex voca-
 tur, nasciturque fortissimum. Traditur certè semel sa-

tum durare, nec vinci vnquam à terra. Quæ sunt sylue-
 stria.) Atqui non de syluestribus sermo est, sed de hor-
 tentibus. Legendum igitur, Quæ sunt & syluestria. Alio-
 quin extra insidit pulueris modo.) Verus lectio: Aliquando
 extra insidit. Sed perparum refert, vtro modo legas. A-
 pio eximi in coctis obsoniis aceto, in eodem cellario in saccis o-
 dorem vino grauem.) Quis intelliget hæc? Syncera lectio:
 Apio eximunt coqui obsoniis acerum, eodem cellarii
 in saccis odorem vino grauem. Vera autem vniuscuiusque
 natura non nisi medico effectu prænosci potest.) Pernoſci, non
 Prænosci.

EX LIBRO VIGESIMO.

IN fine Proœmii legendum, Tantum venia sit à minimis,
 sed à salutaribus ordienti. non, Ordinemur. ¶ Caput i.
 Suscipitur aqua caelesti, atque subsidet. Deinde in Sole cogitur
 in pastillos.) Legendum, Atque subsidet: Deinde Sole co-
 gitur. Idque melius, quo vetustius erit, quod iam cc. annis
 seruatum esse, autor est Theophrastus.) Nec hîc video cur
 mutata fuerit vetus lectio, nisi quòd castigatores, dum
 archetypa legere nesciunt, nihil non corrumpunt. At-
 qui non satis est solum sensum vtrunque reddere: ver-
 ba etiam ipsa autoris optima fide annumeranda sunt.
 Repoluimus igitur vetera hoc modo: Melius, quòd vetu-
 stius: fuitque iam cc. annis seruatum, vt autor est Theo-
 phrastus. Partus vero, si in arietis lana alligatum inscientis
 lûbis fuerit, ita vt protinus ab ea eximatur, & rapiatur extra
 domum ipsam.) Vtrum tandem iubet eximi, partumne
 ipsum, an semen adalligatum? atqui neutrum quadrat.
 Sequamur & hîc antiquam scripturam: Ita vt protinus
 ab exitu rapiatur extra domum. Iam euidentis est, de se-
 mine accipiendum, quod raptim ab exitu factus efferri
 domo vult, quòd omnis mora periculosa sit. Tanta vis
 educendi inest: Superest vna vox, Ipsam. Lege, Ipsum: vt
 cum sequentibus cohæreat, Ipsum cucumim, & reliqua.
 nam hætenus de succo & semine eius loquutus est.

¶ Cap. i. Sanat & humores subitos.) Tumores, non Hu-
 mores. Radix sanat hulcera concreta in modum faui, quem
 cerion vocant.) Scribo, Quæ ceria vocant. nam melius ad
 hulcera refertur: nec aliter legitur in emendatis codici-
 bus. Item millepedæ: sepa Græci vocant.) Lege, millepedæ. i.
 morsus. Et putrescit locus ipse. Cucumis odore defectum ani-
 mi.) Distingue, Ipse cucumis. Idem erratum & proxi-
 mo capite annotauimus. ¶ Cap. ii. Non nisi saxosis na-
 scens.) Adde præpositionem, In saxosis. In morbo vero re-
 gio vtiliter semina eius insumuntur.) Legendum, In mor-
 bo regio vtiliter semina eius sumuntur. Item spina & lû-
 borum ac coxarum dolores.) Lego, Coxendicum. Et ardores
 capitis, & maxime infantium.) Vetus: Et ardores capitis, in
 fantium maximè. Democritus in totum ipsum abdicauit in
 cibis.) Rectius, in totum ea abdicauit. Ea. i. rapa. Et sequē-
 ti versu. Ab eis, non, Ab eo. Ibidem, Condirentur, non Cō-
 diretur. Item Prodesse, nō Prodest: vt ex autoritate Dio-
 nylii dictum accipiamus. Et iam antea monui de rapo
 neutri generis, quòd perpetuò raparius iste castigator
 in rapam transmutauit, quòd vulgus ita loquatur. Hoc
 ad albicandam cutem.) Albicare, Latinum non est, hoc si-
 gnificatu, Ad læuigandam legi debet, non Albican-
 dam Ac mox, Nam, vt supra diximus, erui, hordei, tritici &
 lupini radix ad omnia inutilis.) Hoc nusquam superius di-
 ctū est, & primæ quatuor voces non habentur in vetustis
 codicibus, quamobrem & nos deleuimus.

Cap. iiii. Quamquam & alibi nascitur, utilior vrina dum
 taxat ciuicendæ.) Ciendæ non Eiicendæ. In aqua fo-
 liis eius decoctis, bibere vel succum ipsius cyathis

In Plinii Naturalem Historiam

binis. *Contra phlegmoni ipsos illinire tusos utile. Inchoantibus verò recentem corticem cum melle.*) Hic foedissimam deprauationem sustulimus, adiuti exemplaribus antiquis. Legendum enim, Aquam foliis eius decoctis bibere, vel succum ipsius cyathis binis contra phthirias: Phlegmoni ipsos illinire tusos, liuori verò recenti corticem cum melle: Nec est necesse addere hanc dictionem, utile. Pendet enim oratio à præcedenti verbo, Prodest. *Cæterum cerastis scorpionibus aduersatur, vel ipso semine infectis manibus impunè tractantibus. Imposito raphano scorpionibus, moriuntur.*) Non multo mitius hunc locum deprauator tractauit. Castigauimus, vnde & priorem, hoc modo, Cætero scorpionibus aduersatur: vel ipso, vel semine infectis manibus impunè tractabis: impositoque raphano scorpiones moriuntur. *Hydropicis quoque & aceto & sinapi sumpti.*) Scribo, Ex aceto aut sinapi sumpti. *Hippocrates capillis mulierum defluos fricari raphanis.*) Vetus lectio: Capitis mulierum defluuia fricari. ¶ Cap. v. *Et Phagedænas hulcerum sistit recens cum melle impositum. Vel aridæ farina inpersam radicè eius Dieuches, &c.*) Lege, & distingue sic: Et phagedænas hulcerum sistit recens cum melle impositum, vel aridum farina inpersum. Radicem eius Dieu. &c. *Inde quoque est prouerbium.*) Melius, Indèque est prouerbium. Simillimam staphylino herbam ferit, quam alij gingidion vocant. *Tenuius tamen & amarius, eiusdemque effectus est coctum crudumque stomachi magna utilitate.*) Ex his verbis intelligitur, gingidion coctum eiusdem effectus esse, cuius crudum. Atqui Plinius aliud dicit, videlicet gingidij eundem esse effectum, quem staphylini. Sed nihil mirum, si deprauatis verbis & perperam distinctis etiã sensus vitatus est. Proinde rectius legitur hoc modo: Quam alij gingidion vocant, tenuius tantum & amarius, eiusdemque effectus. Estur coctum crudumque, stomachi magna utilitate. *Fastidium abstergit.*) Abstergit, grãmatista nescio quis mutauit in abstergi, quasi verò alterum Latine dicatur. *In eadem sententia est Diocles.*) Lege addendo, In eadem sententia est & Diocles. *Heraclides contra argentum vinum dedit. & Veneri subinde offensantem, agrisque se recolligentibus. Hunc Hicæsius ideo stomacho utilem videri dixit, quoniam nemo tres ciceres edendo continuaret: esse tamen utilem conualescentibus ad vitam transeuntibus.*) Primum Offensanti, legendum pro Offensantem. deinde particula Hunc, superfluit. præterea Utile, bis mutatum est in Utilem, non rectè. Apparet enim cicer, inter illa nomina connumerari, quæ genus cum numero mutant. Superius enim dixerat. Cicer erraticum satiuo simile est. Sed grauissimum erratum, quod nescio quis pro Ad vinum transeuntibus, scripsit Ad vitam transeuntibus, non sentiens verba hæc de hydroposia agrorum & ænoposia intelligenda. *Et quoniam plerosque similitudo nominum Græcorum confundit, conteximus & de seseli.*) Vetus lectio hinc, & in Indice, De sili: nec erat necesse Græcam vocem pro Latina supponere. quod enim Græci medici σέσλι μασωλιαπρόν vocant, apud Marcellum, qui sub Theodosio floruit, Sil Massiliense legitur. Qui mutauit lectionem, putabat sil, pigmenti tantum nomen esse, cum sit vox polyëma. *Boum morbis medetur, vel si contritum infunditur.*) Satis erat: Boum morbis tritum infunditur. nec egebant Pliniana verba tali interpolatore. *Siccata autem in umbra farina tusa & conuulsis, & inflationibus, & arterijs medetur.*) Legendum: Siccata autem in umbra farina tussa & conuulsis &c. *Satiua olfactu ipso & delacrymationi, & caligini meden-*

tur, magis verò succi inunctione.) Caligini tantum his verbis remedia traduntur, si legamus ita, vt Plinius scriptum reliquit, nempe sic: Olfactu ipso & delacrymatione caligini medentur. Significat delacrymationem acrimonia caparum excitam oculorum caligini prodesse. *Purgamenta quoque carum cremata in cinerem illinentes ex aceto serpentium morsibus inter ipsaque multipedes ex aceto.*) Dele Inter, & pro Multipedes, reponere Multipedæ. i. morsibus. Ipsaque, videlicet capas. *Et si succum ieiuni quotidie edant.*) Succum, superuacanea dictio. *Stomacho utilia esse, ac spiritus agitationi.*) Lege, Stomacho utilia esse spiritus agitatione. Apparet eundem castigatorem supra in hoc ipso capite ex Delacrymatione fecisse Delacrymationi.

¶ Cap. vi. *Porro sectiuo profluvia sanguinis sisti in naribus, contrito eo obturatis.*) Scribo, Porrum sectiuum profluvia sanguinis sistit, naribus contrito eo obturatis. Neque enim hoc ita, vt superius, ex auctoritate Varronis refert: sed transitum facit ad aliam speciem, quemadmodum est videre in emendatis exemplaribus, *Hulcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetim humor emanans.*) Lege, Perpetuo humore manans. Epinyctidis est descriptio. *Sanguinem reycientibus succus eius cum caule, aut thuris farina, vel acacia datur.*) Scribendum, Cum gallæ aut thuris farina. *Allio magna vis, magna etiam utilitates, contra aquarum & quorumlibet locorum mutationes.*) In vetustis voluminibus nec Etiam est, nec Quorumlibet. *Aconitum, quod alio nomine pardalianches vocatur, depellit: item hyoscyamum: contra canum morsus. Inque vulnera cum melle imponitur.*) Vetus & syncerior lectio: A. q. a. n. p. vocatur, debellat, item hyoscyamum, canum morsus, in quæ vulnera &c. *Attritis corporum partibus, vel intumuerit.*) Scribendum, Vel si in vesicas intumuerint, hoc est, Etiam si vesicas produxerint attritæ partes. *Vel si decocta aqua colluantur.*) Decocti, non Decocta. Porro si indicare pergam quotiescunque in distinguendo peccatum est, vereor ne Lectori tadiofum sit. *Sic & voci plus confert.*) Plus, redundat. Aut si sanguis etiam excreetur, vel purulenta sint. *Et pituite sub pruna coctum, potum, & cum mellis pari modo sumptum.*) In antiquis voluminibus tantum est, Aut si sanguis excreetur vel purulenta, sub pruna coctum, & cum mellis pari modo sumptum. Cætera verba satis apparet esse nugatoris alicuius additamenta. *Quartanas quoque excutere potum caput vnum cum la serpity obolo. In vino austero tussim, & alio modo acceptum. Suppurationes quanta sibi sanat fractæ incoctum fabæ, atque ita in cibo sumptum.*) Omnia hinc confusa ac vitiosa, distinguenda emendandaque in hunc modum, idque ex fide archetyporum, vt reliqua, Quartanas quoque excutere potum caput vnum cum la serpity obolo in vino austero. Tussim & alio modo, ac pectorum suppurationes quanta sibi sanat, fractæ &c. Sensus est, Tussim & hoc modo sanari, & illo altero remedio, iam contra quartanas dicto. *Iumentis urinã reddere, atque non torqueri tradunt.*) Iumenta, non Iumentis.

¶ Cap. vii. *Huius lac expissatum.*) Scribe, Spissatum. *Thyso & folijs scabritia.*) Vetus lectio, Et ipso & folijs scabritia ipso. i. caule, quod nomen proximè præcedit. *Quidam & satiuus colligunt, succo minus efficaci.*) Melius legitur, Quidam & è latiuus colligunt succum minus efficacem. Et tertio inde versu, *Nunc non pauca reslant, Nunc superfluit. Nec nulla res maiorem in cibis auiditatem incitat inhibetq. Eadè in causa alterutring, modus.*) Lege & distingue: Nec vlla res in cibis auiditatem incitat inhibetque

Annotationes.

hibetque eadem: in causa alterutraque modus est. Nunc pulchre cohaerebit quod sequitur: sic & alium copiosiores soluunt, modicæ sistunt. ¶ Cap. v. *Nigra radices ita in aqua coctæ, pruriginem tollunt.*) Lege, Porriginem tollunt. ¶ Cap. i. *Ergo vel cum vino tritam forbendam, vel ex olei intinctu sumendam.*) In corruptior lectio, Ergo vel cum his tritam forbendam, vel ex hoc intinctu sumendam. Pendet enim hæc oratio à præcedente. *Et alij compescere mala corporis.*) Lege addendo: Et alij verò. *Semen eius tostum auxiliatur contra serpentes, fungorumque venena. In tauri sanguine folia coctæ spleneticisque in cibo data, & cruda illita cum sulphure & nitro, prosunt.*) Obellum medicum! hic nimirum tauri sanguinem etiam pro antidoto præberet. Germana lectio est hæc: Contra serpentes, fungorumque venena, & tauri sanguinem, folia coctæ spleneticis in cibo data, &c. *Nervis vitiles: ideo & paralyticis dantur. Luxata in pedibus. Qui sunt ruffi ex his citissime sanant.*) Lege & distingue: Ideo paralyticis dantur. Luxata in pedibus, qui sunt ruffi &c. *Elixos assis minus vitiles esse adiiciunt.*) Scribo, Adiicit, scilicet Diocles. ¶ Cap. x. *Vesicæ quoque nisi coctum aqua. Si canibus detur, occidi eos.*) Distingue, & castiga sic: Vesicæ quoque nisi decoctum: quæ aqua si canibus detur, occidi eos. Alioqui canes non vescuntur asparagis.

¶ Cap. x. *Verum apud eruditos non aliud erutum terra in maiore sententiarum autoritate est.*) Varietate, non Auctoritate. *Nam id defunctorum epulis feralibus dicatum existimatur. Ipsius quoque visus claritati inimicum.*) Lege, Epulis feralibus dicatum esse, visus quoque claritati inimicum. Nam hoc ex Chrysippi & Dionysij autoritate refertur: ideoque melius per infinitum legitur absque verbo existimatur. *Semen datur ex tribus cyathis ex vino albo.*) Antiqua scriptura potior, Semen datur & arquat ex vino albo. Arquat, id est, iëtericis.

¶ Cap. x. *Ocimum quoque Chrysippus grauiter increpuit, inutile esse dicens stomacho, vrina, oculorum quoque claritati.*) Duo verba, Esse dicens, aliquis de suo adiecit, mirum ni elegantiae causa. *Alij verò si eo die feriatur quispiam à scorpione, qui ederit ocimum, sanari non posse.*) Vera lectio: Afri verò, si eo die feriatur quispiam à scorpione, quo ederit ocimum, seruari non posse. *Secuta etas alacriter defendit.*) Rectius, Acriter defendit. ¶ Cap. x. *Sextius adiicit, hoc serpentes fugare.*) Vetus lectio: Sextius adiicit, vltum serpentes fugare. *Multi succo eius cum melle attrito inuncti.*) Lege, Cum melle Attico. *Dederunt & cum bitumine infriëtam.*) Infriëtam, non Infrictam. *Item vitiligines vel rugas, strumas, & similia cum hircino & adipe suillo.*) Codices veteres: Item vitiligines, verrucas, strumas, & similia, cum strychno & adipe suillo. ¶ Cap. x. *Ius commanducatis & impositis sanari elephantiam, sicut Magni Pompey atate fortuito cuiusdam experimento, propter pudorem facie illita compertum est.*) Elephantiasin, non elephantiam hunc morbum Plinius vocare solet. Legendum igitur pro Elephantiam sicut, Elephantiasin, & bene habebit tota oratio. *Menta ipsius odor animum excitat, & sapor auiditatem in cibis: ideo in mammaram mistura familiares ipsæ accessere, ut coire denseré que lac non patiuntur.*) Tota via aberratum est. Vera lectio est hæc: Ideo embammatum misturæ familiaris. Ipsa acescere ac coire denseré que lac non patiuntur. Embammata Græcè vocantur intinctus, ad excitandam orexim inuenti. *Recentis succus narium vitia spiritu subducto emendat.*) Scribo, Spiritu subductus. *Impetigines quoque, vel si teneantur tantum, prohibet.*) Intertrigines legendum, quemadmo-

dum est in archetypis. *Morbo regio in vino albo ab alienis datur.*) Lege, A balineis datur. ¶ Cap. xv. *Propter colum quoque bibitur, illiniturque vel penicillis feruens, vel astringitur fasciis.*) Verus lectio: Propter colum quoque bibitur, illiniturque, vel penicillis feruens apprimitur fasciis. *Nanque & paribus subigitur.*) Vetus lectio, subditur. Sic cap. 17. *Panis etiam crustis inferioribus subditum. Sunt & quidam qui cumilam bubulam appellauerint.*) Quidam, superuacanea vox est hoc loco. ¶ Cap. xvi. *Trita mellis odorem habet, digitis tactu eius coherentibus.*) Melius, Cohærescentibus. ¶ Cap. xvii. *Castore taliter demonstrante.*) Vetus lectio: Castor & aliter monstrabat: vt intelligamus alterum piperitidis genus. Sequenti versu lego, *Vrilem, s. demonstrabat. Luxata & contusa in aceto.*) Archetypa, Luxata & incussa. *Vrinam & menstrua ciet.*) Plinius scripsit, Vrinam & menses ciet. sicut paulò post, Pythagoræ inter pauca laudatum, non à Pythagora: quod genus deprauationis frequens est in hoc opere. *Epiphoris oculorum radicem eius tusam imponit Iolas.*) Lege addendo, E vino radicem eius. Et mox, *Extrahendis que, si qua in oculos inciderint. Dysentericis & tenacis datur.*) Rectius, Dysentericis & in tenesimo. *Semen hydropicis & cæliacis dedit tritum cum menta. Verum & radicem ad renes.*) Castigauimus ad exemplaria hoc modo, Tritum cum menta è vino, radicem & ad renes. *Pythagoras quidem non corripit vitio comitali in manu habentes.*) Legendum, Pythagoras quidem negat corripit.

¶ Cap. xviii. *Sed satini albi calyx ipse teritur, & bibitur somni causa. Semen elephantiis medetur.*) Scribendum erat, Et è vino bibitu. Item, *Elephantiasin, non Elephantiasin. Succus & hic, & herba cuiusque.*) Lege, Cuiuscunque. Sequenti versu, *Vt lactucis, non Aut. Pratorij viri patrem in Hispania baiuli.*) Baiuli malim, vt sit loci nomē, quemadmodum dicimus Bilbili, Sacili. *Cum his aurium dolori instillatur.*) Melius, Cum hoc & aurium dolori. cū hoc. s. rosaceo. *Sic & foliis ipsis vtuntur ad sacros ignes. Item vulnera cum aceto.*) Si sic legamus, & podagræ vnū remedium peribit, nec sacro igni suum, vt oportet, adhibebitur. Synceram lectionem etiam nunc retinent antiqui codices, Sic & foliis ipsis vtuntur. Item ad sacros ignes & vulnera ex aceto. *Experimentum opij est primum odore: syncerum enim perpeti non mos est. Dein in lucernis.*) Indidem castigauimus & hæc, Syncerum enim perpeti non est, mox in lucernis. Sed hic Latinitatis grauior iactura est, quàm sensus. Fædiore mendo mox pro, *In pustulas coit, scriptum est, in posca coit, cum tamen experimentum fiat in aqua, non in posca.* ¶ Cap. x. *Inter satina & syluestria medium genus, quod nisi in aruis esset, sponte nasceretur, rhæam vocauimus & erraticum.*) Lectio vetus magis Plinium sapit, Inter satina & syluestria medium genus, quoniam in aruis, sed sponte nasceretur, r. u. & e. *Alterum est in syluestribus generibus heraclion: vocatur ab alijs aphron.*) Elegantior est vetus lectio, Alterum è syluestribus genus heraclion vocatur, ab alijs aphron. ¶ Cap. x. *Dysenteria & vomica datur ex aceto.*) Nostra exemplaria habent, Estur ex aceto. *Caput inde litum distillationem toto anno non sentire.*) Illic legitur, Caput illitum ea distillationem anno toto non sentire. Aliquãtò post pro, *Coquitur difficillimè, repositum, Coqueretur.* Refertur enim ad præcedentem particulam, Tanquam. *Hippocrates vulnarum vitia id infundi.*) Lege, Infundit. *Duritiæ omnes vel cocto, vel crudo vtiliter illini putant.*) scribo, Putauit. s. Lycus. *Cocto aut per se, aut cum malua, aut lentiscula.*) Rectius, Vel per se, vel cum malua.

In Plinii naturalem Historiam

aut lenticula. ¶ Cap. xxi. *Aculeos omnes extrahunt illita cruda, aut cum anetho pota. Decocte vero cum radice sua leporis marini venena restringunt.*) In corrupta scriptura aliter habet: *Illitæ crudæ cum nitro: potæ verò decoctæ cum, &c. Nec lapathum dissimiles effectus habet. Est autem sylvestre.*) Non hoc dicit, Lapathum herbam esse sylvestrem, sed præter fatium esse etiam aliud lapathi genus sylvestre. Quare melius legitur adiecto, &c. Est autem & sylvestre. *Folius aquosis.*) Rectius, Acutis, ut est in veteribus voluminibus. Vnde etiam oxalidem appellatam videri potest. *Oxylapathi semen lotum in aqua celesti, sanguinem prodest reuicentibus, adiecta acacia lentis magnitudine, prodest.*) Prius prodest, redundat. *Radice tantum altitudine differens, & erga dysentericos efficacis effectus, potum, ex vino.*) Veteres codices habent, Et erga dysentericos efficaci effectus, potum ex vino. Ut intelligamus hoc quoque differre à reliquis lapathi generibus, quod peculiarem vim contra dysenteriam habeat.

¶ Cap. xxii. *Sensus atque sternutamenta capitis purgat.*) Lege, Sternutamentis caput purgat. *Et vuluarum conuersionem suffitum excitat odore.*) Melius, Et vuluarum conuersione suffocatas excitat odore. *Addito exiguo oleo & salis.*) Scribo, Olei & salis. *Ruptis, conuulsis, spasmatum neruis saluare.*) Spasticis neruis, non Spasmatum. *In ouum inane succum adiicit is.*) Rectius, Addit, quam Adicit. *Fugat & odore, cominus si vratur.*) Legendum, Fugat & odore omnes, si vratur. omnes, scilicet serpentes. *Ex aqua bibitur & ad iocinerum dolores.*) Antiqui codices habent, Ad iocinerum desideria, familiari Plinio locutione. *Stomachi dissolutiones cohibet siue in cibo sumptum, siue in succo potum.* Lego, Siue succo potum. *Epiphoras cum thure & aqua, aut cum myrrha. Cum vino sedat parotidas. Cum melle, aut adipe, aut cera, stomachi solutiones, inspersum polenta modo.*) Aliter legitur & distinguitur in vetustis codicibus, Epiphoras cum thure & aqua, aut cum myrrha ac vino sedat: parotidas cum melle aut adipe, aut cera. stom. scilicet i. p. m. *Ad iocineris dolores estur cum vna passa, & ad phthisim utilissimè. Semine fiunt & ecligmata.*) Nimis sæpe in distinguendo peccatum est, maximè in his medicinalibus libris, aliquando non vno loco in eodem capite, ut in hoc ipso. Distinguendum ad hunc modum: Ad iocineris dolores estur cum vna passa. Ad phthisim utilissimè è semine f. e. ¶ Cap. xxiii. *Prodest vesica cum vino leni, & sceminarum mensuris.*) Lege addendo, P. v. c. v. leni, & sceminarum mensuris. ¶ Cap. xxiiii. *Sed ante discessum ab hortensibus.*) Elegantius, sed discessuri ab hortensibus, vnam compositionem ex his clarissimam subtexemus.

EX LIBRO VIGESIMO PRIMO. CAP. III.

Quin & vocabulum ipsum tarde inde communicatum est.) Inde, superfluit. ¶ Cap. iiii. *Calare eos primum instituit P. Claudius.*) Malo veterem scripturam: Primus instituit. *Qui coronam, ipse pecuniæ eius, virtutis ergo arguitur, quam serui equiue meruissent, Pecuniam partam lege dicit, nemo dubitauit.*) Verba Plinij, quibus duodecim tabularum legem interpretatur, restituiimus ex fide archetyporum. Quam serui, equiue meruissent, pecunia partam lege dici, nemo dubitauit. Videlicet quia serui ipsi, & equi pecunia parantur. *Ingensque & his seueritas.*) Hinc, non His. *P. Mutianus, cum demptam Marfyæ.*) Munatius, scribi debet. *Cuius luxuria noctibus coronatum Mar-*

fyæ, literæ illius describunt.) Antiqua exemplaria habent: Literæ illius dei gemunt. Apparet ironiam esse. *Florum quidem P. R. honorem Scipioni tantum adhibuit. Suario cognominabatur, propter similitudinem suary cuiusdam negotiatoris.*) Pro, Adhibuit, lege Habuit, pro Suario Serapio. nã idem nomen fuit negotiatori. *Huius fit mentio & libri 7. cap. 12. Nec ei fuit in bonis funeris impensa.*) Verus lectio, Nec erat in bonis. Leuius hoc, fateor: sed cum videam in hoc capite tam multa de industria mutata, nihil dubito, quin hoc quoque mendum eidem debeamus, cui cætera. Sequenti versu est, *Quaque præferabatur, non, Quaque parte fer.* Et aliquanto post pro *Quod nocere non capiti, legendum, Quæ nocent.* Quoniam & in hoc est aliqua valetudinis portio, in potu atque hilaritate præcipue, odorum vi surripiente fallaciter solertiam. Nanque scelerata Cleopatra, apparatu belli Actiaci gratificationem ipsius reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, fertur ab ore eius lusisse extremis coronæ floribus, veneno illitis. *Ipsaque capiti imposta &c.*) Egregie hoc loco adiuuerunt nostra exemplaria, in quibus ita legitur, In potu, atque hilaritate præcipue odorum vi turpente fallaciter, scelerata Cleopatrarum solertia. Nanque apparatu belli Actiaci gratificationem ipsius reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, fertur pauore eius lusisse, extremis coronæ floribus veneno illitis, ipsaque capiti imposita. Est autem perquam familiare Plinio, septimo casu orationem claudere. *Quis istas timeret insidias?*) Nihilo peior erat vetus lectio; *Quis ita t. i. Adeo mihi, si possim sine te viuere, occasio & ratio adest.*) Rectius ironice, Occasio aut ratio deest. ¶ Cap. iiii. *Contra genera eius nostri fecere.*) Contra, redundat. *Vilissimum vero plurimis, sed minutissimis, spermoniam.*) Pro Spermonia emendati codices habent Spineolam, à spinis denominatam, quemadmodum in alio genere Coroneola à coronis nomen traxit. *Pangæus nanque mons in vicino fere est.*) Lege, Pangæus mons in vicino fert. *Negauit centifoliam in coronis addi.*) Antiquior lectio est, In coronas addi. *Quæ Gracula altera est.*) Vetus lectio, Quæ è Græcis altera est. ¶ Cap. v. *Nec vllis florum excelsitas maior.*) Melius, Nec vlli. *Ita odor colorque duplex, ut alius calycis, alius staminis.*) Non malè verus, Et alius calycis, alius staminis. nam ita ad præcedentia refertur. *Inuenta est in his & ratio inserendi.*) Rectius, Inuenta est & in his. *Mense Martio macerantur, ut colorem accipiant.*) Magis placet, Percipiant ac si dicat, ut colorem perbibant. ¶ Cap. vi. *Calathiana munus autumnæ, cæteris veris.*) Scribo, Cæteræ veris. *Vincit numero foliorum marinam quinque folia non excedentem.*) Quid opus repetere, Folia? satis erat, quinque non excedentem. *Foliorum exilitate usque in fila extenuata.*) In antiquis voluminibus legitur, Attenuata. *Prima nobilitas Cilicio croco.*) Croco, aut scriba addidit, aut interpres aliquis inter prælegendum. Sicut paulò post: *Gaudet calcari & asteri pede.*) Pede, non est in manuscriptis. ¶ Cap. vii. *Troianis temporibus ei iam erat honos. Et hos certe flores Homerus treis laudat, loton, crocon, hyacinthum.*) Rectior lectio: Troianis temporibus iam erat honos ei. Hos certe flores &c. Dicit aliquis, leuicula sunt ista, nec annotatu digna. Hunc ego rogabo, ipse æquò animo ferret huiuscemodi leuicula in suis scriptis à librariis deprauari. At multo plus religionis debetur veterum monumentis. *Omnia autem verno tempore acrior, & matutinis: Quicquid ad meridianas horas diei vergit, hebetatur.*) Verior lectio vetus: Quicquid ad meridianas horas dies vergit. *Animalium*

Annotationes.

Nullum odoratum, nisi de pantheris quicquam dictum est, si credimus.) Verus lectio: Nisi de pantheris quod dictum est, credimus. Dixit autem hoc libr. 8. cap. 17. rametli quidam illic odorem in colorem deprauauerant. *Vt irin atque saluincam, & quāquam nobilissimi sit odoris vtraque.*) Lego, Quāquam nobilissimi sit odoris vtranque. *Proxima in Macedonia, longissima hæc & candicans. Et ex illis tertium locum habet Africana.*) Lege & distingue, Longissima hæc, & candicans: & exilis. Tertium l. h. *Pannonia hanc gignit & Norica.*) Scribo, Norici. alioqui Noricum dicendum erat, sicut Illyricum. *Superque cætera ad famam etiam dignitatis.*) Legendum, Ad famam etiam ac dignitates. ¶ Cap. viii. *In quibus unguenta vicisse naturam gaudent. Luxuria vestibibus quoque prouocauit eos flores, qui colore commendantur.*) Hæc verba non deprauauerunt modò homines insulsißimi, verum etiam partem eorum reuulsam præcedentis capituli fini assuerunt. Scribendum, In quibus unguento vicisse naturam gaudens luxuria, vestibibus quoque, &c. *Paria nunc componuntur, & natura atque luxuria depugnante.*) Lege, Depugnant.

¶ Cap. i x. *Folia smilacis & edera in coronameta se dedere, coronaque earum obtinent principatum.*) Hanc tam ingeniosam deprauationem mirum ni professor aliquis excogitauit, dum diuinare mauult, quàm ad archetypa recurrere. Vera lectio aliud sonat: Folia in coronamētis smilacis & edera, corymbique earum obtinent principatum. *Quia nostris maiore ex parte nomen dare iis defuit cura.*) Non minor priore hic error, utcunque sensus manet. Plinius enim longè aliis verbis vsus est: Quia nostris maiore ex parte huius nomenclaturæ defuit cura.

¶ Cap. x. *Non durante Attico thymo, nisi in afflatu maris seratur.*) Seratur, superuacaneum verbum est, natum ex vltima litera maris, & prima dictione sequentis orationis, Erat. *Abrotonum iucundi odoris est, & grauis. Floret æstate.*) Elegantius, Abrotonum odore iucundè graui floret æstate. *Alfiosa enim admodum sunt, & Sole nimio læduntur.*) Hic particulam necessariam, per incuriam librariorum omisitam, denuo adiecimus: Et Sole tamen nimio læduntur.

¶ Cap. xi. *Eruiitur post æqu noctium, vernum radicitus, siccatũque ad Lunam x x x. diebus, ita lucens noctibus.*) Lege, Erui, sicari, lucere: quòd hæc omnia ex commentariis Democriti, referantur. Sequitur enim, Magos Parthorumque reges uti hac. *Et in Italia quidem, ut diximus post rosam.*) Satis erat, In Italia quidè. Coniunctio hinc addita vitiat sermonem. *Cæterum hyacinthus maxime durat.*) Lego, E cæteris hyacin. m. d. *Sed hacta, si deuulsa crebro, prohibeatur in seminibus.*) Legendum, Prohibeatur in semen abire. Attestantur vetera exemplaria: & alioqui ex illis verbis nullus sensus elici potest. *Alterum candidius, qui ferè nascitur ad tumulos.*) Rectius, In tumulis.

¶ Cap. xii. *Hospitalia vicus abluitur Pado.*) Melius, Alluitur. ¶ Cap. xiii. *Nos tamen trademus, qua comperimus. Herba est alba, vexatio quidem iumentorum est, sed præcipue caprarum, appellata ægolethron.*) Antiqua scriptura potior: Nos trademus, quæ comperimus. Herba est ab exitio & iumentorum quidem, sed præcipue caprarum, appellata ægolethron. *Huius flores concipiunt noxium virus, aquoso vere marcescente.*) Lege, Marcescentes. *Aliud genus in eodem Ponti situ viget, ex annona mellis.*) Codices vetusti longè aliud habent: Aliud genus in eodem Ponto gente Sannorum mellis, quod ab infania, quam gignit, mænomenon appellant. Hi sunt, quos posterior ætas Tzanos vocauit, Laxis conterminos. Vtraque Colchica gens fuit in clientela fidèque

Constantinopolitani Imperatoris. *Et in Mauritania Casariensi, Getulia contermina Massylis.* Emendatior lectio: & in Mauritania Casariensis Getulia, contermina Massylis. Nam & Getuli, & Massæuli hanc prouinciam incolebant, quod ipse Plinius supra docuit. *Remedium aduersus has utique non differendum.*) Lege, Remedio, non Remedium. De quo loquendi modo iam supra capite tertio monui. ¶ Cap. xiiii. *Circunlini aluearia simo bubulo utilissimum. Operculum à tergo esse ambulatorium, ut properatus intus sit prosper. Si magnus sit uterus alueariis, prouentus autem sterilis, ne operandi desperatione curam abiciant, id paulatim reduci oportet, fallente operis incremento.*) Huius lectionis absurditas magis detegetur, collata ad germanam lectionem, quam ex fide veterum codicum restituimus ad hunc modum. Circunlini alueos simo bubulo utilissimum: operculum à tergo esse ambulatorium, ut proferatur intus, si magnus sit alueus, aut operatio sterilis, ne desperatione curam abiciant, id paulatim reduci, fallente operis incremento. *Post has Corsica quoniam ex buxo sit, & habere aliquantam vim medicaminis putatur.* Lege, Quoniam ex buxo fit, habere quandam vim m. p. *Inde ligulis eligunt florem, id est, candidissima queque: transfunduntque in vas, quod exiguum marine habeat frigida.*) Toties expertus fidem veterum codicum, ne hinc quidem ausus sum ab eis discedere. Illi pro Eligunt, habent hauriunt. Item, quod exiguum frigida habeat. *Siccant Sole, Lunaque hoc enim candorem facit, si sic siccantur. Et ne liquefaciat, protegunt tenui linteo.*) Melior vetus lectio, siccant Sole, Lunaque. hæc enim candorem facit. siccantes, ne liquefaciant, p. t. l.

¶ Cap. xv. *Maximeque Ægyptus, frugum fertilissima, sed ut sola iis carere possit.*) Non parum detraxit elegantia, quisquis hinc particulam Quidem, detraxit. Legendum enim, Frugum quidem fertilissima. *Hanc à Nilo metunt.*) Scribo, E Nilo. *Foliis latissimis, etiam si arboreas comparentur.*) Rectius, Arboreis. *Scandix, come, ab aliis tragopogon.*) Vetus lectio. Scandix, quæ ab aliis tragopogon vocatur. *Syluestrium duæ species. Vna mitior est simili caule, tamen rigido, itaque & colu antiquæ mulieres utebantur, exilis, quam quidam atractylida vocant.*) Legendum, Itaque & colu antiquæ mulieres utebantur ex illis, quare q. a. v.

¶ Cap. xvi. *Et ex diuerso stans anchusa, inficiendo ligno ceris que apta. Est autem mitior iis anthemis, & phyllantes, anemone, & aphace.*) Lege, E diuerso stant, anchusa inficiendo ligno cerisque radice apta, & è mitioribus anthemis, & phyllanthes, & anemone, & aphace. Sic enim melius quadrabit ad præcedentia. ¶ Cap. xvii. *Perdicio, quam & Æolia & Ægyptij edunt, nomen dedit auis.*) Verior lectio: Perdiciura & aliæ gentes quàm Ægyptij, edunt. Suprà dixerat, Ægyptios præ cæteris gentibus herbis vesci: nunc dicit, perdiciura herbam etiam aliarum gentium cibum esse. *Iulio mense secari iubet.*) Lege addendo, Iulio mense toto secari iubet. ¶ Cap. xviii. *Iunio mense eximi, ante Iulium medium præcipiens.*) Melius, Iunio mense eximi ad Iul. m. p. *Vsus ad nassas marinas, vitilium nexus elegantium.*) In antiquis codicibus tantum est, Vitilium elegantiam. *Quāquam professus efficacissimum esse aduersus calculos. Eo factas feminas quidem abortus facere non dubitat.*) Syncera lectio, Quāquam professus efficacissimum esse aduersus calculos, eo fouet. *Fæminis quidem abortus facere non dubitat. Largiori tanta vis expellit eas.*) Legendum, Largiori tanta vis, ut expellat eas. *Laudatissimus ex Nabathæa iuncus.*) Non erat opus hinc repetere, Iuncus. ¶ Cap. xix. *Ita ut a ba*

In Plinii Naturalem Historiam

lineis inarescant corpora.) Scribo, Inarescant corpori. *Lienique & ruptis vullis profunt: & menstruis feminarum in vino decocta: Impositaque cum melle neruis præcis medentur. Contra lichenas & lepras, & surfures in facie emendant.*) Lege, & distingue. Lienique & ruptis vullis profunt, & menstruis feminarum. In vino verò decoctæ, impositæque cum melle, neruis præcis medentur. Lichenas, &c. ¶ Cap. xx. *In hunc locum dilata, cum disputaremus de peregrinis arboribus.*) Vetusta exemplaria tantum habent, Dilata in peregrinis arboribus, id est, in mentione peregrinarum arborum. *Sistit purgationes mulierum. Nardi verò eius, quam Phu eodem loco appellauimus, &c.*) Antiqua scriptura melius: Sistit purgationum mulierum impetus. Eius verò, quod Phu eodem loco appellauimus, & reliqua. *Crocum cum melle non soluitur.*) Cum, redundat. Sequenti versu pro vino & aqua, lege, Vino aut aqua. *Collyrio vni etiam nomen dedit. Dentientibus præcipua est, & tussientibus.*) Scribo, Dentientibus præcipue. *Partem eius seruantium, & quarundam aliarum herbarum: sicuti plantaginis, substituentium, si parum mercedis tulisse sese arbitrantur. Rursusque vt plus operis acquirant, p. e. q. f. e. l. i.*) In corrupta lectio etiamnum durat in vetustis codicibus manu descriptis: Partem eius seruant, & quarundam aliarum herbarum, sicuti plantaginis: si parum mercedis tulisse se arbitrantur, rursusque opus quærunt, partem eam, quam seruauere, eodem loco infodiunt: credo vt vitia quæ sanauerint, faciant rebellare. *Ciet menstrua: & si cruda detur, hydropicorum aquam sistit.* Sistit, verbum superfluit. nam Ciet ad vtrunque refertur. ¶ Cap. xx i. *Coxendicibus imponitur cum vino. Articularibus morbis triu obolorum pondere, &c.*) Lege addendo non pauca verba: Coxendicibus imponit, & articularibus morbis, & luxatis, tritum ac lanæ inspersum ex oleo. Dant & potionem articularibus morbis t. o. p. *Præterea putant usu eius quandam datam gratiam iis veneremque conciliari.*) Hæc dictio Datam, superflua est. Coquitur panis cum farina ordeacea. Lege, Concoquit panos. ¶ Cap. xx i i. *Mouet & narium sternutamenta. Aridum, non Narium.* ¶ Cap. xx i i i. *Imposita hulcerum facit stipticam vim.*) Scribo, Hulcus facit septica vi. id est, corrosiua. ¶ Cap. xx x i. *Vt radice eius propius admota soporetur, illam sopore enecante vim earum.*) Sic scilicet Plinius loqui solet. Scribo, Soporetur illa sopore enecans vis earum. ¶ Cap. xx x i i. *Nec de cnico siue atractylide verbosius disputetur. Ægyptia herba est, & magnum contra venenata animalia præbet auxilium.*) Hanc sententiam Plinius aliis extulit verbis, quàm quæ in vulgatis leguntur editionibus: Nec de cnico, siue atractylide verbosius dici par esset, Ægyptia herba, ni magnum contra venenata animalia præberet auxilium.

EX LIBRO VIGESIMO SECVNDO.

CAP. II

IAm verò infici vestes scimus admirabili succo. Fucos, non Succo. *Stans & in sicco carpit, quo frugi mundos exculpit usu alioquin fulgentis. Instrui luxuria poterat certè innocentius.*) Pro Vsu alioquin fulgentis, antiqua scriptura habet: His alioqui fulgentibus instrui poterat luxuria certè innocentius. *Et in sacris legationibus quàm verbena.*) Quàm redundat. ¶ Cap. i i i i. *Vlli nisi ab vniuerso.*) scribo, Nulli nisi ab vniuerso. distinctione etiam mutata. ¶ Cap. v. *Donatus est ea L. Sicinius.*) L. Siccius, legen-

dum, vt etiam supra libro octauo monuimus. *Hic Decius postea Consul, & imperio & collegio se pro victoria deuouit.*) Lege: Hic Decius postea se Consul, Imperioso collega, pro victoria deuouit. Intelligendum de Manlio Imperioso. ¶ Cap. v i. *Ipsè tamen obsessus in toto orbe proscripius. Hæc corona Sertorio etiam cessit.*) Vera lectio: Ipse tamen obsessus in toto orbe proscripius, hæc corona Sertorio cessit. Notum est ciuile bellum Sertorianum, in quo præcipua fuit opera proscriptorum à Sylla. *Cohortibus seruatis, totidemque ad eas seruandas e ductis.*) Lege addendo, Tribus cohortibus seruatis. *Quod & statua eius in foro suo Diuus Augustus scripsit.*) Adscripsit, non Scripsit. *Addidere videndi pretia delicia luxu(que.) Pretio non Pretia. Aliorum banc operam esse credimus.*) Vetus lectio: Aliorum hanc operæ credimus. *In quibus ipsius prouidentiam natura.*) Melius, In quibus ipsis, scilicet aculeatis. ¶ Cap. x i. *Hæmorrhoidæ quoque & dysenteria infusa.*) Scribo, Hæmorrhagiæ. ¶ Cap. x x i. *Imposita verò herba, aut inde omnino respersum, protinus mori.*) Antiqua scriptura: Aut vda omnino respersum. Sequenti versu lege addendo: *Vel si herba ipsa. Infantes quoque hulcerati.*) lege, Exhulcerati. ¶ Cap. x x i i. *Constat bulbos eius cum ptisana decoctos aptissime mederi.*) scribo, Aptissime dari. *Folius in quocunque morbo decoctis magis medici vtuntur.*) Legendum, Ferè in quocunque. De bulbis enim accipi debet, non de foliis. *Vtrunque prodesse dysentericis & exhulceratis.*) Melius, etiam exhulceratis. hoc est, etiam si sit dysenteria cum exhulceratione intestinorum: quod sanè periculosius est. *Contra sanguinem tauri demonstrant succo eius vti.*) Paulò elegantius videtur: *Demonstrat succum eius. Optimus quidem ex iis cibi.*) Vetus lectio magis placet: *Optimi quidem hos cibi. vt cum præcedentibus cohæreat. Si enim caligaris clauus, si ferri vel chalybis aliqua rubigo.*) In veteribus tantum est. *Ferrive aliqua rubigo.* ¶ Cap. x x i i i. *Communes in omni eorum genere obseruationes.*) Illic legitur, in omni eo genere. *Item hyeme quàm æstate vtilius, verum tamè aquam bibentibus.* Scriptura vetus, Item hyeme, quàm æstate, vtilius, & tum aquam bibentibus. *Atque ex aceto his qui coagulatum lactis sorbuerint.*) Lege, Æque ex aceto. *Qui se eadem causa præcipitavit.*) Scribo, Ea de causa. Mox est, *Coniecturam sæpius fallacem: non Sæpe.* ¶ Cap. x x i i i i. *Calefacta incitat vomitiones.*) Rectius, Inuitat. *Quem centesimum annum excedentem cum D. Augustus hospes interrogaret, quàm ratione maxime vigorem illum animi corporisque custodisset, ille respondit, Intus mulso, foris oleo.*) Ad sensum quidem nihil refert, libet tamen reponere veterem lectionem, ab audaculis temere mutatam: *Centesimum annum excedentem cum D. Augustus hospes interrogauit, quàm r. m. v. i. a corporisque custodisset. at ille respondit.* ¶ Cap. x x v. *Leuatisque siccatis pedibus mirabili modo.*) Et hic nihilo peius erat antea, *Mirabilem in modum. Ad iocineris dolores eam in postea positam concoqui opus est.*) Veteres codices melius: *Eam cum postea concoqui opus est. Que à farina hordei distat, eo quod torretur. Ad stomachum vtilis.*) Antiqui codices, A farina hordei distat eo quod torretur, ob id stomacho vtilis. *Datur tepida sorbenda efficaciter prodest.*) Lege: Datur tepida sorbenda efficaciter. *Peculiariter tamen longo morbo ad tabitudinem reductis.*) Emendatâ exemplaria habent, Ad habitudinem reductis. vt de hectieis intelligatur. *Neruorum doloribus & aliis feruens in sacco ponitur.*) scribendum, Imponitur. *Amplius hoc oculis imponitur.*) Melius est. Hoc amplius oculis imponitur. *Et per se dra-*
chm.

Annotationes.

hinc pondere exinaniunt.) Lego, Exinanit. f. granū. *Quoniam in aluo non tumesceret.*) Vetus, Intumesceret. *Sequantia amyli cum ovo & passis tribus.*) Antiqua lectio, Cū ovo & passis tribus ouis. Mox est *Auenacea farina*, non *Auenæ farina*. *Sitanius, hoc est trimestris.*) Scribe, Hoc est è trimestri. f. frumento. *Et vini, in saccis additus.*) Rectius, In saccos additus. *Fabulium etiam siliquarum cinis.*) Scribo ex veteri exemplari, Siliquarumque. Nec redundat coniunctio, quando fabalia hinc substantiua vox est, vt alibi quoque apud hunc ipsum autorem. *Sed si largius sumatur, aliud soluitur.*) sed, superfluit. *Horrorem tertiana & quartana minuere traditur.*) Vetus lectio: Minuere creditur. Refertur enim hoc ex vulgi opinione, non ex auctoritate medicorum. *Maculis ex toto corpore emendat.*) Particula Ex, superuacanea est. *Aqua decoctum perniones & pruritus sanat.*) Decocti, non Decoctum. *Si verò ad mellis crassitudinem decoquantur satini.*) Adde necessariam particulam Vel. Decoquantur vel sariui. Suprà enim dixit syluestres efficaciores esse. *Si verò caelesti aqua decoquantur succus ille smegma fit.*) Discoquantur, non decoquantur, sequenti verliu verbum Solent, redundabat. *Item fistulis, cum axungia veteri, ne intus addatur.*) lege addendo, ita ne intus addatur. *Nascitur inter vitia segetis auena Græca genere.*) Græcæ, superfluit. *Estur & per se, & in patinis cum tenera est recocta.*) Posterius Et redundat.

EX LIBRO VIGESIMO TERTIO.

CAP. I.

Et ad expiationem sanguinis quoque adhibent non ultra gargarizationes.) Quid faciunt gargarizationes in expiatione? Legendum igitur, Ad expuitionem sanguinis, qua laborantes hæmopticos Græci vocant. *Ideo & purgationibus ancipitem temperant.*) Putant, non Temperant. Error natus est ex geminatione præcedentis syllabæ. *Huius enim colorem nigrum esse diximus, cuius asparagos similes Diocles prætulit veris asparagis.*) Vetus lectio: *Huius enim nigrum esse diximus.* Asparagos eius Diocles p. v. a. *Offa infracta efficacius extrahit, quam supradicta.*) Plinius scripsit, Vel efficacius, id est, efficacius etiam. *Aiunt, si quis in villa eam extruxerit, fugere accipitres, tutasque fieri aues villaticas. Aliter eadem in iumento hominèque phlegma aut sanguinem qui creatur, talos circumligata sanat.*) Hostibus eueniat ita tractari, vt hinc Plinius tractatus est. Equidem peruelim discere, quanam ratione radices extruantur apud istos deprauatores, vt ne cætera portenta exagitem. Præstat enim synceram indicare lectionem, ex archetypis erutam: Aiunt, si quis villam ea tinxerit, fugere accipitres, tutasque fieri villaticas alites. Eadem in iumento hominèque phlegma aut sanguinem, qui se ad talos deiecerit, circumligata sanat. *Quod sunt candida, aut nigra, aut inter vtrunque alia ex aliis, in quibus vinum fiat, alia ex quibus passum.*) Emendata lectio: Aut inter vtrunque, aliisque ex quibus vinum fiat, alia ex quibus passum. Albana neruius vtiora. *Stomacho minus que sunt dulcia, vel austera Falerna vtiora.*) Lege, Austera vel Falernovtiora. *Somno verò ac securitatibus iam dudum hoc fuit.*) Sic enim legendum ac distinguendum, sublata dictione Accommodatum, quæ redundabat. *In sanguinis fluxione post excisos calculos, & omnes alias rosiones foris in spongia impositum.*) Legendum, In sanguinis fluxione post excisos calculos, & omnia alia, foris in spongia impositum. omnia alia, scilicet sanguinis fluxione. ¶ Cap. i. *Quandiu extinguatur descensionis periculum denuntians.*)

Descensionis, superfluit. ¶ Cap. i. i. *Succus eorum carbunculantibus excrescentibus circa oculos hulceribus.*) Dele, Excrescentibus. *Nam lacrymam, quæ ab arbore ipsa distillat, Æthiopicæ maxime olea, mirari satis nõ est. Reperti sunt, qui dentium dolores illinendos censerent, venenum esse prædicantes.*) Hic vna oratio, praua nescio cuius industria, in duas dissecta est. Legendum enim coniunctim, Nam lacryma, quæ ex arbore ipsa distillat, Æthiopicæ maxime oleæ, mirari satis non est repertos qui dentium dolores illinendos censerent. Non enim lacrymam ipsam miratur, sed eorum potius temeritatem, qui tam ancipiti remedio vt non dubitarent, cum etiam ipsi venenum faterentur. In fine cap. legendum, *Cum decocto lupinorum, non Lupino.* ¶ Cap. i. i. i. *Fauces exasperat, & venena omnia cohibet, hebetatque.*) Emendatior lectio: Et venena omnia hebetat: absque verbo Cohibet. *Cum pari portione mellis ac opij.*) Lege Mellis ac apni. *Ceterum inners & graue sapore corpori.*) Dele seperfluam vocem, Corpori. ¶ Cap. v. i. *Expeditur in grauidarum malacia, & quoniam gustatu moueat infantem.*) Lego Expeditur grauidarum malaciæ, quoniam g. m. i. *Cytinus vocatur à Græcis.*) Satis erat, Vocatur Græcis. Tales præpositiones sexcentas de suo adiecerunt castigatores. ¶ Cap. vii. *Quoniam sudantia huius cibi opera corpora refrigescunt.*) Scribendum, Perfrigescunt. *Folia eius trita illita hæmorrhoiam sistunt.*) Lege, Hæmorrhagiam. *Post additur omphacij aridi pondus sextariorum duorum, aut myrrhæ sextarij vnus. Sed hæc simul mixta vel trita, miscentur decocto.*) Hic sextarij pro denariis sunt suppositi, vt indicant vetusta exemplaria, in quibus sic legitur, Post additur omphacij aridi pondus x. duorum, aut myrrhæ x. vnus, croci x. vnus. Hæc simul trita miscentur decocto. ¶ Cap. ix. *Lenius succo oleum est ex eodẽ myrto, & vinum quo nunquam inebriatur.*) lege addendo, Lenius & vinum. *Et foliis crematis vtuntur & succo decocto.*) lege, Et succo & decocto.

EX LIBRO VIGESIMO QUARTO.

CAP. I.

Similis vis Rhodie Cretæ, & argille nostratis concordia valentium. Pix oleo extrahitur.) Hæc dictio concordia, nouam orationem incipit, hoc modo, Concordia valent, cum pix oleo extrahitur, quãdo vtrunque pinguis naturæ est. ¶ Cap. i. i. i. *Emollit, discutit humore siccatur strumas.*) lege, Emollit, discutit tumores, siccatur strumas. *Hulcera commanducata imposituque optime sanari.*) Scribo, Commanducato impositoque. ¶ Cap. v. *Defuncta corpora incorrupta conseruat.*) Vera lectio, Incorrupta auis seruat. De hac locutione & suprà libro xvi. monui. ¶ Cap. vi. *Chamæpitys Latine aiuga appellatur, diciturque propter abortus.* Vetus & syncera lectio, Chamæpitys Latine abiga vocatur propter abortus. Abiga ab abigendo partu, aiugæ cum abortu nihil est commune. ¶ Cap. viii. *Ita vt puero quinque folia tribus cyathis dentur.*) Rectius, Diluantur, quàm Dentur. *Acetu radix contusa iocinoris doloribus vtillissime imponitur.*) Lege, Efficacissime imponitur. ¶ Cap. ix. *Grauis quidam autor in medicina, virgam ex eadem fractam, &c.*) Antiqua scriptura, Grauis autor in medicina, virgam ex ea defractã. Ac mox: *Vulgus infelicem arborem eam appellat, non, Infelicem eam, arborem.* ¶ Cap. xi. *Erythrodanus, quam alii creuthodanum vocant.*) lege addendo, Alia est erythrodanus. *Tingentibus & radicularamos præparat.*) La-

In Plinii Naturalem Historiam

nas, non ramos. *Gummi genera diximus.*) Lege, Gummi-um. ¶ Cap. xii. *Sed & frutex humilior atque spinosus in Nisyro.*) Scribo *Æque spinosus, non Atque. Calculorumve ex vino decoctum, vel præsentaneum remedium est.*) Nisi legas, Cauliculorum ex vino decoctum: neque præcedentia cohærebunt aptè, neque sequentia. *Vel efficaciorẽ stomachicẽ præbuere.*) Rectius, Præbuerint.

¶ Cap. xiii. *His subnectemus ea, quæ Græci, &c.*) Non malè vetus scriptura, His subtexemus. ¶ Cap. xv. *Atque is nidor per infundibulum imbibitur in veterẽ tussi.*) Antiqui codices habent, Per infurnibulum. ¶ Cap. xvii. *Pythagoræ vere esse pertinax fama antiquitãsq; vindicant.*) Duæ voces, Verè esse, redundat. *Quod fecisse scimus Clemporum, cum & alia suo & nomine ederet, quis credit?*) Vetus lectio: *Quod fecisse Clemporum cum alia suo & nomine ederet, quis credat? Achæmenidon colore est electri, sine folio, nascens in Tardastilis.*) Legendum, Achæmenido colore electri, sine folio, nasci in Tardastilis. nã & hoc Democritus tradit. *Alio de his aptiore dicturus loco.*) Lege, Dicturis. Abundè sit dicturis. ¶ Cap. xviii. *Celebratur autem à Græcis stratiotes. Est ea in Ægypto tantum, & inundatione Nili nascitur.*) Melior antiqua lectio: *Celebratur autem & à Græcis stratiotis: sed ea in Ægypto tantum & inundatione Nili nascitur.* ¶ Cap. xix. *Qui perunctus est, si despuat ad suam dexteram ter.*) Lege: *Qui perunctus est, despuat ad suam dexteram ter. Tueturque & ab inflammationibus placat.*) Scribo: *Tueturque ab inflammationibus plagas. Decoctum ex vino gramin ad dimidias e balneis bibi iubent.*) A balneis, non E balneis. *Et cum caro unguibus excreuerit.*) Increuit, non excreuit. *Diocles difficile parientibus semen eius dedit acetabuli mensura tritum in nouem cyathis sapæ ad tertias partes bibere, ut qui biberint in calida lauarentur.*) O Grammaticum deprauatorem, cui parientes masculi sunt generis. Emendata lectio hæc est: *Diocles difficile parientibus semen eius dedit, acetabuli mensura tritum in nouem cyathis sapæ: ut cum tertias partes biberint, calida lauarentur: & in balneo sudantibus dimidium ex relicto iterum dedit, mox à balneo reliquum, pro summo auxilio.*

EX LIBRO VIGESIMO QUINTO.

C A P. I.

Ipsa quæ nunc dicitur herbarum claritas, medicine tantum gratia gignente eas tellure. Satis erat dixisse, Medicine tantum gignente eas tellure. Gratia, doctulus quispiam de suo adiecit. *Tantum ab excogitandis nouis, ac adiuuanda vita mores absunt: summumque opus ingeniorum diu in hoc fuit, &c.*) Codices vetusti, Iuuanda, habent non adiuuanda: & Diu iam hoc, non Diu in hoc. *Omniumque vitam clariorem fecere cognominibus herbarum.*) Illic legitur, Omnium utique vitam. ¶ Cap. i. *Pompeius Lenæus, Magni Pompeij libertus.*) Pompeij, non additur in emendatis exemplaribus, nec refert addidisse: satis est, Magni libertus. *Atque subscribere effectus.*) Deest vna particula necessaria. Legendum, *Atque ita sub.e. Verum & pictura fallax est ex coloribus tam numerosis, præsertim in æmulatione naturæ, multumque degenerat transcribentium sors varia.*) Rectior est antiqua scriptura, *Verum & pictura fallax est, & coloribus tam numerosis, præsertim in æmulatione naturæ, multum degenerat transcribentium sors varia. Atque effigie quidem indicata, & nudis plerumque nominibus defuncti.*) Scribo, Aliqui ne effigie

quidem indicata, & nudis plerumque nominibus defuncti. *Durat tamen tradita persuasio in magna parte vulgi, veneficiis & herbis id cogi, In eo nanque fœminarum scientiam præualere.*) Malo veterem lectionem, Veneficiis & herbis id cogi, eamque num fœminarum scientiam præualere. Sic enim interdum hac paretica particula Plinius vitur, vt supra 22. libro, 24. capituli initio, Eam quoque num, quam lamium inter genera earum appellauimus. Sic enim eo loco legendum indicauimus. *Vulgus castigatorem, quicquid rarum est, pro deprauato damnat, suoque mox arbitrato mutare sibi permittit. Ea deinde lectio passim recipitur, etiam summis in literis viris talia vt minutiora dissimulantibus. Hinc fit, vt sexcentis locis apud autores Latinos Etiam nunc, suppositum sit pro Etiamnum, aduerbium pro coniunctione, quamuis hoc ipsum Etiam nunc, Latine dicatur, sicut Hodieque, sed per se non suo loco positum reperitur, idque deprauatorum (vt dixi) opera. Multique Circeios agros, ubi habitauit illa.) Agros, redundat, nec est in antiquis exemplaribus. Sunt enim Circeij oppidum in Latino maritimum, & antiqui Latij finis. Tum etiam cum rigaretur Ægyptus illa, non tamen esset, postea fluminis limo inuecta.) Incorruptior est vetus lectio, Cum etiam, quæ rigatur, Ægyptus illa non esset, postea fluminis limo inuecta. Tantum enim Ægypto, aggerente Nilo accessit, vt Pharos insula, quam Homerus ætate sua vnus diei cursu à continente abesse scribit, postea litorali vrbi Alexandriae ponte iungetur. Inde & plerosque video existimare.) Lego addendo, Ita video existimare. *Sed quare nunc non plures noscantur cause? nisi quod eas agrestes literarumque ignari experiuntur, utpote qui soli inter illas viuunt.*) Et hic vetus potior, sed quare non plures noscantur, causa est, quod eas agrestes literarumque ignari experiuntur, vt qui soli inter illas viuunt. *Vt radicem syluestris rosæ: quam cynorrhodon vocant, blanditam sibi aspectu pridie in fructeto, mitteret filio bibendam in lacte. In Lusitania res gerebatur, Hispania proxima parte.*) Atqui Lusitania remotissima est à Roma, non proxima. Recurrendum est ad archetypa, ubi sic legitur, *Vt radicem syluestris rosæ, quam cynorrhodon vocant, blanditam sibi aspectu pridie in fructeto, mitteret filio bibendam. In Lacerania res gerebatur, &c.* Nunc probè quadrant omnia. Est enim Lacerania regio Pyrenæo vicina, in ea citerioris Hispaniæ parte, quæ prima se Roma venientibus offert. Deprauator ex In Lacerania fecit, in lacte, idque præcedentibus verbis pro sua sapientia attexuit. Eadem autoritate regioni nomen aliud, quod tum libitum est, finxit, nec religione vlla erga veterem monumenta, nec lectorum respectu, quos opinor omnes pro fungis habuit. Et talium operam typographi nonnunquam ampla mercede conducunt, ne non habeant similes labra lactucas. *Alius est, quem nos in priori volumine eiusdem nominis diximus.)* Legendum, Alius est, quam quos in p.v. Tria enim dracunculi genera monstrauit cap. 16. *Aliudque miraculum excuntis e terra.)* O temeritatem! quorsum attinebat priorem lectionem mutare, *Exerentis se terra? Sed bellè pensatum est damnum scilicet, mox scribendo, In terram se condentis, pro In terram condentis.* ¶ Cap. iiii. *Stomacacem medici vocabant, & sceletyrben. Ei malo reperta auxilio est herba. Haud multo minus detrimenti accepisse bonos libros, dum confunditur lectio ineptis distinctionibus, quam dum deprauatur, cū alijs innumeris hic quoque locus, & qui proxime**

Annotationes.

ximè sequetur, testes esse possunt. Non solum enim sensus obicuratur, quoties aliquid perperam distinctum est, sed etiam deprauandi occasio vix aliunde sapius contingit. Veterum codicum lectio talis est: Stomacacen medici vocabant & sceletyrben ea mala. Reperta, &c. *Miror quidem, quæ nominis esset causa, nisi forte confini Oceano Britannia velut propinquam dicauere. Non enim inde appellatam eam, quoniam ibi plurima nasceretur, certum est. Etiam tum libera Britannia fuit quidem. & hic quondam ambitus, nominibus suis eas adoptandi.*) Sequamur & hic archetypa vetera, & statim multum lucis accedet: Mirorque nominis causam, nisi fortè confines Oceano Britannia, velut propinquæ, dicauere. Non enim inde appellatam eam, quoniam ibi plurima nasceretur, certum est, etiam tum Britannia libera. Fuit quidem & hic &c. *Non fortassis crederet aliquis, cum hæc nostra friuola quoque existimentur.*) Vetus lectio melior: nunc fortassis aliquibus curam noltram friuolam quoque existimaturis. ¶ Cap. IIII. *Laudatissima herbarum est Homero teste, quam vocari à diis putant moly. Ast inuentionem eius Mercutio assignat.*) In corruptior lectio: Laudatissima herbarum est Homero, quam vocari à diis putat moly, & inuentionem eius M.a. Versu penultimo lege, Mirorque ut contra venenum, non Mirorque contra venenum.

¶ Cap. v. *Instillauit auribus surdis succum.*) Antiqua lectio, Auribus olidis. *Cum exta super eam proiecta essent, fertur adhesisse lieni.*) Fertur, redundat: pendent enim hæc à præcedenti verbo, Constat. *Cui ante omnes plebs adstans plausit.*) Stans, non Adstans. Is fuit non vulgaris honor: nam sedens in theatro plebs plurimis & ante Drulum plausit. *Antiqui radicem, cortices quam carnosissimos eligebant.*) Melius, Radicem cortice quam carnosissimo seligebant. *Turgescentemque in longitudinem fingebant.* Lege addendo: *Turgescentemque acu in longitudinem fingebat. Nunc ramulos ipsos ab radice sui grauisissimi corticis, ita dantes.*) Vetus lectio, Nunc ramulos ipsos ab radice quam grauisissimi corticis ita dant.

¶ Cap. v I. *Alteram lenem scordotin, siue scordion, ipsius manu descriptam.*) Antiqua scriptura, Alteram Lenæus, scordotin, siue cordion: ipsius manu adscriptam. *Atque in Alpibus pluribusque locis in Lycia*) Emendationes codices, Et in alpibus verò, plurimisque aliis locis. *Medicatur & omnium morbis decoctæ succus.*) Ouium, non Omnium.

¶ Cap. v I I. *Sunt qui ab Artemide artemisiam cognominatam putent, quoniam priuatim medicatur fœminarum malis.*) Antiqui codices melius, Sunt qui ab Artemide Ilithya cognominatam putent, quoniam priuatim medicatur fœminarum malis. Solenne autem erat Græcis fœminis in partu Artemidem Ilithyam inuocare, quem admodum Romanæ Iunonem Lucinam implorabant. Intelligendum igitur ab obstetrice Artemide, hoc est, Diana denominatam herbam, non à venatrice. *Vis tanta est, ut vel è longinquo succus excipitur incisæ conto. Suscipitur excipulis ventriculo hædino. Humor lactis videtur effluere. Siccatur conto. Sic thuris effigiem habet.*) Non paulo syncerior est antiquorum voluminum lectio, Vis tanta est, ut è longinquo succus excipitur. incisæ conto subditur excipulis ventriculo hædino. humor lactis videtur effluere, siccatus cum coit, thuris effigiem habet.

¶ Cap. v I I I. *Aliam quoque amplissimam, quam spartam vocant. Magna & ea commendatio, quod in ore eam habentes famem sitimque non sentiant.*) Cum dicit, Magna & ea commendatio, satis apparet quod & alium eius vulgum indicauit Plinius. alioqui Et, non habet quod con-

jungat. Quo fit, ut libenter accedam archetypis, quæ sic habent: Aliam vtilissimam ad ea quæ spasmoda vocant. Aliam, scilicet Scythicen. Certè in Indice spartanæ nulla fit mentio, ut iam nihil dubitem, diuinatoris cuiuspiam opera nouam herbam hic subito enatam Plinio ipsi ne per somnum quidem cognitam. *Et in quibus etiamnum hodie in virorum letiore conuictu.*) Emendata exemplaria habent, In numerofo & latiore conuictu. *Seruius Damocrates primus medentium.*) Rectius, E primis medentium. Leuius & quod paulò post, Ut dein in balneum descendatur in calidam, scriptum est pro, Ut deinde in balneis descendatur in calidam. *Imponitur in ipsa inflammatione, sed imminuta.*) Vetus lectio, Non in ipsa inflammatione. ¶ Cap. x. *Serpentes necat, cuiusque admota fuerit: & his torporem adfert.*) Exemplaria vetusta, Cuiusque admota fuerit feræ & hæc torporem affert. Sensus est, eam vim huic quoque therionaræ inesse, quam magicæ illi supra memoratæ, unde & nomen vtrique commune, *Ἰνεροπρην*, ac si dicas, feræ torpor. ¶ Cap. x. *Folia ei plantaginis, nisi angustiora essent.*) Vetus lectio, Folia erant plant. Sic Virg. de malo Medica, Et si non alium latè iactaret odorem, Laurus erat.

¶ Cap. x I I I. *Quoniam mala in aliis terris mandantur.*) Manuscripti codices habent, In aliquibus terris. *Hæc commanducata, si oculis subinde religetur, plumbum, quod est genus vitij, ex oculis tollit.*) Syncera lectio, Hæc commanducata si oculus subinde liniatur, plumbum, quod est genus vitij, ex oculo tollitur.

EX LIBRO VIGESIMO SEXTO.

CAP. I.

Sine dolore quidem villo, aut sine pernicie vita.) Elegantius, Sine dolore quidem illos, ac sine pernicie vitæ. *Nec nisi vsque in ossa corpus exustum esset, non rebellante tedio.*) Et hoc mollius est in manu descriptis codicibus, Ni vsque in ossa corpus exustum esset, rebellante tedio. *H S C C. elocasse in eo morbo ad curandum sese.*) Ad redundat. *Duritia rubens variis modis.*) Vetus lectio, Varicis modo. *Ad posterum verò nigrescente.*) Lege, Ad postremum. *Quid hoc esse dicemus?*) Rectius, Dicamus. *Paruum enim erant homini cetera morborum genera, cum supra ccc. essent, nisi etiam noua timerentur. Neque ipsi homines pauciora sibi opere suo negotia important.*) In emendatis exemplaribus legitur, Certa morborum genera, non Cetera. Deinde, *Neque ipsi autem,* coniunctione adiecta. Præterea, *Opera sua,* non *Opere suo.* ¶ Cap. II. *Sedere nanque in his scholis auditioni occupatum gratius erat.*) Malim veterem lectionem, Auditioni operatos, id est, operam dantes. Sic apud Nasonem, studiis operata Mineruæ.

¶ Cap. III. *Asclepiades atate Magni Pompeij Rhetorica magister, nec satis in ea arte questuosus.*) Nihilò deteriot est antiqua scriptura, Orandi magister, nec satis in arte ea questuosus. *Ambulationem, gestationesque, cum vnusquisque semetipsum sibi prestare posset intelligere. Fauentibus cunctis, ut essent vera, quæ facillima erant, vniversum prope humanum genus circumegit in se.*) Sinecra lectio ex antiquis exemplaribus repetita est hæc: *Ambulationem gestationes: quæ eum vnusquisque semetipsum sibi prestare posse intelligeret, fauentibus cunctis ut essent vera quæ &c.*

¶ Cap. IIII. *Siccentur Æthiopide Pontine paludes.*) Adde aduerbium hodie Æthiopide. Transit enim à præcis temporibus ad sua. Castigator delicatus hiatu offensus subino

In Plinii Naturalem Historiam

submouit aduerbium, vt illi quidem videbatur, superuacaneum. Nanque apud eundem Democritum inuenitur compositio medicamenti, quo pulchri bonique & fortunati gignantur liberi. *Cur nunquam Perfarum regi talis est dedita?* Præclare fanè de Plinio merentur, qui illi talem sermonem affingunt, qualis vix hoc seculo in aliquo mediocriter erudito ferri posset. Quid enim sibi volunt hæc verba, Cur nunquam Perfarum regi talis est dedita? Scribendum iuxta archetyporum fidem: Nam quæ apud eundem Democritum inuenitur compositio medicamenti, quo pulchri bonique & fortunati gignantur liberi, cur nunquam Perfarum regitales dedit? hoc est, pulchros bonos & fortunatos. Atque ita melius iam hæc oratio ad præcedentia quadrabit. *Igitur demonstratarum priore libro herbarum reliquos effectus dicemus, adiiciemusque, quas ratio dictauerit.* Elegantius: Reliquos effectus reddemus: adiiciemus, vt quasque ratio dictauerit. *Vt rumicis radix trita ex aceto illinitur.* Parum quidem ad sensum refert: malo tamen & in talibus probatorum exemplarium fidem sequi, vbi sic legitur: *Vt rumicis radix trita ex aceto illinatur. Petris tantum adherens, ut muscus.* Lege, Totum adhærens. Nam & muscus petris totus adhæret. *Proserpinaca cum muria & ex oleo trita.* Verus lectio: Cum muria ex mænis & oleo trita. Vt non ex quouis falsamento muria adhibenda sit, sed è solis mænis. ¶ Cap. v.

Condurdon herba solstitialis, flore rubro, suspensa in collo, comprimere dicitur strumas: Item verbenaca cum plantagine, digitorum vitis omnibus, & priuatim pterygiis, Quinque folium medetur pectoris vitis. Vel quod grauissimum est tussis, huic medetur panacis radix in vino dulci. In medicinalibus his libris grauiore periculo peccatur, qui tamen nihilo maiore religione tractati sunt, quam cæteri. Vel hic locus quot mendis scatet. Itaque totum retexemus nostra exemplaria sequendo: Condurdum herba solstitialis, flore rubro, suspensa in collo, comprimere dicitur strumas: Verbenaca cum plantagine. Digitorum vitis omnibus, & priuatim pterygiis quinquetotium medetur. In pectoris vitis vel grauissimum est tussis, &c.

¶ Cap. vii. *Plantago autem per se sumpta in cibo cum lente, alicæve sorbitione.* Legendum, Aut per se sumpta in cibo, aut cum lente alicæve sorbitione. *Capnion herbam qui edere, bilem per vrinam trahunt.* Verus lectio melior, Capnion, herbam qui edere, bilem per vrinam reddunt. *Radix vero consiliginis, quam nuper inuentam diximus, suum & pecorum omnium remedium præfens est. Pulmonum vitium vel traiecta tantum in auricula.* Et hîc vetus portior: Radix herbæ consiliginis, quam nuper inuentam diximus, suum quidem & pecoris omnis remedium præfens est pulmonum vitio, vel traiecta tantum in auricula. *Tripolium in maritimis nascitur saxis, vbi allidit vnda.* Alludit, non Allidit. *Cacuminibus thymo, dulcis, & sitim sedat.* Moilius est, Dulcis, & sitim sedans. ¶ Cap. viii. *Psyllium in aqua cum radicibus decoctum.* Antiqua scriptura, Psyllium in aqua: Acori radicis decoctum. Vtrobique subintelligitur verbum, bibitur, ibidem præcedens. *Nature ei, molliendi, siccandi, coquendi.* Rectius, Concoquendi. *Cochlearibus quinque additis in cyathis tribus vini.* Latinius est, In cyathos tres. Sicut mox, *In aquam mulsam addito pondere denariorum duorum. Sumitur & ecligmate ad pectoris vitalia.* Vitia, non Vitalia. *Bibi ex aqua acetabuli mensura: dimidia detrahere pituitam.* Legendum: Bibi ex aqua acetabuli parte dimidia, detrahere pituitam. *Radix eius in aqua mulsâ duodecim pondere dena-*

riorum. Nimium fanè hoc pondus esse vel cæco appareat. Lege x. duorum pondere. Errori occasionem dedit nota denarij. *Scammonium quoque dissolutionem facit.* Lege addendo, Dissolutionem stomachi facit. *Virus redolens, fuminosum lingua tactu lactescens.* Scribo, Gummosum, linguæ tactu lactescens. *Quod sit herba farina & tithymali marini succo.* Lege, erui farina. *A radice foliis pendet.* Legendum, Foliis pendulis. *Farina erui, aut fici.* Ficis, non Fici. *Foliis tussis, priore minus efficax.* Lege addendo: Fit & è foliis tuis. Semen & dentium cauis cera includitur. *Colluuntur & dentes succo radicis decocta in vino.* Verus lectio, Colluuntur & radices decocto è vino. Dentes, repetere superuacaneum est, & decocti significatio satis nota. *Et ipsum etiam in asperis nascens.* Etiam, redundat. *Ita vt sit totum acetabuli modo.* Rectius, Acetabuli modus. *Peucedani succus inflationes & ructus gignit.* Longè aliter antiqui codices: Peucedani succus inflationes, ructus gignens. nam & huc referendum verbum Discutit, quod proximè præcedit. *Datur in somnum euntibus, addito nitro seu polenta. Simul si post cibum detur.* Vera lectio: Datur & in somnum euntibus addito nitro vel polenta, si multo post cibum detur. *In vino ictericis dari atque illini, utilissimum est.* Antiqui codices: Hoc in vino enterocelicis dari. Et enterocelarum remedium huic loco magis appositè conuenit, secundum ordinem membrorum. *Itemque genitalium inflammationem.* Adde Omnem: Inflammationem omnem. *Symphyti radix illita enterocelas cohibet. Aufert & genitalium nomas hypocisthis alba.* Legendum, Symphyti radix illita enterocelas cohibet: genitalium nomas hypocisthis alba. Nam cohibet, tam ad nomas refertur quam ad enterocelas. *Præcipueque eius vsus ad stranguriam.* Elegantius absque coniunctione, Præcipui vsus. *Verum largior quoque inflationes.* Scribe, Verum æquo largior inflationes. Et sequenti versu. *Humorem trahit, non Dolorem. Vesica autem callithricon trita, similis cumino, medetur, & data ex vino albo.* Verus lectio, Trita simul cum cumino, & data ex vino albo. Nec est necesse repetere verbum Medetur, eodem versu præcedens. *Paruis è radice foliis quinis.* Melius, A radice. ¶ Cap. ix. *Plurimum remedium esset si virgo imponat.* Lege, Plurimum referre, si virgo imponat. ¶ Cap. x. *Quæ talis est, mollugo vocatur. Similis & asperioribus foliis asparago.* Scribendum, Quæ talis est, mollugo vocatur, si similis, sed a superioribus foliis, asperugo. Vt intelligas duo lappaginis genera, vtrumque à peculiari qualitate denominatum. ¶ Cap. xi. *Ramosam, & interuallis binum palmorum.* Rectius, Ramosam ex interuallis. vt binum palmorum interualla inter ramos intelligantur. *Phthysin sanat & plantaginis succus, si bibatur. Et ipsa decocta in vino cum sale & oleo à somno matutino refrigerat.* Magis placet, quod in vetustis habetur codicibus, Phthysin sanat & plantaginis succus, si bibatur, & ipsa decocta. In cibo cum sale & oleo à somno matutino refrigerat. Certè hæc lectio magis Plinium respicit: nec medicos dissenfuros puto, ad quorum tribunal hunc locum reicio, sicut & eum, qui mox subtextetur. *Quinquefolij contrita folia ex vino sumpta diebus xxx. in betonica farina pondo denariorum tredecim cum aceti scillitici cyatho.* In iisdem codicibus longè aliud legitur, & quidem rectius, quantum ego video, Quinque folij contrita folia ex vino pota diebus xxxi. Veronica fatina pondere x. trium cum aceti scillitici cyatho. *Ediuerso lethargicos excitari labor est. Hoc præstat euphorbium (vt perhibent) ex aceto naribus tactis peucedani succo.* Agnosco

Annotationes.

noico eundem, quem prioribus duobus locis, castigato-
rem: quem si offendeat soporifera vis in peucedano,
eadem opera poterat id omnino tollere, contentus eu-
phorbio suo: nunc manet idem scrupulus, neque docet,
quomodo sit euphorbium adhibendum. Syncera lectio
in nostris exemplaribus est hæc: Hoc præstante (vt per-
hibent) ex aceto naribus tactis peucedani succo. *Eru-
ptioes pituitæ emendat plantago.*) Scribo, Eruptio-
es pituitæ emendant, plantago, cyclamini radix.

¶ Cap. xiiii. *Et ad hoc amplius addo, iocineris aut lateris
transformationibus.*) Legendum, Et hoc amplius à vocis aut
lateris contentionibus. *Eristhale est flore luteo.*) Lege, E-
risthales. ¶ Cap. xviii. *Spicula sagittariorum extrahit.*)
Sagittarum, & non Sagittariorum. *Psilothrum nos quide-
m muliebribus medicamentis tractamus, verum etiam viris
in usu est.*) Antiqua scriptura: Verum iam & viris est in
usu. Cum dicit iam, significat nouum eius usum apud
viros esse, postquam mores degenerare cœperunt. *Qua
drupedum scabiem sanat hyssopum ex oleo fotum. Anginas pe-
culiariter sideritis.*) Satis apparet inepte dici, hyssopum
ex oleo fotum. In nostris exemplaribus durat syncera
lectio: Quadrupedum scabiem sanat hyssopum ex o-
leo. suum anginas peculiariter sideritis.

EX LIBRO VIGESIMO SEPTIMO.

C A P. I.

¶ *Rescit apud me certè tractatu ipso admiratio antiquita-
tis.*) Libens audirem, quidnam mouerit castigato-
rem, vt vnam particulam in ipso statim initio detrahe-
ret, sedque contra fidem archetyporum, quæ sic habent:
Crescit profectò, apud me certè, tractatu ipso admira-
tio antiquitatis. *Nunc vero Deorum fuisse eam apparet, aut
certè diuinam etiam cum homo inuenerit: eandemque om-
nium parentem genuisse hæc & ostendisse.*) In emendatis
codicibus est, Cum homo inuenerit. Ibidem coniun-
ctio geminatur, Et genuisse hæc, & ostendisse. *Verum-
etiam montes, & excedentia in nubibus iuga, pastusque peco-
rum & herbas quoque inuicem ostentant.*) Hic quoque ve-
teres codices à vulgatis editionibus discrepant: sic e-
nim in eis legitur: Verumetiam montes, & excedentia
in nubes iuga, partusque eorum & herbas quoque in-
uicem ostentante, scilicet Romanæ pacis maiestate.

¶ Cap. ii. *Hoc quoque tamen in usus humane salutis,
vertere, scorpionum ictibus aduersari experiendo aconitum.*)
Cum hæc particulæ, Hoc quoque, nihil aliud quàm aco-
niti referant, non erat opus repetere. Sed talia permul-
ta passim ex interpretum glossulis in contextum irre-
plerunt. ¶ Cap. iii. *Omnia animalia que sint salutaria
ipsi nosse ipsa, præter hominem.*) Ipsa, non est in emenda-
tis exemplaribus, sensu nihilominus absoluto. *Fas ergo
nobis erit, qui nulla diximus venenata, nunc demonstrare,
quale sit aconitum.*) Rursus illic minus est verborum ac
syllabarum, nullo tamen sensus detrimento, hoc modo:
Fas ergo nobis erit, qui nulla diximus venena, mon-
strare quale sit aconitum. Poterant videri casu aliquot
literæ omisæ, nisi toties deprehensa esset, quidlibet in
quiduis mutandi temeritas, etiam gratis, nullaque oc-
casionè inuitante. ¶ Cap. iiii. *Præter Æthiopia nascuntur, & in Ida.*) Lego, Præter Æthiopiam nascuntur
& in Ida. *Huius vetustæ nidor urinam cit.*) Scribo,
Huius vstæ nidor urinam cit. *Radice vna, ceu palo in
terra dimissa.*) Rectius, In terram demissa. *Vsus in
multis & principalis aluum soluere, cum penè sit sola medi-*

*camentorum, que per se id præstant. Confirmat etiam sto-
machum, adèò vt non infestet vlla vis contraria.*) O homi-
nem (ne quid durius dicam) malè feriatum, quisquis
hunc locum suo more interpolauit, pro elegantissi-
ma Plinij locutione suas nugas substituens! Germana
lectio hæc est: *Vsus in multis, sed principalis aluum
soluere, cum penè sola medicamentorum, quæ id præ-
stant, confirmet etiam stomachum, adèò non infestet
vlla vi contraria. Vsus eius ad collectiones inflammatio-
nèsque: quin emendat omnia que helixine.*) Pro Quin e-
mendat omnia, veteres codices habent, Et in eadem
omnia. *Ambrosia vagi nominis est, & circa alias herbas
fluctuans, fruticem vnam habens densum.*) Pro fluctuans,
lege Fluctuati, scilicet nominis: pro Habens, Habet.
Anonymos à non inueniendo nomine nomen inuenit.) Ar-
gutior est verus lectio: Anonymos non inueniendo
nomen inuenit. *Item aristogiton, in vulneribus præcla-
ra.*) Hic stupidus aliquis conatus est noua metamor-
phosi ex medico herbam facere, eique virtutes, quæ
sunt anonymi, attribuere, cum sit legendum, Aristo-
gitoni, & subintelligendum præcedens participium,
Celebrata. Quin & in Indice Aristogiton inter exter-
nos autores connumeratur.

¶ Cap. v. *Action aliqui potius arcturum vocant.*) Po-
tius, redundat. *Sed ascyron maiores habet ramos, qui ascy-
roides vocantur.*) Dele has duas voces, sed ascyron: at-
que ita lege, Maiores habet ramos, quod ascyroides
vocant. Sic enim legitur in emendatis exemplaribus,
& sic magis lectio quadrabit, quòd ascyroides herbæ
nomen sit, non ramorum. *Coma trita veluti cruenta-
ta.*) Rectius, Cruentant, hoc est, cruorem reddunt.

¶ Cap. vii. *Altea graui foliorum odore, caulibus anisi
geniculatis.*) Verus lectio, Caulibus asperis geniculatis.

¶ Cap. viii. *Trahit eadem portione secundas semine, lac
minuitur in vino aut mulla aqua pota.*) Lege & distingue
hoc modo, Trahit eadem portio & secundas. Semine
lac minuitur, in vino aut mulla aqua pota. *Cynosor-
chin aliqui orchin vocant, foliis oleæ, mollibus, ternis, paruis-
que semipedis longitudinis, in terra stratis.*) Antiqua scri-
ptura, Foliis oleæ, mollibus, ternis, per semipedem lon-
gitudinis in terra stratis. *Et albi genus chrysolachani
traditur.*) Veteres codices, Et aliud genus chrysolacha-
ni traditur.

¶ Cap. x. *Caulem habet duorum palmorum.*) Imò cu-
bitorum. loquitur enim de præonia. si quis dubitat de
fide codicum, suis certè oculis credere cogetur, si hos
modò consulere libuerit.

¶ Cap. xi. *Hippoglossa folia habet figura syluestris myr-
ti.*) Non Hippoglossa, sed Hypoglossa. Non enim ab e-
quinæ linguæ similitudine dicitur, sed quod paruum
folium, ceu lingua, de folio eius excat. *Aliqui egonichon
vocant, alij Dios pyron, alij Heracleon.*) Verulta exempla-
ria pro Heracleon habent Heraclicos, vt sit genitiuus,
quemadmodum Dios, & subaudias Pyron, ac si Latine
dicas, Iouis Herculisve triticum. *Quod & magis miror,
quoniam utilis prodatur sanguinem excreantibus.*) Legen-
dum, Quod eò Magis miror.

¶ Cap. xii. *Vis ei styptica & exulceratrix.*) Scribo, Se-
ptica, id est corrosiua, vt nunc medici vocant. Sequenti
versu scribo: *In Augustum mensem incurrente, non in Au-
gusto mense. Ergo species lymphantium hoc modo animorum
esse credimus.*) Vera lectio, Ego species lymphantium
hoc modo animorum esse crediderim. *Foliis ruta, similis
gramini.*) Antiqua lectio, Foliis rutæ, semine graminis.

In Plinii Naturalem Historiam

De Polygono, siue sanguinaria loquitur. *Mares autem semine tantum differunt, quod est incipiente oliua.*) In corruptiores codices hanc lectionem habent: Mares autem semine tantum differens, quod est incipientis oliuæ. Mares autem, scilicet partus facit, quod hinc quoque subintelligi debet. ¶ Cap. xiiii. *Folius lenticula densis, amaris, aduersis in se.*) Lege, Aduersis inter se. De trichomane loquitur. *Tragonia herba qualis sit, non traditur.*) Vetera exemplaria & hinc in contextu pro tragonia constanter habent trachiniam & in margine adnotatam: nec aliter est in primo libro, qui Indicis vicem obtinet. *Tragonis, siue tragon, nascitur in Creta tantum in insula, in maritimis.*) Paulò elegantius est: Nascitur in Cretæ tantum insulæ maritimis. *Phrygia omnino non nasci.*) Lege, Non innasci.

EX LIBRO VIGESIMO OCTAVO.

CAP. I.

¶ *Quamquam & ipsi consensu proprii iudicij ita eligere laborauimus, potiusque curæ rerum, quam copiæ, instituimus.*) Antiqui codices multò melius: Quamquam & ipsi consentu propè iudicata eligere laborauimus. Quod Plinius hinc de se prædicat, id non minus verè ipse quoque vsurpare possem, vt qui nihil magis, dum hæc tracto, præ oculis habuerim, quàm veterum iuxta atque emendatorum exemplarium inter se consensum: cuius propositi necdum pœnitet. & bona quædam spes pollicetur, candidos quosque qui Mutarum fores pulsant, hanc nostram opellam non omnino fastidituros: fierique potest, vt & illis qui iam intra adyta penetrarunt, non nihil conferat: de iis duntaxat loquor, qui Plinianæ lectionis auidi non semper vetera exemplaria ad manus habent, quò recurrere possint, quotiescunque scrupulus aliquis inciderit. *Sanguinem quidem gladiatorum bibunt, vt bibentibus populis procul sint comitiales morbi.*) Quanto melior vetus lectio: Sanguinem quoque gladiatorum bibunt, vt viuentibus poculis, comitiales morbi. *Cum e plagis hunc ne ferarum quidem admoneri ori fas sit humano.*) Scribo iuxta fidem nostrorum exemplariorum: Cum plagis ne ferarum quidem admoneri ora fas sit humana. Idque magis ad præcedentia quadrat. *Quasi verò sanitas videri possit, feram ex homine fieri. Quin morbo dignum, non ipsa medicine gratia, egregia hercule frustratione, si non profit. Aspici humana exta nefas habetur, quanto magis mandi!*) Et hinc locus est vnus è pulchrè contaminatis. Restituimus, vnde cætera, sic: Quasi verò sanitas videri possit, feram ex homine fieri, morboque dignum in ipsa medicina, egregia hercule frustratione, si non profit. Aspici humana exta nefas habetur, quid mandi? Sequenti versu, Fecisti, redundabat. *Vitam quidem non adeo extendendam censemus, vt quoquo modo pertrahenda sit.*) Syncera lectio: Vitam quidem non adeo expetendam censemus, vt quoquo modo trahenda sit. Vel ex hoc capite abundè perspicuum esse potest, & nostrum laborem minime superuacuum esse, & illos per sepe falli, qui librorum typis excusorum fiducia de veteribus manuscriptis vix vnuquam cogitant, ignari quantum sibi in præcorum monumentis conspurcandis sacrilega, publicoque odio digna, quorundam non dico amulorum, sed planè asinorum, audacia permisit: cum non rarò fiat, vt tenebrio quispiam plus mendarum in vnum aliquod boni auctoris opus ex putido suo cerebro inuehat, quàm

quantum septem alij docti viri, omni conatu admissi, perpurgare sufficiant. ¶ Cap. 11. *In titulo capituli scribitur: Ostenta & sanciri, & depelli. Extat Tuccia Vestalis incestæ precatio.*) Atqui incesti crimen falsum erat. Legendum igitur, Incesti deprecatio, Ac mox sequenti versu, *Anno vrbis, non Anno vrbis Romæ.* Nam Romæ, nugator aliquis addidit contra omnium doctorum consuetudinem. Sic dicimus, Anno ab vrbe condita, non Ab vrbe Roma. *Et omnia approbantibus dcccxxx. annorum euentibus.* Lege, Ea omnia. *Mancipia fugitiua retinere in loco precationis.*) Precatione, non Precationis. Et quod ibi statim subtexitur, *Quod si semel recipiatur, in antiquis voluminibus non malè legitur: Cum si semel recipiatur. Neque diras aues, neque vlla auspicia pertinere ad eos, qui quanque rem ingredientibus obseruare se ea negauerint.*) In emendatis codicibus non additur Aues: quibus eò libentius accedo, quòd supra in hoc ipso capite sic legatur: Quoties ipsæ diræ obstrepentes nocuerint. Et solent plerunque vculas tales affluere glossularij, longè interdum à scope aberrantes: quod & hinc factum equidem non dubito. *Quinetiam & legum ipsarum in xii. tabulis verba sunt.*) Rectius antiqua scriptura: Quid non & legum &c. Ineptè enim simul ponuntur, Etiam &c. Non pauci etiam *serpentes ipsas recantari, & hunc vnum esse ipsis intellectum.*) Aliquanto mollior est verus lectio: Et hunc vnum illis esse intellectum, quàm si repetatur, Ipsas, ipsis. *Incendio inter epulas nominato, aquam sub mensa profundi abominamur.* Quem non offendat huius lectionis absurditas? aut quis non sentiat, alteram esse synceram, quæ in impressis etiam quibusdam codicibus habetur? Incendia inter epulas nominata aquis sub mensas profusis abominamur. Aqua profusa pulchrè conuenit incendium abominantibus: at quid causæ vel comminisci possumus, cur ad incendium nominatum aquæ effusionem abominari debeamus? aut cur aquam effundi potius abominamur, quàm incendij mentionem? *Priusquam eam ipsam nominaret, alijsve ei prædiceret.*) Lege, Priusquam ipse eam nominaret. Nam Ipse, & Alius sibi inuicem opponuntur. *Carmina quedam extant contra ambusta. Quedam etiam in partus. Sed in prodendo obstat ingens verecundia.*) Antiqua exemplaria hoc loco non parum discrepant à vulgatis editionibus, Contraque morborum genera, contraque ambusta, quedam etiam experta, sed prodendo obstat ingens verecundia: vt de experimentis intelligatur, non de partibus.

¶ Cap. 111. *Hominum monstrificas naturas, & veneficos aspectus plenius diximus in portentis gentium.*) Plenius, superfluit. *Nam in insula Nili Tentyrij.*) Tentyra potius, quàm Tentyrij. ¶ Cap. 1111. *Sed & alios efficaces eius usus recognoscit vita. Ita despuimus comitiales morbos, hoc est, contagia regerimus. Simili modo & fascinationes repercutimus, sinistra dextraque claudicantis occursum.*) Primum Ita, redundat, natum ex præcedenti dictione, Vita. Deinde Sinistræ, similiter superfluit. Legendum enim, Fascinationes repercutimus, dextræque claudicantis occursum. Quæ postrema vox cum finalem litteram casu aliquo amississet, nec iam compareret alter accusatiuorum, castigator, ne nihil ageret coniunctio, de suo adiecit Sinistræ, itaque error errorem peperit, vt ferè fit, quoties absque archetyporum præsidio, ex nobis ipsis synceram lectionem addiuinare conamur, iustissima hercule frustratione, sed graui studiosorum incommodo, quibus ad hunc modum nimium sepe

Annotationes.

... eos sublinat ut. *Veniam quoque à Deis spei alicuius auctoris petimus in sinum spuendo. Etiam eadem ratione terminatur.*) Etiam, aptius præcedentibus cohæret, in sinum proprium. *Nunc mirum dicemus, sed experimento facile.*) Dele, Nunc, Sic enim magis aures ferit, atque ad attentionem excitat, Mirum dicemus: & sic fere Plinius loqui solet, nec aliter habent probatæ fidei exemplaria: quod dissimularem, ni studium esset non sensus modò suos reddere Plinio, sed verba etiam ipsa, quantum fieri potest, annumerare. *Lepræque ieiuno illi in arceri.*) Ieiunæ, non Ieiuno. Ac mox, *Marcion, non Marrion. Adiecta precatione, se vinxisse eandem & soluturum.*) Scribo & distingo: Se vinxisse, eundem & soluturum. *Ee sunt: abstinere à cibo nimio.*) Scribe, Abstinere cibo omnino. *Notandum, nullum animal aliud præter hominem calidos potus sequi. Hic duæ dictiones superfluunt, Præter hominem, hominis videlicet alicuius malè feriatu affumentum. Item pesca oculos contralippitudines, certa experimenta sunt.*) Sic enim claudendum hoc caput, ut sequentis initium sit. Sicut totius corporis, contra quàm in vulgatis editionibus hæc capita distinguuntur.

¶ Cap. v. *Ultimòque probro maius in cistis triumphalibus sedenti dicebatur, vel in Capitolio epulanti.*) Tota hîc aberratum est via: in eam reducent nos archetypa, in quibus ita scriptum est: *Ultimòque probro manus in cibis triumphali seni deducebatur, vel in Capitolio epulanti. Sensus est iam planus, qui antehac erat obscurissimus.*

¶ Cap. vi. *Digitis pectinatim inter sese amplexis.*) Magis placet antiqua scriptura, *Digitis pectinatim inter se implexis. Nam è diverso scandentisque.* Lege, *Nam eversos scandentisque. Atque etiam quotidiani cinctus tali modo.*) Rectius, Tali nodo. *Augurium ex homine ipso non est timendi mortem in ægritudine.*) Scribendum, *Augurium ex homine ipso est non timendi mortem in ægritudine. Contra aurium pituitas vermiculòque.*) Lego, *Aurium pura, id est, aures suppuratas. Hulcera capiti, pruriginis.*) Pro Pruriginis, malim Porrigines, quod est in antiquis exemplaribus. ¶ Cap. vii. *Alycum hyssopo & adipe asserino.*) Oesypo, non hyssopo. Est autem oesypum, ut Nafonis verbis utar, succus ab immundæ vellere raptus ovis. *Pulmonum quoque incommoda lacte mulieris sanantur, cui admisceatur impubis pueri vrina & mel Atticum, omnia singulorum cochlearium mensura. Murmura quoque aurium eiici inuenio.*) Confusa sunt remedia, hoc modo distinguenda: *Pulmonum quoque incommoda lacte mulieris sanantur. cui si admisceatur impubis pueri vrina & mel Atticum, omnia singulorum cochlearium mensura, murmura quoque aurium eiici inuenio. Anguli oculorum subinde madifcentur.*) Madefiant, non Madifcentur. *Non segnius & in silente Luna coitus suos maribus exitiales esse.*) Legendum, *Non segnius & in silente Luna, coitusque tum maribus exitiales esse. Non segnius, ad præcedentia refertur. Metrodorus Scepsus in Cappadocia inuentum prodit, ob multitudinem cantharidum ire illas per media arua, retectis super clunes vestibus.*) Vera lectio, *Ob multitudinem cantharidum. Ire ergo per media, &c. Item nouella vitis eius tactu in perpetuum læditur. Ut ad noxiam res medicatissima transferatur, rutam & ederas illico mori.*) Lege, *Item nouellas vites eius tactu in perpetuum lædi: rutam & ederas res medicatissimas illico mori. Suffragantur & hîc, quemadmodum*

in cæteris, vetusta exemplaria. *Acicem in cultris tonforum hebetari, as contactum graue virus odoris accipere.*) Scribo, *Hebetescere. & Odoris, redundat. Nam bitumen in Iudea nascens, sola hac vi sponte superari. Et sila vestis contacta, ut docuimus, ne igne quidem vincuntur, quo cuncta. Cinisque etiam ille, si quis aspergat eum lauandis vestibus, purpuras mutat, floribus colorem adimit, ne ipsis quidem fœminis malo suo immunibus.*) Aliter in nostris exemplaribus legitur, & quidem non paulò melius, itaque retexemus totum, illave sequemur, *Nam bitumen in Iudæa nascens, sola hac vi superari, filo vestis contacta, docuimus. Ne igne quidem vincitur, quo cuncta, cinisque etiam ille, si quis aspergat lauandis vestibus, purpuras mutat, florem coloribus adimit, ne ipsis quidem fœminis malo suo inter se immunibus. De bitumine Iudaico meminit supra lib. 7. cap. 15. Quæ Lais & Cleopantus inter se contraria prodidere.*) Scribendum, *Lais & Elephantis. Fuit autem vtraque meretrix, & vtraque de rebus muliebribus scripsit, posterior etiam de concubitus schematibus, cuius & Martialis meminit, & Politianus. Legendum itaque mox, Aut inter ipsas pugnantia, cum hac fecunditatem fieri iisdem modis, quibus illa sterilitatem pronuntiaret. Catalogus quoque autorum, quos Plinius hoc libro sequitur, Laida & Elephantida coniungit. Cæterum pro Radice brassicæ vel myricæ, in manu scriptis est, Brassicæ vel myrri. Bythus Dyrhachinus hebetari aspectu speculorum nitorem tradit. Iisdem aduersa rursus contuentibus, omnem talem vim resolui, si nullum piscem habeant secum.*) Bonam hercule operam deprauator hîc nauauit, cuius præmium equidem nò aliud darem, quàm magnum aliquod malum, iam sexcenties promerito. Synceram lectionem archetypa commonstrant, nempe hanc, *Bythus Dyrhachinus hebetata aspectu specula recipere nitorem tradit, iisdem auersa rursus contuentibus, omnemque vim talem resolui, si nullum piscem secum habeant. Vestis omnino ita infecte portiuncula, acu vel licio, brachiali inserta.*) Lege, *Ac vel licio, quasi dicat, vel vnico filo. Sic & comitiales excitari, morbosque sanari.*) Morbosque sanari, de suo aliquis at texuit, contra veterem archetyporum fidem. *Supposita tantum calici lacinia menstruo tincta tali.*) Satis erat: *Supposita tantum calici lacinia tali, idque Plinij ciuilitatem magis decebat, cætera haud dubium, quin glossularius aliquis, ut solent, adiecerit. Correptam subnecti collo, & ita discuti morbum.*) Dele, Et. ¶ Cap. viii. *Promoscidis tactu capitis dolor leuatur, efficacius si & sternutet.*) Rectius, *Si & sternuat. Sanguis & ischiadicis prodest.*) syntecticis, non Ischiadicis, si veteribus ac emendatis voluminibus credere libet. Mox, ne nihil ageret castigato, Leonis adipem custodiunt, in Adeps custodit, mutauit, & Magorum vanitas promittit, in Vanitates promittunt. *Similiter dentis.*) Lege, *Similia scilicet promissa. Setas è cauda contortas, & sinistro brachio illigatas.*) scribo, *Adalligatas. Permutationes sexus ex his annua vice diximus, cæteraque monstrosa natura eius. Præcipue pantheris esse in metu hyena dicuntur.*) Germanè Latina lectio hæc est, *Præcipue pantheris terrore esse traduntur, nam hyenam hîc repetere quorsum attinebat? Facilius autem capi, sicinctus suos venator, flagellumque, & ipsos equos septenis alligauerit nodis.*) Elegantior simul & verior est vetus lectio, *Flagellumque imperitans equo septenis alli-*

In Plinii naturalem Historiam

gauerit nodis. *Febribus quartanis iecur degustatum ante accessiones.*) Lege, Degustatum ter. quod non parum referre putatur in eiusmodi remediis. *Promisso in triduum conceptu.*) Melius, Intra triduum. In triduum, aliud significat: vt cum dicimus, 'Assumpto in triduum com meatu, id est, quantum tribus diebus sufficiat. *Mulieripregnanti à pectore hyænæ caro, & pili septem, & genitale, à ceruice si alligentur, dorcadis pelle collo suspensa, contineri partus promittunt.*) Repræsentabitur & hîc vetus lectio, vel quò ex collatione veritas facilius eluceat: Mulieri candida à pectore hyænæ caro, & pili septem, & genitale cerui, si illigentur dorcadis pelle, collo suspensa continere partus promittunt. vt, Suspensa, neutri generis sit, casus accusatiui, & omnia suprâ dicta referat. *Eodem genitali & articulo spina cum adhærente corio conseruatis.*) Adseruatis, non Conseruatis. *Eodem suffitu mulieribus menstrua euocari.*) Scribo, Mulierum menses: quod Plinio est vsitatus. *Membranam, quæ fel continuerat, à cardiacis potam.*) Codices vetusti, Quæ fel contineat cardiacis potam. *Quæ autem in vesica inuenta sit vrina, additis oleo ex sesamo, & melle Asiano haustam prodesse acrimoniæ veteri.*) Deprauator, quantum video, non leui brachio caput hoc attigit. Quæ sequimur exemplaria, non addunt Asiano, neque medici inter mellis genera Asiaticum celebrant. & pro Acrimoniæ, habent Ægrimoniæ. *Sive lucernis, sive visu, sive peluibus.*) Illic legitur, Sive lucernis, siue pelui. Nec video, quid hîc, Siue visu, faciat. *Fimum, qui in intestinis inuentus sit.*) Scribo, Quod in intestinis inuentum sit. nam neutro genere Plinius hoc nomen vsurpat. *Acane vero morsis adipem illitum, & corium si sit substratum.*) Æquè pleno sensu scriptum erat, Et corium substratum. Quid sibi volunt in Pliniana purpura tam crebra pannorum assumenta? aut qualis gratia debetur prauis istis sartoribus? *Perunctos omnibus odio euenire, Venire, non, Euenire. Contra ducum ac potestatum iniquitates comministrant.*) Quid, malum, Comministrant? Commonstrant, legi debet. *Si omnino aliquantulum quis secum habeat.*) Non malè vetus lectio, Si omnino tantum aliquis secum habeat. Plinius ait sufficere, si tantum habeas tecum eam fistulam: alius mutauit sensum, docens satis esse quantulamcunque eius partem. *Canini eius dentes febres statas arcent repleti: sunt enim caui.*) Lege addendo, Thure repleti. *Adulterant amylo aut cimolia, sed maxime sturni, quos captos oryza tantum pascunt.*) Coniector multum aberrauit à scopo. Vera lectio est hæc: Sed maxime, qui captos oryza tantum pascunt. Sentit enim Plinius, crocodileam ex captiuis adulterinam esse, utpote longè deteriore, nimirum mutato animalis victu. *Præterquam in risu coarguentium.*) Lego, Præterquam vbi irrisu coarguendum. *Eandem salutarem esse parturientibus circa domum. Sin vero domibus inferatur, perniciosissimum.*) Egregiè deprauatum & hoc, non minus quàm superiora. Restituetur in integrum hoc modo, Eundem salutarem esse parietibus, si sit domi: si verò inferatur, perniciosissimum. Est enim verus sensus longè alius, quàm ille prior: est autem hic: Chamæleontem salutarem esse, si multò antè parturitionem illatus sit: sin idem parturienti iam superueniat, perniciosissimum esse. Suffragantur vbique vetusti codices. *Sinistrum, mirum quibus monstris consecret, qualiter somnia quæ velis & quibus velis mittantur, putet referre.*) Synccera lectio ex archetypis petita est hæc: Sinistrum hume-

rum quibus monstris consecret, qualiter somnia quæ velis & quibus velis mittantur, pudet referre. *Capitis dolores, insperso vino, in quo latus alterutrum maceratum sit, sanari fœminis.*) Mirum verò, si hoc remedium in solis fœminis vim suam exerit, in maribus non item. Distinctio praua sensum deprauat. nam Fœminis, paternus casus est, & sequentis orationis initium, hoc modo, Fœminis finistri vel pedis cineri si misceatur, & cætera. Quibus in verbis Vel, detractum erat: Si, transpositum. *Serpentes fugari liene instillato.*) At quònam instillandus est, aut quomodo? Lege, Serpentes fugari ignibus instillato. Nam & hoc experimentum & duo proximè sequentia, de felle, non de liene accipi debent, iuxta fidem emendatorum codicum. *Illita inimicorū immane odium & omnium hominū his conciliare.*) Certè ad inimicorum odiū nullo opus est veneficio, vt qui vltro & exosi sunt, & oderunt vicissim, Verior igitur vetus lectio: illita inimicorum ianæ odium omnium hominum his conciliare. *Prodest contra sagittas venenatas, vt Apelles tradit, postea sumptus.*) Vetus lectio: Prodest & contra sagittarum venena, vt Appelles tradit, antè posteaque sumptus. Vt intelligamus, eum præseruatiuam etiam vim habere. *Præterea eiusdem decoctum cum melle sumptum Venerem inhibere.*) Paulò melius legetur, Eiusdem decocti ius cum melle. *Est crocodilo cognatio quadam affinitasque.*) Affinitas, superuacua est. Sequenti versu lege, Detrahendi sanguinis, non Trahendi. *Plurimi autem super Saiticam inter Egypti præfecturas.*) Lege, Super Saiticam præfecturam. Ac rursus. *Item fimum suffitu,* non Fimus. &, Dentes è parte leua addita præpositione. Tandem finem fecit deprauator, duntaxat in hoc capite, sed non nisi proximus capituli fini. Porro vel hoc caput argumento est, quòd tot mendis refertum hæctenus Plinium (vt cæteros autores taceam) habuerimus, non tam librarium oscitantiam in culpa esse, quàm malè literatos istos castigatores, iustius diuinatores aut coniectores appellandos: qui tamen alibi plus, alibi minus, piout collibirum est, se exercuerunt. Cæterum scribè inscitia labi solent, non temeritate: errataque eorum non magni negotij sit deprehendere, maxime cordato & erudito Lectori. Illi contra homines nefarij, maiore periculo, nec tam facili remedio, & in maioris momenti rebus peccant, nulla religione nihil non contaminantes, planèque iuxta Flacci dictum, mutant quadrata rotundis. Dicas eos Manibus se deuouisse, nisi omnes, quotquot possunt, bonos autores suis venenis infece- rint, suisque fœtoribus conspurcauerint. Sed desinat stomachatio, etsi nimio, quàm vellem, iustior, & ad præsens potius negotium redeamus.

¶ Cap. x. *Sicuti è lactis usu, vtilissimum cuique mater- num, nutricis exitiosum est.*) Vt in iplo statim portu impedit egregius gubernator! Nam quid ego audio, nutricis lac infantibus exitiosum esse? Cur igitur tantum vbi que nutricum numerum videmus, infantum tamen exitia nihilo crebriora, quàm inter eos, qui maternis vberibus aluntur? Lego, Sicuti de lactis usu. Quæ verba à prioris capituli fine pendent. Deinde: Vtilissimum cuique maternū. Alioqui iuxta priorè lectionem non vtilissimū erat, sed planè necessariū, Sequitur, Concipere nutrices exitiosum est. Sic enim, quæ sequuntur, nunc demum probè quadrabunt. *Minus inflat quodcunq; decoctum. Sanat vnas, lichenas. Ad omnia vtile confusa*

Annotationes.

aut luxata, maxime renes, vesicam, interanea, fauces, pulmones.) Obsecro quid commune licheni cum vis? aut vis vnquam iando audiuit, iuxta renes, vesicam, interanea, fauces, pulmones? vel vesicam contusa, interanea, aut pulmonem? Quid igitur praesidij reliquum est, nisi in archetypis? ea sic habent, Minus in hac quodcunque decoctum. Vfus lactis ad omnia in rebus exulcerata, maxime renes & caetera. Nam ut in Achaia bubulum biberent phthisici syntecticique & cachectici, diximus in ratione herbarum.) In Arcadia, non Achaia. Dixit autem hoc libro vigesimo quinto capite octauo. Quod est maxime coactum, in summo fluit. At id exemptum addito sale, oxygala appellant.) Sic nobis transcribunt vetera exemplaria, qui nec legere sciunt, nec scribere. Lege, In summo fluitat. id exemptum, &c. Quod magis virus respuit, hoc praestantius iudicatur.) Quid est, Virus respuit? Lege, Resipit. Praestantius autem medicinae, opinor, non cibis. Oxygala fit & alio modo, acidolacte addito recens, quod dum aescit, utilissimum est stomacho.) Legendum, In recens quod velis aescere, utilissimum stomacho. Proxima in communibus laus est adipi, sed maxime suillo. Apud antiquos etiam religiosus erat.) Elegantior lectio, Proxima in communibus adipis laus est, sed maxime suilli, apud antiquos etiam religiosi. Medicorum aliqui admisto anseris adipe, taurorumque seño & hyssopo.) Rursus Oesypum deprauatum in Hyssopum. Vbi notandum, sympathian quandam esse oesypo cum adipe anserino, quandoquidem & supra capite septimo ad podagras, ad vltura dolores, eadem species miscentur. Omnino enim non nisi ad ea quae purganda sint, aut quae non sint exulcerata & calida, recipitur.) Legendum, Aut quae non sint exulcerata, falsa petitur scilicet axungia. Iamque probe quadrabit, quod haecenus ad praecedentia non congruebat. Mox sequenti versu, contra phthises, lege, non Contra ruffim. Sic enim in probatae fidei voluminibus scriptum est, & alias non bene conueniet, quod mox sequitur, scapulis eorum, qui phthisin sentiunt. Parotidas admista farina e salsamentaria testa: quo genere proficit ad strumas. Pruritus ad papulas in balneo perunctis tollit.) Scribo, Parotidas admista farina salsamentariae testae: quo genere proficit & ad strumas. Pruritus & papulas in balneo perunctis tollit. nam & haec vox Balneum vitiosa est, cum vterque Plinius Balineum appellet. Quin & Graecis quadrityllabum est βαλνειον. Multi priuatim sic taurorum, leonum, pantherarum ac camelorum pingua curari iubent.) Elegantius est, Taurorum, leonumque, pantherarum & camelorum. ut quaedam coniunctionum ceu catena neclatur. Inter omnia autem communia animalium, fel praestantius in effectu.) Restituimus, vnde caetera sic: Inter omnia autem communia animalium vel praestantissimi effectus fel est. Vis eis, &c. Item equarum, praeterquam virginum, erodit, emarginat, hulcerat.) Lege, Emarginat hulcera. Tantum potest sympathia illa, de qua loquuntur.) Loquimur, non Loquuntur. Hircorum sanguini tanta vis est, ut ferramentorum subtilitas non aliter acuatut aut induretur, aut scabritia poliatur, vehementiusque quam lima.) Antiqua lectio: Ut ferramentorum subtilitas non aliter acrius induretur, scabritia tollatur vehementius quam lima. Et ideo suis quaeque dicuntur effectibus.) Lego, Quisque suis dicitur. nam de sanguine tantum loquitur. Ut si qua sunt, extractas cauernis mandant.) Scribo, Mandantes. Nam Ut, pro Vtpote, ponitur hoc loco. Fugiant

& omnino aliquid cerui habentes.) Vetus lectio, Omnino dentem cerui habentes. nam Omnino, ad Habentes, refertur. Sic supra capite octauo, Si omnino tantum aliquis secum habeat. Aut medulla perunctos seu ve cerui (Hirci.) Hinuli, non Vituli. Cap. x. Item lactis haustus cum vna amminea.) Taminia, non Amminea, cuius vsus in medicina nullus est. Fimum quoque caprarum in aceto decoctum & illitum in ictus serpentium, placet, & recentis cinis in vino.) Antiqua lectio planior: Fimum quoque caprarum in aceto decocto illini ictus serpentium placet, & recentis cinere in vino. Canis rabidi morsu facta vulnera circuncidunt ad viuas vsque carnes. Quidam carnem vituli admovent.) Lege & distingue, Canis rabidi morsu facta vulnera, circuncidunt ad viuas vsque partes quidam, carnemque vituli admovent. Hoc idem prestare & pellis e ceruice solida existimatur: quippe tanta vis est animalis. Praeter ea quae retulimus, & vestigia eius calcata equis afferunt torporem.) Similis error priori. Legendum: Quippe tanta vis est animalis, praeter ea quae retulimus, ut vestigia eius calcata equis afferant torporem. Verumtamen fortiora eadem, quam in equis, intelligi debent.) Scribo, Fortiora omnia eadem. Et toxica expurgantur.) Exemplaria vetusta habent, Expugnantur, ut hoc de antipathia intelligatur. Omnia (sesami quoque iure poto.) Vera lectio, Omnia quoque iure. Neque enim ex frugibus remedia in hoc libro traduntur, sed ex animantibus. Ius omnia & duodecimo capite est inter remedia.

Cap. x i. Cum succo oleris, ita ut vncto inarescat.) Codices veteres, Ita ut vnctio inarescat. Sed & corruptos dentes confirmari.) Iidem codices pro corruptos, habent Combustis scilicet ossibus. Asina quoque lacte percussu vexatos.) Manu scripti codices, Asinino quoque lacte. Castigator veritus, ne forte quis de maris asini lacte id acciperet, scripsit asinae. o solertiam asininam! Equarum virus a coitu in lychnis accensum.) Melius, In ellychniis.

Cap. x i i. Poppaëque hoc vxor Neronis principis instituit.) In vetustis exemplaribus tantum est, Poppaë hoc Neronis principis instituit. Sicut dicimus, Cornelia Gracchi, Terentia Ciceronis. Friolum licet videatur, non tamen omittendum.) Eadem exemplaria non addunt, Licet: tantum est, Friolum videatur, Δυνάμεις. Aestates, & quae disclorem faciunt cutem.) Decolorem, non disclorem. Hirci fel & lentigines tollit, admisto caseo & vino, sulphure spongiaeque cinere.) Lege, Et vino, sulphure spongiaeque cinere. Laborum scissuris cum adipe anserino. Fissuris, non Scissuris. Et bouis vngula cinis ex aqua: Fimum quoque feruens ex aceto decoctum, testis que vulpini.) Lege addendo, Et bouis vngulae cinis ex aqua: Fimum quoque feruens ex aceto. Item seuum caprinum cum calce, aut fimum ex aceto decoctum, testis que vulpini. Prodest & sapo: Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis, ex seño & cinere. Optimus fagino & carpino.) Optimus, non ad cinerem refertur, sed ad saponem. his vero duabus vocibus Seuo & Cinere, redduntur aliae duae, Fagino & Caprino, quod posterius in Carpino, deprauatum est. Ungues contusos fel vnus cuiusque animalis circumligatum.) Scribo, Fel cuiuscunque animalis circumligatum.

Cap. x i i i. Utuntur ad vtrumque vitium & coagulo haedi in vino myrteo, magnitudine fabae poto: & sanguine, & eiusdem in cibo formato, quem sanguiculum vocant.) Lege, Et sanguine eius in cibum formato. Itē In vino myrte, non

In Plinii naturalem Historiam

myrteo. Cornus ceruini teneri cinis, cochleis Africanis cum testis suis myxtis, in vini potione. Melius, Cochleis Africanis cum testa sua tufis mistus.

¶ Cap. xv. *Calculos expellunt liches equini.*) Legendum, liches equini: itaque scriptum visit. Stiffimis exemplaribus, alioqui satis erat dicere, Lien equinus. *Demonstrant urinam facere in canis cubiculo, ac verba adiucere, ne ipse urinam faciat, ut canis, in suo cubiculo*) Utrobique Cubili, legendum: nam canis cubiculum nemo vnquam Latinus dixit. *Quem dicunt, cum interficiatur, reddere urinam liquidiozem in initio, sed in terra spissantem se.*) Quem, calculum, non onagram. Proinde rectior est antiqua scriptura, Quem dicitur, cum interficiatur, reddere vrina, liquidiozem initio, sed in terra spissantem se. ¶ Cap. xvi. *Perniones vsinus adeps, rimasque pedum omnes arcet.*) Sarcit, non Arcet. *In iurias à calceatu.*) Vetus lectio, E calceatu. *Potum verò sublime ex aqua.*) Hæc verba malè in vulgatis editionibus distrahuntur à præcedentibus: & sub limine, scribendum, pro Sublime. nam hoc ad Magicam superstitionem attinet: & remedium ex Magorum autoritate præscribitur. *Quis hoc quæso inuenire potuit? Quæ est ista mistura? Cur digitus bubonis potissimum electus est?*) Et hîc vetus lectio paulò melior. *Quis hoc quæso inuenire potuit? quæve est ista mistura? cur digitus potissimum bubonis electus est?* ¶ Cap. xvii. *Lupi & capræ seu cyatho, vel lactis pari mensura, deploratum phthisicum conualuisse, certus autor affirmat.*) Mira verò mistura, si credere dignum est. Equidem malim veterem lectionem, vt verisimiliorem, Rupicapræ seu cyatho, & lactis &c. *Ramenta pellis ceruina defecta pumice.*) Imò Deiecta. pumex enim non secat. Sequenti versu pro *Ruborem* lege *Rubori*. pendet enim & hoc à verbo Illinitur. *Sunt qui id coxisse aceto, vtilius putent.*) Rectius, Sunt qui incoxisse aceto vtilius putent. ¶ Cap. xviii. *Aut cum musci pari pondere, aut cum propoli.*) Visei, non Musci, attestantibus vetustis exemplaribus. ¶ Cap. xix. *Quod si mortuus partus sentiatur, lien ex a.d.p.e.*) Lichen, non lien. *Tadium Veneris fieri dicit Aeschines.*) Legendum, Osthanes. Is fuit vir Persa, professione Magus. *Et testiculi equini aridi, ut potioni interseri possint.*) Interi, non interseri. ¶ Cap. xx. *Insuper pedes boum, si prius cornua pice liquida perungantur.*) Emendati codices, Non subteri pedes boum, si &c.

EX LIBRO VIGESIMO NONO. CAP. I.

Quanquam non ignarus sum, nullis ante hæc Latino sermone condita, ancepsque ac lubricum esse rerum omnium nouarum principium, nec aliud vtiq; gratiæ, quam sterilis difficultati in promendo.) Quis obsecro in postremis verbis micam Plinianæ elegantix agnoscat? In vetustissimo codice scriptum reperi: *Quanquam non ignarus sim, nullis ante hæc Latino sermone condita, ancepsque lubricum esse rerum omnium nouarum, talium vtiq; quàm steriles gratiæ difficultates in promendo.* Cæterum Lubricum, hîc substantiuum nomen est: idque fefellit eum qui principium adiecit. *Mirumque & indignum protinus subit, nullam artium inconstantiorem fuisse, & etiamnum sepius mutari contigerit.*) Contigerit redundat. *Scribere in templo eius Dei, qui auxiliatus esset.*) Scribo, Quid auxiliatum esset: & Eius Dei, ad Æsculapium refertur. *A Creonte Agrigentino.*) Legen-

dum, Acrone Agrigentino, septimo casu. In eum Acronem Empedocleis eius & amicis. hoc insit epithetio:

Ἀνεγν' ἰατρὸν ἀνεγν', Ἀνεγραντῖνον πατρὸς ἀνεγν.
κρύπτει κρημνὸς ἀνεγν πατρὸς ἀνεγρατῖνος.

In muscos pedes venarum pulsu discreto.) Rectius, Descripto. *Censûsque, quanquam exhaustis opibus Neapoli exornata, ut hæredi n. s. c. c. relinqueret, quadragesima, id est Aruntius solus.*) In manu scriptis reperi: *Censûsque, quanquam exhausti operibus Neapoli exornata, hæredi n. s. c. c. c. relinquere, quantum ad eam ætatem Aruntius solus. vt hæc verba de ambobus fratribus accipiantur. Nullius histriionum par, ex quo de trigario comitatu regressus in publico erat.*) Vetusta scriptura: *Nullius histriionum equarumque trigarij comitator egressus in publico erat. Vult enim autoritatem eius demonstrare per turbas in honorem eius affectantium: qua in re confert eum gratiosissimis tum apud plebem, sed histriionibus aurigisque, qui Circensibus trigas equarum agitare: qua exercitatione Nero quoque ipse eius temporis Romanorum princeps in primis delectabatur. Iamque pulchrè cõgruet quod mox subiungitur: Cum Crinas Massiliensis, &c. Nullo idem censente, ne videatur assertio alterius.*) Melius, Accessio alterius. itaque legitur in incorruptioribus exemplaribus. *Iis ipsis scilicet, quæ nunc nos trademus.*) Tractamus, non Trademus. Intellegendum enim etiam de iam dictis. *Quæ nos per genera vsus sui differimus.*) Rectius, Quem. s. commentarium. *Quinimo transit in conuicium.*) Lege, Transit conuicium. nam hoc est, quod mox dicit, *Vtròque, qui periere, arguuntur. At de iudice ipso quales in consilium eunt, statim occasuri?*) Occisuri, non Occasuri. Crassum sanè erratum, quod tamen non vnâ editionem occupauit. *Non deseram Catonem tan ambitiosa artis inuidia à me obiectum, vt à Senatu illum, qui ita censebat.*) Lege, Aut Senatum illum. nam aliquanto post ita sermonem hunc claudit. *Hæc fuerint dicenda pro Senatu illo. Non sunt artis ista. sed hominum.*) Paruulum erratum, sed non leuis momenti. Legendum enim *Non sint artis ista, sed hominum. Archontio vulnerum medico.*) Reposuius ex vetusto codice, Alconti. Huius & Martialis meminit: *Ostendit digitum, sed impudicum Alconti, Dasiòque, Symmachòque. Et ab iisdem deficientibus cibo sepius die ingestò.*) Cibos ingestos, lege, vt cum præcedentibus cohæreat. *Illam prodidit imperij mores.*) Scribo, perdidit. *Neque enim dubitauerim aliquibus fastidio futura quæ dicuntur animalia, at non Virgilio nefas fuit.*) Nefas, superuacuum est. subintelligitur enim, Fastidio. *Ordinem autem à confessis, hoc est, lanis ouibusque.*) Lege, Lanis, ouibusque: de quibus secundo & tertio capitibus. *Nec deesset materia pompa.*) Elegantius, Nec deerat.

¶ Cap. ii. *Sanguinem in naribus sistit cum oleo rosaceo & allio, indita auribus obturatis modico spissius.*) Legendum, Et alio modo indita auribus obturatis spissius. atque ita legitur in probatis exemplaribus. *Vulnera ex vino, vel aceto, vel aqua frigida & oleo aspersa sanat.*) Illic legitur, Expressa, non Aspersa. *Sordes quoque caudarum concreta in pilulas, ac siccata per se, tuseque farina, & illita dentibus, mire prosunt, etiam labentibus.*) Lege, Tuseque in farinam. Item pro Labentibus. Labantibus, id est, vacillantibus. ¶ Cap. iii. *Sic & illita lienicis.*) Illita, redundat. *Cibus quot modis iuuent, notum est, cum transmittant faucium tumorem.*) Vetus lectio, Cibus, quot modis iuuent notum est, cum transmittant faucium

Annotationes.

EX LIBRO TRIGESIMO.

CAP. I.

cium tumorem. Ac mox: *Similque vim potus & cibi habeant.* non, Vini vsum. *Quò fuerint ea excellentiora, hoc præstantaneum remedium erit.* Scribo, Hoc præsentius. *Equisitem Romanum euocatum.*) Pro Euocatum, legi debet, *Vocontis.* nam Vocontij Calliæ ciuitas est: & ouorum genus, de quo loquitur, Gallis peculiare: atque ita habent vetusta exemplaria. *Multa præterea remedia sunt ex anserè, quod miror, æquè quàm in coruis.*) Atqui è coruis non admodum multa remedia traduntur. Vetus codices habent, *Æquè quàm in capris.* & rectè nanque id miratur Plinius, quòd ex animalibus morbo obnoxiiis tanta sit remediorum copia, an sere videlicet & capra. Huc facit, quòd libri præcedentis cap. mox circa initium, enumeratis aliquot è capra remediis, subiicit, *Quod quidem miror, cum febris negetur carere.* Verùm errori occasionem præbuit, quòd & coruus aliquot mensibus singulis annis ægrotare dicitur, æquè quàm anser. ¶ Cap. I I I. *Præcipuè in ascensu siderum.*) Assensu, non Ascensu. Alioqui malè quadrat: quòd sequitur. cum lumine Lunæ fibrarum numero crescente ac decrescente. Ac mox, *Serpentes persequitur, legendum, non Prosequitur.* De mustela, *Tribuunt ei & successus petitionum à Potestatibus, & à Diis etiam precum, morborum remedia beneficiorum munere.* Vera lectio, morborum remedia, beneficiorum amuleta. *Propitiatis oratione Diis, fortunatam domum facere promittunt.*) Adoratione, non Oratione. *Item si quis eam ipsam in vapore basculo sustineat, aiunt eum futura præcinere.*) Legendum, Aiunt enim præcauere: attestantibus emendatis codicibus. alioqui nec præcedentia congruunt, nec sequentia. *Democritus quidem monstrat quædam ex his confici.*) Germanior lectio, Democritus quidem monstrat quædam ex his conficit. Vnde monstrificæ dicuntur iagæ, quales Medea & Circe fuisse feruntur. *Quidam oleo illo spumam argenteam decoquunt ad emplastri genus, atque illa illinunt.*) Lege, Atque ita illinunt. ¶ Cap. v. *Oportet igne comburi omnia, modo ut semel diximus.*) Syncera lectio, Oportet autem comburi omnia eodem modo, ut semel dicamus. ¶ Cap. v i. *Aly lacte mulierum cum brassica cinerem muscarum subiiciunt, quidam mel tantum.*) Subigunt, lege, non Subiiciunt: & Melle, non Mel. *Aditis duabus sextis denarij sextiui, ut omnia æsypo illinantur.*) Est tibi, non Sextiui. Porro tibi quid sit, ipse Plinius docet in metallorum tractatione. *Cinis lacertæ viridis, vel in vino albo Sole coctus.*) Vetus codices, Lacertæ viridis felin vino albo Sole coactum. *Quibus pluma aurium modo eminet.*) Illic legitur, Aurium modo emicat. *Apollo nius Tyanæus.* Lege, Pitaneus. Est autè Pitane Æolidis oppidum in Asia. Nam ut Tyanæi testimonio Plinius utatur, temporum ratio vix potitur. Ad hoc non memorantur vlla Apollonij Tyanæi in hoc genere scripta. *Et præcipuè spelunca ipsa imposita fronti ad duo tempora.*) Antiqua scriptura: Imposita per frontem ad duo tempora. *Venantur eum formicæ circumligatæ capillo in cauernam eius coniectæ, efflato prius puluere, ne sese condant: ita formicæ complexu extrahitur.* Antiquior lectio: *Venantur eum formicæ circumligatæ capillo in cauernam eius coniectæ, efflato prius puluere, ne sese condant: ita formicæ complexu extrahitur.* At Hercule Diodorus & morbo regio & orthopnoicis restitisse tradit.) Rectius: At Hercule Diodorus & in morbo regio & orthopnoicis se id dedisse tradit.

Istos enim quisque communi auditu saltem cognitos habet.) Melius quadrat vetus lectio: Quotus enim quisque auditu saltem cognitos habet? Siquidem Protea & Sirenum cantus apud eum non aliter intelligi volunt. *Circe vtiq; & inferorum euocationem solum hac agi.)* Quanto elegantior antiqua lectio? Circe vtiq; & inferorum euocatione hoc solum agi. *Troianis itaque temporibus cum Chironis medicinis contenta esset, solo Marte fulminante, miror equidem illis populis famam eius in tantum adhæsisse, ut Menander quoque literarum subtilitibus peritus, in eadem Telmesso genitus, Thessalam cognominari fabulam, complexam ambages fœminarum detrahentium Lunam.)* Non dubito, quin & hîc vetus lectio, tanto sit verior, quanto tum simplicior est, tum planior. Sic enim habet: *Troianis itaque temporibus, Chironis medicinis contenta, & solo Marte fulminante, miror equidem Achillis populis famam eius in tantum adhæsisse, ut Menander quoque literarum subtilitati genitus, Thessalam &c.* *Orphea putarem è propinquo primum intulisse, ad vicinas vsque superstitiones ac medicina profectum, si non ex Persis esset vis tota, in Thraciamque Magice delata fuisset.)* Hîc quoque temerè difcissum est ab archetypis, in quibus sic legitur: Si non expers sedes eius tota Thrace Magices fuisset. *Voluminibus Dardani è sepulchro eius petitis.)* Germana Plinij verba sunt, In sepulchrum eius petitis. Ac mox: *Cætera in viro illo probant: non, De viro. Est & alia Magices factio, à Mose etiamnum & Iochabele Iudæis pendens.)* Modò dixit, Est & alia, id est, etiam alia: quid igitur opus repetere, Etiamnum? Emendati certè codices aliquid habent, nempe sic: à Mose, & Iamne, & Iotape Iudæis pendens. Is Iamnes in thaumaturgia antagonista Mofi fuit coram Pharaone, quòd in Paulinis epistolis legimus, Magus insignis, quo factum opinor, ut Plinius Mosem quoque similiter Magum fuisse putauerit. Castigatorem fefellit similitudo scripturæ, dum pro Et Iamne legit Etiamnum. Tertium nomen etiam typis eexcusa quædam exemplaria habent, rectè quidem mea sententia, cum Hebræum sit, & apud Hebræos autores reperiatur. *Palàmque in tempus siluit sacri prodigiosi celebratio)* Lege, Palàmque in tempus illud sacra prodigiola celebrata. *Quid ipse ego hanc memorem artem Oceanum quoque transgressam, & ad naturæ inane peruectam in Britanniam, qua hodie eam attonitè celebrat.)* Elegantior & germanior lectio: Sed quid ego hæc memorem in arte Oceanum quoque transgressa, & ad naturæ inane peruecta? Britannia hodieque eam attonitè celebrat. ¶ Cap. I I I. *Canum, qui rabiem præferunt capitum cinis.)* Scribendum, Qui rabie perierunt. *At in superiore dolore duos superiores adalligant.)* Lego, At in superiorum dolore. *Fit eodem modo & dentifricium è caninis dentibus. Cinis è murino fimo inditus.)* Lege, & diltingue, Fit eodem modo & dentifricium. Causis dentibus cinis è murino fimo inditur. *Vanum esse arbitror, Canis ortu angues cauda membranam exuere, quoniam neutrum in Italia visum est.)* Antiqua scriptura, Vanum arbitror esse Canis ortu angues cãdidos membranam exuere, quoniam nec in Italia visum est. *Prurium quidem intolerabilem facit: & ideo vtilius est.)* Vetus lectio, Et ideo tolerabilius est. ¶ Cap. I I I. *Hæc cum hircino seuo lichenas illita ex facie tollit smectica vi.)* Scribo, Hæc cum hirc. seuo illita lichenas ex facie tollit septica

In Plinii naturalem Historiam

vi. Sequenti versu lege, *Contectusque brassica*, pro Contemptusque. ¶ Cap. vi. *Iure pecudum stomachus recreatur.* Perdicum, non Pecudum. *Item vipera porcelli modo inassata*, Viuerra, non Vipera. *Caninus si viuenti exprimitur.* Lege, Eximatur. *Eliberat & lacerta viridis eo dolore viua, in olla ante cubiculum dormitorij eius, cui medetur, suspensa.* Emendati codices, eo liberat & lacerta viridis, viua in olla ante cubiculum dormitorium eius, cui medetur, suspensa. ¶ Cap. vii. *Resistit & cochlea, sicut diximus, in suspensio temperata.* Nisi legas, Siftit aluum & cochlea, quemadmodum est in vetustis iuxta atque in corruptis exemplaribus, non quadrabit, quod paulo post sequitur: Siftit & anatum mascularum sanguis.

¶ Cap. viii. *Album cit & gallinaceorum decoctum ius.* Legendum, Aluum ciet & gallinaceorum discoctorum ius. *Vel herinacei, vel vespertilionis. Et anserinus cum cerebro, & alumine & æsypo.* Melior vetus lectio, Vel herinacei cum vespertilionis cerebro: & alumine æsypo. Loquitur de cinere herinacei. *Cochleas Africanas cum sua carne & testa crematas pro cinere.* Scribo, iuxta fidem archetyporum, Poto cinere: non, Pro cinere.

¶ Cap. ix. *Fel arietis cum seuo muris dissecti impositi.* Quis vnquam vidit seuum muris? Lego & distingo, Fel arietis cum seuo. Mures dissecti impositi. *Quod si putrida hulcera, cera ad cicatricem perducunt.* Lege, Cera addita ad cicatricem perducunt.

¶ Cap. x. *Nunc autem reuertemur ad ea, quae totis corporibus medenda sunt.* Antiqua lectio, Nunc reuertemur ad ea, quae totis corporibus metuenda sunt. *Si dexter pes circumscribatur, ac vestigium id defodiatur.* Effodiatur, non Defodiatur. *Item fel cum melle, praecipue anguinum.* Agninum, non Anguinum. Ibidem, *Lichen mule*, non lien. *Eadem omnia praedicantur ex vipera.* Rursus Viuerra in Viperam est deprauata. Vult enim eadem esse remedia è syluestri mustela, viuerra appellata, quae iam è domestica monstrauit. Et sequenti versu, Abstergeant, Plinianum erat, non Abstergant: quod tamen semper mutatum est, sicut Ciet, in Cit, & Cient, in Ciunt, Balneum in Balneum, Aqua calda in Calidam, & alia id genus non pauca.

¶ Cap. xi. *Bubonis quidem oculorum cinerem.* Non male antiqua lectio, Bubonis certè oculorum. *Si Luna, rasis barbibus eorum.* Vetus lectio, Radiis barbibus eorum. *Quoniam eius erit copia spei de tecto.* Argutius est: Quoniam miseria spei delectat: suffragantibus vetustis exemplaribus.

¶ Cap. xii. *Cinis cochlearum terrenarum: sed & ipsa extracta testis:* In emendatis exemplaribus non est mentio cineris. tantum est, Cochlearum terrena: sed & ipsa extracta testis. Sicut paulo post, Eadem ratione & terrena cochlearum profunt: totaque exemptæ tustæ & impositæ, recentia vulnera sistunt. Quanquam & hic posterior locus in vulgatis editionibus deprauatè legabatur, nimirum eiusdem opera, cuius & superior. *Fimo quoque ipso onium sub testa calefacto.* Sub testo, non Sub testa. Est autem testum vas testaceum, sub quo placenter coquuntur. Vtitur hac voce Cato quoque cap. 76. *Adeo ad nervos quoque abscissos illitis solidari infra septimum diem Democritus persuaserit: itaque in melle seruandos censet.* Antiqua scriptura, Adeo vt nervos quoque abscissos illitis solidari intra septimum diem persuasum sit: itaque in melle seruandos censent. *Bubonis cerebro cum adipe anserino mirè vulnera dicuntur glutinari, quae vocantur cacoethe. Cinis etiam feminum arietis cum lacte muliebri di-*

ligenter prius elutus linteolis sanat. Vlula quoque auis cocta in oleo, cui liquato miscetur butyrum ouillum & mel. ad huiusmodi sananda valet. Operæ pretium est & hic conferendi causa veterem adscribere lectionem, Bubonis cerebrum cum adipe anserino mirè vulnera dicitur glutinare, quae verò vocantur cacoethe, cinis feminum arietis cum lacte muliebri diligenter prius elutis linteolis: vlula auis cocta in oleo, cui liquato miscetur butyrum ouillum & mel. Vides Lector totam hanc orationem pendere ab illis verbis, Dicitur glutinare, nihilque opus esse tam multis adiectis, vt iam mutata ac perperam distincta raceam. ¶ Cap. xiii. *Muliebribus malis membrana à partu ouium proficiunt.* Lego, In muliebribus malis. *Alio modo Africanae binae cum fenograceo quod tribus digitis capiatur, additis melle cochlearibus quatuor. Illinuntur aluo, prius irino succo peruncta.* Lege addendo, distinctione quoque mutata, hoc modo, Alio modo Africanae binæ trita cura fenograci quod tribus digitis capiatur, additis mellis cochlearibus quatuor, illinuntur, & c. *Miscentur lomento aquis portionibus.* Vetus, Æqui partibus. *Putant & ter circumdatas ouo perdicis, non inclinari.* Circumductas, non circumdatas. ¶ Cap. xv. *Infantibus qui lacte concreto vexantur, praesidium est anguinum coagulum.* Quis vnquam vidit anguinum coagulum? Scribo, Praesidio est agninum coagulum. *Lacerta viridis ad mota dormientibus morsu emendantur.* Quid opus erat repetere verbum emendantur, cum in proximè praecedenti versu habeatur? Et sequenti versu lego, Harundini alligata suspenditur, non Adalligata, nam Adalligata vocare solet, quae Graeci periapta, superstitionosa ferè ac magica remedia, quae suspensa collo aut brachio alligata gestantur. *Cogunt cocipere inuitas setae ex cauda mule, si iunctis inter se colligantur in coitu.* Antiqua lectio: Si iunctis euellantur, inter se colligatae in coitu. *Byturos vocari, qui vites in Campania rodant.* Scribo, Erodant.

EX LIBRO TRIGESIMO PRIMO.

C A P. I.

Qua causa fulmina edidit. Elidit, non Edidit. ¶ Cap. ii. *Alibi frigida, alibi calida, alibi inuncta.* Lege, Alibi iuncta, id est, vna cum calidis frigida eodem in loco. *Septias in Narbonensi prouincia.* Melius, Sextias. *Ibi compositis voluminibus eiusdem nominibus.* Scribo, Voluminibus eiusdem nominis. *Lacus Amphion vitiligines tollit.* Imo Alphion, nam ab hoc effectu etiam nomen inuenit. vitiligo enim ἀλφὴ Graecis dicitur. *Tungri ciuitas Galliae fontem habet insignem, plurimis bullis stillantem.* Retius, Bullis stillantem: quod in emendatis exemplaribus legitur. *Eudicus in Hestia Euthice.* Scribendum, in Hestixotide. *At Lusis Arcadiae quodam fonte mures terrestres bibere & conuersari.* Viuere, non Bibere. *In Sicilia apud oppidum Iusgum riuus fluit vnus, ex quo bibentium subtiliores sensus fieri Varro tradit.* Triplex erratum, nec tamen cuius deprehendi facile, nisi ex collatione. Restituimus autem hoc modo, In Cilicia apud oppidum Cescum riuus fluit Nus & c. vnde prouerbium Κέσκον οίνεις. quanquam autem paræmiographi in hebetes ac stupidos id dici solitum affirmant, εἰσθηκῶς tamen proculdubio accipiendū est, quemadmodū illud, Sapientiū octauus, aut ἀνθερωπος Θαλῆς. *Mirum quoque, & quod cum piscibus transit.* Vetus lectio, Mirumque quod cum piscibus transit. Leue hoc videri poterat, nisi hæc ipsa menda

Annotationes.

menda non vno loco occurreret. *Non procul ab Euripidis poeta sepulchro.*) Ab, redundat. Sic enim Plinius loqui solet: *Non procul sepulchro.* Item *calidæ aquæ in Eubœa.* In *Lebedo nanque alluit riuus, in quo saxa in altitudinem crescunt.*) Antiqui codices, Item *calidæ aquæ in Eubœæ Delio: nam quæ alluit riuus saxa in altitudinem crescunt.* In fine secundi capit. *In quibusdam speluncis utroque modo columnas faciunt.*) Lego & distinguo, In quibusdam speluncis utroque modo, columnalque faciunt. nam hæ voces Vtroque modo, ad verbum præcedens Durescunt, referuntur. ¶ Cap. i i i. *Cursum enim procursumque ipso extenuari atque proficere.* Legendum, Cursum enim percussuque ipso. *Et ut sæpe advicina lactis accedens.*) Scribo, Ad viciniam lactis. *Quadam aqua vere statim incipiente frigidiores sunt, quarum non in alto origo est: hybernis enim constant imbribus: quadam Canis ortu, sicut in Macedonia apparet. Vtrumque ante oppidum Pellam. Incipiente enim æstate frigida est palustris, dein maximo est in excelsioribus oppidi riget.*) Malui veteres codices sequi, in quibus sic legitur: *Quidam Canis ortu, sicut in Macedonia Pellæ vtrumque. Ante oppidum enim incipiente æstate frigida est palustris, &c.* ¶ Cap. v. *Illa mutatio mirabilis nulla evidente causa apparet.*) Vera lectio: *Illa mutatio mira, ubi nulla evidens causa apparet.* ¶ Cap. v i. *Cum alioqui lavari calida frequenter indicarit.*) Induceret, nõ indicarit. *Idem ad corpora siccanda. Qua de causa & frigidi mari utuntur. Præterea est alius usus simplex.*) Scribo iuxta fidem emendatorum codicum, Item corpora siccant: qua de causa & frigido mari utuntur. Præterea est alius usus multiplex. *Difficilius perfrigescent marina calefacta.*) Calefacta. Ibidem pro *Mammæ rigentes*, vetusti codices habent, *Mammæ sororiantes*: nec dubito, quin rectius, quandoquidem hoc vocabulo præter alios etiã Politianus vitur. *Sequenti versu lege: Aurium grauitatem, capitis dolores.* ¶ Caput v i i. *Et in Cappadocia puteis ac fonte, quem in salinas egerunt.*) Congruentior erit lectio, si legas, Et in Cappadocia è puteis ac fonte aquam in salinas ingerunt. *Quicumque ligno conficitur sal, niger est.*) Vetus lectio, *Quicumque ligno confit sal. At è stagnis Tarentinus, ac è riguis Phrygius.*) In vetustis exëplaribus tantum est, *At è stagnis ac Phrygius. Salinarum synceritas summam fecit suam differentiam. Quadam enim fauilla salis, quæ leuissima ex eo est & candidissima, flos salis appellatur. Et flos quidem salis in totum diuersa res.*) Verborum hæc lectio est, at vetus multo elegantior simul & verior: *Salinarum synceritas summam fecit suam differentiam quadam fauilla salis, quæ leuissima ex eo est & candidissima: appellatur flos salis, in totum diuersa res.* ¶ Caput viii. *Nunc è scombro pisce laudatissimum in finibus Carthaginis Spartaria, & cetariis: sociorum appellatur.*) Antiqui codices melius: *Laudatissimum in Carthaginis Spartariæ certariis: sociorum id appellatur. Laudatur & Clazomene garo.*) Illic legitur, *Laudatur & Clazomenæ.* Ac mox: *Sicut muria Antipolis ac Thurij, iam verò & Dalmatia. Quod prius non rectè legebatur, Antipolis ac Thuria. Iam verò in Dalmatia. Nanque & alece scabies pectoris sanantur.*) Imò, Pecoris. ¶ Caput ix. *Defuncta autem ac putrescentia ita vendicans, vt durent ea per secula.*) Syncera lectio: *Defuncta etiam à putrescendo vendicant, vt durent ita per secula. Ad hoc maxime probatur Tragæus aut Caunites.*) In vetustis codicibus pro *Tragæo Tattæus* legitur. Is in Phrygia conficiebatur. ¶ Cap. x. *Magnus & nitro usus, qui dicitur suo loco.*) Legendum, Et vitro, id est, ad vitrum, quod enim promit-

tit suo loco se dicturum, id libro 36. capit. 26. in mentione vitri dicit. *Podagricis in balneis vngi folia nitro prodest.* Vetus lectio, *Podagricis in balneis vti folio prodest.* ¶ Cap. xi. *Item abstergendæ lippitudini utilissimi. Eam quæ tenuissima est, mollissimam quoque esse oportet.*) Rectius, *lidem abstergendæ lippitudini utilissimi, eoque tenuissimos & mollissimos esse oportet. Imponuntur & integris partibus, & fluxione occulta laborantibus, quæ discutienda sunt.*) Vetus lectio, *Sed fluctuatione occulta laborantibus, quæ discutienda snt. Sed spleneticis è posca, ignibus sacris ex aceto. Efficaciores quando aliud imponi oportet, sic vt sanas quoque partes spatiose operiant.*) Lege & distingue: *Sed spleneticis è posca, ignibus sacris ex aceto, efficacius quam aliud. Imponi oportet sic, &c.*

EX LIBRO TRIGESIMOSECVNDO.

CAP. I.

Homines, quibus in pastu est, piscem olent.) Vetus lectio *Quibus impactus est, alioqui non quadrabit quod subiungitur: Cæterò moriuntur totidem diebus, quot vixerit lepus. Vitulos marinos ternas heminas capere.*) Absurda hercle lectio. Legi debet, *Mitulos ternas heminas capere. Id cõchæ genus est.* ¶ Cap. i i. *Nouacula & ferrum quæ pisce tacta sunt, olent.*) Cod. antiq. *Nouacula pisce quæ tacta sunt, ferrum olent. Item in Labra Gnidy Iouis fonte.*) Legendum, Item in *Labradii Iouis fonte. Nam in Lyciæ Limira fonte Apollinis, quem Cinum appellant.*) Dissentiunt ab hac lectione vetera exemplaria, quæ sic habent, *Nã in Lyciæ Myris, fonte Apollinis quem Curium appellant. Et Curuius Apollinis est cognomen, non fontis nomen.* ¶ Cap. i i i. *Vrinam earum aliter quàm in vesica dissectarum, inueniri posse non arbitror, & intra eam esse. Hæc quoque portentosa à Magis demonstratur, aduersus aspidum ictus singulare remedium. Efficacior est tamen, vt aiunt, cimicibus admistis.*) Emendati codices: Et inter ea hoc quoque esse, quæ portentosa Magi demonstrant, aduersus aspidum ictus singulare, efficaciore tamen, vt aiunt, cimicibus admistis.

¶ Cap. v. *Sapius verò quantum venescium præstaret menstruis mulierum*) Præstaret, redundat. *Adinueniri obiecta rana formicis.*) Lege. *Id inueniri. Cinis eorum seruatus prodest pauori. Prodest periclitantibus ex canis rabiosi moribus.*) Germana lectio, *C. e. f. prodest pauore potus periclitantibus ex c. r. m.* ¶ Cap. v i i. *Huius corporis humorem penicillis deersum claritatem oculis inunctis narrant afferre.*) Scribo iuxta fidem veterum codicum, *Specillis deersum.* Est autem specillum instrumentum inungendis oculis aptum: quemadmodum legimus libr. 7. cap. 53. *C. Iulius medicus dum inungit, specillum per oculum trahens. In calice nouo lenta pruna decoquere, deinde spuma penni deterfa.*) Subinde, non Deinde. ¶ Cap. i x. *Pisciculi minuti ex ventre eius, quos deuorauerit, exempti.*) Lego, *Qui deuorauerit. Item vituli marini, cuius cinis & adeps prodest.*) Cinis, redundat per anadiptosin præcedentis vocis paulum immutatæ natus. *Morbos abigit ius mitulorum.*) Hoc ius præcellit Iuri Cæsareo pariter ac Pontificio, si verum est quod hîc legitur. Sed extra iocum pro *Morbos abigit*, legi debet, *Corpus auget.*

Cap. x. *Nervos præcisos purpurarum cauum, quo se operiunt, tusum glutinat.*) Antiqua lectio: *Nervos vel præcisos purpurarum callum, quo se operiunt. Intellego autem operculum, quale & in terrestribus cochleis conspiciamus, quoties intra calycem contractæ suo succo*

In Plinii Naturalem Historiam

vident. *Secari harundine : ferro enim intingi vitiumque trahere natura deserente.*) Ferro enim infici, legendum: & Desinente, pro Deserente, attestantibus vetustis codicibus. *Ita pueros pubescere negavit mango Salpe obstetrix.*) Vera lectio, Ita pueros mangonizavit Salpe obstetrix. *Iecur ranæ dryophytis & calamitæ.*) In corruptiores codices Iecur ranæ diopetis vel calamitæ. Vidi equidem certis locis tantum numerum ranunculorum, ut cum imbre delapsi, vel certè ex imbre prouenisse videri possent, hos opinor hinc diopetes vocari, quod Græci *διωπετες* nominant, quicquid est ex aere delapsum, quasi à Ioue demissum. Legitur hoc vocabulum & suprâ. *Pulmone marino si confricetur lignum, ardere videtur, adeo ut faculam ita præluceat.*) Malo quod in vetustis est codicibus, Adeo ut baculum ita præluceat. Baculum autem neutro genere dixit, quemadmodum Græcis *Βακχρον*.

EX LIBRO TRIGESIMO TERTIO. Ex præmio.

Videmusque super excavatos montes, mirantes, &c.) Syncera lectio, Viuimusque super excavatam, mirantes, &c. *Et in sede Marium opes quarimus, tanquam parum benigna fertilique, quæ secetur.*) Pro, Quæ secetur, melius leges, Quæquæ calcatur, ut est in probatæ fidei voluminibus. *Cui enim fodiendi causa medicina est?*) Nostra exemplaria elegantius, Quoto enim cuique fodiendi causa medicina est. *Quam innocens, quam beata, imò verò & delicata esset vita, si nihil aliud de ea, nisi quod supra terras, concupisceret, haberetque non nisi quod secum est?*) Vetus lectio non nihil variat: ea ex vetustis exemplaribus totidem verbis adscribetur. *Q. i. q. b. i. v. & d. e. v. si nihil aliud, quam supra terras, concupisceret, breuitèrque nisi quod secum est?* *Parum enim erat nature vnam inuenisse vitam pestem, nisi in pretio etiam esset sanies auri.*) Illic legitur: Parum enim erat vnam vitæ inuenisse pestem, nisi in pretio esset auri etiam sanies. ¶ *Cap. i. Manus & prorsus sinistra maximam auctoritatem conciliauere auro, non quidem Romani, quorum more ferendum erat bellicæ virtutis insigne.*) Quanto melius nostri codices! Non quidem Romanæ, quorum more ferreum erat id, & bellicæ virtutis insigne. *Nec præter Numæ Seruique Tullyi alia, nec L. quidem Bruti.*) Lege, Ac ne L. quidem B. *Quæquam & de nomine ipso ambigitur: id Græci à digitis appellauere.*) Potior lectio, Quæquam & de nomine ipso ambigi video Græci à digitis appellauere. *Æqua fortuna triumphantis & serui coronam sustinentis.*) Antiqua scriptura magis aridet: *Æquè triumphantis & serui fortasse coronam sustinentis. Et conditas artes vestes ac vasa aurea.*) Alius pro Artes scripsit Arte, atque ita locum bellè castigatum putauit, cum legi debeat, Et conditas arcis vestes. *Et qui primus instituit, cunctanter id fecit.*) Melius, Et quisquis primus instituit. *Inter Cepionem quoque & Drusum ex anulo in actione nauali inimicitia cæpere.*) Venali, non Nauali. *Multi Prætura functi in ferreo consenuerint.*) Lege addendo: Multi prætura quoque functi. *L. Fusidium illum, quem Scavrus in vita sua scribit.*) Antiqui codices, Ad quæ Scavrus de vita sua scripsit. *Nullòsque omnino anulos maior pars gentium hominumque, etiam sub imperio nostro degunt, hodie habent.*) Lege, Hodièque habeat. *Alij verò & huic vnum tantum, quo signanda signent. Conditurque ille, ut res rara, & ad iniuriæ vsus indigna, velut è sacrario promittur.*) Prætulerim & hinc veterem lectionem: A. v. & h. v. t. quo signantem signent. Conditus ille, ut res rara, & in-

inuria vsus indigna, velut è sacrario promittur. Portò Quo signantem signent, sic dictum est, quemadmodum illud apud Satyricum: Sed quis custodiat ipsos Custodes? *Alij bractæas inferunt leuiore materia, & propter casum gemmarum tot sollicitudinem putant.*) Quis hæc verba obsecro pro Plinianis agnoscat, cui modo Plinius vel mediocriter cognitus sit? Imò quis non statim ineptam orationem & vitiosam esse sentiat? In nostris exemplaribus legitur sic: Alij bractæas infarcire leuiore materia, tutius propter casum gemmarum sollicitudini putant. *Demumque vel plurimum opum, ita scelera anulis fiunt.*) Bene exercuit castigatorem & hoc caput, ut video, quamuis non bonam gratiam meritum. germana lectio est, Denique ut plurimum opum scelera anulis fiunt. *Hoc profecere mancipiorum legiones, & in domo turba externa acta. Seruorum quoque causa nomenclator adhibendus. Sed aliter apud antiquos. Singuli Marcipores &c.*) Quid est, In domo turba externa acta? Syncera lectio, Et in domo turba externa, ac seruorum quoque causa nomenclator adhibendus. Aliter apud antiquos, singuli &c. *Nunc rapienda comparantur epula, pariterque qui rapiant eas. Sed & clauas quoque ipsas signare non est satis.*) Elegantius abique coniunctione Sed. Nunc r. c. e. p. q. r. eas: & c. q. i. s. n. e. s. Et hoc est quod suprâ dixit: Quod signantem signent. *Celebrationem quidem vsus cum sænore cæpisse, argumento est consuetudo vulgi, ad sponsiones etiamnum anulo exiliente, ab eo tempore, quo nondum erat arra velocior.*) Nec hinc vi deo cur mutare libuerit veterem lectionem: ea sic habet: Celebratior quidem vsus cum sænore cæpisse debet: argumento est c. v. ad s. ad s. e. a. exiliente, tracta ab & c. Ea dem loquendi forma libr. 9. capit. 41. dixit, Pœnitentia hoc primùm debet inuenisse. *Seruatumque in hodiernum diem est.*) Diem, elegantius subintelligitur, quam exprimitur. ¶ *Caput i. Propter hoc etiamnum Nongenti vocabantur ex nominibus selecti, ad custodienda suffragiorum scita in comitiis.*) Plebiscita passim legimus apud bonos Latinæ linguæ autores: at Suffragiorum scita equidem nusquam legere memini. Præstitit igitur & hinc veterum codicum fidem sequi, toties iam expertam: Præter hos etiamnum Nongenti vocabantur ex omnibus selecti ad custodiendas suffragiorum cistas in comitiis. *Cum C. Sulpitius Galba iuuenalem famam apud principem popinarum pœnis aucuparetur, occupatusque in his esset, questus in Senatu, vulgo institores eius culpæ defendi anulis.*) Obellum castigatorem! At quid erit corrumpere veterum monumenta, si hoc castigare dicitur? An illi parum integra videbatur hæc vetus lectio? Cum C. Sulpitius Galba, dum iuuenalem famam apud principem popinarum pœnis aucupatur, questus esset in Senatu &c. *Quod ad equestrem ordinem pertinet.*) Rectius, Atinet. ¶ *Caput i. Antonius Sopus in contumeliam naturæ vilitatem auro fecit. opus proscriptione dignum.*) Sopus, redundat: nam de Triumuiro intelligendum est, ad cuius tabulas proscriptionarias alluditur.

¶ *Cap. i. i. i. Tum maximè Augustum de cruore eius cænare.*) Aliæ editiones, De cruce eius. Vtraque dictio vitiosa. Legendum, De cruce eius: ut intelligamus huic in direptione fractæ statuæ cruce obtigisse, cuius partem in hospitalem cœnam insumpsit. ¶ *Cap. v. Hæc sunt tenacia eius in colore blanda.*) Melius, Et colori blanda.

¶ *Cap. vi. Lineas ex argento nigras fieri produci que miramur.*) Vetus lectio: Lineas ex argento nigras produci plerique mirantur. *Namque ideo etiam platyophthalmon id appellauere, quoniam in collyriis mulierumque epiphoris dilate*

Annotationes.

dilatet oculos, & fluxiones inhibeat oculorum.) Tutius & hinc vetusta exemplaria sequemur, quæ habent: Nanque uiam pierique platyophthalmon id appellatur, quoniam in calliblepharis mulierum dilatet oculos. Et fluxiones inhibet oculorū &c. Porro calliblephari appellatione fucus palpebrarū intelligitur. *Quæque subsidit in mortario abigiturque.*) Lege, Abiiciturque. *Alij tritum in aqua triplici linteo siccant, faciemque abiiciunt.*) Saccar, non Siccant. *Confractis tubulis ad magnitudinem auellanarum.*) Anulorum, melius quadrat, quam Auellanarum: atque ira legitur in emendatis exemplaribus. *Temperare, purgare, explere, hulcerum tumores lenire.*) Scribe ex fide veterum codicum: Temperare, purgare, explere hulcera, tumores lenire. *Itemque permiones cum myrto & cera & abdomine.*) In exemplaribus, quorum fidem sequimur, tantum est, Cum myrtis & cera, abdominis nulla mentione. **¶ Caput vii.** *Minium quoque, & nunc inter pigmenta magna autoritatis, & quondam apud Romanos non solum maxima, sed etiam sacra religionis, ut autor est Verrius, & cuius sit necesse credere autoritati, Iouis ipsius simulachri faciem diebus festis minio illini solitam.* Codices nostri longe melius distinguunt, ubi sic legitur: Et quondam apud Romanos non solum maximæ, sed etiam sacra. Enumerant autores Verrius, quibus credere sit necesse, Iouis ipsius simulachri &c. **¶ Caput viii.** *Dum ne quid prætereat in viscera, ac vulnus attingat.*) Lego, Dum ne quid penetrat. **¶ Cap. ix.** *Quin etiam pocula ita figurantur, excultis intus crebris ceu speculis.*) Alius Excultis mutauit in Exculpris, atque ita rem acu se attigisse putauit, cum legendum esse Expulsis, vetusta exemplaria nobis indicent. *Plurimumque refert concaua sint & poculi modo, an media depressa, an elata, an auersa, an obliqua.*) Antiqui codices sic habent: Plurimumque refert concaua sint & poculi modo, an parmæ Threcedicæ, media depressa, an elata, trauerisa an obliqua. *Optima apud maiores fiebant Brundusina*) Fuerant, non Fiebant: atque ita legitur in emendatioribus voluminibus. *Constat in fictili circumlito argilla.*) Lege addendo, Constantur ita in fictili. *Et falsum denary spectatur exemplar.*) Falsi, rectius, quam Falsum. **¶ Caput x.** *Eum qui primus acceperit hoc nomen, decoxisse,* Cognomen, non nomen. *M. Crassus negabat diuitem esse, nisi qui reditu annuo legionē tueri posset.*) Nec hinc video cur Diuitem, nescio quis maluerit, quam locupletem, quantumuis reclamantibus probatae fidei exemplaribus. *Iuuat enim in festari inexplabilem istam habendi cupiditatem.*) Nihilominus elegans est, Habendi cupidinem, quod in nostris legitur exemplaribus. *C. Asinio Gallo, C. Marcio Cyrino c o s s.*) Cenforino, non Cyrino. **¶ Cap. xi.** *Nec copia tantum argenti fuerat vita, sed validius pæne metu pretium.*) Antiqua scriptura melius, Sed validius penè manupretium. Alioqui ex vulgata lectio ne quis sensus commodus elici possit, equidem non intelligo. *Parthica signa & tabulas pictas inuexit.*) Demior quid sibi velint hinc Parthica signa per Achaicam victoriam Romam inuenta, nisi forte castigatior iste Achaicam, ex qua hæc spolia erant, Parthorum prouinciam fuisse existimauit. Certè manu descripti codices pro Parthica habent Parta. *f. victoria, quam lectionem si recipimus, nihil supererit scrupuli. Vt liberet amplecti vitia, & liceret precare ex dignatione. Hinc aliqui veterum, ut C. Marius.*) Lege & distingue sic: Vt liberet amplecti vitia, & liceret peccare, & dignatione hinc alicui veterum C. Marius &c. atque ita legitur in emendatis codicibus. **¶ Caput xii.** *Fidimus & ipsi Valerium Fuscum.*) Are-

lium, non Valerium, suffragantibus vetustis voluminibus. Hunc Seneca inter claros sui temporis oratores annumerat. *Boethi apud Lyndiam Mineruam in templo.*) In templo, superfluit. *Myos in eadem æde & Silenus & Cupido & Antipater.*) *Excellaria incorruptiora aliter hinc habent ad hunc modum: Myos in eadem æde & Silenus & Cupidines. Acragantis & venatio in scyphis magnam famam habuit. Post hos celebratus est Calamis, & Antipater, quique &c. Nec dubito quin & hæc data opera deprauata sint. Mox Cyzicenus Tauricus. Item Ariston & Onychus Citylene laudatur.*) Legendum, Mox Cyzicenus Tauricus, item Ariston & Eunicus Mitytenæi laudantur.

¶ Caput xiii. *Non oblitum Demetrium tota Hellade Neronis principatu accusatum.*) Syncera lectio: Demetrium à tota Seplasia Neronis principatu accusatum: attestantibus bonæ fidei exemplaribus. Cæterum Seplasia nomine pigmentorum atque aromaticarum specierum negotiatores significantur, origine vocabuli à Campanis deducta, quorum vicus erat Seplasia, huiuscemodi mercibus attributus.

EX LIBRO TRIGESIMO QUARTO.

CAP. I.

IMo vero ante argentum ac penè etiam ante aurum, Corinthium.) Lege, Corinthio. *f. pretium est. Docuimus quandiu P. R. are signato tantum usus esset.*) Scribo, Ære tantum signato. **¶ Caput ii.** *Quippe cum tradatur non alia de causa Verrem, quem Cicero damnauerat, proscriptum esse ab Antonio, quam quod Corinthiis se ei cessurum negauisset.*) Vetus lectio: Proscriptum cum eo ab Antonio: hoc est, cum Cicerone. *Cum antea in seculo fictores nobiles esse desissent.*) Rectius, Cum antè seculo, id est, ante centum annos. *Sane ergo vasa tantum Corinthia, que isti elegantiores nunc æs (sculpendo transferunt modo in lucernas, modo in trullas.)*) Vetus lectio sic, *Quæ isti elegantiores modo in escu lenta transferunt, modo in lucernas, aut trulleos. Escu lenta dixit, quæ alibi escaria. Infula ipsa est, nec gignens, sed officinarum temperatura nobilitata.*) Vetus lectio melius quadrat, *Infula & ipsa, nec æs gignens, sed officinarum temperatura nobilitata.* **¶ Caput. iiii.** *Accensio candelabri talis fuit, ut autor est Dio. Iussu præconis Clesippus fullo gibbere & præterea alio fædus aspectu fabricatus est, emente id Gegania festertis. Eodemque ostentante in conuiuio emptum, ludibrij causa nudatus, atque impudentia libidinis receptus in torum, mox in testamentum, prædiues numinum vice illud candelabrum coluit.*) Quis intelliget hæc? Nunc vide quantum præstant vetera exemplaria, in quibus ad hunc modum legitur, *Accessio candelabri talis fuit, Theonis iussu præconis Clesippus fullo, gibbere præterea & alio fædus aspectu, emente id Gegania festertis. Eademque ostentante conuiuio emptum ludibrij causa nudatus, atque impotentia libidinis receptus in torum, m. i. t. p. n. v. i. c. c. Quid nunc dici potuit planius? Camillo enim crimini obiecit Sp. Caruilus.*) Legendum, Camillo inter crimina obiecit. Sp. Caruilus.

¶ Caput iiii. *Etiam omnium municipiorum & fori statuae ornamentum esse capere, prorogarique memoria hominum, & honores legi æuo & basibus inscribi.*) Aliquanto melior est antiqua lectio, *Et iam omnium municipiorum foris st. o. e. c. p. que. m. h. & honores legendi æuo basibus inscribi.* **¶ Caput v.** *Togata effigie antiquitus statue dicabantur.*) Codices veteres verbis variant, si non sensu:

In Plinii Naturalem Historiam

Togatae effigies antiquitus ita dicabantur. Et sequenti versu pro, *Ab ephendorum gymniciis exemplaribus*, illic legitur, *Ab ephendorum è gymnasiis exemplaribus*. *Mancinus eodem habitu sibi instituit, quo deditus est.*) Statu, non Instituit. *Vnde & nostri currus nati in his qui triumphassent.*) In vetustis codicibus tantum est: *Vnde & nostris currus in his qui triumphassent.*) *Nescio an primo honore tali à populo.*) Rectius, *Nescio an primo honore tali à populo.* Equidem & *Sibylla tres iuxta rostra sunt, minores sint licet: vna, quam Pacuvius Taurus Aedilis plebis instituit, duas quas M. Messala.*) Magis placet vetus scriptura: Equidem & *Sibyllæ iuxta rostra esse non miror, tres sint licet: vna quam Sex. Pacuvius Taurus &c.* ¶ Cap. v i. *Et ante adem Castorum fuit M. Tremelij.* Lego, Q. Marcij Tremelij. *Qui regem Antiochum, dilaturum se responsum dicentem.*) Nostri codices. Hic regem Antiochum, daturum se responsum dicentem &c. *Habuit è diverso Annius Fæcialis. Equestrum statuam contra Iovis Statoris adem in vestibulo superiore domus Valeriae fuisse Publicolæ Consulis filia, eamque solam fugisse, Tiberimque transnavisse.*) Syncera lectio ex antiquis exemplaribus reposita est hæc: *E diverso Annius Fæcialis, equestrum, quæ fuerit contra Iovis Statoris adem in vestibulo Superbi domus, Valeriae fuisse Publicolæ Consulis filia eamque solam refugisse, Tiberimque transnavisse. Passimque statua in clientelas sunt recepta.*) Depravatam lectionem hoc modo ex fide archetyporum restituumus: *Passimque clientes in clientelas ita sunt recepti.* ¶ Cap. v i i. *Vt trecentorum quinquaginta quinque dierum nota.*) Crassum erratum, cum nunquam minus ccc l x. in anno numerati sint. *Deorum tantum putarem esse, ni Metrodorus Scepsius, cui cognomen Romani nominis odio inditum est, vulsitos pulsatos propter centum & decem statuarum signa obijceret.*) Emendati codices: *Deorum tantum putarem ea fuisse, ni Metrodorus Scepsius, cui cognomen à Roman. nominis odio inditum est, propter duo millia statuarum Volusios expugnatos obijceret.* *Signorum quoque inexplicabili multitudine, cum Lysippus ad sexcenta x. opera fecisse tradatur, ante omnia, ut arti claritatem possent dare vel singula.*) Illic legitur, singulorum quoque inexplicabili multitudine, cum Lysippus ad sexcenta x. opera fecisse prodatur, tantæ omnia artis, ut claritatem possent dare vel singula. *Solutum enim ex immani pretio cuiusque signi.*) Lego, Ex manupretio. quod nunc vulgus illiteratum manufacturæ pretium vocat. ¶ Cap. v i i i. *Cephisiodorus, Leochares, Epatorus.*) Scribo, Cephissodorus, Leochares, Hypatodorus. Et paulò post pro *Tymoles Timocles*, attestantibus vetustis exemplaribus. *Proprium eiusdem, ut uno crure insisterent signa, excogitasse, ut ait Varro.*) Plus verborum habent vetusta exemplaria. P. e. v. v. c. i. f. excogitasse: quadrata tamen ea esse tradit Varro, & penè ad vnum exemplum. *Cuius signa ad adem Fortuna huiusce Dea sunt seminuda vnde & laudata sunt.*) Malui sequi archetypa, vbi scribitur hoc modo: *Cuius signa ad adem Fortunæ huiusce Deæ septem nuda, & senis vnum, laudata sunt.* Tale senile signum Corinthium graphicè describit Plinius Iunior in quadam epistola. nec novum est Fortunæ simulchra nuda depingi, sicut & Occasionis. *Quamobrem Athenienses eam honore habere volentes, ne tamen scortum celebrasse videntur, animal nominis eius fecere.*) Antiqua lectio melior: *Quamobrem Athenienses & honorem ei habere volentes, nec tamen scortum celebrasse, animal nominis eius fecere. Canachus Apollinem nudum, qui Philesius cognominatur, in Didymæo Ægi-*

netici aris temperat.) Lego, Æginetica aris temperatura. *Et Virtutem egregiam, vtraque colosseas.*) Scribo, Et Virtutem & Cræciam, vtraque colosseas. Alioqui non est, quod referat hæc dictio, Vtraque. *Eutychedes Eurotam fecit, in quo artem ipsam amne liquidiozem plurimi dixerunt.*) Nostri exemplaria: *Eutychedes Eurotam, in quo artem ipso amne liquidiozem plurimi dixerunt. Leocras aquilam sentientem quid rapiat in Ganymede, & quid ferat.*) Lego, Et cui ferat. *Boethi quanquam argento melior.*) Melioris, rectius, quam Melior. Habet gratiam suam huius quoque Doryphorus. *Vnam solummodo Zenonis Cypriam statuam in expeditione non vendidit Cato.*) Scribendum, Vnam solummodo Zenonis statuam Cypria in expeditione non vendidit Cato. ¶ Caput x. *Cadmia effectus, siccare, sanare.*) Melius, Siccare, per sanare.

¶ Cap. x i i. *Prodest autem & dentium dolori, si continetur atque colluatur.*) Imò, Colluat. ¶ Cap. x i i i. *Aristonidas artifex cum exprimere vellet Athamantis furorem, Clearchum filium præcipitare volentis, & præcipitato illo residens penitentiam, ferrum & æs miscuit.*) Incorrupta manu scriptorū codicū lectio hæc est: *Aristonidas artifex cum exprimere vellet Athamantis furorem, Learcho filio præcipitato residentem, penitentiamque, ferrum & æs miscuit.*

EX LIBRO TRIGESIMO QUINTO.

C A P. I I.

Quæ etiam dominis mutatis domus ornamenta erant.) Argutius est, quod in vetustis simul ac emendatis codicibus legitur hoc modo, *Triumphabantque etiam dominis mutatis ipsæ domus.* ¶ Cap. i i i. *Omnes ab vmbra hominis lineis circumducta.*) Ab, præpositio redundat. Primus inuenit eos colores, teste (ut ferunt) Arato, Cleophantus. Quònam colores, cum modò dixerit, Sine vltimo etiamnum colore. Deinde quoties ita loquimur, ut ferunt, rumori nos credere significamus, non certè alicuius testimonio: quid igitur hinc facit Aratus? qui tamè non est in enumeratione scriptorum, quos in hoc libro Plinius sequitur. Quo fit, ut facile hinc vetustis codicibus assentiar, vbi sic legitur: *Primus inuenit eas colorare testa, ut ferunt, trita Cleophantus Corinthius.* Nimirum simplicissimus color conueniebat rudimentis artis, quandoquidem absolutissimi etiam artifices, Apelles & eius ætatis alij, non nisi quatuor coloribus pinxisse leguntur. *Durauere & cætera, antiquiores & ipsa.*) Satis apparet hanc dictionem Cæteræ, hinc locum non habere. Antiqui codices habent, *Durauere & Cære.* Ea vrbs est Hetruriae, olim Agylla à Pelasgis cultoribus vocitata. *Nisi forte quis Turpicium equitem Roman. è Venetia nostra atatis belle referat.*) Velit referre, melius, quam Bellè referat, suffragantibus antiquis exemplaribus. *Paulò antè, cum restringerentur, sublata.*) Lego, Cum reficerentur. s. thermæ. ¶ Cap. i x. *Superatusque est ab eo Pythis.*) Legendum, Superatus ab eo Pythiis. nam Pythia Delphis celebrabantur. *Fecit & Penelopen, in qua amores pinxisse videtur.*) Vetus lectio est, In qua pinxisse mores videtur. ¶ Cap. x. *Ipsius autoritas tanta fuit, ut diuiserit picturam in genera tria, quæ ante eum duo fuere, Helladicum & Asiaticum. Asiaticum appellabant propter hunc qui erat Sicyonius. Dimisso Helladico tria facta sunt, Ionicum, Sicyonium, Atticum.*) Vitiatam lectionem castigauimus ex fide veterum codicum in hunc modum: *Quæ ante eum duo fuere, Helladicum, & quod Asiaticum appellabant.* Pro-

Annotationes.

Propter hunc qui erat Sicyonius, diuiso Helladico tria facta sunt. Ionia Græcorum fuit colonia in Asiam deducta: Athenæ autem caput erant veræ Helladis, in qua est & Sicyon, altera post Athenas picturæ patria: vnde mox generibus ipsis cognomina sunt facta, Atticum, Sicyonium, & Ionicum, olim Asiaticum appellatum. *Vi pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc est picturam, in buxo docerentur.*) Securus archetypa nostra, lego & distinguo: Diagraphicen, hoc est pict. in buxo, docerentur. vt ea voce pueri in absolutos artifices euadebāt. est autem *ἡ γράφειν*, vnde Diagraphice deducitur, tabella buxea, in qua pueri scribere vel pingere mebitabantur, subinde errata emēdantes, quod Græci *ἡ γράφειν* vocant. & diagrammata propriè dicuntur descriptiones Mathematicæ, deformationesve architectonicæ. Cæterum buxo ad id potissimum electa est propter materiæ læuorem, simulque densitatem, quod minimè colores biberet, nec lineas fluidas redderet. *Voluminibus editis, que doctrinam eam continent.* Lege addendo, Voluminibus eriam editis. *Vnde, vt iam diximus, ab alio pingi se vetuit inueterato edicto.*) Melius aliquanto cohærebit oratio, si iuxta veterem scripturam legamus hoc modo: Nam, vt diximus, ab alio pingi se vetuit edicto. Porro hæc dictio Inueterato, haud dubiè nata est ex verbi Vetuit, literis aliquot ab oscitante scriba repetitis, ac mox à castigatore quopiam, quò ei tum visum est, detortis. *Imaginum ille similitudines adeò indiscretè pinxit.*) Rectius, Imagines adeò similitudinis indiscretæ pinxit. *Tantumque ea in partè facie ostendit.*) Melius vetus: *Tantumque eam partem. Sed legentes meminerint, omnia ea constare quatuor coloribus. Immane tabulæ pretium accepit aureos mensura, non numero.*) Cui hinc suboleret mendum? Est tamen non simplex. Nam vetus ac sincera lectio habet sic: Sed legentes meminerint, omnia ea quatuor coloribus facta: manipretium eius tabulæ in auro mensura accepit, non numero. Vt intelligamus, in opere artem fuisse pretiosam, non colores. *Est & equus eius sine fine dictus in certamine.*) Aptius quadrabit ad tequentia, si legas: Est & equus eius, siue fuit, pictus in certamine. *Vicisse Homeri versus videtur id ipsum scribentis.*) Melius, Describentis. *Vt id ipsum percussu claritates oculorum excitaret.*) Colorum, non Oculorum. *Ex illaque reposuit ablatos colores.*) Vetus lectio melius, Et illa reposuit ablatos colores. *Cyliscum tragædiarum scriptorem. Scribo, Philiscum Impetus animi & libido in hac quædam artis eum potius tulere.*) Melior ordo, Impetus animi & quædam artis libido in hac potius eum tulere. *Tradunt nanque conductum eum ab Aristrato Sicyoniorum tyranno ad pingendum, quod is faciebat, Telesi Poetæ monumentum.*) Vera lectio, Trabunt nanque conductisse pingendum ab Aristrato Sicyoniorum tyranno, quod is faciebat Telesi Poetæ monumentum. *Aristratus locauit pingendum, Micomachus conduxit. Parua & Callides fecit.*) Scribo, Callicles. *Vnde hoc genus picturæ Gryllus vocatur.*) Vetus lectio, Grylli vocantur est enim picturæ nominatiuus. & Hoc genus, dixit pro Huius generis. *Plurima præterea faciles argutia.*) Legendum: Plurimæ præterea tales argutia. ¶ Cap. x i. *Pinxit & ipse pernicillo parietes Thebis.*) Thespis, non Thebis, habet veteres codices. *Quamobrem daturus celeritatis famam, absoluit uno die tabellam.*) Lege addendo, Quamobrem arti daturus & celeritatis famam. *Quæ nobilissima tabula appellata est stephanoplocos.*) Scribo: Quæ è nobilissimis eius tabula appellata est stephanoplocos. *Quoniam Glycera co-*

ronas venditando sustinuerat paupertatem.) Vetus lectio: Quoniam Glycera venditando coronas sustentauerat paupertatem. *Imitati sunt multi, æquauit autem nemo.*) Elegantius absque coniunctione, *Æquauit nemo. Hic primus videtur & expressisse dignitates, insignia heroum, & vrsurpasse symmetriam.*) In emendatis exemplaribus tantum est: *Hic primus videtur expressisse dignitates heroum, & vrsurpasse symmetriam. Nobilis eius est tabula Ephesi, Vlixes simulata vesania bouem cum equo iungens, & Palamedes dux fasce gladium condens.*) Antiqua scriptura veterior: *Nobiles eius tabulæ Ephesi, Vlixes simulata infania bouem cum equo iungens, & palliati cogitantes, dux gladium condens. Huius est clypeo dimicans Athenis.*) Ad didimus, Athenis, quod ibi pictura ea seruaretur. *Non satis discernitur alius eodem nomine. At hunc eundem quidam faciunt Olympiade c x i i.*) Lege & distingue sic: *Non satis discernitur, alium eodem nomine, an hunc eundem quidam faciant Olympiade c x i i. Ioue Liberum parturiente depicto mitrato, & muliebritèr ingemiscente inter obstetrices & Dearum clamorem.*) Antiqua lectio, inter obstetricia dearum. *Obstetricia, sicut Famulicia, Seruitia. Nec enim credendum, pictorem tanto Deo alias obstetrices, quam Deas, admouisse. Superest vnum verbum Clamorem. pro eo reposuimus, Cleon admeto, vt sit pictoris & picturæ appellatio, & referatur ad verbum præcedens Innotuit. Nealces Venerem, solers hic arte ingenioso operi superpinxit. Siquidem cum prælium, &c.*) Castigauimus ex manuscripto exemplari ad hunc modum: *Nealces Venerem, ingeniosus & solers in arte. siquidem cum prælium nauale, & reliqua. Theontius Epicurum cogitantem.*) Vetera exemplaria, Leontium Epicuri cogitantem, vt sit picturæ nomenclatura, non pictoris, & tabula hæc Theodori operibus annumeretur. Fuit autem Leontium Epicuri concubina, philosopha & ipsa nimirum ex amato. is domestica consuetudine, in tantum vt libros quoque contra Aristotelem scripserit, quemadmodum legitur in præfatione ad Vespasianum Imperatorem à Plinio in operis huius frontispicio præfixa. *Mydon solus.*) Lego, Mydon Soleus, id est, Solensis. Sunt enim *ὄλοι* Ciliciæ oppidum, & alterum eiusdem nominis in Cypro. Ac mox, *Stadius, non Tadius. Dianam in tabula, quæ Ephesi est in antiquissimis picturæ.*) Melius, Antiquissimæ picturæ. *Discipulum eius fuisse Autobolum.*) Scribo, Autobulum. *Hoc cum fecere, non apparet in velis, sed in cortina pingi. In feruentes aquas mersa, post momentum extrahuntur picta.*) In corruptiora exemplaria aliter distinguunt, mutata non nihil etiam lectio: *Hoc cum fecere, non apparet in velis: sed in cortinam pigmenti feruentis merla, post momentum extrahuntur picta.* ¶ Cap. x i i. *M. Varro tradit sibi cognitum Romæ Possimum nomine, à quo factas Romæ tuhas, item pisces, quos aspectu discernere à veris vix posses.*) Crediderim nostros potius codices germanam habere lectioem hoc modo: *M. Varro tradit sibi cognitum Romæ Possim nomine, à quo factas Romæ vuas, item pisces, ita vt non sit aspectu discernere à veris. Cuius proplasticen pluris venire solitam ab artificibus ipsis, quam aliorum opera.*) Illic legitur: *Cuius proplasmata pluris venire solita artificibus i. q. a. o. Fictilem eam fuisse, & ideo mirari solere. Vetus lectio: Fictilem eum fuisse, & ideo miniari solitum. Et arte firmitatè que eui sanctiora auro.*) Scribo, Et arte æuique firmitate certiora auro. *Firmitate certiora, magis quadrat, quam Sanctiora. Sequenti versu, Sed fictilibus prolibatur sympulis.*) Antiqui codices pro sym-

In Plinii naturalem Historiam

pulis nauent sympuuiis: quod vocabulum & apud Sartyricū in eodem significatu reperitur. Quis aulit Sympuuium ridere Numæ, priscūque catinum. *Vter tenuiorem humum circumduceret.*) Melius Duceret, hoc quidem in loco, assentientibus vetustæ scripturæ voluminibus. *Exprobrauit patinarum paludes Vitellio, memoria non vlla fœdiore, cuius veneno Asprenati reo Cassius Seuerus accusator obiciebat interisse cxxx. conuiuas.*) Hæc lectio nullo modo consistit, cum neque Asprenas, neque Cassius, vsque ad Vitellij principatum vixerit. Emendati codicæ aliter habent: Exprobrauit patinarum paludes Vitellij memoriæ, quàm illa, fœdiore, cuius veneno, &c. Vitellij memoriæ, dicit, non Vitellio, quia tum iam supplicium dederat Vitellius. vt sit sensus, fœdiorem fuisse in Vitellio principe tam immanem profusionem, quàm in Asprenate priuato veneficium.

¶ Cap. xiiii. *Parietes quos appellant formaceos, quoniam formacum modo circumdati vtrinque duabus tabulis inferciuntur.*) Confer nunc synceram lectionem: Formaceos, quoniam in forma circumdati vtrinque duabus tabulis inferciuntur. *Quos ædificiis non idoneos probant.*) Tolle, Quos. & scribe, *Ædificiis non nisi bimos probant. Halicarnassi mausolea.* Lego, Mausoli, scilicet regiam. pen det enim oratio à præcedentibus. nec de Mausoleo hic loquitur, sed Mausoli domo, cuius & sequenti lib. cap. 6. memint. ¶ Cap. xv. *Fungosum atque omnium ore dilui facile.*) Legendum, *Omni humore dilui facile.*

EX LIBRO TRIGESIMOSEXTO.

C A P. III.

Columnas habuit in eodem atrio, Hymettias.) Lege, In eodem Palatio. *Quem M. Brutus in iurgis ob id Venerem Palatinam appellauerat.*) Quem, redundat. *Ante igitur artifices censebimus.*) Melius, *Per censebimus.*

¶ Cap. v. *Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit eos tantum, vt credatur aliquos ex iis ad laqueum compulisse.*) Melius, *Amaritudinem carminum strinxit intantum, vt credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse.* Quemadmodum enim gladium distringimus pectuti hostem, ita hic Hipponax metaphorice dicitur amaritudinem carminis, quæ illi pro telo fuit, in inimicos distrinxisse. *Cuius opera Athenienses complura in ædibus sacris posuere, præclarâque Veneris imaginem extra muros, quæ appellantur Aphrodite exopolis.*) Et hic vetus lectio est incorruptior: *Cuius sunt opera Athenis complura in ædibus sacris. præclarâque Venus extra muros quæ appellantur Aphrodite ἐν νήπις. ἐν νήπις legendū pro Exopolis, Paulianias quoque in Atticis attestatur. Proferemus argumento paruo & ingeny tantum.*) Argumenta parua, non Argumento paruo. *Scopæ verò laus cum bis certantis. Fecit Venerem.*) Legendum, *Scopæ laus cum his certat. Is fecit Venerem. Et quencunque alium locum nobilitant.*) Scribo, *Et quencunque alium locum nobilitatur. neque aliter legi commodè potest. Romæ quidem magnitudo operum est iam oblitterata à magnis officiorum negotiorumque aceruis, quæ omnes à contemplatione talium abducunt.*) Æquè fœdum & hoc mendum sustulimus ex fide veterum codicum, hoc pacto: *Romæ quidem magnitudo operum eam oblitterat, ac magni officiorum negotiorumque acerui omnes à c. t. a. Synceritas lectionis euidentius in contextu apparebit, collatis præcedentibus. Ex quibus vnus Liberum patrem palla velatus Veneris*

præfert.) Vetusti codices pro Veneris, habent Humeris. *Hippiades & Hermerotes Taurisci.* Verus lectio, *Hippiades Stephani, Hermerotes Taurisci.* Eodem loco, *Liber pater Eutyichidis manu laudatur.*) Manu, superest, nec habetur in probatæ fidei exemplaribus. *Ex quo apparet in magni honoris autoritate habitum Lysie opus.*) Melius verus scriptura: *Ex honore apparet in magna autoritate h. l. o. & sic rectius quadrabunt, quæ sequuntur. In honore est & in templo illo Hercules, ad quem Pæni omnibus annis humana sacrificauerunt victima, humi stans ante aditum porticus agnitiones sita. Fuere & Thespiades ad eam Felicitatis. Clariorem & hunc locum fecit collatio ad manu scriptos codices, qui sic habent: In honore est nec in templo vilo Hercules, ad q. p. o. a. h. f. victinia, h. f. a. p. ad nationes. Sitæ fuere & Thespiades & c. Suffragatur huic lectioni, quod mox in eodem capite legitur his verbis, Idem & à Coponio quatuordecim nationes, quæ sunt circa Pompei, factas autor est. *Quarum vnâ amauit eques Rom. Iunius Pisciculus.*) Scribendum, *Ad amauit. Alij calcearent soccos, & omnes ex vno lapide.*) Lego, *Alij calcearent soccis, omnes ex vno lapide. Nec minus Sauro atque Batrachum oblitterari conuenit.*) Vox hæc, *Minus, delenda est, vt hoc loco planè superuacanea.**

